An pluribus accuſationibus. d. nume. 21. fol. 460.
Vna appellatio non ſufficit duabus ſententijs, ibid.
Vna citatio vel alia iuriſdictionis perpetuatio an ſufficiat, pluribus cauſis. ibi. & d. nu. 67. fol. 467.
Vna aditio an ſufficit diuerſis hæreditatibus, & pluribus cauſis. d. numero 21. folio 460. atque etiam d. numero 67. fol. 467.
Vna pœna non ſufficit pluribus delictis, ibidem.
Vnus vir etiam à pluribus & diuerſis, procurator conſtitutus non habet plures voces in conſilio. 461. numero 12. in fine.
Vnum idemq́; tempus non operatur effectum circa duos actus, quorum vnus ſucceſſiuè venit ad alterum. 462. numero 31.
vna ſtipulatio ſufficit pluribus pactis. 467. nume. 67.
Vna ſtipulatio nouat plures obligationes, ib.
Vna numeratione tolluntur plures obliganes, ibid.
Vna accepti.atio ſufficit pluribus ſtipulationibus, ibid.
Vnum familiæ erciſcundæ iudicium ſufficit pluribus hæreditatibus, ibid.
Vnum iudicium pro ſocio pluribus ſocietatibus, ibid.
Vna conteſtatio pluribus libellis, ibi.
Vna comparitio pluribus citationibus, ibid.
Vna item comparitio pluribus contumacijs purgandis, ibid.
Vnus contractus veſtiendis duobus, pactis, ibidem.
Vnus libellus ſatis eſt pluribus actoribus, atque etiam pluribus reis, pluribusq́; ac diuerſis cauſis, ibid.
Vnusq́; proceſſus. iiſdem in locis. eodem numero 67.
Vnum inſtrumentum pluribus obligationibus, ibid.
Ex pluribus contractibus, ibid.
Vnum tempus duobus pœnis, ibid.
Vno actu poſſunt plures baptizari, ibid.
Vno actu plures inſurgunt excommunicationes, ibid.
Vna iniuria plures pluribus competunt actiones, ibid.
Vnum beneficium poteſt cum pluribus permutari. d. nu. & fol.
Vnius appellatio prodeſt pluribus, ibidem.
Vna inſinuatio ſatis eſt multis rebus donatis, ibid.
Vna fidelia duos parietes dealbare, ibid.
Vno actu poſſunt fieri plures citationes, num. 68. in fine.
Volenti non fit iniuria neque dolus ex Ariſtotilis Ethicis ad Vicomachum. f. 272. numero 17. circa medium.
Voluntarium cenſetur quod à voluntate originem habet. 146. numero 13. in fine.
Voluntaria aut neceßaria quæ dicantur. 353. numero 60. numero 66. & ſequent.
Voluntas factis declaratur. 354. nu. 76.
Vox unius neque condemnat neque iuſtificat. 231. numero 1. circa medium.
Vſque dictio an excluſiua ſit, an excluſiua. 132. nu. 66.
Vſucapio rei ſuæ non procedit, ſi ſua ſit irreuocabiliter, aliàs ſecus. 459. nu. 13. & 464. nu. 45.
Vſusfructus an ſit pars fundi. 31. num. 55. & ſequen.
Vſufructuarius an cenſeatur eße dominus, ibid. nu. 56.
Vſusfructus an inter mobilia computetur. ibid. nu. 57. & duob. ſeq.
Vſusfructus pupilli ſine decreto alienari non poteſt, ibidem eodem numero 57. circa medium.
Vſusfructus an ſuper rebus eccleſiæ conſtitui poteſt, ibidem eodem numero 57.
Vſusfructus bonorum immobilium non excuſat à ſatiſdatione, 32. nume. 61. paulo poſt medium.
Vſusfructus extinctus an reuiuiſcere poſſit. ibidem numero 60. & 62. cum multis ſequent.
Vſufructuarius nomine proprietarij non ſuo renunciare poteſt. 250. numero 3.
Vſufructuarius miſſus in poßeſſionem vicinarum ædium damni infecti cauſa, iure dominij poſſidet nec quicquam amittit finito vſufructu. 252. num. 18.
Vſusfructus cedi non poteſt, fructuum tamen commoditas cedi poteſt. 314. numero 46.
Vſufructuarius poteſt ſine mandato rei vendicationem intentare. 383. nu. 19
Vſufructuarius an ſit vocandus, cùm quid fit in proprietate, quod ei poteſt obeſſe. 445. num. 29
Vſusfructus non extinguitur, nec confunditur per acquiſitionem reuocabilem dominij. 459. num. 10
Vſufructuarius an teneatur ſtare locationi factæ à proprietario. 476. num. 16
Vſufructuarius an & quando poſſit ſuccidere grandes arbores. 477. nu. 24
Vſufructuarius qui facit impenſas gratia percipiendorum fructuum, & antequã perceperit fructus finitus eſt vſusfructus, an poterit eius hæres repetere eas impenſas. 495. num. 10
Vſura centeſima cuiuſmodi ſit. 19. numero 18.
Vſuræ ſemiſſes. ibid. eod. num. 18
Vſuræ olim menſtruæ, ibid. eod. num. non longe à fine.
Vſura non eſt id quod intereſt etiam ex mutuo. 180. numero 71. in princ.
Et an id procedat in lucro ceſſante. ibidem eodem numero.
Vſurario non prodeſt præſcriptio aut ſentẽtia pro eo lata. 429. nu. 36. 37. & 38.
Vſurarum exceptio an impediat executionem inſtrumenti, quod ex ſtatuto habet executionem paratam, eodem fol. 429. num. 38. in fin.
Vſuræ non debentur ex pacto vendendi ob precium nondum ſolutum. 516. numero 51.
Vſura eſt acquirere fructus ſine cauſa. 519. num. 65. & ſequen.
Vſurarius contractus in dubio non cenſetur. 530. num. 128
Vſurarius præſumitur eſſe contractus, qui non eſt in vſu bonorum virorum eodem fol. 530. num. 131
Vſuræ an & quando ad legitimum modum ſunt reducendæ. 533. numero 145
Vſuras qui ſoluit, an repetere poſſit. 534. numero 152.
Vſurarum repetitio an ſpontè remitti poſſit. ibidem num. 153
Vſus iuriſdictionis ante impletam conditionem delegationis non perpetuat ipſam iuriſdictionem. fol. 6. num. 24
Vſus vel vſusfructus eius rei, quæ alienari prohibetur conſtitui non poteſt. fol. 28. numero 41.
Vterus pro nato habetur ad ſuum commodum. fol. 65. num. 77
Vtero competit in integrum reſtitutio, ibi. eodem numero.
Vtero quoque competit actio negotiorum geſtorum. ibidem.
Vtero item competit bonorum poſſeſſio contra tabulas, ibid.
Vterus mittitur in poſſeſſionem legatorũ, & ei directò & per fideicommiſſum relinqui poteſt. ibid.
Vterus ſuccedit in dignitatibus hæreditarijs, ibidem.
Vero præſtanda eſt fidelitas, ab eoq́; petenda inueſtitura, ibidem.
Vtero curator dari poteſt. ibid.
Sed ita vt eo nato ipſe curator ſuo munere illico decedat. ibid. num. ſeq.
Vtero an tutor dari poſſit. 66. numero 78. & ſeq.
Vterus non eſt in poteſtate patris. ibidem num. eodem.
Vterus non eſt ſuus patri. ibidem.
Vterus non rumpit teſtamentum donec natus ſit. Sed ſi naſcatur rumpit, & obſtat cæteris remotioribus. d. num. 78
Vterus an ſit homo & animal. ibidem non longe à fine.
Vterus, an poſſit ſubrogari in locum Decurionis demortui. ibid. num. 80
Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis. 405. num. 64
Vtilitas contractus eccleſiæ inſpicitur tempore contractus, quicquid poſtea contingat. 507. num. 10
Vtile per inutile non vitiatur in contractibus etiam in eodem membro, cùm res diuidua eſt. Atque etiam in vſuris. 533. num. 145. & ſeq.
Vxor non eſt affinis viro. 58. num. 40. non longe à fine.
Vxor, vt marito donare non poteſt, ita nec filio eius. 62. numero 60. poſt medium.
Vxor quod emit ex pecunia viri ſuum facit, licet teneatur in quantum locupletior facta eſt. 63. num. 64
Vxor poteſt donare filio mariti, ſi ipſi marito non quæritur. 64. num. 74
Vxor preſumitur ſtatim ſcire, quod uir ſcit. 235. num. 1
Vxoris amor cæteros antecedit. 236. numero 5.
Vxor habet mediam partem eorum quæ vir in ſuo feudo acquirit. 288. numero 1.
Vxor an habeat partem rerum conſolidatarum cum feudo mariti conſtante matrimonio. 355. nu. 72. paulo ante fin.

FINIS.

# TITVLI PRIMI HVIVS VOLVMINIS,

# DE RETRAICT LIGNAIER,

## Præfatio.

1 *Retractus vbi locum habeat.*

NVLLVS omnino locus eſt in noſtris cõſuetudinibus, qui latius pateat, quique frequẽtius in negocijs forenſibus occurrat, nec hìc quidem tantùm, ſed & in tota Gallia, adeoque uniuerſa penè Italia, & alijs quoque regionibus. Nam ex omnium ferè gentium inſtitutis, & moribus id obſeruatur, ut conſanguineus (ita ubique uoco propinquum genere) venditoris intra certum aliquod tempus, & frequentiùs quidẽ unius anni, admittatur ad redimendum retrahendumque prędium uenditum, aut aliud quippiam immobile,

*In Gallia.* reſtituto uenditionis precio. De Gallia teſtatur Io. Fab. vnus omnium qui hactenus leges interpretati ſunt, conſuetudinum Gallicarum ſcientiſſimus, in l. 1. colum. 6. in paruis, verſic. in 3. caſu C. de ſum. trin. & in l. dudũ. C. de contrah. empt. ubi dicit hanc eſſe generalem regni Franc. conſuetudinem, & in l. 2. colum. item 2. C. de rei vend. & in §. ex non ſcripto, col. 6. verſi. circa quartum, Inſt. de iure natur. gent. & ciuil, & in §. vlt. columnquoque vlt. Inſt. de duob. re. & in §. 1. Inſtit. de empt. & vend. vbi & hanc dicit generalem eſſe conſuetudinem in regno Franciæ: & alibi ſæpe. & Lu. Bolog. conſi. 25. in ampliſſimo: Vt ex multis conſtabit, quæ ſcribam ſuper

*Dominio Ducali. Mediolani Binaſchi. Venetiis. Ferrariæ. Paduæ.* hoc tit. ut ĩ Dominio Ducali, ſiue id ſit Mediolani, ſiue Venetiarũ, ſiue Ferrarię, ſiue aliud, teſtimonium præbet Alex. conſi. 24. inſpecto proceſſu, lib. 4. Priuatim autem Mediolan. Iaſ. conſil. 194. ſuperuacuo uidetur, in princ. lib. 2. ubi & idem aſſerit de ciuitate Binaſchi. Venetijs autem Paul. Caſtr. conſil. 349. conſuetudo Venetorum, lib. 2. Ferrariæ, Sal. in l. ad officium, ante fin. C. commu. diuid. Paduæ Paul. Caſt. conſi. 351. præfata reformatio, iuncto caſu illius conſi. lib. 2. & conſi. 430. circa primũ, eodem lib. 2. & inter conſi illius. Io. Bap. Roſel. conſilio 249. ſtatutum Paduæ, in prin. lib. 2. Alua. in c. porrò, col. ult. tit. qualit. feud. ali. pot. Cępol. cauſarum ciuil. conſi. 43. clariſſimè, in prin. & iterum conſ. ſeq. in quæſtione, etiam in prin. [Maria. Soc. iunior conſi. 4. cùm prædiũ,

*Florentiæ.* in caſus poſitione, & ſæpe in eod. conſi. lib. 2.] Florentię teſtis eſt Ang. in l. Imperator. ff. de pact. & Iaſ in l. 2. col.

*Alexandriæ. Bergomi.* 4. uerſicu. iuxta ſupràdictum. C. de iure emph. Alexandriæ, Raph. Fulg. inter conſi. Franc. Curt. ſenioris conſi. 34. tenor conſuetudinis, poſt prin. Bergomi, Albe. in d. l. dudum. C. de contrahen. empt. & in l. filiusfamiliàs, §. cùm fundum, verſ. item facit ad alium. ff. de uer. obli. ubi Pergamum corruptè appellat Lucæ, Philip. Dec. conſi. 222. uiſo puncto, in princ. & conſil. 275. le 2. (is

*Lucæ.* enim numerus eſt duplicatus) incip. in cauſſa quæ Lucæ agitatur. (Maria. Soc. conſil. 22. cauetur ſtatuto, etiam in caſus poſitione, & ſequitur eo. conſ. lib. 1. & conſ. 1. magnificus, etiam in caſus poſitione, & alibi ſępe in eo. conſi. lib. 2.) Bononiæ, Iac. Butr. in d. l. dudum, dum ibi dicit, habemus ſtatutum contra hanc l. is enim Bononienſis erat Rauennę: Cæpo. cauſ. ciuil. conſi. 47. in cauſa vertente, colum. 1. Trauiſij idem eiuſdem operis conſil. 62. in Dei nomine, & cap. in quæſtione de qua, colum. 1. ubi declarat ſtatutum eius ciuitatis admittentis prolem ad huiuſmodi retractum, an ſcilicet omnes conſanguinei, nedum deſcendentes, atque etiam fœminę admittantur. Sed & de eadem ciuitate refert Paul. Caſtr. d. conſi. 349. lib. 2. & Soci. conſi. 45. ſupponitur in facto lib. 3. [Et in caſtro nouo de Carfagnano, ut patet ex Maria. Soc. iuniore conſ. 20. pro ſtatuto caſtri noui, in caſus poſitione, lib. 1.] & in uniuerſum de multis Italię partibus. Sal. in d. l. dudum, col. 2. uerſic. quæro poſt hanc, & Hippo. Marſi. ſing. 54. in multis partibus. Et in Hiſpania eſt lex ſimilis in lib. 5. ordinationum (quas uocant) regiarum, titu. 7. l. 6. & ſeq. cuius meminit Ferd. Loaz, in repet. l. filiusfamiliàs. §. Diui, columna quadrageſima nu. 227. ff. de leg. 2. & dicit Paul. Caſt. in d. l. dudum, ꝙ propè vbique ſunt huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines.

*Bononiæ. Rauennæ. Taruiſij. In Italia. Hiſpaniæ. Vbiq; gentium.*

Suntq; huius iuris diuerſæ appellationes. Nam Federicus in ſua conſtitutione, quam de eo nuncupatim edidit, cuius initium eſt, Sancimus amodò, aut, ut alij legunt, omnimodo, id vocat ius protomiſeos, nomine, vt 2 *Retractus quã diuerſæ appellationes.* opinor, corrupto: & fortè ſcribendum eſt, protomixeos πρωτομίξεος à πρῶτος id eſt, primus, μίξις id eſt, miſtio, coitus, coniunctio: quòd ex eo iure veluti miſceantur & coeant, uel in idem dominum, ſi uicinus aut conſors redimat, uel in eandem familiam ſiue conſanguinitatem, ſi conſanguineus, quę antea ſeparata ab his fuerant. In ea autem conſtitutione inter cętera ſtatuitur. quis illorum primus admittatur, & cęteris pręferatur. Hincque, niſi me coniectura fallat, πρωτομίξεος nomen. Niſi malis legere πρωτομήσεος id eſt, pręlationis à πρωτιμάω, id eſt, pręfero. nam & ſic legendum putat uir omnibus modis laudatiſsimus Modern. Pariſien. in conſue. Pariſien. titu. 1. §. 42. column. ultim. Siue etiam πρωτομύσεος, à πρῶτος μύσις, præcluſio: quòd ſcilicet eo iure conſanguineus, conſors, vicinus aliis emptoribus ueluti viam procludant. Primum autem & poſtremum propiùs accedunt ad uulgarem illum titulum: ſed medium illud rem ipſam ſignificantiùs exprimere videtur. Et ut uerius quoque uideatur, facit autoritas hominis Græci non indocti Conſtantini Harmenopuli Nomophylacis Theſſalonicenſis in Epitome Iuris ciuilis, cui hunc titulum præfixit πρόχειρον νόμων. Is enim lib. 3. eius operis hunc titulum inter alios pręfixit, περὶ προτομήσεος. Cui hæc uerba ſubiecit: Διαπράσεως γινομένης τοῦ μὲν ἐξωνικοῦ ὁ δανειστὴς ἢ ὁ συγγενὴς προτιμᾶται εἰς τὸ ἀγοραστοῦ δὲ συγγενοῦς ὁ δανειστὴς, ἐκ δὲ τῶν δανειστῶν ὁ τὸ πλέον χρεωστούμενος. Id eſt, Venditione facta extraneo, creditor aut propinquus pręfertur in emptione: propinquo autem creditor: ex creditoribus autem, cui plus debetur. Quæ propè ad uerbum ſumpta

*Ius protomiſeos. πρωτομίξεος. πρωτομήσεος. πρωτομύσεος.*

ſunt ex l. 1. ff. de priuileg. cred. Ea eſt huiuſcemodi: Cùm bona væneunt debitoris, in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatuſue ſit, potior habetur creditor cognatuſue: magis tamen creditor, quàm cognatus: & inter creditores potior is eſt, cui maior pecunia debetur. Et ea quidem l. ſolet à noſtris allegari ad fundamentum noſtri retractus: de quo nos ampliſſimè dicemus infrà in hac præfatione numero quadrageſimoprimo, huc item pertinet, & multis ſequen. At Ioan. Oldendorpius, vir certè doctiſsimus, in libro de iure & æquitate legit in ea Federici conſtitutione, protheniſeos, idque non ſemel, vt caſus uideri poſsit, ſed iterum atque iterum, ut de induſtria factum cenſeatur. Qua tamen ratione ita legat, prorſus ignoro.

*Protheniſeos.*

*P. cōgrui.*

Porrò in eam cōſtitutionem πρωτομιξέων cōmentaria ediderunt Bald. & Matth. Afflì. qui & ipſe poſt And. Barul. in l. prædia. C. de loc. præd. ciui. libro undecimo, id ius uocat ius congrui. Cui appellationi conuenit, quod ſcribitur in re non admodum diſsimili in l. congruit. C. eodem titulo, cuius hæc uerba ſunt: Congruit æquitati, vt veteres poſſeſſores fundorum publicorum, nouis conductoribus præferantur. Sunt enim, qui & eam l. pro noſtra conſuetudine afferunt, tanquam ſcilicet non diſsimiliter hic congruat, vt conſanguineus extraneo præferatur. Et ego perſancte de erare auſim, eam iuris congrui appellationem illinc eſſe depromptam. Statutum autem Paduanum uocat Præſentationem: ut uidere licet apud Pau. Caſtren. in omnib. propè conſil. js ſupra ex eo citatis, & Cæp. conſilio etiā ſuprà allegato, & alio, ſi non idem ſit, cuius meminit Alexand. conſilio ſexageſimoſecundo, in cauſa, columna prima, libro ſeptimo. Quæ appellatio proximè conuenit cum noſtra conſuetudine, quæ & eam Oblationem vocat. Ea autem hinc manauit, quòd conſanguineus tenetur offerre precium emptori.

*Ius præſentationis.*

4 Statutum Lucanum vocat id ius Recompræ, vt tradit Philip. Dec. d. conſilio ducenteſimouigeſimoſecundo, columna ſecunda, verſiculo ſed is nullo modo. At Pet. Anch. conſilio trecenteſimoſexageſimo, ante omnia in fin. & Flor. à S. Petro, conſi. ſeq. quòd dicta domina, in princ. non recompram uocant, ſed recomperam & recomperationem: quod tamen idem eſt, niſi ꝙ in priori voce detracta eſt e, litera, per ſyncopen, ut ſæpe fieri aſſolet. Eſt autem ea uox uulgaris Italorum, quæ ſignificat ueluti recuperationem, quòd ſcilicet conſanguineus rem uenditam recuperat. Niſi malis dictum à comparādo, quaſi dicas recomparare, id eſt redimere. Nam plerunque comparare emere ſignificat, vt colligitur ex l. 1. & ibi gloſ. in uerbo, comparauit. Barto. in 2. oppoſ. & Bald. columna prima, uerſiculo item nota, ꝙ verbum. C. de rer. permut. ex quibus Bald. ipſe dicit, hoc uerbum vulgo accipi pro uerbo uendendi, atque etiam ex l. à Dino. §. ſi poſt addictum, & §. ult. ff. de re iud. & l. ſecunda, ff. de litig. & l. nec quaſi. ff. de rei uendic. & l. liberis. §. ſi quis ſciens. ff. de libe. caul. & l. ſemper. §. negotiatio, ibi, pecunia compratis nauibus, ff. de iure imm. & l. ſecunda, §. ad frumenti comparationem. ff. de adminiſt. re. ad ciuit. perti. & l. procuratoris. §. planè. ff. de tribu. actio. & l. tertia, §. primo, ff. de in rem uerſo. & l. quidam, eodem titulo, & l. ſi procuratore. §. ſi tutores, & §. ſi liber. ff. mādat. & l. ſi mandauero. §. fugitiuus, eodem titulo, & l. ex facto, in princip. ff. de hæredib. inſtituen. & l. is qui ſuis. §. nihil. ff. de manu. & l. ſi à creditore, in uerbo, comparaſti, iuncto uerbo, uenditor. C. de obligat. & actio. & l. ea conditione. C. de reſcindenda vendit. & l. ſicut. C. de actio. empt. & alibi ſæpe. Et ita quoque maximi autores uſi ſunt [Cato Cenſorius in Re ruſtic. capitulo primo, Prædium cùm comparare cogitabis, ſic in animo habeto, uti ne cupidè emas.] Teren. in Eunucho.

*Retractus ius recompræ appellatus.*

*Cōparare qd verbū ſignificet.*

*Imò ſi ſcias, quod donum huic dono contrà comparet,*
*Tum magis id dicas.*

Quo loco Donatus, comparet interpretatur, emat. Liuius libro ſecundo, ab Vrb. cond. Annonæ imprimis cura habita, & ad frumentum comparantum miſsi in Volſcos Suetonius in Iulio Cæſare, capitulo quadrageſimoſeptimo Gemmas, toreumata, ſigna tabulas operis antiqui, ſemper animosè comparaſſe. [Hincque comparator pro emptore, l. prima. C. de cap. & diſtrah. pignor. trib. cauſ. libro decimo.] Vt hinc intelligas Ruffinum fuiſſe ab Hieronymo in tertia aduerſus illum Apologia, iniuria reprehenſum, quòd comparatum codicem pro empto poſuerit: quaſi, vt ille ſubdit, comparatio æqualium tantum ſit, emptio precij annumeratio. Scio autem id uerbum comparandi, & de alijs modis acquirēdi, quam per emptionem dici: ut probatur in l. ſi quid earum. & ibi gloſ. & Bartol. ff. de leg. tertio, de quo per glo. & Bart. in d. l. prima, C. de rer. permu. eundem Bart. in l. prima, ff. de contrahen. empt. Alex. conſi. 85. animaduerſis, colum. vlt. verſic. vtrùm autem verbum. Corn. conſil. 73. quamuis videatur, colum. tertia, verſic. quod verbum, lib. quarto, vbi tamen dicit, in vſu vulgari, id verbum accipi pro verbo emendi, & Fabia. in tracta. de empt. & vend. in 2. quæſt. princ. colum. 2. uerſicu. ſecundò fallit. Ex quo & Terentius in Andria:

*- Atque ex incommodis*
*Alterius ſua vt comparent commoda.*

Et ibi quoque Donatus exponit, comparent, id eſt, acquirant. Firmianus autem in tractatu gabellarum, in tertia parte 8. partis princip. q. 1. dicit, quod compara, eſt vulgare Italorum, quo ſignificatur veluti acquiſito.

5 Sed & conſuetudo noſtra, & vniuerſa propè Gallia, retractum vocat a retrahendo: quod ſcilicet conſanguineus ad ſe, atque ita ad familiam & cognationem, à qua res ceſſerat, eandem retrahit. Quod verbum frequens eſt apud receptiſsimos autores, è quibus ſatis erit vnum qui inſtar eſt omnium, citaſſe. Is eſt Virgil. lib. quinto, Aeneidos:

*Retractus à retrahēdo dictus Retraho, verbum.*

*Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntq́ ſequamur.*

In noſtris autem legibus ſæpiſsimè reperitur, vt in l. prima, non ſemel. C. de natur. lib. quo in loco Bald. alludens ad noſtram conſuetudinem, allegat cap. conſtitutus, extra de in integ. reſtit. vbi fit mentio huius noſtræ conſuetudinis. Sed & reperitur in l. prima, C. de tabula. lib. 10 & in l. cùm procuratores. C. de metal. lib. 11. & in l. 1. C. de fun. rei priuat. eodem lib. 11. & in l. 1. C. de diuerſ. offi. & appar. iud. lib. 12. Sed & in ff. quoque, ne quis dubitet, comperitur: vt in l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fiſci, & in l. Imperatores. §. item reſcrip. ſerunt agros. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. vbi ſcribitur, curatorem ciuitatis debere retrahere agros Reipublicæ.

6 Et hinc verbum retractandi in eadem propè ſignificatione retrahendi ſiue reuocandi, in l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acquir. poſ. & in l. ſi dolo. ff. de dolo malo, & in l. non ſolùm. §. item ait. ff. de procu. in l. quod autem. §. ſi vxor. ff. de don. inter vir. & vxo. & in l. quo enim §. vlt. ff. de ſolut. & in l. ſi cum militaribus. C. de reſtit. mil. & in l. vlt. §. ipſum autem. C. de bo. quæ lib. & l. 2. C. ne fiſc. rem quam vendid. lib. 10. & apud Virgil. ſtatim in initio lib. 12. Aeneidos:

*Retracto p retraho ſiue reuoco vſurpatū.*

*Nihil eſt quòd dicta retractent.*

Quanquàm pro iterum tractare, vt tradit Sextus Pompeius, ſiue iterum excutere, examinare accipitur, & quidem frequentiſſimè: vt in l. prima, & ſecunda, ff. ne de ſtatu def. & in l. ſecunda, §. primo, & 2. & iterum in l. vlt.

*Itē pro iterū tracto.*



vlt. ff. de collu. dete. & in l. aut priuatim. ff ad S. C. Turp & in l. in omnibus. §. 1. ff de diuerſ. & temp. præſcrip & in l. eius qui, in prin. ff. de iure fiſci, & in l. in bonæ fidei. C. de uſu. & in l. præcepit. C. de can. larg. eodem lib. 10. Et apud Plinium lib. epiſt. 6. ad Vrſum. Finitamque cauſam retractari. Et alibi ſæpe, vt apud Budæum, Galliæ ſidus fulgentiſſimum, videre licet. Paulus autem noſter ſine compoſitione id iterum tractare, appellauit, in d. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. [Seruius autem (ne illud prætermittamus) in libro ſeptimo Aeneid. Virgilij ſcribit, retractare eſſe repetere quod omiſeras, in id referens illud ipſius Virgilij.

*- Deſuetaq́ bello*
*Agmina in arma vocat ſubitò, ferrumq́ retractat.*]

7 ID AVTEM ius retractus etiam ex legibus Moſaicis, omnium primis, fuiſſe obſeruatum liquidò conſtat, ex vigeſimoquinto cap Leuitici, cum ſcribitur, Si attenuatus frater tuus uendiderit poſſeſſiunculam, & uoluerit propinquus eius, poteſt redimere. Et apertè quoque declaratur Ruth 4. cap. vbi ita ſcribitur: Partem agri patris noſtri Elimelech vendidi Noemi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide: quod audire te uolui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si uis poſſidere agrum iure propinquitatis, eme & poſſide. Et Hieremiæ 32. cap. vbi hæc quoque verba adſcribuntur: Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathot, tibi enim competit ex propinquitate, vt emas. Quem locum enarrans Diuus Hieronymus, Non erat, ait, licitum poſſeſſionem de tribu tranſire ad tribum, nec de familia ad aliam familiam. Id quod etiam è noſtris citat Lucas Pen qui & alia quædam in id affert, in l. prima, columna ſecunda, in uerbo, debiti. C. de impo. lucra. deſcript. lib. 10. Et hac quidem ratione iubetur Numeri capitulo trigeſimoſexto eodemque ult. vt omnes viri ducant vxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs.

*Retractus legib Moſis obſeruatus.*

8 Et horum quidem ſacrorum Bibliorum locorum autoritate adducti quidam contendunt, hanc noſtram retractus conſuetudinem eſſe iuris diuini, exiſtimantes omnia, quæ legibus illis Moſaicis ſtatuta ſunt, ius diuinum conſtituere. Sed illi admodum falluntur. Quod ne neſcias (nam id ad totum hunc tractatum multum habet momenti & ponderis) animaduertendum eſt præcepta ac dogmata veteris teſtamenti trifariàm diſcriminari: Alia enim moralia, alia ceremonialia, alia denique iudicialia: quę omnia nominatim, ſpeciatimq́; tanguntur Deuter. capitulo quinto, his uerbis, Loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias, atque iudicia, &c. Et c. ſequenti, cum ſcribitur: Hæc ſunt præcepta, ceremoniæ, atque iudicia, &c. Et c. 8. Caue ne negligas mandata eius, atque iudicia, & ceremonias. Et 3. Reg. 2. vt cuſtodias ceremonias eius & præcæpta eius, & iudicia. Et 2. Paralip. 33. vbi dicitur. Si cuſtodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem, & ceremonias, atque iudicia, quæ mandaui per manum Moſi. Et Eſdræ 2. libro capitulo primo. Et non cuſtodiuimus mādatum tuum, & ceremonias, & iudicia, quæ præcepiſti Moyſi. Iudicialia autem, (vt interim cætera omittamus) quæ & nonnulli legalia nō inſcitè appellant, (cuiuſmodi eſt illud de redimendo agro vendito à propinquo & tribuli) nō apud nos habent vim legis, quę obligare poſſit, niſi quatenus in nouo Chriſti teſtamento approbata reperiuntur, vt ex Theologis quoque ſcholaſticis (nam & hos aliquando, ut omnibus ſatisfaciam, haud grauatè appello) voluit Alexand. Hales, cæterorum huius monetæ Antiſtes in ſecunda parte Summæ, q. 3. membro primo, iterumq́; in tertia parte. quæſtio. quinquageſimanona membro primo, & eius diſcipulus Diuus Thomas Aquinas, in prima ſecundæ, quæſt. centeſimaquarta, arti. tertio, rurſumque in ſecunda ſecundæ, quæſt. octuageſimaſeptima, artic. primo, & in quot lib. 2. artic. octauo, & alter eiuſdem diſcipulus, ſanctimonia quoque inſignis, Bonauentura in quarto ſenten. diſtinct. tertia, artic. tertio, quæſt. ſecunda, in qua etiam di. copioſius hæc attigit cæterorum ſubtiliſſimus, aut ſi mauis tenebricoſiſſimus ex nomine Scotus, in ultima qu. ad fin. & idem Bonauentura in eodem 4. ſentent. diſtinct. trigeſimaſeptima artic. 2 q. 1. & Richard. in eodem libro diſtinct. 6. Ant. Flor. in prima parte ſummæ, titu. 14. capitulo ſexto, in princ. columna tertia, verſiculo tertio, differunt Ange. Cla. in uerbo decima, uerſiculo ſecūdo. & è recentioribus Gabriel Biel, in tertio ſentent. diſtinct. trigeſimaſeptima, q. 1. articu. 2. concluſ. quinta, ad fin. & rurſum in quarta diſt. prima, artic. quarto, dubio item 4. & Marſilius ille Ficinus, qui iure optimo columen Theologiæ ſimul & Philoſophię noſtri ſęculi appellari poteſt, in eo libro, quo de religione Chriſtiana tam verè ac piè, quàm eleganter, diſſerit capitulo trigeſimoquarto, ubi & præcepta Moſis multis modis diſtinguit, aſſerens ea eſſe præcipua, quæ in Decalogo continentur, data enim primùm nullo medio fuiſſe à Deo in tabulis lapideis populo uniuerſo: deinde tanquam perpetua in arca teſtamenti in ſancta ſanctorum incluſa. Cætera verò minutiora eſſe, ac data per Moſen, & ab eo chartis inſcripta, atque extra ſancta ſanctorum poſita. Inter hæc autem alia ſimpliciter moralia eſſe, quæ quoniam naturæ legem imitantur, ſempiterna ſunt fermè, ſicut præcipua. Alia ad iudicia pertinent: quæ in æquitatis arbitrio poſita, prout rerum vſus exigit, variantur. Alia verò ad ceremonias: quæ ſunt parui momenti. Et hæc quidem ſcitiſſimè probat autoritate ipſius veteris teſtamenti. Sed & idem quoque tradidit, & inuictiſſimis rationibus comprobauit Paul. Ricius in libro de Chriſtiana ueritate, tract. 2. parte tertia, capitulo item 3. & ex antiquioribus (hos enim prætermittere piaculum eſſet) Origenes in Exodum Homilia decima, & in Numeros Homilia undecima, Hieronymus in epiſtola ad Auguſtinum, cuius initium eſt, Tres ſimul epiſt. ipſe Auguſtinus libro aduerſus Manichæum ſexto ferè per totum eum lib. & iterum lib. decimonono, capitulo decimooctauo, & ad Bonifacium contra duas Pelagianorum Epiſtolas, libro tertio, capitulo quarto, & Ambroſius in epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes, capitulo ſecundo, & in epiſto. ſeptuageſimaſecunda, & Irene. & horum primus Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos.

*Retractū nō eſſe iuris diuini. Præcepta Moſis trifariam diuiſa.*

*Iudicialia ſeu legalia Moſis non obligare.*

Et è noſtris (ne eorum autoritate defici videamur) idem uoluit Imol in l. ſtipulatio hoc modo concepta, columna tertia, ad fin. & ibi quoque Rom. columna decima, ff. de uerbor. oblig. & idem Imol. in l. tertia, columna vltima, & ibi etiam Franc. Aret. columna tertia, uerſiculo prima ratio. ff. de teſta. ipſe Imo. in capitulo ultimo columna tertia, de conſuet. & con. omnium primo, in caſu præmiſſo, in fin. Card. Flor. loquens de lege Moſis, qua maſculi præferebantur fœminis in ſucceſſionibus, conſilio ſecundo, circa ſtatutum, ad fin. Mart. Laud. in tract. primogenituræ, columna penultima, verſiculo rurſus quæritur nunquid. Bellamera conſilio vigeſimooctauo, in facto mihi tradito, columna ſecunda, uerſiculo ad partem contrariam. Alexan. conſilio tertiodecimo, attentis his, columna tertia, verſiculo prætereà præcepta, libro ſeptimo, Franc. Aret. in l. vlt. columna penultima, verſiculo tertio, quod non ualet. C. de pact. Barb. conſilio trigeſimonono, clementiſſimi Dei, columna prima, libro ſecundo, Iaſ. in l. qui ſe patris. columna quinta uerſiculo, & nota quòd inter Iudæos. C. vnde libe. Philip. Dec. in capitulo conſuluit, in ſecundo not. extra de appel. Zaſius conſt. 1. illuſtres, nu. 61. lib. 2. Et huc quidē pertinēt no. à gl. & Arch. in §. his itaq; reſpondetur, per tex. lib. 6. d. Pan. & alijs, in c. 1. extra de hom. & idem Pan. in

d. c.vlt.col.2.verſic.in glo.2.extrà de conſuet. & in c.2. col.3.extra de probat.

10 *Aliquot præcepta Moſis à Chriſto damnata*

Et ne de hac re dubites, quantùm ad iudicialia ſiue legalia pertinet, de quibus hîc ſpecialiter loquimur: id quod diximus, poſſum multis Chriſti Domini noſtri teſtimonijs probare: ſed vnum tantùm aut alterum breuitatis gratia nunc afferam. Nam quod ſcriptum eſt in lege Moſaica, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Deuter.19.& Exod.21.damnat Chriſtus Matth.5. cap. quodque de libello repudij traditur Deuter.24.id Chriſtus quoque reprobat, abrogatque Matth.eodem cap.5. atque iterum 19.& Marc.10.& Luc.16. Suntque plurimi in ea ſententia, quòd ea lex repudij non excuſaret à peccato, & in ijs gl.in c.in lege, 24.quæſtion 4. Archid. in cap.qui peccat, ijſdem quæſtio & cauſa. Hoſtien.in c. gaudemus, colum.3.in uerbo, qui autẽ, extrà de diuor. Baldus, aut quiſquis eſt, inter conſi.illius, conſi.428. inquiſitio prædicta, colum.2. lib.5. & magna Theologorum cohors, in 4.ſenten. diſt.33. & latè diximus in noſtris legibus connubialibus. Ex quibus planè intelligis, placita legalia Moſis non fuiſſe Iuris diuini. Nam ſi talia fuiſſent, perpetua quoque, & immutabilia permanſiſſent, nec crimini aut peccato feneſtram aperuiſſent. Quantum enim ad primum pertinet, ſcriptum eſt Pſalmo octogeſimooctauo, Neque prophanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Et Eſaiæ capitulo quadrageſimo. Verbum Domini manet in æternum. Et alibi, Cœlum & terra tranſibunt, verba mea non tranſibunt. Matth. 24. Marci 13. Lucæ 21. Et rurſum alibi: Facilius eſt cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere, Lucæ 16. Quantum autem ad ſecundum, conſtat viam Domini impollutam eſſe, Pſalmo 17. & legem ipſius immaculatam, Pſalmo 18. Vt non immeritò damnata ſit hæreſis Cerinthi, Hebionis, & Nazaræorum, aſſerentiũ legem Moſis in omnibus eſſe obſeruandam, ſicut & nouam, teſtimonio Philaſtri, & Auguſtini in libro de hæreſibus. Nam & Gerſon, non contemnendus Theologus, in tractatu de contractibus, parte prima conſideratione 10 dicit fore hæreticum, ſi quis credat iudicialia Moſis præcepta nos obligare.

11 *Põtificias leges, cum humanæ ſint, diuinas ab aliquibus dici. Ciuiles item. Feudales item. Lex donũ Dei.*

Igitur ſatis ex ijs quę diximus conſtat, iudiciales Moſis leges non eſſe diuinas: niſi & ea ratione, qua leges Canonicas eſſe diuinas, tametſi humanæ ſunt, quidam aſſerunt: vt per Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Panormitan. in capitulo primo, extra de iurament.calumn. & alios citatos à Barb.in capitulo filius, in 4.not.extrà de teſta. Et id ſatis probat tex. in capitulo nimis, extrà de iureiur.& in cap.2.de priuile.lib.6. Sed & leges quoque ſęculares diuinas diuinituſque latas promulgataſq; pronũciat. l. vlt.& ibi gloſſ.in uerbo, diuino. C.de praſcriptio. long. tempor.& §.quia igitur imperium, in Authent. de inſtr. caute. & fide. Scribit enim Ioan. Andr. in capitulo ultimo, ne cleric. uel monach. legem ciuilem eſſe partem legis diuinæ & Theologicæ, & ſequitur Bald. id quoque trahens ad leges feudales, in procœmio feudorum, columna tertia verſiculo apparet igitur, ubi & alios in id citat. Nam & Demoſthenes in oratione prima aduerſus Ariſtogitonem πᾶς (ait) ἐςὶ νόμος εὕρημα μὲν, καὶ δῶρον θεῶν, id eſt, omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Deorum. Quod & à noſtro Iuriſconſulto relatum eſt in l.ſecunda ff.de legibus, & Galeno in eo libro cui titulus eſt, utrum partus in utero ſit animal; & Aphtonio declamatore in libro præexercitamentorum, paulò ante finem. Nam & Eccleſiaſticus capitulo primo tradit omnem artem, & ſcientiam eſſe à Deo; quod & de Medicina priuatim tradit idem capitulo eiuſdem operis trigeſimooctauo, & de agricultura, capitulo 7.

12 Illud autem certum eſt, omnes legiſlatores ſuarum legum inuentionem in Deos retuliſſe, quò illis maiorem autoritatem, maieſtatemque & obſeruantiam conciliarent: Moſen ſcilicet, de cuius legibus nunc priuatim loquimur, ad Deum Opt.Max. quem Diodorus Siculus libro ſecundo Bibliotheces uocat Abiaum. Nam illud ſæpe, cùm ſuas leges ederet, proclamabat, Hæc dicit Dominus. Minoëm Cretenſium legiſlatorem, ad Iouem: Lycurgum Lacedæmoniorum, ad Apollinem: Draconem, & Solonem Athenienſium, ad Mineruam: Triſmegiſtum, ſiue Minam, ut alijs placuit, Aegyptiorum, ad Mercurium: Numam Romanorum, ad Aegeriam: Zamolxim Getarum atque Scytharum, ad Veſtã: Zoroaſtrem, qui & Zarodes dictus eſt, Bactrianorum & Perſarum, ad Oromaſin: Charondam Carthaginenſium, ad Saturnium: Zaleucum, [aut, vt alij uocant, Seleucum,] Locrenſium, ad Mineruam: Zatraſtem Arianorum, ad ſimulatum quodpiam numen: Philolaum Thebanorum, Andronodorum Chalcidẽſium, qui in Thracia ſunt, Protagoram Thuriorum, ad neſcio quos alios Deos. Quæ omnia tradita ſunt à Platone libro primo, de legibus in princip. Dionyſio Halicarnaſſeo, libro ſecundo antiquitatum Romanorum, Diodoro Siculo, d.libro ſecundo Bibliotheces. vbi huius rei addit rationem, quod ipſi putabant rem mirandam ac diuinam, maximeque mortalibus utilem leges eſſe: ſiue ut citius populi, ob rei excellentiam, Deorum metu, legibus obtemperarent. Et præterea Cicerone libro de Diuinatione primo, Valerio Maximo libro primo capitulo tertio, quod de ſimulata religione eſt, Plutarcho in Numa Pompilio, Galeno in illo libro nuper à nobis citato, in ſumma libro tertio. [Polyæno libro octauo, ſtratagematum, vbi de Numa loquitur.] Lactantio libro primo, capitulo uigeſimoſecundo, & recentioribus Marſilio Ficino in argumento in Minoem Platonis, & alijs paſſim ſcriptoribus. Vt interim prætermittam Mahumetem illum Arabum legiſlatorem infandiſſimum ad Gabrielem leges ſuas retuliſſe. Plato autem in dicto libro primo de legibus, in uniuerſum tradit Deum legum condendarum autorem eſſe: vt hac ratione (vt tandem hoc caput claudam) poſſimus leges omnes diuinas uocare. Verùm nos aliter ius diuinum intelligimus.

*Legiſlatores ſuas leges ad Deos retuliſſe. Moſes. Minos. Lycurgus. Draco. Solon. Triſmegiſtus. Numa. Zamolxis Zoroaſtres Charõdas. Zaleucus. Zatraſtes. Philolaus. Andronodorus. Protagoras. Mahumetes.*

13 *Retractus cõſuetudo iure Pontificio approbata. Cõſuetudo retractus valida.*

Sed ut redeamus, hæc noſtra conſuetudo approbatur in capitulo conſtitutus, de in integr. reſtitut. & ut pleriſque placere uideo, in capitulo primo, §.ſed etiam res, vbi id not.Docto.titu. per quos fiat inue. & in capitulo primo, §.item primo, & ibi quoque Docto titu. qualit. olim pot. feud. ali. Vt iam non dubitandum ſit, an ualeat, ſicuti nec dubitant Petr.Cyn. Alber. Bald. Salyc. & Pau.Caſtren.in d.l.dudum.C.de contrahend.emptione Hoſtien.Ioan.Andr. & Panorm. in d. capitulo conſtitutus. Bald.Salyc.& Pau.Caſtren.in l.prima, C. com. diui. Bald. in rubr. C.res inter alios act. verſiculo, & not. quòd ex conſuetudine, & conſilio ducenteſimoſeptuageſimoſexto, ad euidentiam præmittendum eſt, libro quinto, Luc. Pen. in l.ultima, columna prima uerſiculo facit hæc lex.C.de præd.curia.libro decimo, & in l.prima, columna prima, in uerbo, debui.C. de impo. lucra. deſcript. eodem libro decimo, Ioan.Plat. in l. ſecunda in primo not.C.de præd.nauic.libro undecimo, & in l. prima columna prima, per illum textum, C. non lic. hab. metrop. libro undecimo Alexand. conſilio quinquageſimoſecundo, uiſo themate, in principio libro primo, & conſilio uigeſimoſeptimo, quod eſt ſimili exordio, in principio libro ſexto, & conſilio centeſimoſeptuageſimotertio, viſo & diligenter, columna prima eodem libro ſexto Philip. Dec. conſilio octuageſimooctauo cuius ſuperſcriptio eſt, valet ſtatutum, poſt princip.& conſilio ducenteſimouigeſimoſecundo, uiſo puncto, etiam poſt princip. & conſilio 200. uiſa petitione, etiam in princip. Lud. Bol. conſilio uigeſimoquin-





to, in ampliſſimo, in tertio dubio. Lud.Gozad.in repet. d.l.qui ſe patris, columna trigeſimaquarta uerſiculo infero, & ſexto. C. vnde libe. Paulus Parſius conſilio octuageſimoſecundo pro veritate, poſt princip. libro tertio, & conſilio ſequen.pro reſolutione, columna prima eodem libro, & ubique Doctor.noſtri, loquentes in caſibus huiuſce conſuetudinis multas quæſtiones diffiniunt, nullum omnino dubium de viribus illius facientes: quorum loca iam multa ſuprà, in prin.deſignamus, & poſthac plurima notabimus.

14 *Valet ſtatutum prohibens uẽdere extraneo.*

Nam (& quod plus eſt) ualet ſtatutum omnino prohibens uendere extraneo, aut forenſi, (ut noſtri non rectè, ſi credimus Vallę in Pogium, appellant) ſecundum Bart.Ang.Imol.Alexan.Iaſ. in utraque lect. ſuper tertia quæſtion. Barto. et cæteros recentiores, in l. filiusfamilias.§.Diui.ff.de leg.1.Ioan.And.Pet.Anchar.Domi. & Philip.Franc.in capitulo ultimo de immu.eccleſ. libro ſexto, Bart.Bald. & Salic. in d.l.dudum. Bartol. & Bald. in l.vlt. illum columna etiam vlt. hunc tertio uerſiculo extra gloſſ.C.de ſacroſan.eccle Bartol. in l.in quorum. ff de pign.& in l.ſi quis ita §.ea lege.ff. de verbor. obligat.& in l.multum.ff.eodem titulo, & in l.ſi in emptione. §. omnium, per illum textum, & ibi etiam volunt Bald.Salic.& Alexand.ff.de contrahen. emptio. & in l. prima, columna nona verſiculo circa primum ſic dico. C.de ſum.Trinit. & in l.ultima C. de exact. trib. libro decimo, & in d.l.ſecunda, & ibi quoque Io.Plat. C.de præd.naui.lib.11.Bald.in l. ſecunda in fin. ff. de iuriſd. omnium iudicum, & in l.ea lege.& ibi Ange.& alij. C. de cond. ob cauſ.idem Bald. in l. ultima, §. ultimo, C. com.de leg.& in l.1.§.1.C. de com. ſer. manumiſ. & in cap.ſi clientulus, columna ſecunda titulo de ali. feud.& in cap. quæ in eccleſiarum, columna ſecunda extra de conſtit.& in cap.clerici, extrà de iud.& conſilio 349. ſtatuto Placentiæ, columna ſecunda libro primo, & conſilio 310.ad euidentiam, poſt princip. libro tertio, & conſilio 314 quædam ſunt locutiones, eodem libro tertio, & conſilio 174.præſupponendum eſt, libro quinto Signo. conſilio uigeſimoprimo ſtatuto ciuitatis Mediolani. Angel.conſilio quadrageſimoſeptimo quidam Franc.de Florentia, columna vltima Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt.2.ex prædictis, columna tertia verſiculo ſed exorta, & ſequent. ubi dicit id communiter teneri & ſeruari. Panorm.in cap. relatum, l.1.de teſta. Card Floren.conſilio 144. ſuper themate, columna prima, & ſecunda Paul. Caſtren.conſilio octuageſimonono poſſet quis dicere, poſt princ.libro ſecundo Raph. Fulg.conſilio 102 præſuppoſito ſtatuto. Ioan.Plat. in d. l.prima columna prima uerſiculo ſimiliter valet.C. non lice.habit.libro 11.Alexand.conſilio 103.viſis ſcriptis, columna ſecunda verſiculo nam conſtat, & ſeq libro ſecundo Corn. conſilio ſeptuageſimooctauo quãquàm videatur, columna 1. libro primo, & conſilio 152. licet in hac columna prima eodem libro primo Barbat.in repet.rub.de non ali.reb.eccleſ.in prima quæſt.& conſilio quadrageſimotertio præclarè ſcribitur, columna decima verſiculo venio nunc ad aliam, libro primo Philippus Franc.in ſua diſpu.petitorij, in 4. dub. Franc. Curt. Senior conſilio vigeſimoſeptimo magnificus vir, columna quinta verſiculo capio ſecundum. Fab.in tract.de emption.& vendit. in uigeſimaprima quęſt. tertia quæſtio. princ. Felin. in capitulo primo columna prima de Iudæis. Philip.Dec.conſilio 661. in caſu de quo, columna prima. Ex quibus multi etiam dicunt, id ſtatutum comprehendere Eccleſiam, & clericos, vt ſcilicet nec eis nec in eos liceat alienare. Quin Bald.in d.capitulo, quæ in Eccleſiarum, ubi ſupra, & præterea in capitulo Eccleſia Sanctæ Mariæ, columna prima verſiculo idem uidetur dicendum, extra de conſt.tur.eius eſt ſententiæ, ut ualeat ſtatutum expreſſim, prohibens, ne liceat alienare in clericum, ſi principaliter non ſit factum in odium ipſius De quo & nos aliquid dicemus infrà, in §. primo in uerbo, *l'achepteur*, num.3.4.& ſeq.

*An tale ſtatutum comprehendat eccleſiam et cler.cos.*

15 *Valet ſtatutũ iubẽs potius vendere vicino aut proximo, quã alteri.*

Imò, & quod etiam plus eſt, ualet ſtatutum iubens vendere potius conſorti, aut vicino aut proximo, quàm alteri eodem precio: vt placuit Bartol.in l.ſecunda verſiculo item not.ar.C.de debit.ciuit libro 11.Petr. Anch. conſilio 160.præſupponitur. & iterum conſilio 370.ante omnia uidendum eſt Floria.conſilio ſequen. quòd dicta domina. Paul.Caſtr.conſilio 194.viſo ſtatuto, libro primo, & conſilio 221 in hoc paſſu, eodem libro primo Alexand. d. conſilio quinquageſimoſecundo poſt prin. libro primo, & d.conſilio uigeſimoſeptimo, in princip. libro ſexto, Socin.conſilio 272.non proſequendo, col.3. verſ.confirmatur, quòd ſi contra, lib.2.ubi intelligit, modo ſit factum à non recognoſcente ſuperiorem. Philip. Dec.ſi is eſt, conſ.619.licet in caſu, col.2.verſ. primũ ſtatutum, & conſ.647.requiſitus, col.1.Pantha.Cal.in rep. l.2.in fi.C.de reſcin.vend.Bart.Chaſſe. (neque enim illum grauatim cito, tametſi de me peſſimè meritum) cõſil.22.conſuetudine cauetur, col.2.uerſic. item iſtud ius. Nam ſi ualet pactum eiuſdem tenoris, ut certè ualet, ſecundum Bal.in l.1.poſt prin.C.com.diuid. per l.qui Romæ.§.cohæredes. ff.de verbor. oblig. vbi & hoc uolunt Imol.Rapha.Co.& Alex.atque etiam Iaſon, qui id dicit not.in l.nemo, quæ eſt pen. ff.de pact. & conſ.211. præſens conſultatio. col. 3.uerſ. ſed præmiſſis, lib.2. conſequens eſt, vt & ſtatutum ualeat: per l.ult.& ibi Bar.Bald. Sal.& alios.C.de fideiuſ. cum ſi. Et hinc quoque Alex. conſ.126.viſis his de quibus, in princ.lib.5. aſſerit ualere ſtatutum Ferrariæ, quo prohibetur locator alteri vendere, priùs quam requiſiuerit cõductorem, an velit emere. Suntq; certi caſus in Iure noſtro, quibus cùm uendere aut locare uolumus, debemus magis uni cuipiam, quàm alijs vendere aut locare iuſto precio: vt in l. 1. & ibi gloſſ.vlti.Bartol.& Ioan.de Plat.C.de metal.& met. lib.11.& in d.l.1. & ibi quoque Ioan. Plat. C. non lice. hab.eo.lib.11.& in l.congruit, & in l.prædia. C.de loc. præd.ciuil.eodem lib.11.& in l.ult & ibi item Plat.C.de agri.& mancip.eo quoque lib.11.& in §.ſi uerò aliquando.in Auth de collat. Imò & vendere ſimpliciter in quibuſdam caſibus, uelimus nolimus, cogimur: ex quibus multos collegit gl.in l.Iulianus.§.idem Celſus.ff.de act. empt & in l.nec emere, & ibi quoque Gul.Cu. Alberic. & Iaſon.C.de iure del.& in gl. in l.inuitum. C. de cõtrahen.emp Bal.& Ang. in l.ſi pendente.§. ſi quid cloacarum.ff de vſufr.& Fel.in c.1.in ult.not.extr.de Iudæis, & Ant.Burg.in c.1.col.5.verſ.ex oppo.domini, & multis ſeq.extr.de empt.& uend.

*Valet itẽ pactum in eam rem. Caſus aliquot quib. uni magis quã alteri uẽdere aut locare debemus. Caſus quibus etiam uendere cogimur.*

16 *Retractus cõſuetudo an valeat.*

Valet igitur noſtra conſuetudo, vt ad eam redeamus: & ſi nonnulli contendunt eam eſſe damnatam, per d.l. dudum.C.de contrahen.empt. In quo, vt alijs placuit, admodum decipiuntur: nam ea l.conſtitutionem reprobat, qua ſolis proximis, & conſortibus uendere licebat, non etiam alijs: quòd (vt ubi dicitur) iniquum eſt, ut homines ſuo arbitrio uendenda non diſtrahant, ſed de rebus ſuis aliquid cogantur facere inuiti. Ideò ſubdit ea... hæc uerba, Superiore lege caſſata unuſquiſque ſuo arbitratu quærere vel probare poſsit emptorem. In hac autem conſuetudine (inquiunt) nihil tale eſt, quale in ea reprehenditur: cùm neminem cogat uendere proximo ſed liberum relinquat, quibuſcunque uoluerimus, uẽdere Id autem concedit, ut rem arbitratu uenditoris iã alienatam poſsit proximus reſtituto precio redimere: & ita quidem approbato contractu: eo enim reprobato, non cogeretur precium reſtituere. l.iubemus nulli.§.ſanè, ibi & precia quidem, & iterum.§ prædia.C de ſacroſ.Eccl. & l.2.C.ne rei domi.ubi ita ſcribitur in fi. ita ut nec precium quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat, quæ quidem l. repetitur in Decretis Canon. in §.

*Contractu reprobato, an preciũ reſtitui debeat.*

vniuerſos, 16. quæſtione tertia, & l. prima in fine C. de præſcrip. triginta, uel quadraginta annorum, & l.prima, in fine,& ibi Ioan. Plat. in quarto no.C. de præd.curia.ſine decret. non alien. lib. 10. & l.quemadmodum,& ibi gloſſ.in verb. & emptor. C. de agric. & cenſ.lib. 11.& § quia verò Leonis, l.ſecunda, uerſic. ſi quis igitur,in Authen. de non ali. Nam & hinc videmus,quòd feudum alienari prohibitum, ſi tamen alienatur,poteſt agnatus recuperare nullo reſtituto precio. cap primo,§.Titius,titu.ſi de feud.fue.contro.inter do. & agna. & voluit Philip. Dec. conſilio 208. ad clariorem. colum. tertia, verſiculo ſed tamen prædictis non obſt.& conſilio 586. in cauſa quæ Mantuæ. Imò nec id recuperat malæfidei emptor à venditore,per text.à contrario ſenſu,in cap. primo,vbi id no.gloſſ. in verbo, in bonæ fidei,in princi.& Card. Alexan. colum. ſecunda, in vltim.not.titu.de prohi. feud.ali.per Fed.cum ſi.adductis à Barb.conſi.14.clementiſſimi, colum. ſecunda, uerſiculo & ex iſtis,lib.tertio, Verùm hæc ratio(tametſi hic à nonnullis adducitur)non admodum tuta eſt,propter ea quæ traduntur à Bald. in l. vltim. §.emptor.C. com.de leg.& conſi. 337. in primis videndum eſt, col. ſecunda, uerſicu. ſed quæritur, lib. primo, Franc. Cre. ſing.95. ſtatuto cauetur. & latè Felin. poſt alios in cap. cùm cauſam,colum. ſexta, verſiculo ad illud mirabile, extrà,de re iudic.& Fabia. in tract.de empt & vendi.in 8. quæſtione princ. colum. 1.uerſicu. ſecundò quæro,& quæ dicemus infrà,eod.titu.§. 12.in gloſſ.1.num.10.incip.& hæc quidem,& ſeq.

*Vaſallus feudū alienatū reuocans,an reſtituat precium.*

*Emptor malæfidei, an preciū recuperet.*

17 *Lex aut cōſuetudo ſemel damnata, an iterum introduci poſſit.*

At illi afferunt præterea hanc rationem. Nam poſito (inquit)quod ea lex,dudum,reprehenderet ſimilem legem huic noſtræ conſuetudini(quod,ut diximus, non admittimus)tamen non impediret, quin alia noua lex, aut conſuetudo,poſteà fieri poſſet, & introduci in contrarium:ut uoluit gloſſ.in Clem. ſtatutum, quæ eſt pen. in uerbo,conſuetudine. de elect.Per. Cyn.Bald.& Sal. loquentes in caſu noſtræ conſuetudinis, in d. l.dudum. Barto in l. 1.colum. ſexta, uerſicu. tertiò quæro. C. de ſum.Trinit.Bald.in l.vltim. colum.ſecunda,uerſic.item quæro,an iſta lex, & in l.ultim. C.de pact.pig ubi ſing. dicit illam gloſſ. & in cap.primo, colum. ultim.titu.de ijs qui feud.dar poſ.& in addit. Spe. titu.de inſtr.edi §. compendioſè, uerſiculo ſed nunquid de conſuetudine. Alb. in prima parte ſtatutorum, quæſtio. ſeptima ſed quid ſi ſtatutum.Petr. Anch. in repet.cap.primi, char. 39.in paruis, uerſiculo quid ergo ſi conſuetudo, extra de conſtit.& in cap. primo, eod.titu.lib.ſexto & in cap. conſtitutus,in tertia oppo. extrà de in integ.reſtitut.ubi & ipſe loquitur in caſu d. l. dudum. & rurſum in cap. cùm ab omni,de uita & honeſt.cleric. & conſi.quinquageſimoprimo,conſuetudo quæ habet,in fi. ubi & illam glo.dicit ſing. & conſil.218. iuxta ordinem, paulò poſt medium.Imo.Pau.Caſtr. & Franc. Aret.in l.ſi mihi,& tibi §.in leg.ff.de leg. primo, Panorm. in cap. vltimo, columna item ultima, poſt Ant.ibi charta duodecima, extrà,de conſuet. & idem Panorm. diſtinguens in cap. ſecundo, columna quarta, verſiculo ſecundo membro. de prob.& conſi. ſeptimo, tria circa primum, columna penul. lib.ſecundo ubi & eam gloſſ. dicit ſing. Stepha. Betran.conſilio 361. viſo conſultationis themate,num. ſexto lib.primo,& conſilio 342. exiſtimo,nume.tertio, libro ſecundo , Nam cùm lex damnat conſuetudinem futuram, id nuncupatim exprimit: ut patet in l.tertia,§. Diuus Adrianus.ff.de ſepul.viol.

18 Sed & hæc ratio parum quoque tuta eſt , quando multi,& hi quidem maiori numero, tenent contrarium vt ſcilicet damnata conſuetudine præterea cenſeatur quoque futura damnata.Hi ſunt inter cæteros glo.Imol. & Domi qui hoc latè diſputat in d. cap. primo,de conſtitu.lib.ſexto,gloſſ.in cap.primo, in fin.de cler.non reſid.eod.lib.ſexto, & in Clem. ſecunda , gloſſ.penul.de reb.eccleſ.non alien.Innocent. in cap. ex parte, in gloſſ. magna,de conſuet. Petr. in l.ſecunda,& ibi etiam Cyn. loquens in caſu d.l.dudum , in quinta,quæſtione princ. & Bald.,in ſecunda oppo. ſibi omnes contrarij. C. quæ ſit long. conſue.Ioan. And. vt à quibuſdam citatur,in cap.certificari, & ibi etiam Anton. colum. tertia, de ſepul.& idem Ioan. Andr.in addit.Specu.in d.§.compendioſè, vbi ſuprà,& iterū in ti. de dote poſt diuor.reſt.§. primo,uerſiculo illud quoque.Pau.Leaz.in Clem.1.ſuper verbo,eligatur, in fine de elect.& in d.Clemen.ſtatutum,& ibi quoque Lap. Abb. & Imol. columna pen. eod.titu.& in Clem.ſi vna.& ibi quoque Ioan.Lign. & Card.Flor. in fin. de reb. eccleſ. non alien.Dyn. Barto. Bald.Angel.Raph.Corn. Alexan. & Iaſon.in d.l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis. ff. de leg.primo,Bald. in repet.l. de quibus,colum.ſecunda, ff.de legib.& in cap. primo, titu.quali.olim feud.ali.pot.& in c.primo.poſt prin.tit. de capi.Corra. diſtinguens an conſuetudo ſublata contineret ius commune,necne. Angel.non obſcurè conſi. 292.viſis omnibus,colum.prima Petr.Peruſ.in tractatu de canonica portione, ad fin. in quæſtione quinta, ubi etiam diſtinguit , an cōſuetudo reprobetur,an verò ſimpliciter tollatur.Anton.in cap. vltimo, poſt med.uerſi. quis ſit effectus , & ibi quoque Imo. colum. ſeptima,& Panorm.qui diſtinguit columna vltim. extrà de conſuetud.Petr.Anchar.poſt Pau.Leaz. in Clem.prima,de exceſ.Præl.Imo.in d.cap.cùm ab omni,colum.quinta,de vita & honeſta.clericor. & in Clēmen. dudum. §. non etenim,in octaua, quæſtione de ſepult. & in l.tertia,& ibi quoque Franc.Aret. ff. de teſta. Pau.Caſtr.in l.ſi ſtipulatus fuero.§.primo, ff.de verbor. oblig.Ioan. Anan. in cap.tertio,ne Prælat.vic.ſuas. Rom.& Alexand.in l. ſi non ſpeciali.C.de teſtam. Alexand. conſi.194.ex themate præmiſſo,colum.penult.uerſicu. & hoc etiam,lib. ſecundo.& conſi. 197. uiſo teſtamento dicti Franciſci, colum.tertia, verſic. præterea non obſt. eodem lib.ſecundo,& conſi.134.æterni numinis,colu octaua,uerſi. ſecundò adducit,lib.ſexto, Angel.Aret.in § ex non ſcripto,Inſtitu. de iur. natur. gent. & ciuil. Carol.Rui.qui etiam loquitur in caſu d.l.dudum, conſi. 109. uerſicu. videtur,colum.tertia,nume.13.& ſeq.lib.quarto, ubi & hanc dicit eſſe communem opin. & conſi.32.Viſo proceſſu,poſt princ.lib 5.

Et hæc quidem ſententia omnino uera eſt, cùm eſt expreſſa reprobatio legis vel conſuetudinis,cuiuſmodi eſt in d. l. dudum. ita enim reprobatur & futura , ſi credimus Bartol. in l.ulti.in princ. per illum text. ff. de leg. ſecūdo,Baldus, vt à quibuſdam citatur, in l.humanum. C.de legib.ſed non reperi in meo codice.& idem Bald. in l.vltim.C.de pact.pign. Franciſc. Aret. in d.l.tertia, de teſta.& in d. cap.ſecundo,de probat.& Iaſon.in d.l. prima,in vtraque lect.C. de ſum. Trinit. Et id quidem indubitatè,quando lex,vel conſuetudo præterita damnatur,tanquam irrationabilis & iniqua: quia tunc ſatis reprobatur futura durante huiuſmodi iniquitate , ſiue (ut ſic dicam)irrationabilitate:ut dicunt Bald.& Salic, in d.l.dudum Bald.in auth. omnes peregrini,columna ſecunda, uerſiculo not.quòd quando princeps,C.commun.de ſucceſ.& in d.l. ultim.C. de pact.pign.& conſi. 232.fratres Prædicatores, libro primo, Dom. conſilio trigeſimoſecundo ſuper primo, dubio,colum.ſecunda, verſicu.nec obſt. ſi dicatur, & Franc. Aret.in d. l.tertia, de teſtam.& Philip. Franc. in d. cap. primo , columna vltima , de conſtitu. libro ſexto , & ita ferè omnes,qui de hac re loquuntur, intelligunt. Si igitur hæc conſuetudo eſt iniqua & irrationabilis (de quo poſteà dicemus ) certè ea l. dudum, reprobando legem & conſuetudinem præteritam , & futuram quoque reprobaſſe videtur. De quo & tu uide latè per Ioan. 19

*Reprobatio legis ſeu cōſuetudinis, ſi expreſſa eſt, futurā reprobat.*



Ioan.Lup.in repe. cap. per veſtras,chart.octuageſimanona columna ſecunda verſicu. quinto , cùm dicit, de donat.inter vir.& vxor.

20 At qui tenent aliam partem , ſtatim illud contrà obijciunt,quòd ea l. expreſſim excipit,niſi conſuetudo aliud inducat. Id enim velle poſtrema eius l. verba, quæ ſunt huiuſmodi: Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.Nam & hæc verba Bald. ibi intelligit de ſpeciali conſtitutione loci, vel ſtatuto municipali: per text.de hac conſuetudine loquentem, in cap.conſtitutus , de in integ. reſt.vbi etiam Hoſti.& Ioan.Andr. trahunt d. verba ad caſum.d.cap.& ſimiliter ipſe Bald.in l.prima, in primo,not.C.com.diuid.& Barto. ſubobſcurè poſt Oldr.in l. filiusfamilias.§.Diui. columna tertia, verſiculo quæro an per ſtatutum. ff. de leg. primo , dum eam l. allegat ad probandum valere ſtatutum, ne liceat alienare in non ſubditum, & Rom. conſilio 22. ita de iure dicendum,colum. tertia,uerſic. ſecundò probatur , & Fab. in tract.de empt. & vendit. in 22.q.3.quæſt.princ.

21 *Retractus cōſuetudo ſitne contra, an præter ius cōmune.*

Ex quibus multis placuit, hanc noſtram conſuetudinem,non eſſe contra ius commune, ſed tantùm præter ipſum ius: præſertim cùm non prohibeat cuilibet vendere , vt iam diximus. Nam id ipſum magna autoritate affirmant Cy. Ioan.Fab.Sal.& Pau.Caſtr.in d.l. dudum,& ibi latè Ioan. Igne.in repet. columna prima, & ſeq. & alibi ſæpe in eadem repet. Hoſtien. & Ioan. And.in d. cap. conſtitutus. ille columna tertia,in verbo,conſuetudinem. hic, columna vltim.& ibi quoque Petr.Ancha.in tertia,oppo.& Ludouic.Bol.d.conſilio, 25.in ampliſſimo,columna quarta,verſiculo circa tertium. Idque video omnibus propè in hac noſtra Gallia hactenus placuiſſe: reclamantibus tamen plurimis quos infrà aduocabimus in hac eadem gloſſ. numero 59.quamobrem ſunt, & ſequent.nec id quidem fortè immeritò,vt conſtabit ex ijs, quæ poſteà ſubijciemus.

22 Sed vt eam rem intelligas, operæ precium mihi viſum eſt integram illam l. dudum, ob oculos veluti ponere: *Dudum proximis conſortibusq́, conceſſum erat, vt extraneos ab emptione remouerent; neque homines ſuo arbitrio vendenda diſtraherent. Sed quia grauis eſt iniuria quæ inani honeſtatis colore velatur , vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti. Superiore lege caſſata vnuſquiſque ſuo arbitrio quærere vel probare poſſit emptorem:niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.* Hactenus ea l.Primùm igitur,quò ſpectant illa priora verba,vt extraneos ab emptione remouerent, niſi eò,quò & noſtra conſuetudo ſpectat?vt ſcilicet extraneus , qui iam emit, ab ea emptione remoueatur à proximis , reſtituto ei precio: & ita ipſis proximis in ipſius inuiti locum ſubrogatis. Sed ſi conceſſerimus, & ea verba poſſe intelligi de remotione non iam factæ emptionis , ſed futuræ:tanquam ſcilicet non liceret ex ea l. antiqua vendere extraneo, ſed tantùm proximis: vt ſic noſtra conſuetudo, quæ id non prohibet, vt dictum eſt ſuprà, non ſit ſimilis legi ibi damnatæ ; quæ tamen differentia eſt, niſi verborum , non licere extraneo emere, aut ſi emerit, poſſe rem ab eo auocari atque retrahi per alium ?At lex non verbis, ſed rebus imponitur, l. ſecunda, in fine C.commun.de leg.& cap.quanto, extrà de priuil.& cap.commiſſa,de elect.lib.6.

23 Nam vt concedamus illa verba , De rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, non poſſe referri ad primum venditorem, quia ſcilicet non cogatur à noſtra conſuetudine vendere proximo magis quàm extraneo: tamen haud dubiè pertinent ad emptorem, qui iam dominus iuſto titulo effectus,cogitur inuitus vendere conſanguineo precium offerenti , quæ eſt grauis iniuria inani honeſtatis colore velata , vt dicunt verba l.noſtræ , & ut dicit l.quamuis. in fin.princ.ff.de pign. act.ſatis inhumanum eſt,quem inuitum rem ſuam vendere. Et facit, quod ſcribit Baldus , conſilio 439. viſis conſilijs,in principio , libro primo, conſilio eiuſdem numeri, ſuper primo puncto, columna vltim. verſicul. primò iſtud ſtatutum,lib.quarto.Nec dici poteſt,quin reſcindatur iſta venditio , quantum ad emptorem ipſum pertinet , cùm tamen aliàs venditio reſcindi non poſſit inuito emptore , etiam reſcripto principis. l. de contractu. C. de reſcin. vend. Nec ſi duplum quidem precium offeratur. l. non eſt. eod.titu. Quid autem refert , quantum ad præiudicium emptoris,uenditorne , an alius eius conſanguineus venditionem reſcindat, ad ſeque rem venditam retrahat inuito ipſo emptore?

*Venditionē omnino reſcindi non poſſe.*

Imò verò illa verba & cætera omnia d. l. dudum, non ſolùm ad emptorem , ſed ad venditorem quoque pertinent: qui cùm fortè velit & cupiat extraneum quempiam quærere emptorem , & rem apud eum manere , potius quàm apud fratrem proprium,non iniuſtis rationibus adductus, cùm , ut ſcribit Homerus in fin.lib.8.Odyſſeæ. 24

ἤ τίς καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδώς
ἐσθλός, ἐπεὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων.
γίγνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

Quibus ſignificatur , amicum non eſſe fratri poſtponendum.Cùm igitur(vt repetā) uenditurus cupiat eum amicum emptorem quærere, remque eam apud eum perpetuo manere , uel eius amicitiæ uel etiam alterius cauſſæ gratia : ſi tamen ei uendiderit , conſanguineus eum ab emptione remouet:quod potiſsimùm damnat princip. eius l. Nec is cenſetur emptor eſſe,qui emptor non durat , ſed illico rem emptam conſanguineo precium offerenti cedere cogitur. ut in ſimili etiam dicitur in l.non videtur ff.de acquirenda poſſeſ.non videtur poſſeſsionem adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſsit. & alibi dicitur , uerſum non dici, quod verſum non durat l. ſi pro parte §. verſum autem ff.de in rem uerſo.& ibi concord.in gloſſ Quibus adde optimum text.in l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg.3. ubi hæres non uidetur tibi dediſſe,quod ita dedit,ut habere non poſsis, quia ab alio euincitur.Et ſic hic non uidetur uenditor ſuo emptori uēdidiſſe, à quo res uendita euincitur per huiuſmodi retractum.

*Amicꝰ fratri nō poſt ponendus. Eſſe non uidetur, qđ nō durat.*

25 Ideoque cùm ipſe uenditor non poſsit ita uendere, ut res maneat apud ſuum emptorem,quem ſibi quæſierat atque delegerat,non uidetur ſuo arbitratu quæſiuiſſe ſiue elegiſſe emptorem, cùm ius uiſq́; ac effectus ſuæ electionis per huiuſmodi retractum euertatur. argu.l.ſi optio,quæ eſt 3.ff.qui & à quibus manu.lib.non fiant.quam & in id annotat Bald. in d. l. dudum.in 3. not.nam & aliquid uidetur amittere, qui uoti ſui compos non eſt effectus , id eſt, qui animum uoluntatemque ſuam non explet. ut cupit gloſſ ut à quibuſdam citatur,in §.primo,in uerbo, incommodo, Inſti. de hæred.quali.& diffe. & eſt etiam bona gloſſ. in l.Paulus, la prima,poſt prin.ff.de ſolut. & facit l.ultim.ff.de uſu & habit. ubi uſuariæ rei ſpeciem proprietarius nullo modo commutare poteſt. Deteriorem enim cauſam uſuarij facere non poteſt. facit autem deteriorem,etiā in meliorem ſtatum re commutata.quia ut dicit Barto. de ea l.loquens,in l.2.colum.3. uerſicu. ſecundo oppo. poſt Pet. ibi.ff. ſol.matr. ſatis uidetur ei nocere,ex eo quod ſit contra uoluntatem ſuam.Id quod etiam ex eodem text. not. Albe.in l.in creditore.ff.de euict.Et facit quod ex eo ipſo tradit ipſe Bartol. in l.Pomponius, columna ſeptima uerſi. præterea qui uendit.ff.de neg. geſt.Eſt autem ſimilis text. in l.hactenus, in fi.cū l.ſeq.

*Amittere quis uidetur, cū ex uoto nō eſ ſequitur.*

quæ incip, quamuis.ff.de vſufruct. quem Baldus in ſua marg.in verbo,lucrum, verſicu o,terti in id not.quòd quis ſatis damnificatur ex eo, quod fit contra eius voluntatem, & in id quoque allegat glo primam in l. ſoluendo. ff. de negot.geſt.voluit(ni fallor) allegare gloſſ. in verbo, eum. & facit etiam text.in ʃ. præterea, Inſtit.de actio.& quod dicit Bartol. in l.ſi filius qui patri, columna vltim, verſicu. & eſt tertius. ff. de vulg. & pupil.ſubſtitut. quòd vbicunque quid fit nobis inuitis, & ſi ex eo lucrum ſentiamus,tamen dicimur damnum pati: per ʃ. præterea, Inſtit, de act. & ſequitur Soc. in rub.ff. ſol. mat, numero 69. Sicuti è contrario ſatis lucrari dicitur, qui voluntatem adimplet, eique obſequitur;vt dicit glo. vltim.in l.penul.& ibi Barto.Bald. & Angel,qui dicunt not.ff. de condi.cauſ.data & Iaco. Aret. & Bald.in l.prima C.de furt.& idem Bald.in l. idem Iulianus.ʃ.ſcio ex facto.ff.de leg.primo & in margarita, quo loco nuper citauimus, ubi eam gloſſ. dicit ſingul.& Petr.Anchar.in cap.vltim.in princip.de conſuet.lib.ſexto, vbi etiam eſt bona gloſſ.in verbo, meliores,& in cap.ſi duo, colum. prima in quarto not. de procura.eodem lib. ſexto, & Corn. conſilio quinquageſimoprimo licet in hac, colum. tertio uerſicu.ſolent enim, libro ſecundo & conſilio 187. videtur in hac, columna tertio verſicu·eſt ergo ſenſus,lib.tertio ubi & ex hoc nuncupatim dicit,quòd ſatis lucratur,qui in eo ſuæ voluntati ſatisfacit, quòd contractus à ſe initus ſortitur effectum,nec reſcinditur,& conſilio octauo licet,columna 1.libro 4. Et bene facit tex.quem ea gloſ, citat in l.ſi pignore §.primo ff.de furt.ibi,ſpecies enim lucri eſt, & l.Sabinus, & l.ſi venditor, in fine, princip. ibi, quia ea melior intelligitur.ff,de in diem addi.& l, prima ff.qui ſatiſda.cog.in illis verbis,ſatisfacere dicimus ei, cuius deſiderium adimplemus,& l.ſi rem.§.ſatisfactum.ff.de pig,actio.

*Satis lucratur qui ſuæ voluntati obſequitur*

26 Ob hanc autem ſolam affectionem, quam nobis natura ingenuit, ut contractus à nobis factus ſortiatur effectum,ne quis eam leuiorem exiſtimet,quàm vt conſiderari debeat,ſunt multi in ea ſnīa,ut venditor,& donator etiam ſi non teneantur de euictione. tamen non ſint teſtes idonei in cauſa emptoris. Inter quos ſunt Pet.Cyn.& Ioan.Fab,in l. omnibus. C.de teſtib. Alber, poſt Iacob. Ra. in l. ſi tibi decem.ʃ. pactum ff de pact. Anto,Imol. & Pan in capitulo inſuper, extrà de teſtib, Bald.in l.& ſi ad te.C.de fal.Guid.Pap.conſilio 74.ſequuntur rationes,colum.penul, lib, ſecundo. Quod & de proxeneta dicit gloſſ. in §. quoniam verò legem,in verbo,prohibitione,in Auth.de teſtib.Cyn.in d.l.omnibus,Alb.ubi ſuprà,Angel.in l.debet.ff.de ædil.edict. Anton.conſilio 24.uerſicul.quæſtio hæc dubia,colum. penul.Petr.Anch.conſilio 331.viſis diligenter,colum, ſecunda uerſiculo quartò etiam, Imol. conſilio 124. in cauſa præmiſſa,Rapha. Fulg,conſilio ſecundo emphyteuta,columna ſecunda Panor.in d. cap. inſuper, & in cap, licet Hely. columna tertia uerſiculo item ſi proxeneta, extrà de ſimoni.Alexand.qui alios multos affert,conſil. 13. ex his quæ in themate,columna quinta uerſiculo item per dictam, lib. primo & conſilio centeſimovigeſimooctauo ponderatis, colum.prima, lib. ſecundo,& conſilio 150. in cauſa & lite,columna ſecunda,verſiculo tertia ratione lib.quinto, & conſilio 212. ponderatis. columna ſexta, verſiculo item Ioan, lib.ſexto,& conſilio 127. uiſo proceſſu, ad finem lib, ſeptimi Barba.conſilio 54.illud,columna quarta verſiculo præmitto etiam,lib ſecundo,Guid.Pap.& Stepha. Bertrand. vbi ſuprà, & iterum ipſe Bertrand. conſilio 225.dixeram, libro tertio, vbi doctè & ſcienter declarat (vt id obiter dicam) quomodò proxeneta hic accipiendus ſit. Quæ omnia id quod diximus, ſatis probant, venditorem ſcilicet non ſuo arbitratu delegiſſe emptorē, qui ab emptione inuito vtroque remouetur.

*Vēditor an ſit teſtis in cauſa emptoris. Item an donator in cauſa donatarij.*

27 Præterea,& in hoc quoque noſtra conſuetudo venditori incommodat, quòd res ipſius minoris venditur, ob id quòd retrahi poſſit à conſanguineo. Nam ſi cùm res venditur cum pacto reuenditionis, ob id minoris æſtimatur & diſtrahitur, quòd retrahi poteſt à venditore,ex ſententia Panorm. in cap.ad noſtram.columna ſecunda,& ibi quoque Barb. extrà de empt. & vendi. cum alijs multis concord.à me congeſtis infrà tit.procedente,in rub.numero 18.quartum quòd in ea:quantò magis hic illud obtinet, cùm non vni tantùm id ius competit,id eſt,venditori, qui ſæpiſsimè non ſatis pecuniarum habet ad retrahendum, (vix enim quis ad ſuarum rerum venditionem procedit, niſi pecuniarum inops) ſed id ius omnibus ipſius venditoris familiæ, & generis competit: ex quibus ſemper aliquis eſt qui cupiat, & poſſit retrahere. Eſt enim familia tanquam ciuitas quæpiam, vt autoritate Ariſtot. dicit Bald.noſter conſilio 50. in primis videndum eſt,colum.ſecunda lib. quarto, Ex quo facilè conuincitur,hunc retractum municipalem oneroſiorem eſſe,quàm illum conuentionalem.Quò autem plus oneris eſt in re vendita eò minoris æſtimatur & venditur.Angel,in l.precia rerum,poſt princ. & ibi quoque Alexan. colum.prima, ff.ad leg.Falcid. Angel, Aret.in ʃ.ſi quis agens.colum. quarta, verſiculo, addas etiam, Inſtit.de action. & eſt optimus text. quem ipſi allegant, in l.eum qui.ʃ.vltim. ibi, qui leuioribus emat conditionibus. ff, de in diem addict.

*Rem minoris vēdi ob retractum.*

*Familia,tā quam ciuitas.*

28 Et ex hoc ſequitur & aliud admodum graue, vt ſcilicet cogamur quodam modo vendere rem noſtram viliori precio.Vix enim è millibus vnus rem ſuam,præſertim immobilem,vendit,niſi neceſſitate quadam adductus.Vendere autem non poteſt æquo iuſtoque precio, & quod habiturus eſſet, citra id onus retractus, cùm ob id ipſum minoris æſtimetur, ut dictum eſt. Ex quo fit,quod diximus, ut ſcilicet minore quàm iuſto precio ei vendere neceſſe ſit;quod leges noſtræ non admittunt: etiam ſi quis cogatur vendere, præterquàm in caſu neceſſitatis publicæ: vt per Barto.in l. prima. §. cura.per eum text. ff. de offi.præfect. vrb. & in l.annonam,etiam per illum text. ff de extraord.cri.cum concor.adductis ab Alexand.conſilio 190. maturè colum. prima, uerſiculo & ideò, lib. ſecundo, & eſt quoque optimus text. quem illi non allegant,in l.ſi quis ſepulchrum, in princ. verſiculo Præſes. ff.de relig.& ſump. fun.& in l.ultim.in princ. ff. ad leg. Iul. de anno.& ibi concor.in gloſſ.Ex quo etiam fit, ut ſi teſtator damnauerit hæredem aliquid vendere, iuſto precio vendere damnatus hæres cenſeatur. l. ſi fideiuſſor. §. primo, & ibi Barto. & alij.ff.de leg.primo, & gloſſ.in l.ſi hæres, in verb.ex teſtamento.ff.de actio.empt.Sicuti è diuerſo ſi damnauerit hæredem emere, etiam cenſetur damnatus iuſto precio emere.l.alienus.ff.ad leg.Flac.quam in hoc dicit no. Fab. à monte S. Sab. in tract. empt. & vend.in quinta,quæſt.princip.columna octaua,uerſicu, circa quintum.

*Vēdere iniuſto precio an quis cogatur, & an emere iniuſto.*

29 Cæterum, quod illi intelligunt illam exceptionem,niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit,de noſtra conſuetudine retractus, mihi admodum ineptum atque ridiculum videtur. Quis enim vnquam fando audiuit, legem quampiam aliquid tanquam iniurioſum tollere ac reprobare, niſi alia lege aut conſuetudine id introductum fuerit? Ideò gloſſ. Iacob.Butr. Cyn. & alij, præter Bald.ibi aliter ea uerba intelligunt,nempe de quibuſdam alijs legibus,quas ipſi citant. Nec etiam ea verba, quaſdam perſonas ad noſtram conſuetudinem referre poſſunt, quæ non certas aliquas perſonas tantùm comprehendit,ſed omnes in vniuerſum. Ex ea enim nulli licet extraneo vendere,

*Exceptio legis audiū quomodo intelligenda.*



dere,quin vendentis conſanguineo liceat ab eo retrahere. Sciendum eſt autem,illam huius l.exceptionem non fuiſſe Imperatorum, qui eam l. ediderunt, (quippe in Codice Theodoſiano non inſeritur)ſed fuiſſe additam veriſimile eſt ab ijs, quibus Iuſtinianus ſui Codicis conficiendi curam demandauit cùm viderent, alijs quibuſdam ſpecialibus legibus id certis perſonis eſſe prohibitum, ne ſcilicet quis putaret illis legibus per eam l. eſſe derogatum. Porrò ſimilis exceptio,& ijſdem propè verbis,ponitur in l. 1. ff. quod iuſſu, dum ſcribitur, Niſi certa lex aliud prohibeat. ubi & Accurſ. ipſe eam quoque exceptionem intelligit de alia quapiam lege, & non de conſuetudine. Et hæc quidem quantum ad d. l.dudum,pertinent.

30 Nam ſunt & alijs textus, qui videntur probare hanc conſuetudinem eſſe contra ius commune, videlicet d. l.1.C.commun.diui.cuius hæc uerba ſunt: Frater tuus, ſi ſolam portionem prædij ad ſe pertinentem diſtraxit, venditionem reuocari non oportet, & l. portionem.C. de commun. rer. alien. cuius etiam verba ſubiecimus. Portionem quidem tuam militantis, frater tuus alienare non potuit. Eius autem partem precio ſoluto tibi reſtitui poſtulare, nec militari grauitati conuenit. Vides enim in vtroque loco fratrem (qua neceſſitudine nulla poſt parentes & filios maior eſt aut coniunctior (eundemquè ſocium in eadem re(eſt enim vtrobique vtrinque vinculum)& præterea in poſteriore loco militem, cui aliàs contra iuris regulas priuilegia multa conceſſa ſunt, non admittendum ad retrahendam portionem fratris, ab eo alteri venditam, reſtituto precio,ſed eius rei quam à Principe poſtulabat, quodam veluti conuicio repulſam paſſum fuiſſe: quòd ſcilicet id poſtulare non conueniret grauitati militari. Quæ verba in hoc expendit Bald. ibi. ut militibus non liceat ilicita poſtulare.

*Leges quæ retractum eſſe contra ius probare videntur.*

31 Quibus legibus difficile eſt reſpondere, niſi dicat illud certè non eſſe de iure communi, ut propinquus poſſit rem venditam reſtituto precio redimere, cùm nulla lege concedatur. Ideoque illi fratres id temerè poſtulabant. Sed non tamen illis legibus prohibetur fieri aut ſtatui, quemadmodum factum eſſet, ſi ita cautum fuiſſet: Prohibemus ne de cætero poſſit propinquus rē à propinquo venditam oblato precio retrahere, aut aliis ſimilibus uerbis. Multum enim intereſt, utrum lex loquatur prohibitiuè, ut in illis uerbis,quæ poſtremo loco adſcripſimus,an vero non permiſſiuè,ſicut in d. ll. In primo enim lex reſiſtit. Ideò quod contra factū eſt, dicitur eſſe contra legem, In ſecundo tantùm lex non aſsiſtit.& quod contrà factum eſt, id non contra legem, ſed præter legem factum dicitur.ut colligitur ex gloſſa in l.non dubium, in uerb. pro infectis, in tertia oppo.& ibi Docto. C. de legib. & Alber.in l. generaliter, numero quarto ff. de uerbor. oblig. & in l,pacta, quæ contra.C.de pact. & Ioan. Fab. in ʃ.alteri,colum. 2. uerſiculo item oppo.Inſtit,de inut. ſtip. Bartol.in l. cum lex,columna ultim.& ibi quoque Angel. ff. de fideiuſ.& in l,prima columna 3.ff de noua. Ant.in repet. capit.cum contingat,ad fin.& ibi Imol. in S. membro, extrà de iureiu.Corn. conſilio 203. uiſo dicto puncto, columna 3.uerſiculo & licet ibi dicat,libro 3.cum ſim. At multis placuit, ſimpliciter id tantùm præter legem factum aut conſtitutum eſſe, cùm aliquid ſtatuitur, quod nondum conſtitutum eſſe, cùm aliquid ſtatuitur, quod nondum conſtitutum erat. Contra autem legem dici, cùm aliquid ſtatuitur contra id, quod antè ſtatutum erat. Arch. in §. item illud,in uerb.contra Dei.28. quæſt.1.& in cap. ſi cui, in princip.& ibi quoque Ioan. And.de elect.libro 6. & Alexand.conſilio 207.ponderatis uerbis, columna.6. uerſiculo non obſtat quintò, lib.ſexto.

*Quid contra vel præter legem factū eſſe dicatur.*

Nec tamen omiſerim, in Codice Gregoriano ſub titu.de patr. poteſta.eſſe legem in hæc uerba.Si in poteſtate patris fuiſti, cùm hæreditas Baſſæ tibi obuenit, eamque iuſſu patris creuiſti iure poteſtatis ei eam quæſiſti. Ideò quod ab eo iure alienatum eſt, nulla ratione oblato precio tibi reſtitui deſideras.Ibi enim erat filius, quo nullus omnino coniunctior eſt: eiuſque gratia res ipſa,patri quæſita fuerat: quod habet aliquid fauoris & momenti, vt ipſe filius debeat ac poſſit facilius rem ad ſe retrahere. arg.eorum, quæ not. gloſſa Bartol. & alij, in l,ſi ita ſtipulatio facta fuerit. ff.de verb.obligat. cum multis ſimil.à me adductis in noſtris Legibus connubialibus in gloſſ.tertia,in ſecunda quæſtione principali, ad finem,& latius in repet. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, numero centeſimoquinquageſimo ſexto intellige tertiò.ad finem, & multis ſequen.Et tamen non admittebatur filius ad retrahendam eam rem, reſtituto precio. At verum eſt, eam l.abrogatam fuiſſe in eo, quòd id totum patri acquirebatur; & ei licebat alienare: ut patet ex l. prima & ſecunda C. de bo. mat.& l.cùm oportet. C. de bon. quæ liber. Sed id tantùm volui afferre, vt oſtendam ex antiquis quoque legibus non fuiſſe ius etiam filio retrahendi venditionem factam à parte, de re quoque quæ per ipſum filium patri quæſita fuerat, reſtituto precio, tantum abeſt hæc conſuetudo à priſcis Romanorum legibus. 32

*Lex ex Codice Gregoriano cōtra retractum.*

Quid referam multa, quæ aduerſus hanc noſtram conſuetudinem adducit Matth. Afflict.in tractatu protomixeos, in principio, cùm ea mihi admodum frigida, & aliena viſa ſint, & ea quidem ipſa idem Matth. ampliſsimè confutauerit,ut illic omnibus videre promptum eſt.Sed interim tamen ſilentio prætereunda non eſt gloſſ.à nemine quem viderim, ſi non me fallit memoria, in hoc allegata, in cap. mala, 8.diſtinctio. quæ aſſerit hanc conſuetudinem eſſe irrationabilem, dum ſcribit, quòd probat ex d.cap. conſtitutus,de in integr. reſtitut. quod huius vnius conſuetudinis mentionem facit.Cui gloſſ. fortè quis non immeritò accederet, ijs ſcilicet rationibus, quas nuper diximus,quòd venditor non habet arbitrium, cui vult vendendi, & ſuam venditionem ſtatā,firmam,ratam,irretractabilemq; faciendi. ex eoque grauatur,quòd rem ſuam minoris vendit. & emptor cogitur inuitus alteri reuendere. Niſi hæc ita tollas, quòd conſuetudo noſtra non eſt ſine ratione, ſed eam habet non contemnendam,ut ſcilicet res redeat in eam familiam,à qua exierat, vt poſteà dicemus in ʃ.uigeſimoſexto huius titu.quam rationem Moſes ipſe conſiderauit,vt patet ex ijs quæ diximus ſuprà num. ſeptimo id autem ius. nec etiam leges noſtre contempſerunt,vt videre licet ex l.cùm pater.ʃ.libertis,& l.peto.§ frater.ff.de legat.primo & not.per gloſſ.& Doct.in l.filiusfamiliàs.§. Diui.ff. de legatis primo, & dicemus ſæpe poſteà, maximè autem .numero trigeſimo nono ſed & Iaſon. & iterum numero quinquageſimo nec illud quoque. Ob eamque ipſam cauſam alia quædam ſpecialia à legibus ſtatuta ſunt, ſicuti mox oſtendemus, vt non abs re dixerit gloſſ.in cap.primo.ʃ.ſed etiam res titu.per quos fi.inueſt.tu.leges eſſe fauorabiles volentibus emere prædia maiorum ſuorum. 33

*Retractus cōſuetudo nonnullis viſa irrationabilis.*

Nam primo loco habemus textum,quem ea gloſſ.citat,in l. ſi in emptionem.ff.de minor. vbi minor reſtituitur aduerſis adictionem ab alio factam in ea re,que maiorum eius fuiſſet,aliter non reſtituendus. Quo in loco Accurſ.nota, inquit, intereſſe mirabile. Bald. autem ibi dicit, quòd propter huiuſmodi intereſſe (ſic enim poſt eos loquendum eſt, cùm & Paulus quoque Iuriſconſultus elegantiſſimus ſic locutus ſit in l. debitor. in princip. ff. de lega. ſecundo vt interim omittam Caium & ipſum eloquentiſsimum in l. quod ſæpe, in fin. ff.de contrah.emp. quando Alciat. id verbum intereſſe 34

*Minor hic reſtituit, quod res maiorū fuerit, aliàs non reſtituendus.*

*Intereſſe nomen.*

illic fuiſſe à librarijs additum cōtendit, aut verius conijcit, de quo tamen videre poteris apud Ioan. Coraſium Miſcel lib. 1. c. 20.) Notat igitur Bald. quòd ob illud intereſſe fingitur minor enormiter læditaliàs enim (ait) non reſtitueretur. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & eum ſequitur Alex. conſ. 67. videtur ſtantibus, col. 1. lib. 5 & Pantal. qui & illum text. ad hoc dicit not. in repet. l. 2. nu. 72. verſ. quartò habemus C. de reſcin. vend. & Phil. Dec. conſ. 403. verſ. quamuis, col. 6 primò quia domus. Illum autem tex. & glo. annot. Alber. in l. vlt. §. in computatione, colum. 2. C. de iure deliberan. Ang. conſ. 243. multi conſortes. & eum tex. dicit ſing. Barb. in repe. cap. Raynaldus, col. 143. extrà de teſt. & conſil. 13. clementiſſimi Dei patris, col. 2. lib. 1. ad id quod diximus, minorem enormiter læſum cenſeri ex alienatione domus, quæ fuit maiorum ipſius. Sed & ipſum dicit ſing Iaſon in l. 1. col 6. ff. de verb. oblig. & D. Ioan. Igne. in repet. d. l. dudum, col. 8. & Anto. Burg. in c. 1. col. 5. verſi quintò addo caſum, ext. de empt & vend. vbi & illum dicit eſſe perpetuò menti tenendum, & D. Bene. qui & illum dicit ſingul. in repe. cap. Raynutius, in §. in eodem teſtamento relinquens, l. 1. num. 33. dè teſt. Ludo. Gozad. conſil. 44. non eſt dubium, colum. 2. nume. 7. vbi illum dicit not.

35 *Noſtra intereſt, rem maiorum cōparare.*

Sed & illius tex. autoritate dicit glo. in l. 1. §. & Reipublicæ, ad ſi. ff. ſolu. matri. & rurſus in l. etſi æquo. ff. de leg. 1. quod noſtra admodum intereſt, rem quæ maiorū fuit, emere. Ideoque ſi teſtator iuſſerit nobis eam rem vendi iuſto precio, valet legatum, tanquam non inutile, per tex ibi, quem ita gloſſ. poſterior intelligit. Et hinc occaſione ſumpta, Iaſon ibi dicit, illum tex. in d. l. ſi in emptionem, not. uti etiam facit in l. 1. colum. 14. verſic. ſecunda differentia ff. de leg. 1. ubi plus dicit per eundem, intereſſe pupilli etiam redimere fundum, qui fuit maiorum, pluris quàm valeat. Quin & per eum dicit alia gloſſa in l. nam quod. §. 1. in uerbo, pupillum ff. ad S. C. Treb. quod in caſu illius §. reſtituitur, ſi res fuerit maiorum ipſius, quamuis aliàs non reſtitueretur, ut ibi ſcribitur. Sed & alia gloſſa vltim. in l. in lege Falcidia hoc eſſe, ad fin. ff. ad leg. Falcid. dicit per illum text. rem à nobis pluris æſtimari, quod ea maiorum fuerit.

36 Et ut gloſ. relinquamus, per illum text. quoque Pet. Anch. conſi 171 caſus talis eſt: quidam dominus. col. 3. verſicu. item quia dicta bona, reſpondit in caſu illius conſi. in his quæ fuerant maiorum noſtrorum, nos eſſe cæteris ſingulari quadā in eas affectione præferendos. Paul. autem Caſtr. coſil. 388. plus quatuor modis, circa medium lib. 1. autoritate item illius text. ſcribit, quod inſcribitur intereſſe affectionis reſpectu rei. Et idem in l. qui poſt. C. de leg. vnum quoque ex illo text. dicit memorabile. Nam teſtator pignorando rem legatam, non intelligitur legatum reuocare, ut alienando reuocare cenſetur, d. l. qui poſt. niſi teſtator ipſe tanti pignoraſſet quanti valeret, aut etiam pluris ut voluerunt Cyn. Fulg. ipſe Paul. & alij recentiores ibi, & Barto. in l. rem legatam, in fin. ff. de adim. legat. ea ſcilicet ratione, quod hoc caſu non eſt magis veriſimile, quod velit aut ſperet redimere eam rem tanti pignoratam quàm ſi ipſam penitus alienaſſet per l. qui habebat. & ibi gloſſ. Nicol. Neap. & Bartol. ff. de leg. 3. & l. legata §. 1. & ibi quoque gloſſ. & Bartol. ff. de ſupel. lega. Alber. Bald. { Roma. } Alexan. & recentiores in l. ſciendum §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſdare cogantur. ubi ex hoc dicunt, fundum ita pignoratum cenſeri eſſe proprium creditoribus, & eum releuare ab onere ſatiſdandi, ac ſi illum emiſſet Iacob. Raph. Imo Alexan. Franc. Aret. & recentiores in l. 1. §. qui ſeruum. ff. de acqui. poſſeſ Et facit, quod ſcribit Bar. in l in quorum ff. de pigno. Bald poſt Guil. Cu in l. manumiſſiones, & ibi quoque Iaſon. ff. de iuſtitia & iure. &

*Legatū reuocatur, ſi res tanti pignor. ſit, quanti valet.*

idem Bald. in l. uoluntas colum. ultim. verſi. quæro nunquid ille. C. de fideicom. & in l. ultim. C. de reb. alien. & in l. 1. circa medium. C. de theſaur. lib. 10. & in cap. 1. § aut ſi libellario. colum. 2. uerſic. & nota quòd videtur & rurſum in verbo, vt tranſactum permittat, titu. qui. mod. feud. amit. & in c. 1. in princ colum. 2. uerſic. quæro quid è contrario. & ibi quoque Mart. Laud. colum. 2. uerſic. ad fin. gloſſ. & Iac Aluar. colum. quoque 2. verſi. limitat. titu. de prohib. feu alie. per Fed. & idem Bald. conſil 218. præſuppoſito ſtatuto, in primo art lib. 1. ubi dicit not. d. l. habebat, ad id quòd huiuſmodi pignorationi proximum eſt rē habere pro derelicta. Pau. Caſt. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. Alex. qui d. l. qui habebat, dicit ad hoc not. conſil. 169. inſpecto, in fin. lib. 6. & Barb. in rub. de reb. eccleſ. non alien colum. 12. num. 71. & Ipecan. & Stephan. Bertrand. conſil. omnium primo viſo proceſſu colum. 5. nume. 45. & ſequen. libr. 1. cum ijs quæ dicemus infrà eodem titu. gloſſ. 14. in uerbo, *Ou equipolent à vente*, numer pen. quid verò de re. Si igitur (vt ad dictum Paul. Caſtr. in d. l. qui poſt, redeamus) pignorauerit rem quæ fuit maiorum, etiam tanti quanti valet, aut pluris: tamen quia non eſt veriſimile, eum rem illam derelicturum, & non redempturum, per d. l. ſi in emptionem, & ita ceſſat dicta ratio: certè per huiuſmodi pignorationem non cenſebitur legatum reuocatum. Et eum ſequuntur Alex. Corne. & Iaſ. in d. l. qui poſt, ille in fin. alter poſt princ. hic colum. 2. Et Io. Lup. in repet. rubr. de dona. inter virum & vxor. charta 43. ubi id dicit not. & Franciſ. Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui colum. 1. uerſicul. ſecundò ueſtitur. ff. de legat. 1. & in l. 1. colum. 3. numer. 12. de pignor. Sed id fortè non procederet, ſi res extraneo legata fuerit, ceſſante ſcilicet iam ea affectione.

*Niſi ea res fuerit maiorum.*

37 Huic ſimile eſt aliud dictum non minus notandum Cæpolæ in tractatu de ſimulatione contractuum, in 15. præſumptione, quòd ſi quis uendat fundum, qui fuit maiorum ipſius, cùm alios multos haberet, cum pacto de reuendendo: id quidem quod fuit maiorum, auget ſuſpicionem ſimulationis: & quòd ſit potius contractus pignoris, quàm venditionis, quia veriſimilius eam uenditor retrahet propter affectionem, per d. l. ſi in emptionem. & ſi hunc animum non habuiſſet potius alias res, quas habebat, vendidiſſet. ar. l. lex quæ tutores C. de ad mi. tut. de qua poſteà dicemus, & l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. & per alia iura, quæ ibi allegat. Sed & idem Cæ. in eo. ipſo opere, in 2. præſumptione, columna 5. in paruis, dicit, quòd ſæpe ducimur ad pluris minoriſue emendum & vendendum ea quæ fuerunt maiorum: per eadem prope iura. Idque dicit eſſe vice alicuius neceſſitatis, ſiue coactionis, ob quam emptio & venditio non caret ſcrupulo aut ſuſpicione læſionis, ſiue deceptionis reſpectu læſionis.

*Affectionē modica ad res maiorū.*

48 Et ut ad alios Docto. pergamus, per tex. in d. l. ſi non emptionem, Barb. conſi. 18. præclarè ſcriptum eſt, col. 2. lib. 2. reſpondit, procuratorem etiam habentem mandatum repudiandi, non poſſe repudiare res, quę fuerunt maiorum ipſius mandantis: quia non præſumitur id in generali mandato intellexiſſe Et Socin. conſilio 250. in cauſa Bononienſi, columna 2. uerſicul. præterea poſito libro 2. ex illo item text. dicit quòd ſolet prohiberi alienatio immobilium propter conſanguineos. Et Guid. Pap. conſilio 97. Caſus ſub nominibus, in ulti. dubio, eiuſdem text. autoritate ſuffultus tradit, quod ſi teſtator portionem bonorum reliquerit ordinibus mēdicantium, eaque poſtea vendantur ad commodum ipſorum ordinum, filij teſtatoris de equitate debent præferri alijs extraneis emere volentibus, ſi tamen tantum offerant, quantum ab alijs repetitur;

*Mandatū repudiādi non trahitur ad res maiorum.*

39 Sed & Iaſ. in d. l. filiusfamilias. §. Diui, colum. 39. in 2. not. in vtraque lect. ff. de leg. 1. ex. eod. text. ſæpius citato,

*Cauſa prohibitionis*



tato, ſcribit, quod cùm nuda prohibitio teſtatoris de non alienando, quę ſcilicet eſt ſine cauſa rationabili, non ualeat, per text. ibi certè hęc eſt rationabilis cauſa, ſi id prohibuerit, quoniam res eſt maiorum ipſius, & ſequitur Ioan. Crot. ibi colum. 3. etiam in 2. not. & Ferdi. Loaz. columna 27. uerſicu. ex iſtis poteſt attentari. Et ante eos, licet non allegent Cyn. in l. ea lege, colum. 4. uerſicu. & ut hæc omnia. C. de cond. ob cauſ. & Paul. Caſtr. in eo ipſo. §. Diui, columna 1. & in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. & in l. Titio centum, in prin. circa med. ff. de condit. & demon. Super quo uide, quæ dicam infrà n. 40. nec illud quoque. Quin ſunt, qui dicunt, ſatis eſſe, ut res prohibita alienari, ſit maiorum, etiam ſi id non exprimatur, ut valeat prohibitio. ar. eius quod voluit gloſſ. in d. l. quoties ab omnibus. Ita enim uoluere Bald. Raph. Ful. Pau. Caſtr. Cor. & Iaſon. ibi Alexand. Iaſon & Fer. Loaz qui ſuper hoc diſtinguunt in d. §. Diui. ille ſtatim poſt princ. Iaſon. in d. 2. not. in vtraque lect. poſtremus, columna 26. uerſicu. ſexto & vltimo, & multis ſequent. & ibi quoque Crot. ubi ſuprà, & Philip. Dec conſil. 23. cuius titul. incipit, an & quando ex præſcriptione, columna 3. uerſicul. & concluſio prædicta: ubi ex hoc dicit expreſſim induci fideicommiſſum ex prohibitione. alienationis huiuſmodi rerum. Et facit, quod ſcribit Baldus, in l. ſeconda ante fin. C. de uſucap. pro empt. & in l. 2. ad. fin. C. qui non poſſ. ad lib. peruen. & in l. contra voluntatem. C. de teſta. manum.

*alienationis, quòd reſiſt maiorum, iuſta eſt*

*Satis eſt rē maiorum eſſe, cùm prohibetur alienatio, licet non exprimatur.*

40 Denique ex illa. l. ſi in emptionem, ipſe Iaſon. conſi. 41. in duabus, columna 3. uerſicu. tertio principaliter, libro 3, illud reſpondit, quod cùm alteri ſtipulari nemo poſſit, niſi interſit ſtipulantis, l. ſtipulatio iſta. §. alteri, & §. ſi ſtipuler. ff. de uerb. oblig. ideo ſi quis ſtipuletur caſtrum, quod eſt maiorum ſuorum, uendi alteri ſuæ familiæ, ualet huiuſmodi ſtipulatio, cùm ſtipulantis intereſt, ut illud caſtrum maneat in ſua ipſius familia, ex qua exijt. Reſponderéque ad id quod poſſet dici in contrarium, ſcilicet neceſſe eſſe, ut interſit noſtra pecuniariter (ut ipſe, & noſtri loquuntur non malè, poſt Caium Iuriſconſultum eloquentiſſimum in l. ſi libro ff. ad exhi. & Vlpi. in l. ſi ambo. §. 1. ff. de compen. & in l. ulti. ff. de priua. delict.) ut alteri ſtipulari poſſimus. nec ſatis eſſe, ut interſit ratione affectionis, uel conſanguinitatis, ex ſententia glo. Barto. & aliorum in l. fideiuſſores. ff. de pact. uti apud illum videre poteris.

*Stipulari poſſumus caſtrum, quod maiorum eſt, vendi alteri noſtræ familiæ.*

*Pecuniariter, Latinum.*

41 Huc item pertinet alius text. in l. 1. ff. de priu. credi. ubi cùm debitoris bona væneunt, & creditores æquale precium offerunt. præfertur creditor cognatus alijs extraneis. Et ita illum text. intelligunt Iaco. Are. & Barto. ibi Cyn. & Bald. in l. Imperator. ff. de pact. & eum fin. dicunt Dyn. & Alb. ibi & idem Alb. in rubr. eiuſdem tit. poſt princip. ubi idem text. eſt ſing. Ex eoque not. Barto. ſuper eo. in fin. quòd quando res reddi debet in cauſam emphyteut. quia eſt finita emphyteuſis uſque ad tertiam generationem, & veniunt extranei, qui rem ſibi dari poſtulant, præferuntur cognati in quarto gradu. Et ſi Domini id non faciunt, poteſt ab eis ad ſuperiorem appellari. De quo per eundem in l. ſi mihi & Titio, colum. vltim. & ibi latè Alexand. colum. pen. & Franciſc. Are. colum. 4. uerſic. conſequenter quærit. ff. de verbor. oblig. & eundem Bartol. in l. 1. §. permittitur. & ibi Angel. ff. de aqua quoti. & æſtiua. ubi etiam eſt text. quòd facilius hæredes aliquid impetrant, etiam id quod ad eos non tranſit, quàm extranei. Quem text. vnicum dicit Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, colum. 3. in princ. extrà de conſtit. Sed redeundo ad illud dictum Barto. ut ſcilicet debeant præferri cognati extraneis, idem voluit Bald. in cap. in præſentia, colum. 4. in fin. cum princ. ſeq. uerſicul. cùm autem finita, extrà de prob. ubi id dicit ſing & in cap. 1. poſt med. & ibi Mar

*Cognatus creditor præfertur in venditione bonorum debitoris. Finita emphyteuſi, an præferantur cognati.*

Lau. & Car. Alex. titu. quemadmo. feu. ad fil. pert. ubi etiam dicunt, quòd filia debet præferri cognatis. Et idē Bald. in cap. 1. in fin. titu. qual. feu. ali. pot. & in rub. extrà de app. colum. 2. uerſicu. ſed an feudatarius. ubi licèt hoc caſu neget poſſe appellari, fatetur tamen poſſe officio iudicis prouideri. & conſil. 355. præmittendum eſt. columna 2. uerſicu. item ſi rationes, lib. 1. ubi in id dicit text. aureum in d. §. permittitur. Et Angel. conſi. 184. ex forma, colum. vltim. Ant. in cap. 1. colum. 5. extrà de loc. Pet. Anch. conſilo. 134. plenè & ſubtiliter, uerſicu. quo ad ſecundum. & conſil. 171. caſus talis eſt: quidam dominus, colum. 5. & conſil. 173. dom. Laza. colum. ultim. Imol. in cap. 2. colum. 4. verſicu. ſi autem quærimus. extrà de feud. & idem Imol. conſi. 27. uiſo quodam inſtrumento. colum. 1. in fin. & conſ. 38 in caſu præmiſſo ponderandum eſt colum, 2. uerſic. ſed de æquitate & conſi. 68. in caſu præmiſſo videretur. colum. 2. uerſicu. pro hoc etiam Card. Flor. in cap. pen. extrà de poſtul. Præl. Pan. in cap. bonæ, le 2. columna antepen. uerſic. & in fin. gloſſ. & ibi quoque Petr. Anch. & Card. Flor. & latè Corſet. in addit. ipſius Pan. eo. titu. Pau. Caſt. conſil. 32. proprietarius, lib. 1. & conſil. 159. punctus iſtius quæſtionis, colum. vltim. lib. 2. & conſilio 417. ſuper primo quæſito, eodem libro 2. Raph. Fulg. conſi. 4. ad id de quo quęritur, colum. 2. & conſi. 218. Petr. quodam, colum. 2. & conſi. 220. nobiles de Fortiate. colum. ult. Raph. Co. conſil. 166. uiſa copia, paulò ante fin Co. in l. 2. in princ. ff. ſol. mat. & in l. Prætor. §. ultim. ff. de oper. no. nunc. & in repet. rub ff. de arb. colum. 15. uerſic. 11. quia emphyteuſis, & conſi. 22 præpoſitę, in ultim. dub. ubi id multis ſimil. confirma. Mart. Laud. in cap. 1. in fin. & ibi quoque Card. Alexan. etiam in fin. titu. qual. olim pot. feud. alien. Ioan. Ana conſil. 84. videndum eſt de virtute, colum. 2. uerſic. tertiò negari. Alexan. conſi. 80. viſo & opportunè animaduerſo, in 2. dub. lib. 1. ubi loquitur in feudo Eccleſ. & conſi. 93. uiſis & ponderatis, in fin. lib. 2. quod & duplicatur conſi. 22 lib. 6. & idem Alexand. conſi. 10. ponderatis. colum. ultim. lib. 3. & conſi. 83. in cauſa, colum. 2. uerſic. nec dicatur, lib. 7. & conſ. 161. viſis narratis, colum. 1. eo. lib. 7. Nico. Mil. in ſuo repert. in uerbo emphyteuſi finita. Barb. conſi. 22. ſcripſit Propheta, colum. pen. uerſicu. & ex iſtis, libro 1. Franc. Curt. Senior. latiſsimè conſi. 48. ſuper controuerſia per totum, & conſ. 50. memoriæ, colum. 8. uerſ. ſecundò memoria. Alter Franc. Curt. Iunior, in tract. feud. in 2. parte, char. eiuſdem 6. in 15. q. princ. Soc. conſil. 99. in cauſa eximij, colum. pen. libro 1. Iaſon. in l. 2. colum. 6. uerſic. ex hac deciſione. C. de iure emph. & in l. 3. colum. 4. in 3. not. eo. titu. & conſi. 217. pro. eucleanda, colum. 6. uerſicu. 4 pro eadem parte, lib. 2. & conſi. 24. in cauſa feudali, colum. pen. uerſicu. poſtremò non obſtat, lib. 3. Philip. Dec. conſi. 53. placet mihi, colum. 2. uerſi. & iſtam rationem, & conſil. 78. licet in caſu, per totum, & latiſsimè conſil. 131. reuocatur in dubium, etiam per totum, & conſil. 328. in caſu propoſito, columna 1. uerſicul. quibus tamen obſtat, & conſil. ſeq. pro defenſione, colum. ultim. Carol. Rui. conſil. 5. uidetur, colum. ultim. num. 8. lib. 1. & conſil. 45. habita, colum. 3. num. 8. eod. lib. 1. & conſi. 151. quia præponitur, colum. 5. num. 16. & ſeq. eo. lib. 1. & conſi. 161. præmittendum, colum. pen. num. 35. & ſeq. eod. libro 1. & conſil. 47. circa dubia, colum. ult. num. 6. l. b. 3. Matth. Afflict.) in cap. 1. §. etſi clientulus, colum. 2. uerſicu. item ſi concedatur, tit. de alie. feud.) in deciſ. Neap. dec. 238. dicit conſuetudo. colum. 1. & in conſt. Sicilię, incip. ut de ſucceſ. colum. 16. uerſi. 17. nota. & in conſti. incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, colum. 13. in 12. q. Hipp. Marſ. ſing. 419. licet in re ſua. Nic. Euer. in locis legalibus, in loco à feudo ad emphyteuſim. colum. 2. uerſic. 4. iſtud facit Ludouic. Goz.

conſ.

conſ.71.in cauſa domini,colum.1. & conſ.86. videtur, colum.4.num.23.& omnium,ut nouiſſimè,ita optimè Fran,Rip.in d.l.1.ff.de priuil.cred. & in tract.de peſte. char.48.num.234.

42 Et hæc quidem eſt communis opin. ut multi ex illis affirmant, quanquàm Imol.ſub dubius tamen, contrarium videtur voluiſſe, ſibi ita contrarius in d.l.ſi mihi & Titio,ad fin.ff.de ver. oblig. & in d.c.pen. de poſtul. Prælat.ubi tamen dicit op. Bart. eſſe rationi & æquitati conſonam.Et Fulg. ſecum quoque pugnans,conſi.222. nobiles quidam,colum,ult.& Ro. ſibi item contrarius, ſed ſuæ parti magis(ut opinior) quàm iuri obſecundas, conſi.70.viſis themate.colum.2. uerſic,tertiò iſtam ſententiam.& Barb.ſibi quoque contrarius,.in d.cap. 1.colum.pen.extrà de loca. ubi hanc dicit in Iure veriorem eſſe, licet altera ſit æquior & communior. & rurſum in d.cap.2.colum.2.uerſi,& pondera iſtum, extrà de feud, Matth. Affl ct.ſibi quoque aduerſarius,dec.Neap.392. Rex Ferdinandus, nume.20, Scioque nonnullos ex iis, quos ſuprà citauimus, ita tenere, ut in hoc caſu non locus appellationi,ut Barto.autumat,ſed alteri remedio, quod iam diximus ex Bald. Alios illud tantùm habere locum in iis, qui primo gradu vltimum emphyteutā attingunt. Alios rurſus in iis tantùm, qui ſunt hæredes illius vltimi,non in aliis. Alios item in deſcendentibus tantùm. Alios quoque tum demum, ſi dominus velit aliis extraneis concedere, non etiam,ſi ſibi retinere velit. De quo vltra prædictos vide latè Caro. Rui. conſil. 152.præſuppoſiter, per to. lib.1. Alios, ſi nondum dominus aliis conceſſerit, & ſi re integra. Alios, ſi finita ſit emphyteuſis per generationem, ut in principio diximus:ſecus ſi culpa emphyteutæ. Alios in emphyteuſi, uel feudo priuati, non etiam Eccleſiæ. Alios aliter, ut apud illos,præſertim recentiores, videre licet.Nam nobis hic ſatis eſt id vnum dixiſſe, quod ad rem noſtram attinet,& eius quod relictum eſt, Lectores admonuiſſe,locaque deſignaſſe,ex quibus ipſi,quod in ſuam rem eſſe videbitur,poſſint depromere.

43 *Fratres teſtatoris præferuntur in emptione rei, iuſſu eius vendendæ.*

Verùm antequam ad alia tranſeamus,non prætermittendum ducimus,quod autoritate illius text. in d.l.1.ff. de priui.cred.reſpondit idem Barto. in hac ſpecie facti interrogatus,conſi. 19 cuius initium eſt,viſo teſtamento Andrentij, ad fin. duobus in locis, quòd ſi teſtator iuſſerit rem ſuam quampiam vendi ab hæredibus,preciumque ex ea venditione redactum reſtitui fratribus iſtius teſtatoris,debent ipſi fratres præferri in ea venditione aliis extraneis: ſi modò æquale precium offerant. Ideoque iudicem petentibus fratribus poſſe præcipere hæredibus, ne inſciis fratribus ipſis procedant ad venditionē, eoſq; cæteris ad eam venditionem præferant, iuxta l.Diuus.ff.de petit.hæred.& alia iura ibi allegata.

44 *Cōſanguineorum ſuffragia cæteris præferuntur.*

Concinit & huic noſtræ conſuetudini text.in d.l.Imperator.ff.de pact ubi ex 2. lect.gloſſ. quam approbant Barto.Ang Sal.Fulg.Pau.Caſtr.& Iaſ.ibi,ſi inter omnium rerum paritas,ſcilicet debiti, dignitatis,& numeri perſonarum,præferuntur ſuffragia conſanguineorum extraneis,cùm quæritur de remittenda quota parte hæredi.Et in hanc rem dicit ſing.illum text.Franc.Aret.in l. pro hærede §.ſi ſepulchri,colum.5.de acq.hær.& valde not.Alexand.in l. maiorem.ff.eod. tit.ubi id declarat. Etiam ſi locet tect.reclamant Iac. But. Gu.l. Cu. Ray.& Alb.in d.l.Imperator.& idem Guil.& Bal.in l.& ſuum. §.vlt.quem legunt cum d. l. maiorem, quæ conſeſtim ſequitur eod. tit. Illius autem text. autoritate ſubnixus Baldus,ibi poſt Cyn.tradit, quòd ſi inter executores teſtamenti non conueniat de modo diſtribuendorum bonorum teſtatoris, nec aliter poſſint concordari, debet præferri eorum executorum ſnia, qui ſunt conſanguinei teſtatoris, ſi qui ſunt. Quod ſequitur & dicit ſing. Ro. ſing. 535. executores teſtamenti, & ſequitur item Ioan.Lup.à Palat.Rub.in rep.ca. per noſtras. §.43. col. eiuſdem 3.uerſi.quod autem, extrà de don.inter vir.& vxor.Ex ea quoque l.ſecundum aliam lect. tradit idem Bald.ibi,quòd ſi teſtator reliquit duos executores ad diſtribuenda ſua bona inter pauperes,& vnus eorum vult eligere pauperes coniunctos teſtatoris, alter extraneos: ille eſt huic præferendus. Sed & Angel.in ea ipſa l.ſcribit, quòd ſi hæreditas quæpiam diuiditur inter extraneos & conſanguineos, debet dari electio conſanguineis in his rebus,quas conuenientius eſt remanere in familia, quàm ad extraneos tranſire: puta in domibus, quæ ab antiquo ſunt illius familiæ. Quod dictum pro not.ſequitur Franc.Aret.conſ. 156.viſis,colum.2.& id quoque per eundem text. voluit Flor. in l. 1. ad fin.ff. famil.erciſc.

*Cōſanguinei in diuiſione hæreditatis extraneis præferuntur.*

45 *Miles vbi militat, nō niſi paterna prædia cōparare poteſt.*

Adſtipulatur & his alius text. in l. qui offici, ff. de contrah.empt.& in l. milites prohibentur.ff. de re militari quibus cauetur,quòd qui in prouincia militat, aut rem publicam adminiſtrat, prædia comparare in ea prouincia non poteſt: præterquam ſi paterna diſtrahantur. Et ita quoque intelligit glo. in l. aufertur. §.quod à Præſide.ff.de iur.fiſ.& recentiores in l.principalib. ff. ſi cert. pet.Et facit,quod per illum text.uoluit gloſ.ca.1.§. ſed etiam res, in verbo proximiori, tit. per quos fin.inueſt. Ex quo potes intelligere, prohibitos emere ſiue acquirere. ea tamen poſſe emere & acquirere, quæ fuerunt maiorum. Id quod itageneraliter uoluit per eos textus Fab. in tract. emp. & vend.in 31.q.3.partis princ. De quo & nos latius dicemus infrà eod.tit.§.1.glo.9.in verbo,ou lignagier,num.142.incip.quid autem ſi ſtatutum, & ſequen.

46 *Affectio quanta in reb. maiorum.*

Adiuuant hæc alij text.& inter cæteros in l.lex quæ tutores.C.de admin. tutor. ubi hæc verba nuncupatim adſcribuntur: Maxima habenda eſt eius domus ratio, in qua pater defecit, filij creuerunt: in qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut videre reuulſas ſatis eſt lugubre. Quem text.multùm commendat Bal.conſ. 57.item inſtituto, colum. ult. lib. 2. eiuſque autoritate ſuffultus, inibi conſuluit in pulchro caſu,ut illic omnibus videre in promptu eſt. Et in alio caſu idem Bald. conſil. 328. determinatio, lib. 5. itemque in alio, inter conſi.Angel.conſi.68.repetito, conſ. 281.Martinus Io. de Florentia,colum. 3. Ex eoque text.apertè probatur, domum reſque alias maiorum, nobis eſſe in maximo affectu ac precio. Quod & comprobat text.in l.libertus qui ſoluendo.ff.de bon. libert. ubi noſtra intereſt adire hæreditatem, quæ non ſoluendo eſt: ob id tantùm, quòd in ea prædia ſunt aliqua, in quibus maiorum noſtrorum ſepulchra ſunt. Et in l. 1.§. & alias videmus.ff. ſi quid in frau.patro.ubi ita ſcribitur. Si dicat patronus rem quidem iuſto precio veniſſe: veruntamen hoc intereſſe ſua,non eſſe venundatam: inque hoc eſſe fraudem, quòd venierit poſſeſſio, in quam habet patronus affectionem uel opportunitatis,vel vicinitatis,uel zeli, uel quòd illic educatus ſit, uel parentes ſepulti. Quos textus vnà cum textu in d.l.ſi in emptionem, in id expedit gloſſ.in l. 1. in verb. & Reipublicę, ad fin.ff. ſolut.matrim.quod noſtra intereſt habere res, quę fuerunt maiorum.ut ſuprà alio loco diximus,

Sed & hanc affectionem mirè exprimit illud Tibul. li lib.2.Eleg.4.

*Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas.*
*Ite ſub imperium.ſub titulumq; lares,*

47 Quaſi diceret,nihil eſſe,quod non faceret amicę gratia,uel ſi ea iubeat,ut vendat lares domumque auorum tanquam id rerum omnium ſit gratiſſimum. Cui etiam admodum congruit text. in l. in fundo.ff. de rei vend.in illis uerbis,Finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur, laribus ſepulchriſque auitis carendum habeat. Quo in loco glo.dicit nō eſſe uériſimile, quòd quis huiuſmod





lares auorum ob quiduis aliud alienaret, & eum quoque textum in id annotat Alberic. ibi in 2.not. Atque illud Claudiani in panegyrico Stiliconis 2.

*Deniq; non diues ſub te pro rure paterno,*
*Vel laribus pallet—*

Et rurſus lib. primo,ad Rufinum:

*- Laribus vellit,detrudit auitis Finibus.*

47 *Hiſtoria Naboth & Achab.*

Nec hinc longè abeſt, quod ſcribitur 3.Reg. cap.21.Naboth regi Achab denegaſſe vineam, quæ erat iuxta palatium Regis, qui pro ea meliorem obtulerat. Nam id dicebat: Propitius ſit mihi Deus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. vt facilè hinc poſſis intelligere, res maiorum noſtrorum nos pluris æſtimare, quàm alias etiam multò meliores: eiuſque affectionis gratia nos Regum vel potentiſſimorum authoritatem contemnere. Sed & vt prætereà intelligas hunc affectum non improbum eſſe aut temerarium, lege inibi, quę ipſe Achab paſſus eſt diuino iudicio, qui ob id reſponſum ſuccenſus Naboth, interimi iuſſit, vineamque eius vſurpauit. Is enim grauiſſimam cladem perpeſſus eſt. Cuius etiam hiſtoriæ ſit mentio in Decretis canonicis, c. conuenior,23.q.8.c.Achab,de pœn.diſtin.3. Scribit Appianus Alexandrinus lib.1..inter præcipuas cauſas, cur legem Agrariam diuites recuſarunt apud Romanos, hanc fuiſſe,quod impium ducerent monumenta maiorum ad alios tranſire. Lucianus in Eunucho quoſdam arguit,qui cū ſe philoſophos eſſe profiterentur,ac pecunias pro nihilo ducerent; tamen earum gratia perinde atque pro monumentis progenitorum inuicem decertarent. Sidonius Apollinaris lib.3,Epiſt.ad Hiſpacium, de Donidio quodam, qui prædium, quod maiorum fuerat, redimere cupiebat,his verbis loquitur: Neque ad hanc nundinationem ſtimulo cupiditatis, ſed reſpectu auitæ recordationis adducitur. Si quidem fundi ipſius integritas familiæ ſuæ dominum vſque ad obitum vitrici nuper vita decedentis aſpexit: nunc autem vir alieni non appetens, ſui parcus, poſſeſſionis antiquæ à ſe alienatæ nō tam damno angitur,quàm pudore; quam vt redimere conetur,non auaritiæ ſtudio,ſed verecundiæ neceſſitate compellitur. Tribuere dignare votis ſuis,precibus meis,moribus tuis, vt ad ſoliditatē ruris ipſius te patrocinante perueniat,cui rem parentum, ſibique non ſolùm notam, verùm etiam inter lactantis infantiæ rudimenta raptatam ſicut recepiſſe parum fructuoſum, ſic non emeruiſſe,nimis videtur ignauum. Quibus & adde,quod ſcribit Fab. in tract.empt.& vend.in 8.effectu.q.8.princ.admittendos nos eſſe ad reuocandam vēditionem, non ſolùm ratione doli, vel pacti,& ſimilium, ſed etiam affectionis, quam ad rem maiorum habemus, per quædam ex allegatis iuribus.

*Lex Agraria cur repudiata.*

49 *Prohibitio alienationis nō tranſit ad hæredes hæredis, niſi de rebus maiorum.*

Sed nec ab his abhorret,quod per d.l.lex quæ tutores,& d. l.ſi in emptionem, tradit Rom. ſubdubius tamen in l.ſi quis filium.§.in omni.ff.de acq.hær. quòd licet prohibitio alienandi facta à teſtatore hæredi,nomine ipſius hæredis nūcupatim appoſito: verbi gratia, Prohibeo Titio hęredi meo, ne illum fundum alienet,non extendatur ad hęredem hæredis,ex ſententia Ray.Imol. & aliorum recentiorum in l.filiusfamiliàs.§. Diui.ff.de leg.1. cum concord. ibi adductis ab ipſis recentioribus. Fallit tamen,vt dicit Ro.vbi ſuprà,ſi teſtator prohiberit alienationem rei maiorum ſuorum, nam tunc ex affectione teſtatoris præſumitur velle hāc prohibitionem tranſire ad hæredes hæredis: quamuis in ea nomen ipſius hæredis fuerit expreſſim appoſitum. Et ſequuntur Io.Crot. & Ferd. Loaz.in repe.d.§.Diui,ille col.37.verſ.ſecundò fallit.hic in 10.q.Bart. quæ eſt in 25.char.Quanquàm id non probat Alex.ibi,col.7. eademq; antepen.verſic.quid autem ſi prohibitus,quia id (in quit)iure non probatur. Et hic locus facit, vt in mentem veniat alterius dicti eiuſdem Croti in eodem loco, col.33.verſ. prima ſit concluſio, quòd licet dubium ſit, an prohibita venditione cenſeatur prohibita omnis alienatio, tamen ſi huiuſmodi prohibitio ſit eius rei,ad quam prohibens veriſimiliter affectionem habuerit,quia eſſet maiorum ipſius: haud dubiè trahitur dicta prohibitio ad omnem alienationem. per d. l. lex quæ tutores, & d.l.ſi emptionem.

*Prohibita rei maiorū venditione omnis alia cēſetur prohibita alienatio.*

50 *Nuda alienationis prohibitio non valet, niſi fauore familiæ facta ſit.*

Nec illud quoque alienum eſt, quod & ex eodem loco depromitur, quòd licet nuda ac ſimplex, & ſine cauſa prohibitio teſtatoris de non alienando non valeat,per d.§.Diui,& ibi latè Docto.& l.Lucius Titius, in prin.& l. pater filium.§. Iulianus.ff.de leg.3. cum ſi.tamen ſi teſtator eam cauſam adiecerit,ne res exeat extra familiam, ſiue quia vult rem manere in ea familia, valet ea prohibitio: vt voluit gl. in d.§.Diui.in verbo,cauſam. & ibi etiam Bart. col.1. verſ.& per hoc not.& gl.in l.quoties ab omnibus,in gl.1.& ibi Cyn.Sal.Pau.Caſt.& alij. C. de fideicom. & Oldr.conſ.205.prima dubitatio, col. vlt.verſ.ad aliam queſt.qua quæritur an legata.Cyn.in l.ea lege.colum.4.uerſic.& ut hęc omnia. C. de cond.ob cauſ.Bald. qui eam poſteriorem gloſſ. dicit multùm not. conſ. 57.item inſtituo.libr.2.Rom.conſ.457.circa propoſitam, in 2.dubio. Pau.Caſt.conſ.269.dubitatur,col.2.uerſ.item non obſt.lib.2. Soc.conſ.227.pręſens conſultatio, col.6. uerſ.ſecūdò fortiùs, libr.2.Philip.Dec.qui alios citat conſ.481. in caſu de quo Peruſ.col.1,in duobus locis,& Steph.Bertr.conſ.15.ex themate, nu.21.lib.4. Et eſt de hac re optimus tex.in d.l.filiusfam. §.cū pater,& in l.peto.§.ult.ff.de leg.2.& in l.cùm pater.§.fidei.eo. tit.& in l.uoluntas. C. de fideicom. Et bene facit, quod diximus ex Iaſ.& aliis ſupra num.38.ſed & Iaſ.

51 *Alienatio prohibita poteſt fieri in coniunctos.*

Quinetiam res prohibitę à teſtatore alienari,etiam in caſu, quo ualet ea prohibitio, poterunt alienari in coniunctos, ex ſententia Roma.conſ.199.præſens ſtatuti particula, col.ult.in 2.dubio. Quod tamen qualiter intelligatur,cognoſces ex Bal. in l.cùm hi.§.ſi pluribus. ff.de tranſact. Aliàs autem ſæpe uidemus prohibitionem alienationis non trahi ad alienationē, quæ fieret in coniunctos prohibiti. Nam quamuis pupillus tutore etiam autore prohibeatur donare, etiam cauſa mortis. l.1.in prin.ff.de tutel.& ratio. diſtrah. poteſt tamen certo modo coniunctis quibuſdam perſonis,non ſolùm cauſa mortis, ſed etiam inter uiuos,d.l.1.§.ſed nonnullos,ubi eſt tex.elegās & notandus,& iterum in §.pręterea,eiuſdem l.& l.cum tutor ſecundum,§.ult. ff.de adminiſt.tutor. & not.gl.in l.non omni. C.eod.tit.

52 *Feudū poteſt alienari in proximiores.*

Item feudum alienari inconſulto domino prohibitum,poteſt tamen,cùm antiquum eſt aut paternum,liberè alienari in proximiores.c.1.§.ſed etiam res,& ibi glo.in uerbo,proximiori, And.Iſer.Bal.Aluar.Mart.Laud.& Card. Alex.titu.per quos fi.inue.& c.Titius,tit.ſi de feu.fue.cōtr.& c.1.§.& ſi clientulus,uer.frater uerò, & ibi glo.in uerb.per libellū. Bal.col.1. in 9.not. & rurſum col. ult. uerſ.item ſciendum. Mart. Laud. etiam col.ult.& alij,tit.de ali. feud. & c.1. & ibi etiam glo. in uerbo,concederetur.Bal.col.pen.& alij Doct.tit. de ali.feud. pat.Iac.Bel.in c.1.in 7.q. & ibi quoq; Bal. col.2. uerſic.quæro an inter agnatos,& Ioan.Rayn.in uerſ.habitos,in 2.nota.titu. de prohib.feud.ali.perFed.Bal.in c.1.§.hoc quoque,col.pen. uerſ.ſeptima concluſio,tit.de ſucceſſ.feud.& in c.quæ in Eccleſiarum,col.pen. uerſ. & ſcias, quòd cognatus,& ibi Fely.col. 35.in 7. declaratione, extrà de conſti. & idem Bal. in c.ſanè, col.ult. uerſ.alia concluſio, & 2.ſeq.extrà de renunc. & conſ. 16.facti euidentia,lib.1. & conſ.309. cùm eſſent plures, poſt princ.eo.lib.1.& conſ,300.tex.in c. 1. in prin.lib.2. & conſil. 282.proponitur quòd nobilis uir, lib.5. Luc.Pen. in l.1. C.de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſc.lib.10.Rom.d.conſ.199. col.ult.uerſ. ſecundo hoc.idem Pau.Caſt. conſ.432. cùm ſtatutum principaliter,col.2. uerſ.ſecundò uidetur obſtare, lib.1. & conſ.84. quæſtio iſta uertitur,col.2.lib.2. Aluar.in c.1.in 24.conclu. & ibi Card.Alexan.col.5.tit.quæ fuit pri.cauſ.amit.benef.idem Car.in c.1.§.ſed & res,col.1.uerſic.quæro an uaſallus,titu.per quos ſi.inueſt.Guid.Pap.cōſ.58.ex narratione facti,poſt prin. Iaſ.conſ.64.circa primam,col.ult.lib.3.ubi allegat alios concord.qui huc nihil pertinere uidentur.Iac.à S.Georg.in tract. feud. in uerbo, & cum pacto de non alienando, col.8. uerſ.in iſta materia.Alber.Bru.conſ.36.circa præmiſſa.Matth.Afflic. in conſt.Siciliæ,incip. conſtitutionem diuæ memoriæ,col.6. uerſ.item quæritur utrum,& iterum,col.8.uerſ.tertio not.Supra autem nūcupatim locuti ſumus de feudo antiquo aut paterno: nam nouum nec in proximiores quidē agnatos alie-

nari poteſt,ut per Sali.in d.ca.1.titu.de prohib. feud.alie.per Fed.& pleroſque ex ijs,quos ſuprà citauimus.

53 *Ceſſio poteſt fieri in potentiore conſanguineum.*

Præterea quamuis prohibeatur, ne fiat ceſſio in potentiorem,l.2.C.ne lic.pot.& l.pen.ff.de alie.mutand.iud.cauſ.fac. poteſt tamen non ſolùm in filium potentiorem fieri, quod haud dubiè poteſt, ſecundum Bald.Raph.& Iaſon.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uerb.obli.& latè diximus in repet.l.ſi unquàm, in princ.numero 18.incip.ſed utcunque habeat:ſed & in alios quoque conſanguineos, & eos quidem potentiores, ut ſatis liquet ex eo, quod ſcribit Cyn. in l. qui ſtipendia,ad fin. C. de procu. quòd ualet ceſſio facta conſanguineo clerico à laico, licet clericus ſit, & dicatur potentior ratione ordinis. Et idemuoluit idem Cyn.in l.per diuerſas,in 6.q.& ibi quoque Bald.in 19.q.C.manda.{Matth.Afflict.in cap.1.§.& ſi clientulus, colum.5. uerſi.item regulariter ſi fiat ceſſio,tit. de alie.feud.} Quamuis huius dicti in feudo & emphyteuſi contrarium tenuerit Bald.ipſe in Authent.quibuſcunque,uerſicu.extrà quæro quid de rebus.C.de ſacroſanc. eccleſ.quem ſequitur Alex.conſ.9.uiſo themate ſuprà ſcripto,col.2.uerſic, & ideo,lib.3.& Iaſ.in d.§.ea lege,uerſic.tamen adde.

54 *Ceſſio actionis valet, nullo expreſſo titulo, inter cõſãguineos. Alienationis prohibitio non cõprehendit alienationẽ quæ fit inter coniunctos.*

Sed utcunque ſit de eo caſu, uidemus quòd ceſſio actionis inter coniunctos ualet ſine expreſſione alterius tituli: ut uoluit Dyn. in l. partem, & ibi quoque Alb.num.3.ff.quę in fraud. cred.& Bald. in d. l.2.col.1.uerſicu. tertiò præſumitur, & ibi quoque Sal.etiam col.2.verſi.tertiò ſi titulus.C.ne lic.pot. & idem Bald.in cap.literas,colum.ult.uerſi.quæritur titum ratione.extra de præſumpt. Et aliàs prohibitio alienationis non comprehẽdit filios intereſſe.ut ſcribit ipſe Bal. conſ.498. eodemque antepen. ad fin. lib.1. per d.l.uoluntas, C. de fideic. nam(ut ille ſubdit. apparet teſtatorem ſenſiſſe, ne inter extraneos alienetur, nõ inter ſeipſos,l.ſi pater.§.quindecim.ff.de legat.2.Quin generalius Old.conſi.94.eleganter circa negocium,ferè per totum,multis oſtendit, prohibitionem legis uel hominis de non alienando, intelligi de alienatione,quæ fieret in extraneos, non etiam in eos qui ſunt eiuſdem generis.Et ſequitur Franc. Rip. lib.primo,reſpon.cap. 1.defuncto,nume.57.& iterum lib.2.cap.25. feudalibus conſtitutionibus,num.26.Quod not. ad id quod ſupra diximus, num.45.adſtipulatur, in ſi.

55 *Pleraq; alia in fauorem cõſanguinitatis introducta.*

Sunt & alia multa ſpecialia, fauore cõſanguinitatis noſtris legibus ſtatuta, quæ quoniam paulo ſunt remotiora ab hoc noſtro propoſito, in quo tantùm tractamus de recuperatione rerum,quæ fuerunt noſtræ familiæ, ea prætermittenda duximus.Tamen ſi quis ea noſſe volet,videat text.& gloſſ.in l.ſi tutor.ff.de ſuſpect.tuto.ubi ea glo.not. ratione conſanguinitatis quædam fieri,quæ aliàs non fierent. & l. ſi paterfamiliàs.§.vlt.ff.de adopt.& l.1.2.& 3. ff. in ius voc.eant.& ibi Bald.& Ro.qui multa quoque colligit.& l. 2. ff.de recep.& l. imperator.ff.de pact.& l.ſi domus.§. qui confitetur. ff.de leg. 1.& l.ſi verò .§. hæc autem. ff.de ijs qui deiec.uel effud.& l.ſi ſeruus plurium,§.vlt.& ibi glo. vlt. verſ.5.& Alb.num.9.10. 11.ff.de legat.1.& l. ſi extraneo. ff. de vſufruct.& l.Caius, in fin.ff.ſol.mat.& l.pen.& ibi Alb. ff. de poſtu.& l. vel ſi.ff.de manumi. vind. vbi ita ſcribitur. Vel ſi ſanguine eum contingit:habetur enim ratio conſanguinitatis, & l.1.& ibi gloſſ.ff. ad leg.Iul.repet.& l.dotem.§.1 .& ibi Alb.ff.de caſt.pecu.& l. 1.§.1.ff.ubi pup.edu.deb.& l.cùm alienam.C.de leg.glo.in l. cui fundus.ff.de leg.1.& in l.Aurelius. §. Titius teſtamento. ff.de lib.leg.Alb.in l.voluntas,paulò ante fin. & præterea in l. cùm acutiſſimi.C.de fideic.& in l.competit.§.1.ff.quod vi aut clam.& Bald. in l.filiusfamiliàs, ad fin. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& in cap.1.col. pen.verſ.item ſciendum, ibi, nam & aliàs ratione cognationis,tit.de ali.feud.Roma.in repe.l.de viro.§.ſi verò,in 17.fal.ff.ſol.mat.Fel. in cap.literas,columna pen.de præſump.& in cap.cùm quidã,etiam col.pen.de iureiu.Philip.Dec.in l.fratres tui,in tertio,not.C. de tranſ.Matth. Afflict.in tract.protontixeos,poſt prin.{& in cap.1.§.etſi clientulus,colum,2.in 5.notab.titu.de alien.feud.}Hipp.Marſ. in l.Diuus,col.1.& ſeq.ff.de parricid.& ſing.210.iura ſanguinis.Pantha,Cal.in repet.l.2.colum,71. verſic.prima eſt ratione coniunctionis,& multis ſeq.C.de reſcind.vend.quibus in locis videbis multa in hoc collecta. Et huc quoque adduci poſſunt,quæ in ſimili ſcribit Barto. in l. 1.in fin. C.de metallar.& metal.lib.11. quem ſequitur Ro. in l.1.ff.ſol. matr. & Iaſ.in l.nemo.uerſi.limita not.ff. de pact.& quod item ſcribit idem Barto.poſt Iac.Bel.in §.1.col.1. verſicu.ſecundò not.in Auth.de reſti.fideicom.& Bald.conſ.291.ad euidentiam,col. 4.uerſi.& idem dico,lib.2.præſumi ſubſtitutum idoneum, ſi ſit,ex eadem conſanguinitate: per d. l.1. quam dicit not.ff.in ius voca.vt eant.Et alia quædam ſimilia collecta à Ro. conſi. 22.pro propoſitæ,in ult.dubio,

56 *Retractus ſitne fauorabilis, & extendendus, an odioſus, & reſtringendus. Qui fauorabilem dixere uni.*

Ex his autem,quę tam latè(& vereor,ne ſuperfluenter)diximus tam pro noſtra conſuetudine,quàm aduerſus eandem, intelligi poteſt, vtrùm ea ſit fauorabilis, proindeque extendenda,an verò odioſa,& ſic reſtringenda,ſtrictèque interpretanda. Verùm noſtrorum Doct. de hac re ſcribentium priuatim ſententias hic ſubnectendas duximus. Nam primum, id eſt,fauorabilem largeque interpretandam eſſe, cenſuit Alex. conſi. 197.in cauſa vertente inter Ser. Sulimanum, colum.1, li.7.Nam ad cognoſcendum(inquit)ſitne ſtatutum odioſum an fauorabile,debet inſpici, an principaliter ſtatuentes moti ſint ob fauorem,an propter odium: & primo caſu cenſeatur fauorabile,ſecundo odioſum, l,qui exceptionem,in princ. & ibi Bart.& Bald.ff.de cond.indeb.Bald.in l. 1.colum.10.uer. ſed hic quæro de effectu.C.de ſum.Trin,cum multis cõcord: à me collectis infra eo. titu.§. 30. in glo.1.num,5.incip.& ex hoc. Sed hoc ſtatutum eſt editum principaliter in fauorem conſanguineorum, nullo omnino nec venditorum nec emptorum odio. Et quia etiam in dubio ſtatutum præſumitur eſſe fauorabile,ex ſententia Bald. in l.ulti. C. qui ad lib. peruen.non poſſunt.Et hanc quoque partem tenet Ludo. Bol.qui tamen Alex.non meminit,conſi. 25.in ampliſſimo, in tertio dubio,ut ſcilicet id ſtatutum ſit fauorabile, & latè interpretandum,& Ludo.Gozad.in repe.l.qui ſe patris, columna 34. uerſic.infero & ſexto.C.vnde liber.ubi ex hoc dicit,id ſtatutum eſſe generaliter intelligendum,& Anto. Rub. conſi. 19. viſo ſtatuto,poſt medium, qui dicit id ſtatutum non eſſe correctorium, ſed limitatorium, atque ex ſimilitudine rationis extendendum,& D. Boer.hoc eod.titu.§.3. colum.2.dicit fauorabile,& ſecundum Ius commune.& nouiſsimè Io.Oldendorpius in tract.de Iure & æquitate, ubi dicit æquum & naturæ conſentaneum. & Pau.Pariſ.conſi. 83. pro reſolutione. col.1.nu.4.& 6.& iterum col.5.nu.39.40.& 41.li.3.ubi dicit, quòd licet id ſit exorbitans & limitatorium iuris communis, eſt tamen fauorabilius & extendendum ad caſum ſimilem. {Et ante hos omnes Aegid.Bellamer.in cap,conſtitutus,col. 12.uerſ.quinta concluſio,& iterum verſ.prima pars patet, de reſt.in integ. ubi dicit fauorabile, nec eſſe contra ius.uti & hoc poſtremum dicit col.vlt.verſi.in gl.conſuetudo.}

57 *Minor nõ reſtituitur aduerſus retractum odioſum.*

Pro quibus faciunt & aliæ duæ rationes non contemnẽdæ, quarum hæc prior eſt, quia ſi hoc ſtatutum eſſet odioſum,nõ reſtitueretur minor aduerſus tempus in eo præſtitutum, ut conſequeretur lucrum ex eo proueniens, iuxta l. auxilium,in princ.cum ibi not.ff.de minor.& voluit Bald. in l.cùm quidã. §.ult.ff.de vſur.& dicemus latiùs infr.§.ult.in verbo,*mineurs*, num.10.incip.ſed illud tamen. Reſtituitur autem,ut expreſſim cauetur in d.cap.conſtitutus.de in integ.reſtit. Ergo illud conſequens ſit,non id eſſe odioſum. Sed quid de eo dixerim vide infrà eo.tit.§.35.glo.2.in verbo,*mineurs*,num.11.& huius,iunctis præcedentibus.

58 *Sitne ſtatutũ fauorabile, quod ius antiquum reuocat.*

Altera ratio hæc eſt, nam in d.l.dudum,iam toties ſup.citata,ſcribitur,antiqua lege non licuiſſe,rem alijs, quàm proximis & conſortibus,vendere.Quod ſatis patet ex eo verbo,dudum,& illis quoque verbis,antiqua lege caſſata.Et id nuncupatim ex ea l.annotat Ioan. Oldendorp. in eo libro,quem de Iure & æquitate edidit,in quo eam l.interpretatur.Ex quo & illud confeſtim ſequitur, hanc noſtram conſuetudinem eſſe fauorabilem eo nomine, quòd ad Ius & ſtatutum antiquum & priſtinum nos reuocet,& reducat: per not.in c.ab exordio, 45.diſtinct.& in l,ſi vnus,§.pactus ne peteret, ff. de pact.Bart.

in



in l.omnes populi,colum.11.uerſic. iuxta prædicta.ff. iuſt.& iure,cum alijs multis concord.collectis à Fel.in c.cùm acceſſiſſent,colum.1.in 3.not.extrà de conſti.& Philip.Dec.in c.ad noſtram,colum.3.verſi.vltimò non obſt.de appel.& Lud.Gozad.conſi.1.Deus,col.9.num. 35.& conſi.9.in hac,col.6.num.31.

59 *Litatum olim Dijs humano ſãguine. Quando primum ea litatio prohibita.*

Sed quantum ſit fidendum huic rationi,paulò penitiùs conſidera.Quid enim, ſi lex quæpiam antiqua antiquata ſit & abrogata,quòd eſſet iniuſta? verbi gratia, Ex lege antiqua à Moſe tradita Deut.24. licebat vxorẽ ob id tãtùm,quòd deformis videretur, repudiare.Eam legem tanquam iniuſtam Chriſtus damnauit Matth.5. ut diximus ſuprà,in prin.nu.10.& ne de hac. Apud Romanos olim ex lege licuit diu, in ſacris homines occidere,& Dijs immolare: (Nam Saturnum & Iouem Latialem humana hoſtia placabant, eorumque ſimulacrum humano ſanguine proluebant: ut etiam tradit Lactantius lib.1.c.21.) donec Cn.Cornelio Lentulo & P.Licinio Craſſo Coſſ. Senatuſconſulto cautum fuit, ne hominem immolare, aut humano ſanguine litare liceret.Quod inter cæteros ſcribit Pli. lib.30.cap.1.Similem quoque hominum immolationem apud Cypros Diphilus Cypri Rex, qui Seleuci theologi temporibus fuit, ſubſtulit.Et apud Helopolitanos Amaſis & ipſe Rex: vt in lib. de antiquitate & pietate, teſtatus eſt Manethon, & eius autoritate Porphyrius lib. 2. de abſtinentia ab eſu carnium,& Euſebius de Præparatione euangelica,lib. 4.cap.7. Subditque Prophyrius ipſe paulò poſt pleraſque huiuſcemodi hominũ mactationes ſub Adriano Imperatore apud omnes ferè fuiſſe ſublatas: vt & ſcripſit is, qui myſteria Mythiæ optimè collegit.Quid igitur, ſi quis illas leges antiquas iterum reuocauerit,abolitis poſterioribus? dicemuſne hæc ſtatuta fauorabilia? imò verò iniquiſſima,odioſiſſima, nefandiſſima, & quæ ſemel abrogata iterum ſanciri non poſſunt,nec debent,ex ſententia Bal. & Sal.loquentium in caſu d.l. dudum, in ea ipſa l.cum ſimil. à me adductis ſuprà,num. 19.& hæc quidem.

60 *Qui retractum odioſum,& reſtringendũ dixerunt.*

Quamobrem ſunt multi & numero,& ætate,& autoritate(pace aliorum dixerim) ſuperiores in contraria ſententia, vt ſcilicet id ſtatutum ſit odioſum: in quibus eſt Alber. Odo. in diſput. incip. in aliqua prouincia, prout eũ refert & ſequitur Ioan. Andr. in addit.Specu. titu.de empt.& vendit.§.nunc dicendum,l.2.verſicu.ſed pone ſtatutum eſt,vbi dicunt,id ſtatutum odioſum eſſe, & reſtringendum. Angel. in d.l. dudum.C.de contrahen.empt.vbi id dicit iniquum eſſe,& in l.1.poſt prin. C.comm.diuid. Luc. Pen.in l.vltim. columna 1. C.de præd.curia.lib.10.dum dicit:Hæc lex facit contra aſperitatem iuris protomixeos, & ibi quoque Ioan.Plat.col. 2.uerſi. & facit hæc lex,iunctis præcedentibus,vbi aperte ſentit,huiuſmodi ſtatutum,tanquam contra Ius commune,eſſe propriè intelligendum: nec ſi loquatur de venditione, ad permutationem eſſe trahendum. Pet. Anch.qui item dicit odioſum,conſ.160.præſuppoſita, colum.1.non ſemel Paul.Caſtr.conſi.74.in cauſſa mota,colum.pen.verſic.videndum eſt ergo,lib.2.ubi dicit huiuſmodi ſtatutum eſſe cõtra Ius commune: nec cùm loquitur de contractu, ſcilicet de venditione, extendendum eſſe ad diſtractum.De quo & nos poſteà dicemus in §.1.glo.1.in verbo, *a vendu*, nume. 38.ſed & illud quæro.& Io.Bapt.Roſel: inter conſi.ipſius Paul.conſil. 249. ſtatutum Paduæ, colum. 1. iunctis his quæ dicit colum.ſeq. verſi. non obſtat. quod ſecundò, eod.lib.2. ubi dicit eſſe contra Ius commune, & ſtricti iuris,eſſeq; ſtrictè intelligendum.Rom.qui idem dicit, conſi.489. hoc quod vicinus, in princ.Cæp.conſi.cauſ.ciuil.43.clariſſime,colum.2.ubi etiam dicit ſtrictè interpretandum cùm ſit contra Ius commune. & iterum conſil.46.circa dubia.colum.3. ver.dicitis etiam Alex. ſibi contrarius conſi.173.niſo diligentei, colum. vltim.lib.6.ubi aſſerit id ſtatutum eſſe graue, iniurioſum, & contra rationem.Corn.conſ.166.quatuor,colum.2.verſi.his tamen minimè,lib.2 ubi dicit exorbitans,odioſum,& reſtringendum,& conſil.29. in præſenti,colum.1.& 2.uerſic. nec obſtant adducta, lib. 3. ubi etiam dicit exorbitans & reſtringendum, & conſ.89. uiſo ſuprà dicto puncto, colum.2.uerſic.his tamen non obſtantibus, eod. lib.3. ubi etiam dicit odioſum,& plurimùm reſtringendum, & conſi.151.in hac conſultatione, colum. 1. uerſicu.& hoc de iure,& iterum verſicu.ſimiliter ſtatutum,iuncto ſi.ipſius conſi.eod.lib.3.ubi idem dicit de ſimil ſtatuto Iaſon.conſi. 194.ſuperuacuò,tum colum.1.uerſic.tertiò concurrit, tum colum. 2.uerſicu.ergo cùm ſit,lib.2. & conſi.224.principale,colum.2.verſicu. prædicta fortius,eod.lib.2.quibus locis aſſerit etiam eſſe odioſum, contra Ius commune,ſtrictè intelligẽdum,nec ad alios caſus trahendum, Philip. Dec.conſi. 222. uiſo puncto, col.1.& conſi.275.le 2. (nam ſunt duo conſil.eiuſdem numeri) incip.in cauſa quæ Lucæ agitatur,col.5.uerſic. ſed tamen ſuprà dictis, iunctis præcedentibus.& conſi. 300.uiſa petitione,colum.2.uerſic.ſed maior eſſet,quibus etiam locis dicit eſſe contra Ius commune, & propriè ac ſtrictè eſſe intelligendum Stepha. Bertran.conſ. 7.non vidi,colum.1.li.1.ubi idem dicit.Matth. Afflict. in tract. πρωτομίξεος,cum pluribus locis, tum in verbo, licet enim ſuprà diximus, colum. 4.uerſic. vnde concludē.& rurſus colum.vlim.uerſicu.ult.nam in priori loco dicit,quòd eſt contra regulas Iuris communis,ideò non eſſe trahẽdum ad permutationem: in poſteriori autem dicit, quòd ſtatutum prohibens conſanguineos à iure congrui in certis caſibus eſt fauorabile: quia ſic reditur ad diſpoſitionem d.l. dudum. Id quod etiam dicit Paul.Pariſi.conſil.81.in præſenti, colum. 1.lib.3. Sed & idem conſi.ſeq.pro veritate,colum.1.eod.lib.3.dicit quòd eſt exorbitans à Iure communi & ſtrictè, & propriè intelligendum.Et Maria. Soci. Iuuior conſi.20.in propoſito caſu,colum.3.num. 8. & 9. lib.1.& conſil.1. pro reſolutione,colum.3. uerſic.ex iſta concluſione & rurſum conſi. 7. verſicu. vnde pro hoc aperitur, lib. 2.] Arna. Ferro.in conſuetudines Burdig. hoc titu. §. 1. colum.vlt.&§.2. colum.2. & §.12. poſt princ. & §.16. uerſic.ſed quòd nuper,& §.31.colum.1.

61 *Qui retractum eſſe contra Ius commune dixerunt.*

A quibus ſtant & alij, qui præter eos, quos in id ſuprà allegauimus,ſimpliciter dicunt eſſe contra ius commune, videlicet Goff.in d.c. conſtitutus, & ibi quoque [Aegid.Bellamer.ſibi in eo.c.conſtitutus,colum.3.uerſ. quinta ratio.] Pan. colum. 3.in 7.not.de reſti.in integ. Iac.Butr.& Alb.in d. l.dudum. C.de contrahen.empt. & idem Alb.in l.intra vtile.§.1.ff.de minor.& in 1.parte ſtatutorum. q. 87. item quæro ſtatuto cauetur,in fin. Bald.in d.tract. πρωτομίξεος, col. pen.verſic.reſtat ergo, in duobus locis,Maſuer. in titu. de retractu.§. 1. Rom. conſi.107. circa id,in princ.Cæpol.conſi.cauſ.ciuil.46. circa dubia,colum.2. Carol.Rui.conſi.76.circa caſum, colum.vltim.uerſic. præterea dato, lib. 1.Domi. Ioan. Igne. in repet. d. l.dudum, qui tametſi in multis locis eiuſdem repetitionis videtur velle hunc retractum non eſſe contra d.l. dudum, tamen colum.9.uerſi.quæ ratio ceſſat, iterumque alibi, fatetur ex eo aliquid detrahi Iuri communi,ob id quòd ſi venditor ſit dominus,debet dominium transferri in emptorem. l. ex empto, in princ.ff.de act. empt. Hic autem quantumcunque uenditor ſit Dominus etiam irreuocabilis, non tamen transfert dominum irreuocabile in emptorem: cùm ab eo poſſit per conſanguineum reuocari. Et in hac quoque ſententia eſt Arn.Ferro. in conſuet. Burdig. hoc tit.§.1. in princ. {& Matth. Afflict.in c.1. §. etſi clientulus,col. 5.uerſi.item ſi vendo,tit.de alie.feu.}

62 *Odioſum eſſe & ſi …*

Ex hoc continuò ſequitur, quòd ſi id ſtatutum ſit

contra

*Quum quicquid cõtra ius commune eſt.*

contra Ius commune, certè eſt ſtrictè interpretandum. l. quod uerò. ff. de legi. & cap. quæ à Iure, de reg. iur. lib. 6. & not. pleniſsimè in l. ſi uerò. §. de viro. ff ſol. mat. & in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccleſ. cum ſimi. Quicquid enim eſt contra Ius commune, idem ſimul ſtricti iuris eſt, teſte Bart. in rep. l. Cæſar. colum. 8 uerſ. ſecundò quæro. C. de publ. & uect. & Bald. in l non ſinè, colum. ultim. uerſi. ſed in contrarium. C. de bo. quę lib. & dicemus latius infrà eod. titu. ſ. 35. in glo. 1. num. 2. Simulque odioſum eſt, ut placuit Pan. in cap. quia, in 3. not. de priui. & in cap. olim, ſuper gloſſ. 1. extrà de uerb. ſing & conſi. 1. facti contingentia, colum. 2. uerſic. item præiudicatur, lib. 1. Corn. conſi. 89. colum. 3. uerſ. inſuper, lib. 3. & conſil. 271. de hac conſultatione, col. 4. uerſic. nec obſt. adducta, lib. 4. in quibus locis hoc ueluti axioma adſcribunt, Omnis receſſus à Iure communi eſt odioſus, citatque in id Panor. ca. cùm dilectus, de conſuet. & c. 1. & 2. de fil. presbyt. ubi dicit odioſum eſſe, quod detrahit Iuri communi, & ad id quoque allegat l. cùm quidam. ff. de lib. & poſthu. ex qua etiam Bald. poſt Iac Aret. in l. non poſſunt, in 2. lect. ff. de legib. dicit odioſa omnia eſſe ſtricti Iuris.

Et huc quoque ſpectat glo. ſupra à nobis citata, in c. mala, 8. diſt. aſſerens hanc conſuetudinem eſſe minus rationabilem: nam & hinc confeſtim ſequitur eam non eſſe extendendam, d. l. quòd vero, & l. quòd non ratione. ff. de legi Et facit etiam, quod ſcribit Angel. conſi. 191. ſuper puncto, poſt princ. dum conſtanter affirmat diſpoſitionem quandam teſtatoris huic ſtatuto non ad modum abſimilem, eſſe odioſam, per d. l. dudum. Et hanc ſententiam confirmat noſtra conſuetudo, infra eod. titu. §. 35. quæ expreſsè dicit hanc conſuetudinem eſſe ſtricti Iuris: vti etiam expreſſim dicit Alb. poſt Albert. Oloſ. in l. ſtatu liberi à cæteris. ſ. quintus, circa medium. ff. de ſtatu lib. quod ſignificat ſtrictè & propriè intelligendum, eſſeq; contra Ius cõe adeoq; contra æquitaté, ut dicemus in eod. ſ. 35. cùm declarabimus, quæ dicuntur eſſe ſtricti Iuris. ideoq; cùm conſuetudinẽ de hac re expreſſam habeamus, nihil eſt (quantum ad nos attinet) quod amplius hæſitare debeamus, modò nos primi monuerimus Lectores, multos ex ijs quos ſupra citauimus, nomero ab hinc 2. & 3. non omnino loqui in terminis (ut cum noſtris loquar) noſtræ conſuetudinis, ſed alterius ſtatuti prohibentis alienare inconſulto conſanguineo, uicino, aut conſorte: quod noſtra non facit, ſed illis tantum ius facit, cum res extraneo uendita eſt, retrahendi: quod non admodum tamen diſtat ab illo, ut ſuprà docuimus: quia etiam ibi tenet alienatio, ut in noſtra conſuetudine, ſi uicinus, conſanguineus, aut conſors non reuocauerint.

64 *Retractus an poſſit eſſe diuerſis reſpectibus fauorabilis & odioſus.*

Cæterùm remota ea noſtra conſuetudine, quę declarat expreſſim retractum eſſe ſtricti iuris, poſſit videri, eum iudicandum eſſe fauorabilem ex parte conſanguineorum, & ſic quantum ad eos, extendendum eſſe: at reſpectu emptorum eſſe odioſum, ideoque quod eos reſpicit, reſtringendum: ut in ſimili dicut noſtri legum interpretes, ſtatuta repellentia fœminas ob maſculos, quãtum ad ipſas fœminas, eſſe odioſa, ſed fauorabilia eſſe quantum ad mares: ideo ibi eſſe reſtringendum, hic extendendum. Ita enim uoluerunt Bald. Sal. Raph. Fulgoſ. Paul. Caſt. & bona pars Recentiorum in l. 2. per gl. ibi in uerbo liberos, ante fin. C. de in ius uocan: cũ alijs multis congeſtis ab ijſdem Recentioribus, & latiùs à me titu. *de ſucceſſions*, qui eſt omnium noſtrarum conſuetudinum 17. ſ. 18. qui eſt omnium ipſarum conſuetudinum 200. illum enim ſub illo tit. collocaui.

65 At mihi nunquàm placuit, ſicuti nec Lancel. & Philip. Dec. in d. l. 2. neque enim idem ſtatutum poteſt eſſe partim fauorabile, partim odioſum: ſed eſt totum ſimpliciter vel fauorabile uel odioſum: quando vna eadem que res non poteſt diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ędes, ff. de vſuca. cum ſim. Et quia etiam (ut multis placere uideo) & nuper diximus nume. 36. ex his autem, & dicemus latius infrà. ſ. 30. nume. 5. & ex hoc debet ſtatutum iudicari fauorabile, uel odioſum à principali cauſſa ſiue intentione ſtatuentium. Nec poteſt quippiam extendi in fauorem vnius, quod non vertatur in odium alterius, nec à contrario, ut liquidò omnibus apparet. Et ſi in aliqua diſpoſitione concurrunt fauor & odium, ut ſæpiſsimè fit, ea cenſetur ſimpliciter odioſa, ſi credimus Ioan. Andr. in cap. ult. ſuper glo. 5. quæ eſt in uerbo, ſimilib. & ibi quoque Petr. Anch. Domi. & Philip. Franc. ſuper eadem glo. de uerb. ſignific. lib. 6. Bald. in l. 1. col. 1. uerſic. item not. quod priuilegium. ff. de conſt. princ. & Nic. Mil. in ſuo reper. in uerbo, lex dicitur fauorabilis, & iterum in verbo, priuilegium ſi vno.

*Diſpoſitio in dubio an cenſeatur odioſa, an fauorabilis.*

Verùm idem Bald. in l. 2. C. qui non poſ. ad liber. per ue. tenet in dubio ſtatutum cenſeri fauorabile: per glo. ibi, ut etiam diximus d. num. 56. [quod & ipſum tenet idem Bald. in l. ſi quis in conſcribendo, colum. pen. uer. ſecundo caſu quando principaliter. C. de pact. arg. l. qui exceptionem. ff. de condictio. indeb. & ſequitur Roma. in d. l. penult. colum. vlt.] Nam & aliàs, ubi concurrunt fauor & odiũ, debet potius cõſiderari ipſe fauor ſi verũ dicit Panor. in c. in literis, ad fin. extrà, de reſtit. ſpolia. per not. in d. l. 2. C. de in ius voc. & Petr. Anchara. conſil. 37. contra Ioannem, poſt medium, per multa illic allegata, & iterum conſi. 215. ſcripſit Papa, colum. ſecunda uerſicu. in contrarium. 66

Fateor tamen, quòd ſi fauor & odium ſeparationem poſſint recipere, ut in caſu d. l. 2. C. de in ius uocan. declarat glo. ibi, & in alijs 4. locis à Iaſon. ibi recenſitis, & Stephan. Bertran. conſi. 367. uiſo conſultationis themate, colum. 1. lib. 1. & alijs quibuſdam caſibus ab Alciato etiam in d. l. 2. adductis. illa prior ſententia poſſet procedere, ut etiam bene annotauit Franc. Aret. & poſt eũ Franç. Curt. Iunior, in d. l. 2. Quibus addere potes, quæ à Iac. Are. Bald. Franc. Aret. Alex. & Iaſ. & alijs recentioribus ſcripta ſunt in l. ſi filius quæ pater, per illum text. ff. de vulga. & pupil. dum loquitur de beneficio abſtinendi introducto in fauorem filiorum Sed quantum ad noſtram conſuetudinem pertinet, ſi ea eſt contra Ius commune (quod plerique volunt) etiamſi ea facta fuerit principaliter fauore conſanguineorum, nihil tamen dubitandum eſt, quin ſimpliciter tanquam contraria Iuri communi, ſit ſtrictè interpretanda, ut ſuprà diximus. Neque enim intentio contrahentium facere poteſt, ut quod ſuapte natura odioſum eſt, id cenſendum ſit fauorabile: & quod fauorabile eſt, ſit odioſum: neque enim huiuſmodi naturales qualitates immutari poſſunt a ſtatuentibus, quin velint nolint immotæ maneant, adhærentque tenaciſsimè. Quid enim ſi aliquid fauore alterius faciam, quod fieri non debuit, inde fauorabile cæteris cenſendum erit, & è diuerſo? At illud libenter conceſſerim, in dubio opinioni agentium ſubſcribendum eſſe: in re autem certa, minimè.

Porrò ex ijs, quæ redundanter diximus, potes colligere. an liceat emptori uti aliqua cautione (cautelam noſtri appellant, nec id malè, quãdo Pomponius ea dictione vſus ſit in l quamuis, in prin. ff de pign. act. & Vlpian. in l. ſi defunctus. §. 1. ff. de procu. & in l. ſi debitori. ff. de iud. & Caius in l. ſi plures, in princ. ff. depoſi. ut omittam Iuſtinianum in l. ſancimus. in princ. C. de admin. tu. & eadẽ rõne & origine cautela dicitur, qua & tutela, receptiſſima dictio.) An igitur poſſit emptor uti cautela, ut conſanguineo aditum præcludat ad huiuſmodi retractum, ſimulatione ſcilicet contractuum, aut aliàs. Nam ſi hæc conſuetudo ſit iniqua, iniurioſa, irrationabilis, odioſa, non nos obligat in foro conſcientiæ. ex ſententia Imo. & aliorum in cap. plerique. extrà de immu. eccleſ.

68 *Cautelam, pro cautione Latinè dici. Poſſitne emptor uti cautela ad excludendum retractum. Conſuetudo iniqua nõ obligat in foro conſcientiæ.*



eccleſ. Pan. in cap. 1. col. 3. uerſi. ſed quæro an lex. & ibi Philip. Dec. colum. 7. in 1. lect. uerſi. tertia concluſio, extrà de conſti. Matth. Afflict. qui alios citat, in cap. 1. ſ. 1. tit. de Ca. qui curi. vend. & in conſt. Siciliæ, incip. honorem, col. 3. in 3. not. & è Theologis quoque uoluit D. Tho. in 2. parte, q. 95. ar. 6. videturque permiſſum eam arte quadam eludere, irritamque facere, atque ita à ſe propellere & reijcere incommodum illud, in quod emptor iniquè & contra rationem incurreret: per text. not. in l. 1. in princ. ibi, multas inuentionibus vias. C. de cad. toll. quam ad hoc expendit & commendat Stepha. Federicus, vir raræ in legibus peritiæ, in lib. de legum interpretatione, parte 1, char. 5. uerſic. hanc tamen regulam, & iterum char. 9. uerſ. poteſt poni exemplum. Idque in ſimili Iuriſconſultus faciendum conſuluit, in l. ſeruus dotal s. ff ſol. matr. & in l. cùm pater. §. Titio. ff. de leg. ſecundo & in l. at qui natura. §. cùm me. ff. de neg. geſt. & in l. quęſitum. ff. de cond. & demonſtr. & l. ſi uſufructus. ff. de iure dot.

*Conſuetudinem iniquam arte eludi poſſe.*

69 *Vectigal illicitũ fraudari licitũ*

Nam & dicimus licitum eſſe fraudare, interciperéque vectigal illicitum & iniuſtum. Barto. & Ro. in l. vectigalia. ff. de public. & vectigal. Bald. in l. cùm proponas, in fin. C. de nautico fœno. & in d. l. 1. in prin. col. 1. & ibi quoque Corne. in 3. notab. C. de caduc. tollen. & in l. ueiuti, in priore lectura in fin. ff. de iuſti. & iur. & in l. 2. poſt Iac. Butr. ibi. C. de iur. aur. annul. & in cap. 1. colum. 1. tit. quæ ſunt rega. Pet. Ancha. in cap. poſſeſſor, colum. 15. uerſic. quarto quæritur, de reg. iur. lib. 6. & in c. quanquam, in 4. q. de cenſib. eodem lib. 6. Panorm. in prœmio Decretalium, Rex pacificus, colum. 3. uerſic. & ex hoc habe. & in d. c. 1. colum. 3. uerſic. dicit tamen, & ibi Fel. colum. 12. uerſic. ex quibus verbis, & Philip. Dec. colum. 7. uerſicu. tertia concluſio, de conſtit. idem Panor. in cap. innouamus, circa medium, de cenſib. & conſi. 13. vniuerſitas, colum. ult. lib. 2. Guid. Pap. conſi. 150. uiſo ad plenum, colum. 1. cum alijs multis cõcor. adductis ab ijs qui addi. fecerunt ad Panor. in d. c. 1. de conſtit. & Firmia. in tract. gabellarum, in 9. parte prin. in 1. q. Et in ſimili quoque dicitur, licere cautim è carcere aufugere, in quem quis iniuria detruſus eſt ut colligitur ex glo. in Clemen. paſtoralis, in uerbo, per uiolentiam, & ibi Docto. de ſent. & re iudic. & Barto. in l. relegatur, in princip. ff. de pœnis, & in l. uis eius, per eum tex. C. de probat. Alexand. conſi. 144. poſt redditum, colum. 2. uerſ. ad prædicta, lib. 2. & Socin. in l. 1. colum. 2. numer. 13. ff. ne quis eum. & Iaſ. in l. admonendi, in lect. ordin colum. 18. uerſiculo, tertio limita. & iterum in repet. chart. 16. nume. 175. ff. de iureiur. & quod etiam in ſimili tradit Barto. Brix. in 37. quæſtion. dominicali, carceratus, ut tamen interim videas text. in l. in eos, quæ eſt pen. ff. de cuſtod. reor.

*Liceatne è carcere iniuſto aufugere.*

70 *Fraus pro damno.*

Hæc enim facere non eſt fraudem facere, ſed potius fraudem, id eſt damnum. qua in ſignificatione poſuit Martianus Iureconſultus in l. filiusfamiliàs. §. Diui. verſ. quod ſi liberis. ff. de leg. 1. & Paul. in l. 1. in princip. ff. ad leg. Falcid. & Modeſtinus in l. inter eos. ſ. ult. ff. ex quib. cauſ. maio. & Vlp. in l. prima, in princ. ff. ſi quid in fraud. patron. Eſt igitur (ut repetam) fraudem, id eſt damnum iniurioſum & iniquum, magis a ſe depellere, quam fraudem committere, id quod dolo non adſcribitur, ſed prudentiæ. ut dicitur in d. §. Titio: quem ad hoc not. Bald. conſi. 142. dominantibus, colum. 2. lib. 1. ubi & alia iura allegat. & Ang. in l. pen. quam omnium poſtremam legit. ff. de vſur. Id enim nihil aliud eſt, quam ἧλῳ ἧλον, id eſt, clauo clauum, & πασσάλῳ πάσσαλον, id eſt, paxillo paxillum. (ut eſt in veteribus prouerbijs) & κόπῳ κόπον, id eſt, labore laborem, (altero Oribaſij li. Euporiſton. 1. c. 7. prouerbio) pellere. quod uel Ouidio iudice conceſſum eſt is enim lib. ſecundo, de Arte amandi:

*Clauo clauum pellere. Paxillum paxill. Laborem labore.*

*Iudice me fraus eſt conceſſa, repellere fraudem.*

Et bene facit vltra iura ſuperius allegata, l. excuſatus & l. ſeq. uerſic. quid enim dicemus, iuncta glo. in uerbo, alia, & iterum §. ſi patronus. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt & l. ſi pupillus, poſt princ. ff. de acq. hære. & l. Papinianus. §. quarta, uerſicu. cùm igitur. ff. de inof teſt. & l. 4. ſ. ſi ab ignoto, & §. ſeq. ff. de manumiſ. & l. quidam cùm filiusfamiliàs. ff. de hære. inſtit. Et hanc rationem fraudandi illiciti vectigalis ſenſit Pan. in d. c. innouamus, & alijs multis locis ſuprà citatis.

Et facit prætereà text. not. in l. ult. § ult. ff de dol mal. 71
Ex quo not. Bald. ibi in 2. lect. eum qui per dolum ac mendacium, id quod ſuum erat, recuperauit, non teneri ad reſtitutionem. De quo etiam per Hoſtien. in ca. olim cauſam, in verbo, duxerit s, de reſt ſpoliat. & Archid. in c. non ſanè, colum. 2. uerſi. qui uerò 14. q. 5. & in c. Dominus, 24. q. 2. ubi etiam eſt bonus text. Diui Auguſtini in hæc verba, Cùm autem iuſtum bellum ſuſceperit, vtrum apertè pugnet, an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt. Quæ ſententia Virgil. eſt lib. 2. Aeneid.

*Qui rem ſuam dolo recuperat, eam reſtituere non tenetur.*

*Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?*

Quæ deprompta fuiſſe videtur ex Homero, libro Odyſſeæ 1.

ὅππως κεν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι,
κτείνῃς, ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδόν. Id eſt ad verbum,

*Quemadmodum procos in domibus tuis*
*Occidas vel dolo, vel palam.*

Quod & ipſum propemodum lib. 2. eiuſdem operis repetit. Illamque Virgilij ſententiam ex noſtris aduocat. Iaſ. in l. ſi rem. ff. de præſcrip. uerb. & Philip. Dec. in l. ea eſt natura. ff. de regu. iur. glo. autem in d. c. Dominus allegat. concord. quos ibi videre poteris. Et idem dicit de aduocato, vt ſi habeat iuſtam cauſam, poſſit decipere aduerſarium, arg. c. 1. 3. q. 4. Ex quo & glo. in c. cupientes, in princ. in uerbo malignantium. de elect. lib. 6. aſſeuerat, quòd qui habet ius in cauſa, poteſt malitias & cauillationes aduerſarij per alias repellere: nec id faciens videtur fraudem facere, ſed potius eam excludere: per d. ſ. Titio. & ibi omnes, ex quibus Philip. Franc. dicit, & hæc quoque procedere in foro conſcientiæ, atque etiam ſequitur Bald. in rub. C. de fid. inſtr. colum. 8. uerſic. incidenter etiam quæro. ubi tamen intelligit, modò falſitas abſit. & Petr. Anch. conſi. 145. domini, in fin.

*Aduocatus in iuſta cauſa põt aduerſarium decipere.*

Ex his quoque fit, ut etiam bonus quiſpiam dolus ſit, & dicatur ad differentiam doli mali, de quo Iuriſconſultus noſter, in l. prima, ff. de dol. mal. & Terentius in Eunucho:

*Dolus bonus & Dolus malus.*

*-Iam tum erat ſuſpicio,*
*Dolo malo hæc fieri omnia.*

Et Tullius li. 111. Officiorum: Nondum enim Aquilius collega & familiaris meus pertulerat formulas in quibus ipſis cùm ex eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cùm aliud ſimulatum, aliud actum. & in topicis: Dolus malus eſt, cùm aliud agitatur, aliud ſimulatur. A quo accepiſſe videtur noſter Iuriſconſultus, quod ſcripſit in l. iuriſgentium. §. dolo. ff. de pact. dolum malum eſſe, cùm circunſcribendi alterius cauſa aliud agitur, aliud agi ſimulatur. Sed ut redeamus ad Tulliũ Is & in 1. ad Atticum epiſt. Agere (inquit) cœpit cum eius fratre Caninio Satrio de ijs rebus, quas cum dolo malo mãcipio accepiſſe de Vario diceret. Et in orat pro L. Flacco: adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo. Et Liuius [ab vrbe condita lib. 1. Vt illa palàm prima poſtrema ex illis tabulis, ceràue recitata ſunt ſine dolo malo. Et ſtatim põſt. Si prior defecit publico conſilio, dolo malo. Et] belli Macedonici, lib. 8. Corycæorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. De bono autem dolo loquitur Diuus Paulus 2. ad Corinth. 12. Ego vos non grauaui: ſed cùm eſſem aſtutus, dolo uos decepi. Et facit etiã, quod tradit Bal. conſ. 396.

quòd

quòd autem, colum. 2. uerſicu. ſed reſpondeo, lib.4.& Corne.conſi.52 in hac conſultatione, colum.3.eademque vult, lib.2.& conſ.6. in præſenti diſceptatione, col. pen. vnde ex prædictis, lib.3.& Barb.in l.1.ſ.ſi ſtipulanti, col.5 uerſ.vnde cõtra.ff.de verbor.obligat.

73 Et ut propius ad noſtram conſuetudinem accedamus, ex ijs quæ diximus, prodijt, quod à quibuſdam Doct. Peruſij reſponſum fuiſſe in cauſa alterius ſtatuti huic noſtræ conſuetudini non admodum diſſimili, tradit Corn.conſi.29.in præſenti conſultatione, colum.2. lib.3. Florentiæ enim ſtatutum eſt huiuſmodi, ut habẽs domum contiguam alteri domui venditæ, poſſit hanc retrahere reſtituto precio. Contigit vt quidam vendiderit dimidiam partem domus, & alteram ſibi retinuerit, poſteaque incontinenti hanc eidem vendidit. Reſponderunt illi Peruſini Doctor. non eſſe locum ei ſtatuto, cùm partem illam retentam vendidit ei, qui iam ex priori venditione habebat domum contiguam, alteram ſcilicet partem. Nam licet ita cenſeatur factum fuiſſe in fraudem, tamen licuit uti ea arte, tanquam præcautione quadam ac prouidentia, qua auerteret, vitaretque iniuſtum illud incommodum, quod ob id ſtatutum ſibi inferri poterat. Et hoc conſi. ſequutus eſt Petr. Gerar. à Petra ſing.26.tu habes, ubi & hanc non longè diſtantem rationem addit, quia is qui ita egit, non fecit hanc cautelam principaliter in fraudem alterius, ſed pro ſuo cõmodo: quod potuit facere, arg.l.2.ſ. denique.ff.de aqua plu.arc & l.Proculus.ff.de dam.infect. Cui adde, quæ dicam infrà nume.77.hæc tamen, & ſeq.

Verùm Corn.eod. conſil.29. col.vlti. conſtantiſsimè

74 negat licere hoc caſu fraudare conſanguineum commodo & beneficio huius ſtatuti, ſicuti nec legis.l.contra, & l.ſeq ff.de legib.cum ſimil. Nam & ll.& ſtatuta (vt hoc illi addam) nos obligant etiam in foro, quod conſcientiæ appellant, vt no.glo.in cap quæ in Eccleſiarum, in princ.& ibi Bald.etiam in princ.qui id negat alibi reperiri, extrà de conſti. Sed eſt ſimilis glo.in c.2.in verbo ſententijs, eod.tit.lib 6 vbi & de hoc eſt bon.tex.in illis verbis, vt animarum periculis. Inno. Anto Panorm.& alij in cap quia plerique, de immu. eccle. idem Inno.in rub.de conſue. ad fi. vbi etiam loquitur de conſuetudine & in c.dignum, de homi Ioan.And.in c.2.de verbo. ſig.lib.6. idem Ioan. And. & Io.Cald.in c.quãquam, de vſu. lib.6.ipſe Cald.in diſput incip Bononienſi ſtatuto. And.Iſer.in c.1.ad fin. titu.de pace iura.fir. Fed. Senen. conſi.21.nunquid hæres extraneus, in multis locis. Bal. in l.1.colum.2.C. de confeſ.& in Auth.ingreſſi colu.5. verſi.circa primum pono C.de ſacroſ.eccleſ & in cap.in omni.colum.1. extrà de teſti. & in procœm. feudorum, colum.3.uerſicu apparet igitur, ubi loquitur de conſt. feud, & conſi. 285. ſi quis iuris, col.1.lib.3. & in diſpu. incip.ſtatuto cauetur quod fœnerator, colum.6.Alb. in rub.ff.de legib colum. 2. Pet.Anch. conſi.14.videretur prima facie. Floria. in l.ex parte. ſ. ſeruo libertatem.ff, fam.erc l.Pan poſt Cald.in d.procœmio Decre.Rex pacificus, colum.3. uerſi. ſecundò quęritur, & ibi quoque Imol.in fin.princ.& idem Pan.in d.c.1. colum.3.uerſic. ſed quæro an lex, de conſt & ibi latè Fel. qui adducit concord colum.14.uerſ extra prædictos: ut etiam facit Philip.Dec.in 1.lect.colum.7. uerſic.ſucceſsiuè Ab. gnærit.& Bernar.Laud in addi.ipſius Pan. in d.ca.1. & Iaſon, in l.nemo poteſt, in 2. lect char.ult.uerſi.quartò moueor.ff.de leg.1 & in ſ ſed iſtæ, nume.126.Inſtit.de act.& conſi.180.commune, colum vlt.lib.2.& conſi. 191.placet mihi, colum.2. uerſi nec huic, eod. lib. 2.& Matth Afflict.in conſt Siciliæ, incip.violentias.colum. 3.& Caro Rui.conſi 4 proponitur in themate.colum. 3.num.11.lib 5.Quibus adde Soc. in l moribus col.9. uerſi ex qua concluſione.ff de vulg.& pupil Et è Theologis id quoque uoluit Diuus Tho. in 2. parte ſum. q.

*Leges & ſtatuta nos in foro conſcientia obligant.*

*Itẽ feudorum conſtitutiones.*

96.art.6. Idque etiam procedit, quantumcunque lex dura ſit, ut ſcribit Panor.in c.inquiſitioni.de ſent, excom. ut illum allegat Franciſc. Rip. lib.2. interpretationum in cap ſi quando, colum. penul. de reſcript. ſed Panor. loquitur de mandato Papæ.

Ex quo dicit Bald.in rub.extrà de conſuet.in fi.poſt 75
Innoc. quòd is qui facit in fraudem conſuetudinis, peccat mortaliter. In fraudem autem legis aut ſtatuti ſiue conſuetudinis fit (ut redeamus ad Corne.) etiam cùm quid fit verè, ſed eo tãtùm animo, ut euitetur lex, quod aliàs non fieret.l.ſi libertus minorem. ff. de iur. patro. Nec obſt.d.l.ſeruus dotalis, quia ibi ea cautio fit ad euitandum damnum, & ad nullius pręiudicium: nec ob eam fit fraus contra uerba aut mentem legis, ſed ut conſulatur (quod ibi dicitur) mariti ſolicitudini & indemnitati. Et idem dici poteſt de cęteris iuribus in id allegatis. In caſu autem noſtro, ſtatutum vult conſanguineum habere facultatem conſequendi rem venditã reſtituto precio: qua quidẽ non debemus illum adhibita fraude priuare, contra verba & mentem ſtatuti.

*Fraudantẽ conſuetudinem, peccare.*

*In fraudẽ legis, cõſuetudinis & ſtatuti quis dicatũ facere.*

Ad id autem, quod dictum eſt de iniquitate & odio 76
ſtatuti, dic poteſt ſatis eſſe, ut aliquã habeat rationem aut etiam occaſionem, & (ut loquar cum Bald.in l.lege. C.de legi.hær.) aliquod motiuum, & ſtatuentium uoluntatem & autoritatem: licet ut idem dicit, contineat iniquitatem, Et idem propemodum dicit ipſe Bald. in cap.ex reſcripto, colum.vlt.uerſ. & nota extrà de iureiur. Nota (inquit) quòd ſtatutum, quod habet in ſe rationem motiuam, nõ dicitur eſſe ſine ratione. Sed & quod plus eſt, non poteſt lex infringi, etiamſi non habeat rationem.ut dicit idem Bald.in l. non omnium, in princ. ff.de legib.per l proſpexit.ff qui & à quib. ubi hęc uerba ſcribuntur. Quod quidem perquàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. Per quam etiam l. dicit Innoc.in cap. irrefragabili, in fi.de offi.ord. & omnes vbique, ſufficit ſic ſtatutum eſſe. Et ut dicit ipſe Bal. in d l non omniũ, ſufficit quòd ſtatuentes putauerint eſſe bonum & iuſtum.& idem in l 1.ſ.initium. ff. de poſtul ſufficit (ait) ita ſtatuentes fuiſſe arbitratos: nam id pro ratione eſt. Ad quod allegat Fede. Senen.in ſua quadam diſput. Et eius rei eſt optimus text. in d.ſ. initium, in illis verbis, quia moderatam hanc ętatem Prætor ratus eſt, ad procedendum in publicum.& ibi glo. in uerbo, ratus, dicit hanc eſſe mirabilem rationem. Et per eum etiam text. dicit Bald. in l. de quibus colum. 10. uerſicu & primò quo ad primum. ff. de legi. quòd ratio non eſt de ſubſtantia conſuetudinis: nam ea tenet rationem ex ſola autoritate cõſtituentium, & ad hoc etiam allegat bonum text.in d l.non omnium.ff eo tit. Subditque etiam ualere conſuetudinem contra omnem rationem, modò non ſit contra Ius diuinum. Sed & per illum text. idem Bald.conſil.166 ſtatuto cauetur, lib. 1. aſſerit ſufficere cauſam ſtatuti eſſe in mente ſtatuentium & conſil.473. circa quæſtionem, colum.2.libr. 5 dicit ad iuſtificationem (ut ipſe loquitur) ſtatuti ſufficere rudem quandam æquitatem. Sed & idem Bald.in ca.1.in princ.colum.2. uerſic.ibi prohibens, tit.de feud cog. ſcribit non ſemper exigi, ut conſuetudo ſit rationabilis, ſed ſatis eſt ut ſit tolerabilis & vſu approbata, & alleg.Innoc in rub.extrà de conſuet. Et idem Bald in rub extra de conſt.col. 2.uerſ.conſtitutionem eſſe rationabilem, eo ipſo quod non reperitur prohibitio, licet eius ratio demonſtrari non poſſit. idem quoque in l.1.colum.4.uerſi.item allegatio.C.ſi plur. vna ſent.quod non eſt perquirenda ratio, ubi habemus ſtatutum, per d.l. non omnium, & d. l proſpexit. Et tradit Ioan. Fab. in §. ex nonſcripto, colu.3. uerſiculo item requiritur, quòd ſit rationabilis. Inſtit.de iur.nat.gent.& ciui. quod ualet & tenet conſuetudo uel ſtatutum irrationabile & durum, ſi modo non ſit contra fidem, Ius naturale, uel diuinum, nec inducat

*Voluntatẽ ſtatuentiũ pro ratione eſſe.*

occa-



occaſionem peccãdi, nec aliàs ſit contra bonos mores. Et propè ſimilia ſcribit Calca. conſi.3. Barto.poſt prin. Nec omittam, quod ſcribit Bald. in l. Gallus. ſ. ſi eius, colum.2.uerſi.ſecundò not.ff.de lib.& poſth.quòd cùm habemus determinationem ſtatuti, non debemus vlterius rationem eius inueſtigare. Quod & poſt eum reaſſumit Iaſ.conſi.188. ſpectabilis, paulò ante fin, lib.2. & Phil.Dec.conſ.563.duo dubia, colum.vl. Nam etiam ſcribitur in l.& ideo. ff. de legib. rationes eorum, quæ conſtituta ſunt, inquiri non oportere: alioqui multa ex ijs quæ certa ſunt, ſubuerterentur. [Quibus adde quod ſcribit Petr. Anch.in Clem. 1.in princ. de elect.quòd ſi perfecta ratio legis uel ſtatuti reddi non poteſt, ſufficit dicere ita, ſcriptum eſt, per d. l. proſpexit, & ſequitur Fely.in cap.ſi quando, colum.8.uerſicu. circa rationem legis, de reſcript. Nam ut ſcribitur in cap.in iſtis, quarta diſtinct.poſtquam lex eſt audita, ſecundum eam, non de ea eſt iudicandum.]

77 Nec tamen ſtatutum noſtrum eſt omnino ſine ratione: ſed eam habet non contemnendam, vt ſuprà plenè diximus. Et aliàs ſemper in ſtatuto pręſumitur ratio, vt dicit Dyn.in cap.vlt.de reg.iur.lib.6.uti illum refert, & ſequitur Bald.conſi.218.ſtatuto ciuitatis Florentiæ.col. 1.lib.2.& conſi.39.per egregium, lib.3.& conſi.199.in cauſa iſta, circa medium, eodem libro 3. & dicit idem Bald.in d.l.de quibus, colum.10.uerſic.item valet.ff.de legib. quòd conſuetudo in dubio pręſumitur ex iuſta cauſſa proceſſiſſe. Et idem in cap.cùm veniſſent, extrà de eo qui mit.in poſſ. dicit etiam conſuetudinem in dubio præſumi bonam & laudabilem. Et in ca. 1.colum. 1.verſi.extrà quæro, de conſtit. quòd iuſtitia ſemper creditur ineſſe ſtatutis. Ex quibus etiam liquidò conſtat, nihil huc pertinere, quod diximus de fraudatione vectigalis illiciti, & fuga etiam carcerati. Et ex ijs ſequitur non licere fraudare hanc conſuetudinem.

*In ſtatuto præſumitur ratio.*

78 Hæc tamen intelligenda eſſe cenſeo, ſi quis id faceret eo animo, & conſilio principaliter, vt eam circumueniret: ſecus ſi id non principaliter & directè ageret, vt retractum ipſum fraudaret, ſed vt ſibi proſpiceret, ne aliud fortè damnum indebitè pateretur: ſecundum ea, quæ ſuprà diximus num.72.& vt propius. Nam licet in conſequentiam conſanguineus ob id retractu arceretur, id vtique illicitum non cenſeretur, nec proptereà diceretur factum in fraudem legis vel conſuetudinis, vt in ſimili dicitur, in l. non omne. ff.de ſtatu libe. vbi ſcribitur, Non omne ab hæredis perſona interueniens impedimentrm ſtatu libero pro expleta conditione cedit, ſed id duntaxat, quod impediendæ libertatis cauſa factum eſt. Cuius autoritate Stepha. Fed. vir nondum ſatis laudatus in eo opere, de legum interpretatione, parte 1. chart.5. verſic. ſecundò limita, tradit, quòd cùm actus nõ deſtinatur directè ad finem ſiue effectum fraudandi legem, ſed ad alium, licet incidenter ad eum finem perueniatur, non cenſetur eſſe prohibitus nec factus in fraudem, & alios quoque text. allegat: ſed ille, quem ſuprà citaui, viſus eſt omnium optimus. Sed & allegat, quod à Barto. poſt Guil Cu. ſcriptum eſt in l.cætera.ſ.ſed ſi ſeparauit, per illum text. ff. de leg.1. quòd ſi ſtatuto prohibitum eſt, ne quis emat frumentum vltra vſum proprium, & aliquis ſe manſurum in vrbe annum integrum credens emit frumentum neceſſarium ad illum annum, & poſteà mutauerit propoſitum, & ante annum recedat, non incidit in pœnam ſtatuti: quia non eo animo emit, vt ſtatutum fraudaret.& idem voluerunt (vt hoc illi addam) Guil. Cu. Bald. & Alberic. in l.1.§.unde quęrit Offilius, per illum text.ff.de exerc. act.ipſe Alber.in 1. parte ſtat.quæſtion.79. item quæro, ſtatuto cauetur, quòd de rebus. & iterum in 2.parte, quæſtion.206. prędicta etiam faciunt ad aliam.& Pau. Caſtr.in l.2.in princ.per gloſſ.ibi.ff.ſi cert.pet.& Alex.

*In æſtimãda fraude, anim⁹ inſpicitur, quicquid poſtea contingat.*

conſi.1.viſo proceſſu, colum.pen.verſi.ad hoc facit.lib. 3.& Firmia.in tract. Gab.in 2. parte 8.partis princ.col. 1.& Lud.Gozad.conſi.90.in cauſa Mantuana, num.12. Et ſimile quippiam voluit Bald. in cap. 1. §. ſi quis de manſo.colum. vlt. tit.de contro. inue. & Ioan.Pla.in l.vlt.per illum text. C. de impo.lucra. deſcript. lib. 10. Et facit pręrereà bonus text.in l.inter ſtipulantem.ſ.ſacram, verſic.& nauis. ff. de verb. oblig. & in l. qui res ſuas.ſ.aream.ff.de ſolu.& in l. ſed Iulianus. §.proinde. ff.ad S. C. Syllanian. cum alijs ſimilib. adductis per Alexand.in d.ſ.ſed ſi ſeparauit. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam, n.4.& ſeq.ff.ſi cert.petat. Philip. Dec.in l. filiusfamiliàs, num.item 4.eod.tit.& Matth. Afflict.deciſ.Neapo.72 Nardus, colum. ult. Hip. Marſ.qui id dicit ſing. & valde notandum, ſing.86. ſtatutum ſit. Quod ſanè intelligit Bar.in d.ſ.ſed ſi ſeparauit, modò conſtet de primo illo propoſito: aliàs enim præſumeretur id fuiſſe ab initio propoſitum reuendendi: vt poſteà fecit.

Et per hæc aliquando reſpondi non eſſe locum retractui.in hac ſpecie. Titius fundum vendendum Mæuio obtulerat certo aliquo precio: is fundus Mæuio confinis erat, atque ob id ei multum acceptus gratuſque (vt etiam veriſimile erat, iuxta l. ſi cui fundus. ff. de leg.2. & ea quæ ſuprà diximus, num.48.nec hinc longè abeſt) cùm tamen ille pecunias non haberet, dicit Titio, ſe alium fundum habere non adeò ſibi propinquum, ſed qui tantæ erat æſtimationis, quantæ alter ille fundus venditioni addictus, ſcireque ſe hominem, qui tantum illi daret, ſi ei vendere vellet, vt qui ei ſæpe tantum antea obtulerat. Titius autem reſpondit: At tu ipſe illi homini uendas tuum prędium, & ego tibi meum uendam. Verùm Mæuius, non faciam id (inquit) nam fortè tui conſanguinei à me tuum retraherent, atque ſic tuo & meo prædio carerem: meum autem prædium non aliter uẽderem aut alienarem, quàm ſi certus eſſem, tuum penes me manſurum. Tandem in id conueniunt, vt huiuſmodi prædia permutarent, idque faciunt: mox Mæuius adducit hoiem, q à Titio tãti eruit p̄diũ, qđ Męuio habuerat, quanti ſuũ addixerat: iſque emptor ſp id p̄diũ poſſedit, nec idipsũ Mæuius recuperauit. Cõſãguinei Titij uolunt à Mæuio retrahere, dicuntque eam permutationem in fraudem retractus factam, habendamq; pro uenditione. Reſpondi (ut iam diximus) non eſſe locum retractui. Neque enim id egiſſe Mæuium, ut emeret, aut alium contractum faceret in fraudem ſtatuti: ſed primùm noluiſſe uendere ſuum prædium, & deinde ipſius precium in emptionem iſtius conuertere: quia ſic potuiſſet utroque carere: cùm tamen ſuum non erat aliter alienaturus, niſi id de quo eſt quæſtio, fuiſſet apud ſe manſurum. Et quamuis ita faciens excluderet conſanguineũ, id tamen non callido nec maligno animo feciſſe: quæ verba ſunt l.ſi ſeruum.ſ.ait Prætor.ff.de acquiren.hær. aut ut aliter dicam, fraudandi conſilium, & animum ſibi defuiſſe, ſed ſibi tantùm, & ſuę indemnitati prouidiſſe. Atque ita poſtquam in hanc curiam allectus ſum, audiui fuiſſe iudicatum in ea, pro Domino Montoloneo, olim huius curię Præſide digniſſimo, & ſigillorum Regiorum cuſtode ſanctiſſimo: quem virum honoris cauſa nomino. 79

*Quæſtio not. & frequẽs in retractu.*

Ad idque optimè facit d.l.atqui natura. ſ. ſed cũ me abſente.ff.de neg.geſt.qui tex.loquitur de eo qui alium ſubiecit, quod huic ſpeciei eſt proximum: & d.l.ſeruus dotalis.ff.ſolut.matr.& d.l.cùm pater, ſ.Titio.ff.de leg. 2. vbi id dolo (quod iam ſuprà diximus) non attribuitur, ſed prudentiæ: & d.l.ſi pupillus, poſt princ. ff.de acquiren.hæred.cuius uerba, quia huic loco mirè conueniunt, ſubijciam. Ea ſunt huiuſmodi: Nec enim videtur voluiſſe fraudare edictum, qui ſibi proſpicit, ne oneribus, &c. [quam ad hoc expendit glo.ibi, in verbo, nec enim videtur, quæ concord.affert.& Rom.etiam ibi, qui 80

*Fraus ex euẽtu ſola non arguitur.*

eum

eum §.legit cum l.filius qui ſe, eod.tit.[& alia quoque à nobis citata ſuprà num.67. porrò ex ijs. Nec ſatis eſt euentum fraudis ita cecidiſſe, vt ſcilicet retractus non habeat locum,niſi conſilium adfuerit,vt etiam in ſimili dicitur in l.4.§.ſi quis autem.ff. de fideic.libert. Nam & aliàs vtrunque requiritur,& animus, & euentus. l.ait Prętor.§.primo,ff.quæ in fraud.cred. & l. ſi ſeruus.ff.de acquir.hær.& l.quia autem. §. ſi patronus, in fin. ff. ſi quis omiſ.cauſ. teſta. Et faciunt etiam not. per gloſſ.in cap.cùm Eccleſia Vulterana, in verbo iniuriam, extra de elect.& iura quæ ibi allegat: & glo.in cap.vlt.verſic. item quid ſi Prælatus,extra de præſcript.

81 *Fraus ex quibus deprehendatur.* Idque veriſſimum eſſe arbitror,niſi alijs coniecturis indicijs,præſumptionib.fraus ipſa depręhenderetur,vt quia Mæuius poſt huiuſmodi contractum permutationis & venditionis diutius illum fundum à ſe permutatũ poſſedit,nõ Titius,aut is,cui poſtea vendidit, iuxta not. à Bar.in l.poſt contractum.ff.de don.& in l.ſicut.§.ſuper uacuum.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.& conſ.65.Petrus Nicol.Vel etiam ſi Męuius verè tradidit.ſed non longo poſt tempore Mæuius ipſum recuperauit, ut veriſimiliter præſumatur ita actum fuiſſe à principio: per l.ſi uentri.§.vltim.ff.de priui.cred. & l.ſed Iulianus. §. ſed ſi filius.ff.ad S.C.Mace.& per Bartol.in d. locis, in quibus & alias fraudis coniecturas & præſumptiones videbis ne hic diutius his commemorandis immorer, pręſertim cùm Cæpo. huic rei proprium & peculiarem librũ dicauit,cui titulus eſt,De ſimulatione cõtractuum, qui omnibus locis proſtat.Sed tu tamen vide,quæ dicam infra.§.1.gloſſ.7.in verbo,*Ou autres choſes cenſées pour immeubles*,numero 73. incipiente,niſi tamen hæç conductio,& quinq;ſeq.& iterũ in gl.14.in uerbo *Ou equipollent à vente*,num.35.nec hic tamen omiſerim, & alijs ſeq.ubi & nos nuncupatim de hac re loquimur.

F I N I S.



# DE RETRAICT LIGNAGIER.

## DE RETRACTV GENTILITIO. §. I.

### *SI AVCVN*, SI QVIS GLOS. I.

### §. PRIMVS.

SI AVCVN[a] a vendu[b] aucuns biens[c] immeubles, ſoyent fons[d] ou autres choſes cenſees pour immeubles, comme ſeruitudes[e], ou rentes[f] particulieres, ou generales, aſsiſes generalement ſur le vendeur, & ſur ſes biens, ou autres choſes cenſees pour immeubles[g]: le parent[h], ou lignagier[i] du vendeur, peult dedans l'an[k] & iour[l] de la vendition venir pars deuers l'archepteur[m], &[n] luy declarer, comme il eſt venu à ſa notice, que ledict vendeur luy a baillè par contract de vente[o], ou equipollent à vente, leſdictes choſes: & les doit declarer, quoy que ce ſoit en general[p]: & doit declarer le lignage[q] dudict vendeur, & de luy, ou aumo ins offrir declarer en temps & lieu: & requirir audict archepteur, qu'il le vueille receuoir au retraict de ladicte choſe vendue, & la luy bailler & delaiſſer: offrant ledict retrayant à payer[r] le priz, que la choſe aura couſtè[s], dedens le temps dela couſtume, luy deument acertenè dudict priz[t], & luy doit faire offrend d'or ou d'argent,[u] en telle quantitè qu'il voudra,[x] offrant à parfaire dedans le temps de la couſtume, comme dict eſt.

*SI QVIS a vendiderit b bona quopiam c immobilia ſeu fundos d, ſeu alias res,quæ cenſentur immobiles, vt ſunt ſeruitutes e, aut annui reditus f, ſpeciales aut generales, ſcilicet generaliter conſtituti ſuper venditore & eius bonis, aut quasvis alias res habitas pro immobilibus g, parens h ( ſic enim more vulgi conſuetudo noſtra conſanguineum appellat ) aut linearius i venditoris poteſt intra annum k & diem l à venditione adire m emptorem n, eiq́; denunciare ſe ſe reſciuiſſe venditorem in eum contuliſſe res huiuſmodi titulo venditionis aut alio æquipollenti o, quas quidem res deſignabit ſaltem generaliter p, genusq́; ſuum ac venditoris recenſebit q, aut id ipſum congruo loco & tempore facere offeret, rogabit emptorem, vt ſe ad rei venditæ retractum admittat, eamq́; ſibi tradat & dimittat, offerendo ſoluere r precium quo res vendita conſtitit s, intra tempus à conſuetudine præſtitum, poſteaquàm plenè certior fuerit factus de precio t. debetq́; ei offerre auri aut argenti u, eam quam voluerit quantitatem x, offerendo reliquum ſoluere intra tempus à conſuetudine ſtatutum, vt dictum eſt.*

### SI AVCVN, SI QVIS.

### GLOS. I.

1 *Quæſtio retractus.* ETIAMSI is ſit alterius prouinciæ, quæ fortè non utitur hac conſuetudine, tamen ſi fundum Pictauiæ uendat, hæc conſuetudo in ea uenditione locum habebit, cùm ea rẽ ipſam reſpiciat, ut expreſsè & in hoc caſu tenuit Ioan.Fab.in l. cunctos populos, col. 5. C.de ſum.Trin.ubi hanc rem latè tractat & Matth. Afflict. qui illius non meminit, in tractat. protomixeos, tùm in prin.colum.15. uerſic. item pone quòd in terra. tum. §. ult.colum.penult. Et ex ijs quæ uterque ſcribit, facilè poteris intelligere, & hoc quoque procedere, ſi conſanguineus, qui rem uenditam vult retrahere, & emptor ſit etiam alterius prouinciæ, quæ hoc Iure utitur. Tu tamen hic uide Corne.conſ.151.in hac conſultatione, libro 3.

2 SED è contrario, ſi Pictauenſis uendat fundũ alterius prouinciæ, quę hac conſuetudine non utitur, nõ poterit conſanguineus illius hac noſtra uti, ea quam diximus ratione, quòd hæc conſuetudo rẽ ipſam reſpicit, & cùm quærimus de Iure quopiam proficiſcente ex re aliqua, ſiue de libertate aut ſeruitute rei, ſiue de facultate cõpetente circa rem, debent ſeruari ſtatuta loci, in qua res ipſa ſita eſt.l.ſi ſine herede.§.Lucius.ff.de admini.tut.& l.an in totum.C.de ædif. pri. & l. uenditor. §. ſi conſtat. ff.com.prædio.& l.forma.ff.de cenſi.& uoluit Cyn.in l. 1.colum.penul. uerſic. ſecundò quæro. C. quæ ſit long. conſuet. Bart.in l.1.in 5.quæſt. & ibi quoque alij. C. de ſumma Trinitate. Alber. in 1.parte ſtatu. quæſt.31. ſed ex quo ſuprà diximus. & Floria. in l.1. ff. de vſur. cum ſimilibus. *Quæſtio retractus.*

3 *Statutum re vendita inſpiciendum.* IDEOQVE in ſtatuto huic noſtro ſimili cõſuluerũt Valaſcus, Bened.à Barzis, Thom. Doti. Petr.ab Exio. & Maria.Soc.videlicet in ſtatuto Senarum, quo prohibetur, ne domus vendatur irrequiſito conſorte, poterit Senenſis vendere domum, quam habet Piſis, vbi non eſt tale ſtatutum, inſcio conſorte, per id quod diximus.

Et ſequitur Barth.Socin. ipſius Mariæ filius conſi.74.in præſenti conſultatione.col 5. uerſicul. ſecundo reſpondetur.lib.1.& iterum conſ.271.quod eſt eiuſdem initij. colum.3. verſ.his tamen non obſt. lib.2. Et idem quoque ſine illorum mentione conſuluit Iaſ. conſi.194. ſuperuacuo videtur.col.1.verſ. tertiò concurrit. lib.2. hac ratione motus,quòd ſtatuta quæ ſunt contra ius commune(cuiuſmodi id eſſe aſſerit)non extenduntur ad res alibi ſitas,ſecundum Bart.& alios in d.l.1.in 6.quæſt princip.C.de ſumma Trinitate. [Et nouiſſimè alter Maria. Socin.iunior,conſ.1.pro reſolutione.colum.4. num.11 libro 2.

4 *Quæſtio retractus.* Ex quibus etiam potes intelligere,quòd ſi Pictauenſis vendat rem Pictauiæ extraneo cuipiam, qui ſcilicet ſit alterius prouinciæ, quæ hoc iure non vtitur, locus eſt retractui ex hac conſuetudine. Quamquam contrariũ poſſet videri voluiſſe Iaſon ipſe,dicto conſil.194. col.1. poſt princip.ea ratione adductus,quòd ſtatutum non ligat forenſes,ut appellat,ideſt,(ſi melius loqui velimus) externos.l.ultima.ff.de iuriſdict. omnium iudic. & c. vt animarum,in fin.de conſtit.lib.6. & notat in d.l.1.C. de ſumma Trinitate. Niſi dicas Iaſonem non hoc tantùm fundamento innixum fuiſſe, ſed alijs quę ſunt in facto huic admodum diſſimili, ut ibi videre licet, alioqui erraret Iaſ.toto cœlo.

5 *Quæſtio retractus.* SED hìc quæro, quoniam nunc loquimur de perſona(vt cum noſtris loquar) vendentis, ſi hæres alterius cum beneficio inuentarij vendidit fundum, quem conſecutus eſt ex illius hæreditate, eritne locus retractui, præſertim ſi ipſe retractus tantùm habeat locum in rebus patrimonialibus, quæ ſcilicet ex ſucceſſione nobis obuenerunt parentum, aut aliorum conſanguineorum? Vide Chaſſen.hoc diſputantem propè copioſius, quàm res ipſa ſatis per ſe clara,exigat, conſi.22. conſuetudine cauetur,& iterum in ſua ſecunda editione Commentar. conſuetudinum Burgundiæ,hoc eodem tit.§.1.in verbo *ſon heritage*, in principio. Sed & idem latè diſputauit Claudius Marletus inter conſilia ipſius Chaſſ.conſil. ſequenti deceſſit Catharina. Quibus adde Alex. conſil. 19.ſuper eo,col.ult.lib.5. & Franc. Curt. ſen. conſil.83. Deus.col.5.nu.13.

6 *Quæſtio retractus.* QVID autem ſi Clericus vendiderit, an ſit locus retractui? Nam ob hanc cõſuetudinem videtur in hoc grauari, quòd rem ſuam minoris vendit, ut patet ex ijs quæ diximus ſuprà in præfat.num.27.incipien.preterea & in hoc quoque. Sed tu vide, quæ dicam infrà,eodem §.gl.13.quæ eſt in verbo, *l'achepteur*, num.11. incip. ex ijs autem potes, & ſequent. ex quibus intelliges quid hic dicendum ſit.

## *A VENDV.* VENDIDERIT. Gloſſ. II.

1 *Venditio & emptio quid complectatur.* VENDITIONIS, emptioniſq; verbum latiſſimè patet,ut quod omnem alienationem complecti videtur.l.ſtatu liberi.ad fi. ff.de ſtatuliber.& l.ſicut. §.venditionis. ff. quib.mod.pig. vel hypoth. ſolui. ubi glo. adducit concord. ſicut etiam faciunt Alex. & recentiores in l.filiusfamiliàs.§. Diui. ff.de legat.primo. Corne. conſi.166.quatuor,poſt principium,libro 2.& Albertus Brunus,conſi.43.circa caſum.colum.vltim. Verùm quia hæc noſtra conſuetudo paulò mox hoc in §.& alibi ſæpe loquitur de precio, ea debet accipi de venditione propriè & ſtrictè ſumpta. l.vlt. & ibi gloſſ. Bart. & Lucas Pen.colum.6.C.de præd.cur.lib.10.& uoluit glo. in l.cùm dotem,in uerbo,quis enim,& ibi Bald. colum. 1.C.de iure dot.& Ioan.Andr.in addit. Specul. titul.de empt.& uendi.§.nunc dicendum.el ſecundo, verſicul. ſed pone ſtatutum;ubi nuncupatim loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis.& titul.de ceſſi.act.colum.4.in addit.incipien.rigoroſum eſt: vbi tamen id declarat Guil. Cun.Bald.in lect.antiqua.Paul.Caſtren.Alexand.qui id dicit ſingul.in l 2.in princip.ff.ſi certum peta. idem Bar. qui dicit priorem illam glo.ſingul.in 4.diſput.incipien. publicanus.in fine Bald.in l.ex conuentione. colum.1. C.de pact.& in l.cùm hi.§.ſi cui. in utraque lect. & ibi etiam Alber.ff.de tranſact. & in l.ſi domus. §. ult. ff. de legat.1.& in l.ſciendum.§.pollicentur. ff. de ædil. edict. & in l.cùm manu.§.nemo.in princip.ff.de contrah.emp. & in l.1.colum.1.C.de rerum permut.& in l. qui ſe patris.colum.antepen.uerſ.hoc ſcias.C. vnde lib.& in l.Papinianus.in princip.ff.mand.& in l.ſi culpa.ff.de rei uendi.& conſi.89.Betonus, colum.1. lib.1. & conſilio 414. verba dicunt.colum.2.eodem libro 1.& conſ.461.inter Ioan.in fin.libr. etiam 1. & conſilio 252. viſo quodam arbitramento poſt medium. lib.2. & conſi.440. ſecundum ea,ante fin.libro 5.Alber.in l.hæc venditio, §. huiuſmodi.ff.de contrahen.empt. Petr. Anchar. conſi.72. tantam familiaritatem. colum. 1. & ad fin. conſ. declarat quomodo id intelligatur.Lucas Pen. in l.prima, columna 1.C.de fund.patri.lib.11.Panormi.in capit.1. in 1.not.extra de his quæ fi.à prælat. & in cap.2. col.vlt. de poſtul.& in c.ult.col.1.uerſ.not.ult.ex fi.& ibi Felyn. col.antepen.uerſ fallit primò.extra de accuſ. Idem Pan. in c potuit.col.3.uerſ.& adduco pro prima,extra de loc. Paul.Caſt.loquens in ſtatuto huic ſimili.conſ.194. uiſo ſtatuto. in princ. lib.1. Ro. conſil. 86. uiſo quæſtionis themate.col.1. Alex.in l. ſi quis ante.colum. 4. uerſicu. in dubio.& ibi.Iaſ.in 8.not.ubi reſpondet ad eum text. qui uidetur uelle contrarium. ff. de acquir.poſſ.& idem Alex.conſil.63.in cauſa & lite. col.1.lib.7. ubi loquitur in caſu ſtatuti huic noſtri ſimili. Corne. conſil. 38.quoniam in præſenti.col.1.lib.2. & d. conſil. 166. colum. 4.uerſic.confirmantur præmiſſa. eod.lib. & conſil.73. quamuis uideatur.col.1.uerſic.cùm precium.lib.4.Maria.conſil.15.uiſis prædictis.col.11.uerſic. unde ponderandum eſt.Firmia. in tract. gabellorum.q.3.uerſ. & de hoc arti.Franc.Aret.qui id dicit not.in l. ſciendum. col. 7 uer.facit quod ponit.ff.de uerb.oblig.Bar.in rubr. extrà. de empt. & uend. poſt princ.Iaſ.in l. 1. colum.5. uerſ. unum tamen in propoſito. C.de iur. emph. & in l. 2.in princ. ad fin.ff. ſi cert.pet. & in l.vlt. in 1.not. ff. de cond.ob cau. & in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui. in 1. lect. colum.pen.uerſic.ſecundò limita.& in 2.lect.col.antep. uerſic.tertiò limita.& ibi Io.Cro.col.34. uerſi. tertia ſit concluſio. & Ferd. Loaz. qui eam glo. dicit ſing. char. 24.nu.487.ff de leg.1.& idem Iaſ. conſ. 45. aggredior. col. 2. lib.1. Fabia. à monte S Sab. qui alios allegat. in tract.de empt.& uend.in 2. q prin.col.1.uerſ.hoc tamẽ fallit.& iterum in 5.parte princ.col.5. uerſi. circa ſecundum.Anton.Burgo.in rubric. extrà de empt. & uend. Catel.Cotta.in memoriali incip.uẽdi.& Hipp. Marſ. ſing.105.ubicunque. ubi ad hoc ſing.dicit. gloſſ. in d. l. cùm dotem.Steph Bert.conſ.180. non puto, circa med. lib. 3. ubi & ſingularem dicit primam illam gloſſ. Sed. id quomodo ſit intelligendum, uidebis infrà eod. titu. & § glo.14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, numero 34 atqui ſi ea.

*Precium propriam uenditionẽ demõſtrati*

2 *Venditionis uerbũ intelligi propriè, in conſtitutione contraria iuri cõmuni, aut alias odioſa.* PRAESERTIM autem id hìc procedit in caſu noſtræ conſuetudinis, cùm ea ſit contra ius cõmune, ex multorũ ſententia,ut diximus ſuprà,in præfat. nu.50.quamobrem ſunt multi,& ſeq. Quod ſi uerum eſt,certè cùm de uenditione loquatur, debet propriè accipi, nec ad alios caſus trahi,ſecundũ illam glo.in d.l.ult.in uerb.permittimus.De prædi cur. ubi Lucas Pen. col.1.& Ioan. Plat. col.2.hoc expreſſim trahunt ad caſum noſtrę conſuetudinis. Alb.qui & de ſtatuto retractus loquitur, in l.ſtatu liberi à cęteris.§. Quintus,circ.med.ff.de ſtatul.Bal. in l. nolũtas.col.ult.uerſ.modò reſtat quęre.C.de fideic.& in Auth.



Auth.& qui iurat.col.antepen.uerſ.vlterius quæro ſi inter,in duobus locis.C.de bon.aut.iud.poſ.& in c.1.ad fin. tit.de alie.feud.& conſ.171.iſtud ſtatutum,lib.4 & conſi.336.præmitto, poſt princ.lib.5.Corn.loquens de ſimili ſtatuto, d.conſ.166.col.3. verſ.ideò in materia. lib.2. Alex. conſ.76.uiſis dubitationibus. col.3. uerſ. pro hoc bonos.lib.6.Crot.in d.§.Diui.col.34.uerſ. tertia ſit concluſio. Et generale eſt in omni materia ſtricta & extraordinaria, uel odioſa, ut uenditionis appellatio etiam ſit ſtrictè intelligenda,ſecundum Bal.in d.l.uoluntas. & in l.2.C.de uſucap.pro empt.Pan.in d.cap.1. de his quæ fiunt à præl. Cor. (qui hoc trahit ad omnia ſtatuta, ut ſcilicet in his debeat ſtrictè accipi.) d.conſ. 166. col.3. verſ.ideo in materia.lib.2.Fely.in d.c.ult. col.pen. verſ. fallit tertiò, de accuſ. Appellatione autem uenditionis propriè ac ſtrictè uenit tantum illa, quam intelligimus, uenditio,non cæteri contractus,vt probat text.in d.l.ſtatuliberi,ad fi.cùm dicitur,complecti uidetur. Nam verbum illud,uidetur, ſignificat fictionem & impropriętatem,l.ſingularia.ff.ſi certum pet. & not.per Bart.& alios in l.ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Et hoc quoque probat text.in l.ſi quis fundum.ff.de contrahen.empt. & voluit Franc.Aret. conſi.124. eximie domine. colum.2. Doct.vbiq;.

3 *Venditio ex communi uſu, de propria intelligitur.* ET quia etiam ex communi Franciæ vſu loquendi, verbum emptionis & uenditionis intelligitur tantùm de emptione & venditione propria,non de cæteris alienationibus, qui quidem communis vſus debet attendi, etiam contra proprium ſignificatum vocabuli. l. librorũ.§.qđ tamen Caſſius.ff.de leg.3.& l.Labeo.ff.de ſupe. l.& c.ex literis.extra de ſponſ. cum ſi. & voluerunt nuncupatim in his uerbis emptionis & uenditionis Alex. & Iaſ.in d.§.Diui.ille col.6. verſic. fallit hæc concluſio, hic col.pen.verſ.tertiò not.limita.in 1. lect.& iterum in 2. lect.col.antepenul.verſ.ſecundò limita,& ibi quoque Crot.col.34.verſ.ſexta & vltima concluſio. Hunc autem vbique eſſe communem uſum loquendi in his verbis, atteſtatur Panor.in d.c.1.de his quæ fiunt à Prælat.vbi & ex eo dicit, quòd id verbum venditionis ibi accipitur pro ſpecie diſtincta ab alijs contractibus, & uidetur uoluiſſe Bart.in l.ſi quid earum.in princip. ff.de leg.3. Sed hæc omnia intellige ſecundum ea, quæ poſtea declarabimus in eodem §.in verbis, *Ou equipollent à vente*, vbi de hac re latiùs dicemus.

4 INTERIM autem, ſi pleniùs ſcire vis,an, quomodo, & quando,uenditio intelligatur de alijs contractibus ſiue alienationibus,& quibus,uide glo. in l. quemadmodum,in uerbo,uendi,in prin.ibi Bart. & Io.Plate.C. de agri.& cenſi.lib.11.Guil.Cu.Cyn.Bal.& Alex.in addit.Bart.in d.l.2.C.de uſucap.pro emp.Alb. in l. ſicut.§. uenditionis.ff.quib.mod.pig.uel hyp.ſol.& in l.1. C.cõ. utriuſq; iudicij.& in prima part.ſtatutorum q.ex ſtatuto Parmæ.Bart.in l.alio. col.4. uerſ. ſequitur in his uerbis. ff.de alim.& cib.legat.Bart.Imol. & recentiores, in d.§. Diui. præſertim verò Alex. col.6.uerſ. item in quantum Bart.hic.& Iaſ.in 1.lect.col.antepen.verſ. octauo quærit Bart.in 2.lect.col.2.uer.eiuſdem initij.& Crot.col.33. verſic.quærit etiam Bart. an prohibita, & Ferdin. Loaz. char.24.num.483.& ſeq.Bald. in l.cùm hi. §. ſi cui. in 2. lect.& ibi etiam Alber.ff.de tranſactio. & in l. poſt rem. col.5.uerſ.in glo.quæ incipit.in ult.lect.eod.tit.& in d.l. uoluntas.col.ult.& ibi quoque Alber. C. de fideicom.& in d.Auth.& qui iurat.col.antepen.verſ. ulterius quæro. C.de bon.auto.iud poſſ.& in c.1.ad fin. tit. de controu. inue.inter domin.& emp.& in c.ſi clientibus. in fin. tit. de alien.feud.Paul.Caſtren.conſi.269.dubitatur. col.2. uerſ.& ſi dicatur.l.1.Alex.d.conſi.76. uiſis dubitationibus.colum.3.uerſi.pro hoc bonus tetx. lib.5.Firmia. in tract. gabellarum,in 3. parte 8.partis princip. in 3. q. & multis ſeq.

SED hic ſcire velim, utrùm ſi venditio nulla ſit, erit nihilominus locus retractui. Quam quidem quæſtionem poſuit Bald.in tract.Protomixeos.col.3. uerſ. quid ſi facta eſt:nec tamen eam ſoluit,ſed remittit ad Cyn.in l.ult.§.ſed quia noſtra. C. com.de leg. vbi de hac re non loquitur, ſed de alia huic non admodum diſſimili, de qua dicemus infrà,num.42.& huc quoq;. Verùm Pau. Caſtr.conſi 74.in cauſa mota, poſt princ. & iterum col. 2.verſ.& idem dicendum eſt, lib.2. expreſsè, & in caſu noſtræ conſuetudinis tenet, quod ſi uenditio ſit nulla, quia facta eſt à pupillo uel minore, contra diſpoſitionem iuris communis vel municipalis, ideoque pro non facta habeatur, non habebit locum in huiuſmodi uenditione ſtatutum admittens conſanguineos ad retractum oblato precio, cùm appellatione venditionis ueniat tantum ualida. l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& l. non putauit.§.non quæuis.ff.de bonor.poſſeſſ.contra tabulas.Et eiuſdem ſententiæ in eadẽ ſpecie fuit Cepolla. qui Paul. non meminit, loquens in venditione emphyteuſis,facta ſine conſenſu domini, conſ. cauſarum ciuilium 44. in quæſt. de præſentatione.col.2.verſ.de prima quæſtione, & ſequent. vſq; ad finẽ propè conſ.& id quide illis ipſis rationibus,dicitq;id nullam habere dubitationem. Et pręterea reſpondet ad id, quod in contrariũ dici poſſet, quòd emptor non poteſt excipere de iure venditoris vel domini, & ſic tertij, & ad alia quædam, quæ inibi videre poteris.& idem quoq; vult cõſ.ſeq.etſi in alis. 5 *Quæſt.Retractus habeatne locum in uẽditiõe nulla.*

*Venditionis appellatio de ualida intelligitur.*

6 *Emphyteuta nõ cadit emphyteuſi ob uenditionem nullam.* HORVM opinionem adiuuat, quod ſcribit Bald.in l. 2.col.2.verſic.ex prædictis. C.de Epiſc.aud.quòd ſi emphyteuta vendit inconſulto domino, non obſeruata ſtatuti ſolennitate, ideoq; venditio ſit nulla, non cadit à emphyteuſi ob huiuſmodi uenditionem, quia verbum vendendi à ſtatuto probatum, non comprehendit venditionem nullam,per d.§ condemnatum.Quod dictum ſequitur Aluar. in c.1.ad fi.& ibi quoq; Card. Alexan.in prin. tit. quid iuris ſi vaſa.poſt ali. & Franc. Cre. qui id ſing. dicit ſing.112.ſtatuto cauetur. & Franc. Aretin. in l. continuus.§.cùm quis. col.3. verſic. illud autem.ff. de verb.oblig.vbi id dicit not.& ſemper menti tenendum. & poſtea addit rationem, quia uerbum uenditionis in ſe eſt nomen iuris:vnde venditio nulla,non eſt venditio. & ſequitur etiam,Card. Alex.in c.1.col.1.tit.de prohib. feud.alien.per Feder.ubi hoc ſcienter intelligit, cùm ea uenditio ob aliam cauſam eſt nulla, quàm quòd inconſulto domino facta ſit. Sed & ſequitur Franc Curt.ſen. conſilio 8.uiſo inſtrumento.col.2. in fi. Firmia.in tract. gabellarum,in 3.parte 8.partis princip. quæſt.32.Guid. Pap.deciſ.Delph. 590.quidam vendidit.& conſilio 192. ex facti narratione,in prin.2.dub.Fel.in c.ex tenore. col. 4.ad fi.& ſeq & ibi Phil.Dec.col.3. de reſcrip.idem Fel. in c.cæterum.col.pen.de iud.Fab.in tract.de emp. & uẽdi.in 35.quæſt.3.quæſt.princ. Iaſ. in l.cauſas. col. ult. ad fi.C.de tranſact.& in l.ubi pactum.col.pe.uerſ. ſecundò ad idem. eo.tit.ubi id dicit ſing. & in l.ult.col. antepen. verſ.22.C.de iure emph.ubi etiam dicit ſing. in l.1.§.1. in 5.not. ff. quod quiſq; iur. ubi dicit not. et in l. ſeruo legato.§.ſi ſeruum.in fin.ff.de leg.1.Iacob.à S. Georgio in tract.feud.in uerbo, et cum pacto de non alienando. col.8.uerſ.ſed pone quòd ſtatutum ſit. Franc. Purp. in l. 2.ad fi.ff.ſi cert.pet. Catel Cor. qui & id ſing.dicit memor.incip.actus nullus, & iterum alio incipien. uidua dicitur.Ferd. Loaz.in repet.l.filiusfam.§. Diui. char.15. col.3. verſ.& per iſta patet.ff.de leg.1. ubi id dicit ſing. & in repet.Rub.de iuſtit.& iure.char.8.col.1.uerſ.& per iſta dicebam.Hipp. Marſ.in l.ult.col.3. in fi. ff.de quæſt. & conſ.39.Dominus labia.col.6.uerſ.& ideo ſtat. & cõſil.43.Spiritus ſanctus.col.2. & conſ.49. Domine Deus. col.2.& conſi.81.ſalus omnium. col. 5.uerſ.capio modo.& conſ.117.illumina.in fin.& conſ.120.ſplendore.

colum.1.& conſ.132.illumina.colum.4. verſic. & facit quod voluit Alc.in l.Paulus ff.de verb. ſignif. & in l.vlt. in princ.C.de in ius voc.& idem propè voluit Bal.à nullo horum memoratus.conſi.9. factum tale eſt anno Domini.col.pen.verſ.nunquid minor. lib.1. cùm dicit minorem, qui ſine decreto iudicis feudum alienauit, eo non priuari, cùm nulliter alienauerit. Et nos quoque diximus in tractatu de legibus connubialibus, quem ſcripſimus in §.primum. ſuprà tit.15.in gl.8. eademq; pen: in 24. quæſt. vbi & alia multa ſimilia adduximus, quæ ibi videre poteris, ne hìc agam, quod ſemel actum eſt.

SED alia tantùm quædam huc proximè accedentia
7 aſſeremus. Et primo quidem loco quod tradit Io. Fab. tum in d.l.vlt.col.2 in verbo,in irritũ.C. cõm.de legat. tum in l.1.C.quan.lice. ab empt. diſce. quòd ex uenditione nulla,ſiue inutili non debentur laudimia. cũ alijs concor. à me adductis in tit. ſequent. §.6. glo.2. num.6. nunc tempus. Cui finitimum eſt,quod dicitur,ex contractu nullo non deberi gabellam, quæ à ſtatuto iubetur ſolui ex omni contractu. Ita enim voluit Bart. in d.l.vlt.§.ſi autem.& ibi quoque Bald.in §. ſed quia noſtra maieſtas.col.1. uerſic.quærit hìc, & ibi etiam Paul. Caſtren.col.2.Corne.col.item 2.& Iaſ. col.ult. C.com. de legn.& Bal. in l.non dubium.in 2. not. & ibi quoque Fulg.colum.10.Iaſ.col.2.C de legib.idem Bal. & Salyc. in l.2.C.de eunuch.Ang.in l.Marcellus.§.res quæ.col.j. ff.ad S. C.Trebell.Rom.(in l. hæres quandoque. col.2. verſ.item & quia tempore. ff. de acq. hæred.) & conſil. 78.licet communi.vbi in id ſingul.dicit text.in d.l.2. de eunuch.Iac.Aluar.& Card.Alex.in cap.1 §.ſi quis fecerit.arg.illius text.tit.quo temp.miles. Barbat. in l.1.§. ſi quis ita.col.3.verſ.item vbi contractus. ff. de verbo.oblig.& iterum in l.ſi quod aurum.col.pen.eo.tit.& conſ. 35.omnipotentem.col.3.lib.4.Alex.conſ.104.ſtatutum loquens.col.2.verſ.facit in ſimili tex.lib.1.ubi etiam illum text.dicit ſing.& conſ.36.uiſo themate. col.2. uerſ. ſed præmiſſis.libro 4.Franc. Aret.conſ.128.eximie.col. penult.verſ.nunc ad ſecundum.Firmia.in tract.gabellarum.in 3 parte 8.partis princ. quæſt.15. Felin. in d.c.ex tenore.col.3.verſ.regula non præſtat.de reſcrip.raſ.in l. poſſideri.§.Nerua.col.2.verſic. hinc eſt quòd talis. ff.de acquir.poſſ.Phil.Dec.in l.edita.col.8.verſ. & dum Bart. ſubijcit.C.de edendo. Hip. Marſ.in d. l. vlt. col.3. ff.de quæſtio.& Franc.Rip.in d.l.4. §. condemnatum. col.1. num.6.ff.de re iud.

*Ex venditione nulla laudimia non debentur. Item nec gabella ex contractu nullo.*

{ET huc quoque pertinet, quòd ſtatutum puniens
8 cedentem, non habet locum in cedente nulliter. Ita ſcribit Rom.in l.3.§.ſi autem.in fin. ff. ad Senatuſconſ. Syllan.quòd ex ſtatuto puniente eum qui ceſſerit actionem nobili,aut bannito, pœna centum non punitur is, cuius ceſſio ob aliquem defectum nulla eſt, per l. non putant.§.non quæuis.ff.de bono. poſſ. contr.tab. & l.filium.§.ſi quis contra.ff.de legat.præſt. & quod ibi dicitur per Bart.& facit,inquit, in l.continuus.§. pen. ff.de verb.oblig.licet contrarium videbatur ex text. in d. §.ſi autem.uerſ.item ſi iure.vbi priuatur ille, qui teſtamentum etiam nullum aperuit. Sed ad eum text.reſpondere poteris ex notat in d.l.continuus.}

QVANQVAM potuiſſet videri contrarium in contra-
9 ctibus factis contra legem, quia ij ſunt nulli, quantum ad commodum & fauorem eorum, qui ſic contrahunt tantùm, non etiam quantum ad damnum & odium eorum,ut poſt antiquiores ſcribit Bar.in d.l.non dubium. col.3.uerſ.oppo.quòd ſecundnm hanc, & ibi ipſe Fulg. col.10.C.de legib. de quo & aliquid per Iaſ. in d.l. vlt. §.ſed quia noſtra.col.ult.C.comm. de legat.& dicemus latiùs infra eodem tit.§.26.glo.2.in uerbo, *non eſtant du lignaige*, num.7. tamen Gerald. & ſeq. Verùm non obſtante huiuſmodi ratione,quæ Fulg.ipſum & Iaſ. in ead. l. non dubium, vbi ſuprà, non fefellit, priori ſententiæ poſt eos adhæreo, hac ratione motus, quam & ipſi adducunt,quòd verba ſtatuti debent intelligi cum effectu. l.1.§.hæc verba. ff. quod quiſ. iur. & ſic de contractibus effectum ſortientibus. Nam ut etiam dicit Bal. in l. vlt. §.in computatione,col.vlt.C.de iur.delib.ſtatutum debet intelligi de inſtrumentis efficacibus, & non de nullis,& effectum non habentibus.l.ſi quis aliquid.§. teſtamentum.ff.de pœnis.& l.2.§.1. ff.quemadmod. teſtam. aper.nam quod caret(ait) effectu, nomine etiam caret. l cùm precibus.C.de proba. In quam ſententiã (ut hoc illi addas) uerſus eſt vulgatior,quàm elegantior,

*Si re priueris, nec nomen habere mereris.*

quem citat glo.in c.admonere.33. q.2. cum alijs multis concord.à me alibi copioſè congeſtis.

*Cõtractus contra legem an ualeat in odium contrahentis.*

SED vt redeam ad quæſtionem noſtram principalẽ, 10
in qua dicit Paul.Caſt.ſtatutum hoc noſtrum non habere locum in venditione nulla: vide an id ſatis tutum ſit. Quid enim ſi venditor, qui nullam dicere poteſt ob defectum ſolennitatis, nunquam tamen dicat? eſt enim ei liberum ſtare, ſi velit,huic venditioni.l.cùm interdictæ, & ibi Bal.C.arb.tut.& l.Iulianus.§. ſi quis colludẽte. & §.ſeq.ff.de actio.empt. & c. ſi qua de rebus.12. q.2.cum alijs multis ſimilibus,quæ videre poteris in noſtris legibus connubialibus, in gl.6. in 9.q. Certè ita res vendita tranſibit in aliam familiam, cedetq; id lucro emptoris, quo ad excludendum retractum, in præiudicium conſanguineorum, quod in damnum ipſius cedere debuit. Sed tunc haud dubiè crederem intra annum eius temporis,quo ea uenditio,in principio nulla, robur accepit, uel per expreſſam approbationem, uel per tacitam, ex lapſu ſcilicet temporis,ſecundum l.ult. C. ſi maior fac, alie. ratam hab. aut aliter, conſanguineum eſſe admittendum ad retractum: tanquam tunc primùm uenditio cenſeatur fuiſſe facta, cùm antea pro non facta haberetur. Super quo & tu vide quod in ſimili dicam infra eo.§.in uerbo,*lignagier*,quæ eſt gl.9. num.249. at maius dubium,& ſeq.cùm tracto de re,quam dominus patitur ab alio præſcribi.

VIX autem apud nos obtineri poſſet, vt conſangui- 11
neus, etiam ab initio non admitteretur, neq; id quidem abs re,quando nihil interſit emptoris,cui reſtituitur precium & ſumptus emptionis:ergo audiri non debet, huiuſmodi exceptionem nullitatis, ſine intereſſe allegans. l.ille à quo.§.1.ff.ad S.C. Turpi.cum concord.à me collectis infrà ead.gl.num.51. præterea quid ſi. Et ita etiam nũcupatim voluit Carol. Molin. in comment.conſuetud. Pariſ.tit.1.§.13.gl.5. in uerbo, *vendu*.in 11.qu. vbi etiam tractat,an tunc vẽditor potuerit huiuſmodi retractum impedire ob id, quòd venditio ſit nulla, ubi eum omnino vide, & præterea in §. eiuſdem tit. 22. in 4.q.

QVID autem, ſi venditio ſimulata eſt? Et id quoq; 12
decidit Paul. Caſt.d. conſ.74.lib.2.vt ſcilicet non ſit locus retractui,cùm per eam venditionem noluerit venditor alienare, nec dominium à ſe abdicare. l.nuda. ff. de contrah. emp. Ideo ſicut conſanguineus non potuiſſet priorem venditorem compellere ad ſibi vendendum, ſi is alteri non vendiſſet.l. nec emere.C.de iur.delib. ita & ſi finxit ſe uendere, & non vendidit: quia talis venditio non eſt venditio, ſed perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet.d. l.nuda.& per totũ tit.C.plus vale.quod agi. Et hoc Paul. Caſt. reſponſum,nuncupatim ſecutus eſt Fel. in c.ex tenore.col.5.poſt prin.uerſ.ad quod facit.de reſcr.& Matth. Affl.deci. Neap.339.fuit pronunciatum, vbi & hoc dicit tenuiſſe Neapodanum in prima conſtitu. de iure congrui, in verbo, emit, & ita fuiſſe pronunciatum in conſ.Neapolitano. & rurſus in tracta.proto.in verbo,licet enim ſuprà diximus.col.antep.verſ.itẽ quæro de alia quæſtione,ibi in contrarium tamẽ determinatur, & Philip. Dec. dum illum ſimpliciter allegat conſi. 695. vi-

*Quæſt. Retractus an habeat locum in uẽditione ſimulata.*





ſa donatione.num.20. & Do. Boer. hoc eod.tit.§.2.colum.4.

13 QVIBVS adde, quod ſcribit idem Paul.in l.1.§.ſi rẽ depoſitam.ff.depoſ. emphyteutam vaſallum ſimulanter vendentem non incidere in pœnam. Et quod item tradit Bal.in l.vlt.§.in computatione.col.vlt.C. de iure delib. inſtrumentum ſimulatum non eſſe inſtrumentnm. Ideoq; ſi ex ſtatuto nulla poſſit opponi exceptio aduerſus inſtrumentum,poteſt tamen opponi, quòd eſt ſimulatum. quod & idem voluit ipſe Bal. in l. cum precibus. poſt princ.C.de probat. & Barb.in c.ad noſtram. col.2. extra de empt.& uend.& conſ.27.ſcripſit, col. antepen. lib.1.in quibus locis ex hoc dicit,quòd ſtatutũ loquens de inſtrumento, non habet locũ in inſtrumento ſimulato.& iterum conſ.43.præclarè ſcribitur.col.9.eod.lib.1. & conſil.51.ſcripſit ſapientiæ fons. col.17. verſ.& plus mihi videtur.eo.lib.1.& conſi.53. præclarè ſcripſit. col. 14.ver. modò præſupponitur. lib.2. & conſ.59. illud in medium.colum.11.verſ.modo illa.eo.lib.2. & conſ.70. quod eſt eiuſdem initij. col.8. uerſ. modò iſtud.lib.3.& conſ.22. clementiſſimum. col.5.verſ. capio nunc. lib.4. & conſ.35.omnipotentem.col.2.ad fin.eod. lib.4.Alex. qui alios allegat.conſ.101.ſuper quæſito. col.2.ver. opponitur.lib.4.Maria.(ſenior)conſ.65.omnipotens, &c. circa primam q. col.7. uerſ. facit etiam ad prædicta. & Felyn.in c.ex parte,le 2.colum.4. in 12. fal. extra de offic.deleg.

*De inſtrumenti ſimulatione multa.*

14 SED tu tamen ſuper eo quod diximus de exceptione ſimulationis,vide Bart.in l.1.§.& parui refert.col.2.uer. ſed quid ſi oppono.ff.quod vi aut clam.& Bal.in l.1.col. vlt.uerſ.ſubſequenter quæro.& ibi Sal. col.2.ver. quæro pone quòd ſtatutum.C.plus uale.& eundem Bald. in l.ſi non fortem.§.1.poſt prin.ff.de cond. indeb. & Ant. in c. cùm Ioannes.& ibi Imol.col.5.ver.& quod dixi. & Fel. col.10.uerſ. quartus caſus, & ſeq.extra de fide inſtru. & eundem Imol.in l.ult.ff. à quibus appellare non licet,& in c.cùm contingat.in ſexto membro, extra de iureiur. & Pet.Anch.in repet.c.1.in 14.q.princip.verſ. iuxta hoc membrum quærit,qui eſt in chart.56.in paruis.extrà de conſt.Cæpollam,caut.290.ſtatuta quandoque, ſecundũ antiquiorem computationem. & Ant. Cane. in tract. de executione teſtamentorum.q.13.& Dec. in c.ex parte. le 2.in 12.fal.de offic.deleg.

15 SED ei quod dictum eſt, inſtrumentum ſimulatum non eſſe inſtrumentum, adſtipulatur, quod tradit idem Bal.in l.fraus.ff.de legi.titulum ſimulatum non eſſe titulum,nec ſimulatam traditionem transferre poſſeſſionẽ. l.emptore.ff.de aqua plu.arcen.& c.l.cum ea.C.de tranſact. Et facit etiam quod ſcribit ipſe Bald. in l.1. C. plus val. quod agi. quòd contractus ſimulatus dicitur tanquã corpus ſine anima.& idem Bald.in l. ab Anaſtaſio. in 4. not.C.mand. quòd huiuſmodi contractus dicitur coloratus,depictus,extrinſecus apparens,intrinſecus nihil habens.& ipſe Bal.in l.ſi non virum.C.de don.inter vir. & vxor.quòd remota exceptione falſitatis,non remouetur exceptio ſimulationis.& Alb.in l.nuda.ff.de contrahen. empt.ubi dicitur, quòd contractus ſimulatus nullus eſt ipſo iure, per multa iura,quæ allegat. & Sal.in l.ſi donationis,per illum text. C.de contrah. empt. quòd contractus ſimulatus non habet eſſentiam ſiue ſubſtantiam. & etiam Maria.ſenior in cap.1.& in 37.quæſt. de ord.cog. & in d.conſ.65.colum.7.ver.ſed tamen quicquid, & Iaſ. in l.nemo.in 1.lect.colum.8.uerſ.quartò quærit, & ſeq. ff.de leg.1.& conſ.170. nomine. colum.5. uerſic.nono. lib.2.& Phil.Dec. conſil.577. coram magnificis. col.1. verſicul.quibus tamen.& benefacit l.ſimulatæ. ff.de rit. nupt.

*Cõtractus ſimulatus, tanquam corpus ſine anima.*

16 AT vnum eſt, quod obſtare videtur emptori. quo modo enim poterit allegare venditionem eſſe ſimulatã, cùm id faciens uideatur allegare ſuam turpitudinem? contra l.cùm profitearis. C.de reuoc.don. & c. inter dilectos,extra de don.cum concord. Sed quod huic obiectioni reſpondeatur facile eſt,nempe id minimè procedere,cùm allegatur ſimulatio, ut voluit Bart. in l. filios. C.de reuoc. his quæ in fraud. cred. & in l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.procurator.col.ult. ff.de iureiu. & in l.poſt contractum.col. 3.uerſ. & ex hoc infertur.ff. de donat.& conſ.65.Pet.Nicole.col.2.verſ. circa primũ. & Bal.in d.l.cùm profitearis.Paul.Caſt.in l.contra legẽ. uerſ.& ex hoc infertur.ff.de legib. (Ro. in l.ſi ſub ſpecie. col.8.uerſ.circa ſecundum. C.de poſtu.) Phil.Dec.conſi. 14. cuius ſuperſcriptio incipit, utrum ualeat aditio. ad fin.& d.conſ. 587.coram magnificis. col.vlt. verſ. ſecundò reſpondetur.& ante hos omnes Io.Andr.cuius nullus eorum meminit,in addit.Spec.titul.de donat.§.1.verſ. item pone aliquis. Niſi ſi,ut id obiter dicam,ſimulatio in fraudem facta fuiſſe allegatur, neq; enim audiretur, ut uoluit Bart.in d.l. poſt contractum. & d. conſ. 65. & Pet.Aretin.conſ.226. ad corroborationem., col.1. Sed & ſi non allegaretur ſimulatio,tamen excipiendo & replicando poteſt quis ſuam turpitudinem allegare. Ioan. Andr. ubi ſuprà & proximè. Bart.in d.§. procurator. & Bald.in d.l.poſt mortem,ad finem. ff.de adopt. & in l.2. in fi.C.de condict.ob turp.cau. De quo tamen uide plenius infra in glo.18. huius §. num.20. quantum autem. & 24. ſed & aliud eſt, & ſequent. & 72. aut etiam niſi dicas.

*Turpitudinem propriam allegare quando liceat.*

AN autem hoc caſu credatur contrahentibus,dicen-
tibus contractum venditionis eſſe ſimulatum, uidebis 17
latè per Paul.Caſt.d.conſ.74.col.2.uerſ.ſed dubium eſt, cum multis ſeq. Super quo etiam vide, quod ſcribit Signo.conſ.251.in quæſtionib.col.3.uerſ.præterea ex ipſa uenditione,ubi tractat, an in præiudicium domini credatur contrahentibus,dicentibus uenditionem feudi eſſe ſimulatam. Et vide etiam, quæ dicemus infra eodem §.gl.13.in uerbo,*ou equipollent à uente*. num.46. ſed hoc in loco,& ſeq.dum tracto, an credatur uẽditori dicenti, contractum ſpecie permutationis, factum fuiſſe in fraudem conſanguineorum.

*Credaturne contrahẽtibus de contractus ſimulatione.*

QVID item ſi aliquis uendidit fundum alienum 18
ante à ſe,aut parentibus ſuis,bona fide emptũ, an & tunc ſit locus retractui,ſtante conſuetudine,ut in acquæſtibus retractus habeat locum, uti apud nos eſt, infra eod.tit. §.32. Putarim locum eſſe,cùm tanquam ipſius uenditoris diſtractus ſit,ut in ſimili dicitur in l.magis puto. §.ſi pupillus, qui eſt 1. ff.de rebus eorum, quòd ſi pupillus alienum fundum bona fide emptum poſſideat,hunc nec tutores ſine decreto,alienare poſſe,ſi quaſi pupillaris diſtractus eſt: nam etiam, ut dicit gloſa ibi, ille eſt quaſi dominus,habet enim publicianam.l.1. ff. de publicia. Aliud autem eſt,ut dicunt Iac.Aret.Bart.& Bal.ibi.ſi pupillus nudam poſſeſſionem haberet, unde etiam poſſet videri in hoc caſu,ſi uenditor nudam tantum poſſeſſionem rei uenditæ habuiſſet,non eſſe locum retractui.Tu tamen cogita, & vide quid dicam in ſequenti quæſt. & text.in l.ſi alienam.ff.ſol.matr. ubi ſi alienam rem ſciens mulier iu dotem dederit,reddenda ei eſt,quaſi ſuam dediſſet: & fructus quoq; pro portione anni, quo diuortium factum eſt,atque ibi nota. Sed & uide textum in l.ex hoc.§.alienare.ff.de alien. iud.muta. cauſ. fac. & in l.iure §.1.ff.de iure dot. Illum autem text. in dicto §. ſi pupillus.not. dicit Franciſ.Aret. in l. continuus. §. cum quis.colum.4.uerſic.uel dic,& melius. ff. de uerborum obligat.

*Quæſt. An retractus habeat locũ in alienatione fũdi alieni bona fide empti. Quid ſi uẽditor nudã poſſeſſionem habet.*

QVID uerò cùm quis uendit rẽ alienam quidem, 19
ſed non tanquam ſuam, ut in præcedenti qõne: ea enim ſic vendi poteſt.l.rem alienam.ff.de contrah.emp.etiam ſi contrahentes alienã eſſe ſciant,modò furtũ non cõmittatur,vt not.in l.ſi in emptione.§.itẽ ſi emptor.eo.ti.& à Bar.in l.ſi is qui ꝓ emptore.§.vlt. ff.de vſuca.ſed hoc nõ

*Quæſt. Retractus an locum habeat, cùm uenditur res aliena, ut aliena.*

obeſt vero domino.d.l.rē alienā.& ibi gl.& l.alienā.& ibi Bal. C. de fur. cum ſim. Vtrum igitur in venditione huius rei alienæ ſit locus retractui. Quod non uidetur, quia hæc non eſt propria venditio, ſicuti nec donatio rei alienæ,propria donatio,ut uoluit gl.in l.in ædib.§.ult.ff. de donat.per tex.ibi,& in §.ſic itaq;.Inſtit.eod.Quam tu & hac ratione confirma, quod uir & uxor ſibi non poſſunt donare rem ſuam,ut per totum tit.ff.de donat.inter uirum & uxorem,aliena autem poſſunt. l.ſi vir vxori.& ibi not.ff.pro donat. Hincq; occaſione ſumpta Bal. in l. poſt mortem.col.ult.C.de fideicomm.dicit primùm uideri hanc donationem non indigere inſinuatione.Tandem diſtinguit,teneaturne donans de euictione, an non teneatur: vt primo caſu ſemper indigeat inſinuatione: ſecundo æſtimandam eſſe nudam poſſeſsionem, & ſecundum eam de inſinuatione ſtatuendum.l.ſi mulier.ff. quod met.cauſ. Conditionem enim vſucapiendi non eſſe æſtimandam, cùm procedat cum iniuria alterius.l. denique.ff.ex quibus cauſ. maio. Quod autem dicit gl. in d.l.in ædibus.§.ult. hanc non eſſe propriam donationem,uerum eſt quo ad dominium,non quo ad titul. Et idem propè dicit ipſe Bald.in ſua Margar. in uerbo, donatio.col.2.uerſ.donatio rei alienæ.

20 *Venditio ita fieri poteſt, vt nō teneatur uēdens de euictione.*

Et idem quoq; uideri poteſt dicendum de uenditione rei alienæ. Nam ita poteſt fieri uenditio, ne teneatur vendens de euictione,quo caſu vēditor teneatur tantùm ad reſtitutionem precij.l.emptorem.§.ult.ff.de act.empt. quam ad hoc ſing. dicit Iaſ.in l.ſtipulatio iſta habere.col.penult.verſ.& aduerte. ff. de uerbo.oblig.& latius dicemus infrà eod.tit.§.12. in gl.1.nu.10.& hæc quidem,& ſeq.Ideoq; poſſet etiam uideri,non eſſe tunc locum retractui, cùm nihil immobile tunc ſit ex venditoris familia diſceſſurum ob eam uenditionem, vtpote cùm nihil ad aliud teneatur ipſe venditor,quàm ad precium. Verùm Matth.Afflict.in tract.proto.col.15.verſ. ſed iuxta hoc quæro,uidetur eſſe in contraria ſententia, dum quęrit an ſit neceſſe uēditorem eſſe dominum rei, ut ſit locus iuri congrui. Et mox reſpondet nihil neceſſe eſſe,ſed ſufficere vt venditor poſſideat,quia res aliena vendi poteſt, & nihil aliud dicit. Tu igitur cogita. Et interim ſcito, quòd ſi quis vendit rem alienam, ut alienā ut in caſu de quo loquimur, ſemper videtur res fuiſſe uendita nomine alieno,non ipſius uendentis. Bart.in l.in familiæ.per illum text.C.famil.herciſ.& in l.ſi mater.col.ult.C.de rei uend.& in l.ſi fundum per fideicommiſſum.col.1.ff.de l.1. Et benè facit text. in l.ab uno, & ibi Alex.C.de neg.geſt.& idem Alex.in l.j.§. nunciatio. col.3.uerſ.item adde.& Phil.Dec. conſil.281. viſo puncto.col.1.

21 *Quæſt. Retractus.*

Rursus quid è diuerſo ſi procurator meus uel tutor pupilli rem ſuam, quaſi meam, uel pupilli,alij uendiderit,eritne conſanguineis locus retractui, & quibus, vtrùmne ſcilicet conſanguineis ipſis procuratoris ſiue tutoris,an uerò meis,ſiue pupilli? Dic breuiter, nullam hanc eſſe uenditionem,quia nemo errans rem ſuā amittit.l.ſi procurator.ff.de acquir.rer. dom. Et bene facit l. ſi conſenſum.§.1.ff.de contrah.empt.& not.per glo.in l. eius qui in prouincia.§.quas autem, in uerbo, alienatas, ibi Doct.ff.ſi cert.pet.

22 *Quæſt. Retractus an habeat locum in uēditione cōditionali.*

Sed & illud in dubium uocatur, Si uenditio facta ſit ſub conditione, utrum conſanguineus ſit admittendus ad retractum ante impletam conditionem. Quod negant in conditione caſuali, tanquam ſecùs ſentiant in poteſtatiua,Sebaſtianus Neapodenus,& Matth.Afflict. ille in trac.congrui, in uerbo, emit,hic in conſtitutione prothomiſeos,in uerbo,licet enim.col.pe. verſ.ſed an ſi ſit uendita. Et certè uidetur in quacunq; uenditione conditionali non eſſe locū retractui, quia interim non cenſetur perfecta uenditio.l. hæc uenditio, in princip. ff.de contrahend.empt.& l. bouem. §. ſi ſub conditione.ff.de ædil.edict. & benè facit text.in l.ei qui ita. ff. de condit. inſtit.& quod ſcribit Ang.conſ.266.dictum legatum, in fi.cum ſimilib. Ideo nec interim quoq; ex ea agi poteſt, l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.& l. nam & poſtea, in princ.ff.de iureiur.& l.grege.§.ſi ſub conditione.ff.de pign.& l.bouem.§.ſub conditione.ff.de ædil. edict. & l. promittēdo,§.ſi à debitore.ff.de iure dot.& l. Fulcinius. §.ſi in diem.ff.quib.ex cau.in poſſ.eat.& l.ſi mater.§.eundem.uerſ.& ideo ſi fortè.ff.de except.rei iud. & l.hoc iure.ff.de verb.oblig. ubi licet conditio ſit negatiua, & ita propè improbabilis: tamen niſi conſtet eam extitiſſe,nō competit actio.& c.cum Ioannes.uerſ.cùm igitur,& ibi Innoc.in 1.not.extra de fide inſtr. Et adeò, ut nonnullis placuerit agi non poſſe,ut ſoluatur,uel aliud fiat,ſi conditio extiterit. De quo tu vide tex.in l.in le.Aquil.& ibi gl.& DD.ff.ad l.Aquil.& Bart.Raph.& Franc. Aret.in l. lecta.ff.ſi cert.pet.Bal.in l.exceptionem.C.de prob. Pan. poſt alios,in c.cum ſuper.col.1.verſ.op.contra, & col.2. uerſ.3. intellectus. extra de conceſ. præbend. & Franc. Aret.in l.continuus.§. cùm ita. in primo not.ff.de uerb. oblig.Et quod in ſimili,ſcilicet de debito in diem,latiſſimè tractatur à Cy.in l.1.C.ut actio.ab hære. Et ſi quod ita debetur,ideſt,ſub conditione,ſoluatur per errorem, pendente conditione, repetitur l. ſub conditione.ff. de cond.ind.

*Venditionem conditionalē nō cēſeri perfectam.*

*Et ex ea agi nō poſſe.*

23 *Ex venditione cōditionali ius prælationis non cōpetere. Nec laudimia. Nec commiſſum.*

Ex quibus fit, vt nec in ea venditione vtatur dominus iure prælationis (qui eſt retractus feudalis ad hunc proximè accedens, vt ex multis huius tit. capitulis ſatis conſtat.) Id enim nuncupatim voluit Guid. Pap. dec. Delph.47.ſed poſſet dici, & iterum deci.411.dominus directus,ver.poteſt fieri cautela.& vtrobique alleg.Bar. qui tamen de hoc nihil dicit, in l.quod ſæpè.§.ſi quis amico.ff.de contrah.emp.Nec item ex ea debentur laudimia (quod illi proximum eſt) vt voluit idem Guid. conſ.126.de anno domini, in ſecundo dubio. Nec vt poſtea ſubdit in ſeq.dubio, cadit res in commiſſum ex huiuſmodi venditione conditionali: etiam ſi ea incōſulto domino facta fuerit.quod & idē voluit ipſe Guid. conſ.58.ex narratione, verſat talis contractus.& Bald. quem non allegat in d.l.hæc venditio, in add.verſ.dico ſi emphyteuta,& conſ.9.factū tale eſt.anno domini,cō. 1.& 2.lib.1.quod iterum reperitur conſ.88.lib.3. Nam conſenſus(inquit) nullus eſt,donec conditio exiſtat.l.nō ſolum.ff.de act.& obl.& l.ſub conditione, & l.qui promiſit.ff.de condi.inde.& l.cedere diem.ff.de verb.ſig.& no.in l.ex placito.C.de rer.permut.& alia multa quę allegat.& idem quoque tenet Io.Blanchus,in ſumma, tit. quibus mod.feud.amit.§.vaſallus.verſ.ſi peritus fuerit. & Io.Ray.in c.Imperialē.§.habito. col.11.in paruis, tit. de prohib.feu.alie.per Fede.cum alijs concor.adductis à Fran.Cur.ſeniore.conſ.8.viſo inſtrumento,col.2.verſ. ſecundo moueor.Nec deniq; debetur gabella ex huiuſmodi contractibus aut legatis conditionalibus,ex ſtatuto iubente eam ſolui ex legato vel contractu.Bart.in l. cùm Titio. ff.ad l.Fal. Bald. in l.in annalibus. C.de l.vti eos allegat,& ſequitur Socin.in l.1.colum.2.verſ.ex quibus infertur.ff.de vulg.& pup. Sed illi loquuntur de legato annuo.

*Item nec gabellam.*

24 *Emptorem conditionalem nō vſucapere. Multa de cōditionalibus actibus.*

Et huc ſpectant alia multa,quæ ſcripſimus in repe.l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur.num.277.deinde quia huiuſmodi. Sed quib. & tu addere potes, quod dicimus emptorem non vſucapere pendente conditione.l.neceſſariò.in princ.ff.de peric.& commo. rei uend.& l.2.§. ſi ſub conditione. ff.pro empt.cum ſim. Et ex ſponſalibus conditionalibus non induci iuſtitiam publicæ honeſtatis.c.1.& ibi.gl.de ſponſ.lib.6.Ex quo,& alijs quibuſdā, tradit gl.quam ſequuntur Doct.in c.cū plures, in gl.ult. de offi.deleg.eo.lib.6.quòd ſi is qui delegatus eſt ſub cōditione,ante eā impletam uſus eſt iuriſdictione, uolentibus fortè aut non contradicentibus partibus,per hunc

vſum



vſum non perpetuata eſt eius iuriſdictio. Et quod tradit Hoſt.in ſum titu.de condi.appo.§. quę conditio, col.2. verſ.quid ſi contraho cum vna: quòd ſi ego contraham matrimonium cum vna ſub conditione, & poſtea cum altera purè,deinde extet conditio: ſecunda vxor eſt,non illa prior,& ſequitur Collect.in c.ſuper eo, in princ.extra eo.tit.vbi & adhuc allegat d.c.1. de ſponſ. lib.6. Et quod præterea ſcribit Bal.in l.accepta, col. vlt.in 24. q. C.de vſur. quòd pendente conditione non habet locum ius offerendi,deponendi,conſignandi, per text.quem dicit not.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff.de verb.obli. vbi ſoluiſſe non dicitur,qui ante conditionem ſoluit. Et quod reſpondit Ang.conſ.189.anno ab eius incarnatione,liberationem generalem omnium obligationum, nō comprehendere obligationes ſub conditione contractas: quod multis probauit. Et Franc.Aret.conſ.11.procedendum eſt breuiter, col.1. contractum conditionalē,non eſſe propriè contractum. Nam (vt id ei addam,) creditor conditionalis non eſt propriè creditor, vt per Iac.But.Alb.Sal.Raph.Fulg.Rom.Alex. Franc. Aret. & Iaſ.in l.1.ff.ſi cert.pet. Et vide Steph Ber. conſi.88. nu.8. lib.4.& Franc.Ripa in lib.2.reſpon.c.29. nu.7. Et idem de debitore conditionali dicit ipſe Fran. Aret. cōſ.108. elegantiſſimè,col.2.verſ. ſecundò principaliter, & ante eum Dyn.in l.is cui.ff.de act.& obl. & Alb.in l. creditoris,ad finem.ff. de verb.ſig. Nam & qui tenetur ſub conditione,non cenſetur eſſe obligatus.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. & voluit Alb. poſt Andr. Piſa.in l.ſi ſeruus §.1.col.vlt.ff. ſi quis cautio. vbi reprobat gl.ult.ibi,quæ contrarium ſentit. Et debitum cōdōnale non eſt debitum.l.in ſtipulatione.& l. plerumq;.ff. de iure dot.& Alber.in l.2.§.1.nu.19. ff.ſi cert.pet.

25 *Legatū aut fideicōmiſſum conditionale non tranſmitti ad hæredes.*

Et quòd deniq; legatum aut fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes ante impletam conditionem. l. 1. §. ſinautem aliquid ſub conditione, & ibi Bal.Raph.Fulg.& Cor. C.de cad. tol. & l.ſi ita legatum.§.1.ff.de leg.1.& l.hæres meus,in princ.& iterū. l.ſi ita expreſſum,& ibi Bal.ff.de cond.& dem. & l.ſi cū hæres & l.ſeq.ff.quando dies leg. ced.& l. ſi in perſonā, iuncta gl.in verb.vtiliter.& ibi Bal.colum.1.uerſ.quæro vtrum fideicommiſſum.C.de fideicom. & l.in cauſæ. la 2.§.Pomponius.& ibi Bald.poſt Iac. ff.de min.& l.hæredes mei.§.cùm ita.& ibi glo.in uerbo,ſuſcepiſſet. Alex, col.3.& latè Soc.col.item 3. ſuper ea gl. ff.ad S.C.Treb. & l.qui liberis.§.hæc verba,& l.ſed ſi plures, in princ.& l.qui plures,& l.Lucius.§.vlt.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l. toties.ff.de acq hære.& l.ſi ex plurib. ff.de ſuis & legi.& voluerunt etiam Bar.& alij,in l.cùm filiofamiliàs,& ibi Iaſ.col.4.verſ.quintò not.ff.de leg.1.Signor.conſ.35. caſus talis eſt,quidam Iac.col.2.verſ. ad primā. Bal. in l.ſi pater.col.pen.in 4.q.C.de inſt.& ſubſt.Ang.conſ.287.p clariori.col.2.verſic. ſed cùm dies.& conſ.293. in facto. Raph.Fulg.conſ.14.in qōne,col.1.& conſ.ſeq.proponit, col.quoq; 1.& conſ.18.Solumucia, col.1. & conſ.38.in propoſita,col.2. & conſ.50. quidā Ræmundinus, col.2. verſ.in quibus,& conſ.70.proponitur,col.2.ver. rurſum conſtat.Rap.Com.conſ.121.Gerald.col.1.Ro. cōſ.247. primò,col.1.Fran.Aret.conſ.1. decreueram, col.2.verſ. præmitto.Cæp.cauſarum ciui.cōſ.54.quædā.poſt princ. lib.4.Barb.qui multos citat,conſ.55.præclarè, col.2.nu. 4.lib.2.Iaſ.conſ.59.caſus ſic ſe habet,ad fi.lib.1. Philip. Dec.conſ.55.q ſuprà,col.1.verſ.tertiò principaliter.An. Rub.conſ.35.viſo teſtamento,col.2.verſ.etſi dicatur.

26 *Nec ad filios quidē & ſuos hæredes.*

Ac ne in filios quidem & ſuos hæredes, vt patet ex multis ſuprà allega.& præterea in l. ſi cui legetur.§.1.& ibi Bald.& Flor.ff.de leg.1.& per gl.vlt.in l.1.& ibi Bar. Bald.Fulg.qui tamen id dicit eſſe contra mentem teſtatoris,& alij.C.de his,qui ante aper.tab.Cy.Alb.& Bart. in l.is cui ſub conditione, contra gl.& Petr.ibi, qui uoluerant contrarium in legatis.ff.de act.& obl.& Bald.in c.1.in col.1.in fi tit.qui ſuc.tene. cum alijs multis cōcor. traditis ab Alex.in l cum ex filio.col.1.ff.de vulg.& pup. ſubſt.& conſ.16.viſo teſtamento,col.1.lib.6. & cōſ.206. ponderatis,col.1.eo lib.6.& conſ.250. quo ad primum, in 1.dubio,eo.lib.6.& conſ.252.præclarè,col.1. eo.li.6. & conſ.62.in cauſa,col.1.lib.7.& Soc.conſ.77.in prę́ſenti,col.1.lib.1.& conſ.74.omnipotentis,col.1. libro 4.& conſ.94.pro clariori,col.4.uerſ.ſed in hoc,eo.li.4.Guid. Pap.conſ.214.circa materiam,col.1. iterumq;. col.pen. Iaſ.in l.1.num.92. ff.de leg.1.& conſ.80.iſte caſus,lib.1., & Steph.Bertr.conſ.19. ex themate, in fin.lib.4.& conſ. 42.viſo proceſſu,col.j.in fi.eod.lib.4.

27 *Cōtra priorem ſententiam. Vēditio cōditionalis ſit ne perfecta ante cōditionē. Conditione impleta cōtractus purus ab initio fuiſſe cēſetur.*

Verùm in diuerſam ſententiam & alia quædam nos poſſent trahere. Nam venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam conditio extiterit,ut dicit text.in d.l.neceſſariò.§.ſi ita res ff.de peric.& com.rei uend. Et uſq; adeò quidem, ut non liceat alteri cōtrahentium inuito altero ab ea diſcedere, ut dicit gloſſ. ibi, & in l.j in princ.C.eo.tit.& in §.j.Inſt. de empt. & uend.& Hoſt.in ſum.eo.tit §.2.in fi & Doct.ubiq;. Et quanquam res pendeat quodammodò ex futuro (id enim negari non poteſt) tamen completa poſtea conditione, cenſetur contracta uenditio in præteritum, vt dicit text. in d.l.neceſſariò,uerſ. quod ſi pendente conditione emptor. Nam conditione impleta perinde eſt, ac ſi contractus ab initio fuiſſet purus.l.vlti.§.j.& ibi Ang.& Alex. qui adfert concord.ff.de vulg.& pup.Alb.in l.poſtquam.C.de hær. vel act.ven.Phil.Deci. qui & concor. adducit in l.pecuniam.col.1.in 2.not.ff.ſi cert.pet. De quo tamen vltimo dicto vide Bald.in repet.Paduana.l.edita. col.ult. verſic. ego dico.C.de eden.& Iaſ.in l.vlt.§.1.col.1.ff.de vulg. & pupil.& Lancel.Gali.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter,col.1.ff. de verb.oblig.

28 *Ad idem.*

Nec in noſtro hoc caſu quicquam intereſt emptoris, ſi interim admittat conſanguineum ei offerentem precium cum onere conditionis & qualitatis ipſius venditionis, econtrariò autem poſſit intereſſe cōſangninei, vt nunc admittatur, cùm habeat promptas paratasq; pecunias: quas fortè non habebit cedente conditione. Et in hanc ſententiam inclinare videntur ij qui tractant,an in huiuſmodi vēditionibus conditionalibus tēpus currat à tempore contractus, an verò cedentis conditionis: de quo nos latiſſimè dicemus infrà eod.tit. hoc §.gl. 10. quæ eſt in verb. *dedans l'an*, num.42. octauò quæro, & multis ſequen. Nam ſi pendente adhuc conditione non admitteretur conſanguineus,fruſtra quęreretur,an tempus ei interim currat.

29 *Quid ſi contrahētes diſceſſerūt à uenditione cōditionali ante oblationem conſanguinei.*

Et hanc quidem partem video paſſim apud nos obſeruari: quam ſi ſequendam arbitraris, (vix enim de Iure communi obtineret:) eam ita intelligas,niſi ſi, antequam conſanguineus veniat ad retractum, emptor & venditor communi conſenſu diſceſſerint ab huiuſmodi contractu conditionali. Nihil enim tunc videtur fuiſſe factum: quia emptio nulla fuit: niſi quantum ad eum effectum, quòd alter contrahentium pœnitere non poſſit,vt ſuprà diximus. Et id nuncupatim,vt ſcilicet nō ſit locus retractui, cùm partes ante conditionem impletam diſcedunt à contractu,tenuit Io.Fab. in d.§.1.Inſti. de empt.& vend. ex quo potes intelligere eum eſſe in ea opinione, vt ante hunc diſceſſum conſanguineus audiri debeat. Quid autem,cùm à pura venditione diſceditur, dicemus latè infrà tit.ſeq §.7.in gloſſ.1. in verbo, *ſeront preferez*,num.18.ex hac autem noſtra, cum multis ſeq.

Quòd ſi prior opinio magis nobis arrideat,vt ſcilicet non admittatur conſanguineus ante impletam cōditionem,eam ēt temperabis,niſi proceſſum fuerit ad traditionem rei.quia ex hmōi venditione conditionali ſecuta traditione ante conditionem, transfertur dominium.l.dotis fructus.§.vlt. cum l. ſed niſi hoc, quæ confeſtim ſequitur.ff.de iur.do. Ex quo dicit Bal.conſ.478.

quidam Franciſcus condidit, col.2. ver. & modo ſic eſt, li.1. nulla conditio impedit principiũ eſſentiæ contractus, ſi ventum eſt ad traditionem: ad quod præterea alleg. l.ſub cõdit ff.de ſol.& l.1.§.1.ff.de vſuc.pro dot. Idq́: dicit procedere, etiamſi ſimplex precarium interuenit: nam qualiſcunq; traditio ſufficit, ſiue transferatur naturalis & ciuilis poſſeſſio, ſiue alterutra, etiamq; ſi ſit clandeſtina, modò fiat à domino, vt dicit ſing. illa l.ſi fundũ. ff.de fun.dot. Sed & ad id quod ſuprà diximus, põderat d.l.dotis fructus.§.vl Bar.in l.1.§. ſi vir, paulò ante finẽ, & ibi Alex.col.pen.verſ.iuxta proximè dicta, Fran.Aret. col.pen.ver.extra gl.& alij recẽtiores.ff.de ac.poſſ. Imol. in l.ſtatuliber.ff.ad l.Falc. & Paul.Caſt. conſ.267. in facto illorum, poſt prin.li.1. vbi declarat quomodo id intelligatur. Et Cor.conſi.50.videtur in hac, col.4. in literis, f.g.h.lib.1.& conſ.214.licet in hac, col.1. verſ. nã ex contractu, & iterum col.2.verſ.cõſtit ẽt, eo li.1. vbi & id declarat, & conſi.74.præmitto, col.2.verſ. nã tũc cenſet, li.4.& Stepha Bert conſ.1. viſo proceſſu, col.12. nu.65. & ſeq li.1.& conſi.185.quamuis donatio, in prin. lib.3.

31 Et ante hos gl.no.in l.ſeruitutes ipſo iure, in verbo, ſub conditione, poſt prin ff.de ſeruit. quæ per illum tex.in d.l.ſed niſi hoc, tradit non ſolùm per traditionẽ, ſed & per ſimplicem patientiam, tranſire dñium ſeruitutis conſtitutæ ſub conditione, ante impletam conditionem, & illam Ang.ibi col.vlt.dicit ſing. & mirandã. cui tamen dicit repugnate rõnem literę in §. interdum. Inſti. de rerum diuiſio. Sed eam ſimpliciter ſequitur Paul.Caſtr.ibi, col.1. qui & eam dicit ſing. & menti tenendam in id, quòd ſicut in re corporali vendita ſub conditione, ſi interim tradatur, ſtatim transfertur dominium, per d.leg.dotis, in fin. ita in iure incorporali, ex patientia, quæ in huiuſmodi re pro traditione habetur. l. quoties via, quæ eſt pen.eo.tit. etiam transfertur dominium ante impletam conditionem & ſequitur etiam Franc.Are. in d.l.1.§.ſi vir vxori, col.pen. uerſ. tertiò adde, & Soc.col. vlt.verſ.extra gl. ff.de acq.poſſ.

32 Et id confirmat, quia qđ ſuprà diximus, non cadere emphyteutam aut vaſallum ob rem uenditam, conditionaliter intelligitur, niſi proceſſum ſit ad traditionẽ. Ita enim expreſſim voluit Bal.d.conſ.9.lib.1. & iterũ conſi.95.mortuo Gregorio, lib.3.& in c.1.§. hoc quoq;, col.pen.verſ.ſed hic quæro vnum, tit.de ſuc.feud. Ad qđ ẽt facit, quod in ſimili tradit idẽ Bal.in c.1.§ vlt verſ.ſed pone pater tit. quæ fuit pri.cau.amit.benef.& in l.1. col. vlt in 16.q.C.de his quæ pœ.no.& in c.Cumana, col. 2. verſ.& prædicta faciunt extrà de elect.& Card.Alexan. in c.1.col.5.verſ.quæro quid ſi vaſallus vendat & transferat. titu.de prohib.feud.alie.per Fed.& Felin. qui id optimè declarat poſt alios, in c.eccleſia ſanctę Marię.col.33. verſ.quinta declaratio, ext.de conſti. Franc. Cur.ſeni.d. conſ.8.viſo inſtrumẽto, col.2.Iaſ.in l.non ſolùm.§. morte.col.pen ff.de oper. noui nunc & in l.vlti. col. pen. in 24.q.C.de iure emphyt. Philip.Deci.conſi.160. in cauſa monaſterij, col.2.& Fran.Rip.in c.cùm M.Ferra.nu.80. verſi ſublimita.de conſtitu.

33 *Quid ſi traditio quoq; fuerit conditionalis.*

Sed quod dictum eſt, cõſanguineum admitti ad retractum venditionis conditionalis, ſi ad traditionẽ proceſſum fuerit quia ex ea transfertur dñium: intellige, ſi non ẽt traditio ſit conditionalis, vt in dubio præſumit, niſi aliter dictum ſit, ex ſententia Bart. in l. ſub conditione ff.ſolut. nam tunc nec dominium nec poſſeſſio transferuntur. l.qui abſentis §.1.ff.de acq poſſ & voluit Bald. d.conſ.477.col.2.lib.1. ita intelligens quæ ex eo ſuprà diximus verſi.ab hinc tertio. Quamuis id non procedat in venditione rei feudalis aut emphyteuticæ, de qua locuti ſumus in verſi.præcedenti: nam etiamſi vaſallus aut emphyteuta vendat & tradat ſub conditione, cadit re ita vendita, vt dicit Bal.d conſ 95.li.3.allegato in d.ver.præcedenti. Sed id ſit ob ſpeciales quaſdam rationes, quę in eo caſu obtinent, licet non in cæteris. Et cum his finem facio huic quæſtioni. Sed tamen omninò vide tex. in l. neceſſario, in prin.ibi, quòd ſi pendente conditione res tradita ſit, & quæ dicam in dicto verbo, *dedans l'an*, vbi ſupra, quia huc admodum pertinent.

34 *Quæſt. an retractus habeat locum in uẽditione facta ſub modo.*

Et ex his quæ ſup.diximus de venditione cõditionali, idem dicendum cenſent Sebaſt. Neapodanus, & Matt. Afflict.in locis alleg.in præced.q.in princ.in venditione etiam facta ſub modo, per nota.in l.eas cauſas. ff.de cond.& demon. quia æquiparantur modus & conditio.l.1.C.de his, quæ ſub mod.& l.inſulam.§. vlt.ff.loca. quæ iura in id citat And. Iſer. in c.1.tit. quæ fuit pri.cau.amit.bene. Ego verò etiam ſi retractus non haberet locum in conditionali venditione, tamen aliud dicerem in modali, vt cũ noſtris loquar. Multùm enim inter utrũque intereſt, quantum ad perfectionem contractus, quæ maximè hic inſpicitur. Nam contractus factus ſub modo, eſt purus reſpectu conditionalis, ut probatur in l.libertus.§.hæc ſcriptura ff.de manu.teſt. Ideoq́; licet ex conditionali non detur actio, niſi primùm impleta conditione, vt diximus & probauimus ſup.in prin. præced. q.ex modali tamen continuò naſcitur & datur præſtita cautione de modo implendo.l.liberto.§ Lucius.ff.de annu.leg & l.ſi tibi legatum.ff.de leg.3.& l.quibus diebus. §.vltim.& ibi Bart. & l ea.ff. de condit.& demonſtr.& l. cùm teſtamento.ff de fideicom.liber.

35 *Modum et conditionẽ longè differre.*

Ideoque gl Bar.Bal.& alij in d.l.1. C. de ijs qui ſub mod.dicunt id quod in ea l.ſcribitur, modũ pro cõditione obſeruari, intelligi quo ad quædã tantùm. Nam & aliàs videmus, ſñiam ſub conditione ferri non poſſe, nec debere.l.1.§.biduum.ff.quan.ap. ſit, & not.in l.cùm iudex.C.de ſen.interloc.om.iud. Sub modo autem poſſe l.cùm eorũ, C.eo.tit. igitur cùm modus non ſuſpendat, vti facit conditio, nec faciat, quin actus ſit purus: quid tãdem cauſæ eſt, cur retractus locum non habeat, propterea ꝙ in nonnullis æquiparentur? Nã & videmus cõtractus conditionales puris etiam in quibuſdam comparari, vt etiam ſuprà diximus nu.27.verùm in diuerſam.

36 *Quæſt. Retractus an locum habeat, vẽditione ita facta ut dominium non trãſeat niſi ſedulo pretio.*

Cæterum quæſtionis quoq; eſt, ſi ita facta fuerit venditio, vt dñium non tranſeat in emptorem, niſi prius ſoluto integro precio: an interim erit locus retractui. Qđ non vř, quia vt ſcriptum eſt in l.cùm manu, quæ eſt pen. §.nemo, qui eſt vlti.ff.de contrahen.empt. nemo põt uideri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, vel aliud genus contractus, ſcilicet vt dicit gl.pignoris vel emphyteuſis. Et ibi Bal.in addit.in fin. quærit. an valeat hoc pactum, de quo in noſtra quæſtione loquimur, nec tamen ſoluit, ſed ſe remittit ad id, quod dicit in Rubri.C. eo.titu. quo in loco primùm in 11.q.illud dicit, ꝙ ſi in venditione ponatur pactum, quod à contractu remouet naturalem eius effectum: puta ſi vendo rem, retẽto dominio vtili & directo, non tenet venditio: quia à quo remouetur naturalis effectus, remouetur & ſpecies, per d.§. nemo. Si verò vendatur vtile dominium, retento directo, tenet venditio, licet emphyteuta non ſit omninò dominus, per gl.in d.§.nemo. Sed paulò poſt, videlicet in 13. q.deſcendit ad ſpeciem, de qua hic quærimus, ſcilicet cũ venditor tradit rem eo pacto, vt non tranſeat dominiũ, donec precium integrè ſit ſolutum. Et videtur (inquit) non valere id pactum: quia iſta traditio non habet eum intellectum, quem ſapit contractus: per d.§.nemo. Subdit tamen iſtud pactum eſſe naturale, pet §.venditæ. Inſtitut.de rer.diuiſ. Quin etſi (ait) eſſe translatum dominium, poſſet venditor ſibi reſeruare manus iniectionem in rem, ſi precium non ſoluatur, vel ſi pacta non ſeruentur, arg.l.ſi Titius.ff.de ſer.export. Subiungitq́; hanc eſſe ueritatem. Secundum cuius ſententiam Matth. Afflict. deci. Neap.338.nobilis Petrus Paulus, poſt multa cõcludit, in ea ſpecie, de qua priuatim loquimur, habere locũ ius



ius noſtrorum congrui. Ita enim, vt alibi diximus, appellant id ius retractus. Et ita quoq; aſſerit fuiſſe cõcluſum in conſi.Neapo. Idem verò Matthæ. in tracta.proto. in prin.col.15.verſi.ſed ponamus quòd quis vendidit, in ea fuit ſententia, vt ſi venditor tradidit rem venditam precio non ſoluto, & fuit habita fides de precio, locus eſt retractui, cùm ita translatum ſit dominium, aliàs non:
37 per not.per Cyn. in l.in ciuile C. de rei vendi. & in l.ſi non donationis.C.de contrahen.empt.

Sed & rurſus idem Matth.in eodem tractatu, in verbo, licet enim ſuprà diximus, colũna ſexta, verſ ſed quæro de quadam vtili quæſtio. tanquàm ſui oblitus, hanc eandem quæſtionem retractat, dicitque videri in hoc caſu locum eſſe iuri congrui: quia licet text. in d.§. nemo. dicat ꝙ ob dictum pactum deſinat eſſe venditio, tranſeatque in alium contractum: tamen hoc intelligitur, quando id pactum poteſt transfundere contractum ipſum in alium vtilem contractum: ꝙ ſi per hoc pactum vitiatur contractus, nec ſit transfuſio in alium, tunc pactũ ipſum vitiatur, & manet contractus validus, vt pulchrè in alio ſimili caſu declarat Paulus Caſtrenſ. in quodam cõſilio (quod ipſe aliter non deſignat, ſed eſt cõſiliũ 75. notandum eſt quod præfatum, col 2.ver.vel aliter, li.2.) ꝙ ſi uir vxori donet omnia ſua bona, præſentia & futura, cum iuramento, eo pacto, ne ea donatio poſſit reuocari, huiuſmodi pactum non facit eam tranſire in donationem inter viuos & irreuocabilem: nam ſi id faceret, redderetur donatio nulla, vt potè quæ auferret liberam teſtandi facultatem. Ideò dicendum eſt, potius iſtud pactum, & iuramentum vitiari, & prædictam donationẽ remanere donationem cauſa mortis: per multa quæ illic allegat. Et ſic (inquit Matthæ.) cùm non poſſit ex hac ſpecie emergere aliquis contractus vtilis manente eo pacto, conſequens eſt, vt contractus ipſe maneat efficax, reiecto dicto pacto: & ſic in eo locum habeat ius congrui. Et facit (inquit) quod voluit Ang.conſi.2.certum eſt, de venditione facta cum pacto, ne dominium tranſeat in emptorem. Et quod idem ſcribit in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla.col.2.poſt Petr.ibi.ff.de pact. ꝙ contrahẽtes non poſſunt facere, ꝙ ſtipulatio nõ ſit ſtipulatio.l. in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſtlimi.reuerſ. ſed bene poſſunt facere, vt non habeat effectum, niſi pacti nudi. l.1. de pactis.& l.non omnis.ff.ſi cer.pet. Sic etiam, vt dicit Matt. nõ poſſũt facere, vt emptio, nõ ſit emptio ſed eius effectũ poſſunt minuere. Subdit aũt ipſe Matthæ.contra hęc facere ea, q̃ ſuprà ex Bal.adduximus in d.q.13.Rub. de contrahen.empt. Sed his reſpondet, adducitq́; Bald. in ſuam ſñiam, vt ſit locus in huiuſmodi venditione iuri congrui. Tandemque illud dicit, quòd ſi contrarium diceremus, viam fraudibus aperiremus: nam qui uicinum iure congrui vellet excludere, emeret cum dicto pacto, & poſtea clanculum ſolueret precium. Et ita eum in hoc poſtremo loco refert & ſequitur Chaſſ. in conſuetu. Burg. hoc eod.tit.§.10. in verbo, *le vendeur &*
38 *achepteur*, in principio.

Qvibvs, quantum ad illud de fraude, adde quod in ſimili tradit Bal. loquens de emphyteuſi à vaſallo cõceſſa ad longum aut longiſſimum tempus, ea lege ne vtile dñium tranſeat in emphyteutam. Id enim uideri factum in fraudem, per not.à Dyn.in l.codillis, quæ eſt pen.§.inſtituto.ff.de le.2. Ita enim voluit Bal. in c. Imperialem in prin.col.3.verſ.quæro nunquid uaſallus, & ibi quoq; Marti.Laud.col.3.verſi.ad fi.gl.tit.de prohi.feud. alie.per Fed.& ſequitur Alexand.conſ.68.viſis duobus, col.2.verſ.nec prædictis obſtat, lib.1. quod conſ.repetitur conſi.165.lib.2.& rurſus idem Alexan.conſ.105.in cauſſa.col.2 uer.non obſtat quartum, li.3.& Iaſ. cõſ.94. pro domino, col.vlt.lib.1. Et ſimile quippiam uoluit ipſe Bal.in c.1.in prin.col.ult.paulo ante finem, ti.qui feu.dar.poſ. Tu tamen ſuper priori illo dicto uide eundem Bal.Imol & omnino Alex in l.ſi domus § ult ff.de le.2. & ipſum Bal.in c.quæ in Eccleſiarum.col.4. uerſ quæro nunquid extrà de conſtitu & Imol.conſ 68.in caſu, col. vlt. cum alijs concord.adductis à Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum.col.20 uerſ ſexta declaratio & Card.Alexan. in d.c. Imperialem.col ult.& Franc. Curt. iuniorem in tract.feud.in 4.parte princip.char.41.uerſi. tertiò principaliter, col.2.ibi eſt uerum.

39 Nec tñ omiſerim, id quod dictum eſt ſuprà, id pactum, ut non tranſeat dñium in emptorem, niſi ſoluto integro precio, non uitiare contractum, tenere præter Bal.ubi ſupra, nuncupatim Io.And.in addit. Spec.tit.de empt.& vend.§.1.col.4.in addi.incip.facilè ergo erit.& Pau conſi.66.viſo quodam inſtrumento, col.1. li.1. per multa illic allegata, ut uidere omnibus promptum eſt & expoſitum.& iterum conſi.69. caſus in his terminis, col.ult libr.2.Socin. conſi.179.circa præſentem, col.1. verſi.itẽ licet qñ.li.4.Fabia.à monte Sanct.Sab. in tract. de empt.& uend.in 7.q.prin.col.ult. Philip. Deci. conſ. 119.cuius ſuperſcriptio incipit, licet inſtřm, col.3.uerſi. tertiò ſtãte, & conſi.440.ſuperiorib.diebus, in prin. Ideoque nihil obeſſe uideo, quin & in ea locum habeat retractus cum eo onere & pacto, ut de uenditione conditionali ex quorundam ſententia diximus, & de uenditione cum pacto de reuendendo dicemus in titu. ſeq.

40 *Quæſt. Retractus an habeat locum in vẽditione pura, à qua partes ſpõte diſcedunt.*

Sed & illud quæro, quid ſi poſtquàm uenditio pura facta eſt partes ſpontè diſcedunt ab ea, reſtituto uiciſſim fundo & precio: an tunc habeat locum retractus. Et hæc quidem res duplex habet dubium: primum, an ſit locus retractui prioris uenditionis, ut ſcilicet poſſit conſanguineus prioris uenditoris retrahere, non obſtante ea diſceſſione, quam rem latè tractabimus titu. ſequen. in gl.7.in uerbo, *ſeront preferez*, nu.18. ex hac autem noſtra, & multis ſequent. Secundum, an & in huiuſmodi diſceſſione locum habeat retractus, vt ſcilicet conſanguineus emptoris, qui fundum reſtituit, reſtituto ſibi uiciſſim precio, poſſit retrahere, tanquam is emptor ita uendidiſſe uideatur. Et certum eſt, quod ſi id fieret ui pacti de reuendendo appoſiti in contractu, non eſſet locus retractui, ut uidebimus in dict.tit.ſequen. Sed hic quærimus, cum nullum eius rei pactum appoſitum in contractu: aut ſi quod appoſitum fuerit, tempus ipſius erat iã tranſactum, cum partes à contractu diſcedunt. Qua in ſpecie Paulus Caſt.conſi.74. in cauſa mota, col. ultim. verſ.uidendum eſt, li.2.reſpondit, non eſſe locum huic ſtatuto loquenti de uenditione, & ſic de contractu, non de diſtractu. Ideò cùm ſit contra Ius commune, ad hũc caſum non extenditur, iuribus vulgar. quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo.d.l. ſi extraneus.ff. de cond. ob cauſam. Hæc ille. Cuius dicti ueritas ex eo pendet, an ſtatutum loquens de contractu habeat locum in diſtractu: de quo nos latè diximus in noſtis Legibus cõnubialib. in uerbo, *contracter*, in q.1.& multò latiùs dicemus in 2. editione eius operis, & aliquid quoq; obiter & per tranſennam dicemus infrà tit. procedente.§ 6. in uerbo, *les loy aulx couſtz*, nu.6.nunc tempus eſt, & multis ſequent.

41 Nam quod ad hanc noſtram conſuetudinem pertinet, ego aliter cenſeo: quia cum iſte emptor per uenditionem puram ſine pacto reuendendi, aut aliter diſtrahendi factam, & traditione ſubnixam, aut ſi pactum appoſitum fuerit, per lapſum temporis ei pacto præſtituti, fuerit factus dñs irreuocabilis, nõ uideo quin iſte ſpõtaneus vltroneusq: ab eo cõtractu diſceſſus, habeat uĩ alterius nouæque vẽditionis. Et ita quidẽ, ut ex ea debeantur altera laudimia, alteraque gabella, ex ſtatuto iubente ſolui gabellam ex contractu, ut uidere licet apud Guil. Cu. Alb. Ange.& Paul.Caſt.in l.ab emptione.ff.de pact. Bal. in l.3.§.contrarium.ff.de cont.act.tuto. Ang.cõſ.94.cùm lis & quæſtio.col.pen.uerſ.uidendum igitur reſtat. cum alijs concord.adductis à Firmia.in tractat. gabellarum. in

in 5.parte prin.q.5.& in 8.parte prin.3.par. eiuſdẽ q.14. atque etiam à nobis inf.tit.ſeq.§.6.glo.3. in verbo, *les loy aulx couſtemens*.Præſertim verò cùm noſtra conſuetudo loquatur non tantum de venditione, ſed alijs cõtractibus æquipollentibus venditionibus.

42 Sed hoc tamen ita intelligendum eſt, vt etiam cõſanguineus prioris venditoris, qui poſtea redemit, admittatur ad retractum prioris illius venditionis,& conſequenter poſterioris, quia ſcilicet à priore diſceſſum eſt: ſi tamen ſit adhuc intra tempus redimendi, iuxta ea quæ latiſſimè dicemus in d.ſeq.titu.§.in verbo, *ſeront preferez*.Et ſic is prioris venditoris conſanguineus præferetur conſanguineo emptoris; cùm ius ſit illi quæſitum ante ſecundam venditionem, quæ ex diſceſſu prioris manauit. quod ius competit non tantùm aduerſus ipſum emptorem priorem, ſed & alios quoſcunque, ad quos res ipſa peruenit, vt etiam dicemus d.titu.ſeq.§.3. in princip.

43
*Quæſt. Retractus an habeat locum re vẽdita nondũ tradita.*

Qvid autem ſi quis vendidit ſimpliciter, ſed non tradidit,an ſit locus retractui. Quod pleriſque indubitatum poſſet videri,quia conſuetudo ſimpliciter loquitur de venditione: nec de traditione aut alienatione ſiue dominij translatione,quicquam dicit. Igitur ſatis eſt, ſi fuerit res vendita.§.1.Inſti.de empt.& vend.vbi emptio & venditio contrahitur,ſimulatq; de precio cõuenerit, quamuis precium nondum numeratum ſit, & ſic antequàm dominium ſit translatum. neque enim transfertur,niſi prius numerato precio.l.quod vendidi.ff.eo.tit. & §.venditæ.Inſti.de rer.diui.Hincq; dicit Bar.in l.ſi fideiuſſor.§ meminiſſe.ff.de l.1.quòd iuſſus vendere à teſtatore, dicitur ſatisfeciſſe ex ſolo titulo venditionis, etiamſi non tradidit arg.l.in numerationibus. ff. de ſol. & ſequuntur Bal. Ang & Paul Caſt. in d.§. meminiſſe. cum concord. ibi adductis ab Alex.& Franc. Are.cõſ 6. viſo inſtrumento,in 1.dubio & Socin.conſ.133.profectò,col.2.verſi ſed nunc ſubtilius.lib.1. quod reperitur con.174.lib.2.& Phil.Dec.in l.ſingularia,col 7. verſ ſecundò ex prædicto.ff.ſi cert.pet.& conſ 645.præſuppoſita col.2.verſ. ſed maior: licet contrariũ voluerit Bar. ſibi contrarius in l.vxorem.§.agri plagam,circa mediũ. ff.de leg.3.Et ſi quis ſub pœna promiſit vendere, & poſtea vendidit,& non tradidit,ſatis promiſſioni fecit,nec incidit in pœnam. Bal.in l.vlt.C.de pact. inter empt. & Franc. Aret.conſ.6.col.2.verſ. ſed dubium remanet. & iterum conſ.28.diligenter.col.1.& Iaſ.conſ.41. in duabus.col.3.verſ.nec obſtat ſi diceretur.lib.3.& Phil.Dec. in l.cum fundus §.ſeruum tuum imprudens.in 1.not.ff. ſi cert.pet & conſi.502.ex duob.col.2. verſ. ſecùs eſt in eo.& conſ.ſeq.ſuperiorib.col.2.verſ.ſed ratio iſta. Lud. Gozad.in l.2.C.de pact.inter empt.& vendi.& conſ.38. in cauſa nobilium,col.3.num.10.

44
*Emphyteuta aut vaſſallus, an cadant em phyteuſi, ex venditione ſine traditione.*

Et huc quoque pertinet tex.in l.alienatum. in prin. ff.de verbo.ſigni.vbi ita ſcribitur: Alienatum non propriè dicitur,quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen certè dicetur. Ex quibus verbis apertè intelligis,id propriè eſſe venditum, quod etiam manet in dominio venditoris,quia res non fuit tradita.Et arg. illius tex.iuncta gloſ.1.Imol.in c potuit.col.22.ver.aduerte tamen.& ibi quoque Barb col. 3. verſi. ſed quid ſi non tradidit,extra de locat.& ipſe Barb.in c.2.col.4.ver ſic limita etiam procedere extra de feudis, & in repet. Rub. de reb. eccle. non ali. col.10. verſ.nonò limita.& Guid.Pap.conſ.147.conſilium,col.antepe.verſi.ſed reſtat,adſeueranter tradunt,emphyteutam ob ſolam uenditionem ſine traditione cadere emphiteuſi. Nam text. ibi,& ſimiliter in l.vlt.C.de iur.emphy.loquitur de venditione,non de alienatione.Et in eadem opi.fuit Pet.neſcio,quis Doct.antiquus,quem refert Collect. in d.c.potuit.col.4.verſ.quid ſi emphyteuta:qui & ipſe ita de hoc loquitur,vt neſcias,ſitne eius ſententiæ,an contrariæ, Et facit etiam l.quidam in teſtamento.verſ. ſecũdum hoc igitur.ff.de fideic.libe.& quod tradit Cyn.poſt Petr.in l. vlt.§.ſed quia noſtra maieſtas C.com.de leg. cum quærit,utrum debeatur laudatiuum ex venditione, quæ reſoluitur,& cuius dominium redit ad alium ex cauſa antecedenti & diſtinguit, utrum cõſuetudo laudimiorum loquatur ſimpliciter de uenditione: & tunc debetur ex ea etiam reſciſſa ob cauſam præcedentem, quia ſufficit, ꝙ res ſemel uendita fuerit,etiam ſi nõ duret.l.ſi quis.C. de inſtit & ſubſti Secùs,ſi loquatur de alienatione.

Sed contra Pet. illum à Collect. relatum, Imol. & Barb. in illa ſpecie d.l.ult. & d.c potuit. tenet vniuerſa propè cohors ſcribentium,ut ſcilicet ex ſola uenditione non cadat emphyteuta, niſi proceſſerit ad traditionem. Ij ſunt Spec.tit.de loca.§ nunc aliqua.uer.95.Io. Andr. Paul Liaz & Ant.in d.c.potuit.Pet.Iaco.titu.de actio.in rem pro re emphyt.quæ ceci.in commiſ.col.4.in paruis, uerſi.item circa, Alber & Salyc in d.l.ult.uterq; col. ult. & Ioan.Fab.col 1 & Iaſ.char pen.verſ.19.C.de iur.emphyt. Bald.conſ 9. factum tale eſt,anno Domini, col.2. uerſic.quæritur utrum,lib.1. quod reperitur conſi.188. li.3.& idem Bal.conſi.415.præmittendum eſt, circa medium eod.libr.1 & conſ.160.quæritur utrum ſi emphyteuta,uerſi.conſidera,lib.3.Ant.con.34. caſus, emphyteuta uendens,& conſi.37.Leugus quidam in fin.Ro.in l.ſequitur.§. idem Labeo.ff.de uſuc.Pau.Caſt.in l.1.§. ſi rem depoſitam.ff.depoſiti.Rapha.Co.conſi.41. ad primum quæſitum.Alter.Raph.Fulg.conſi.2. Petrus tenetur,in 1.dubio,& conſ.11.emphyteuta,col.1.Alex.in l. ſi a me,& iterum in l.ſtatuliber,col.1 ff.ad leg.Falci.& conſ.173.uiſo themate & ſcripturis.col.2.uerſi. quinimò.lib.2 quod reperitur cõſ.91.lib.3.ubi id dicit ſing. & idem Alex.conſi.76. in cauſa & lite uertente, uol. 2. nu 5.lib.7.Franc.Aret.qui & id dicit ſing.in l.cõtinuus. §.cum quis.col.2.uerſi.quantum autem.ff.de uerb.obli. & Barb.ſibi in eodem c.contrarius, uidelicet in d.c. potuit col.7.uerſ.in gl potuit.extra de loc.Franc.Cur.ſen. qui hanc dicit eſſe communiorem opin conſ.8. uiſo inſtrumento.paulo ante fin.Gui.Pap ſibi contrarius deci. Delph.101.ſi quis rem,& deci.162.fuit etiam deciſum, ad finem,& conſ.126.de anno Domini,paulo ante finẽ, & conſ 147.conſilium pro R in 6.dubio. & conſil.192. ex facti narratione.col.2.uerſ.& pmiſſa dico,& in tract. de pœn.iur in 10.quæſt Iaſ.in l filiusfamilias.§. Diui.in 1.lectu. col.7. uerſi.ſecundo contra differentiam.ff.de l. 1.Hippo.Marſ ſing 412 plures ſunt.Alci.in d.l.alienatum.ff.de uerbo.oblig.Stepha.Bert conſ.45.pridem de anno Domini,in 1.dubio.libr.1.Fran.Rip.lib.2. reſpõ. Clerici,num.18.

Movetvr Specul.huius ſententiæ antiſtes,& ceteri eius aſſeclæ hac ratione,quoniam uendere cum effectu accipi debet.l.1.§.hæc uerba.ff.quod quiſque iur. & c.relatum.de cleri.non reſid. & c. hæc autem uerba, de pœnit.diſt.1.Perfecta autem ueditio non dicitur ante traditionem.§ uenditæ.Inſti.de rer. diuiſ. & c cum Ioãnes,ad prin.de fid.inſt.& dicemus latius infra eo.§.glo. 10.in uerbo,*dedans l'an*,in 20.q.uerſ.nam & cõtractus. Quæ ratio multum accedit ad caſum noſtræ conſuetudinis quæ(vt iã ſæpius diximus, & dicemus ſæpiſſimè) huc omnino reſpicit,ut res maneat in familia ſiue genere uenditoris. Igitur ſi non fuerit translatum dominiũ, (ut nõ eſt,niſi res tradita fuerit,vt dictum eſt, & probat etiam tex.in l.traditionibus. C.de pact.& l.ſi ager. ff. de rei uend.cum ſimil.)nihil eſt,quod locum faciat noſtræ conſuetudini,niſi ſi traditio facta fuerit:cum ex ſola uẽtione nondum exierit res è dominio, & ſic è familia & genere uenditoris.Et hanc rationem conſiderauit Ioan. Fab.in d § 1.inſt.de emp & uen. ad hunc noſtrũ caſum, ut ſcilicet nondum re tradita non competat conſanguineo ius retrahendi: præſertim ſi retrahentes ab ea diſceſſerint.



ſceſſerint.Quod & voluit Chaſſ.in hoc eodem titu.§.1. in verbo, *vendu*, in prin.

47 Idem autem,quod in emphyteuſi diximus & in feudo obtinere, vt ſcilicet non cadat in commiſſum ex ſola venditione ſine traditione, & ita rei dominio nondum translato,ſatis probat tex.in c.1.§.callidis,ibi,uendunt & in alios transferunt,& ibi And.Iſern.& Bal.ſubobſcurè,& Martin.Laud.qui eum §.legit cum prin.col. 2.uerſ not.ſecundum & Card.Alex.col.2.eiuſdem ca.1. in prin.& rurſum in d.c.callidis.col.1. tit. de prohi. feu. ali per Fed.& uoluit idem Bald.in d.c.1.in prin.ver.ſed ſi ſpecialiter.& ipſe And.in c.ſi inter,in prin.& ibi quoque Aluar.& Matt.Afflict.tit.de uaſal. qui contra conſt. Loth.alie.& in c.1.& ibi item Aluar.col.6.tit. de prohi. feud.alie.per Loth.& in c.1.& ibi etiam Aluar.col.2.& Card.Alex.col.quoque 2.tit.quid iuris ſit.Pet.Iac.in tit. de act.in rem pro re feu.contra emp.col.3. in paruis,uerſic.item eſt notandum.Bald.in c.1.§.aut ſi libellario, colum.ult.uerſic.ſequitur in text. aut pignori. & ibi etiam Alua.Mart.Laud.qui eum §.legit cum §. ſimiliter. colu. ult.ubi id dicit ſing & ibi quoque Card.Alex.col.2.tit. qui.mo.feud.amit.l.1.& idem Bald.in c.1.§.deniq;.col. 2.uerſ.item not.ꝙ iſte tex.& ibi Mart.Laud.col.ulti.Alua.in 43.concl.tit.quæ fuit pri.cau.amit. benefi. & idem Bal.in c.1.in 3.no.in fi.tit.de ali.feu.& con.482. magnifici.col.2.uerſ.quartus paſſus.lib.1.& conſi.215.proponitur quod inueſtituræ, col.2.uerſ. item nec tranſtulit, lib.2.& conſil.349.qui litem habebat,in prin.eo.li.2.& conſ. conſ.276.ad euidentiam,in prin.lib.5. quod repetitur conſi.315.eo.lib.& rurſus idem Bal. conſ.303. quidam nobilis,in prin.eod.lib.5.Io.Rayn.in c.1.§.habito. col.3.verſ.quæro quid ſi vaſallus.tit.de prohi.feud.alie. per Fed,Pau.Caſt.in d.l.1.§.ſi rem depoſitam.ff.depoſi. Alex.cõſ.30.quoniam omne datum, col.5.ver.pro hoc facit.lib.1.quod repetitum eſt conſ.2.lib.5.Corn.conſ. 31.in præſenti.col.14.ſub litera o,lib.3.Franc.Aret.cõſil.6.uiſo inſtrumento.col.4.verſ.& eſt aduertendum.& conſ.14.viſo & diligenter.col.2. verſ. & eſt aduertendũ. Card.Alex.in c.1.§.præterea.col.1.tit.de ca.Cor. Guid. Pap.in d.deci.Delph.162.ad fin.& in d.tract.de pœnitẽtia iuris.q.10.Iac.à S.Geor.in tract.feud.in uerbo, cum pacto de non alienando.col.2.verſ.item quod dixi. Barba. conſi.51. ſcripſit ſapientiæ fons.col.13.verſ. & vlterius præmitto.lib.1.Fran.Cur.Iun.etiam in tract.feu.in 4.part.prin.col.eiuſdem partis 47.uerſi.20. quæro nunquid ad hoc vt vaſallus. Ferd. Loaz. in repet. d.§. Diui. char.15.nu.284.Corſet.in ſuis ſing.in uerbo, alienatio. uerſi.per alienationem.Hipp.Marſ.ſing.412. quia plures ſunt cauſæ Bap.à S.Blaſio,in trac.differentiarũ.verſ. 119.uaſallus uendendo.Zaſius in epitho. feud.parte 9. char.3.verſ.tertiò fallit,iterumq; part.10.char.1.uer.ſecundo fallit.Matth.Afflict.in conſt.Siciliæ,incip. conſtitutionem diuæ memoriæ.col.11.uerſic.ſecunda concluſio.& Molend.vbi ſupra nu.2.

48
*Vendẽs et nõ tradẽs, nõ incidit in pœnam ſtatuti. Tẽpus traditionis inſpicitur, non uenditionis. Locus itẽ traditionis.*

Et huc quoque pertinet,quod in caſu d.l.1.§.ſi rem depoſitam.ff.depoſi.uoluit gl.ibi, & poſt eam Barto. & alii,ꝙ ei locus non eſt ex ſola uenditione, niſi ad traditionem proceſſum ſit.Sed & Bal.conſ.314.quædã ſunt. col.2.lib.3.reſpondit in caſu ſtatuti prohibentis ſub pœna venditionem hæreditatis in extraneum,eum in ſtatutum non incidere,qui tantum vendidit,nec tradidit. Ex quo & illud fit,vt ſi ſtante ſtatuto eodem, quis extraneo vendiderit,& poſtea ei facto cui tradiderit,valet alienatio,inſpecto ſcilicet tempore traditionis, non venditionis,vt reſpondit Pau.Caſt.conſ.286. videtur ꝙ dicta ſententia,quem refert,non deſignato tamen numero conſi. & ſequitur Ioan.Crot.in d.§.Diui.col.23.verſ.quartò limitatur.Et ut redeamus ad Bal.is con.243.tempore,lib. 4.tradit gabellas debitas pro emptione mercium nõ deberi,niſi ſint traditæ.Tunc enim(inquit)emptio perficitur,cum res traditur. Ideo ſi quis emat in loco vel tempore gabellarum debitarum rem ſibi tradendam in loco vel tempore, quo non debentur: ex huiuſmodi emptione nullo modo debentur: inſpecto ſcilicet loco aut tempore traditionis, non uenditionis: niſi in principio actum ſit ita fieri in fraudem gabellarum.Et idem propè voluit ipſe Bal.con.253.licet iſtæ allegationes, eo.lib.4. ubi id latè & ſcienter diſputat. De quo tamen vide eundem conſ.ſeq.quod eſt 254.in quæſtione prædicta, & in l.1.C.de nund.& Firmia.in tract.gabellarum,in 2.parte 8.part.prin.q.14.Et aliquid dicemus in verſ.ab hinc 2.

Et è diuerſo ſi contractus factus ſit in loco, ubi gabella non debetur,traditio autem in alio loco, ubi debetur,tunc inſpecto loco traditionis debetur,ut uoluit ipſe Bal.in l.multum.col.vlt.verſ.pone ergo dicit.& ibi quoque Sal.in fi.C.ſi quis alteri,uel ſibi. Nam & alias contractum fuiſſe videtur non in eo loco,quo negocium geſtum eſt,ſed quo pecunia ſoluenda aut res tradenda eſt. l.3.ff.de bon.aut.iud.poſ.& l.contraxiſſe.ff.de act.& obl. glo.in l.hæres abſens.§.ult & ibi Bal.& Ang.ff.de iud.& in c.Roma.§.nec enim.in verb.reſpondere, & ibi Dom. & Phil.Fran.de foro compet.lib.6.& voluit etiam Ioã. Andr.in c.in obſcuris,in fin.de reg.iur.lib.6.& Alber.in l.ſi fundus.ff.de euict.ſed vt propius accedamus ad caſũ noſtræ conſuetudinis,Matth.Afflict. in tract. Protomiſeos, in prin.col.15.verſ.item quæro pone ꝙ facta eſt,& verſ.ſeq.tradit retractum non habere locum nondum re tradita,& ſoluto precio,niſi de eo habita fuerit fides. 49

Ego verò ſcio in Francia maiori ex parte id obſeruari,vt ex ſola venditione ſit locus retractui, etiãſi nondum res tradita fuerit,nec ſolutum precium: idq; ni fallor,Iure optimo:tum, quia noſtra conſuetudo ſimpliciter loquitur de venditione, vt diximus in prin. huius q. Venditio autem ſolo conſenſu perficitur,ante traditionẽ perfectione eſſentiæ,vt ſcientiſſimè probat Fran.Are.in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.col.2.ver.ſuper ſecundo.ff.de leg.1.Ideoq; Maſ.tit.de retractu,col.vltim.§.item pone emptor.verſ.quid de domino, dicit, ꝙ dominus poteſt petere laudimia ex huiuſmodi uenditione ante traditionem, etiamſi lis ſit inter emptorem & vẽditorem ſuper traditione rei.Sufficit enim(ait) rem eſſe venditam.l.1. & 2.C.de reſcin.vend.Imò vero Stephan.Ber.conſ.199. viſo caſu,lib.1.reſpõdit hoc caſu deberi laudimia,etiãſi contrahentes ante traditionem diſceſſerint à contractu. 50

*50 Laudimia deberi ex vẽditione ſola, re etiam nondum tradita.*

Tvm quia licet emptor non ſit dominus ante traditionem,tamen ei competit actio ad rem ſibi tradẽdam, & dominium in ſe transferendum, ſi venditor erat dominus.l.ex empto.in prin.ff.de actio.empt. & l.in conuentionalibus,in fi.ff.de uerb.oblig.& ſic ad rem immobilem:cum actio competens ad rem immobilem cẽſeatur immobilis,ut latè dicemus infra,eo.§.in gl.7. in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*, in prin. Nam & qui actionem habet ad rem,ipſam quoque rem habere videtur.l.qui actionem.ff.de reg.iur. cum concor. ibi adductis.Et facit optimè ad hanc rationem text.in ſimili,in l.ſicut.§.ſi debitor.ff.quib.mod.pig. vel hypot. ſol. ubi ſi permiſerit creditor rem pignoratam uẽdi, eamq; debitor uendiderit, nec tradiderit pignus, extinguitur, æquè ac ſi tradidiſſet:licet adhuc res ſit in bonis debitoris,quia is ex empto tenetur. Et licet aliquo reſpectu minus ſit habere actionem,quàm rem ipſam.l.minus.eod. tit. tamen negari non poteſt, quin ea actio cenſenda ſit immobilis:cum res,ad quam competit, ſit immobilis, ut diximus, & ita ſemper locus eſt noſtræ conſuetudini, ut latè dicemus in d.glo.7.

*51 Qui actionem habet ad rem,eã ipſam habere videt.*

Et hac eadem ratione Bal.in d.l.1.circa medium.C. de nundi. tradit, ꝙ ſi tempore nundinarum factus fuit contractus,& non traditio,non ceſſat priuilegium illius l.conceſſum nundinis: cùm iam ex contractu adſtricti ſint contrahentes ad ipſum implendum,licet implemẽtum

*52 Qui acquirere non poteſt, nec ſtipulari poteſt.*

tum

*Qui alienare nõ poteſt, nec promitere poteſt.*

tum fiat poſt nundinas. argum.l.3.§.ſcio.ff.de mino. Sed & Bar.in l.multum,col.2 & ibi Pau.Caſt. & Fran. Aret. poſt eum.ff.de verb.oblig. dicunt, quòd ſi ex ſtatuto extraneus acquirere non poſsit rem immobilem, nec eandem quoq; ſtipulari poterit.quoniam(vt dicit idẽ Pau. Caſt.qui id ſequitur dict.cõſi.286.vr̃ ꝙ dicta,col.1.l.2.) ex huiuſmodi ſtipulatione ſequeretur alienatio.& alleg. text.in leg.ſi ad reſoluendam, & ibi Bart.& Salyc. C. de prædi. mino. vbi qui non poteſt alienare rem immobilem, nec eandem quoque promittere poteſt, de quo & nos latiùs dicemus in titu.ſeq.in fin.q.5.

53 *Agẽs non auditur ſine intereſſe.*

Præterea quid, ſi Dijs placet,intereſt emptoris excipere aduerſus conſanguineum offerentem precium, rem ſibi nondum fuiſſe traditam. Illud autem receptum eſt, & apud nos in primis obſeruatum, vt ſicuti non auditur agens ſine intereſſe.l.ſi patroni, §. qui fideicommiſſaria,ibi,ſecundum quæ,& ibi Ang.& Alexand. ff.ad Senatuſconſ.Trebel.& l.ſed nec legatarios, cum l. ſeq.ff.de condi.fur.& l.qui fundum.ff.locati. & l. ſin autem.§.ſi homo.ff.de rei vendi.& l.ſi quis ex argentarijs. §.ex hoc edicto,& ibi Alber.ff.de eden.& l.1.§. ſi Reus, & ibi not.ff.de eo per quem fac.erit. Bar. in l. ſi vnus. §. ante omnia.in 3. not.ff. de pact. Petr.Anchar. conſ.119. pluribus,poſt princ. & Doct. vbique. Quin & ſi deſinat ſua intereſſe, deſinit & actio competere. l. procuratorẽ. §.mandati actio.ff.mand.& l.ſi ſeruus.ff.de condict.fur.

*Nec excipiens quoque.*

& l.ex conuentione,& ibi Alexan.& Philip.Deci. C. de pact.Bar.ſuper hoc tamen diſtinguens in l. qui autem.§. illud.ff.ſi quis caut. Ita nec excipiens quoque audiendus eſt ſine intereſſe.l.ille à quo.§. ſi de teſtamento, quæ eſt 1.& ibi etiam Alexan.in prin.ff. ad Senatuſconſult. Trebel.& l.qui liberis,in fin.ff.de bon.poſſeſ. ſecund.tabul.

*Nec appellans.* *Nec opponens.* *Nec ſtipulans.*

Angel.in l.exitus,verſ.quinimò,& ibi Alxean.col.2.ver. & ſubdit.ff.de acquir.poſſeſ.idem Alexand.& Philip.Deci.in d.l.ex cõuentione,& ipſe Deci.conſ.418.viſa,col.3. verſ.in quarto,& Doct.item vbique. Et id quidem propemodum generale eſt, vt nemo audiatur ſine intereſſe. Nam de appellante probatur in l.1.ff.de appella.non recip.& in c.cùm inter R.extrà de elect. Et de opponente, in c.veniens.el 2.verſ.cùm igitur de teſtib. & voluerunt Innoc.&Ioan.And.in c.ſuper his. in verbo, excludatur. de accuſa.Pet.Anchar.conſ.297.efficacibus, col.4. verſ. eſt ergo videndum,& Paul. Caſt.in l.2.col.1.uerſ.alij uerò caſus.C.de edict. Diui Adr.tol. Et de ſtipulante in l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obl.Et ita quidem, vt ſi primùm tempore ſcilicet ſtipulationis intereſſet, poſtea autem deſierit intereſſe,nõ committatur ſtipulatio, nec agi poſſit.l.pater dotem,quæ eſt vlt. in prin. ff. rem rat. hab.quam dicit no.Rom.conſ.193.negari, verſ.vlt. idẽ. De quo tamen vide pleniſsimè Alber.in l.4.§.Cato. col. 11.nu.35.&ſeq.ff de verb.oblig.

54 *Re nondũ tradita ſi diſſoluãt venditio, an admittatur cõſãguineus*

Tamen vt reuertamur ad caſum noſtrum, ſi contrahentes,re nondm tradita, & antequam cõſanguineus venerit ad retractum, diſcederent à venditione, quod nudo conſenſù poſſunt.l.ab emptione.ff. de pact. & l.1. C.quan.lic.ab empt.diſced. fortè poſtea non audiretur conſanguineus. Et id eſt quod voluit Ioan. Fab. in §.1. Inſtit.de empt.& vend.& Matt. Afflict.in tract.Proto.in verbo,ſcriptum eſt.col.4. verſ. ſeptimò not. in fin. Et in hanc rem eſt conſuetudo expreſſa Turoniæ hoc eodem titu.*de retraictz*,§.3.in fin. & apud Lodunenſes. hoc eo. titu.§.3.Et in hac quæſtione vide omninò quæ dicam infra eod.§.in gl.10. quæ eſt in verbo,*dedans l'an*, in 20. quæſt. vbi tracto,an tempus retrahendi currat à tempore venditionis,an verò traditionis. & iterum §. vltim. in gl.2.in 14.quæſt. & quæ ſcribam infrà titu. procedente. §.1.in verbo,*à tel temps*, quæ eſt gl.2.nu.63. cæterum & hic,& iterum.§.in verbo,*les loy aulx couſtemens*,cùm latiſsimè tracto, vtrùm ex venditione à qua partes diſcedunt,debeantur laudimia. Et vide etiam Car.Mol.hanc eandem noſtram quæſtionem abundantiſsimè tractantem in conſuet.Pariſi.titu.1.§.13.numer. 4. & multis ſequent.

55 *Quæſti. an ex promiſſione vendendi competat retractus.*

Illvd quoque quæri poteſt, ſi quis promiſit alteri vendere certo aliquo precio, an ex huiuſmodi promiſſione competat ius retrahendi. Quod videtur, tum ea quam diximus ratione in præcedẽte q. ꝙ ex hac promiſſione competit actio ad rem immobilem (nam de ea ſemper intelligimus) vendendam: quæ actio immobilis eſſe cenſetur. Et quia etiam is ſatis vendere cenſetur, qui tractat vendere,& ita promittit de vendendo, vt dicit Bal.in c.in cauſis,col.1. extrà de elect.Et qui prohibetur vendere, promittere quoque ſe venditurum prohibetur,vt dicit idem Bald.in l.vltim.per illum tex.C. ad leg.Fal.& Bart.& Saly.in l.ſi ad reſoluendam.C.de prędi.mino.vbi etiam eſt bonus text. & dicemus latiùs tit. procedente,in fi. eiuſdem tit.nu.30. & hæc quidem, & diximus etiam alicubi ſuprà in hac eadem gl.

56

Tv tamen dic contrarium. Nam conſuetudo noſtra,vt hic uides,in uerbis quæ commentamur, per uerbum uendendi loquitur, *ſi aucun a vendu:* aliud autem eſt vendere, aliud promittere de vendendo, ſecundum Iac.But.& Ang.in l.1.per illum tex.C.de pact. pign.vbi ex eo dicunt, quòd ſi ex ſtatuto debetur gabella ob uenditionem,nõ debetur ex promiſſione vendendi. cũ multis alijs ſim.& concord.à me collectis infrà tit.ſeq. in 5. quæſt.ubi de hoc pleniſsimè omnium(ni fallor) tractabo.Quod aũt dictum eſt de actione competente ad uenditionem,illud certum eſt,eum qui id promiſit,nõ poſſe cogi ad ipſam uenditionem faciendam, ſed tantùm ad pecuniam numeratam condemnatur, ſicut euenit in omnib.faciendi obligationib.l.ſi quis ab alio. §.1. ff. de re iud.cum ſi.& dicemus alibi plenius.

57 *Quæſti. quid ſi poſt promiſſionẽ res tradita fuerit*

Sed id velim intelligas, niſi is qui ita promiſit,poſtea rem ipſam ei cui promiſsio facta eſt, tradiderit, & viciſſim ab eo precium acceperit. Nam id facientes videntur uenditionem ipſam perfeciſſe, & in actum uenditionis conſummatæ deduxiſſe,vt à Soc.cùm ea ſpecies ex facto contigiſſet, ſcienter reſponſum eſt,conſi.170. in præſenti conſultatione, lib.2. & ab eodem repetitum in l.ſi antè.ff.ſolut.matr. quod & poſt eum latiſſimè diſſeruimus infrà d.ti.ſeq.in fi.in 8.q.vbi omninò uide.Nam illic eam Soci. ſententiam aduerſus Iaſ. multis rationibus defendimus.

58 *Quæſt. an retractus habeat locum in cõſenſu uenditionis ab alio factæ.*

Sed quid ſi quis non uendit rem ſuam, ſed uenditioni ab alio factæ conſentit,an conſanguinei ipſius conſentientis admittantur ad retractum. Quod non uidetur, quia allud eſt uendere, aliud uendenti conſentire.l. l.aliud eſt uendere.ff.de reg.iur. cum ſi. At tu tamen uide,quæ ſcripſimus in noſtris Legibus connubialibus, in uerbo,*contracter*,in 12.q.& in repe.l.ſi unquàm, in uerbo,donatione largitus.in 22.q.C. de reuo.don. & ex ibi ſcriptis apertè intelliges conſanguineos conſentientes alienationi rei ſuæ, admittendos eſſe ad retractum, ut etiam concludemus infra eo. glo.9. in uerbo, *ou lignagier*,nu.107.ſed ut ad cætera,& ſeq.ibi omninò uide.

59 *Quæſt. An retractus habeat locum in uẽditione ita facta, vt res inẽpta ſit, ſi conſãguineus uelit retrahere.*

Qvid denique, ſi res ita fuerit uendita, ut ſi conſanguineus uelit retrahere,ea ſit inempta: an nihilo minùs poterit conſanguineus retrahere, Matt. Afflict. in tracta. Protomixeos, in uerbo, ſcriptum eſt,colum.5. uerſ.ſed quid ſi res,quærit an tunc habeat locum ius cõgrui,quod competit uicino. Et primùm (inquit) uidetur habere: quia huiuſmodi conditio cenſetur appoſita in præiudicium uicini;& res inter alios acta tertio non præiudicat.& ſubdit facere bonum tex.in l.qui balneum. & l.qui potior.ff.qui pot.in pig.hab.Subiungit autem, contrarium quoque uideri, quia tamen uenditio pendet ex futuro euentu:nam ſi uicinus non petit ius congrui, tũc res eſt uendita: ſi petit, ipſo iure reſoluitur. Poteſt autem venditio fieri ſub conditione,§.pen.Inſti. de emption. & vendi.



vendit. Sed & poteſt fieri uenditio ad arbitrium tertij. l.vlt.C.de contrah. empt. Et tandem dicit ſe hanc partẽ putare veriorem eſſe, per l.ſi hominem. ff. de vſucap.

60

Vervm non eſt ſine ſcrupulo, cùm id pactum uideatur eſſe appoſitum in fraudem conſanguinei, ne ſcilicet,retrahere poſſit. cùm tamen contrahentes facere non poſſint, nec tacitè, nec expreſsè,quin retractus locũ habeat, vt etiam dicit ipſe Matt.in eodem tract.in uerb. licet.enim ſuprà diximus,col.antep.verſ.item quæro de alia quæſtione,ubi & ex hoc dicit, non impediri conſanguineum per pactum reuendendi, etiam in venditione appoſitum,quin admittatur ad retractum, & præferatur venditori,de quo & nos dicemus infrà titu.ſeq.§.1.gl.7. in verbo, *ſeront preferez*, in princ.& ſeq. vbi & alios adducimus id ipſum tenentes, & alios quoque qui contrà tenent,eo caſu uenditorem præferri. Et ego certè putarim, quòd ſi verè & non fraudis conſilio fuerit id pactũ appoſitum, quòd ſcilicet venditor malit rem ad ſe redire, quàm apud alium quemuis, ſi non maneat apud emptorem, fortè amiciſſimum: non erit locus retractui; aliàs locus erit. Fraudis autem conſilium ex eo detegi, quòd cùm conſanguineus peteret retractum, & ita locus eſſet reſolutioni contractus,tamen non fuit à contrahentibus aliter re vera reſolutus, ſed diùtius poſt conditionem manſit res apud emptorem, ut prius erat. argumen.l.ſicut.§.ſuperuacuum, & ibi Bart.ff. quib. mod. pig.uel hypothe.ſol. & dicemus in ſimili infrà eod.§. in gloſ.14. in verbo, *ou equipollent a vente*,num.35. nec hic tamen, & plenius in noſtro tractatu Conſtituti. in 9. limitatione.

61 *Quæſtio retractus.*

Qvòd ſi exiſtente conditione reſolutionis, eam uerè contrahentes faciunt: tunc fortè non erit locus retractui: ſed uenditor rem ipſam ex hac reſolutione recuperans, præferetur conſanguineo nolenti retrahere: uti etiam in caſu pacti reuendendi præfertur,ſecundum opinionem, quam noſtra conſuetudo & uniuerſa Gallia ſequitur,ut plenè dicemus in d.uerbo,*ſeront preferez*. Nihilque propemodum differre uidetur hoc pactum, de quo tractamus, à pacto reuendendi, quantum ad id, de quo quærimus, pertinet: niſi quòd in hoc reuendendi pacto, tacitè & ex natura ipſius, uenditor præfertur conſanguineo: in alio autem,quodam modo expreſsè. Et huc pertinet quæſtio tractata ab Alberi. in l.is qui. §. ſi ab ignoto.ff.de manu.de eo qui ita donauit filio emancipato,ut ſi poſtea contingat filium ſcelus quodpiam perpetrare, ex quo bona eius publicentur, donatio pro non facta habeatur.

62

Nec omiſerim tamen eundem Matth. Afflict.continuò poſt quæſtionem præcedentem, & hanc ſubiunxiſſe, Si cùm ex ſtatuto uenditor non ſoluens gabellam non poſſit petere precium, & uenditor eam non ſoluiſſet, peteretque emptor rem ſibi tradi ex emptione,& cõſanguineus ex iure congrui; quid hic ſtatuendum eſt?& dicit, quòd uenditor tenetur ad tradendam emptori, nec tamen tenetur emptor ad precium, ut uoluit Bald. in l.mortis, quæ eſt ult.uerſic. item inducitur.C. de peri.& com. rei uend. Et conſequenter (inquit Afflict.) habet locum ius congrui. Subditque, quòd ſi res nondum fuerat tradita emptori, debet ſolui precium venditori. Si tradita fuerit, reddi debet emptori: qui & ipſe debet reſtituere uenditori. Neque id precium eſt illud conuentum, quod ex ſtatuto uenditor petere non poteſt, ſed aliud quod datur ob ius congrui, ad quod trahi non poteſt ſtatutum, quod ſtricti iuris eſt. Et quod occaſione rei meæ ad te peruenit, meum eſt. l. hæc conditio.ff.de conditio. & demonſtrat. & leg. nam hoc natura, & l. indebiti.ff. de condic. indeb. Hæc Afflict. qui dicit hanc opinionem inniti maxima æquitate. Cui tu adde, quæ in eodem illo caſu ſcribit Barto. in

63 leg.bona fides.ff.de act. empt. & Salyc.in d.l.mortis, & Firmia.in tract.gabel.9.parte princip. eademque ultim. quæſtio.19.

## *Avcvn biens*, BONA quæpiam, Gloſ. III.

1 *Emphyteuſis an veniat appellatione bonorum.*

APPELLATIONE bonorum venit emphyteuſis,ex ſententia Spec.tit. de locat.§. nunc aliqua.verſ.156.& Io.And.in addi.illius,in eo ipſo §.ver.109.& aliorum, quos ibi congeſſimus in repe.l.ſi vnquam.in verbo,bona.num.10.Quibus adde Iac Bel. in §.emphyteuſim.in Auth.de non alie.reb.eccl.& Pet.Anch. in l.quod dicitur.col.6.verſ.circa ſecundum.& ibi Iaſ.col 8.nu.31. ff.de verb.oblig & eundem Iaſ.conſ.152.ſuper feudo,colum.3.verſi.tertio principaliter,lib.2.ubi id dicit ſingu. & Philip.Dec.conſ.389.viſa longa ſerie, in fin.& Carol. Ruin.conſi.25.dubitabilis,col.3.nu.5.lib.1.

2 *Quæſt. Retractus an habeat locum in uẽditione rei emphyteuticæ.*

Ex quo potes intelligere & emphyteuſim contineri in hac conſuetudine, vt ſcilicet ſi res emphyteutica vendatur,in ea locum habeat retractus. Id quod etiam non obſcurè uoluerunt Gul.Cu.Rayn.Forl. Alberic.Bald.& Angel.in l.Imperator.ff.de pactis.dum dicunt per illum text.dominum prẹferri conſanguineo in retractu rei emphyteuticæ,cum multis alijs concord. quos videbis inf. eod titu.§.21.in princ.Sed & illud apertè, ut ſcilicet retractus in ea re locum habeat, voluit Alex.conſi.27. uiſo themate,col.2. verſic.quantum autem ad ſecundum, libro 6.vbi etiam plus dicit,id ſcilicet ſtatutum habere locum in rebus emphyteuticis & libellarijs, quas quis tenet à principe.& Sebaſt.Neapodanus in prima conſuetudine de iure cõgrui,in uerb.alicuius, & Matthæ.Afflict. in tracta.Proto.col. totius operis 11.verſ.item quæro an ius,ubi & id dicit obſeruari.& non obſcurè Cæp. conſi. cauſarum ciuilium 44.in quæſtione, col.2. & ſeq. conſi.

3 *An, & in emphyteuſi eccleſiaſtica.*

Et ita quidem id procedit,ut etiam admittatur cõſanguineus ad retractum rei emphyteuticæ eccleſiaſticæ,ut poteſt uideri clãculum uoluiſſe Bald.conſ.300.ſtatuto cauetur,ꝙ liceat debitori.lib.1. quem ad eam ſententiam citat,ſequitur, & extollit Iaſ. conſ.224. principale dubium,col.vlti.verſic.octauò iſtud ſtatutũ, lib.2.& expreſsè etiam voluit,nulla utriuſq; mentione facta.Matt. Afflict.in tract.Proto.col.11.uerſ.itẽ quæro an ius. Sed id tamen Bald.ipſe ubi ſupra intelligit,niſi dominus directus rem ipſam emphyteuticam emerit,neque.n.tunc ius eſſe conſanguineo redimendi,moueturq; ſubtili (vt ipſemet dicit)ratione,quam ego in alio non abſimili caſu adſcribam,infra in uerbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,quæ eſt gl.7.nu.60.incipit. ego uerò ut tandẽ. de quo tamen vide,quæ & ipſe dicam infra, eod.§.infra, in uerbo,*ou equipollent a uente*,quæ eſt gl.14.nu.110.ſed & illud quærendum,& tribus ſeq. An autem & illud uerum ſit,quod diximus de emphyteuſi eccleſiaſtica,dicemus latè inf.eo.§.in uerbo,*l'achepteur*, quæ eſt gloſ.13. nu.3.ꝙ ſi hoc ſtatutum,& plenius num.8.ſed unum non omiſerim,& ſeq.ubi omninò videre poteris.

4 *Quæſt. An retractus habeat locum in feudis.* *Feuda non comprehendi in generalibus diſpoſitionibus.* *Ideo nec ĩ generali alienatione.*

Sed maius dubium eſt, an feudum comprehendatur in huiuſmodi ſtatuto: cum alias in generalibus feuda non contineantur,ut uidere licet in c generali, & ibi Doct.tit.ſi de feud. contro. ſit inter do. & agna.vaſ. & in c.1.ad fi.& ibi gl.& Card.Ale.col.2.in 1.not.ti.de capitanei qui cur.uend.ubi in generali alienatione non continetur feudum,niſi nominatim dictum ſit. De quo etiam p Mart.Laud.& Cardi.Alex.in c.1.utrunque in fin.titu.de inue.de re ali.fac.& latè per Alex.conſ.16.uiſo dicto themate,col.2.ver.quo autem ad bona,lib.2.& conſil.168. requiſitus,col.2.uerſ.fortificantur prædicta. lib.2. quod repetitur conſ.20.lib.5.& Lud.Gozad.conſi.26.in cauſa illuſtriſſimorum,col.9.nu.51.& Docto. ubique. Vnde nec in generali donatione bonorum comprehenditur.

Guid.

*Nec in generali donatione. Nec in generali hypotheca. Nec in reſcriptis.*

Guid.Pap.conſ.214 circa materiam,col.4.verſ.ſed in caſu,& iterum col.6.verſ.ſed reſtat aliud.& conſ.ſeq.vertitur quæ.col.1.& conſ.218.indubitanter,col.pen.verſ.ad octauum.Nec in generali hypotheca.Guid.Pap. in oib. propè locis ſupra citatis. Nec in reſcriptis ſimpliciter impetratis veniūt bona feudalia, niſi de eis ſpecialis mētio facta ſit,ut not.voluit Bald.in c.cum ordinem,col.2. verſ.iſtud cap.eſt arg.& ibi etiam Philip. Dec.col.1.extra de reſcrip.per text.ibi.Sed id melius probat tex. in c. ex parte B.extra de foro compet.Idque dicit ſing. Iaſ.d. conſi.224.in princip.& iterum conſ.70.ſuper vtraque, col.pen.verſ.confirmo & ſecundo,li.3.& multum extollit conſ.252.vera& iuridica,col.1.lib.4.

5 SIMILITER ſtatutum de dote lucranda non habet locum in re feudali.c.1.§.quamuis.& ibi Bal. Mart. Laud.qui ita dicit ſe publicè diſputaſſe,& Car.Alex.tit. de inueſt.de re alie.fac.& idem Bald.in cap.1.& ibi Aluar.Mart.Laud.& Car.Alex.tit.an marit.ſuc.vxo. in beneſi.& in cap.1.in prin.col.3.verſ.quęro an conſuetudo, & ibi Card.Alex.col.6.verſ.eiuſdē initij,titu.de prohib. feud.alie.per Fed.& ipſe Bal.in Auth.res quæ,colum.2. verſi.quæro ſi ex forma ſtatuti.C.com.de lega.Iac.Alua. in d.cap.1.§.callidis,titu.de prohi.feu.ali.per Fed. & in cap.1.in princ.& ibi quoque Mart. Laud.titu. de inueſt. quam Tit.accep.à Sem.& Franc.Aret in l.2.col.1. verſ. debes etiam ſcire,& ibi quoque Franc. Rip.col.4. num. 19.ff.ſol.matr.& Iaſ.in l.1.col.6.verſi.nota etiā ꝙ iſtud. C.de ſum.tri.vbi dicit ſingu.ad hoc tex.in d.§.quamuis. Albe.Brun in tractatu ſtatutorum fœminas repellentiū, in 23.quæſt.8.arti. Nec item diſpoſitio d.l.1. nec Auth. præterea.C.unde uir & uxor,habent locum in feudis,vt de primo eſt tex.in d.cap.1.tit.an marit. ſuc. uxo. & ibi Docto. & Alexand.in ea ipſa l.1. colum. ultim. verſic. ſucceſſiuè,& ibi quoque Iaſ.colum.2. in 6.fal. Phi. Dec. qui id optimè declarat,colum.3.verſic.ſexto & vltimo, & Stepha. Bertran.conſil.59. voluiſſem, in 13.eodemque vltimo dubio,li.2.& Benedict.in rep.c.Raynutius, in verbo,& uxorem nomine Adelaſiam,num.801. verſic.quartò fallit.extra de teſta.De ſecundo eſt etiam tex. in d.ca.1.§.quamuis.tit.de inueſt.de re alie.fac.& uoluit Rom.qui id dicit ſe conſuluiſſe contra multos, in d.Authen.præterea,& ibi quoque Alexan.in fin.& Iaſ.colum. 3.uerſic.limita tamen.& Franc.Pep.in rep.in fi. & Mart. Laud.& Card.Alex. in c 1.§. donare, vterque in fin. tit. qual.olim feud.ali.pot. Nec d.Authen. res quæ, C.com. de legat.habet locum in bonis feudalibus.d §.donare,& ibi Bald.& alij,cum alijs multis cōcord. adductis à Iaſ. in d.Authen.colum.8.verſic.an autem res prohibita, & iterum colum.11.verſicu. ſexto limita, & conſil.89.aggredior, colum.4. verſiculo ſecundo quia dicta, lib.1. Cui adde Guid.Pap.d.conſil.214.col.5.& d. conſi.218. ubi ſupra.

*Ste in ſtatuto de dote lucranda.*

*Nec in diſpoſitione l. 1. & Auth. præterea. C. unde vir & uxor. Nec ī Authenti. res quæ. C. cō. de lega.*

6 NEC venit feudum in generali bonorum obligatione.Spe.titu.de pigno.in prin.verſi.ult. Bal. in d.cap.1.in prin.col.1. verſi. ſed nunquid ſi contrahat, & ibi etiam Mar.Laud.col.2.verſ.nota ſecundum,& Cardi. Alexan. colum.2.in verſiculo eiuſdem initij, titulo de prohib. feud.ali.per Fed.Paul.Caſtr.in l.tutor. §. vltim. ff. de pigno.act.Rom.in l.ſi conſtante, in prin. ff ſol.matri.ubi reprehendit Bart.qui aliud cenſuiſſe uidetur,ibi,in 3.q. 1.partis.Alex.conſ.16.viſo dicto themate,col. ult. verſi. quinimò dicit,lib.1.& conſi.168.requiſitus,col.2. verſ. fortificantur prædicta,lib.2.quod repetitur iterum conſil.20.lib.5.& idem Alex.conſ.2.ex narratis,in prin.libro 4.& conſi.124.ſuper primo,colum.3.eod. libr.4.& conſil.41.viſo themate & his,colum.1.libr.6. quod repetitur conſ.95.eod.lib.6.Iaſ.conſi.6.exhibentur, col.8. uerſ.nec obſtat ſi diceretur,& colum. ultim. uerſic. non obſt.tertium,lib.3.& Matt.Afflict.in conſtit.conſtitutionem,col.pen.

*Ne in generali obligatione bonorum.*

7 NEC in generali facultate legitimandi cenſetur data poteſtas legitimandi ad feuda, niſi id nuncupatim exprimatur,vt latè reſpondit Sign.conſi.218. quidam dominus Ioannellus, ferè per totum, & Alexan. conſi. 60. viſa legitimatione,col.1.lib.2.Cardin.Alexan. in c. per venerabilem.§.ꝙ autem char.2. verſi. quæro ſextò principaliter,qui fil. ſint legit.Socin.conſi.3.in cauſa domini Guid.col.3.verſi.ſecundo quòd dicta,li.3.niſi(inquit) ex verbis colligi poſſit de volūtate principis. Guid. Pap. ſingu.857.in generali.Iaſ.d.conſi.70.col.4. verſi.hoc autem non obſt.lib.3.Philip.Deci.in l.1.col.2.verſi.ad prædict.ff.ſi cert.pet.{in lect.Piſa.} & conſi.76. licet in caſu,col.1.& iterum vlt.& con.389.viſa longa ſerie,col.2. verſi.eodem modo videtur.& Franc.Ripa. in l.1. col. 8. num.53.ff. de vulgar. & pupil. Tametſi id non placeat Lan.Gali.in l.2.col.3.verſi.ex hac concluſione.ff. de verbo.oblig Sed is ſolus eſt,licet alleget Soc.d.conſi.3.li.3. vbi tenet priorem partem, ut iam diximus. Nec etiam ſimpliciter legitimati, ut ſuccedant,intelliguntur legitimati ad feuda,niſi id nominatim ſit expreſſum. capit.naturales,iuncta gl.quam omnes ibi & ubique ſequuntur, titu.ſi de feud. fue. contro. inter do. & agna.vaſ. & Hoſtienſ.Ioan.Calde.Anton.& Cardin.Flo.in c.lator.extrà qui fil. ſint legit.Petr.Ferrar.titu.for.li.quo agitur ad reuoc.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus, col.2. uerſic. inde quæritur.Steph.Bertr.conſ.112.viſis quibuſdam,nu.25. lib.2.& Gali.in d.l.2.col.3.verſ.limita modò, de verbo. oblig.cum alijs multis concord.ab Antonio Rubeo congeſtis.conſi.33.circa dubium.

*Nec in generali facultate legitimandi.*

*Nec in ſimplici legitimatione.*

8 NEC in generali renunciatione veniunt bona feudalia,vt tradit Bal. in Authen.in ſucceſſione,ante fin. C. de ſuis & legi.& in c.1.col.3.verſ.ſed quid ſi filius viuo patre,& ibi Iacob.Aluar.col.pen. verſic.item addit.titu.an agna. vel filius. & ibi Bald. qui & idem quoque dicit de emphyteuticis,conſi.438.quædam puella, col.vlt. lib.1. Et illud de bonis feudalibus ſequitur Mart.Laud.in d.c. in generali,titu.ſi de feud fuer.contro.Franc.Aret.qui id dicit not.in l.qui ſuperſtitis,col.5.verſic. & utrum in renunciatione.ff.de acqui.hæred.& Socin.conſi. 74. ſuper controuerſia,col.2.verſ.quarta concluſio,lib.3.Cardin. Alex.in c.1.ad fin.tit.de eo qui ſi.fecit ag. & Caro. Rui. conſi.24.ſuper his,col.1.nu.4.lib.1.Phil.Deci. in d.l.1. ff.ſi cert.pet.& d.conſ.389.vbi ſuprà,& Iaſ.in l.Gallus.§. quidam rectè,col.pen. in priori lect.ff.de lib. & poſthu. vbi id dicit ſing.& conſi.96.dominus Bonioannes, in fi. lib.1.& coſi.207.in præſenti,in princ.lib.2. quibus locis dicit de hoc eſſe bonum text.in d.c.1.tit. de eo qui ſi. fe. ag.& conſi.7.pro reuerendiſſimo,col.5.verſ.ſecundò facit,lib.3.& iterum d.conſi.152.col.2.uerſi.item per generalem,lib.4.& Catel.Cotta.in memor.incip.feudum debet,& Matthæ.Afflict.in d.conſtitutione, conſtitutionē diuæ memoriæ,vbi ſuprà. Nec in generali mandato, ut tradit idem Matth.in conſti.Siciliæ,incip. ſi quando fortè.col.2.in 2.not.Nec in generali fideicommiſſo.Barto. poſt Dyn.in l.ſi patroni,in prin.ff. ad S.C. Trebel. Mart. Laud.in c.1.in fin.tit.de leg.Corra.

*Nec in renūciatione generali.*

*Nec in generali mādato.*

*Nec in generali fideicommiſſo.*

9 ET id quidem generale eſſe in omni diſpoſitione generali, vt ſcilicet in ea non comprehendantur bona ſiue iura feudalia, niſi de illis mentio ſpecialis & expreſſa facta ſit:cùm eorum natura ab alijs bonis ſit ſeparata,non obſcurè ſentit Signo.d.conſi. 218. & apertius Bald. poſt Iaco.Ard.conſi.207.quæſtio eſt,ſpurius, col.1.in fi. li.2. & Card.Alex.in c.1.ad fi.tit.de inueſt.de re alie. facta, & id d.c.generali.& Phili.Deci.conſi.139. cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando fęmina,in fi. Vt tamen intelligas aliud eſſe in diſpoſitione uniuerſali, ex ſentētia eiuſdem Dec.d.conſi.389.col.vlt.verſ.non obſt.ꝙ tacita,per multa,quæ illic allegat.

10 IGITVR vt ad caſum noſtrum longo veluti poſtliminio redamus, cùm noſtra conſuetudo loquatur generaliter

raliter



raliter de bonis, nulla alia feudorum mentione facta, non videntur ea comprehendi: præſertim cùm etiam appellatione bonorum ſimpliciter feuda non contineantur, ſi verum dicit Iaſ.in d.§.quidam rectè, vbi ſupra & iterum in poſteriore lect.eiuſdem §.col.vlt. per d.text.in d.c.in generali,& Matt.Affl.dec.Neapo.14.Ioannellus, col.vl.& in conſt.Siciliæ,incip.apoſtantes,col.2.in 4.no. & in d.conſt.ſi quando fortè,col.2.in 2.not.& in conſti. ſi quis in poſterum,col.8.in 5.not.& in conſti.Comes & Baro,col.pen.& in conſt.cùm iuſtitiæ.col.2. in 5.not. & in conſt.hac edictali,col.pen.& Lud.Gozad. conſ.26. vbi ſupra & Paul.Pariſi.conſ.12.viſo themate,col.8.nume.62.lib.1.

11 VERVM Ioan.Fab.in §.1.poſt prin.Inſt.de empt.& ven.apertè ſentit,ſtatutum admittens conſanguineos ad retractum,habere locum in feudis.Atque etiam Cæpol. cauſ.ciuil.conſ.43.in quæſtione, col.2.verſic. item illud ſtatutum,cum in caſu,in quo illic cōſulit,aſſerit non locum eſſe retractui:propterea ꝙ venditio facta fuerat domino inconſulto,ideoque nullius erat momenti: ſecundum ea,quæ diximus in glo.præcedenti, num.5.ſed hìc ſcire uelim.Sed & in eadem eſt ſententia idem Cæpolla eiuſdem operis conſ.47.in cauſa vertente inter dominū Iacobum,vt ſcilicet ſi ea venditio valeat,admittatur cōſanguineus.Idem quoque ex facto conſultus reſpondit, multiſque rationibus confirmauit Iaſ.conſ.224. videretur prima conſideratione, per totum lib.2. vbi loquitur de ſimili ſtatuto præferente vicinos, quod & expreſſim uoluit,licet ipſe Cæp.non alleget Bald.in tract.proto.col.5.verſ.ſed utrum ius protomixeos,& Matth. Afflict.in eodem tract.colum.11. verſiculo item quæro an iſtud ius proto.per text.in cap.1.§.ſed etiam res, titu.per quos fia.inueſt.vt diximus ſuprà in Rub num.13. ſed vt redeamus.

12 ET hoc quidem minimè dubium eſt, præſertim apud nos, quibus feuda ſunt inſtar bonorum hæreditariorum, & veluti patrimonialia, maximè quantum ad eorum alienationem pertinet, vt tradit Io. Fab. morum atque conſuetudinum Gallicarum præ cæteris ſcriptoribus peritiſſimus,multis quidem in locis: ex quibus vnū tantùm ſubijciam huic loco accommodatiſſimum, videlicet in §.ult.Inſt.de aſſig.li. vbi ex hoc quoque dicit, quòd in hoc regno feuda comprehenduntur in generali bonorum alienatione. Cætera autem illius & aliorum multorum in id ipſum loca, videbis à me copioſè congeſta ſupra tit.noſtrarum conſuetudinum 2.§.1. qui eſt omnium huius voluminis 14.in glo.2.nume. quoque 2. qui locus eſt eius rei proprius & peculiaris. Et ſi nihil aliud eſſet,quàm quòd apud nos liberè alienari poſſunt, tamen ex hoc ſolo in omnibus debent cenſeri patrimonialia,vt in ſimili uoluit Pet.Anch.conſ.125. viſis & diligenter ruminatis,col.pen.ver.ex iſtis infero & planius Phil.Dec.conſ.586.in cauſa quæ Mantuæ agitatur, col. 2.verſ. & attenta dicta conſuetudine. Nec tantùm apud nos hodie feuda ſunt hæreditaria,ſed & apud alios quoque,vt teſtis eſt Sebaſt. Neapodanus in conſuet. Neapo. incip.& ſi teſtator in uerbo, diſpoſuit. & Matthæ. Affl. dec.Neap.140.tene menti.

13 AN autem verum ſit, quod ſuprà ex Iaſo. & Afflict.diximus, bonorum appellatione feuda non contineri, ne illud diſſimulanter prætereamus, cognoſces ex ijs quæ ſcripſimus in leg.ſi vnquam. in verbo, bona, numero 10.ſed utrum ueniat. Quibus tamen tu præterea adde Iaſo. ipſum, ſibi contrarium, in prœm. feud.col.13.ver.quintò limita tamē. ſing.& d.conſ.152. ſuper feudo,col.3.verſ.3.principaliter.lib.2.vbi id dicit ſing.& in l.quod dicitur.col.8.num.31.ff.de verbo.obligat.& Philip.Deci.d.cōſi.389.in fin.& Carol.Ruin.cōſ. 25.dubitabilis.col.2.nu.5.li.1.& quod ſcribit gl in ca.1. verſ.noui. in uerbo, ſuorum bonorum. in prin.tit. per quos fiat inueſti.feudum eſſe in bonis uaſalli.arg.l.bonorum.ff.de uerb.ſig.& eam gl.ſequuntur Bal.Mar. Laud. & Card.Alex.ibi, & ipſe Iaſ. conſ. 57.uiſis literis.col.3. uerſ.ſextò facit.lib.3.& Philip.Deci.in l.quod euincitur ff.de regul.iur.& idem uoluit idem Bald.cōſil.352.materia feudorum. colum.2.lib.1.

## FONS, FVNDOS, GLO. IIII.

1 FVNDVS quid ſit, & quid ab agro, prædio, loco,poſſeſſione,diſtet, reperies in l. locus eſt, & l.quæſtio. & l.fundi.ff. de uerb.ſignif. In quibus Laurentius Valla perſpicaciſſimi uir ingenij,ſed arrogantiſſimi, in 6.lib.elegantiarum.c. 41.ſibi uiſus eſt non unam obſeruaſſe antinomiam. prætereaque contendit malè poſſeſſionem fuiſſe definitam, & intellectam à noſtro Iuriſconſulto,in d.l.quęſtio.Sed eius intempeſtiuam impudentemq; audaciam alacriter retundit Alcia. noſter,tum in d.l. quæſtio.tum in lib.de quinque pedum præſciptione, & in reſponſione doctæ diſputationis Petri Caſtellani, quæ eum librum continētur ſequitur.At rurſus Vallam defendit Franciſcus Floridus Sabinus in li. de Iur. Ciuil. interpretibus, in quo quidem, nō in hoc tantùm loco,ſed & in alijs multis ab Alcia.uelut ex profeſſo diſſentit. Et de his quoque nonnihil Ioā.Maria. Cateneus in doctis illis commentarijs epiſtolarum Plinij ſecundi lib.5.in ea epiſtola,cuius initium eſt, Video.Cæterùm Feſtus Pompeius,Fundus(ait dicitur ager, qui planus ſit ad ſimilitudinem fundi uaſorum.Fundus quoque dicitur populus eſſe rei,quam alienat,hoc eſt,autor.De quo & aliqd uidere licet apud Ciceronem in oratione pro Cornelio Balbo. Seruius autē fundamentum.Nam & Platus in Trinumo fundum uſurpauit pro fundamento cuiuslibet rei.

*Ager. Prædium. Locus. Fundus. Poſſeſſio.*

## SERVITVDES, SERVITVTES, Gloſ. V.

1 SERVITVTES per ſe cōſideratas neq; mobiles eſſe,neque immobiles,ſed tertia quādam ſpeciem cōſtituere,tradit Panor.in ca. nulli.col.3.verſ.quid autem in ſeruitutibus. extrà de reb.eccle nō ali.exemplo eius,quod dicitur de actionib.vt pleniſſimè tractabimus infrà,eo.§.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, num.1.& multis ſeq.Et hanc Pano. ſententiā ſequitur Alex.in addi. Bart. in l.mouentium. ff.de verb. ſig.& conſ.52.viſo themate & ſtatutis, col. vlt.verſ.tertiò moueor, libro primo, vbi ex hoc dicit, quòd ſtatutum prohibēs alienationem rei immobilis irrequiſito conſorte, nō habet locum in alienatione ſeruitutis. & Iaſon loquens in ſtatuto huic noſtro ſimili, ſcilicet quòd proximus poſſit retrahere rem immobilem oblato precio, vt item non habeat locum in his ſeruitutib.cōſi.194.ſuperuacuò,circa mediū, lib. ſecundo. Nam illud generale eſt, vt quæ ſunt incorporalia, ea nec mobilia nec immobilia propirè dicantur ſm Bal.in c.1.§.ſcicdū.ver.extra quærit,ti.de feud.cog.& Lapus alleg.91. in primis videndum eſt, ad fin.Alexan.d. conſil.52.colum.vlt.verſic.& quòd ea quæ non ſunt.

*Seruitutes ſintne mobiles an immobiles. Retractus an habeat locū in uēditione ſeruitutum. Incorporalia nec mobilia eſſe, nec immobilia.*

2 ET hæc quidē vera ſunt,ſed vbi neceſſe eſt, vt reponant inter alterutra,id eſt,mobilia aut immobilia, certè ea immobilibus annumerantur, vt dicit Panor.in d.c. nulli.& Alex.in d.l.mouentiū. Nam & Anton.& Imol. in d.c.nulli. ſimpliciter hæc veluti immobilia. exiſtimant, quia adhęrent immobilibus, negantq; alienari poſſe à Prælato eccleſiæ,ſicuti nec alia immobilia.quod & ſatis declarat tex. in c. 2.eod, titu.lib. 6. quo prohiben-

*Incorporalia an alienari poſſint à prælato.*

hiben-

hibentur Prelati alienare bona immobilia eccleſiarum, ſiue iura ipſarum. Quo in loco glo. not. iura ſiue incorporalia poni inter immobilia, idemq; ius ſtatui in vtriſque, vt ibi patet, atque etiam in l. vlt. C. de long. tempo. præſcrip. vbi incorporalia vſucapiuntur, vt immobilia. Sed & quòd ſeruitutes inter immobilia computantur, tenet Alex. conſi. 211. ponderatis verbis ſtatuti. col. 2. verſ. præterea negari non poteſt, lib. 6. Nam hæ (inquit) adhærent rebus immobilibus: ideò & immobilia eſſe cenſentur. l. ſi aliena. §. hoc iure. ff. de vſuca. atque etiam Philip. Franc. qui eandem addit rationem, in d. ca. 2. de rebus eccleſ. non alie. lib. 6. Et eſt glo. apertiſſima in l. vnica. in verbo, intelliguntur. C. de vſucap. transfor. & facit text. in l. ſed ſi pecunia, quæ eſt 3. §. ſimili modo. ff. de rebus eorum. ubi ſeruitus in fundo minoris imponi non poteſt: nec quæ ei debetur, remitti ſine decreto, tanquàm ſcilicet ea ſit immobilis. Et facit etiam d. l. vnic. ibi, vel ſeruitutem, iunctis illis verbis præcedentibus, ſiue mobiles ſint, ſiue ſoli.

3 *Ius paſcendi pecoris cenſeri immobile.* Ex quibus etiam facilè intelliges, & hæc procedere in iure ſiue ſeruitute paſcendi pecoris in fundo alieno, ea etiam, quam diximus, ratione: nam & id ius cohæret ipſi fundo, proindeq; reale eſt. l. pecoris ff. de ſer. ruſtic. præd. & §. inter ruſticorum. Inſtit. eod. tit. de ſeru. ruſtic. præd. & not. ad aliud propoſitum Phil. Dec. conſil. 483. pro reſolutione, col. 3. verſ. non obſtat dictum. Quicquid autem ſolo cohæret, id immobile eſſe cenſetur, ex ſententia Alex. & Philip. Franc. vbi ſup. & ſæpius dicemus in glo. ſeq.

4 *Seruitia inter immobilia reponi.* Sed & ſeruitia quæ vocamus, quæ ſcilicet quotannis, aut certis alijs temporibus, ab aliquibus, nobis præſtari debent, inter immobilia quoque reponit Specul. titul. de reſtit. ſpol. colum. pen. ibi, ſed adhuc contra prędictos, & ibi etiam Bald. in addi. illius, atque iterum idē ipſe Bald. in cap. ult. tit. de feud. cogni. Ideoque & in ijs locum habet hic noſter retractus. *Retractus i ſeruitijs.* Quod intellige de ſeruitijs quæ debentur ratione rei immobilis, quæ nos vulgò in Pictauia (*biens*) vocamus: de quibus ſæpiſſimè in noſtris conſuetudinibus fit mentio. Nam cùm hæc ſolo cohæreant, immobilia quoque vt diximus, cenſeri debent.

## RENTES, ANNVI REDITVS. Gloſſ. VI.

1 *Reditus unde dicti.* REDITVS hos annuos vulgò vocamus, verbo quidem Latino, quod ex eo dictum eſt, quòd ſingulis annis reditus ipſe redeat, & vt non obſcurè oſtendit Valerius Martialis li. 5. [Epig. 36] de Euclide, hoc carmine:

*Cùm ſibi redire de patruelibus fundis*
*Ducenta, clamat coccinatus Euclides, &c.*

Quo etiam verbo vſus eſt Ouid. 2. de Ponto:

*At reditus iam quiſque ſuos amat.*

Et lib. Amorum 1.

*Turpe tori reditu cenſus augere paternos.*

Ex quib. locis intelligis ſcribendum eſſe reditus cum ſimplici d. Nam aliàs verſus non ſtaret: quanquàm alij & maxima quidem ex parte redditus ſcribunt, creduntque à reddendo dictos, vt quos reddat fundus, & hanc etymologiam huic verbo aſſignat è noſtris Corne. conſil. 289. videtur in hac, colum. 2. verſi. & licet in ſtricta, lib. 1. Miror autem veniſſe in mentem Barto. in l. filio. ff. de libe. & poſthu. reditum dici, quaſi retrò datum. Sed utrumcunque ſit, hoc verbo vtitur Plinius Senior libro 17. cap. 8. & Iunior lib. 9. Epiſtolarum ad Paulinum. & Aulus Gellius, lib. 15. ca. 1. & noſtri Iuriſconſulti ubique, vt in l. æquiſſimum. §. 1. ff. de uſufruct. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de leg. 1. & in l. codicillis. §. 1. ff. de leg. 2. & in l. nomen. §. vni & rurſum in l. prædijs. §. Titio. iterumque l. cùm quis, in princ. ff. de leg. 3. & in l. ſi reditus. ff. de fund. inſtr. & in l. pen. ff. de vſu & vſufru. leg. & in l. liberto. §. vlt. ff. de annu. leg. & in l. alumnæ. in princ. ff. de adi. leg. & in l. deducta. §. hæreditatē. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. & in l. nam ſi non ſit. §. 1. ff. de dam. infect. & in l. Titia. ff. de ſolut & alibi ſepè. Ex quibus etiam locis intelliges, hāc redituum appellationem latiùs patere, quàm vt has rentas, quas vocamus, id eſt, penſitationes generales aut ſpeciales ſignificet, vt etiam uidere licet ex glo. in cap. generali. in verbo, reditus, de elect. lib. 6. & in Clem. 1. in uerbo, fructuum, & ibi Car. Flo. in 4. not. de reb. eccle. non ali. & Inno. in ca. Paſtoralis. in verbo, reditus, & ibi quoque ali. extrà, de donatio. Albe. in l. Paulus. §. 1. & iterum in l. in pecudum. ff. de uſuris. & in l. frugem. ff. de verbo. ſign. & Ange. in l. litib. colum. vltim. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & conſilio 312. prout patet, colum. 3. & Paul. Caſtren. conſil. 353. commodum. columna prima, libro item 1. & conſil. 374. ſuper iſtis duobus, in princip. libr. 2. Cardin. Florent. in Clemen. 1. columna 1. in 9. not. de exceſ. Præl. Rapha. Cu. conſilio 162. uiſa copia, colum. 1. & Socin, conſilio 37. in cauſa Antonij, colum. 4. verſic. decimò confirmatur. lib. 4.

2 *Vectigalia quæ dicantur. Agri vectigales.* Nec interim tamen prætermittam, has rentas vectigalia latinè appellari, quo verbo in eo ſenſu vſus eſt Paulus in l. arbores. §. vlt. ff. de uſufru. Et hinc prædium, & ager, ſiue fundus uectigalis, qui ſcilicet his obnoxius eſt ff. ſi ager uectigalis. & in l. item prædia. ff. famil. erciſ. & in l. communi, in prin. & iterum. §. 1. ff. commu. diuid. & in l. 1. in prin. ff. quib. mod. uſu. amit. & in l. ſciendum, §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. ubi declaratur quis ager uectigalis dicatur. & in l. ei qui. ff. de ſerui. & in l. q. ſcit. §. ſic & eius. ff. de uſur. & l. lex uectigali. ff. de pig. & alibi ſæpè. Et apud Suetonium in Cæſare: Agrum Campanum ad ſubſidia Reipublicæ uectigalem relictū diuiſit extra ſorte. Scribit autem Iulius Front. in libro de limitibus agrorum, ſolitos ueteres, quos agros de hoſtibus capiebant, alios ueteranis in præmia aſſignare, in alios colonias deducere, quoſdam mancipibus in longum tempus locare ut annuam aliquam mercedem principi darent, & hos uectigales dici.

3 *Retractus an habeat locū in vēditione redituum generalium. Reditus annui ſintne mobiles, an immobiles.* Sed, ut ad noſtram conſuetudinem ueniamus, Ioā. Fab. in §. ult. colum. ult. uerſic. ſed ego moueo Inſtit. de duob. reis, dicit ex conſuetudine multorum locorum Franciæ retractum habere locum in uenditione huiuſmodi redituum generalium. Et huius etiam rei conſuetudo eſt expreſſa Niuernenſium hoc eodem titu. §. 18. Illud autē, quantum ad Ius commune pertinet, certū eſt, eos ex propriā ſuaque ipſorum natura nec mobiles eſſe, nec immobiles, ſed tertiam quādam ſpeciem conſtituere, ut tradit Panor. in c. nulli. colum. 3. uer. quid autem de reb. eccleſ. non alie quem ſequitur Alex. in addit. Bart. in l. mouētiū ff. de uerbor. ſignifi. & Maria. in tractat. obligationum, in 8. libello, in 6. quæſt. colum. 2. uerſic. ſed iuxta prædicta ut quæ nec tangi nec palpari poſſunt, nec loco circūſcribuntur: ſed ad eos tantùm competit actio, quæ etiam propriè nec mobilis nec immobilis eſt, ut diximus in præcedenti glo. & dicemus poſtea effuſiſſimè.

At ubi trahendi ſunt ad alterutrū eorū, certè immobilium naturam ſequuntur, ut illi ipſi affirmant. Ex quo fit, ut plerique omnes dicant, annuos reditus inter immobilia computari: per l. ſi quis inquilinos. ff. de leg. 1. & l. iubemus nulli, in prin. & ibi gl. in uerbo, annonas. Bart. in fin. Bal. Pau. Caſt. & alij. C. de ſac. eccl. & l. hac edictali. §. his illud. & ibi gl. Cyn. & Bald. in utraque lect. C. de ſecund. nupt. & l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & §. 1. uerſic. ſi vult enim. & ibi Angel. & rurſum. §. ult. cum gloſſ. & ibi item Angel. in Auth. de non alienan. & §. quoniam autem. uerſi. ſi uerò habet reditus,

iuncta



iuncta gl. in verbo, reditus, in Authen. vt hi qui obli. ſe hab. perhib. & c. 1. & ibi Bal. col. 2. in uerbo, annua. ti. de contro. inueſt. inter vaſ. & Epi. & c. 1, §. ſciendum. & ibi etiam Bal. poſt prin. tit. de feu. cog. & omnium expreſſiſimè in Cle. exiui. §. cumq; annui reditus, de verb. ſignifi. hæc enim ſunt propria illius verba: Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à Iure.

5 *Fratres prędicatores redituū annuorum incapaces.* Et id præterea voluerunt Specu. Io. And. & Bald. in addit. ipſius, ti. de reſtit. ſpolia. §. nunc dicamus, col. pen. ibi, ſed adhuc contra prædictos Zenzel. in extra. Io. 22. incip. ad conditorem, in princ. in uerbo, mobilium. Fe. de. Senen. conſi. 12. fratres Prædicatores, colum. 2. ubi ex hoc dicit, fratres Prædicatores eſſe horum incapaces. Albe. in l. mouentium. in fin. ff. de verb. ſigni. Bart. in tract. minoritarum, lib. 2. diſt. 6. c. 1. Alber. in 3. parte ſtatu. quæſt. 13. item quæro an publicatis, verſi. tertio caſu. Bal. in Authen. ingreſſi, col. 8. verſ. ex quibus præmiſſis. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 1. in 2. not. C. qui ſuffrag. & in l. etiam, col. 3. verſi. modò quæritur. C. de exec. rei iudic. & in l. non ignorat. colum. ult. C. qui accuſ. poſſ. & in cap. cum M. Ferra. colum. 3. verſicul. ibi præbendis, extrà de conſtit. & in c. ſtatuimus. extra de tranſact. & in procem. feu. colum. 6. verſicu. ſed hic quæro quomodo, & ibi Cardin. Alexand. colum quoque 6. vbi & ipſe Bal. adijcit rationem: quia omnes res, ex quibus percipiuntur fructus, inter immobilia computantur. ſed ex his fructus percipiuntur, quia id fructus eſt, quod ſingulis annis renaſcitur. gloſ. in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſolut. mat. Et ſubdit idem Bald. nihil intereſſe, an annua præſtatio ſit circa eandem rem, an circa diuerſas, vt ſi uno anno præſtetur frumentum, alio aliud. l. nec intereſt. ff. quan. di. le. ced. & l. ſi fundus. §. quod in ſementem. ff. ſolut. matr. Et rurſus idem Bald. in d. c. 1. in uerbo, annua. titu. de cont. inter Epiſ. & vaſ. & in c. 1. in fin. titu. de pace te. & conſil. 29. caſus, vir donauit, col. 2. lib. 1. & conſil. 424. hæc verba, quòd quilibet, col. 2. libr. 2. & conſil. 210. quæritur de tali caſu. poſt prin. libro 3. & conſi. 182. caſus talis eſt. Rex Cyprian. col. 2. verſic. in contrarium uidetur. libr. 5. Ioan. Fab. in l. ſi certis. colu. 3. in paruis. verſic. item dic quòd reditu. C. de pact. Ang. in l. ſi conſtante. §. vlt. [& ibi quoq; Rom. colum. 2. uerſic. quid autem de annuis.] ff. ſol. mat. vbi ipſe Ang. expreſsè dicit ſub publicatione bonorum immobilium comprehendi annuos reditus. & conſi. 328. Anaſtaſius, colum. 5. uerſic. quintò propter importanriam. Domi. conſil. 40. Titius condidit teſtamentum. colum. 2. verſic. in contrarium arguitur, quod conſi. iiſdem uerbis reperio inter conſi. Fulg. conſi. 104. eodem initio. Panor. in diſput. incip. Augerio. colum. antepen. Imo. Rom. & Bart. in l. Stichum. §. 1. ff. de verbor. oblig. Petr. Anch. in c. 2. col. 2. uerſi. quid de annuo, de reb. eccleſ. non alie. lib. 6. ubi dicit ad hoc no. illum tex. in d. §. cumque annui. Imo. in c. nulli. col. ult. uerſ. ultimò tangit, extrà eo. titul. & in Cle. 1. in 4. not per tex. ibi, eodem quoque tit. Card. Flo. conſi. 66. in dubio præmiſſo. poſt prin. Paul. Caſt. conſ. 130. præmittendum eſt. libr. 2. Rom. conſ. 189. in hac cauſſa. in fine. & conſil. 302. ego hunc contractum, ante fin. Alexan. conſi. 103. uiſis ſcriptis. col. 5. verſi. tertiò reſpondeo, lib. 2. & conſi. 179. in cauſa & lite uertente inter hæredes. colum. 1. libr. 6. & conſi. 15. attentis ſuprà narratis, poſt medium, libr. 7. Franc. Aret. conſi. 10. caſus talis eſt, quidam Titius. colum. 2. uerſic. his tamen non obſtantibus. Barb. conſi. 22. Deum inuocent. colum. 2. lib. 3. & conſi. 70. illud in medium referam, colum. 13. uerſi. & ex ſuperius dictis eod. lib. 3. Phil. Fran. in c. 2. in prin. circa medium. de reb. eccleſ. non alien. libr. 6. Stephan. Bertran. conſi. 283. etiam ſi appellatione. colum. 1. lib. 3. Mvthæ. Afflict. qui ex hoc dicit, in his reditibus eſſe locum retractui. in tract. Prot. column. 11. uerſic. item quæro quid ſi uendantur annui reditus.

6 *Reditus annuos excuſare à ſatiſdatione. Minorē ſine decreto nō poſſe eos alienare. Nec ciuitatum. Nec eccleſiam. Eos conſtituere non poteſt, qui res immobiles non poteſt alienare. Executio i annuos reditus fieri poteſt, vt in res immobiles.* Et ex hoc præterea, quæ diximus ſuprà, fit, quod voluerunt Gul. Cu. Ray. & Cyn. in l. ſciendum. in prin. & ibi quoque Bar. col. vlt. uerſ. quæro quid ſi iſte, & Bal. col. ul. Albe. col. 4. Ang. [Rom. col. ult. uerſ. item pone quis.] & recentiores. ff. qui ſatiſdar. cog. hos annuos reditus excuſare à ſatiſdatione, non ſecus atq; poſſeſſionem immobilium. Quod etiam uoluit Cy. ipſe in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nupt. Fit item, quod tradit Bal. in dict. l. iubemus nulli. poſt prin. minorem non poſſe cum autoritate curatoris alienare hos reditus ſine decreto iudicis. Quod & uoluit ipſe Bald. conſi. 518. quod eſt poſtremum omnium. libr. 5. Alexand. Barb. & Bertran. in conſil. ſup. alleg. Sicuti nec hos reditus annuos ciuitatū uendi poſſe ſine ſolennitate, quæ in venditione rerum immobilium requiritur, probat text. in l. ult. & ibi Bart. & Io. Plat. C. de uend. re. ciuit. lib. 11. Nec annuos quoque redditus eccleſiæ, d. l. iubemus nulli, & ibi omnes. C. de ſacr. eccleſ. Pet. Ancha. & Imo. in ca. nulli. extrà, de reb. eccl. non alie. & in d. ca. 2. & ibi etiam Domi. col. 3. verſi. de reditibus eod. tit. lib. 6. & Imol. in Cle. 1. col. 1. eo. quoque tit. & in cap. potuit. col. 21. uerſi. item etiam videtur. de locat. Nec qui non poteſt uendere res immobiles, hos annuos reditus conſtituere poteſt. Bald. in cap. ad audientiam. el 2. col. 2. uerſ. in gl. 1. extrà de reſcript. Fit etiam, quod ab eodem Bal. traditur in d. l. etiā, col. 3. C. de exec. rei iud. executionem ſententiæ equè fieri poſſe in debitorem annuæ penſionis, ut in debitorem, dicunt & ſequuntur Alex. & Iaſ. in l. à diuo Pio. §. ſi quoq; quod non niſi in bonis immobilib. conſtitui poteſt, in his poſſe conſtitui: ita enim uoluerunt Bald. & Cardin. Alexan. in procemio feudorum, quibus locis ſup. citauimus. & Mar. Laud. in §. 1. col. 2. uerſ. quæro an in iuribus tit. qui feud. dar. poſſ. Card. Alex. in c. ſciendum. colu. 1. tit. de feud. cognit. & Franc. Curt. iunior in tract. feud. in 1. parte. q. 6. col. 3. uerſi. circa uerò quartum. Et quòd publicatis bonis immobilibus publicarentur & ij reditus. Angel. Rom. & Alexand. in l. ſi conſtante. §. vlt. ff. ſol. mat. Et quòd huiuſmodi reditus eodem tempore uſucapiuntur, ut cætera bona immobilia. Bald. in c. de quarta. col. 1. uerſi. item iſti reditus, extrà de præſcr. [ Et quòd pro ijs datur interdictum, quod pro re immobili competit, ut notat. in cap. querelam. de electio. & alibi latius diximus.

7 *Feudum in annuis reditibus poteſt conſtitui. An præcedentia procedātin reditibus modici temporis.* Sed hæc primò intelligenda ſunt, cùm reditus ſunt perpetui, aut certè ad longum tempus, ſecus, ſi ad modicum, ex ſententia Zenzel. in d. ca. extrauag. Io. 22. incip. ad conditorem. col. 1. in verbo, mobilium, & Bald. in d. l. hac edictali. §. his illud. colum. 1. in noua lectu. C. de ſecun. nupt, & in d. cap. cum M. Ferr. & ibi latè Barb. colum. 1. conſtit. & in cap. querelam. colum. ult. uerſic. reuoco in dubium, de electio. ubi allegat Fed. loco non deſignato, ſed nos ſtatim annotabimus, & idem Bald. in d. cap. 1. in fin. & ibi etiam Mar. Laud. colum. 2. ad fin. & Card. Alexan. col. pen. uerſ. dicit tamen hic. tit. de pac. tenen. & in cap. 1. tit. de feud. gard. & in d. §. ſciendum. & ibi Cardin. Alexand. columna ſecunda. titu. de feud. cog. & in cap. 1. col. vltim. titul. de cont. inter Epi. & uaſ. ubi loquitur de annuis reditibus perpetuis, uel quaſi, & Fed. Senen. d. conſilio 12. & iterum conſilio 82. in quodam capitulo. Dom. in d. cap. 2. in prin. colum. ultim. & ibi etiam Philip. Franc. colum. 2. de reb. eccle. non alie. lib. 6. Card. Flo. in d. §. cumque annui redditus. [Roma. in d. l. ſi conſtante. §. vltim. colum. 2. uerſicu. quid autem de annuis. ff. ſoluto matrimo. ubi ad hoc allegat d. capi. querelam. de elect. & l. ulti. ff. quor. bon. & idem Rom. in d. l. ſciendum. col. ult. & ibi quoque Iaſ. col. penult. uerſic. 2. limita ff. qui ſatiſdar. cogant. ubi ex hoc limitat, quòd ſupra diximus annuos reditus

excuſare à ſatiſdatione.Franc.Aret.d.conſ.10.vbi ſuprà. Barb.in repet.Rub. de re. eccle.non alie.colum.12.verſi. decimotertiò limita.& d.conſi.22.colum.2.& ſeq.lib.3. Matthæ. Afflict. id trahens ad retractum noſtrum, in d. tracta.Prot.vbi ſuprà. & Bened.in repet.c. Raynutius, in verbo,cætera bona.num.8.extrà de teſtam. Et benè facit quod ſcribit Panor.in cap. nimis in 2.not. extrà de exceſ. Prælat.

8 ID quod declarat Maria.Soc.in d.trac.oblationum.in 6.quæſt.8. libelli, ad fi. procedere, niſi eadem eſſet ratio prohibitionis in reditib.annuis modici temporis,vt longi,nam tũc & hi computantur inter immobilia,ex eo qđ ſcribit Bart.in dict. tract.minori. libro 2.diſtinct.9.cap. 1.& 2. vbi cõcludit d.§. cumq; annui reditus habere locum, etiamſi eſſet alicui diurnum vel menſtruum,vel in aliud tempus conſtitutum,cùm hoc repugnare videatur ſtatui,& regulę Frãciſcanorum. Et quia etiam vbi eſt eadem ratio,eadem eſt iuris diſpoſitio.l.illud.ff.ad leg.Aquil.cum ſi.dicitq; idẽ Maria.idẽ ſentire Bal.in d.Auth. ingreſſi.vbi ſuprà,in ratione ſui dicti. Mihi autem nec Bart.nec Bal.id voluiſſe videntur, quod apud eos videre licet.Fateor autem quòd ſi in aliquo caſu eadem eſſet ratio in reditibus modici temporis,quæ in longi, idem de vtriſq; eſſet iudicandum: ſed non propterea ſequitur illos eſſe computandos inter immobilia, quando uidemus multa, in quibus idem iùs ſtatuitur de mobilibus & immobilibus. Nec tamen intelligas annuos reditus, ob id quòd redimi poſſint intra aliquod tempus uel ſimpliciter,nõ cenſendos eſſe perpetuos,propter ea quæ dicemus infra,eod.§.glo.14. in uerbo, *ou aquipollent a vuente*, ad fin.num.119.ſecundò intellige, & 2. ſequen.

9 *Perpetuũ tẽpus quod dicatur.*

PERPETVVM autem tempus, (ut id in tranſcurſu dicam,) dicitur,quod eſt ad triginta annos.§.1.Inſtitut.de perp.& temp.actio.& glo. in Authen. ſi quas ruinas, in verbo,dentur.C.de ſacroſan.eccle. & in §. perpetua.10. quæſt.2.Panor.in d.cap.nulli.colum.1.de reb.eccle.cum concord. quos alibi abunde afferam. Aliàs autem dicitur alijs multis modis,ut per glo. Alber. & Bal.in l.2. ff.pro ſoc.& glo.in cap.reperiuntur.2.quæſt.2. & in d.§. perpetua.10.quæſt.2.Bal.in l.ult.in princip.1.lect. ff.de conſtit.princ.& conſi.372.tempore.lib.4. Petr.Anchar. conſil.427.diſcurrit.colum.2.& inter conſil.Ioan.Cald. tit.de verb.ſignifi.conſil.17.perpetua.Luc.Pen.in l.quicunque. C.de fund.Reip.lib.11.Fulgoſ. conſi.156. viſis themate. col.vlt. Corne. conſil.59. diu poſt conſilium. colum.1.lib.2.& latiſſimè Barb. in l. Stichum aut Pamphilum.§.ſtipulatio.col.2.& 3. ff. de verbor. obligat. & conſi.44.ſapienter ſcripſit,col.1.lib.2.& conſ.53.præclarè.colum. pen. eod. lib.2. & conſil.20.clementiſsimum Deum colum.2.lib.4.Alex.in l.2.in princ. col. 1. ff.ſol. matr.& conſilio 90.omiſſo multiloquio.col.2.verſic. & per hoc apparet.lib.1. & conſil. 71. citra hæſitationem. lib.6.Soc. conſ.84. accuratiſſimè. colum.2. uerſ. quibus tamen non obſt.lib.3. & remiſſiuè per Fely. in c. ne Dei, ante fin.de ſimo. Longum verò tempus dicitur decem annorum.glo.in l.cùm de in rem uerſo. ff.de uſur. & in l.ſi filius.C.de petit hæred.& utrobique Doct. cum multis etiam concord.à me collect.ſup.tit. proximo. §.1.in gl.4. in fi. & uoluit nuncupatim in hoc caſu reditus annui.Card.in d.§.cumque annui reditus.in fi.

*Longum tempus.*

10 *Reliquiæ præteritæ reditus annui, an inter mobilia connumerentur.*

SECVNDÒ principaliter limita,quod dictum eſt, annuos reditus inter bona immobilia collocari, ut ſcilicet procedat pro tempore futuro: nam quantum ad reliquias, quarum iam ceſſit dies (arreragia vulgus noſtratium appellat)& pro quibus exgendis iam competit actio,hæ inter mobilia aſſignantur, vt expreſſim voluit And.Alcia.in d.l.mouentium. ff.de uerb. ſignifi. & ante eum,licet non alleget,Bal.in c.1.colum.vlt uerſ.quid de penſionibus.& ibi quoq; Aluar.in cap.1.§. ſi uerò pacis. colum.2.uerſ.quid de penſionibus. [& Matth.Afflict. in §.ſi quis.in 2.not. colum.2. verſ. ſed iterum quæritur.] tit.de pac.tenen.& non obſcurè idem Bald.in ca. quæ in eccleſiarum.col.4.uerſ.ſed ſtatim quæritur,extrà de conſtit.& Soc.conſ.100.incip.cùm Baptiſtę.col.2.uerſ.item ſi eſſemus.lib.1.& clanculum etiam Franc.Rip.in rep.l. rem quæ nobis.num.16. ff.de acq. poſſeſſ. & apertiſſimè Carol.Mol.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1. glo.1. num.36. in fin. Et ita quidem in practica obſeruamus, ut mobilibus cedant. Et eſt expreſſa conſuetudo apud Aurelianos. c.174. quo in loco Commentarij magis muti ſunt, quàm piſces,atq; etiam apud Borbonios.c.281. Niuernios,tit.*quelles choſes ſont reputées meubles*. c.7. Et vide tamen,quod in ſimili dicam infra eod. tit.§.32. gloſſ.1. num.81.tamen prior, & ſeq.

*Cõſuetudo de ea re.*

11 *Quid in reditu merè perſonali.*

TERTIÒ limita poſt Bal.in d.§. ſciendum. tit.de feu. cogan.ut procedat in præſtatione annua reali uel miſta, non etiam in mera perſonali, pro qua non competit petitorium,nec ideò poſſeſſorium,ut not. in l.vlt. ff. quor. bono.& à Cyn. in l.ſi certis. C. de pact. Et idem propè Gul.Cun. in l.ſciendum. & ibi quoque Bart. Alber. ipſe Bal. Alex & Iaſon.ff.qui ſatiſd.cog. dum dicunt annuos iſtos reditus, tum demum releuare à ſatiſdatione, tanquam immobilia,cùm debentur ſuper re immobili,quę illis præſtandis eſt obligata: ſecus ſi ſimpliciter debentur actione perſonali.per l.ult.§.vlt. ff.de contr. emptio. iuncto.§.ſi fundus.verſ.diuerſa.in d.l. ſciendum. Illam quoque diſtinctionem poſuit ipſe Bal.in addit. Spec.tit. de reſtit.ſpol.§.nunc dicemus.colum.pen.Franc. Aret.d. conſ.10.vbi ſuprà.& Barb.in l.ſed ſi ex ſtipulatu. colum. 14.verſ.adde etiam in quantum Rom.dicit. ff.de uerbor. oblig.& Carol.Ruin. conſil.82. circa primam. colum.2. num.5.lib.2.

12 *Poſſeſſoriũ an poſſit intentari pro reditu annuo.*

SED aduerte,quoniam Cyn.& Doct.vbi ſuprà primo loco allegati,non tractant expreſsè,vtrum annua præſtatio ſit inter immobilia, an mobilia annumeranda: ſed illud tantùm, an ratione ceſſationis huiumodi præſtationis poſſit intentari poſſeſſorium, alijs affirmatibus, alijs negantibus: nec tamen eorum ratio aut fundamentum in hoc eſt, quòd ſint mobiles: aut immobiles, ſed alijs ducuntur rationibus,vt videre licet apud eos.& Roffre.in ſumma.C. vnde vi verſ. circa prædicta.& verſ. quæritur circa interdictnm.& iterum C. vti poſſi.in fin. & Specul.tit.de cenſib.in prin.& Ioan.And. & Panor.in c.peruenit.de cenſib.Bal.in l.iubemus nulli, in princip. colum.1.C.de ſacroſan.eccleſ.& in repet. leg.2. colum. 6.verſ.ſciendum eſt autem. C. de ſer.& aqu. & Cano.in c.querelam.de elect.& Signor. conſi.222. in quæſtione. num.4.Petr.Anchar.conſi.386.in lite.col.1.Domin.in c. nullus.2.quæſt.2.& Panor.in cap.ſicut.in 1.not.extra de re iudi.& conſ.23.in cauſa quæ ad præſens, in 1. dubio, lib.2. Rom. conſ.211. in caſu propoſitæ conſultationis. in 3.dubio.Ang.Aret.in §.1.col.2.Inſtit. de interd. Fely. in c.conqueſtus,paulò ante fin. de for. competen. & Stephan.Bertran.conſ.38.exiſtimo.col.1.lib.j.& conſ.120. triſti.eod.libro 1.Matth.Afflict.deciſ. Neapol.395 pro deciſione. & Philip. Dec. conſ.136. in cauſa reuerendi. colum.1.& dicemus aliquid infra, §.32. num.79. ſed id ſatis.Franc.Curt.iuniorem in tract.feud.in ſecunda parte princip.char.totius operis.5. colum.4. uerſic. & ideo videmus.

ILLAM autem Gul.Cun.& aliorum in d.l.ſciendum, diſtinctionem,nuncupatim refellit Maria.in d.tract.oblationum: quoniam pro locatione (inquit) competit actio merè perſonalis: vnde ſicut ſine debita ſolennitate non eſt licitum Prælato locare in perpetuum, vel ad longum tempus.Clemen.1. de reb. eccleſ. non alien. ita nec debet eſſe licitum hos annuos reditus etiam perſonales, cùm ſunt perpetui vel longi temporis, alienare. Et ſunt multi non contemnendæ auctoritatis, qui ſimpliciter tenent, annuos reditus releuare à ſatiſdatione,

nulla



nulla facta diſtinctione, ſint reales, an perſonales. Ita enim tenuit Cy.ipſe in d.l.hac edictali.§.his illud.C. de ſecundis nup.& Ang.in d.l.ſciendum.col.1.verſ. ſequitur in litera. Noſtra autem conſuetudo apertè declarat has annuas præſtationes, etiam merè perſonales, ueluti immobilia cenſeri, in eiſque noſtrum retractum habere locum, cùm dicit, *Rentes generales aſſiſes generalement ſur le vendeur*,

14 *Reditus annui à fiſco, repub. aut aliàs ex publico debiti, à ſatiſdatione exuſant.*

ILLVD autem certum eſt, quòd ſi huiuſmodi reditus debentur à fiſco, aut aliàs ex publico, ut ſunt impreſtita, quæ vocant.ſiue banchum,quod etiam appellant, Venetiarum,Genuæ,vel Lugduni,tunc licet non debeãtur ex rebus immobilibus, æquè tamen releuant à ſatiſdatione,ac alia bona immobilia,vt uoluit Raph.Ful.in d.l.ſciendum, & ibi poſt eum Alex.col.vlt.& Iaſ.colum. pen.verſi.tertiò limita,hac ratione moti, quòd fiſcus & reſpub.ſemper ſunt ſoluendo.l.2.ff. de fund. dot. Et ita (inquit Alex.] loquitur d.l.iubemus,in prin.cum gl.Sed huic ſententiæ reclamat Caro.Ruin.d.conſi.82. num.2. verſ.nec obſtat,lib.2.Super hoc autem in vniuerſum,an ſcilicet & quando huiuſmodi reditus connumerantur inter immobilia, ſunt & aliæ huins regni conſuetudines, vt uidere licet apud Pariſienſes,c.conſuetudinum eius loci 57.& Meldenſes,c.66.& ſeq.vbi etiam expreſsè dicitur,in his locum eſſe retractui.Senonenſes,c.31. iuncto c.34.vbi & idem dicitur.& iterum c.10.Trecenſes c.169. & c.148.vbi etiam tractatur de retractu. Victriacenſes, c.131.& Belquercenſes,c.31.Aurelianenſes,cap. 175. & 262.Engoliſmenſes c.55.Bituricenſes,tit.*de retraict*.c.1. Burgundiones,eo.tit.c.8.

*Conſuetudines aliquot regni quæ reditus annuos inter mobilia connumerant.*

15 *Licitã eſſe horũ redituũ generaliũ comparationem, modò fraus abſit.*

SED dubitari poſſet, an emptiones horum redituũ annuorum ſint licitæ, (intelligo de his generalibus, quos etiam vulgus *rentes generales* appellat,uti etiam facit noſtra conſuetudo: alij vocant *hypothecques*, *rentes a rachapt*, *rentes volantes*, quarum fit mentio in poſtremis conſtitutionibus Lud.12.c.71.Iaſ. liuellos vocat in l.1.col.14.verſ.quartò quæro.in 1.lect.& col.9.ver.quid autem,de pecunia,in 2.lect.C.de ſum.Trin.)Id quod ſæpius agitatum eſt,& diſputatum à Theologis, noſtriſq; ſcriptoribus, qui multa in vtramque partem adduxerũt, quæ non eſt opus huc tranſcribere, quia iam nimium inculcata res eſt: & veluti in rem iudicatam tranſacta, licitas eſſe has emptiones, ſi modò fraus abſit, & interueniat iuſtum precium, ſicuti voluerunt Inno.Hoſt. Ioan. And.Ant. Card.Flor.Panor.Io.Ana.& alij in c. in ciuitate.de vſur.ipſe Io.And.in addi.Spec. in rub.eiuſdem tit. idem Pan.in c.conqueſtus.col.vlt.uer.octauus caſus,eo. tit.& abundè in diſpu.incip.Augerio,in vlt.dubio. Old. conſi.207.vniuerſis,ubi ita dicit fuiſſe determinatum in Curia Romana. Bald. in l.1. col.7. verſ. & hoc facit ad quæſt.C.de ijs quæ pœnæ no.& in c.1.col.pen.ver.extrà quæro,de iureiu.& in c.1.ad fi.tit.de feu. vaſ. ab ali. interp.& conſi.154.inſtrumentum.lib.2.& latè conſ.133. & ꝙ dictus per totum lib.3.& conſ.200. quæritur de tali caſu,eo.lib.3.& conſi.292.quia ex facto,lib.5.Alber. in l.iubemus nullis.§.vlt.col.3.verſ. quid de tali contactu. C.de ſac.eccl.& in ſuo vberrimo Lexico,in uerbo uſura el 3.ver.quid de illis.Pet.Anch.latè conſ.30.dubitari ſolet.& in ſua diſp.incip.antiquis,in ſol.q.in 4.caſu. Laur. Rod.in c.cõſuluit.in 11.q.& ſeq.de uſur.Rom. cõſ.302. ego hunc contractum,& Raph.Co.conſ. 181. proponitur.Pan.in ſua diſpu.inci.Augerio,in 4.eodemq; vlt. dubio.Pau.Caſtr.conſi.289.præſens dubium.lib.2.Barbat. conſi.66.ſcribitur præclarè.col.3.& ſeq.lib.2.Amb. Vigna.in tract.quem de vſuris ſcripſit ſuper c.ſalubriter, in multis locis.eo.tit.Iaſ.in d.l.1.locis ſup.allegatis. C. de ſum.Trin.& Steph.Bert.conſi.5.uiſo proceſſu.nu.4.li.3. & Fran.Ripa,lib.1.reſpon.c.19.recipiendo,& è Theologis ſcholaſticis[ij enim ſoli,quantum ego legerim,hæc tractarunt] Ant.Flo.in 2.parte ſummæ,tit.1.ca.8.verſic. alius contractus, & ſeq.vſque ad uerſ.pen.eiuſdem ca.8. Bapt.Salu.in ſua ſumma,in uerbo,uſura,el 2. in 2.q. Richar.in 2.quotlibet.q.23.art.3.Ang.Cla.in eodem uerbo,el 1.verſ.44.Io.Gerſon.in libr. de contractib. Petr. Vber.in lib.cui tit.nuncupauit de cultũ uineæ,c.2.4.partis. Conrad.in tract.de contract.q.79.& iterum q. 82. vbi latiſsimè omnium hanc rem diſputat.Et è Philoſophis,Phil.Melanchthon in Epitome moralis Philoſophiæ,vbi eam item ſcientiſſimè tractauit. Et ita declaratum eſt à ſummis Pontificibus non ſemel, conuocato fratrum concilio,ut patet in extrauag.hodie,& extraua. ſeq. ſub titu. de empt.& uend. ubi id dicitur procedere, etiamſi appoſitum ſit pactum reuendendi.

16 *Redituum generaliũ cõparationem ſuſpectam eſſe.*

VERVM huiuſmodi emptiones ſunt nonnihil ſuſpectæ, ab ijſque ſemper abſtinui, & amicis abſtinendũ cenſui,uti etiam fecit Inno.in d.c.in ciuitate, & Steph. Bert.conſi.170. ſi non ſine, libr.3. & iterum conſi. 206. quod eſt eiuſdem initij,eo.lib.3.Ideoq; odioſæ ſunt noſtris sãctionib.principalibus,ut patet ex illis ſecundis ordinationibus,quas uocant Regis Lud.12.eo.c.71.quo cauetur,non niſi quinque poſtremorum annorũ reliquias peti poſſe,ob id ut ibi nuncupatim dicitur,quòd huiuſmodi contractus ſunt odioſi,& reſtringendi. Quanquã ſcio & hos paſſim approbari,modò ſit iuſtum precium, nec aliud ſit quod eos vitiet, ut paulò poſt dicemus.

17 *Iuſtũ precium horũ redituũ generalium quod eſſe dicatur.*

QVOD autem ſit iuſtum precium uenditionis huiuſmodi annuarum penſitationum, intelliges ex d. extrauag.hodie.Paul.Eleaz.in c.ſalubriter, extrà de uſur. Bart.in l.in lege Falcid.ff.ad legem Falcidiam.Bald.in l. vlt.§. præterea. col.2.uerſ.adhuc eſt dubium.C. de iur. dot.& in c.conſultationibus.col.2.verſ.ſed nunquid ualeat,extra de offic.delega.Cæpol.conſ. cauſarum ciuiliũ 15.circa caſum.col.vlt.& ex Theologis Io. Capiſtrano. in tract.de vſur.char.4.uerſ.ſecunda quæſtio circa decẽ. qui in ea ſunt ſententia,vt decem pro uno ſit iuſtum precium.& huic opi.adſtipulatur text.in l.Papinianus.§. unde ſi quis.ff.de inoff.teſt.uti illum declarat Cor.cõſ.265 circa primum.col.2.verſ.& maximè,lib.1. Et id uideo apud antiquos noſtros fuiſſe obſeruatum.

*Decẽ pro vno, ſecundũ quoſdã.*

18 *Quindecĩ ſecundum alios. Semiſſes vſuræ quæ dicantur.*

ALII cenſent quindecim,per l.ſi quis argentum.§. ſin autem donator.verſ. in reditibus.C.de donat.Et hãc ſecuta eſt conſuetudo Montargienſium, cæterorumque Lorrienſium, in reditibus feudarijs.titu. *des droictz & cens cenſuelz*.§.10.& ſeq. & ad hanc omnium proximè poſt quicunces accedunt ſemiſſes uſuræ, ita ex eo dictæ, ꝙ ſint dimidia centeſimæ. Hæc autem ita dicta eſt, ꝙ centeſimo menſe ſortem conficiat, ut iam ſatis Hermolaus Barbarus in Plinium,Soc.in l.3.§. item ſi reipublicæ.ff.ad l. Falcid. & Budæus in lib. de aſſe 1.multis certiſque argumentis docuerunt. Igitur ſemiſſes ducenteſimo menſe ſortem ipſam æquant: quæ ſi ad uerum calculum reuoces,liquidò comperies ſortem centũ unoquoque anno ſex uſurarum conficere: quod paulò minus eſt,quàm unum pro quindecim. Has autẽ uſuras ſemiſſes omnibus hominum generibus, conceſſit Iuſtinianus noſter in l.eos.C.de uſu.Nam & eas Plin.lib.14.c.4.ciuiles & modicas eſſe dicit. Vt hinc facilè cognoſcas, Accurſium noſtrum hic hallucinatum fuiſſe,qui in l.1.in fi. C.de his quib.ut indign.interpretatur 10.pro 20. in anno,Qui error ex alio eius & noſtratium errore manauit, qui arbitrabantur centeſimam uſuram [cuius ſemis dimidia eſt, ut diximus] ſortem in anno æquare,[& inter hos gloſſ.in §. hoc ius, in uerbo, centeſimæ. 10. quæſtio. 2. dum non intelligerent olim uſuras menſtruas fuiſſe, id eſt, ſingulis quibuſcunque menſibus penſitari, præſtarique ſolitas, quod tamen diſcerre debuerant ex l. Publia. §. Lucius.ff. depoſi. & l. cùm ſtipulati ſumus. ff. de verborum obligationibus, ut omittam externorum teſtimonia, quorum plurima affert Budæus, ubi ſuprà, & Hieronymus Groslotius Adoleſcens

*Semiſſes vſuræ permiſſæ.*

*Menſtrui vſuræ.*

B 2 ſupra

ſupra vires ætatis doctus in commentario l.lecta,ff.ſi certum petatur. Sed quibus adde Ariſtophanem ſtatim in principio Comœdiæ, cui titulus eſt Νεφέλαι, ideſt, Nebulæ:

Ονειροπολεῖ θ' ἵππους. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι,
Ορῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.
Οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν.

Et rurſus in eadem fabula:

Socrat. Τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειεν.

Strepſiades. ὅτι

Εἰ μηκέτ' ἀνατέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Ουκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους.

19 *Viginti pro vno iuſtũ eſſe preciũ ſecundum quoſdam.*

ALII rurſus (vt redeamus ad principale inſtitutũ) arbitrantur 20. pro vno iuſtum eſſe precium, per glo. in l.perpetua, in uerbo, iuſta, quæ eſt vlt.C.de ſac.eccle.quæ dicit iuſtam penſionem eſſe eam, quæ 20. annis valorem rei conficit, per text.in §. ſi verò alicuius eccleſiaſtici, in Auth.de non alie. vbi & id not.Ang. atque etiam Raph.Fulg.& Paul.Caſt.in d.l.perpetua. & Spec. tit. de loca.9.nunc aliqua, verſ. dicitur autem, qui eſt ſub 7.q. Ro.conſil.369.circa primum.colum.2. verſ. ſecundò ſi conſuetudo.& conſi.423.pro pleniori, poſt princ. Corne.d.conſi.265.col.2.uerſi.in his enim rebus, libr.1.& conſi.181.viſis nonnullis.col.25.verſ.nam iuſta merces. lib.2.& conſi.201.quod eſt eiuſdem initij.col.5.verſic. inſuper dicti, lib.3.& conſi.285.viſo proceſſu, col.3.uer. non refert, eod.lib.3.& Stephan.Bertran.conſi.318.quã uis, nu.2.lib.3.vbi id dicit ita communiter teneri.& Cępol.in tractatu de ſimulatione contractuum, in 3.præſumptione, col.1. Guid. Pap.conſ.180. circa proceſſum. col.1.verſic. ſecundò præmitto. & iterum verſ.& his. & Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, col.2. uerſ. item adde.ff.de leg.1.& huic æſtimationi omnino conueniũt vſuræ quincunces, quæ uncia una ſunt minores ſemiſſibus: & ita appellantur, quòd quina annua ſingulis centenis pariant. Sed nos de huiuſmodi æſtimationibus pleniſſimè dicemus infrà titu. *de notaires*.§.2. vbi locus eſt eiuſce rei peculiaris. Sed interim illud tantùm Lectores admonuerim, ſanctiſſimum Senatum noſtrum Pariſienſem huiuſmodi venditiones ad decem aut maius precium infra duodecim tolerare, nec reprobare contractus ita factos, ſed eos reducere ad quindecim. Si autem precium ſit duodecim, non aliter reducere, quamuis ſit infra 15. Cenſuit enim Senatus huiuſmodi vſuram vnius pro duodecim eſſe temperatam, ut etiam cenſuit Ioan.And.in addit.Spec.tit.de vſur.in 1. addit.

*Senatus Pariſienſis quid in hac redituũ generalium emptione obſeruet.*

20 *Poſſint ne cogi creditores aſſignationem horum redituum accipere.*

NEC denique prætermiſerim in hac annuarum penſitationum mentione id vnum, de quo ſæpius dubitari vidi, debitores earum poſſe cogere creditores, vt capiãt aſſignationem, ſiue (vt Galli noſtri uocant) aſſietam earum, id eſt, ut pro eis in ſolutum accipiant fundum quẽpiam, per tex.in l.ſi quis argentum.§.ſi verò.& ibi Bald. qui eum §.legit, cum princ.huius l.col.ult. verſic. ſi uerò not.quòd ſi debitor.C.de dona.ubi tamen ipſe Bal. dicit nonnullos dicere, id ipsũ ſpeciale eſſe in caſu donationis huiuſmodi penſitationum fauore donantis: ſed ſecùs in alijs caſibus. Et id tanquam ſing.reaſſumit Iaſ. in l.non amplius.§. cùm bonorum.ff. de legat. 1. ubi & id præterea dicit not.tanquam quotidianum. Sed & pro honorabili laudat idem Iaſ.in l.2.§.mutui datio.colum. pen.verſi.17.fallit.ff.ſi certum pet.Et id quoque ſing.dicit.Catel.Cotta.memor.inci.ſolui non poteſt, poſt ptin. & not.Pet.Gerar.à Pet.ſing.34.manda memoriæ. Et facit etiam tex.in l.filiusfamilias.§.apud Marcellum, ante fi.de leg.1.& quod ſcribit Ioan.And.in addit.Spec.ti. de edit.§.d.de impugnatione.uerſ.nunc dicamus de inuentario. in addit. incip.de Trebellia. ibi. ſed adhuc quæritur, & Colle.in ca.paſtoralis.colum.3.uerſ.item quid ſi quis ext. de donat. Et facit etiam text. in Authen. hoc niſi debitor.C.de ſolut. & quod not. à Corſe. & Aufre. in deciſ.Tholoſ. quæſt. 67. item fuit quæſitum ſi creditor.

VERVM Paul.Caſt.conſi.47. vltra ea quæ ſuperiùs col.vlt.in ult.dubio lib. 2. tenet, omninò non audiendum eſſe debitorem, qui petit aſſignari fundum creditori, cuius reditus ſufficiant ſoluendo debito annuo. Nam ille (inquit) text. in d.§.apud Marcellum.& quod tradit Ioan.Andr. vbi ſuprà, loquuntur, quando alicui eſt relictum prædium, iſque iuſſus eſt præſtare onus quodpiam ex reditibus eius prædij: quo caſu non tenetur vltra quàm ex eo percipitur. Ideoq; ſi uelit id relinquere creditori, liberatur. Non ſic, quando quis tenetur in genere: ideoq; ſi non perciperetur ex vno prædio, teneretur ex alijs.l. quidam teſtamento.ff. de l.1. propterea non debet audiri volens aſſignare vnum prædium, & ita omnino liberari, quia cùm ſit ipſius periculum, id in creditorem transferret: quod eſſe non debet in ſua poteſtate.argum.l.3. §.1.ff. de iureiu. Hæc ille. Et idem voluit Maſuer.tit.de loca.& iure emphyt. §. item ſciendum, per quædam iura, quæ mihi nihil facere videnrur. & hac etiam ratione, quòd aliud pro alio creditori inuito ſolui non poteſt. Quibus adde quod ſcribit Bald.in l.creditor, la 2.ff.ſi certum pet. ꝙ ſi onus quodpiam reale eſt, & habens originem principaliter à re ipſa, debitor liberatur rem eam cedendo creditori. Sed vbi debetur à perſona ratione perſonæ, ſecus eſt, quia cocernit totum patrimonium, præſens & futurum, per multa ibi ab eo allegata, quæ ſunt omnibus obuia. Et uide etiam, quæ de renunciatione emphyteuſis & feudi dicturus ſum infrà eod.titu.§.34.Et adde ad id quod ſuprà dictum eſt, nonnullos dicere id quod ſcribitur in d.l.ſi quis argentum.§. ſi verò, eſſe ſpeciale fauore donantis, & id quidem tenere Barb.in rub. extrà de donat. col.vltim.

## *OV AVTRES CHOSES CENSEES PROVR IMMEVBLES,*

## AVT QVASVIS ALIAS RES HABITAS PRO IMMOBILIBVS. GLO. VII.

21 *Actiones cenſeãtur ne mobiles an immobiles.*

CVIuſmodi videri poſſunt actiones, quæ competunt ad res immobiles: nam & eæ cenſentur immobiles, vt econtrariò quæ ad res mobiles competunt: mobiles, ex ſententia gloſſæ, & aliorum in l.1.C.ſi aduerſ.tranſact.& glo. in §.hæc ergo, in uerbo, numeranda, in auth.de non alien. Dyn. & Bart.in l.poteſt.ff.de auth.tut.Petr.à Bel.Pert. in l.vlt.colum.2.uerſic.item poteſt ſaluari.C.in quib. cauſis.in integ.reſtit.non eſt neceſ.Zenz.in extrà. Ioan. 22. ad conditorem.in princ.in verbo, mobilium.Fed.Senen. conſi.12.fratres prædicatores.col.vlt, Collect.in c.nulli. col.vlt.verſic. nunquid ergo nomina, de reb.eccleſ. non alien.Bart.& Ang.in l.ſi ſic legatum.§.vlt.cum l.ſeq.in fi. ff.de l.1.Bald.in l.iubemus, la 2.in princ.C.de ſacro. eccl.& in l.ita demum, in fin.C.de collat.& in c.1.§.ſciendum.col.1.tit.de feud.cog.& conſi.247.præmiſſo ſtatuto.col.2.lib.1.& conſi.477.recolo.col.2.uerſicul.porrò. lib.5.Ang.in l.1.§.fuit quęſitum, & ibi Ro.ff.ad Treb.& in §.aliud quoque.col.2.uerſic. ſed iuxta hoc quæro, in Auth.de æqual.dot.Pan.conſi.63. quædam domina colum.4.lib.2. [Rom.in l.nam quod.§.ſed etſi quis. quem legit ſub l.apud Iulianum.col.1.verſi.quid autem ſi uerbo.ff.ad S.C.Trebel.] Io.Plat.in l.2.§.ad filiorum. circa medium.C.quando & quib.quar.pars.lib.10.& in l.1.in prin.C.de impo.lucr.deſcrip.eo.lib.Alex.conſi.16. uiſo titulo quæſtionis, col.vlt.uerſic. fortificantur prædicta, lib.1.& conſi.31.quod eſt eodem initio.col.2.uerſic.ſed ita eſt.libr.1.quod repetitur conſi.111.libr.4. niſi quòd huius



huius initium eſt, uiſo themate quæſtionis. & rurſus idẽ Alexan.conſi.125.viſis & conſideratis. in fin.eod.libr.1. conſi.49. viſo proceſſu. col.1.libr.3. & conſi.53. viſis & conſideratis.col.2.verſ.ſecundo principali.eod.libr.3.& conſi.92.perſpectis diligenter, col.2.uer. & ſicut dixi lib. 6.& conſi.141.uiſo ſtatuto.col.ult.libr.7. Maſuer. titul. de executi.§.item nomen ſeu actio.Barb.conſ.22. Deum inuocent.col.3.verſic.ita in propoſito.libr.3.Corne.conſil.236.diligenter.colum.pen.uerſic.nec etiam obſt. lib. 4.Cardin.Alexan.in d.cap.1.in princ.colum.penul.uerſic. ſed quid de nominibus, titul.de pace tenen. Philip. Deci.in l.qui actionem, poſt princ.ff.de regul.iur. Iac. à S.Georg.in tract. de Roydis ſiue operis.colum.5.uerſic. tertiò pro hac parte. Stepha. Bertran.conſil.74. ponitur in facto.numer.7.lib.2. & conſi. 105. quod eſt eiuſdem initij.nume. 14. eodem lib.2.Anto. Rub. conſi.61. tota difficultas.colum.1.Matthæ.Afflict.in conſt. Siciliæ incip. circa violentiarum.colum. ult. Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo Niuernenſium.tit.*quelles choſes ſont reputees meubles*.c.7.

2 *Actiones minorũ an ſine decreto poſſint alienari.*

QVÆ ſententia multis comprobari poteſt. Primùm enim actiones competentes ad res mobiles, vſucapiuntur triennio; ad res immobiles decem vel uiginti annis.§.1.uerſic.& ideò.Inſt. de vſucap.& tradit Bald. in l. non eſt, ante fi.C.qui.non obſt.long.temp.præſcript. Et facit l.corruptionem.& ibi glo.in verbo, excludere.C. de vſufruct. Et etiam de iure Canonico, quod requirit quadraginta annos ad vſucapiendam rem immobilem eccleſiæ, idem tempus requiritur ad vſucapionem actionis, quæ pro ea competit.ca.ad aures.de præſcrip. Item actiones competentes minoribus ad rem immobilem ſine decreto alienari non poſſunt, ad rem mobilem, poſſunt, vt not.per gloſſ.& Doct. in d.l.1. C. ſi aduer. tranſact. & Bart.conſi.50. Gilius Petri.colum. 1.& conſi.70. reuerendiſſime domine.colum.2.verſ.quartò pręmitto, & in l.ſi ad reſoluendam. & ibi quoque Bald. per illum tex.C. de præd. mi. Angel.in d.l.1.§.fuit quæſitum. circa med.ff.ad ſenatuſconſ. Trebel.Ioan. Plat.in l.ult.C.de vend.re.ciui.lib.11.& idem dicit de actionibus competentibus ciuitatibus pro rebus immobilibus. Alexand.d. conſ.125. uiſis & conſideratis.colum.2.uerſicul. modò ſit ius agendi.li.1.ubi hanc dicit eſſe communem Doct. concluſionem ubique approbatam. & conſil. 27. attentis narratis.colum.vlt.libr.3.& d.conſi.53. ubi ſuprà. & iterum colum.4.verſic.ſed certè.eod.lib.3. & latè Corſe. qui ad hoc multa allegat, dec.Tholoſa. q.403. item fuit quæſitum, an tutor poſſit dare, & multi ex ijs, quos ſuprà citauimus. Idem de actionibus competentibus eccleſiæ tradit Bald. in Authentic. hoc ius, paulò ante finem.C.de ſacroſanct.eccleſ. Hinc & ſtatuta prohibentia alienationem immobilium, trahuntur ad actiones rerum immobilium. Corne. dicto conſil.237. ubi ſupra libr. 4. Et generaliter eandem ſolennitatem requiri in alienatione actionis rei immobilis; quæ & in alienatione eiuſdem rei requiritur, reſpondit Alex.d.conſi. 27.ad fin.lib.3.

*An & actiones ciuitatib. cõpetentes.*

*Et quæ cõpetunt eccleſiæ.*

3 *Actiones diuiduæ aut indiuiduæ ex re, ad quã cõpetunt.*

SED & aliàs videmus, quòd alijs quoq; reſpectibus eiuſmodi cenſentur actiones & obligationes, cuiuſmodi ſunt res, ad quas competunt, uidelicet diuiduæ aut indiuiduæ.l.2.§.& harum.& ibi Iaſ.colum.3.in 1.not.ff.de verbor.oblig.& l.4.§.Cato. & ibi Dyn.Bart.col.9.in 5.q. Ang.& Recentiores, eod.tit.& l.ſtipulationes non diuiduntur.& ibi Bart.in 2.oppo.& iterum col.9.in 2.q. primæ partis.Paul.Caſt. Alex.in 1.not. & Iaſ. in 2.not. eod. quoq; tit. idem Bart.in l.ſi ut certo.§.ſi duobus.col.2. ff. commod.& in l.Græcè.§.illud.ff.de fideiuſſ. Similiter ſi id quod eſt in obligatione, certum eſt, facit certam actionis cauſam: ſi incertum, incertam.l.ubi.ff.de uerb.oblig. Et generaliter quod in actione eſt, eam modificat, ut noſtri loquuntur.l.ſi eum.§.vlt.ff.ſi quis cautio. Nam & qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.l. qui actionem.ff. de regul. iur. & ibi concor. Nec intereſſe uidetur, habeat quis pecuniam in numerato, an verò in nominibus: & in vtroque idem ius ſtatuitur.l.1.§.ex actio.C.de rei vxo.actio. & l.magis. §. non paſſim.ff.de reb.eor.& l.2.§. mobiles.C. quando & quibus quarta pars.lib.10. [Et qui prohibetur rem alienare, prohibetur & actionem quam habet ad eam cedere, vt uoluit Dyn. in l.pupillus.ff. de author. tutor. & in l.ait prætor.ff.de iur.delib. & Bald. conſi.349. qui litem habebat, circa medium. libr.2.] Et in uniuerſum actiones adſumunt naturam & qualitates rerum, pro quibus competunt, vt in pulchro caſu reſpondit Corne. conſil.288. circa hanc conſultationem, in fine libri ſecundi.

*Actio certa aut incerta ex re ipſa.*

*Actionis natura & qualitas ex re.*

4 *Finis rem qualis ſit, demõſtrat.*

AD hæc, ſi eſſent exactæ res mobiles vel immobiles, ad quas actiones dantur, eſſent omnino, ut erant ante exactionem. Ergo & ita ante exactionem cenſeri debent, nã finis demonſtrat, qualis res ſit cenſenda.l. ſed & ſi quid. §.1.ff.de vſufruct.& c.fraternitatis.§.vlt.extrà de frig.& malef. Et uoluit Specul. huc reſpiciens, nempe vt res ſit cenſenda mobilis vel immobilis ex fine, in ti.de fructib. & intereſ.§. ſcias igitur.verſ. ſed quid ſi debeo. & dicemus latiùs infra in eadem gl.nu.42. incipien. tum etiam quia finis. Denique ad hanc ſententiam citatur.l. nepoti. ff.de fund.inſtruct.& l.qui filium.& l.quæſitum.§.ultim. ff.de legat.tert.& alia huiuſmodi iura.

5 *Duæ limitatiões ad ea quæ dicta ſunt.*

HANC autem opinionem duobus modis limitat Bald.in c.ſciendum.col.1. tit.de feud. cog. Primum, ut procedat, niſi in caſibus, in quibus inuenitur ſeparata iuris diſpoſitio ſuper actionibus, ut in caſu l.a diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iud. Secundum, vt procedat in diſpoſitione legis: nam in diſpoſitione hominis actiones perſonales nunquam continentur appellatione mobilium vel immobilium, nec etiam Chirographi, in quibus continentur nomina debitorum.l.Caius.in princ.ff. de legat.2.Et hoc ſequitur Martin.Laud.in d.cap. ſciendum, poſt princip. & ibi quoque Cardin. Alexand. colum.ſecunda.

6 *Qui dicũt actiones inter bona ĩmobilia reponendas.*

AT ſunt qui actiones diſcriminatim reponunt inter bona immobilia, videlicet gloſ.in l.ult.C.in quibus cau. in integ.reſt.non eſt neceſ.ar.l.ait Prætor.§.1. de iure delib.& gl.in c.2.in verbo, iura, de rebus eccl.non alie.li.6. dum not.ex eo.tex. iura atque omnia incorporalia poni inter immobilia, ibi enim idem ius in vtriſque ſtatuitur, & facit (inquit) l.vltim.C.de long.temp.præſcript.ubi incorporalia præſcribuntur, vt immobilia. Sed & allegat d.l.iubemus, la 2.§.1.C.de ſacroſ.eccleſ. Et in hac quoque eſt ſententia Specul.tit.de reſt.ſpol. §.nunc dicamus. col.pen.ibi, ſed adhuc contra prædictos, & ibi Io. Andr. in addit.qui allegat d.gl.& rurſum ipſe Spec.tit.de ceſſi. actio.§.j.ver.ſed nunquid minor, dum ſimpliciter negat minorem poſſe cum autoritate tutoris ſine decreto ſua iura cedere.& Alber.in l.1.C.ſi aduer. tranſact.ubi & illud dicit, actiones eſſe immobiles ſuapte natura, ſed regulariter cenſeri ſecundum naturam rerum, pro quibus competunt. Et facit vltra prædictà, quia quod incorporale eſt, moueri non poteſt.l.ſeruus.§.incorporales. ff. de acquir.rer.domin. Et hinc generaliter iura incorporalia immobilibus comparari tradit Salic. in l. ſi à creditore. in fin.C.de actio.& oblig.

7 *Qui cõtrà inter mobilia.*

NEC deſunt, qui è diametro contrarij, cenſeant nomina eſſe mobilia, aut mobilium loco haberi, ut gl. in d.l. mouentium.ff de uerb.ſign. dum primùm dicit, ea videri eſſe immobilia, cùm moueri non poſſunt, per d.§.incorporales. Et ſubdit poſſe dici, ea mobilia eſſe, argumen.d.l.2.§.mobiles.C. quando & quibus quar. pars.& nihil aliud dicit, tanquam videatur huic poſteriori opinioni inhærere, ut alibi proteſtatur in l.qui filiũ ff.ad ſenatuſcõſ.Treb. Et huic opinioni videtur prætérea

 adſti-

adſtipulari text.in d.§.exactio.iuncta gl.in uerbo, incorporalibus, ibi etiam Bal. & text.in d.l.poteſt.ff.de autor. tutor.& ibi gloſ.quæ per eum text.ius facit minori alienandi actionem, cum auctoritate tutoris, ſine decreto iudicis, contra quam ſuprà diximus ex Specul. Et hanc opinionem ſecuta eſt conſuetudo Auernienſis,tit.16.qui eſt, *Des achaptz,lotz & uente*, capit.10. Ideo & ex conſuetudine eiuſdem gene.eodem ti.*de retraict*,qui 23. eſt. cap.23. retractus non habet locum in venditionibus nominum debitorum & actionum, non magis quàm mobilium: hæc enim omnia iungit. Secuta quoque eſt conſuetudo Borbonienſis, cap.271. & iterum c.443. ubi ex hoc dicit in his non eſſe locum retractui.

*Conſuetudines.*

8 *Aliorū in ea re op.*

Alii rurſum in ea ſunt ſententia, vt ſit diſtinguendum,an aliquid debeatur reſpectu rei immobilis,ut tributum,decimæ, affictus(quem uocant) & tunc actiones in eas res competentes ſint connumerandæ inter bona immobilia. Sin verò pro nominibus & debitis competant actiones perſonales, hæ mobilibus annumerentur, licet pro re immobili debeantur,per l.liberto. §.Lucius. ff.de an.leg.iuncta l.vlt. ff.de contrahend. empt. Et hoc dicit fortè non malè dicere Alber. in Authent. hoc ius. col.5.verſ.alij diſtinguunt.C.de ſacroſanct.eccleſ.& reſpondet ad l.ſciendum.§.item qui.verſ.cum uerò. ff.qui ſatiſd. cogan. qui videtur facere contra eam opin. vt ex hoc quoque intelligas eam illi placuiſſe. & id uoluiſſe videtur idem Alber. in l.ult.in princip.ff.de donat. dum poſt aliorum in hac re opi.tandem ſe remittit ad ea,quę ſcripſit in d.Auth.hoc ius.

9 *Aliorum item opin. Actiones tertiā ſpeciem conſtituere. Actiones non comprehēdi in donatione, aut legato, aut con fiſcatione bonorū mobilium & immobiliū.*

Sed & multis placuit,nomina & actiones neq; mobiles eſſe,neq; immobiles,ſed tertiam quandam & ſeparatam ſpeciem,& inter cæteros Spec.tit.de fructib.& intereſ.§.ſcias igitur.verſic. ſed pone,Prælatus, ibi, ſecundò quæritur.& ibi etiam Ioan. Andr. in addit. illius, in verſic.ſed quid ſi debeo, qui confeſtim illum ſequitur. Bart.& Raph.Fulgoſ.in l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. de pecul.ipſe Bart.in l.ſi conuenerit,la 2. in princ. ff. de pigno.act.& in d.l.1.& ibi etiam Fulgoſ. C.ſi aduerſ.tranſact.vbi dicunt nomina non comprehendi in donatione rerum mobilium & immobilium.idem Bart.qui & hoc idem dicit in hac ſpecie donationis,in l.Centurio.col.7. verſ.uel quid ſit.ff.de vulga.& pup. & in l.vlt.verſi.quid ſi legatur.ff.de vſufruct.leg.ubi idem dicit de legato bonorum mobilium & immobilium,& conſ.51.Bonauentura,ad fi. & conſi.234. Lena Mactareli.colum.2.quod idem eſt cum præcedēti, niſi quòd habet aliud initium, & utrobique illud dicit de legato. & Oldrad.conſi.219. factum tale eſt. dominus Rex Franciæ. Alber. Gand. in ſuo opere maleficiorum, titul. omnium poſtremo. colum.antepen.uerſic.item pone in ſtatuto,ubi dicit,quòd ſi omnia bona mobilia & immobilia homicidæ debeāt publicari, non comprehenduntur nomina debitorum. & Guid. Suz. qui idem dicit in ſua diſput. incipien. pone quæſtio.de facto ſtatutum eſt in ciuitate Pergami.Alberic. qui idem quoque firmat, in dict.l.mouentium.ff. de uerborum ſignificat.in tertia parte ſtatutorum. q.13. item quæro an publicani. Petr. Iacob. in ſua ſumma.titul.de actio.ex teſtamento. colum.7. verſic. item omnia bona mea, cum multis ſequent. ubi id latè diſputat Lapus allegat.92. imprimis videndum eſt, ad fin. Bald. in l.1.in princip.C.de prætor.pign.& in l. ſi arrogator. colum.antepen. ff.de adopt. & in l.ſi conſtante. §. ultim. in fin.& ibi etiam Alexan. ff.ſolut.matrim. ubi & illud dicunt de publicatione mobilium & immobilium. Idem Bald.in cap.vigilanti.colum.2. verſic. nec obſt. dictum, extra de præſcript.& conſi.46.quidam nomine Cola,ad fin.lib.2.ubi ex hoc dicit, quòd ſubſtitutio facta de bonis mobilibus & immobilibus, non eſt uniuerſalis nec directa.& conſi.423.Andreas lib.3.& conſi.485.qui legat libro 4. quibus conſil. illud dicit de donatione bonorum mobilium & immobilium. Angel. conſil. 328. conſultatio prædicta,ubi ex hoc dicit executores deputatos ad executionem bonorum mobilium & immobiliū,nihil iuris aut facultatis habere in nomina & actiones. Aluar.in dict. cap.1.§. ſciendum. titul. de feud.cog. Cardin.Floren.in clemen.1.in princ.in 10.& 11.quæſt. & ibi quoque Imol. colum. penul. de rebus eccleſ. non alien.ubi ipſe Cardin. illud quoque dicit de publicatione & donatione. Et idem Cardin. conſi. 66. ſtatuto ciuitatis Tergeſti, ubi id dicit maximè procedere in ſtatutis, & latius conſi.72. ſigillatim ad ſingula, colum.1. Imol.in cap.ex parte. quod eſt penultim.circa medium, extra de conſuet. vbi & illud dicit de legato bonorum mobilium & immobilium. Panorm. in cap. relatum el 2.in 1.not de teſtamen.Paul.Caſtren.conſi.226.dico dictum Ser.Franciſcum,circa medium,lib.1.Maria.in tractat.obla.in libello 8.in 6.quæſt.Bene. Capra, conſil.9. punctus,quidam magiſter,colum.2. uerſic. circa ſecundum.& conſi.28. punctus fuit quidam Ser.colum.vltim. & conſi.66.punctus quidam Bernardus, colum.3.& conſi.78.punctus, Bunarellus. colum.3. quibus locis loquitur de legato bonorum mobilium & immobilium. & conſi.131.in nomine Domini,cùm ut præſupponitur. in fin.Alexan.in l.prima, colum.3. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtir.& conſilio 9. uiſis uerbis teſtamenti. colum. vlt. lib.1.& conſi.45.habita colum.4.uerſicul. primò enim. eod.lib.1.& conſilio 52.viſo themate.colum. vltim. eo. libro 1.& conſi.12.viſo themate.colum.3. uerſ. nec dici poteſt.lib.2.& conſi.109.viſo themate quæſtionis. col. 3.lib.4.& conſil.68.quia conſultationem hanc, in ſecundo dubio.libro 6. & conſ.161.in cauſa. & lite.colum.3. verſic.pro confirmatione,eodem lib.6. & latè conſ.244. ponderatis.eod.lib.6.Franc.Aret. in l.ea demum. C. de collat.& conſ.54.in cauſa magiſtri Blaſij. colum. vltim. Corne.latè conſilio 104.circa primum. colum.3. lib.2. ubi ob id dicit ualere donationem omnium bonorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, cùm in ea non contineantur actiones & nomina.& conſ. 163.quod eſt eodem initio,ad fin.lib.3.& conſi.6.in hac conſultatione. colum.2.lib.4. ubi & id dicit procedere in materia quoque fauorabili. & conſil. 55. in themate. colum.2.uerſ.ex alio etiam.eodem lib.4.& conſil.64. in caſu præſentis conſultationis.colum.2.uerſi.& uerbum, libro 4.& conſilio 188. quia petitio, columna ſecunda, verſicul. & non clauduntur, eodem libro 4. & conſilio 316.in conſultatione, in fin. eodem libro 4. Barbat. in cap.relatum,colum.1.de teſtamen. ubi illud dicit de legato. Guid.Pap.deciſ.Delphin.291.appellatione bonorum: ubi etiam dicit ob id ualere illam generalem donationem, de qua nuper diximus. & deciſ. 341. ſuper quæſtione,uerſi. ſed an publicatione: vbi illud dicit de publicatione. & deciſ.499.teſtator quidam, ubi loquitur de legato. & conſilio 52.factum tale eſt, Ioanneta, columna ultima, ubi idem dicit. & conſilio 60. ad dubia elicita, in ſecundo dubio: vbi etiam dicit valere donationem illam generalem omnium bonorum, mobilium et immobilium,præſentium et futurorum.et conſilio 215.vertitur quæſtio,colum.2. verſicul.quia etiam. Socin.ſi is eſt, qui et illud dicit de donatione. in tract. fallen.regula 108.donatio omnium bonorum, in 1.fallent.ubi dicit id not. voluiſſe Bald. conſilio incipien. Naphydus.Angel.Aret.in §.1.Inſtit. de inut. ſtipul. vbi ex hoc dicit in obligatione omnium bonorum, mobilium et immobilium, non comprehendi nomina et actiones. Iaſ.in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ante finem.ff.de uerbor.obligat. ubi etiam ex hoc dicit ualere illam donationem generalem,de qua ſupra iam ſæpius diximus, atque ita ſe conſuluiſſe.et poſtea repeiſſe Bal. idem quoque conſuluiſſe, conſilio 234. libro 2. de quo poſtea loquemur, nulla alia eiuſdem, nec aliorum men-



*Iaſonis gloria.*

mentione facta, atque de hac re multùm gloriatur,tanquam admodum recondita & abſtruſa, cùm vix aliam apud noſtros frequentiorem reperias. Et idem Iaſo. in d.l.à Diuo Pio.§.in uenditione, col.2. ubi etiam meminit ſui illius con.ff.de re iud.& ita verè conſuluit conſ.5. ſtrenui,col.4.verſic. ſecundò pro iſta parte,lib.3.Philip. Dec.in eo.caſu loquens.conſi.30. cuius ſuperſcriptio incipit, donatio omnium bonorum, col.1. verſic. quartò Iacobus donauit.iunctis his quæ latè dicit colum.ultim. verſic.quartò non obſt. & conſi.227.in caſu.in 1.dub. & conſil.381. viſis his,col.2.& conſil.387.quæritur an dominus,col.2.& conſi. 414. uiſo eleganti, colum.ulti.& conſi.461.præſens conſultatio,in 1.dub.Catel.Cota.qui id dicit ſin.memor.incip.bonis publicatis, uerſicu.quid autem in donatione. & iterum memor nomina debitorum. Steph.Bertr. conſi.140. ſi in pacto, poſt princip. lib.1.& conſi.59.voluiſſem, num.2.lib.2.quibus etiam locis dicit valere donationem illam.& conſil.11.etiamſi dum eſſet.nu.6.li.3.& conſi.107.viſo conſultationis themate,nu.1.eod.lib.3.& conſi.162. Catharina, numer.2. eodem libr.3.& conſil.213. ponitur in facto, numero 3.eod.lib.3.& conſi.85.viſo inſtrumento.ad fin.lib.4. & conſi.168.donatio,in fin.eod.lib.4.& conſi.175.non dubito.in princ.eo.lib.4.& conſi.190. indultum, nu.3. eod.libr.4.Alciat.in l.vlt.in gloſ.vlt.colum.3.C. de pactis.Bernard. Land. in addit. Bart.conſil. 50. Gilius Petri. Franc.Ripa in l.1.num.6.ff. de pigno. Et omnes vbique, præter vnum Pau. Eleaz. in cap.2.de rebus eccleſ. non ali.lib.6.

10 *Nomina et mobilia ponūt ut diuerſa.*

Ad hanc ſententiam adfertur d.l. à Diuo Pio.§.in uēditione.ff.de re iud. & d.l.quam Tuberonis. §. vlt. ff. de pec.& d.l.2.verſi.ſed ubiq; iuncto uerſi.mobiles,& uerſic.in exigendis.C.quando & quib.quar.pars, lib. 10. in quibus ſeparatim diuiſimq; ſtatuitur de bonis mobilibus & immobilibus,& nominibus. Et l.ad eum,in prin ff.de don.vbi nomina, & mobilia ponuntur ut diuerſa, cùm dicitur, Quicquid habes tam in nominibus,quàm in rebus mouentibus.& l.omnes,in prin. & l.bene a Zenone, verſic. & nemo.C. de quad.præſcript. vbi etiam actiones & iura ſeparatim nominantur à rebus mobilibus & immobilibus. Adferuntur quoque à multis non admodum pertinenter hæc iura, videlicet l.cogi.§. ſed & miles.ff.ad S.C.Trebel.& l.ſi mihi Mæuia.ff.de leg.3. & l.ſi cùm pupillus.ff.rem pupil.ſal.for.& l.1.in fi.& l.3. in princ.ff.pro ſoc.& l.ea quæ in nominibus.C.famil.erciſcun.[Sed & eſt bonus textus à nullo, quem uiderim, ponderatus in l.1.C.de præt.pignor.cum dicitur,non ſolùm ſuper rebus mobilibus & immobilibus, ſed etiam ſuper actionibus]

11 *Quæ eadē dicuntur ſpecie. Actionum ſubſtantia.*

Nec deſunt ſuæ huic ſententiæ rationes. Illa enim dicuntur eſſe eadem ſpecie,quæ & ſubſtantia, & natura, & eorundem effectuum productione ſunt eadem, ut dicit Dy.in c.ſine poſſeſſione,col.3.uerſic. duæ poſſidendi qualitates,de reg.iur.lib.6.Actiones autem à mobilibus & immobilib. in his omnibus differunt. Nam primùm horum ſubſtantia eſt uiſibilis, corporea,palpabilis: ideoque & in loco, ut uidere eſt, conſiſtunt. Actionum autem & nominum inuiſibilis, incorporea, impalpabilis. §.1.Inſtit.de reb.corp. & incorporalib. & l.ciuitates. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nam & ius quod incorporale eſt, manu apprehendi non poteſt, ut etiam dicit Quintilianus libr.5. cap.10. Ideoque etiam nullo hæc loco circumſcribuntur.l. ſi fidei commiſſum.§. tractatum. ff. de iud.l.Caius, in princip.ff. de leg.2.& l.uxorem.§. legauerat.ff.de leg.3.& l.cùm de Lanionis.§. ultim.ff. de fund. inſtr. & l.ſi mihi.§.1. ff. de legat.3. ubi probatur, & id procedere in quantumcunque generali, atque etiam uniuerſali diſpoſitione. Ex quo fit,ut ſi dono, quicquid Fontenai habeo, non comprehenduntur nomina, & actiones, etiamſi inſtrumenta eorum eo loci ſint, aut ibi debeantur: ſecundum Bald. in l.1. in princip.ff. de ſtat.homi. cum multis concor. à me traditis in repet.l. ſi unquam, in uerb.bona,num.12.quid autem ſi quis donat.C.de reuoc.dona.

12 *Actiones non verè poſſideri. Iura traditionem nō recipiunt. Ceſſionem in iuribus pro traditione eſſe.*

Hinc quoque fit, ut cùm mobilia & immobilia uerè poſſideantur,l.3.in princ.ff. de acquir.poſ. nomina tamen & cætera iura incorporalia non poſſidentur. l.ſequitur.§.ſi uiam.ff.de uſuca.& l.ſeruus.§. incorporales,& ibi not.ff.de acq.rer.dom.& c.cum eccleſia, in uerbo, quaſi poſſeſſionem. de cauſ. poſ. & prop. Ideò nec illorum dominium transfertur, niſi facta traditione, & ſic poſſeſſione apprehenſa.l.traditionibus.C.de pact. & l.ſi ager.ff. de rei vendicat. in his autem cùm traditionem non recipiant, vt dicitur in d.§.incorporales, ſufficit in id patientia. l. ſi ego.§.1. ff. de publi. in rem act. Bart.in l.quoties, per illum text.ff. de ſeruitu. & Bald. in l.per diuerſas, colum.pen.in 14. q. verſic. item cùm ceſſio.C. mand. cum ſimi. Et ceſſio pro traditione habetur, ut not.glo.in l.vlt.C. quando fiſc. uel priua. & in l.vlt.in princip.in uerbo, portionibus.ff.de donat. Bart. & Bal.in l.1.vterque, colum.3. C.de act. & oblig. Bald. in l.ſi ea lege.C. de vſur. Signo. conſi.71. factum ſic ſe habet, dominus Epiſcopus, colum.3. verſic. ſed incorporalia. Angel.conſi.79. viſis prædictis, colum.5.verſic. concludo igitur, & conſi.208. viſo dicto puncto, ante medium, cum ſi. Nam omnium ubique ea eſt ſententia,licet Bald.ſibi contrarius contrarium dixerit conſil.285. caſus coram R. colum.2.verſ. ſed & illud. lib.2. & Iaſ.conſi.111.aduertendum eſt,col.2. verſic. ſecundò principaliter,lib.4. vterque per text.& glo. in l.planè. ff. famil.erciſcun. vbi tamen glo. rectè intellecta dicit contrarium. At ipſe Bald.in hoc diſtinguit in d.l.traditionibus,ad fin.C. de pact.& in l. 1. etiam ad fin. C. com. vtriuſque iudi.& Alexan.conſil.184. in cauſa, colum.2. verſi.ultra prædicta,lib.6.ut dicemus infra eod.titu.§.6. gl.num.9.nec obſtat.

13 *Actiones directas oſſib. eſſe affixas.*

Item ad alias rationes redeamus, mobilia triennio, immobilia longo tempore 10. vel 20. ann. vſucapiuntur. Actiones verò perſonales regulariter ſunt perpetuæ,l.2.C. de conſti.pec. & l.ſicut, & l.omnes. C. de præſcrip.30. vel 40. ann.ut hinc clariſſimè intelligas eas actiones, aliter atque bona mobilia & immobilia, cenſeri. Vt tamen illud poſtremò non omiſerim, rerum mobilium & immobilium dominia à nobis prorſus ſeparari, nunquam autem actiones directas veluti oſſibus affixas, tanquam characterem impreſſum perſonæ. l. quis ergo caſus, in fin. & ibi glo. & Bart.ff. de pecul. & dicemus latius infrà eodem §.26. in gloſſ.1.verſi.16. actiones.

14 *Alia opin. an actiones ſint mobiles, an immobiles.*

In tam varijs ac diuerſis ſententijs Bald. iungens ſimul primam opin. illam ac proximè precedentem, in d.l.quam Tuberonis.§. vltim. ff. de pecu.& in cap.1. in fin.prin.titu.de pac.tenen. dicit nomina debitorum, ſi ſubſtantiam reſpiciamus, neque mobilia eſſe,neque immobilia: ſi ſimilitudinem, dicuntur mobilia, cùm debetur aliquid mobile: immobilia, ſi immobile: nec aliud præterea dicit. Id quod nihil aliud eſt, quàm ſi dicas nomina non eſſe mobilia aut immobilia,ſed æquiparari ſiue adſimilari mobilibus, ſi mobilia debentur: immobilibus, ſi immobilia. Quod idem penè uoluit Aluar. in d.cap.1.§.verò pacis, column.ultim.& Mar. Laud.in eod.cap.1.column.2. uerſic. ſed quid de nominibus,& Cardin.Alexand.column.pen. verſic. eiuſdem. initij, & Barto.& Franc.Aret.in d.l.1. C.ſi aduerſ.tranſ & Angel.in d.l.vlt.in fin.C.in quib.cau. in inte. reſt. non eſt neceſ.Alexand. conſil.49. uiſo proceſſu, column. 1. verſic.& dato quòd ipſa actio, lib.3. & nonnulli ex ijs, quos ſuprà citauimus.

15 *Alia item*

Alii aliter dicūt,vt uidelicet actio reſpectu ſui ipſius nec mobilis ſit,nec immobilis eſſentialiter: ſed indicatur accipi-

accipiturque tanquam tertia quædam ac ſeparata ſpecies, ſi non neceſſe ſit, vt de ea iudicetur, tanquam de re mobili vel immobili. Quod ſi neceſſe ſit, vt utri illorum accedat, quia conſtat de omnibus bonis actum fuiſſe, vt ſi ſtatutum dicat, quòd in omnibus bonis agnati & cognati ſint hæredes, ita vt agnatis deferantur immobilia, cognatis mobilia: uel ſi aliter expediat alterutris accedere: ut cùm quæritur, an iura uel actiones competentes minoribus, eccleſiæ, poſſint alienari ſine decreto: & tunc de ijs iudicamus, ut de re ad quam competunt, ſecundum illam primam opinionem. Et ita declarant & diſtinguunt Iaco. Are. Bart. & Alcia. in d. l. mouentium. ff. de verb. ſignifi. Bart. in l. poteſt. ff. de auto. tu. & d. conſ. 50. Gilius Petri. Bal. conſi. 247. præmiſſo ſtatuto. col. 2. lib. 1. & d. conſi. 242. ſuper infrà ſcriptis dubijs, in vlt. dubio, lib. 2. & d. conſi. 423. Andreas, libr. 3. Angel. in d. l. ſi conſtante §. vlt. & ibi etiam Ro. (colum. 2. uerſi. tu autem dic) ff. ſol. mat. idem Ang. in §. 1. in Auth. de non ali. & d. conſi. 328. col. 3. uerſi. in contrarium, & colum. ſeq. uerſi. non obſt. obiectio quinta. Imo. in d. ca. nulli, colum. ult. verſi. vltimò tangit, & ibi quoque Pan. colum. 3. verſic. ſed eſt dubium, extrà de reb. eccle. non alie. idem Imo. Pet. Anch. Domi. & Philip. Franc. in d. c. 2. eod. tit. lib. 6. Card. Flor. d. conſi. 66. & d. conſi. 72. colum. 3. Paul. Caſtren. in d. l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. de peculi. & in d. l. 1. C. ſi aduerſ. tranſac. Ro. conſi. 599. circa propoſitam conſultationem, in 4. dubio Alexand. in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione, in 1. not. ff. de re iud. & latè conſi. 264. per totum, lib. 6. Cor. conſ. 229. licet claram, in fin. li. 4. Guid. Pap. conſi. 52. Soc. conſi. 101. viſo teſtamento Antonij, col. vlt. lib. 1. quod iterum repetitur conſi. 175. li. 2. Card. Alexand. in ca. 1. §. ſciendum, col. 2. titu. de feud. cong. Aufrerius in deci. Tholoſ. quæſt. 315. item fuit quæſitum, teſtator legauit. Steph. Bertran. conſi. 245. ponitur in facto, colum. 2. verſic. ex quo facto, libr. 1. & d. conſi. 109. lib. 4

16 *Alia quoque.* CÆTERVM Iac. Bel. in d. §. 1. in Auth. de non ali. fuit in ſing. opi. Nempe actionem reſpectu ſui eſſe immobilem. At ſi conſideratur reſpectu rei, ad quam competit, intereſſe an tractemus de fauore, an de odio, an verò & de vtroque miſtim. Primo & ſecundo caſu cenſeri vel mobilem, vel immobilem, prout fauor & odiũ ſuadebit, ita ſcilicet vt fauor obtineat, odium vincatur. Tertio caſu conſiderandum eſſe, vtri magis attribuatur, fauori, an odio, ut ſecundum id iudicetur: per d. l. corruptionem. C. de vſufruct. & l. ſicut, in prin. C. de ſeruit. & l. vlt. ad fi. C. de præſcrip. long. temp. Et ita, ut uides, Iac. ipſe ſemper, quò fauor illum ducit, ſequitur. Et illum ſequitur nuncupatim Lucas Pen. in l. vlt. col. 2. C. de ven. re. ciui. li. 11. & Pet. Fer. in forma libelli in act. reali. in verbo, ueris ac legitimis, col. antepe. uer. amplius quæritur an actio perſonalis. & videtur etiam ſequi Alberi. in tertia parte ſtat. quæſt. 13. item quæro an publicatis bonis. & Salic. cum aliqua tamen diſtinctione, in d. l. iubemus, la 2. C. de ſacro. eccle. Sed id eſſe falſum, ſatis apparet ex ijs quæ ſuprà diximus de donatione & legato bonorum mobilium & immobilium.

17 *Actiones ad genus aut quantitatem in genere ſemper eſſe tertiã ſpeciẽ.* IDEOQVE malo inhærere præcedenti diſtinctioni, quæ ut communior eſt, ita & verior: ſed quam tribus aut quatuor modis non contemnendis intelliges. Primò vt procedat in actionibus, quæ competunt ad certam ſpeciem. Nam ſi ad genus competunt, uel etiam ad quantitatem in genere, ſemper faciunt tertiam & ſeparatam ſpeciem. Nam actio per ſe nec mobilis, nec immobilis, vt plerique omnes fatentur: nec etiam genus aut pecunia in genere & in forma, in qua eſt in obligatione, mobilis eſt uel immobilis, genera enim ſunt in intellectu, non in ſenſu. Tange enim, ſi potes, genus humanum, vel genus pecuniæ, uel ſeruorum, uel moue illud, & certè non potes. Hæc propè Lapus d. alleg 92. imprimis videndum eſt, in fi & ſequitur, dicitque ſing. & à nullo alio Doct. tactum, Ro. in d. l. ſi conſtante. §. vlt. colum. 2. verſi. illas tamen. ff. ſolu. matr. & d. conſi. 509. in quarto dubio. & Alexan. in addit. Bart. in d. l. mouentiũ. ff. de verb. ſignifi. & d. conſi. 68. ad fi. lib. 6. & Card. Alexan. in d. c. 1. §. ſciendum, colum. 2. tit. de feud. cog. & Socin. d. conſi. 101. col. vlt. lib. 1. Alber. Brun. in tract. ſtatutorum excludentium fœminas, in 8. art. q 26. lib. 1. ante fi. & Chaſſ. in commentarijs conſuetudinum Burgun. tit. *de droictz appartenans à gens mariez.* §. 2. in uerbo, *ous meubles,* col. 3. verſi. ſed nunc. Sed & illam Lapi ſententiam ſequitur Barb. in cap. nulli, in fin. de reb. eccleſ. non ali. vbi contrà quàm à Ro. ubi ſuprà, dictum fuerat, dicit id fuiſſe dictum à Bart. in l. 1. C. ſi aduer. tranſact. Sed aut is errat, aut codices Bart. qui circumferuntur, ſunt mendoſi.

SECVNDO intellige, quæ dicta ſunt procedere, niſi ex communi vſu loquendi actiones contineantur ſub mobilibus, vel immobilibus. Is enim communis vſus in ea re, vt ſemper aliàs magis ſequendus eſt, quàm propria verborum ſignificatio, vt expreſſim & in hac ſpecie reſpondit Oldra. d. conſ. 219. & Ioan. And. ipſius diſcipulus, qui ferè id & penè totum conſi. repetit, nulla tamen magiſtri mentione facta, vt ſæpè aliàs, in addit. Spec. d. titu. de fructibus, & intereſ. §. ſcias igitur, verſi. ſed quid ſi debeo: per multa iura ab vtroque allegata, ut per eos videre poteris. Et id ſequitur & dicit ſing. Felin. qui multa ſimilia aggregat in Prooemio Decretalium, col. 3. circa medium. 18 *Actiones ex communi vſu loquendi eſſe mobiles uel immobiles.*

TERTIO intellige, vt actio, quæ competit ad rem immobilem cenſeatur immobilis: quæ ad rem mobilem, mobilis. Niſi tamen ſit diuerſa ratio: verbi gratia, augmentum dotis poteſt fieri in rebus immobilibus, ut augmentum ipſum habeat idem priuilegium prælationis, quod dos habet: non etiam in mobilibus, cùm maritus obnoxius eſt creditoribus, Auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. & §. aliud, in Authenti. de æqual. dotis. An igitur (inquit Ang. in poſteriori loco, colum. 1. verſi. ſed iuxta hoc) poterit dari in augmentum dotis actio ad rem mobilem, marito obnoxio creditoribus. Quod non videtur, cùm cenſeatur mobilis. Contrariũ item videtur, quia datio rei mobilis hoc caſu prohibetur, propter fraudem quæ cogitari poteſt, dum ſimularet vxor tradere, & vir accipere, quod non traderetur, vt ibi dicitur: ſed huiuſmodi fraus fieri non poteſt, cùm datur nomen debitoris in augmentum: cùm clarè pateat id quod datur, ſicut cùm datur res immobilis, Ideo ceſſat ratio prohibitionis. Tamen concludit, nec nomen quoq; dari poſſe oſtendendo declarandoque & hic quoque fraudem excogitari poſſe. Ideo cùm ſit eadem ratio in nominibus & actionibus ad rem mobilem, ut in re mobili, idem ius ſtatuendum eſt. Ex quo non obſcurè ſẽtit, aliud fuiſſe ſtatuendum, ſi ea ratio ceſſaſſet. Ad quod etiã facit quod in ſimili dicemus infrà, in eadẽ gl. n. 10. ſed illud procedit, vbi loquemur de mobilib preciosis. 19 *Diuerſa ratio actiões diuerſas cẽſeri facit.*

QVARTO intellige, niſi diſpoſitio ita generaliter loquatur. De quibuſcunque bonis mobilibus & immobilibus, vt ſi ſtatutum prohibeat quæcunq; bona, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, in extraneos trãſferri, de actionibus quoque actum videatur. Nam illa dictio quibuſcunque, propter generalitatem etiam ad caſus improprios trahitur. Et ita voluit Alcia. in d. l. mouentium. ff. de verb. ſigni. Nam in ſimili, ut hic ſubiungit, videmus, quòd quicunque hæres, etiam improprium hæredem comprehendit; vt tradit Ro. quem ille allegat, in l. id tempus. §. 1. ff. de vſucap. & cùm de quibuſcunque contractibus loquimur, etiam de abuſiuis intelligitur, ut latè Hippol. Marſ. qui multa talia congerit, in l. vnius. §. cogniturum, col. 4. verſic. modò redeundo, cum multis ſeq. ff. de q. Hæc propè Alciat. 20 *Actiones an cõprehendantur appellatione quorũcunque bonorum mobilium & immobiliũ.*

CVI



21 *Multa de vniuerſali dictione.* CVI adde Socin. multa ſcribentem de huiuſcemodi vniuerſali dictione, conſi. 217. viſo priuilegio, colum. 3. lib. 2. Et quod pulchrè tradit Bald. in l. 1. in trigeſimaquarta quæſt. ff. de rerum diuiſ. & in cap. Imperialem, in princip. colum. penult. verſ. ſed quid ſi conceſſum, tit. de prohib. feud. alien. per Fed. quòd feudum conceſſum mihi & ſucceſſoribus meis quibuſcunque, tranſit ad extraneos hæredes & legatarios, qui impropriè ſunt hæredes, & alios qui aliàs non admitterentur. Et ſequuntur Panormitan. conſil. 3. nitar in præſenti, in tertio dubio, lib. 2. Rom. in l. etiam, in prin. & ibi etiam Alex. col. vlt. ff. ſol. matr. & ipſe Ro. ſubdubitans tamen, in d. l. id tempus. §. 1. idem Alex. in l. quod dicitur, la 2. col. pen. verſi. & dum dicit. ff. de uerb. oblig. & in l. quædam. §. nihil intereſt. & ibi etiam Iaſ. uterque ſtatim poſt princip. ff. de eden. & idem Alex. in l. ſi patroni, in princ. col. pen. verſ. aliam limitationem. ff. ad Senatuſconſul. Trebell. & in l. Gallus. §. etiam. col. 2. verſi. hoc tamen fallit. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 7. attentis, col. 2. nũm. 8. lib. 6. & conſi. 95. repetitus, colum. 2. uerſ. nec obſt. quòd dicta, lib. 7. Corn. conſ. 16. aperta fronte, col. 4. verſi. & maximè, lib. 1. Socin. in l. quidam relegatus, col. 2. uerſ. quinta concluſio. ff. de reb. dub. {& inter conſ. Alber. Brun. conſ. 20. uiſa quæſtione. col. 1.} Iaſ. in l. cum filiofam. col. 15. verſ. ſuceeſſiuè, inquantum Bart. ff. de leg. 1. ubi id dicit ſing. & in l. 2. §. Prætor ait, col. 2. uerſ. tertiò fallit. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. quocunque, in princip. in 2. not. ff. de verb. oblig. & in l. 2. col. 69. in 14. quæſt. C. de iure emphyt. & in prælud. feud. colum. 15. uerſ. tertiò limita. ubi etiam tenet, quòd ui huius dictionis vniuerſalis feudum tranſit ad fideicommiſſarium, & conſi. 17. dominus Ioãnes, col. 2. uerſ. & ſi diceretur, lib. 3. {quod conſi. repetitur inter conſ. Albert. Brun. conſ. 9. & rurſum ipſe Iaſ.} conſ. 55. ſtatutum nouum, col. 2. uerſ. præterea & tertiò, eodem lib. 3. & conſ. 89. ſpectabilis, col. 4. uerſic. quintò benè facit, libro 3. & conſ. 115. ſtatutum nouum, col. 8. verſ. ſecundò adeſt, lib. 4. & Ludo. Gozad. conſ. 6. prima facie, col. 6. nu. 43. & ſeq. & conſ. 8. in hac cauſa, col. 5. & conſ. 14. prima, col. pen. nu. 22. & conſ. 103. videtur, col. 2. uerſ. tertiò faciunt.

22 DE quo etiam per Barbat. in repet. l. cum acutiſſimi, col. 66. uerſ. & ex iſtis ſequitur. C. de fideicom. & Soc. in l. ſi rem legatam, in fi. ff. de except. & conſi. 19. pro deciſione, col. 1. lib. 1. & Felin. in cap. quia G. col. vlt. extra de iud. & in cap. in præſentia, col. 11. uerſ. ſed inquantum, de probat. & Georg. Nat. in repet. cap. quamuis, col. 74. verſ. & iſta faciunt, ſub num. 207 de pact. lib. 6. & Phili. Dec. conſ. 395. in cauſa magnifici, col. ult. & conſil. 529. Philippus, col. 1. & conſ. 599. conſului, colum. j uerſ. ſed hìc non obſt. Steph. Bertrand. conſi. 264. uiſo conſultationis themate, col. 1. lib. 2. & Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ incip. Comes, col. pen. in 4. not. & deciſ. Neapol. 386. in cauſa petitionis, col. 2. Catel. Cotta memor. feudum cõceſſum, & iterum memor. priuilegia, ubi ex hoc dicit, huiuſmodi dictionem, quicunque, multùm extendere diſpoſitionem, etiam vſque ad improprietatem. rurſumque memor. quibuſcunque. Franc. Curt. iun. in tract. feud. in tertia parte, q. vlt. & conſil. 1. col. 1. & ſeq. Franc. Rip. in l. quæſitum. §. ſi quis cùm tutor. ff. de priui. cred. & in l. ex facto. §. ſi quis ita, nu. 16. ff. ad Senatuſcon. Treb. Alber. Brun. conſ. 24. quod nobilis, in fi.

23 AD quod etiam facit, quod ſcribit glo. in clemen. 1. in uerbo, quibuſcunque, de iu. quam dicit ſingul. Barba. conſi. 18. clementiſſimum, col. penult. lib. 4. & conſi. 21. eiuſdem initij, col. 8. eod. libro 4. & eam expendit idem Barbat. conſi. 35. omnipotentem, col. antepen. eod. lib. 4. & conſ. 41. immortalem, col. 2. eod. lib. 4. ubi & eam dicit ſing. & mirabilem. & conſi. 48. clementiſſimum, col. 3. lib. 4. Et alia gloſſ. in clemen. 1. in uerbo, quauis, quæ eſt 2. & ibi Imol. qui eam dicit ſing. de re iud. & in clem. 2. in eo. verbo, quæ eſt vlt. de reb. eccl. non alien. Ex quibus poſterioribus Iaſ. conſi. 96. dominus Ioannes, col. 2. uerſ. quartò in dicta, lib. 3. dicit huiuſmodi dictiones cõprehendere caſus non expreſſos etiam maiores. & rurſum conſi. 147. per decretum, col. ult. libro 4. vbi & alia quædam ſimilia allegat. & priorem quoque in id expendit Alex. d. conſ. 95. col. 1. uerſ. præterea, lib. 7. & Cæpol. qui eam dicit not. conſ. cauſ. crimin. 14. pro declaratione, col. 3. verſ. nec obſt. ſi dicatur. & Barb. conſ. 12. ſcribitur, col. 8. lib. 1. vbi & ad id allegat glo. in Clem. ne Romani, de elect. & rurſum conſ. 21. præclarè, col. 5. nu. 16. lib. 2. & conſ. 23. ſapientiſſimus, col. 1. eo. lib. 2. & conſ. 26. ſapienter, col. 2. eod. lib. vbi & alios allegat. & conſ. 87. illud, col. 5. lib. 3. & d. conſ. 21. col. pen. li. 4. ubi item alios citat. & Maria. conſ. 15. uiſis prędictis, col. 12. uerſ. item videtur. & Lud. Goz. conſ. 26. in cauſa illuſtriſſimorum, col. 7 num. 45. & conſ. 103. videtur primò, col. 2. in princ. & alibi ſæpè in ſuis conſil.

FACIT præterea glo. in l. ult. in uerbo, per quamcunque. C. qui legi. perſo. & gl. in c. quamuis, in uerbo, quaſlibet. & ibi Domi. in 2. not. de elect. lib. 6. & in clem. ne in agro. §. 1. in uerbo, quomodolibet, de ſtatu Monach. & in clem. 2. uerſ. ne igitur. in eod. verbo, de ſent. excom. & quod tradit Zenz. in extrauag. Io. 22. incip. ad onus, in uerb. quibuſcunq;. Archid. Io. And. & Domi. in cap. indemnitatibus. §. ſi qua uerò, de elect. lib. 6. Io. Andr. in c. ſtatutum. §. in nullo, in verbo, quomodolibet, de reſcrip. lib. 6. & in cap. 1. §. penult. in eod. uerbo, de cleric. ægrot. eod. lib. 6. Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. l. Bal. in l. ult. col. 1. C. ſine cenſ. uel reliq. & in d. c. in pręſentia, col. 4. verſ. nota quòd nomen, extra de probat. Ang. conſi. 288. viſo themate, col. 3. verſ. hoc etiam adiuuatur. Salyc. in l. 2. col. 2. C. de noxa. Domi. in cap. decet, in princ. col. 3. de immu. eccleſ. lib. 6. Alex. in l. & ſi ſeuerior, col. 2. C. ex quibus cau. infam. irrog. & conſ. 117. uiſis ſupra narratis. col. 2. lib. 1. & conſi. 118. in caſu de quo quæritur, col. 2. lib. 5. Cæpo. in tract. contractuum ſimulatorum, in ſecundo caſu princ. Soc. conſ. 3. in cauſa domini, col. ult. lib 3. Iaſ. conſ. 63. per reformationem, colum. 3. verſ. imprimis moueor, lib. 3. Apud quos omnes uidebis huiuſmodi dictiones ampliare diſpoſitionem. Quibus ſuccinit Tullius epiſt. ad Br. 5. dum interpretatur legem Iuliam de ſacerdotijs, quæ erat huiuſmodi: Qui petit, cuiuſuis ratio habebitur. Apertè (ait) indicat poſſe rationem haberi, etiam non præſentis. Ibi enim Cicero expendit vim illius dictionis cuiuſuis, vt etiam abſentes comprehendat. 24 *Ciceronis locus.*

SED quòd propiùs ad illam Rom. & Alciat. ſententiam accedit D. Bened. in ſua copioſiſſima & laudatiſſima repet. cap. Raynutius, in uerbo, cætera bona, num. 8. extra de teſtamentis, ſcribit, quòd ſi quis donat omnia bona ſua mobilia & immobilia, comprehenduntur iura & actiones, propter illam dictionem, omnia: per tex. in l. 1 §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. qui tex. tamen, niſi multùm fallor, non admodum eò ſpectat. Subditq; ipſe Bened. quòd licet actiones non contineantur in loco, nec ueniant appellatione bonorum in loco exiſtentium, ut etiam ſuprà diximus num. 11. tamen ſi quis ita donet, bona ſua mobilia & immobilia, hìc & ubique exiſtentia, comprehenduntur actiones, propter illam dictionem, ubique. 25 *Appellatione bonorum vbiq; exiſtentiũ, an ueniãt actiones.*

SED hæc dicta Bened. non omninò ſunt ſine ſcrupulo, quia quantum ad primum, multi ex ijs, quos ſuprà citauimus, nu. 9. ſed & multis placuit, tenent contrarium: nec dictio, omnia, tam latè patet, quàm dictio, quæcunque: cùm illa tantùm generalis ſit, hæc vniuerſalis. Et fortè etiam non ſemper procederet, vt hæc dictio, quæcunque, actiones comprehenderet, cùm huiuſmodi dictiones quantumuis vniuerſales, & præciſæ, ſepè reſtringantur, vt per gl. in l. promittendo, in princip. in verbo, 26 *Dictiones vniuerſales plerunque reſtringi.*

conditionis,

cōdōnis, in fi.ff.de iure dot.& in l.emancipati. & ibi ēt. Bar.ff.de adopt.quæ interpretatur uerbū,quocunq;,ſcilicet idoneo,& gl.etiam,quæ id idem facit in l.2.C.ubi de rati.agi oport.& in l.1.C.de fide inſtru.& in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.quæ etiam interpretatur dictionē, vnuſquiſque,habilis ad teſtandum,cum concordan. ibi à recentioribus collectis,& ab Alex.Soc.& Iaſ.in dict.l.2.§. Prætor ait,ff.qui ſatiſda.cogā.Barb.conſ.1.præclarè,col.5.uerſic.& licet ſtatutum,libr,2.& conſi.57.eiuſdem initij,col.8.verſi.cum ergo Papa,eodem lib.2.& Soc.conſi.260.in cauſa Nanutenſis,col.10.uerſi.ſed ad iſta,li.2.ubi probat nō ſemper procedere quod diximus, dictionem vniuerſalem includere maiora expreſſis.Nam eæ dictiones limitantur & reſtringuntur ſecundum naturā actus, cui attribuuntur,vt pulchrè dicit Bal.loquens de dictione,quandocunque,conſi.67.quia ex facto,col.2.uer.nec obſt.ſi dicatur,lib.3.quod extollit Catel. memor. quandocunque.

27 Et idem voluit ipſe Bal. loquens de dictione, quibuſcunque,in c.1.§.donare,col.2.verſ. ſed dubitari poteſt,& ibi etiam Mart.Laud.& Card.Alex.ad fi.tit.quali. olim feu. alien. pot. vbi ex hoc tenent contrarium eius, quod ſupra ex eodem diximus de feudo conceſſo mihi & hæredibus quibuſcunque, vti etiam facit ipſe Bal.in l. cum virum,col.vlt.C. de fideic. & Alex. ſibi contrarius conſ.30.quoniam omne datum, col.4.verſi.octauò quia vaſallus,lib.1.Franc.Aret.& Soc.in d.l.Gallus. §. etiam. Bar.ſibi item contrarius,in Rubr.de feud.col.2.& conſ.63.ſapiēter,col.9.verſ.& adduco,li.2.& Iac.à S.Georg. in tract.feud.in verbo,& quibuſcunque hæredibus, col.1.& Franc.Curt.Sen.conſ.83.Deus pius, col.5.verſ.& ſi opponatur.Phil.Dec.ſibi contrarius, conſ.185. in cauſa iſtorum,col.3.verſ.2.reſpondetur,& Lud.Gozad.d.cōſ.26.in cauſa illuſtriſſimorum,conſ.5.nu.35.Quibus & tu adde quæ dicam infra tit. procedente. §.1. Gloſſ.2. quæ eſt in verbo,*à tel temps*,nu.9.eam autem ſententiam. Et quod tradit Signo.conſ.110.teſtator, col.3.verſic. præterea verò.

28 Hinc que (vt redeamus propius ad caſum noſtrū, Corn.conſ.49.in præſenti conſultatione,lib.3.reſpōdit, in legato omnium & quorumcunque immobilium (nā hæc ibi expreſſim ponebantur) non contineri nomina & actiones,non obſtantibus illis verbis, per multa iura, quæ illic allegat, præſertim verò per l.quæſitum.§.Papinianus quoque.ff.de fund.inſtr.quæ utitur uerbo, oīa.& l.vxore.§.legauerat.ff.de legat.3.quæ vtitur verbo,quod quid,& l.quæſitum.§.1.eod.tit.quæ eadem dictione vtitur.& l.ſi mihi Mæuia,in prin.eod.quoque titu.quæ utitur illis verbis,cæteriſque vniuerſis, & rurſum §.1.eiuſdem l.qui utitur vno vniuerſali,& duobus generalibus, ijs ſcilicet,nullo omninò excepto,cum omni inſtrumento,& repoſitis omnibus.Et adde etiam text.in l.Caius, in princ.cum dicitur, cum omnibus quæ ibi ſunt. ff. de legat.ſecundo. Quibus etiam motus Steph. Bert. conſil.77.difficultas,col.2.in fin.lib.2.reſpondit, per huiuſmodi verba generalia non contineri iura & actiones. Sed & Iaſon nuncupatim quoque d.conſ.5.col.4.lib.3.reſpondit,donationem quorumcunque bonorum mobilium & immobilium,non comprehendere nomina & actiones.Quanquàm in caſu illius ſtatuti prohibentis alienare quęcunque bona mobilia & immobilia in extraneos, non admodum dubitarem,quin etiam nomina comprehenderentur,ex veriſimili mente ſtatuentium & ſubiecta materia,ob quam ſæpe recedimus à uerborum proprietate:vt latè docuimus in repe.l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur,nu.30.incip.fallit ſecundò,& ſequenti.

29 Sed illud obiter dicere voluimus, antequam ulterius progrediamur,multos ex noſtris in ea eſſe ſentētia, ut interſit, vtrum hæ dictiones uniuerſales proferantur à lege,an ab homine.Nam ſi primum, eam recipiunt reſtrictionem de habilitate, ut noſtri loquuntur, & ita loquitur Iacob.Aret.& Bart.in l.1.§.nūciatio.ff.de ope.no. nunc.Secus ſi ab homine.Ea enim fuit ſententia Bal.l.ul. col.1.C. ſine cenſ.uel reliq.& Alex.in d.l. ſi patroni, in prin.ff.ad Senatuſc. Treb. & idem videtur uoluiſſe ipſe Alex.in l.1.col.5.uerſi.dicit etiam Ang.ff.de leg.1. dum reprehendit Ang.qui alicubi dixerat ea uerba,in omnibus,& per omnia,prolata à ſtatuto recipere interpretationem,ut euitetur abſurdum.Nam ut dicit Cle.non eſt hominis ea uerba reſtringere,ſed debet fieri per alias leges: & hoc,ut euitetur legum uel ſtatutorum correctio, & Carol.Ruin. qui & illam differentiam apertiſſimè facit.conſ.59.uerſ.in hac cauſa,col.1.nu.24.lib.4.De quo & tu uide omnino Soc.in d.l.1.col.1.& 2.de leg.1.

Qvantvm autem ad ſecundū dictum Benedict. 30
quo ſcilicet aſſeruit in donatione bonorum mobilium & immobilium hìc & ubique ſitorum, nomina & actiones comprehēdi,id utique magis mihi dubium eſt,quoniam in nullo omnino loco nomina contineantur, ut ſupra dictum eſt,& probatum. Ideo & contrarium in illo ipſo caſu Bened.tenuit Corn.d.conſil.104.col.3.lib.2.& Soc.d.conſ.101.col.2.verſi.ſed his non obſt.lib.1.& Iaſon etiam d.conſ.5.lib.3.& Philip. Dec.conſil.30.cuius ſuperſcriptio incipit,donatio omnium, col.1.verſi.quartò Iacobus,& alij multi,quos citauimus ſupra nu.9. ſed & multis.Et ſatis probant tex.nuper à me citati. Nam & Bald.conſi.77.verba Cyn.lib.5.tradit hunc ſermonem, hìc & vbique terrarum,intelligi de loco idoneo, per iura ibi allegata:vt intelligas eas dictiones non ita generaliter intelligendas: vt putat Bened.Et facit text. in l.ſi mihi.§.1.ff.de leg.3.de quo ſupra diximus, nu.11. nec deſunt ſuæ,& gloſ.in l.qui loco certo,in verbo,quolibet,q̄ eſt vlt.ff.de condict.indeb.& in l.1.etiam glo.vlt.in fi.ff. de eo quod certo loco,quę vtrobique intelligunt verba, (quolibet loco,) ſcilicet idoneo. Et earū autoritate Fran. Aret.in l.1.col.antepen.ff.ſi cert.pet.dicit dictionē hanc, (vbique) non ita præciſam eſſe,quin eandem interpretationē recipiat.& idem propè dicit idem Are. in l.1. col. pen.uerſ.dicamus ergo.ff.ſol.matr.

Sed ut tandem redeamus ad caſum noſtræ conſue- 31
tudinis,ſi ea diſpoſuiſſet ſimpliciter, retractum habere locum in bonis immobilibus, non comprehendiſſet nomina & actiones, etiam ad rem immobilem competentes: vt nuncupatim reſponderunt duo proximæ tempeſtatis lumina,Iaſ.& Philip.Dec.ille conſi.194. ſuperuacuò uidetur,col.1.verſi.ego ultra adducta,lib.2.hic cōſ.300.viſa petitione,col.2.Quibus accedo, præſertim cū hæc noſtra conſuetudo frequentiori noſtrorum calculo a iure communi abhorreat,vt diximus ſupra, in rub.nu.60.quamobrem.Ideoq; in ea nullo pacto comprehenderētur nomina, ſub appellatione bonorum mobilium & immobiliū,ex ſententia Lapi,d.alleg.92.in fi.[& Rom. in d.l.apud Iulianum.§.ſed etſi quis,col.1.uerſic. circa q̄ illud no.ff.ad S.C.Trebel. ubi illud generaliter dicit nūquam in conſtitutionibus municipalibus, actiones & iura uenire appellatione mobilium, uel immobilium.] At cum noſtra conſuetudo ulterius procedat, dicatque non ſolum *biens itameubles*, ſed etiam *coſes cenſees pour immeubles*,nihil eſt quòd amplius dubitandum ſit, quin actiones ad rem immobilem competentes contineantur: licet enim non ſunt immobiles, tamen haud dubiè immobilibus comparantur,ut ſupra diximus.

*Si retractus ad bona immobilia ſimpliciter competat, an & ad actiones ad rem immobilē competat.*

Ex quo infertur ad unum,quod quotidie in facto cō- 32
tingit,ut ſi quis uendat facultatem redimendi rem immobilem à ſe prius uenditam ea lege,ut emptor teneretur reuendere,reſtituto ei precio intra aliquod tempus, uel etiam perpetuò,(nam ea facultas uendi poteſt,ut cauetur infra eod.titu.§.26.)certè eſt locus retractui huius facultatis ex hac noſtra conſuetudine. Nam cùm huiuſmodi facultas,& actio pro ea competens,ſecundum l.2.

*Quæſtio. An retractus cōpetat in uenditione facultatis redimendi.*





C.de pact.inter empt.& venditorem, cenſeatur immobilis, vt quæ competat ad rem immobilem, ſecundum ea quæ latè ſupra diximus,& nuncupatim voluit & reſpondit Alex.conſi.27.attentis narratis,ad finem lib.3.ubi & ob eam,quam diximus, rationem,tradit in venditione huius facultatis adhibendas eſſe ſolennitates,quæ adhiberi debent in venditione rerum immobilium,quem ſequitur Hier.Çagno.in repe.d.l.2.col.9.verſi.3.quęro.C. de pact.inter empto.Conſequens eſt & eam eſſe huic retractui obnoxiam.Et id quidem voluit Carol. Molen.in conſue.Pariſ.titu.1.§.23.in 8.q.non ſemel. Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo apud Borbonios, cap.conſuetudinum eius loci 484.

Item iura decimarum & aliarum portionum,quas
33 quis ex fundo alieno percipit (terragia & complanctus vulgò noſtri appellant) hæc,inquā,iura inter immobilia quoque nūmerantur: quia immobilibus adhęrent,& ſtabile ſubiectum habent,& in actu ſemper permanēs.Hæc enim propè ſunt verba Bal.in c.1.col.2.in verbo, annua, titu.de controuer.inter.vaſ.& Epiſ.& ſequitur Alex.cōſ.211.ponderatis verbis ſtatuti,col.2.uerſi.pręterea negari non poteſt.lib.6.vbi & ad hoc dicit bene facere.l.rerū miſtura, & l.eum qui ædem.ff.de vſucap. & quod habetur in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda, & quod ibi ſcribnnt Docto.ff.de pignor.actio. Et facit,quod ſtatim dicam infra nu.huius glo.38.& ex hoc fit.

*Quæſtio. An retractus cōpetat in venditione decimarum, & aliorū ſimilium.*

34 Item ius Portorij aut alterius vectigalis (paſſagium & gabellas noſtrates appellant) & cæterorum id genus, etiam immobilium iure cenſentur, ut ſcribit Bal. in c.1. §.ſciendum,poſt princip.tit.de feud.cog per not. in c.1. tit.quę ſunt rega.Et ſequitur Aluar.in dict. §. ſciendum. Matth.Afflict.qui ob id dicit ius retractus in ijs habere locum,in tract.proto.col.10.verſi.item quæro quid ſi vēdatur.& Zaſius in Epitome feudorum, parte 4.& Paul. Pariſ.conſi.84.dico conſtitutionem,lib.3. vbi idem dicit de iuribus portoriorum & poſtæ,quam vocant.Quibus adde & ipſum Bald.in l.ſtipendia.C.de execu.rei iudi.vbi dicit ius colligendi paſſagij,quod competit ratione rei,æquiparari bonis immobilibus,quia eis cohæret: per ea quæ not. Dyn.in l.ergo.ff. de acquiren. rerum domin.& idem uoluit Fran.Aret.conſ.154.conſultatio ꝓpoſita,col.ult.verſi.2. præmittendum, ubi & ex hoc dicit,ꝙ huiuſmodi res præſcribūtur eo modo,quo res immobiles,ſecundum Bart.in l.publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publi.& vectig.& in l.iuſto. §.non mutat. ff. de vſucap.& Cano.poſt Innocen. in cap.de quarta, extra de præſcript.Et ꝙ huiuſmodi ius ſolo cohæreat,tenet etiam Bar.in l.locare,in fi.ff.loca.Bald.in l.ſi ea lege, in fi.C.de vſur.& conſi.243.ius percipiendi lib.5.& Iaſ.conſ.81.cōmunitas,col.4.verſi.4.facit,lib.3.

*An & in venditione vectigaliū & aliorū id genus.*

35 Adde, inquam,quod Paul.Eleaz.in Clem.1.de rebus eccleſ.non alienan.exponens uerba illius tex.qui ꝓhibet conceſſionem iurium,reddituum,& poſſeſſionum eccleſiæ ad uitam,interpretatur verbum,iurium,in huiuſmodi iuribus colligendi percipiendique paſſagiū & collectas.Et ex hoc infert ea iura comparari immobilibus,ſicuti & alibi quantum ad vſucapionem.l.ulti.C.de præſcript.long.tempor.& quo ad alienationem, ca.2.de reb.eccle.non alienan.libr.6.ubi dicit not.hęc iura computari inter immobilia. Subdit tamen Paul. Eleaz. ꝙ in dict.Clem.1.& etiam in dict.c.2.colligitur contrarium, quia utrobique ponuntur ut diuerſa. Stepha. quoque in eadem Clem.1.dicit ea non comparari immobilibus, quo ad omnia.l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudica.vbi ponuntur vt diuerſa,& inducit quod ſupra de nominibus & actionibus diximus.& eos ſimpliciter retulit Card.Flor.in d.Clem.1.in princip.in 9.quæſt. & ibi etiā Imol.col.7.eademque penult.verſi.ex prædictis.Quibus adde Collect.in c.nulli,col.2.verſi.ſed nunquid iura,eodem tit.de reb.eccleſ.non alien.

Ex quibus potes intelligere,hìc omninò dicendum eſſe id,quod ſupra diximus de ipſis actionibus in princ. 36
huius glo.& multis ſequent.verſi.& quæ præterea in præcedentibus gl.de ſeruitutibus,& annuis redditibus,vt.ſ. hæc iura,de quibus nunc loquimur, per ſe & ex propria eorum natura non ſint mobilia neque immobilia, ſed cum neceſſe eſt,vt alterutrorum naturam adſumant,pro immobilibus ſint cenſenda,de hiſque vt de immobilib. eſſe iudicandum,vt in vniuerſum de cæteris iuribus tradit gl.in dict.c.2.in uerbo,iura,& ibi Archi.Ideoq; haud dubiè ſub hac noſtra conſuetudine comprehenduntur.

Idem videri poteſt ſi uendantur fructus pendentes, 37
quia hi inter immobilia reponuntur à glo.in ca.1.§.ſciendum,in uerbo,cohærētibus,tit.de feud.cogn. vbi ex hoc dicit,feudum poſſe in his conſtitui.Quā ſequuntur Mar. Alua.& Card.Alex.ibi.& Zaſius in Epitom.feudor.par.4.col.1.ubi id dicit communiter teneri,de quo poſtea dicemus Sed & inter immobilia collocantur à Specula.ti. de fruct.& intereſ.§.primo,verſ.ſed pone Prelatus.[Bal. in c.1.in princ.col.ult.uerſi.quęro quid de fructibus, & ibi Alua.& Matth.Afflict.uterque in c.1.§.ſi uerò pacis.. ille col.2.uerſi.quęro quid ſi in ſupradictis. hic col.quoque 2.in 2.not.tit.de pace tenend.Flor. in l. ſi furt. ff.de uſufruct.] Nam huiuſmodi fructus pendentes ſunt pars fundi.l.fructus pendentes.ff.de rei uend.idque non ſolū in rei uen.ſed & in actione perſonali.l. ult.§. fructus.ff.q̄ in fraud.cred.& plenè declarat Bar.in l.ſi filiusfam.§.cū fundum,in fi.& ibi Bald.Ang.Raph.Imol·Paul.Caſtrēſ. & Alex.ff.de uerborum oblig Bald.& plenius Saly. in l. fructus.C.de act.empt.& Ang.conſi.331.an in reſtitutione,col.1.Fran.Aret. in l.cum filiofamilias, col.9. & ibi quoque alij Recentiores, ff.de leg.1.Ideo & de his iudicandū eſt,vt de fundo, cùm quæritur,an cedant mobilibus,an immobilibus: ſecundum Bal.in cap.1.col.ult.verſic.quæro quid de fructibus,tit.de pace tenen.Propterea Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ,incip.grandis, colu.3. in 4.not. ſcribit quòd in confiſcatione bonorum mobilium non ueniunt fructus pendentes, cùm ſint pars ſoli. quod & idem uoluit in conſtit.incip.ſi quando aliquam, in 9.no.& iterum ante finem & reprobat glo. ibi contrarium tenentem. Et id ante eum uidetur ſenſiſſe Bal. quē non allegat, in d.c.1.paulò ante finem,tit.de pace tenen. & ibi quoque Mart.Lau.col.2.uerſi. quęro cum text.dicat & Cardin.Alex.colum.penult.uerſic.eiuſdem initij.

*Quæſtio, an retractus habeat locū in uenditione fructuum pendentium.*

*Fructus pēdentes an cēſēdi ſint mobiles, an immobiles.*

Adeo autem hi fructus cenſentur pars fundi, ut 38
Ang.in d.l.fructus.ff.de rei uend.adſeuerarit poſſe de huiuſmodi fructibus fieri ſupplementum legitimæ filio, quamuis habere debeat ipſam legitimam de ſubſtantia bonorum patris, & non de fructibus.l.ſcimus.§.repletionem.& Auth.nouiſſima,& utrobique Doct. C. de inoff. teſt.quod dicit ſing.Iaſ.in d.l.cum filiofam. col.ult.ff.de lega.1.Sed & hoc uoluit,licet Iaſ.non meminerit. idem Ang.in l.Centurio.col.2.ff.de uulg.& pup. ſubſt.& ante eum Iac.Butr.quem citat Ang.in poſteriore loco,in l.iubemus.C.ad Treb.& eos ſequitur Soc.conſi.93.circa primum,col.8.uerſi probatur etiam d.opi.lib.1.

*Supplemētum legitimæ in fructibus pendentibus.*

Et ex hoc fit, ut qui habet partem in fructibus ra- 39
tione decimę,aut alias,habeat partem & in fundo, cum fructus ſint pars fundi: ideo poteſt prohibere domino, ne fructus eo inſcio colligat, ut hac ipſa ratione uoluit Spec.& poſt eum Ioan.Andr.& Bal.in additio.ipſius tit. d. deciſ.§.1.col.ult. uerſic.ult. quęritur. Idem Ioā.And. poſt alios antiquiores à ſe relatos in cap. ex parte, l.2.& ibi quoque Collect.& Panormi.extrà eo.tit. Lucas Pen. in l.2.col.5. in uerbo, aſpectu.C.quando & quib.quar. pars,li.10.Card.Flor.conſi.146.notum ſit,poſt princip. Alex.in l.diuortio.§.ult.col.ulti.uerſic.iuxta hoc unum. ff.ſolut.matrim.Guid.Pap.qui ita dicit fuiſſe iudicatum in Curia Delph.q.283.exactor decimarum & conſi.20. ex proceſſu,num.1,uerſi.ad primum.Aufre.in dec.Tho

*Decimatores an prohibere poſſint ne ipſis inſcijs fructus colligantur.*

leſa. quæſt. 109. item fuit quæſitum ſi intentio alicuius. & iterum quæſt. 432. item fuit quæſitum nunquid ruſticus, Iaco. à S. Georg. qui hos non citat, ſed alios, qui id tamen non dicunt in tract. Roydis ſiue operis, colum. vltim. verſicu. rurſus quæro homines mei.

*Idem iuris in parte quod in toto.*

40 QVIBVS illud quoque conſequens fit, vt quemadmodũ fundus ipſe res eſt immobilis, ita & fructus quoq; pendentes, cuius pars ſunt, immobiles ſunt, eo argumẽto idem iuris eſſe in parte, quod in toto. l. iuriſgentium. §. adeò, verſi. ſi igitur in totum. ff. de pact. & l. quæ de tota. in prin. & ibi gl. & Bart. ff. de rei vend. & l. pars. ff. pro derelict. & l. qui ſcit, in princ. ff. de vſur. & l. ſi ſeruus. ff. de acquir. hæred. & c. paſtoralis. §. ſed cùm totum, extrà de offic. delega. cum ſimi. Sicuti ergo in fundo integro locum habet retractus, ita & in parte ipſius, id eſt in fructibus pendentibus habere debet, vt pars ſuo toto conueniat. c. quæ contra. 8. diſtin. Et ita tenuit expreſſim Matth. Affli. in tract. proto. col. 10. verſic. tertiò not. & etiam nulla illius mentione facta, Caſſ. in conſuetudinibus Burgundiæ hoc eodem titu. *de retraictz.* §. 1. in uerbo, *heritage*, col. 2. verſicul. ſed iuxta hoc quæro. Et Ar. Ferro. loquens de magnis arboribus nondum exciſis diuenditis in conſuetu. Burdig. hoc quoque titul. §. 15. per l. Quintus, ff. de actio. emptio. Et alibi loquens generaliter in fructibus pendentibus, videlicet 125. eiuſdem titul. in fin.

*Prohibitus re alienare, nec fructus eius alienare poteſt, nec in ea vſumfr. cõſtituere. Vſusfruc. in feudo cõſtitui non poteſt. Nec in emphyteuſi. Qui nõ niſi de parte põt diſponere, nec de fructib. quoque poteſt ultra eam partẽ.*

41 NAM & aliàs videmus, quòd prohibitus alienare aliquam rem, nõ poteſt & eius fructus nondum perceptos, alienare. Quod hinc planum fit, quòd eius rei non poteſt conſtitui vſus vel vſufruct. l. vlt. C. de reb. ali. non ali. & c. non liceat, in prin. ibi, nec in vſufructu iura dare, 12. q. 2. & no. Bar. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2. & Rapha. Fulgo. conſ. 93. ad id de quo, col 2. verſi. item loquitur. & facit Authen. nouiſſima, C. de inoff. teſtamen. Et de feudo uoluit gloſſ. ut ſolet à noſtris citari, in c. 1. §. in uerbo, alienationes, tit. de ca. Corra. Io. Blanch. in ſua ſumma, tit. quib. mo. feu. amit. uer. nunquid poſſit uſumfructum. Iac. Ardiz. etiam in ſua ſumma, eod. tit. §. cùm prædictum ſit, verſ. nunquid poterit vſusfructus. Andr. Iſern. in cap. Imperialem, in princ. & ibi quoque Iac. Alua. & Card. Alex. colum. 4. uerſ. quæro, an uaſal. & Ioan. Rayn. in §. habito, char. 11. in paruis, verſ. quæro nũquid vaſallus poſſit in feudo, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. Alex. qui eam glo. dicit communiter aporobari, conſil. 18. attentis narratis in Themate, col. 1. lib. 5. quod repetitur conſi. 118. lib. 6. Iacob. à S. Georg. in tract. feudo. in verbo, ita etiam quod ipſi, col. penult. ſubſequenter quæro. Franc. Curt. iunior in eod. tract. in 4. par. princip. col. 44. verſ. 15. quæro {Matth. Afflict. in d. c. 1. §. ſi quis hominem, col. 2. num. 12. tit. de pace tenen.} Et idem de emphyteuſi tenuit Rom. ſing. 622. ſcis quòd emphyteuta. Franc. Cre. not. 85. emphyteuta. Hierony. Tortus in l. iubemus, la 2. in princ. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed nec aliter poteſt uaſallus vel emphyteuta vendere futuros fructus feudi vel emphyteuſis, ſecundum Azo. in ſumma Inſtit. de vſufruct. §. 1. in fin. De quibus tamen vide quæ dicam infrà, eadem glo. num. 46. & hinc videmus, & ſeq. Sed & ſi quis ex ſtatuto non poſſit vltra quartam partem bonorum relinquere extraneo, nec poteſt quoq; de fructibus diſponere ultra eam partem, vt ex facto reſpondit Soc. d. conſi. 113. in 3. dubio, quod eſt in 7. col. verſic. circa tertiam dubitationem, & duab. colum. ſeq. libro 1. vbi ad hoc multa allegat, quæ omnibus videre promptum eſt.

*Retractus non habet locũ in uẽditione vſusfructus. Fructus pẽdentes uenire in uẽditionem. Atq; etiã in dationẽ in ſolutũ. Et in legatum fundi.*

42 TAMEN non poſſum accedere Matth. Afflict. Chaſſ. & Foro. qui dicunt retractum habere locum in vẽditione horum fructuum pendentium, nam eorum fundamentum ex eo adſumitur, quod diximus, fructus pendẽtes eſſe partem fundi, quod ego planè fateor, cùm conſiderantur tãquam acceſſorij, ac ueluti appendices ipſius fundi, ut ſcilicet uendito fundo, fructus pendentes comprehendantur in uenditione, cùm adhuc illi hæreant. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt. & d. l. vlti. §. fructus. ff. de his quæ in fraud. cred. Et idem in fundo dato in ſolutum reſpondit Franc. Aret. conſil. 140. longa eſt, col. 6. uerſ. circa quintum. Et idem in conceſſo ad fictũ, reſpondit etiam Rom. conſ. 10. quæſt. Et idem quoque in legato fundo, vt etiam fructus veniant, dicunt Iacob. Aret. & Bald. in l. ſi quis bonorum. ff. de legat. 1. & ipſe Bald. in l. 1. colum. 2. verſ. quæro quid de fructibus. C. de vſuris & fructibus leg. cum concor. traditis à Corn. conſi. 200. ad euidentiam dicendorum, col. 3. uerſ. ex quo infertur, lib. 4. & eſt bonus text. in l. ſi pendentes. ff. de vſufruct. & in l. in lege Falcidia placuit, ff. ad legem Falcid. Idemq; in fideicocommiſſo reſpondit Iaſon conſil. 331. iſtæ duæ mulieres, col. pen verſic. 5. dum quæritur, libro ſecundo.

*Et in fideicõmiſſum. Qui feudũ amittit, fructus pẽdẽtes eiuſdẽ amittit. Et qui fundum publicat, fruct. publicat. Qui fundũ tenetur uẽdere, fructus excipere non poteſt. In reſtitutione rei, ſiue per ſẽtentiam, ſiue aliàs, ex translato eius dominio, fructus pendentes ipſius continentur.*

43 ET idem in fundo conceſſo in feudum, voluerunt Dyn. Bart. Sal. Imol. Florian. Raph. Co. Paul. Caſtr. Petr. Beſu. Ang. Aret. Alex. Franc. Aret. & Iaſon in l. cum in filiofamiliàs. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 1. in 14. q. ff. de rerum diuiſio. per d. §. fructus, & idem Bal. in d. cap. 1. col. vlt. verſ. adde quod dicit, & ibi quoque Cardin. Alex. col. 2. verſi. nota text. ibi, tit. an agna. uel fili. per d. §. ſi fructib. & Mart. Laud. & ipſe Card. in capitulo 1. §. ult. in fin. tit. qui feud. dare poſſ. Petrus Anchar. & Imol. in capit. per tuas, ad finem, extra de donatio. & Iacob. Aluar. in c. 1. §. his conſequenter, tit. hìc finitur lex. Et qui feudum è diuerſo amittit, & fructus quoque pendentes amittit. Bal. in d. cap. 1. eadem col. vlt. uerſ. quærit. Odo. an agn. uel fili. Et qui fundum publicat, & fructus pendentes publicat, Bald. in cap. 1. in princip. col. ult. uerſ. quæro quid de fructibus tit. de pace tenen. Franc. Aretin. conſi. 10. caſus talis eſt, col. 1. ubi id dicit ualde not. Et qui fundum uendere certo precio damnatus eſt, nullos fructus eius rei excipere poteſt: quia id precium ad totam cauſam fundi pertinet. l. qui concubinam. §. ſi fundum. ff. de leg. 3. Et cùm res reſtitui debet, intelligitur cum fructibus pendentibus, Bal. in cap. 1. uerſ. ſi qui ex parte, in uerbo, ſuccedere, tit. de pace Conſtan. Et ſententia quæ rem adiudicat, cum ijs quoque fructibus intelligitur, ut uidere licet apud Matth. Afflic. deciſ. Neap. 188. ſi conuenitur, colum. 1. Et ſi dominium fundi in alium transfertur ipſo iure, intelligitur cum fructibus pendentibus. Quod ex facto reſpondit Stepha. Bertran. conſi. 8. etiamſi ſententia, col. 1. lib. 1. Et qui ſacerdotio (quod vulgò beneficium uocant) renunciat, & illius quoq; fructibus pendentibus renunciare cenſetur. Alb. in l. diuortio, in prin. col. antepen. uerſi. ex prædictis. ff. ſol. matr. Et rei uendicatio, quæ datur ad fundum, competit etiam acceſſoriè ad fructus pendentes. & ita intelligitur d. l. fructus pendentes, quæ ob id ſita eſt ſub tit. de rei uend. & aliæ ſimiles. {Et in datione pignoris fundi comprehendun tur fructus pendentes. l. quamuis. C. de euict.} Quæ omnia probant id, quod ſuprà diximus, fructus pendentes eſſe ueluti appendices ipſius fundi, ſi cum fundo conſiderantur. Quamquam ne quis decipiatur, ſi quis fundum ſtipulatus ſit, non ueniunt fructus pendentes, ut eſt text. in l. ſi filiusfamiliàs. §. 1. ff. de uerborum obligat. de quo vide gloſſ. & DD. ibi reddentes rationem differentiæ. & gl. in l. videamus. la 2. §. actionem. ff. de uſur. & Alber. in l. vlt. §. non ſolùm, numero 1. ff. quæ in fraud. cred.

*Fructus pẽdentes ſeparatim uẽditi, pro ſeparatis habentur.*

44 AT ſi per ſe diuiſimq; ac ſeparatim conſiderantur, vt quia ſine fundo venduntur, ſtatim à fundo ſeparandi, debent cenſeri, tanquam ſi iam eſſent ſeparati: tum arg. l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit, & ibi not. ff. de leg. 1. & l. pen. & ibi Bart. ff. de milit. teſtamento, cum multis ſimilib. à me collectis in legibus connubialibus, poſt l. poſtremã, in ea quæſtione, an ſponſa ſit in poteſtate ſponſi, vt vxor mariti,



*Bonis mobilibus iuſſis diſtribui fruct⁹ pendentes debent diſtribui. In fructib. pendentib. cadit ſequeſtrum.*

mariti, nu. 4. ſed maturè. Qua ratione Paul. Caſtrenſ. conſil. 132. videtur dicendum, quòd dictum frumentum, colum. 2. verſi. breuiter ego puto, lib. 1. reſpondit, teſtatore iubente omnia bona ſua mobilia diſtribui, fructus immobilium pendentes in hoc legatum venire, vt qui breui ſperantur fieri mobiles, argum. dictæ l. penult. & eius quod uoluit Bart. (vt ipſe allegat, ſed non eſt in meo Codice) in l. ulti. ff. de requiren. reis, ꝙ in fructibus pendentibus cadit ſequeſtrũ, ac ſi eſſent ſeparati a ſolo, licet ſint pars ſoli, quia breui ſperantur ſeparari: & ita cenſentur res mobiles. In ea autem l. ulti. text. eſt, fructus inter mouentia, id eſt mobilia, (vt interpretatur gl.) haberi, ut hi vendi debeãt, preciumque eorum in depoſito eſſe. Nec illic declarat, an loquatur de fructibus adhuc pendentibus, an de iam collectis: quamuis de pendentibus intelligere videatur. Illud autem dictum Paul. ſequitur Philip. Dec. conſ. 472. teſtator legauit, col. 1. Et idem uoluit Iaſon in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum, col. 1. uerſi. 2. not. ff. qui ſatiſda. cogant. vbi erranter allegat. l. 1. §. ult. & ibi Bart. ff. de requir. rei. Porrò ipſe Bart. quẽ illi non citant, in l. diuortio. §. interdum, uerſicu quæro, quidam ſoluto, ff. ſoluto matr. dicit per gl. in verbo, reddet. ꝙ fructus ꝓximè recolligendi habentur pro collectis, & ſequitur Iaſon ibi, col. vlt. vbi id declarat. & in l. admonẽdi, col. 11. verſi. decimò facit, ꝙ fructus, in lect. ff. de iureiur. & in d. §. ſed ſi ſeparauit, col 3 uerſi. 4. inquantum, ff. de leg. 1.

*Fructus ſtatim colligendi, ꝓ collectis habentur.*

*Finis inſpiciendus.*

45 TVM etiam, quia finis, ad quem quodlibet negociũ tendit potius inſpiciendus eſt, quàm quod præſens eſt. l. ſi idem. §. vlt. & ibi Paul. Caſtrenſ. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & l. ſi domum, ff. locat. & l. qui bona. §. qui inter. ff. de damno infect. & l. adeo. §. illud. ff. de acquir. rerũ domin. Nam finis ipſe declarat, qualis ſit res cenſenda. l. ſed & ſi quid. §. 1. ff. de vſufruct. & cap. fraternitatis §. vlt. extra de frig. & malefi. & voluit per eos text. Speculat. ex hoc probans aliquid eſſe cenſendum mobile uel immobile ſecũdum finem, in titulo de fructibus & intereſſe. §. ſcias igitur, verſic. ſed quid ſi debeo. nam & iuſtum eſt à fine omnia denominari, ſecundum Ariſtotelem, quem citat è noſtris Baldus conſilio 272. ſuper eo quod quæritur, colum. 1. lib. 1. & idem dicit ipſe Baldus in repetitione l. Aemilius, col. 4. verſ. & ſcias ꝙ libellus. ff. de minorib. & Alber. in l. 1. col. 2. verſ. & an ſit. ff. de origine iuris, per l. rem non nouam, C. de iud. & alia iura. & Signo. conſil. 23. quæſtio diſputata, col. 3. ſub num. 16. Et facit etiam l. ſi qui adulterij. C. de adulter. & l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtitut. & quod ſcribit ipſe Bald. conſi. 250. in quæſtione domini Milani, colum. 1. lib. 1. & Socy. in Rubric. ff. de uerborum obligation. col. ult. paulò ante finẽ, ubi dicit, ꝙ cuius naturæ eſt finis, eiuſdem ſunt & ea, quæ tendunt ad eum finem, per l. oratio. ff. de ſponſalibus. At finis intentioque eorum, qui hos fructus emunt, eiſque vti fruique uolũt, ea eſt, ut ſtatim quam maturi fuerint, eos ad eorum uſum decerpant, & ita mobiles faciant: vt proinde furti teneantur, qui eos a fundo ſeparauerint animo contrectandi. dict. l. ſi fur. ff. de uſufruct. & l. ſi certæ, & l. ſi ſeruus communis. §. locaui, & l. inficiando, §. ultim. & l. fullo. §. primo. ff. de furt. quamuis ea actio pro ſolis mobilibus detur. l. quare. ff. de vſucapio. & §. ꝙ autem, inſtitut. eodem tit. Ex quo illud planum fit, hos fructus pro mobilibus cenſeri.

*Finis declarat, qualis ſit res.*

*Argumẽtum de toto ad partem, nõ neceſſario cõcludit, nec ſimpliciter. Nunquam vero, cum eſt diuerſa ratio.*

46 TVM poſtremò, quia non neceſſariò concludit illud argumentum de toto ad partem, gl. in l. 1. §. ſi ex dodrante, in verbo, agrum. ff. de colla. bonorum. nec ſimpliciter quidem, ſed ſecundum quid, ut uoluit gl. in l. ſi qd earum, §. primo. ff. de legat. 3. Et horum eſt bonus textus in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. & in l. tutor urgentibus. §. 1. ff. de minorib. & in l. ſtatu liberos, l. 1. §. 1. ff. de ſtatulibe. Nunquam uerò procedit, cum eſt diuerſa ratio totius & partis. l. cum de indebito, verſi. ſed hoc ita, & ibi Salycetus in 4. not. ff. de probatio, & l. ſed ſi lege. §. adeò. & ibi glo. in uerbo, dimidiam. ff. de petit. hæred. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtamen. & l. ex mille, ff. de euict. & tradit alia quoque gl. in l. qui hominem, in princ. in verbo, Titio, de ſolut. & in Clemẽ. 2. in verbo. defenſor, de non alienandis rebus eccleſ. Petr. a Bell. Pert. in repetitione l. iuriſgentium, §. adeo, col. 2. in ſecunda oppoſitione. & ibi quoque Bartolus etiam in ſecunda oppoſitio. Alber. col. 2. verſ. item opponit. & etiã Recentiores, ff. de pact. Cyn. Saly. & alij in l. cùm notiſſimi, §. in his, C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. Alber. in l. ſi plures, paulò ante finem, ff. de accuſat. Card. Flor. Panormitan. Barb. & Fel. in ca. paſtoralis, §. item cum totum, extra de offic. deleg. Corn. conſi. decimo, tranſeamus, col. 4. verſ. nec obſtant, argument. lib. 3. Franc. Aret. in l. 5. in prin. col. 2. uerſ. confirmatur iſta. ff. de uerb. obligation. cum ſimilib. collectis à Philip. Dec. in l. cuius effectus. ff. de regul. iur. Et Nicol. Euerard. in locis legalibus, in loco, de toto ad partem. Ex quo & alias videmus fructus pendentes non cenſeri partem fundi in nonnullis alijs caſibus, ſcilicet in æſtimatione fundi donati ad effectum inſinuationis: neque enim fructus ipſi augent æſtimationem l. in ædibus, §. 1. & iterum l. cũ de donatione, ff. de donationibus quod non ob aliud eſt, quàm ꝙ in eo caſu eſt diuerſa quæpiam ratio. At hìc longè eſt diuerſa ratio utriuſque, ſcilicet fundi, & fructuũ: imò verò in fructibus ceſſat omninò ratio noſtræ conſuetudinis: quæ eſt ut bona maneant in familia: nam manere nõ poſſunt fructus ſtatim perituri, ſiue eos decerpas, ſiue intactos in fundo relinquas, cum manere id tantum dicatur, quod durat. l. ult. §. vlt. in fine, ff. de liber. legat. & cap. quia in omnibus, in fin. de vſufruct. cum ſimilibus à me adductis in repetit. l. ſi unquam, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 202. incip. denique text. hic.

*Fructus feudi & emphyteuſis an & quomodo uendi poſſunt.*

47 ET hinc uidemus, ꝙ licet feudum uel emphyteuſis non poſſint alienari, uel obligari ſine conſenſu domini, per iura uulgata: nec item accipi in cauſam iudicati, ut ꝑ omnes contra glo. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto. Poſſunt tamen eorum fructus uendi, vel donari ad modicum tempus uel etiam quamdiu vixerit vaſallus, ſecundum diuerſitatem opinionum. Poſſunt itẽ ĩ cauſam iudicati capi. Vt de primo, ſcilicet de alienatione, voluit Andr. Iſern. in cap. Imperialem, in princ. & ibi Bald. colum. 3. verſi. quæro nunquid ſi ex conſuetudine, vbi tamen diſtinguit Aluar. & Mart. Laud. col. 2. uerſ. nũquid vaſallus, & Card. Alex. col. 4. verſic. quæro an uaſallus poſſit, tit. de proh. feud. aliena. per Feder. vbi dicunt, ꝙ licet vaſallus non poſſit conſtituere uſumfructum in feudo. l. arboribus, §. ult. ff. de uſufruct. poteſt tamen uendere fructus totius illius temporis, quo feudum apud ſe futurum eſt: quia prohibitus vendere rem, non prohibetur uendere fructus illius. dict. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. & l. pater, in princip. ff. de legat. 3. Idem Andr. in c. eadem, tit. de lege Corra. & in cap. 1. titu. an agn. & in conſtit. Siciliæ incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, in fi. & ibi Matthæ. Afflict. col 7. uerſ. item quæro utrum habens. Iacob. Ard. in ſum. tit. quib. modis feud. amit. §. item quæritur, an poſſit uendere ius percipiendi fructus. Alber. in l. monumenta. ad fin. C. de legat. Bald. in l. uolũtas, col. 2. verſ. illud certum eſt. C. de fideicom. vbi dicit, quod uaſallus poteſt uendere fructus ad modicum tempus, quia illud non eſt alienatio. & in l. uſufructu, col. ul. verſ. illud eſt certum. & ibi Alex. in prin. ff. ſoluto matr. ubi idẽ dicit ipſe Bal. & in c. donare, in prin. ti. quali. feu. alien. pot. nam non dicitur (inquit) rem alienare, qui fructus alienat, arg. d. l. in ædibus. §. 1. ff. de don. & idẽ Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario, col. 6. ti. quib. modis feud. amit. l. 1. ꝑ illos tex. & l. peto. §. ꝓdiũ. ff. de legat. 2. & l. cõmuni diuidundo. §. cum de uſufructu. ff. commu. diuid. & rurſum in c. 1. paulò ante fin. ibi, quæro uaſallus, tit. de ſucceſ. feud. Ioan. Fab. in §. item Seruiana, col. 7. verſic. quid de ipſo

de ipſo feudo.& ibi Iaſon num.115.Inſtitut. de actio.& Ioannes Raynandus in §.habito,col.11. in paruis, uerſ. quæro nunquid vaſallus,titu.de prohib. feud. alien. per Fede.Martin.Laud.in d.cap.1.col.2.uerſ.item not.quòd agnati,tit.an agn.uel fili.Alex.conſi.68.viſis duobus cõſilijs,lib.1.repetito conſ.165. lib.2.colum.3. verſ.& per iſtud etiam.& d.conſil.18.col.2.uerſ. pro hoc etiam facit,lib.4.repetito conſil.118. lib. 6. Iacob.à S. Georg. in tract.feud.in uerbo,ita etiam quòd ipſi,colum.pen.uerſ. aduerte quia licet.Iaſ.in l.filiusfamilias.§.Diui, col.11. verſic.duodecimò limita. ff. de leg.1. in 2.lect. Matthæ. Afflic.in conſtit.Siciliæ, incip. ſi quis poſt litem, col.5. verſ.ſed iuxta hoc quæro.& Franc.Curt.iun.in trac. feu. in quarta parte,in princip. col.44. verſic. decimoquintò quærò.Zaſius in Epitome feu.parte 10.char.11.uerſ.tertia concluſio.

48 *Vſusfr. an in emphyteuſi cõſtitui poſſit.*

Et facit etiam eorum ſententia, qui contra quàm ex alijs ſupra diximus,uoluerunt emphyteutam poſſe conſtituere vſumfructum in re emphyt. ſine conſenſu domini. Ita enim cenſuit Petr.Iacob.tit.de act.in rem pro re emphyt.col.14.in paruis, verſic. quæſtio ſed an emphyteuta. Bald.in l.1.§.idem in fundo, quem legit cum princ.eiuſdem l.per illum text. ff.quibus modis vſusfru. amit.Salyc.in l.vlt.colum.penult.verſ.nunc ſequitur. & ibi quoque Iaſon col.34. uerſ. nunquid autem emphyteuta.C.de iure emphyt.Alex.& Iaſ.in l.3.§. ex cõtrario, ille col.14.verſ.quærit Bart. quot poſſunt. & iterum col. pen uerſ. facit pro eo quòd heri dixi: hoc col. item 14. verſ.not.diligenter.ff.de acquiren.poſſeſ.Alex.cõſi.120. ſuper eo quod quæritur,in fi.lib.1. Catel. Cotta, qui id dicit ſingul.memor. emphyteuta non poteſt. Stephan. Bertran.conſ.143.pro faciliori, poſt princip. lib.4. Carol.Ruin.conſ.250.in cauſa, col.7. num.14.lib.3. Iaſon conſ.123.uiſo teſtamento,col.2. uerſ. confirmatur quia emphyteuta,lib.4.quo etiam in conſil.paulò ante, verſ. ſed præmiſſis,idem tenuit de feudo,per tex.loquentem, de ſeruitute:in cap.1.§.quid ergo,tit.de inueſt.de rebus alien.fac. Et reſpondet ad gloſſ. in cap.1. §.1.de capit. Corra. quæ ut dixi ſupra num. 40. dicit contrarium, ut ſcilicet ea intelligatur,non poſſe cõſtitui uſumfructum in re feudali in præiudicium domini,ſed tamen in præiudicium uaſalli & hæredis ipſius poſſe, ut etiam dicit in d. §. ex contrario, ubi ſupra. Sed & idem in eo ipſo §.ex contrario.reſpondet ad l.ultimam.C.de rebus alie. non alienan. qua omninò innituntur, qui alterius ſunt ſententiæ.

*Quid in feudo.*

49 *Fructus feudi & emphyteuſis an in cauſam iudicati capi poßint.*

Qvòd autem fructus huiuſmodi rerum capi poſſint in cauſam iudicati,uoluit.{Spec.in tit.de primo decret. §.reſtat.uerſ.& idem in vaſallo.& tit. de execut. ſentent. §.ſequitur.uerſic. quid ſi habet tantum feudum. qui eſt ad fi.eius §.} Andr.Iſern.in d.conſtit. ſi quis poſt litem. & ibi quoque Matthæ.Afflict. ubi ſupra. & Spec. tit. de execu.ſent.§.ſequitur uidere,paulò ante fin.& tit.de 1.& 2.decre.§.reſtat,verſ.& idem in uaſallo.Iac.Andr.tit. & Rub.an pignus iudiciale contrahi poſſit.Bart.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus,verſ.ſed quæro quid ſi agatur. & ibi Imol.col.2.qui intelligit,in ſubſidium alijs rebus nõ extantibus,& alij,præſertim Alex.omnium latiſſimè. ff. de damn.infect.Ang.& ipſe Imol. & Roma. in l. eorum, eod.quoque tit.idem Ange.in l.pro hærede.§ ſi quid tamen.& ibi Paul.Caſtren.Alex.& Franc.Aret.ff.de acqui. hæred.Bal.in cap.contingit,colum.antepen. verſ. quæro quid in alijs iurib.extra de dolo & contum. & in d.c.Imperialem,col.3.verſ.quæro nunquid ſi ex conſuetudine. & ibi Aluar.col.pen.tit.de prohib.feud.alien.per Feder. vbi tamen dubitat, quantum ad feudum pertinet, & ibi etiam Ray.in §.habito,char.9.in paruis,verſic. quæro an poſſit in re feudali. Idem Bal.in l.vſufructu, col.2.verſ. item ex prædictis patet. ff.ſoluto matr.Aluar.in cap.1.§. quid ergo,paulò ante ſi,& ibi etiam Martin.Laud.col.2. & Cardin.Alex.colum.vlt.tit.de inue.de re alien.fac. & idem Aluar.in cap.1.§.ult.in 34.concluſ.tit.quæ fuit prima cau.benef.amit.& in c.ſi vaſallus de beneficio,col.3. in 3.oppoſ.tit.ſi de feud.uaſal.fuer.contr.Alex. conſilio 124.ſuper primo quæſito,col.3.libro 4.& conſi.11.viſo proceſſu,circa medium,lib.5. & Franc. Aret. conſil.14. viſo & diligenter,col.7.verſ.ſed quid opus.Carol.Ruin. conſi.72.prima,col.pen.num.12.lib.5.Matthæ.Afflict. deciſ.Neap.26. fuit dubitatum. Iaſon in l.cætera. §. ſed ſi ſeparauit,in 8.not. ff.de legat.1. & Franc. Rip. in l.1. col.3.num.13.& iterum col.17.num.37. ff.de pignor. & Ioan.Lup. in repet.Rub.de donat.inter virum & uxor.§. 12. poſt medium. Et hæc eſt communis opinio, licet Bal.nulla in re non ſibi contrarius, teneat contrarium, conſi.182.Petr.de Firmo.lib.3. Salyc. in d.Auth.ei qui. De quo etiam tu eundem Bald. videto conſi.306. uerba inueſtituræ,lib.2.& Matth. Afflict.in d.conſtit. Siciliæ incip.ſi quis poſt litem,col.4.in 6.not.& Ant.Rub.conſ. 164.circa primum,col.vlt.uerſ. pro reſolutione. & Alb. Brun.conſi.37.dum quæritur.

50 *Quid de alijs rebus, quæ alienari non poßunt.*

Et idem de cæteris rebus,quę alienari non poſſunt, vt de præbenda, & alijs id genus, vt ſcilicet eorum fructus capi poſſint in cauſam iudicati,per l.commodis. & ibi Bart.qui id intelligit,ſi deſunt alia bona. & ibi item Imol.Alex.& alij.ff.de exec.rei iudi.& in ca.2.ibi, alioquin de redditibus eorum.& ibi glo.& Doctor.extra de fideiuſſ.glo.& DD.in l. ſtipendia. C. de execut. rei iud. Spec.d.tit.de 1.& 2.decre.§.reſtat,verſ. quid ſi reus non habet niſi redditus.& in d.tit.de execu. ſentent.§. ſequitur,ad fin.verſ.quid ſi debitor habet. Bal. qui id intelligit,modò reſeruetur clerico aliquid, vnde poſſit viuere, in d.cap.contingit,col.6.uerſ. quid de redditib.extra de dol.& contum.Panormit.in cap.reprehenſibilis,col.vlt. de appell.Domin.in c.ſi propter.in 1.not. de reſcript. & quæ dicemus infr. eod. tit. §.26. in gloſſ.1.num.13. ex ſententia.

52 *Fructus decimæ uendi poſſe ĕ laico.*

Sed & facit, quòd licet decima pignorari aut uendi non poſſit,tamen poſſunt fructus eiuſdem, per c.veſtra. quod eſt 2.extra de loca.Specul.titul.de pig.§.1.col.vlt. verſ. quid de decima, ubi etiam dicit, quòd in laicum transferri poſſunt,vt & dicit Alb.poſt Iac.Aret. in l.ædibus.§.1.ff.de donat.idem Alber.in l.monumenta. C. de leg.Ioan.Fab.in d.§.item Seruiana. colum.7. verſ. quid in decima.& ibi quoque Iaſ.num.110.Inſtit.de actio.& idem Fab.in §.item finitur.poſt princ.Inſtit.de vſufruc. Bal.in d.l.vſufructu.col.vlt.& ibi Alex.in 3.not. ff.ſolu. matr.& ipſe Bal.conſi.44.ad euidentiam, in 1.dubio,libro 3.& Panor.in ca.2.col.4.uerſ.hinc eſt quod fructus. extra de iud.& ante hos glo.in c.alienationes, in uerbo, præbendam,& ibi Archid.col.vlt.12.q.2.& glo. not. in cap.quamuis,in uerbo,conceſſerit.extra de deci. quæ dicit fructus decimæ poſſe concedi laico ad tempus vitæ ſuæ,per d.c.2.de loca.de qua per Panormit.ibi,& in cap. adhæc,ad fin.eod.tit.vbi eam dicit ſing. Sed eſt ſimilis in cap.ult.in uerbo,non licere. 16.quæſt.1. Et eas ſequitur Iaſon conſil.73. dubitatur, an valida, colum.5.verſ. quartò moueor,lib.3.& voluit etiam Rom. ſingul.657. fructus eccleſiæ. Similiter licet vſusfructus cedi non poſſit.d.§.item finitur.poteſt tamen fructus illius,ut dicit gloſſ.& ibi,& eſt bon.text.in l. arboribus. §. 1. ff. de vſufruct. & in l.ſi vſufructu, & l.cùm in fundo.§. quòd ſi mulier.ff.de iure dot.& dicemus infra eodem titul. §. 26.in glo.1.num.43.ſecundò uſufructus.

52 *Minor poteſt alienare fructus rerũ immobiliũ.*

Hvcqve poſſet videri referendum, quòd licet minor non poſſit alienare res immobiles ſine decreto, C. de præd.min.per totum.ff.de reb.eor. etiam per totum: poteſt tamen earum fructus liberè vendere,ſicut maior. gloſſ.in l.1.C.ſi aduer.vſuc.quam ita pro ſing. referunt & ſequuntur Ang.& Imol.in l.1.ff.ad Treb.cum multis alijs concor.adductis ab Alex.conſi.49. maturè ponderatis.



ratis.col.2.verſ.fructus enim,lib.1.& conſi.37.conſideratis,col.2.uer.3.negari non poteſt.lib.4. & conſi.92.perſpectis.col.2.libr.6.Philip.Dec.in Auth. qui rem,col.2. uerſ.2.intelligit.C.de ſacro.eccle.& Steph. Bertr.conſil. 334.licet fructus,lib.1.Sed hoc profecto nihil huc pertinet,quia de fructibus iam perceptis loquũtur, qui haud dubiè mobilibus annumerantur, ſecundum Spec.tit. de fruct.& intereſ.§.1.col.2.uerſi.ſed pone Prælatus. & Philip.Dec.qui alios allegat,conſi.472.teſtator,col.1. Et ſanè fructus ſunt ex ijs rebus,quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt.l.procurator totorum. ff. de procu. Porrò generale eſt, fructus rerum probibitarum alienari, poſſe tamen vendi pro toto tempore vitæ eius,qui prohibitus eſt, ut per Bart.in d.l.codicillis.§.inſtituto. ff.de leg.2. & Iaſ.in d.§.Diui.ubi ſupra.

53 *Concluſio quęſtionis, an retract⁹ habeat locũ in uẽditione fructuum pendentium.*

Ex quibus(ut tandem concludamus)apertiſſimè cõſtat, fructus pendentes non eſſe cenſendos immobiles, quantum ad alienationem pertinet:Ideoque in venditione eorum non eſſe locum retractui.Fateor tamẽ, ꝙ ſi aliquis uendiderit fundum ſimpliciter, (quo caſu fructus pendentes cenſentur eſſe uẽditi cum fundo,ut diximus) & conſanguineus uelit retrahere,& fructus quoque pendentes retrahet,ſi illico retrahat: uel pro rata temporis, ſecundum noſtram conſuetudinem,infra titu.procedente.§.5.Et ita procedit,quod diximus fructus pendentes eſſe partem fundi: neque enim ſeparata uidetur uenditio fundi & fructuum,ſed unica tantum.d.l.ult.ff.quæ in fraud.cred.Et ita quidem,ut ſi ex ſtatuto ſoluatur gabella ex frumento & uino uendito,ſiue ſimpliciter ex uenditione fructuum,non debeatur ex uẽditione fundi aut uineæ,in quibus frumentum aut vuæ maturæ ſunt:cũ eorum non ſit facta ſimpliciter uenditio,ſed acceſſoriè cedant agri uenditioni,ut uoluerunt And.Piſ.Gul.Cu.Alber.& Bal.in l.non ſolùm,ff.de in integrum reſtit.& idẽ Alberic.in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtio.226. pone ſtatuto.

54 *Cõſuetudines Frãciæ de retractu fructuum.*

Et ſecundum hãc noſtram opinionem, vt videlicet in uenditione huiuſmodi fructuum pendentium non habeat retractus locum,eſt expreſſa conſuetudo Cenomaniæ,c.413.Borboniæ c.443.Andegauiæ,c.402.Turoniæ, hoc eod.tit.*de retraictz*.§.32.quorum poſtremorum locorum Commentarij nihil aliud de ea re dicunt, quam quòd contrarium videbatur,per dict. l. fructus pendentes.Meldenſium autem conſuetudo, cap.69. & tribus ſequent.tractat,quando & quomodo iſti fructus pendentes cenſeantur mobiles uel immobiles. Sicuti etiam Melodunenſium,c.47.Moſtrolienſium,c.91.Borbonienſiũ, c.284.& Aurelianenſium,c.273.Andegauẽſium,c.239. & ſeq Belquercenſium,c.42.Arteſienſium,cap.95.Carnutenſium,cap.61.Niuernenſium, tit. *quelles choſes ſont reputèes meubles*,c.2.3. & 4. vbi ſimpliciter dicitur hos fructus pendentes immobiles cenſeri,vti & Laudunenſium in Veromandia,tit.omnium.1.§.2.Prioribus autẽ concinit Baldus in cap.1.in princ.tit. de feud. cogn. qui intelligit gloſſ. ibi uolentem feudum poſſe conſtitui in huiuſmodi fructibus,ut diximus ſupra, in princ. huius quæſt.nume.36.modo hi fructus ſint annui,aliàs ſecus. Quod autem priuatim pertinet ad uenditionem magnarum arborum nondum exciſarum,de quibus ſup.ex Ferro.diximus,eſt aliud quod hanc rem magis ambiguam reddit,ꝙ ſcilicet nõ ſint annuæ exciſioni deſtinatæ neq; aptæ:ideo in illo paulo amplius cogitandum eſt.

55 *An retract⁹ habeat locũ in uẽditione uſufructus rei immobilis.*

Item ſi uſusfructus rei immobilis venditur,eſt locus noſtro retractui, ſi credendum eſt Matthæ. Afflict. in dict.tract.protomixeos,col.totius operis 10.ver.item quæro quid ſi vẽdatur vſusfructus, atque etiam Chaſſe. hoc ipſo tit.*de retraictz*.§.1.in verbo, *ſon heritage*, col.2. verſ.quærit vlterius idem.& Ferro.in conſue.Burd. hoc quoq; ti.10.25.& Paul.Pariſ.conſ.84.dico,col.2.n.8.li. 3.Et mouentur, quia vſusfructus eſt pars fundi, & ideo immobilis eſt.Allegant priores.l.4.ff.de uſufruct.& alia quædam iura,quæ uel omninò non ſunt, vel id non dicunt,ſicuti nec dicta l.4.ſed id tãtum, quòd vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt.

56 *An partẽ fundi ſtipulatur, qui vſumfr. ſtipulatur. Vſufructuarius quadã ex parte dominus rei.*

Scio tamen text.qui dicit eum, qui uſumfructum fundi ſtipulatur,ſimilem ei eſſe,qui partem fundi ſtipulatur, in l.qui vſumfructum. ff.de uerbor.oblig. & facit etiam text.in l.ſi à reo §.ſi reo. ff.de fideiuſſ. & in l.ſi ab emptore.ff.de euic.& in l.cum filius. §. ſi dominus. ff.de lega.2.Sed id quomodo intelligitur,diſces ex glò. Bart. Ang.Imol.Alex. & Soc.in d.l.qui vſumfructum.gloſ.& alijs,præſertim Alc.in l.rectè diximus.ff. de verbo.ſign. Scio item vſufructuarium cenſeri quadam ex parte dominũ ipſius rei.l.ſi vſusfructus, ibi, ei quaſi domino. ff. de aqua plu.arcend.& l.in uenditione,in prin. ff.de bo. auto.iud.poſſ.& l.liber homo qui bona,in fin. in princ. ff.de verbo.oblig.quod uel hinc intelligi poteſt, quòd ſi quis in libello dixerit ſe dominum, & probauerit ſe tantum eſſe uſufructuarium,obtinebit:vt per Alexand.poſt alios in l.naturaliter.§.nihil commune.col.3.verſ. & facit ad quæſtionem, & ibi quoque per cæteros recẽtiores. ff.de acquir.poſſeſ.Sed videbis ibi, quomodo & id intelligatur,atque etiam apud.Gul.Cu.Bart.& Bald.in Rubr. C.de uſufruct. Nam ſunt & alij multi text. quibus probatur vſufructuarium domini appellatione non contineri,vti l.1.§.qui ſeruum,qui eſt 2.ff.de S.C.Sylla.& l.q falſus.§.vlt.in fi ff.de iniur.& benè facit l.2.§.ſed & uſufructuarius,iunctis præcedentibus.ff.de relig.& ſumpt. fune.& l.item apud Labeonem. §.ſi uſumfructum. ff.de iniu.Sed & tu de hoc priuatim vide Bart.& Ange.in d.l. in uenditione,de bo.auto.iud.poſſ.& Alex.conſ.129.puto de iure,circa medium,libro 2.quod & inculcatum eſt conſi.4.lib.5.& omninò Carol.Molend.acris ingenij & iudicij uirum in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1.glo.1.nu.4.& 5.

57 *Vſumfructum inter immobilia computari*

Scio denique Bart. in l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſuc.adſerere vſumfructum inter immobilia computari, per l.corruptionem.C.de vſufruct.& idem tenuiſſe Alber.in l.mouentium,in fi.ff.de verbor.ſigni.& Alex.qui neutrum citat,in addi.ipſius Bart. in l.iubemus nulli, in fin.prin.C.de ſacroſan.eccle.per tex.in ea ipſa l.§. ultim. Glo.autem in d.l.corruptionem,in uerbo,excludere,dicit uſumfructum etiam rei mobilis æquiparari rei immobili:per dict.§.non mutat.& præterea l.ult.in fi.C.de præſcri.long.temp & l.ſicut.C de ſerui.& aqua. & idem quoque voluit ipſe Alb.in l.ult.ad fi ff.de requi.reis. Et ad hoc quoque facit,licet non allegent,text.in l.3.§. nec vſusfructus, ff.de reb.eor. vbi nec uſusfructus pupilli alienari poteſt ſine decreto, quod in rerum immobiliũ alienatione requiritur.Similiterque dicit Imol. in Cle. 1.col.5.uerſic.an autem rectores,de reb.eccle.non ali. ꝙ ſicuti res immobiles eccleſiæ ſine decreto alienari non poſſunt, ita nec ſuper illis vſusfructus conſtitui, cum is ſit pars dominij,per d.l.4.ff.de vſufruct.quod & nos plenius diximus ſupra,nu 41.verſ.nam & aliàs. Et facit qđ ſcribit Sal.poſt Pet.in dict l.ult.col.ult.in 4 q.C. de lõg, temp.præſcript.Et tex.in l.ult.C.de reb. ali. non ali. ubi prohibita alienatione cuiuſpiã rei, prohibetur & uſusfructus conſtitutus ſuper ea re.

*Vſumfr. non conſtitui ſuper rebus eccleſiæ.*

58 *Retractus an habeat locum in venditione uſus uel habitationis.*

Idem tamen Alex.conſi.52.viſo Themate, col.ult. verſ.3.moueor,& ſeq.lib.1.expreſsè tenuit, non eſſe locum retractui uẽditione vſusfructus,vſus, vel habitationis,cum ea iura ſint incorporalia, ideoq; nec mobilia, nec immobilia propriè,vt uoluit Bal.in c.1.§.ſciendum, tit.de feud.cogn.cum alijs multis,quos citauimus ſupr. in aliis multis quæſt.præcedentib. Sed quibus potes addere Lucam Pen.in l.3.eademq; vlti.col.2. C. de vend. reb.ciuit.li.10.ubi ẽt expreſſim dicit,vſumfr. nec rẽ mobilẽ eſſe, nec immobilem, ſed neutrum aliquid per ſe exiſtens, vt ſunt cætera iura. quod & idem dicit Corne. conſi.147.omiſſo,col.2.verſi.his tamen non obſt.lib.4.

Sed

Sed aduerte, Lector, quia Alex. d. conſ. 52. loquitur in caſu ſtatuti loquentis ſimpliciter de retractu rerum immobilium: quod, vt dicit, & alij multi, ut alibi plenè diximus, ſumendum ac intelligendum eſt propriè, ſcilicet de re, quæ propriè eſt immobilis. Noſtra autem conſuetudo vlterius loquitur: nam poſtquam de immobilibus locuta eſt, adijcit & de rebus, quæ pro immobilibus cenſentur: hæc enim ſunt verba, quæ nunc commentamur, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*. Ideo pleriſque videri poſſet, quòd ſi vſusfructus ſiue vſus & habitatio (nam hæc omnia placuit poſt Alex. iungere) conſtituerentur ad aliquod longum tempus, pro certo quopiã precio, conſanguineus poſſet id ius retrahere reſtituto illo precio, inſtar eius quod ſuprà diximus de reditu annuo, in glo. præcedenti.

60 Ego verò (vt tandem meum interponam iudicium) in ea ſum ſententia, vt retrahi non poſſit: quando huiuſmodi vſusfructus venditur proprietario: quia tunc non amplius eſt in rerum natura, ſed ſuppreſſus atque extinctus per conſolidationem. §. vlt. Inſtitut. de vſufruct. qui text. (ne hoc omittam,) vtitur hoc conſolidationis verbo, non ſine claro exemplo, quandoq; Virgilius libro 1. Georg. & plinius lib. 1. epiſtolarum, ſimplici verbo ſolidandi vſi ſint. Sed & conſolidandi & conſolidationis verbo vſus eſt Vlpianus in l. idem Neratius. §. 1. & in l. idem eſt. ff. de vſufruct. accreſ. & Tryphonius in l. cùm in fundo. §. quòd ſi vxor, in fi. ff. de iur. dot. & Tullius lib. epiſtolarum 5. ad Ruffum, quanquam ſunt, qui ibi aliter legant. Sicuti etiam (vt redeamus,) de ſeruitute dicimus, quæ etiam per conſolidationem extinguitur. l. ſi tibi homo. §. vlt. §. de leg. 1. cum ſimil. Ideo non poteſt reuiuiſcere, quod funditus ſublatum eſt: inſtitui autem de nouo rem peremptam poſſibile eſt, ſed non eadem res, eſt. l. qui vſumfructum areæ. ff. vſufr. & l. qui res ſuas. §. aream. ff. de ſolut. & l. ſi nauis. ff. de rei vendicat. Ergo cùm vſusfructus ſit per conſolidationem confuſus, lui a conſanguineo non poteſt, ſed quaſi re perempta emptor liberatur à ſtatuti neceſſitate. l. quòd te. ff. ſi certum petat. Et his rationibus motus Bald. conſi. 300. ſtatuto cauetur, in fin. lib. 1. reſpondit, quòd ſtante hoc noſtro ſtatuto, quod concedit conſanguineo facultatem redimendi reſtituto eodẽ precio, ſi dominus emphyteuſim emerit, non poterit conſanguineus uenditoris eam redimere. de quo nos diximus ſupra in uerbo, *aucun biens*, poſt princip. Sed tamen vide, quid de hoc d. Bal. dicam infra eo. §. gl. 13. in uerbo, *ou equipollent à vente*, nu. 111. hincq; videmus, & duobus ſeq. Illud autem quod de proprietario diximus, qui emit vſumfructum nuncupatim voluit D. Ferro. in conſuetud. Burdigal. hoc tit. de retractu. §. 26. verſ. ſed tamen.

*Si uſusfructus uenditur pprietario, an ſit locus retractui. Conſolidationis uerbum. Solidandi verbum.*

61 Si autem vſusfructus cõmoditas alteri quàm proprietario venderetur, ſecundum l. neceſſariò. §. vlt. ff. de peric. & commo. rei vend. (nam ipſe vſusfructus extraneo uendi non poteſt. l. ſi vſusfructus. ff. de iur. dot. & diximus ſupra in precedenti quæſt. & dicemus latius infr. §. 26. in glo. 1. num. 43. ſecundò vſusfructus) aut ſi dominus ſuper ſuum ipſius fundum alteri vſumfructum precio accepto conſtituerit, uix quoque crederem his caſibus eſſe locum retractui. De quo eſt conſuetudo expreſſa Pariſienſium, cap. 181. Melodunenſium, cap. 49. Turonenſium, tit. *de retraictz*, cap. 31. quo loco videbis, quid de hac re dicant Commentarij Cenomanenſium, c. 113. Andegauenſium, cap. 402. ubi etiam Commentarij Borbonienſium, c. 463. Et aliàs videmus, quòd licet poſſeſſio bonorũ immobilium, excuſet a ſatisdatione, non tamen uſusfructus eorum. l. ſciendum. §. poſſeſſor. l. 2. ff. qui ſatiſdar. cog. ſed hoc tamen alijs fit rationibus, ut ibi per Cy. Angel. Alex. & Iaſ. quæ quidem huic loco non admodum conueniunt, & quidem licet feudum. Et omninò vide quæ diximus in præcedenti quæſt. quia multum huc quoque faciunt.

*Conſuetudines de retractu uſufructus.*

62 Nec tantum dubij eſt, ſi vſufructuarius è diuerſo acquirit proprietatem, an ſit locus retractui, cùm id concedant omnes, quos ſtatim aduocabo, dum id tantùm pro dubio habent, vtrùm is vſufructuarius qui cogitur rem cedere conſanguineo, perdat vſumfructum, qui ei competebat, antequam emeret proprietatem. Quod ſtatim prima fronte videtur: nam cùm ſemel ſit extinctus per conſolidationem ſiue per confuſionem, vt dicit textus in l. ſi fructuarius. ff. vſufruct. quemadmod. caue. non poteſt amplius reuiuiſcere. l. Mæuius. §. duorum, ibi, neque reuocari actionem ſemel extinctam. ff. de leg. 2. cum multis ſimil. Sed quod ad hunc caſum ſpecialiter pertinet, eſt tex. in l. ſi tibi. ff. quib. mod. vſufruct. amittit. ius omne vſusfructus amitti, ſi vſufructuarius proprietatem acquiſierit, nec, ut ibi intelligit Bald. in epitome, reuiuiſcit. Et textus omnium optimus, quem tamen nullus hoc in caſu allegat, in l. is cuius. ff. de lega. 2. vbi ſi proprietarius ſerui inſtituit hæredem vſufructuarium, & eundem ſeruum alteri legauit, non poterit ipſe vſufructuarius retinere vſumfructum. Et quòd hoc caſu, de quo loquimur, non recuperet vſumfructum, expreſſim tenet Gulielmus Cuman. in l. ſi maritus. C. de inoffi. teſtam. Et faciunt quæ ſuprà diximus in præcedenti dubio.

*Quæſtio. ſi vſufructuarius acquirit pprietatem, an ſit locus retractui. Et ſi locus ſit retractui, an is perdat vſumfructũ*

63 Faciunt item alia multa ad hanc ſententiam. Primò quòd vſufructuarius emendo à proprietario, videtur ei conſentire. l. cùm parer. §. libertis, & ibi Bart. in penul. quæſt. & Imol. ff. de leg. 2. & l. Titius, in princ. ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. & quod voluit Ioannes Andr. in cap. qui tacet, colum. 2. verſ. ſecundum principale, & in fi. de reg. iur. lib. 6. concord. à me adductis in legibus connubialibus, in glo. 5. quæ eſt in ver. *expers*, in 3. limitatione. Ex quo ſequitur, quòd ius illud vſusfructus remiſiſſe videtur. l. ſi debitor. §. 1. & l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. modis pign. vel hypo. ſol. Secundò, quia vſusfructus ad eum actum peruenit, à quo incipere non poteſt, cùm rei ſuæ nemo poſſit eſſe vſufructuarius. l. vti frui, in principio. ff. ſi vſusfruct. pet. ergo vitiatur. l. pluribus. & §. & ſi placet, & l. exiſtimo. ff. de verborum obligationibus, cum ſimil. Tertiò quia res ſemel liberata eſt ab eo onere vſusfructus: ergo nunquam in illud recidit. l. ſolita, quæ eſt vlt. C. de remiſ. pign. & quod in ſimili dicitur in l. eius qui. §. 1. ff. de iure fiſc. & quod diximus in noſtris Legibus connubialibus, in gloſſ. 1. in 4. eademque penult. quæſtio. in qua illud diſſero, an fœmina, quæ per matrimonium liberatur à patria poteſtate ex ſtatuto uel conſuetudine, recidat ſub eius poteſtatem ſoluto matrimonio. Et hanc opinionem tacitè ſecuta fuiſſe videtur conſuetudo Borboniorum. capitul. 463.

64 Sed Iacob. Aret. cuius opiniones, vt alicubi teſtatur Bart. ſemper de mente iuris veniunt, ut in d. l. ſi maritus, de inoff. teſtamẽ. diſtinguit, vtrumne vſufructuarius emptor proprietatis, ignorabat hanc retractus conſuetudinem, & non perdit vſumfructum emendo proprietatẽ: ſed eum à conſanguineo retrahente reuocabit: per d. l. ſi maritus. & l. ſi ignorans. ff. locat. & l. generali. C. de tabe. lib. 10. An uerò ſciebat, & tunc ſibi debet imputare: per l. propter veneni. §. neptis. ff. de S. C. Syllan. & l. hæredem. ff. de his quibus ut indign. Et hanc opinionem ſequitur Petr. à Bel. Pert. in d. l. ſi maritus, & Alber. Roſa. tum in d. §. neptis. tum quoque in prima parte ſtatutorum, quæſt. 91. ſed pone, aliquis habebat. & quiſquis eſt in Margar. Bal. in verbo, alienatio, col. vlt.

65 Verùm Cyn. Ang. & Paul. Caſt. in d. l. ſi maritus. indiſtinctè tenuerunt, non amitti vſumfructum, cùm nihil emendo deliquerit, per l. dominus, in princ. ff. de vſufruct. vbi eſt optimus text. & quia etiam abſurdum eſſet, vt cõſanguineus plus retraheret ſiue cõſequeretur, quàm uen-



venditor habere ãnte venditionem. Et cùm hic retractus fiat reſtituto precio, fueritq; ſolutum precium proprietatis tãtùm, & nõ vſusfructus, certè etiam ſola debet & põt proprietas retrahi, & non vſusfructus, cuius reddi non poteſt precium ſolutum, cùm ſolutum non ſit. Ideò non habent locum verba noſtræ cõſuetudinis, quę loquuntur de precij ſoluti reſtitutione: ergo nec ipſa cõſuetudo l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. cum multis ſim. a me collectis in rep. l. ſi unquam, in uerbo, libertis, nu. 2. Nec debuit emptor propter huiuſmodi metum temerè commodum ſuum relinquere. l. illud. ff. de pet. hæred. Nec obſt. (inquiunt) d. l. ſi tibi. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. ubi reuocatur plena proprietas, & vſusfructus nullatenus reuiuiſcit: quoniam ab initio legatarius habebat proprietatem, cui ſolidatus eſt uſusfruct. qui poſteà non reuiuiſcit. Sed in hoc caſu conſanguineus reuocans venditionem nihil iuris in re habebat. Et hanc quoque partem ſecutus eſt Bald. in tractatu proto. colum. 3. verſ. ſed pone vſufructuarius: niſi tamen (inquit) fuiſſet in dolo. & Matth. Afflict. in eodem tracta. colum. 20. verſic. item quæro vſufructuarius & Franciſ. Crem. ſingul. 58. teſtator legauit: ubi id dicit ſing. & Hiero. Cagnol. qui & hoc tradit ad retractum conuentionalem: quod multò plus habet dubij, in l. 2. in 26. quæſt. C. de pact. inter empt. & vendi. & Boerius in hoc eod. tit. §. 3. colum. pen. verſicul. ſed quæritur vnus. Et pro ea conſideratione precij proprietatis tantùm ſoluti, bene facit text. in l. cùm in fundo. §. vxor. ff. de iur. dot. quem nullus tamen citat.

66 At Bal. ipſe in d. l. ſi maritus, de inoff. teſt. diſtinguit, vtrùm conſuetudo ſit reſciſſoria, ideſt, diſponat reſcindendo venditionem: an uerò translatoria iuris emptoris in agnatum reuocantem, quæ ſcilicet diſponat transferendo id ius ab uno in alterum. Et primo (inquit) caſu poteſt retineri vſusfructus: quia reſciſſa cauſa reſcinditur effectus, per text. ibi. Secundò autem caſu retineri non poteſt per l. cùm filius §. dominus, in princip. ff. de lega. 2. niſi fortè propter iuſtam ignorantiam: ut in d. §. neptis. Igitur ut ipſe ſubiungit, in conſuetudine reſciſſoria reſtituitur vſusfructus: in conſuetudine autẽ tranſlatoria diſtinguitur ſcientia ab ignorantia. Hæc ille, quem ſequitur Alb. Brun. in tract. ſtatutorum, in uerbo, vendere, col. 2. verſ. ſtatutum ſeu conſuetudo.

67 Sal. in d. l. ſi maritus, poſteaquam retulit Bal. vt ſup. ſubdit ſibi uideri in eo remanere dubium, quando ſcilicet ſtatutum dicatur translatorium iuris emptoris, uel non: & utrum totius, an partis tantum, quæ ad eum peruenit ex uenditione. Et ideò (ait) videtur ponderandum, an in eo apponantur illa uerba, oblato precio ſoluto, ſiue pro eodem precio: & tunc de re vendita & appretiata tantùm, non de pluri, fit reuocatio. Ideoque vſusfructus deducitur, ut ſic ex quantitate oneris iniuncti colligatur mens ſtatuti, & portio reſtituenda, argum. l. utrum. §. ult. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. ad S. C. Treb. Aut illa uerba non apponuntur, ſed ſimpliciter dicitur agnatum poſſe reuocare rem uenditam, nulla precij mentione facta: & tunc eſſet inſpiciendum, an id ſtatutum eſſet in pœnam emptoris: verbi gratia, ſi ſtatutum dicat, quòd nullus poſſit emere rem immobilem, niſi prius requiſitis agnatis eius, qui vendere vult, & ipſis ali quo tempore expectatis, alioquin poſſit agnatus rem ipſam auocare: tunc enim, quia emptor deliquit aduerſus ſtatutum, non requirens nec expectans conſanguineos, non poterit vſumfructum deducere, per d. § neptis, cum ſim. Aut ſtatutum ita dicit, quòd poſſit agnatus auocare oblato precio ſimpliciter, ſine hac adiectione, ſoluto, nec alterius verbi, ex quo poſſit conſtare, quòd intelligat de precio ſoluto: & tunc ſi ad precium totius rei referatur, non deducetur vſusfructus, cùm appreciatus intelligatur. Si uerò ea uerba interpretentur de ſoluto, tunc deduceretur, arg. d. l. utrum. & d. l. quoties. Et poſt hæc ſubdit Sal. iſtarum interpretationum videri æquiorem ſecundam, & ueriorem per not. in l. 3. in glo. in uerbo, reddito. C. quod met. cauſ. in iſtis tamen plenius fore cogitandum, cùm caſus occurreret. Ex quibus planè intelligis Saly. hìc ancipitem eſſe. Cæterùm ipſe in l. dudum. col. 2. uerſ. quæro ſi uſusfructuarius. C. de cont. empt. eandem quęſtionem ponit, ſed omnino ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in d. l. ſi maritus.

68 Denique Maſuer. & legum, & conſuetudinũ Franciæ peritiſſimus, in titul. de retractu. §. item ſi ille. fuit in alia prorſus ſententia, nempe hoc caſu remanſurum apud emptorem vſumfructum, niſi ſciret, cùm emit, rem apud ſe non permanſuram, quia tunc ius confuſum non reſtituitur, per d. l. propter veneni. §. neptis. ff. de S. C. Sylla. ſed æſtimatio tamen reſtituetur, iuxta l. 1. ff de act. empt. Subiungitque ſecùs fortè eſſe de conſuetudine, & nihil præterea dicit, & ita quidem vt neſcias ad quid referendum ſit, quod dicit de conſuetudine. Nouiſſimè verò Carol. Molen. vir acuti ſubtilisq; admodum ingenij, alia multa ſuper hac re ſcripſit in Conſu. Par. tit. 1. §. 13. glo. 5. in 6. q. quæ tu ibi videre poteris.

69 Pro ea autem opin. quæ relinquit vſumfructum emptori, facit optimus text. à nullo eorum, qui hanc rem tractarunt, memoratus, in l. à liberto ff. de bon. liber. cuius uerba, quia huic rei maximè conueniunt, ſubnectenda cenſuimus. A liberto ſuo hærede inſtituto Seius vſũfructum fundi Mæuio legauit, libertus Mæuio hærede relicto deceſſit. Quæro cùm contra tabulas teſtamenti petierit Seij filius aduerſus Mæuium, utrũ deducto vſufructu pars debita fundi ei reſtituẽda ſit, an ſolida, quia eorum bonorum acceperit poſſeſſionem, quę liberti fuerint, cùm moreretur filius. Reſpondi, Vſumfructum in cauſam priſtinam reſtituendum puto. Hæc in eo loco, vbi vides proprietatem ab eo acquiſitam fuiſſe, qui uſufructuarius erat, vtpote cui primùm vſusfructus relictus erat ab hærede teſtatoris: deinde proprietatem vſufructui annexam, cum ille uſufructuarius fuerit inſtitutus hæres à proprietario. Tamen quamuis teſtamentum illius hæredis à filio domini, bonorum poſſeſſione, contra tabulas, fuerit expugnatum atq; reſciſſum, nihilo ſecius vſusfructus in cauſam priſtinam reſtituitur. Facit & text. in l. legatum eſt. §. vlt. ff. de leg. 1. ubi fundus legatus talis dari debet, qualis relictus eſt. Ideo ſiue ipſe fundo hæredis ſeruitutem debuit, ſiue econuerſo, licet confuſione domini ſeruitus extincta ſit, priſtinum ius ei reſtituendum eſt. Et ſimilis propè text. in l. huiuſmodi. §. hæres. ff. eod. tit. & in l. Papinianus. ff. de ſeru. Facit item text. in l. rei cuius. ff comm. præd. Et quod ſcribit Alber. in d. l. dominus. ff. de vſufr. quòd ſi reuocatio contractus habet cauſam præcedentem ueram uel præſumptam, reuocato iure proprietatis, non extinguitur uſusfructus per d. l. ſi maritus.

Et quod in ſimili dicimus, quòd licet rei ſuæ pignus ſiue hypotheca conſiſtere non poſſit. l. ſi rem alienam, la 2. ff. de pig. act. & l. neque pignus. ff. de reg. iur. ſicuti nec vſusfructus, ut diximus: Tamen id intelligitur, cùm res eſt irreuocabiliter ſiue incõmutabiliter acquiſita, aliàs ſecus: nam tunc non uidetur diſceſſiſſe à uinculo pignoris. l. ex ſextante, quæ eſt pen. §. Latinus. & ibi Petr. Iaco. Ray. Cyn. & Bart. ff. de excep. rei iud. & l. debitor. & ibi quoque Bart. Paul. Caſtr. & Alex. ff. ad S. C. Treb. & l. in rebus. & ibi Bald. columna penult. C. de iur. dot. & l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ibi Bart. ff. de capt. & poſtli. reuer. & l. nõ quocunq; in prin ff. de leg. 1. & l. 1. & ibi Iac. Aret. Cyn. in 3. oppo. Bal. ad fi. & Io. Fab. C. ſi antiq. cred. & l. 1. & ibi Cyn. C. de his qui in prior. cred. loc. ſucced. & arg. l. debitor. ff. de ſepara. & l. ſi prior. ff. qui potio. in pig. hab. & uoluit gl. not. in l. qui à debitore. eo. tit. & in l. eleganter. in princip. in uerbo, finita, & ibi quoq; Bart. 70

*Pignus nõ perditur p acquiſitionẽ dominij reuocabilis.*

in 1.oppoſ.& Bal.ſuper glo.1.in prin.ff.de pig.act.[& in d.l.ſi rem alienam.& ibi Bart.ff.de pig act.]Bar.in l.ſi ſinita.§.Iulianus.col.pen.verſic.circa hoc.ff.de damn.inf. Bald.in l.1.colum.2.uerſi. quæro nunquid ſi teſtator.C.com.de leg.& conſi.123.quidam Alexan.colum.2.libr.1.vbi eam priorem gloſ. dicit not. & ex hoc in pulchro caſu conſuluit ibi.& conſ.167.Titius vendidit, paulò ante fin.eod.lib.1.& conſ.180.præſuppoſitis verbis. col.1.verſic.in contrarium videtur.eod.lib.1.Ang. conſi.208.viſo dicto puncto,colum.vlt.Paul.Caſtr.in d.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.in fin. & ibi Alex.colum.1. ff.de leg.1.[Roma.in l.quòd ſi vir.quam legit cum l.dotalē.nu.6.ff.ſol.matr.]Franc.Aret.conſ.160.longa eſt iſta. colum.7.verſ.2.hoc probatur.Soc.conſi.170.in præſenti conſultatione,colum.4.verſ.non obſt.ſecundum,lib.2.Phil.Dec.in d.l.neque pignus.in 1.not.Matth.Afflict.deciſ. Neapo.8.quidam Philippus.num.1.& deciſ.16. fuit in relationibus.num.3.& 4.

71 Et idem dicimus de ſeruitute, videlicet quòd cùm quis acquirit dominium fundi ſeruientis irreuocabiliter,confunditur ſeruitus,nec amplius reuiuiſcit.l.ſi communi,& ibi not.ff.de ſeru.ruſt.præd.At ſi reuocabiliter, non extinguitur,aut certè reſtituitur.l.legatarius. & ibi Imol.Franc.Aret.& Iaſ.in 5.not. ff.de legat.1.& Alexā. conſ.69.circa primum.in fin.libr.5.& facit l.ſi ei.ff.com.præd.& l.Papinianus.ff.de ſeruit. Idemque de actionib. confuſis per aditionem hæreditatis,vt reſtituantur amiſſa hæreditate,etiam culpa hæredis,modò dolus abſit,vt eſt text.in d.l.propter veneni.§.neptis.& ibi Bart.Bal.Angel.& alij.ff.de S.C.Sylla.& d.l.hæredem.ibi quoq; Bar.ff.de his quibus vt indig.& l.eum qui.§.vlt.ff.de inoff.teſtam.& l.eum bonis.§.1.ff.de acqu.hæred.cum alijs multis ſimi.quæ videbis infra,tit.ſeq.§.2.glo.1.num.10.tertiò acquiſitio,& multis ſeq.& iterum nume.42.igitur licet,& ſeqq̄.Hìc autem,vt ad caſum noſtrum redeamus, proprietas non eſt acquiſita irreuocabiliter emptori, cū ab eo poſſit conſanguineus retrahere. Nō mirum igitur, ſi uſusfructus non extinguitur,ſed manet interim,ita ut ſi res auocetur per agnatum, non propterea perditur vſusfructus.

*Nec ſeruitus. Nec actio confuſa amiſſa hæreditate.*

72 Et ego quidē in hac ſum ſententia,niſi ſi quis emiſſet cōtra prohibitionem ſtatuti,ut ſupra diximus ex Sal. Aut niſi ipſe emptor uerſatus ſit in dolo, vt etiam diximus,ex d.§.neptis,qui nuncupatim dolum exigit,vt hoc caſu non integretur actio ſemel confuſa, negatque culpā in id ſufficere.Præſertim verò, ſi ipſe vſufructuarius, cùm emit proprietatem,proteſtatus fuerit ſaluū ſibi fore ius uſusfructus,ſi res ab eo retrahatur:nam tunc haud dubiè non amittit ſuum vſumfructum,per id quod in ſimili de pignore reſpondit Bal.conſi.123.lib.1. per text. in l.ſi debitor.§.ſi in venditione, qui eſt 1.ff.quib. mod. pign.uel hypo.ſol.& etiam eſt bonus tex. in d.l.debitor. ff. ad Trebel. Et faciunt alia iura, quæ dicunt proteſtationem conſeruare ius proteſtantis, quæ ſunt propè infinita.

73 Ex quibus potes facilè intelligere,quid dicendum ſit in hac ſpecie, quam non ſemel vidimus ex facto agitari.Mæuius conducit fundū à Titio ad quatuor annos, & fortè integram annorum quatuor penſionem in ipſo contractu ſoluit.Poſtea & ipſe durante adhuc conductione emit eundem fundum à Titio locatore. Deinde conſanguineus Titij fundum ex noſtra conſuetudine retrahit.An nihilominus poſt retractum Mæuius ſua conductione integra potietur. Nam & conductio extincta fuit per emptionem eiuſdem rei,cùm rei ſuæ conductio(ſicuti nec uſusfructus,quod iam diximus) conſiſtere nō poſſit. dict.l.neque pignus, ff.de regulis iuris & l. ei à quo. ff. de vſucapio. & l. qui rem. C. de locat. cum ſimilibus. Igitur & hìc dicendum eſt, quòd de uſufructu diximus, cùm vtriuſque eadem omninò ſit ratio, ut ſcilicet conductio teneat poſt retractum?

*Si conductor emat rem conductam, quæ retrahitūr an poſt retractū duret conductio.*

Nisi tamen hæc conductio facta fuiſſet in fraudē conſanguineorum,vt vel deterrerentur à retractu venditionis,quam contrahentes præcogitauerant,propter huiuſmodi conductionem fortè factam ad longos annos, & paruo quodam precio, vel ſi nihilominus retrahant, non ob id deterriti propter magnam rei affectionem id interim lucri emptor faciat,vt fructibus fundi multis annis potiatur ſoluta parua penſione,per ea,quæ in ſimili dicemus infra tit.procedente.§.3.gloſſ.1.num.15.tamen ſi eam,& tribus ſequent.Nam & quæ diximus ſupra de vſufruct.ſeruitute,actionib.confuſis,& cæteris huiuſmodi, intelliguntur, modò fraus & dolus abſit, ut etiam diximus. 74

*Quid ſi in fraudē locatio facta fuerit.*

Ex multis autem hìc fraus & dolus præſumitur,de quibus plenè per Bartol. & recentiores in l.poſt contractum.ff.de donat.eundem Bartol.conſil.65. Petrus Nic. & Ang.conſil.48.ex dicto themate, in 1.dub.& Raph. Co.conſ.155.Antognolus, columm.2.& pleniſſimè per Cępollam in tractat.de ſimulatione contractuum.& Alciat.in l.ſi maior.C.de tranſact.& Chaſſe.hoc eodem ti. *de retraictz*.§.9.in uerbo,*ſi la fraude eſt trouuee*, & Matthæ.Afflict.in tractat.Proto.in uerbo,niſi quis.colum.3.uerſic.ſciendum eſt,& multis ſequentibus, per 3.aut 4.colum.Ex quibus tria tantùm, aut quatuor hìc ſpecialiter deſignare uiſum eſt, quia priuatim ac peculiariter huc ſpectant.Primùm igitur,ſi res uilius fuit conducta, per text.nuncupatim loquentem in conductione & locatione,in l.quinetiam,ibi,minoris, locata.ff. de calum.& in capit.donare.& ibi Baldus in uerbo, in fraudem eſſe. Martin.Laud.& Cardin.Alexand.uterque colum.1.& in ult.not.tit.quali.olim. feud.ali. pot. ut interim omittam uulgaria illa iura,in capit.ad noſtram,de empt.& uend. & capit.illo uos,de pig.cum ſimilibus, & quæ in id quoque ſcribit Barb.conſi.6.illud afferam, col.7.uerſi.2.interuenit utilitas. 75

*Ex quibus hæc fraus preſumatū.*

*An ſi lui precio conductio facta ſit.*

Præsvmitvr item,ſi breui quopiam tempore facta fuit locatio ante uenditionem, quia tunc uidetur fuiſſe cogitatum de uenditione facienda, locationem autem prius in fraudem factam. l.ſi uentri. §. ulti. & ibi Bart. & Angel.ff.de priuil. cred.& l.dubium, ibi, breui tempore reſciſſum eſt.C.de repu.& l. ſed Iulianus.§.ſed ſi filius.ad S.C.& Maced.& c.officij. & ibi gloſſ.prima, & Panorm.colum.1.in 3.not.de elect.& c.2. ibi in proximo,de renun.lib.6.prout eum tex.expendit Phili.Francus.ibi in 4.not.tametſi non admodum mihi ad id facere uideatur. 76

*Si haud multo ante uēditionem.*

Nam & alias ex breuitate temporis fraudem,dolū, & ſimulationem præſumimus,ut per glo. in cap.definimus.18.q.2.Cyn. poſt Iac. Aret.in l. ſi quis poſthac. colum.2.in 2.quæſt. & ibi Bald.columm.quoque 2.uerſ.ſi uerò dubitetur,in 2.præſumptione. & Ang.colum.1.C. de bon. proſcr.Gul. Cu.in l.1.poſt princ.ff.de rer.diuiſ. Alber.& Bart.in l.poſt contractum,illum col.3.uerſ.uel dic conſiderandum.& iterum colum. ult.verſi.quærunt Iac.hunc,col.quoq; 3.in 5.præſumptione. ff.de dona.& eundem Alber.in l.1.§.1.ff.ſi quis teſt. liber.& in l.etiā. C.de donat. inter uir. & uxor.& in l.1.in fin.ff. de ſtatu hom.& ipſum Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis Prætori.colum.3.uerſ.octauò quæro.& ibi Iaſ.col.7.uerſic.in octaua quæſt.ff.de oper.no.nunc.& eundem Bart.in l.2.circa med.& ibi Corn.C.de repud.hæred. Bald.in l.eam quā. colum.10.uerſic.ſed ſubiungitur.C.de fideic. & in l.nā & nocere.in 2.lect.poſt med.ff.de pact.& in l.per diuerſas.in ult.q.C.manda.& in l.1.col.3. uerſ. & ille dicitur. C.de ſeru.fug.& in l.non ideo minus.colum.ultim.uerſic.quæro an aſſocians.C.de accuſ. & in l.legem.colum. 1.uerſiculo in contrarium.C.de pact. & in l.1.columna 4.uerſiculo quartò quæro.C.de inoff.donat.& in l.ſolēt. §.ult.in 5.q.ff.de off.Procon.& in cap.ueritatis.uerſicu. 77

*Ex breuitate tēporis fraudē, dolum, ſimulationem præſumi.*

ſed



ſed nunquid orta, extrà de dolo & contuma.& in addit.Specul.titul. de donat.§.1.verſic. item pone aliquis. & conſil.493.multiloquium.col.2.verſic. certè ego, lib. 4. Salic. in Auth. ſed iam neceſſe.C. de dona.ante nu p. Ang. in l. res vxoris, circa med.C. de dona. inter vir. & vxor. & d. conſ.48.ex dicto thematis,poſt prin. & conſ. 141.ſuper primo puncto, circa mediū.Raph. Co conſ. 31.teſtator.in fin & conſ.172.Galuanus. colum.3.verſicul.amplius. & conſil.219. arbitror, colum.penul. verſ. ſecunda ratio.alter Raph. Fulg.conſil.179.dubia,in fin. ſecundi dubij. & conſil.198. in quæſt.colum.1. & Petr. Anchar. conſil.99. egregiè, circa med. & conſil.251. ex his,colum.1.& conſil.257.ſi prædicta, etiam circa med. & conſil.430.fuiſſet, in fin. Imol.conſil.55.in caſu præmiſſo. col.1.Pau.Caſt.& Corn. in l. ſi quis hæredem.C. de inſtit.& ſubſtit.& eundem Paul.conſi.388. plus quatuor.in fi.lib.1.Roma.conſ.68.uiſis.col.1.uerſ.ex his.Io. Ana.conſ.23.licet prima facie, poſt princ. Alex. & Soc. in l.1.in fi.princ. ff.ſi ex noxa.cau.aga. & eundem Alex. conſi 86.lætatus ſum.circa med. lib.7. & conſ.184. viſo proceſſu,col.2.uerſ.præterea quando, eod.lib.7. Barba. conſ.57.illud in medium,colum. antepen. lib.3. Franc. Aret.in c.tertio loco,col.vlt.de probat.Guid. Pap. conſ. 65.viſo themate.colum.13.verſic.de voluntate. Soc.conſi.90.in cauſa magnifici.colum.3. verſi. ex quo inferunt, lib.3.Franciſ.Crem.ſingul.6. tu ſcis quòd quicquid. Iaſ. conſi.139.in præſenti, colum.2. verſ. nec obeſt. libro 4. & quiſquis is eſt inter conſ. ipſius,conſ.120.iuridicum. colum.2.uerſ. item bene. eod. lib.4. nam ex princ.conſ. ſeq.ſatis liquet illud conſ.non eſſe Iaſo.Steph.Bert.conſ. 236.multa.num.21.in fi.lib.1.Philip.Dec.in l.certi condictio.§.ſi nummos,colum.4.verſ.ſecunda concluſio. ff. ſi certum petat.& in l principalibus.colum.2.verſ. quintò præſumitur.eodem titul.& conſ.525. viſis his. in fin. Franc.Rip.libro 3.reſponſo.cap.8.Perona.num.5.Ioan. Lup.in repet.Rub.de don.inter uirum & vxor. §.30. col. vlt. Et diximus etiam ſuprà in præfatio. numero omnium poſtremo,& dicemus quoque infr.in glo.14. huius §.in verbo, *ou equipollent à vente*.num.37. ſed etſi.& ſeq. ubi etiam tracto, quantum temporis in id intelligi debeat. Et ex his intelligere potes, non abs re Tiberiū Cæſarem quempiam è quæſtura remouiſſe, quòd uxorem pridie ſortitione ductam,poſtridie repudiaſſet, ueluti id in fraudem feciſſet, uti retulit Sueto. in ipſo Tiberio.c.35.

*Tiberij iuſtum iudicium.*

78 Et id præſertim,cùm eodem tempore fit locatio & venditio,aut confeſtim fit venditio poſt locationem: nā tunc uterq; contractus factus fuiſſe uidetur, alter alterius contemplatione & reſpectu.l.1.§.quæ onerandæ.ff. qua.rer.act.non dat. Et ita quidem,vt multis placeat cenſeri debere unum & eundem cōtractum. l. cùm antiquitas.C.de teſt.& l.hæredes palam.§.vno contextu. ff. eod. tit.cum alijs in utroq; illo dicto multis concor. à me latè congeſtis in repet. l.ſi unquam, in uerbo, donatione largitus.nu.117.ſed & hoc tamen.& ſeq.& dicemus etiā inferius in tit.ſeq.§.1.glo.5. in verbo, in limine contractus.in princ. Ex quo & illud fit, vt conſanguineus unū retrahens, alterum quoq; retrahat, ſuccedatq; in vtroque in locum emptoris.

79 Sed & factum in fraudem videri poteſt, ſi cùm ipſi contrahentes cogitant, tractantq; de uenditione, hanc ipſam locationem & conductionem prius faciunt,etiāſi emptio & uenditio non continuò poſt ſequatur, ut in ſimili dicitur in l.ſed ſi maritus. §. ſed ſi conſtante. ff. qui & à quib & quæ latius dicemus infr.eo.§.in glo.14. quæ eſt in uerbo, *ou equipollent à vente*. nu. 19. ſimiliter permutatio, & multis ſeq. Sunt autem hac de re,utrum uidelicet poſt retractum teneat conductio, expreſſæ quædam conſuetudines,ut apud Cenomanos. cap.433. quo cautum eſt conſanguineum retrahentem non teneri ſtare conductioni factæ emptori ante uenditionem, quin ea extinguitur propter præſumptionem fraudis. & ibi tamen nihil dicunt cōmentarij. Et ſimiliter apud Borbonios c.477. ubi tamen diſtinguitur ex tempore uenditionis poſt locationem, ut ibi uidere poteris. Et Dunenſes,c.84. Vtrum autem conſanguineus, qui retraxit, teneatur ſtare locationi factæ ab emptore,dicam tit.ſeq. §.3.glo.1.nu.12.ſed & illud,& ſeq.

*Si cum tractatur de vēditione, locationē prius faciunt.*

*Conſuetudines an locatio teneat poſt retractū.*

Sed & ex ſuprà dictis apertè intelligitur,quid ſtatuēdum ſit in hac ſpecie. Titius cùm haberet annuum vectigal ſuper fundum quempiam,tandem eundem fundū emit,atque ita cōfuſum eſt huiuſmodi vectigal,cùm res ſua nemini ſeruiat,vt iam ſuprà ſæpius diximus. Vtrum igitur ſi conſanguineus fundum redimat, tenebitur ad id uectigal præſtandum poſt hac emptori. De qua re nuncupatim loquitur Chaſſ.in hoc eod. tit. *de retraictz*. §.8.vbi & ipſe allegat noſtrorum ſententias,in d.l.ſi maritus,C.de inoffic. teſtamen. Sed & eundem vide §.ſeq. col.pen.in addit.ubi tractat,an hoc caſu huiuſmodi uectigal erit loco precij. 80

*An poſt retractū maneat ſaluū uectigal antiquum emptori.*

Nvnc autem,vt ad alia tranſeamus,ad hanc noſtram gl.pertinentia, quæro quid ſi quis hæreditatem ſiue ſucceſſionem ſibi obuentam, aut quotam illius partem vendiderit,eritne locus retractui? Maſuer. in tit. *de retraict*. §.item ſi hæres, ſcribit non eſſe locum, quia hæreditas complectitur mobilia & credita, & quia res ſingulares non cenſentur eſſe uenditæ:ideò nec pro eis debetur euictio,niſi nominatim conuenit.l.1.C.de euict. Cui adde ad confirmationem poſterioris rationis, quòd adeò ea procedit, vt emptor hæreditatis non poſſit ſingulas ipſius res vſucapere pro emptore,ut not.glo. ſing.in l. 1.§. 1.in uerbo,uniuerſæ. ff. de uſucap.pro dot. nec ſi ab alio poſſidentur,uendicare.Bald. qui eam gloſſ. dicit ſingul. conſil.285 caſus coram R.col.2.lib.2. 81

*Quæſt. An retractus habeat locum in uenditione hæreditatis.*

Ego autem contra cenſeo,ſcilicet locum eſſe in hoc caſu retractui, tum quia hæreditas eſt ius incorporale, quod inter immobilia collocatur,vt ſuprà diximus, nu. 6.at ſunt qui actiones,tum quia non ſolùm comprehendit mobilia, ſed & immobilia illis multo digniora. l. ſciendum,in princip.ff.qui ſatiſd.cog.& l.1. C. de vſuca. transfor. Nam mobilium vilis & abiecta eſt poſſeſſio.l. ſi rem mobilem.& ibi gloſſ.ff.de acquir. poſſ. Ideoque immobilia ad ſe trahunt mobilia, vt eodem iure in re eadem cenſeri debeant, non è diuerſo. l. eum qui. ff. de vſucap.& l.longè.ff de diuer.& temp. præſcrip.vbi ſi res mobilis & immobilis ſimul poſſidentur, mobilis non niſi tempore,quo immobilis vſucapitur. Et generale eſt, vt magis dignum trahat ad ſe minus. c. quod in dubijs, de conſe.eccle.vel alt.& cap.1.eo.tit.lib.6. & utrobique concor.& quod uoluit glo.in c.de ieiunio,in uerbo, celebrari.76.diſtin.& Bald.in l.2.in princ. C.com.de leg. Card.Flor.in clem.1. in 6.q. verſ. ſextò quia propter, de ſupple.negl.Prælat.Ro.in l.2.in princ. ff.de verb.oblig. & conſ.443.quo ad primum.col.vlt.verſ.vltimò quando in aliquo,ubi alia quædam iura allegat.Alex.conſ.82.in cauſa vertente. in fi. lib.1. cum ſimil. Atque vt id quod potentius eſt,trahat ad ſe naturam minus potentis,cùm ſimul permiſcentur. c.ſi duo ex tribus. & ibi Domin. in 3.not.de offic.deleg. lib.6. Ad quod etiam facit, quod not.Panor.in c.cū nō ſit,in 3.not.per illū tex.ext.de dec. 82

*Immobilia ad ſe trahunt mobilia.*

*Minus dignū ad magis dignū trahitur.*

Ex quibus etiam fit,quòd cum tutor non poſſit alienare bona immobilia pupilli ſine decreto.C. de præd. min. per totum. & de reb. eo. ff. etiam per totum:certè etiam non poſt ſine decreto repudiare hæreditatem, ſiue bonorum poſſeſſionem, pupillo delatam, quia eſt quædam alienatio vniuerſitatis, quæ apta eſt comprehendere mobilia & immobilia. Ideo æquiparatur alienationi immobilium, & requirit eandem ſolennitatem ex natura propriç aptitudinis. Hçc enim propè ad verbū ſcribit Bal.in l.bonorū,in 3.q.C.qui admit.ad bo.poſ. q̄ 83

*Hæreditas delata pupillo, non pot. ſi ſine decreto repudiari.*



ſumpſit

ſumpſit ex Bart.in l.tuto.ff de bono.poſſ.tit.generali.de quo etiam pleniſſimè per Corn.conſ.11.in præſenti.lib. 3. Sed & idem Corne conſ.236.diligenter.col.pen. ver. nec etiam obſt.iunctis præcedentibus, lib.4. tradit prohibitionem alienationis immobilium trahi ad alienationem hæreditatis, in qua ſunt bona immobilia.

84 *An retractus habeat locũ in uenditione mobilium & immobiliũ ſimul.*

IGITVR & in hoc caſu hæreditas ratione illius aptitudinis de qua per Bal.vbi ſuprà, habetur pro immobili, ut ſit locus retractui. Nam & aliàs videmus, quòd licet pro rebus mobilibus, non competat interdictum unde vi.l.1.§.hoc interdictum. el 2. verſic. illud vtique. ff. vnde vi. Tamen ſi mobilia cum immobilibus ſint coniuncta, uel ex hæreditate, uel quia in domo ſiue fundo ſita ſunt pro illis quoque acceſſionis nomine competit. d.l.1.§.planè ſi quæ.& l.pen.eod.tit. Et licet item feudum in immobilibus tantùm cõſtitui poſſit, non etiam in mobilibus, poteſt tamen in utriſque ſimul, ex mente Iac.Bel.& Bal.in c.1.§.ſciendum. & ibi expreſſius Mart. Lud.in fi & Card.Alex.col.vlt.tit. de feud. cog. arg.l. ſi quando.C.de bon.vac.lib.10. Et faciunt, quæ à Bal. ipſo ſcripta ſunt in l.per diuerſas.in 4.quæſt.C.mand.

85 *Feudũ conſtitui põt in mobilibus & immobilibus ſimul.*

NISI quis diceret, eſſe locum retractui reſpectu bonorum immobilium, non etiam mobilium, ut utraque ſuo iure cenſeantur, ut fit in l hæreditatis. in fi.& ibi glo. & Doct.C.de pet.hæred. & in ſimili uoluit Bald.in ipſo retractu.in tract. protomixeos. col.vlt.verſic. item pone quòd quis. Et in alio ſimili Ferro.poſt Gul.Cun.in cõſuet. Burdigal. de feudis. §. 24. Sed huic ſententiæ obſtat, quod tradit Iacob.Aret.in l.qui concubinam. ff. de leg.3. quòd ſi venditur fundus cum fructibus vno precio, debentur laudimia totius illius precij, quamuis ſi fructus ſuo ſeparatim precio venditi fuiſſent, non deberentur laudimia ex precio eorum, & ſequitur Guid. Pap.ſing.492.ſi uenditur.fundus.

86 *Conſuetudines de retractu uẽditionis mobilium cũ immobilibus.*

SI tamen id admittimus, vt vtraque ſuo iure cenſeantur, id certè intelligendum eſt uolente emptore: nã eo inuito fortè non cogeretur conſanguineo cedere parti rei emptæ uno precio, ut dicemus inferius.§.23.in gl j. Porrò autem Aurelijs conſuetudo eſt, quæ in hac ratione retractus dicit mobilia vendita cum immobilibus, ſequi naturam immobilium. c. conſuetudinem eius loci, 299. Et ſimiliter in Cenomania, c.etiam conſuetudinum eius regionis 371. Et præterea in Andegauia cap. 361. Atque apud Montargienſes, cæteroſq; Lorrienſes hoc tit.*de retraict.* §.22. Apud Borbonios autem, c.472. hoc in caſu, uidelicet cum uenduntur mobilia cum immobilibus, eſt in optione emptoris relinquere conſanguineo retrahenti ea, quæ immobilia ſunt pro rata precij, & ſibi retinere mobilia, aut totum relinquere recepto integro precio. Pro qua quidem conſuetudine optimè faciunt, quæ dicam inferius §.11.glo.7. in uerbo, *il y ſera receu*, pro rata.num.3. at in caſu, & iterum in §.24. glo.2.num.9.& ego ſanè.vbi omnino videas. At ex conſuetudine Aruernorum tit. *de retraict.* qui 23.eſt. c.item 23.in venditione ſucceſſionis vniuerſalis non habet locum retractus. Laudimia autem domino ſoluuntur pro rata immobilium, ut ſcribitur tit. *des achaptz lotz & ventes*, c.7.

87 *Si in hæreditate ſunt tantùm bona mobilia, an ea uendita ſit locus retractus.*

Ex ſupradictis autem ſatis intelligi poteſt, quòd ſi in hæreditate nulla ſint bona immobilia, ſed tantùm mobilia, non eſt locus retractui. Præſertim cùm tunc ceſſaret ratio retractus. Nam & aliàs videmus, quòd hæreditas, in qua ſunt tantùm mobilia, inter mobilia computatur. Ideoq; & eam poteſt minor ſine decreto iudicis diuidere aut alienare, ex ſententia glo.& Bart.in l.inter pupillos. ff. de auto.tut.quam ſequitur de iure digeſtorum Franc.Aret.conſ 22.diligenter.col.1. licet ſecus dicat de iure Codicis, quo etiam res mobiles, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, alienari prohibentur, per l. lex quæ tutores. C.de adminiſt. tut. Sed tamen non negat, quin res mobilis cenſeatur. Ex quo illud confeſtim cõſequitur quod diximus, retractum non habere locum, vt qui in immobilibus tantùm obtineat. Et ex his facilè intelliges, an retractus habet locum, cùm ſimul uenduntur mobilia & immobilia, & an pro omnibus.

88 *Quæſt. Retractus an habeat locum in naue uẽdita.*

SED quid de naue vendita? Ea enim ſpeciem quandam habet domus atque habitationis, ut videre licet, & probat text in l.pen §.vlt. ff. de his qui deiece. vel effud. iuncta l.1.ibi, in eum qui ibi habitauerit, eodem titul. Ex quo Alber.in dict. §. vlt. vt à nonnullis citatur, not. quòd l.plerique.ff.de in ius vocand.qua prohibitum eſt, quempiam de domo ſua in ius vocari, habet locum & in naue, ut ab ea non liceat dominum in ius vocare. Quod tamen non reperi in Codice Alberici, qui circunfertur. At illud ibi ſcribit, quod non longè abeſt, quòd ſtatutũ puniens aſſultum factum ad domum, habet locum & in aſſultu facto ad nauem. Sed & idem in 2. parte ſtatut.q. 35.item quæritur, ſi ex ſtatuto.in fi.tradit, quòd ſi ex ſtatuto imponatur maior pœna percutienti aliquem in domo ſua, quàm foris, ſi quis in naue dominum percuſſerit, æquè punietur, ac ſi in domo percuſſiſſet, per d.§.vlt. Quod multum eſt not. cùm loquatur in materia ſtatutaria & pœnali, & eum ſequitur Bart.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, colum.2.ff.de verbor.oblig. Et D. Igne. in l.1.§.domini, el 3.num 66. de S.C.Sylla.trahit verba illius S.C.loquentis de domo ad nauem, quamuis Rom. ibi reclamet.

89

ET id confirmat text.in l.naue.ff.de euict. vbi nauis & domus æquiparantur, & de vtroque idem ius ſtatuitur, & l.in eadem.§.vlt. ff.ad leg.Iul. de vi pub. ubi nihil intereſt, deiectus quis ſit domo agrove, an naui ſua, vt deijciens teneatur lege Iulia de vi publica. & in l. ſi vniuerſa, in princip ff. de acquiren.poſſeſſ.& in l.rerum miſtura.in princip.ff.de vſuc.& in l.ſi nauis. ff.de rei vend. vbi nauis æquiparatur tabernæ & arcæ. Et quod tradit Bald.in l.certi iuris.colum.2.in 4.q. verſic. quid de conducente.C. locat. quòd nauis æquiparatur prædio vrbano, non ruſtico. Et ſequitur Cæp. in ſeruit. vrba. præd. tit.11.qui eſt de ſeru.vrb.& ruſt.colum.1.verſic.quid de naui.& Philip.Dec.in l.nemo de domo.de reg.iur. Alij autem potius ruſtico, quàm vrbano, adſimilant, ſcilicet Iaſ. & Franciſ. Rip. in repetit.l. quo minus. in 18. q. eademque ult.Bart. ff. de flum. quod & hinc non alienum eſt. Et huc quoq; pertinet, quod Alexand. & Iaſ.in l.ſi domus, ille in fin. hic autem colum.3. verſicul. ſecundò amplia. ff. de legat.1. tradunt diſtinctionem, quæ in eo text. fit in domo, habere locum & in naue ſimpliciter legata, per glo.in l.quod in rerum.§.vlt.in verbo, ſpecialiter, eodem titul. Et aliàs ſæpè domus & nauis eodem iure regulantur, ut aliàs per Bart.in l.ex diuerſo, colum. 1. ff.de rei vendicat. & Franc. Aret. conſilio 160.longa. colum.1

*Nauis æquiparetne prædio ruſtico, an urbano.*

90 *Nauis res mobilis.*

EGO tamen in noſtro caſu retractus aliter cenſeo, eo argument. ductus, quòd cùm interdictum vnde vi, ad res tantùm immobiles pertineat, non etiam ad mobiles, l.1. §. illud utique. ff. de vi & vi armat. hinc infertur paulò pòſt, ſcilicet in §. ſi quis de naue, quòd ſi deiectus ſit quis de naue, non eſt illi interdicto locus, non magis quàm ſi de vehiculo eſſet deiectus. Et in id, vt ſcilicet nauis cenſeatur & ſit mobilis, eum textum expendit Iaſon conſil.170.nomine, columna 2. uerſicu. ſecundò facit. & iterum columna 6. verſicul. non obſt. ſecundum, libro 2. Et hoc quoque confirmat alius tex. optimus, in l.vim facit. §. quod in nauè. ff. quod vi aut clàm.vbi ita ſcribitur, Quod in naue fit, vel in alia qualibet re, vel ampliſſima, mobili tamen, non continetur hoc interdicto. Nam & alibi ſcribitur, illud interdictum ad ea tantum opera pertinere, quæ in ſolo fiunt. l. 1.§.hoc interdictum ad ea, & l.ſi alius.§.notauimus, eodem tit.





91 *Nauis an à ſatiſdatione excuſei.*

ET huc ſpectat, quod tradunt Andr.Piſ.Pet.Ray. & Alber.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſdar.cogan.dum tractant an nauis & cæteræ res mobiles, quæ multum mobilis ac ponderis habent, excuſent à ſatiſdatione, ut res immobiles, & tenet And.eas excuſare, cæteri negant, quia nõ ſint immobiles. Ergo fatentur omnes has eſſe mobiles: ſed alij quodammodo immobilibus ob pondus & molem æquiparant. Et quod ſcribit Ang. in l. foramen. in fin.ff.de ſeruit.vrb.præd. quòd licet domui ſeruitus imponi poſſit, non tamen naui, cùm ea ſit modicum duratura. & ſequitur Cæpol.in tract.de ſeru.ruſt. præd. tit. de naue.in princ.Proptereaq; Ro.in d.l.1.§. domini appellatione.l.3.ff.de S.C.Sylla.non ijs accedit, quæ diximus in priori parte, ex Alb. ſicut nec ei, quod & ibi diximus in caſu d.l.pleriq; ff.de in ius voc.uti nec Socin.& Iaſon in dicta l.plerique.ille col.7.verſic.circa duodecimam quæſtionem, hic col.1.verſi.ſextò procedit.& Philip.Dec.in d.l.nemo de domo.numer.3.ff. de reg. iur. & Rip.in d.l.quo minus.vbi ſuprà. Nam vt etiã dicit Barb. in repet.rub.de reb.eccleſ.non alie.col.6. verſi. quinimo appellatione, dicit ſpeciale eſſe in caſu d.l.pen. §. vlt. ff. de his qui deie. vt illic appellatione domus, nauis comprehendatur. Ideoq; non obſcurè ſentit, quòd ſtante ſtatuto, ne extraneus poſſit acquirere rem immobilem, poterit acquirere nauem. Et aliàs ſæpè, ultra prædictos caſus multum intereſt inter domum & nauem, ut videre licet in l.ſi quis res.§.aream.ff. de ſolut.& in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig.quo in loco Bartol. & Alexan col.ult.& Iaſ.col.penult. nuncupatim dixerunt, nauem eſſe rem mobilem, domum immobilem: hincq; adſumunt differentiam, quæ illic fit inter vtramque. Et ita aliquando reſpondi, cùm poſt mortem domini Ludouici à Trimollia, eius vidua mobilia ipſius ex conſuetudine contenderet, ut magis mirer D.Boer.deciſ.177. ligni appellatione.nu.6.tenuiſſe ex venditione huiuſmodi nauium deberi Laudimium, uti ex rerum immobilium venditione, motum quibuſdam ex ijs, quæ citaui pro priori parte.

92 *Quæſt. am retractus habeat locum in molendinis, quæ meãt et remeãt, & alijs.*

IDEMQVE eadem ratione potes dicere de molendinis, quæ inſtar nauium ſuper flumina meant, ac veluti ambulant: cuiuſmodi multa ſunt in Ligeri flumine, & in Pado, vt atteſtatur Bar.in l.quo minus.in 18. quæſt. ff.de flumi.& in Tiberi, ut tradit Paulus Caſtr.in l. flumi num.in princ.circa med.ff.de dam. infect. Nam & hæc rebus mobilibus aggregantur, vt expreſſim dicit Franc. Rip.in d.l.quo minus.nu.126.ubi ex hoc dicit ea contineri legato mobilium, poſſeque alienari à tutore & Prælato ſine ſolennitate. Tametſi alia molendina, quæ tanquam domus in terra, aut in ripis fluminum fiunt, illiſq; adhærent, ſunt immobilia, ut ſatis ex ſe patet, & voluit Bald.in capit.contingit.colum. penult. verſicul. quæro nunquid molæ.extrà de dolo & contum. vbi plus dicit, molas ipſius molendini non eſſe mobilia, ſicuti nec tegulas domus, quamdiu illi ſunt applicitæ, quia una contignatio eſt.l.eum qui ædes.ff.de vſucap. Idem autem in dicta l.certi.colum. 2.ſuper 4. quæſt.verſic.quid in molendino.C.locat.tradit molendinum eſſe prædium ruſticum.quem ſequitur Iaſon in d.l.quo minus. in 19.quęſt. in fin.Et Ripa ibi, in d.num.126. præterquam quod ad molitorem pertinet. Contra tamen vrbanum dicit Fortu.Gartia.in l.item quia.colum.4.uerſic.ex his inferri.ff. de pact. At Angel.in l.non ſolùm.ff. de pet.hæred. ſcribit, molendina in fluminibus poſita, & quæ deteriora quotidie fiunt, ſuntque in continuo periculo, alienari poſſe à Prælato & tutore, quod dicit menti tenendum, & ſequitur Ripa ubi ſuprà, & Anton. Rub. qui id dicit ſing. nec habere contradicentem, conſi.138. viſo & diligenter.colum.1.Alberic. autem in d.l.penult.§. vltim. ff. de ijs qui deiec.uel effud. & in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtione triceſimaquinta. item quæritur ſi ex ſtatuto in fine æquiparat molendinum domui, etiam in ſtatutis & pœnalibus. Ex hiſque Franciſcus Curt. iunior in tractatu feud. parte prima, quæſtione ſexta. columm.3.verſicul. & ex hoc etiam, tenet quòd in molendinis, tanquam in rebus immobilibus, poteſt feudum conſtitui.

*Molendinũ an prædium ruſtĩcum, an urbanum.*

93 *Feudũ in molendinis cõſtituitur*

AT Alber. in l. quæſitum.§. cellarium. quem legit cum §.ſi aliqua parte, colligit ex eo tex.& dict.l.cum fundus, molendinum non eſſe partem fundi, ideoq; computari inter mobilia, quod dicit notandum, & facere pro reſtitutione rerum dotalium, quia mobilia reſtituuntur poſt annum, immobilia verò ſtatim, & ſic (inquit) molendinum reſtitui debet poſt annum. Id quod putat eſſe verum, quando ipſum molendinum eſt ſolùm ad molẽdum ruſticæ familiæ deputatum, per dict. l. cùm de lanionis.§.cùm de villico. verſic.idem conſultus. & l. dolia.§.vlt.eod.tit. Aliàs autem eſſe partem fundi, per d.§. Aſinam. Hæc ille.

94 *Conſuetudines de molẽdinis.*

CÆTERVM ex conſuetudine expreſſa Turonum tit. *de choſes qui ſont ruputèes meubles ou heritages*.ca.1.& 2. molendina illa, quæ in nauibus ſunt, mobilia ſunt, cætera autem immobilia, quo loco uidebis, quæ in eam rem ab interpretibus ſcripta ſunt. Atque idem apud Lorrienſes in præfectura Montargij tit. *droictz de ſucceſsions*.§. 22.eodemq; vlt. Sed & ex conſuetudine Borboniorum cap.282. huiuſmodi molendina naualia, atque etiam ea quæ vento molunt, cenſentur mobilia, ut etiam Niuernorum.titu.*quelles choſes ſont reputèes meubles*. cap.8. & Anrelianorum.cap.271. præter pedem & pilum horum molendinorum vento molentium. Vbi nec commentarij quicquam dicunt, quod huc pertineat. Similiter apud Arteſios cap. 98. quædam illic nominata huiuſmodi molendinorum immobilia ſunt, cætera mobilia. Et tu tamen interim vide Bald. conſi. 107. an molendinum.libr.3.

95

PORRO' autem illud quod de molis molendino applicitis tradit Bald.in d.c.contingit.de dol. & cont. ubi ſuprà citauimus (ne & illud hic omittam) ſequitur Iaſ. in rep.d.l.quo minus.in d.19.quæſt, verſ. adde tamen ꝙ molæ.ff.de flum. Sed id intelligendum eſt, ne tu hic fallaris, ſecundum ea, quæ poſtea dicemùs, de columna domus.num.113. quæro igitur. Et uide omnino tex. nũcupatim loquentem de molis.in d.l. quæſitum. §. cellarum. & in dict.l. cum de lanionis.§. aſinam.& in l.cùm fundus.ff.de fun.inſtr.quibus & illud probatur, quod ad hunc locum maximè pertinet, molas adfixas, partes eſſe ædificiorum: aliàs uerò inſtrumento contineri, ſi ſint operi ruſtico deputatæ.

96 *Quæſt. An retractus habeat locũ in uẽditione machinarum bellicarũ caſtri.*

SED & in ea controuerſia dominę uiduæ Trimollienſis interrogatus fui, utrum munitiones caſtrorum, cuiuſmodi ſunt catapultæ, baliſtæ, bombardæ, quas uocant, & cætera id genus bellica munimenta, cenſerentur eſſe mobilia, ut ſic ad uiduam pertinerent: an uerò immobilia, vt contrà ad hæredes, quæ res quoque huc ſpectat, ut ſciamus, ſitne in his retractui locus. Et ſanè Bald.in cap.ſi quis de manſo.colum.2.verſicu.& illa ratio.titu.de contro.inueſt.ut apud eum legitur, ſiue ut in noſtris codicibus legitur, ſi de inue.feud. cont. ſue. dicit quòd conceſſo caſtro in feudum, intelliguntur conceſſæ munitiones, quæ ſunt pro cuſtodia caſtri poſitæ perpetua patrisfamiliàs deſtinatione, quamuis non ſint affixæ, vt trabuchi, manganellæ, baliſtæ, & ſimilia, nihilq; aliud allegat. Et id ſequitur Cardin. Alexan.ibi, etiam Iaſon, qui id multum ſing.dicit, in præludijs feudo.col.8.verſic.& per hoc quod feudum.& Catel. Cotta memor.caſtro mihi conceſſo: ubi & id dicit memoria dignum. Et pro ea deciſione, licet non allegent, eſt bonus tex.sn l.fundi.§.Labeo.verſicul. caſtella.ff. de actio. empt.& in l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum.l. 2. ff. de leg.1.cum alijs ſimi.ut uidebis infra titu.25.& §.11. in

*Machinę bellicę caſtri ſintne inter mobilia, an immobilia cõnumerãdę*

princ. Sed & ante Bal. Oldr. quem nec ipſe Pal. nec illi allegant.conſ. 193. quòd nomina debitorum, reſpondit legato caſtro cedere arma, quæ in caſtro erant ad defenſionem ipſius. & allegat alia quædam iura, ex quibus & illud intelliges id procedere, etiamſi aliquando ea aliò transferantur. Et eſt idem conſ. ijſdem propè verbis inter conſil. Bal. conſi.478. vtrum nomina debitorum: lib. 3. vbi tamen eſt ſubſcriptio ipſius Bal. qui nullã Old. facit mentionem, quamuis is fuerit ætate multo ſuperior. Et id conſ. tanquam Oldr. referunt & ſequuntur Petr. Anch. Anto. & Barb. in cap. cùm dilecti, extrà de donat, & Martin. Laud. in tract. de caſtellanis. verſ. quartò. legato caſtro.

97 *Conſuetudines de munimentis.* Idem autem Bal. in l. ult. in 1. lect. col. 2. uerſ. item ſi princeps ff. de conſt. princip. dicit, quòd ſi princeps concedit mihi quoddam fortalitiũ (vt ipſe loquitur) in quo ſunt multa munimenta, ea cedunt conceſſioni: nec diſtinguit, ſint ne affixa, an non, quin allegat multa iura loquentia de rebus non affixis, ut hinc intelligas, eum etiam de his intelligere. Et idem voluit Petr. Anchar. in d. c. cùm dilecti, in fi. extra de donat. arg. l. Seiæ. §. Tyranni. & ibi Bart. ff. de fund. inſtru & Phil. Dec. conſ. 516. quoniam cauſa iſta. colum. vlt. Et hanc partem nuncupatim ſecuta eſt conſuetudo Monſtrolienſium, c. 12. & Borbonienſium, cap. 286. quibus cauetur hæc cenſeri loco immobilium. Et ſimiliter Niuernenſium tit. *quelles choſes ſont reputees meubles.* c. 10.

98 Contrarium tamen videtur uoluiſſe text. in l. Lucius. §. collegio. ff. de leg. 3. vbi legato fundo, vti optimus maximusq; eſt, non cenſentur legatæ machinæ, nec uaſa vinaria, ideſt, cuppæ & dolia, quæ in cella defixa ſunt. Ex quo potes intelligere, hìc eſſe latens aliud quippiam, quod machinas à legato excludit, quàm quod fundi non ſint, cùm & ea dolia, cùm àffixa eſſent, fundi etiam eſſe cenſerentur. l. dolia. ff. de contrahen. empt. & l. granaria. & l. penult. §. ſi dolia ff. de act. empt. cum ſimil. Et tamen in illo text. legato non cedunt, ſicuti nec ipſæ machinæ, niſi in eo ſit mendum, quod ſuſpicor: nam & aliàs pugnaret è diametro, cum dictis iuribus. Ideo glo. & Bar. ſuper eo text. ueluti muſſitant. Et huic parti fauet, quod reſpondit Bal. conſ. 232. fœmina regulariter. lib. 3. quòd licet fœmina non ſuccedat in caſtro feudali, per cap. 1. §. hoc notandum. tit. qui feud. dar. poſſ. ſuccedit tamen in munimentis ipſius caſtri, ſi ei non adhæreant, per l. fundi nihil. ff. de act. empt.

99 *Deciſio queſtionis.* Ego autem, quantum ad noſtrum retractum priuatim pertinet, in ea ſum ſententia, ut ſi caſtrum uendatur cum ſuis machinis bellicis, aut ſimpliciter, & nihilominus machinæ comprehendantur, ex ſententia Oldr. Bal. Petr. Ancha. Ant. Mart. Laud. & Philip Dec. hæc omnia uenire in retractum, quem facit conſanguineus: nam retractus eum reponit, transfertq; in locum emptoris, & cedunt machinæ caſtro, ut aliàs mobilia immobilibus, vt diximus ſuprà, num. 81. ego autem contrà, & ſeq. Si autem machinæ non veniant in eam venditionem ſimpliciter factam, ſecundum d. §. collegio, nihil eſt quod dubitemus, nec eas venire in retractum. Sed etſi huiuſmodi machinæ per ſe, & ſine caſtro venduntur, ea etſi antè fuiſſent immobilia, tamen cùm à venditore ſeparẽtur, ex ea venditione deſinunt eſſe caſtri, fiuntq; mobilia, vt colligitur ex glo. in d. l. fundi. in princip. Et vide quod in ſimili diximus ſuprà de fructibus pendentibus numero huius glo. 44. at ſi per ſe, & dicemus de columna affixa ædibus, infrà in eadem gloſſ. num. 115. quæro igitur quid de columna.

100 *Quæſt. Retractus an habeat locum in mobilibus precioſis.* Quid verò de mobilibus precioſis, an & in eis habeat locum retractus? Quod videtur ex gloſſ. comparante huiuſmodi mobilia immobilibus, cùm agitur de prohibitione alienationis, vt ſcilicet prohibita alienatione immobilium, aut ſimpliciter, aut ſine aliqua ſolennitate, cenſeatur & horum mobilium precioſorum prohibita, quæ quidem glo. eſt in c. tua. in verbo, tractatur, extra de his quæ fi. à Præla. quam ſequuntur & commendant Ant. & Panorm. & ibi. & eſt ſing. glo. in cap. 1. in uerbo, abſtinentes, quæ eſt glo. ult. de cler. ægro. lib. 6. & uoluit etiam Io. Andr. & Barb. in c. extra de don. Ant. Card. Flor. Panor. & ipſe Barb. in c. ſeq. idem Panor. in c. contingit. col. 2. uerſ. concluderem ſic, extra de tranſact. & in cap. nulli. col. 2. uerſ. in gl. 2. extra de reb. eccle. non alien. Domi. in cap. 1. col. 3. in fi. eod. tit. lib. 6. & Philip. Franc. in c. 2. col. 1. in fi. eod. quoque tit. & lib. & Card. Alex. in c. ſine exceptione. col. 4 verſ. ſeptimò fallit. 12. q. 2. Et huius rei eſt optimus text. loquens de gemmis ac margaritis, & cæteris mobilibus precioſis, quem omnes propè in id allegant, in l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.

Sed illud procedit in caſibus, de quibus loquuntur, quia in illis par eſt ratio, parque præiudicium. Verùm vbi eſt diuerſa ratio, mobilia precioſa non habent vim & naturam immobilium, quod ex eo conſtat, quòd cùm poſſidens immobilia releuetur à ſatiſdatione. l. ſciendũ. in princ. ff. qui ſatiſda. cog. tamen qui mobilia precioſa poſſidet, non releuatur, niſi talia ſint, quæ difficilè celari aut tranſportari poſſint, vt ſcilicet magis habenda ſit ratio eius difficultatis, quàm precij, ut colligitur ex not. à Petr. Cun. Cyn. Bart. Ang. Paul. Caſtr. Alex. Soc. & Iaſ. in d. l. ſciendum. Nempe cùm ratio diuerſitatis inter mobilia & immobilia in eo caſu ea ſit, quòd minor ſit ſuſpicio fugæ in eo, qui immobilia poſſidet, quàm qui mobilia tantùm, quia illa haud facilè celari poſſint, aut tráſferri, hæc contrà facilè. Ideo ſi quis immobilia quædã uilia tantùm poſſideat, non releuatur ab ea ſatiſdatione, ut per text. in l. creditores. ff. de priuileg. cred. voluit glo. 1. in dic. l. ſciendum. & ibi quoque Bartol. Bald. Angel. Alexan. & Iaſon, qui id multis ſimilibus confirmauit, & iterum gloſſ. in l. ſi fideiuſſor. §. vltimo. eodem titul. & Angel. in §. hinc nobis. colum. 1. verſic. ſuper gloſſ. 1. in Authent. de hæred. & Falcid. quia ſcilicet ea non tanti ſunt, ut ob ea relinqueret fugæ conſilium. Sicuti è contrario ſi mobilia magna, multaque ſint, ut veriſimiliter non ſit ea relicturus, nec eadem facilè poſſit celare aut tranſportare, eximitur eo onere ſatiſdandi, nec ſolum precium in hoc conſideratur, niſi & illa difficultas adſit. De quo etiam per Paul. Caſtrenſ. conſilio 31. clarum, colum. ultima, libro primo, & Guid. Papæ. in tractat. præſumptionum, columna 7. verſicul. ſicuti non cadit. 101

Ex quo planè conſtat rationẽ tantùm inſpici, cùm ſi eadem ratio ſit in mobilibus, quę in immobilibus, non neceſſe eſt ſatis dari: & ſi ratio eſſet in ipſis immobilibus, ſatis dari neceſſe eſt. Ratio autem noſtræ conſuetudinis non poteſt adaptari ad huiuſmodi mobilia, quantumlibet precioſa. Quinetiam contra id, quod ſuprà diximus de prohibitione alienationis, habemus gloſ. in c. is cui, in verbo, immobilium. in princi. de elect. lib. 6. quæ apertè declarat in prohibitione alienationis rerum immobilium non comprehendi mobilia precioſa. Quo in loco Pet. Ancha. Domi. & Philip. Franc. not. ex ea, quòd prohibitus alienare immobilia, poteſt alienare bona mobilia precioſa, niſi quando vniuerſaliter eſſet prohibita alienatio omnium rerum vel bonorum. De quo, & tu vide Felin. in c. vlt. col. 3. uerſ. quid autem de rebus, de accuſ. Ex quibus concludo, non eſſe locum retractui in huiuſmodi mobilibus precioſis. Tametſi D. Ferro. aliud ſenſit in conſuetud. Burg. tit. de feud. §. 20. pag. 1. in fin. 102

103 *Quæſt. an retractus habeat locum in pecunia deſtinata ad emptionẽ prędiorum.* Quid de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum. Nam licet ſimpliciter pecunia ſit res mobilis, ut per ſe patet, & uoluerunt Cyn. Bald. Alber. in l. ea demũ. C. de colla. & Spec. tit. de fructib. & intereſ. §. j. verſ. quid de





de liberis. & Bal. conſi. 416. præmittendum eſt, col. 2. li. 2. & apertè probat text. in §. & quia parum, in Authẽ. de nup. vbi poſtquam diſpoſuit de reb. immobilibus, ſubiunxit hæc verba; Si uerò vniuerſa conſtituta eſt fortè in pecunijs, aut in alijs mobilibus rebus: & ad hoc eum text. not. Ang. ibi. & eſt ſimilis text. in Authẽ. hoc niſi, in princ. ibi, in pecunia uel alia re mobili. C. de ſolut Vnde & pecunia legato mobilium cedit. Philip. Dec. cõſ. 281. viſis his quæ accuratè, col. 1. verſi. 3. concluſio. & conſil. 472. teſtator legauit, col. 1. vbi & ad hoc allegat optimũ text. in l. ſi chorus. §. 1. ff. de legat. 3 Et facit quod ſcribitur à Bald. conſi. 449. punctus talis eſt in omnibus, col 2. verſic. in contrarium, lib. 4. & in c. 1. col. 2. in uerbo, vel nummos, titu. ſi de feud. vaſ. ab ali. interpel. ubi dicit, ꝙ ideo in pecunia feudum conſtitui non poteſt, quia mobilis eſt, quod & ante eum dicit gl. ibi, in verbo, in feudũ, & alij quoque Doct. ibi.

*Pecunia res mobilis.*

104 *Pecunia res eſt quæ ſeruando ſeruari nõ poteſt.* Sed & ꝙ non modo mobilis ſit, ſed huiuſmodi, quę ſeruando ſeruari non poſſit, uoluerunt Bart. in l. ſi ex legati cauſa, & ibi quoque Rom Fran. Are. & latè Barb. ff. de uerbor. oblig. per text. in Authen. vt hi qui obli. ſe habe. perhi. res minor. & in l. Ariſto. §. vlti. cum l. ſeq. ff. de iur. delib. & in §. conſtituitur. Inſtitu. de uſufru. & gl. in l. interdùm, ubi & ipſe Barto. col. 1. Salyc. col. 2. & latè Iaſ. colum. 3. ff. de condic. indeb. reſpondentque Rom. & Barbat. ubi ſupra ad leg. lex quæ tutores. C. de admi tut. quæ videtur voluiſſe contrarium. Et uoluit item ipſe Bar. in l. 1. §. fuit quæſitum, col. 1. per glo. ibi, & ibi quoque Alex. & cæteri recentiores ff. ad Senatuſcon. Trebelli. & idem Bart. in l. poteſt pupillus, colum. 2. verſic. quæro vtrum ſi in obligatione. ff. de autor. tuto. & in l. ſi quis pro eo. § 1. paulo poſt med. ff. de fideiuſſ. & in l. 1. col. 1. C. ſi aduer. tranſact. & conſil. 70. reuerendiſſime domine, colum. 1. verſicu. item præmitto, Ang. in d. §. & quia parum, in Authent. de nupt. Pan. in cap. nulli colum. 3. verſicu. de pecunia, & ibi latè Barbat. colum. 3. verſicul. quid de pecunia. extra de reb. eccleſ. non alie. Petr. Ancha. in cap. 2. colum. 1. ad fin. eo. tit. lib. 6. & conſ. 116. ſecundum ordinem, colum. 3. uerſ. 2. Fran. Aret. poſt Rom. in l. diuortio. §. interdum. col. 4. uerſi addit dominus meus. ff. ſol. matrimo. & ipſe Rom. ſing. 103. tu habes ꝙ pecunia. Phili. Fran. in c. 1. §. ultim. circa med. de cler. ægro. lib. 6. Corne. conſ. 38. viſo libello, colum. 3. verſicu. inſuper fuerunt, libro 3. & conſi. 49. in præſenti conſultatione, colum. 2. verſic. hinc dicimus, eodem lib. 3. & conſi. 105. viſis atteſtationibus, colum. ultim. eod. lib. 3. Alex. conſi. 92. perſpectis diligẽter, colum. 1. lib. 6. & Barb. in l. 2. §. & harum, colum. 15. uerſ. addo ego quòd inquantum. ff. de uerbo. oblig. Philip. Dec. conſil. 409. uiſo conſilio, colum. 2. Steph. Bertr. conſil. 100. viſis propoſitis, num. 13. lib. 1. & conſil. 206. functus, num. 2. lib. 3. Et probatur in l. hoc ſenatuſconſultum, in prin. & §. 1. & in l. quoniã pecuniæ. ff. de vſufr. ea. re. quæ uſu conſu. & in l. Iulianus. ff. de petit. hæredi. ubi eſt textus apertiſſimus, & in l. nouiſſimè. C. de admi. tut. iuncta d. l. lex quæ tutores, eodem titu. & in c. vlt. ibi, pecuniam quæ uſu conſumitur. vbi Card. Florent. & Imol. ad hoc not. extra de pigno. Citantque nonnulli in eam communem ſententiam Ariſtotelem lib. 4. Ethicorum, cap. 1. dicentem, ut ipſi dicunt, & habet antiqna tranſlatio, pecuniarum uſum conſumptionem eſſe. Verùm non is fuit in eo loco ſenſus Ariſtotelis, ſed hic, vſum pecuniarum in ſumptibus & erogationibus conſiſtere: quod obiter dicere uoluimus, vt intelligant Lectores, quantum noſtris credendum ſit in huiuſmodi autorum citationibus.

*Ariſtotelis locus.*

105 *Pecunia minoris ſine decreto alienari poteſt.* Sed vt redeamus, cùm pecunia ſit mobilis, nec ſeruando ſeruari poſſit, vt eſt communis ſententia: conſequens eſt, vt ea ſine decreto alienari poſſit à minore. gl. in d. l. 1. §. fuit quæſitum, prout eam expendit Bartol. [& Ro.] & alij ibi. & idem Bartol. in d. l. ſi ex legati cauſa, verſiculo quid ergo ſi debet, & in d. l. poteſt pupillus, & Bal. qui propè ubique eam glo. dicit ſing. in l. ſi curatorẽ habens, colum. 2. uerſ. hic adde unum. C. de in integ. reſt. mi. & in d. l. ſed ſi ex ſtipulatu, in fin. ff. de verbor. oblig. & in l. quòd ſi fortè, quam legit cum l. ratum. §. ult. in fi. ff. de ſol. & in l. 1. circa prin. ff. de reb. eorum, ubi & eam peregrinam dicit. & in l. 1. colum. 2. & ibi etiam Ange. colum. item 2. ff ſolu. matrim. & in l. etiam, poſt mediũ. C. de fideicom. vbi etiam loquitur de Prælato. in d. l. 1. C. ſi aduer. tranſact. & in l. ſingularia, col. 4. verſicu. 5. eſt ſpeciale. & ibi Alexan. colum. 6. verſ. item dicit eſſe. ff. ſi cert. pet. & idem Bald. conſ. 247. præmiſſo ſtatuto, col. 2. lib. 1. Salyce. in l. tutores vel curatores, in ſecundo not. p illum tex. C. de adminiſt. tut. Ang. in d. §. & quia parum, ante fin. ubi & illam gloſſ. dicit not. & Panormi. loquens etiam de Prælato in dict. ca. nulli. Rom. d. ſingu. 103. Et Franc. Aret. in d. §. interdum. & Barba. qui eam gloſſ. dicit ſing. in cap. cum conſtet. colum. 1. de pigno. Et Franc. Curt. ſenior. conſ. 72. princeps, colum. 4. uerſicul. 5. concluſio. Et idem de pecunia eccleſiæ uoluerunt Panorm. Petr. Anchara. & Barb. ubi ſuprà. & Alexan. d. conſ. 92. lib. 6. [Et licet ea gloſſ. à multis reputetur ſingularis, ut diximus, eſt tamen alia in l. interdum. ff. de condi. inſtit. quam & in id rependit Roman. in d. §. fuit quæſium. colum. 3. uerſ. circa primum, vbi & de hoc dicit eſſe text. in l. Ariſt. §. vlt. cum l. ſeq ff. de iur. deliber. & in §. conſtituitur. Inſtit. de uſufruct] 106

*Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata, ſitne mobilis an immobilis.* Licet igitur pecunia (ut id repetam) ſit res mobilis & quæ ſeruando ſeruari non poſſit, & quæ ideo poſſit a minore & Prælato ſine ſolennitate alienari: tamen ſi ea deſtinata ſit emptioni prędiorum, ea vicem rei immobilis obtinet, ut dicit Rapha. Co. in l. à Diuo Pio. §. ulti. per illum tex. ff de re iud. & in l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de leg. 1. Ideò nec ea ſine decreto iudicis alienari poteſt, ſicuti nec alia immobilia minoris. per l. quod ergo. § vſuras. uerſ. quid ergo, & ibi Rom. ut ab omnibus citatur. ff. de cont. & uti. act. tu. & uoluit idem Roma. in d. l. ſi ex legati cauſa, colum. 4. & ibi quoque poſt eum Franc. Aret. colum. etiam 4. uerſ. addit etiam dominus meus. & Barba. colum. 13. verſic. adde etiam inquantum dicebat. ff. de uerb. oblig. & rurſum idem Ro. in d. ſing. 103. tu habes quòd pecunia: ubi & ad hoc dicit text. in d. §. vſuras unicum & ſingu. & a nemine, præterquàm a ſe, annotatum. & conſ. 188. in hac cauſa, colum. ultim. in ult. dub. ubi & illum text. dicit not. Franc. Crem. qui item illum ſing dicit ſing. 59. pecunia eſt. Barba. in d. l. 2. §. & harum, colum. 16. uerſ. item fallit niſi pecunia. ff. de uerbor. oblig. & in d. c. nulli, colum. penul. de reb. eccleſ. nõ ali. & in c. poſſeſſiones, colum. 2. eo. quoque titu. & in c. 2. colum. penul. de ſolutio. & in addi. Bald. in d. l. etiam. C. de fideicom. & conſ. 14. clementiſſimi, colum. 2. uer. & ſi quiſpiam, lib. 2. vbi dicit ſing. tex. in d. §. uſuras. Firmia. in trac. gabellarum, in ſecunda parte octauæ partis principi. col. 1. verſic. & ꝓpterea Ioã. Lup. in repet. Rub. de don. inter vir. & vxor. §. 38. col. 2. uers. & pecunia. Anto. Corſe. in ſing. in uerbo, pecunia Chaſſe. in conſuetud. Burg. ti. *de droictz appartanans à gens mariez.* §. 2. ĩ uerbo: *tant meubles,* uerſic. quid autem de pecunia: & iterum in §. eiuſdem titu. 24. in uerbo, *ſont aſſignez ou promis.* & latiſſimè atque ſcientiſſimè Ferronus, qui feliciſſimè ornatum dicendi cum legum & ſtatutorum interpretatione copulauit, in commentarijs conſuet. Burdiga. tit. de dote. §. 6. & rurſum tit. de teſtamentis. §. 13. Franc Rip. in d. l. 1. col. 2. num. 9. ff. ad Senatuſconſul. Treb. ubi etiam dicit in id text. ſing. in d. §. vſuras. Et bene facit, ꝙ in caſu non admodum diſſimili, tradit Ioan. Gal. in ſuis Areſtis, quæſt. 67.

Et facit etiam text. in d. l. ſi chorus. §. 1. iterumque in l. ſi fundus. ff. de lega. 3. quarũ auctoritate Lucas Pen. in l. ul. C. de mun. patri. li. 11. tradit pecuniã fęnori deſti- 107

natam non contineri appellatione mobilium. Et hanc quoque partem non mediocriter fulcit, quod ab Alb. ſcriptum eſt in ſecunda parte ſtatuto.q.205. item quæro duas pulchras quæſtiones, quòd ex ſtatuto diſponente mulierem, quæ ſuperſtes eſt marito, ei ſuccedere in dimidia parte bonorum immobilium: ea habere debet dimidiam partem eius pecuniæ, quæ depoſita eſt ad comparationem prædiorum, per l.& ſi non ſint.§.quid ergo.
108 ff.de aur. & argen. leg.& l.granaria.ff.de act.empt. Et eũ ſequi videtur Barb.in d. Rub.de reb.eccle.nõ ali.colum. 52.verſi. & in quantum, ſub num 192.

VERV'M huius poſtremi dicti contrarium voluerũt Iac.Ra.Cyn.Ray.Bald. Angel. Imol.Floria.Alex.Franc. Aret. & Iaſ. in d.l.cætera.§. ſed ſi ſeparauit.ff.de legat.1. nempe eam pecuniam nõ haberi pro immobili, nec dimidiam eius partem vxori cedere, ex illo Alb.ſtatuto, per text.ibi, & in l.cùm in fundo.§ ſi fundus, ibi, ſed nõ vt vice corporis.ff.de iur.do. Et in hanc quoq; ſententiã aduocat ipſe Franc. Are. illum textum, qui eſt fundamentum prioris partis, videlicet in d.l. quid ergo. verſ. quid ergo, nam ibi (inquit) illa pecunia ſolo iuſſu iudicis poteſt in aliam cauſam conuerti. Sed & Alex. eo in loco illam Rom. ſententiam expreſſim reprobans, dicit eum tex.in d.l, quid ergo, non id probare, ad quod Ro. expendit. vti etiam facit idem Alex. in d.l.1.§. fuit quæſitum, colum.1.verſ.quod ſing.limita.& ibi quoque Iaſ. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. & idem Alexand.in d.l.à Diuo Pio.§. vlt.ff. de re iudi. & Fel. in c. cùm adeò, col.3. verſicu. vnde dicunt, extrà de reſcript.[& Maria. Socin. iunior, conſil 120. circa primam difficultatem ferè per totum conſil. libr.1.] Sed & vltra ſuprà dictos, in eadem ſententia, vt ſcilicet pecunia deſtinata in emptionem prædiorum, non veniat appellatione immobilium in materia ſtatuti vel conſuetudinis loquentis de re immobili, fuit Lud.Bolo.conſi.39.domina Dorothea, col.vlt.licet (vt ipſe dicit) aliàs ſecus.

109 BARB. autem in c.1. col. vlt.extrà de feud.dicit ſpeciale eſſe in pecunia pupilli & minoris, vt ſi ea ſit deſtinata in emptionem prædiorum, pro re immobili habeatur, per text. in d. verſicu. quid ergo, quem ad hoc dicit ſing. Secùs eſſe in aliorum pecunia. Ideoq; tenet contra Alberi. vbi ſuprà. At Socin.conſil.249. materia. col. pen.verſic.circa quartam, lib.2. in ea eſt ſententia, vt ſi is qui deſtinauit huiuſmodi pecuniam ad emptionem prędiorum, poſſit nihilominùs de ea diſponere, & conſequenter eam deſtinationem tollere, tunc eſſe materiam d.§.ſed ſi ſeparauit, atque ita procedere not. per DD.ibi At ſi is qui vult diſponere de huiuſmodi pecunia, non poſſit eam deſtinationem abolere, tunc debet iudicari, ac ſi eſſet res immobilis, cùm is tenebatur in rem immobilem cõuertere: & ita intelligendum eſſe tex.in d.l. quid ergo.ff. de contra. & uti.actio. tutel.& in dict. l. à Diuo Pio.§.vltimo.de re iudic. Et ideò, inquit, ſi teſtator iuſſerit pecuniam conuerti in emptionem immobilium non poterit hæres contra hanc diſpoſitionem uenire, proindeque ea pecunia cenſebitur immobilis, & ad hęc quoque alia quædam allegat, quæ tu videre poteris.

110 *Deſtinatio an habeatur pro re perfecta.*

ADVERTE, Lector, quia huius controuerſiæ cardo in eo vertitur, an deſtinatio habeatur pro re perfecta: de quo vltra Socin. ubi ſuprà latè tractat ipſe Alber.in ſecunda parte ſtatutorum, d.quæſt.205. Bart.& alij in d. §.ſed ſi ſeparauit. Alexand.conſi. 98. aliàs de facto conſultus, col.3.verſi.& non obſt.quòd deſtinatio, lib.3.ubi id dicit brocardicum, ut noſtri appellant.& Franc.Aret. conſi.6.viſo inſtrumento diuiſionis, in 2.dubio, & latiſſimè omnium Felin.in d.c. cum adeò, colum.2.uerſic. de deſtinato, & ſequenti. Ideoq; non amplius hic immorandum ducimus, quia apud eos pleniſſimè uidere poteris; & quia etiam hæc quæſtio, quantum ad retractum pertinet, videtur eſſe propemodum inutilis: quia quomodo uendetur hæc pecunia ita deſtinata, niſi alia pecunia eiuſdem ualoris & æſtimationis? quod omninò inutile eſſet, & riduculum, ut dicit tex.in l.ſi fundus.in fi.ff.ad leg. Falcid.cum ſcribitur, ſi 50. aurei legati ſint, ſi 50.dediſſet, dicendum eſt inutile eſſe legatum, & magis ridiculum eſſe. Quod & in ſimili dicit glo.in l.cum pater.§.pater qui filio.in uerbo, hæreditatis, & ibi Bart. ff.de legat.2. & Paul. Caſtren.loquens in caſu retractus, conſi.430.circa primum quæſitum, col.1.verſi. præterea videretur, lib.2.

*Pecuniæ affectionẽ nõ recipit.*

111 *Niſi ſit pecunia antiqua.*

NISI diceres, quòd fortè erat pecunia ex antiquo & precioſiſſimo auro conflata, quæ alia pecunia non eiuſdem bonitatis, licet eiuſdem valoris ex edicto principis erat, diuendita eſt: quia fortè hæc magis erat in uſu, ut videmus hodie noſtros Solares aureos magis in uſu eſſe, quàm uel Nobiles aut Angelos, aut Aureos antiquos, quos uocant: & ita ex hoc procedebat aliqua utilitas. Quo caſu non procedit, quod ſuprà proximè diximus, ut uoluit illa eadem glo. quam citauimus, in d. §. pater qui filio. per text. in l. peto, in princip. ff. de legat. 2. & Paul.Caſtren. ubi ſuprà. Et pro hac conſideratione utilitatis poſſet uideri facere text.in §.quoniam autem. ibi, antiqua pecunia cadere, in Authent.ut qui obli.ſe habe.perhi. res mino.& in l. numiſmatum. ff. de uſufruct. cuius hæc uerba ſunt: Numiſmatum aureorum uel argenteorum ueterum (quibus pro gemmis uti ſolent) uſusfructus legari poteſt. Et quod uoluit Bald.in l.quæ fideicommiſſum. ff. de legat.2. de eo qui recepit monetam nouam pro ueteri. Ex quo & illud Plauti in procemium Caſſinæ:

*Qui vtuntur vino vetere, ſapientes puto,*
*Et qui libenter veteres ſpectant fabulas,*
*Antiqua enim opera & verba quum nobis placent,*
*Aequum placere eſt antè veteres fabulas.*
*Nam nunc nouæ quæ prodeunt comędiæ,*
*Multò ſunt nequiores quàm numi noui.*
[Et illud quoque Iuuenalis ſaty.1.
*Criminibus debent hortos, prætoria, menſas,*
*Argentum vetus.*]

*Promercale aurum.*

Et his adſtipulatur, quod tradit Suetonius in Cæſare, cap.54.eum promercale aurum per Italiam prouinciasque diuendidiſſe. Nam promercale dicitur, quod pręter vſus uendentis venale exponitur, vt apud eundem de illuſtribus Grammaticis, ubi de Palæmone loquitur: Quanquam ex ſchola quadragena ſextertia annua caperet, & non multò minus ex re familiari, cuius diligentiſſimus erat, & officinas promercalium veſtium exerceret. Et Columellam, lib.1.cap.8. de magiſtro pecorum loquentem: Neve (ait) negotietur ſibi, pecuniamque domini aut animalibus aut alijs rebus promercalibus occupet. & Paulum Iuriſconſultum in l. quòd ſi eæ. ff.de impen.in rebus dotal. fac. quòd ſi eæ res in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales fuerint, &c. De cuius uerbi ſignificatione vide per Ioannem Baptiſtam Pium, Annotationum poſteriorum.c.94.& Alciatum in lib.3. prætermiſſorum in uerbo promercalis. nam te, amice Lector, huius rei obiter admonitum uoluimus.

SED quid hæc faciant, cæteri dijudicent: neque enim mihi admodum arrident, cùm certa ſit numorum æſtimatio, nec in eis cadat probabilis affectio, ut not.in l.numis.ff.de in lit.iuran.& in l.ſi ita.ff.de fideiuſſ.& per glo. vlt.in l, ſed & ſi certos. ff. de legat.1.dum ea iura allegat Bart.& alios, in l. ſi pœnam, & iterum in l.liber homo, la 2.§.decem mihi.ff.de verborum obligat. & in l.1.colum.8. verſic. quoddam eſt intereſſe. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter.& in l.cùm fundus §. ſeruum. colum. tertia, uerſic.uenio.ff.ſi certum petat, Bald. conſilio 494. in primis, columna vltim. verſicul. non obſt. quod alle- 112

gat



gat lib.1. Alexand.conſi.42.viſo proceſſu, col.2.ver. accedit quia etiam, lib.6. Nam & Paulus Caſtrenſ.d. conſi. 430.lib.2.expreſſim in eo quod ſuprà diximus, diſtinguit, vtrum id quod ab alio traditur, ſit totum pecuniarium.& tunc procedat, quod ſuprà dictum eſt, id eſſe inutile & riduculum: An verò conſiſtnt in ſpeciebus, & tunc ſatis ſit, vt una ſit altera gratior, vt aliquam ſic utilitatem conſequi videatur, per dict.l.peto Quod autem de antiqua pecunia ſuprà diximus ex Authen. vbi hi qui oblig.nihil huc pertinet, quoniam ibi non aliud ſignificatur, quàm quod ſatius eſt tutori ſiue curatori in toto pecuniam minoris adſeruare, quàm vſurarum appetitione eandem pecuniam, quam ante habebat, ideſt, ſortem ipſam, ut traducit Haloander, amittere, vt ſæpè fit debitorum inopia. Alia autem quid ad hanc rem faciant, cęteri (quod iam diximus) videant.

113 *Quæſti. de pecunia redacta ex vẽditione rei immobilis.*

QVID autem de ea pecunia, quæ redacta eſt ex uenditione rei immobilis, an ea quoque immobilis cenſeri debeat? Maſſuer.titu.de ſocieta.§.item nomina ſeu debita, dicit hanc pecuniam eiuſdem naturæ cenſeri, cuius res erat, ex cuius venditione confecta eſt, ut quæ ſit ſubrogata in locum illius.& id videntur voluiſſe Raph.Fulgo.Alexan.Franc.Aret.in l.ea demum.C. de collat. Sed è diuerſo contrarium cenſuiſſe videntur Iac.Raph.Cyn. Alber.Bald.Corn.& Philip.Dec.ibi, dum omnes tractãt eam quæſtionem, de qua dicemus infrà in fi.huius titu. in 3.quæſt. Et id nuncupatim, ut uidelicet hæc pecunia ſit & mobilis, & inter mobilia computanda, tenuit Firmia.in ſuo vberrimo indice in uerbo, bona mobilia, uerſic.4.allegans Bal.in d.l.ea demum, & ita haud dubiè obſeruamus. In vtramq; autẽ partem faciunt, & alia multa, quæ dicemus infrà eodem tit.§.32.nu.10. & ſed illud poteſt quæri, & multis ſeq.ibi omninò uide, & in d.3.q. finis huius titu. quia quantum ad id, de quo nunc tractamus, non admodum vtile eſt, ut diximus in præcedenti quæſtio.

114 *Quid de pecunia poſita in banchis, ut uocant.*

SED quid de ea pecunia, quæ poſita eſt in banchis (vt vulgò appellant) campſorum, cuiuſmodi ſunt, Lugduni, Venetijs, & Genuæ? Et has quidem inter immobilia reponit Bal.ille omnium noſtrorum ſcriptorum copioſiſſimus ſimul & ſubtiliſſimus, in c.cùm cauſſa. ad fi. extrà de re iud.vbi & ex hoc dicit, ꝙ fratres mendicantes non poſſunt eam pecuniam, quam ex uenditione rerum immobilium redegerunt, in huiuſmodi banchis ponere, quo ex ea caput ſiue ſortem, aut ut ipſe uocat, capitale faciant. Non video tamen quomodo retractus in hac pecunia poſſit habere locum, cùm non niſi ſimili pecunia redimi poſſit, vt diximus ſuprà num.100. & ſeq. Niſi ſi fortè difficile eſſet pecunias in iſtis banchis ponere, ob idque utile foret conſanguineo in eam utilitatem ſuccedere.

115 *Quid de columna domui affixa, aut cęteris rebus, poſitis, ut perpetuò maneant.*

QVÆRO igitur quid de columna domui affixa, quæ quidem columna venditur, aut etiam de alia quauis re eius generis etiam affixa, aut non affixa, ſed quæ tamen poſita eſt, ut perpetuò maneat: an tunc erit locus retractui? quod videtur, quia quæ in ædibus ſunt cauſa perpetui vſus, eadem ædium fiunt.lege, fundi.§.Labeo. ff.de action.empt. idque etiamſi aliquando tollantur. in eadem leg.§.item conſtat, & leg.malum.§.vltimo ff. de verb. ſignific. vbi ita ſcribitur: Structuram loci alicuius ex tabulis factam, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe, ait Labeo: quoniam perpetuo vſui parata eſſent: neque ad rem pertinere, quod interim ponerentur. Et facit lex, debitor.ff.de pignor. & l.3.§.1. ff.de trit. vino & oleo lega.idque procedit, etiamſi non ſint affixa, ut probatur in dicto §.Labeo, uerſiculo, caſtella.& in leg.cætera.§.hoc ſenatuſconſultum.el 2.ff. de legatis primo. Ex quo not.Iac.Aret.Bal.Alexan. & Iaſon, in fin.quòd cùm uenditur domus, ea quæ in ea ſunt poſita, ut perpetuò maneant, cedunt emptori. Quod Baldus ipſe dicit tenendum menti.& ſequitur etiam idem Iaſon in lege, beneficium.colu.2.ff.de conſtitut.princip. Aliàs autem diſtinguitur, ſint ne affixa, uel defoſſa, an non.leg. dolia.ff.de contrahend.emption. & leg. granaria. & leg. penultim.§.ſi dolia.ff.de actionib.empt.& lege, Titius. ff.de acquirendo rerum dominio.& ibi concord.in glo. Sed quibus addere potes legem, inſtrumenta fundi, verſ. conſeruandi.ff.de fun.inſtr. cùm dicitur conſeruandi cã ſunt dolia: licet defoſſa non ſint, & cuppæ.& l.quæſitum. §.ſpecularia, & l.cùm fundus.eod.titu. & l. librorum.§. chartis.ff. de leg.3. Ex quibus potes intelligere, ea ædiũ quæ ædibus ſunt affixa: cætera non eſſe: niſi ibi ſint cauſa perpetui uſus poſita. De quo latiùs diximus ti.noſtrarum conſuetudinum 25.§.11.qui eſt omnium huius uoluminis 301. ibi enim eſt proprius ac peculiaris locus eius rei: iterumq; in noſtro tractatu Primogeniorũ quæſtio.48.num.6.

VERVM Matth. Afflict. in tracta. protomixeos, col.totius operis 13.verſi.ſubſequenter quæro, poſt eum Chaſſ.in conſue.Burg.hoc eo.titu. *de retraict.* §.1.in verbo, *ſont heritage*, col.pen. verſic. quæro ulterius, aliquis in ea fuit ſententia, ut in huiuſmodi rebus non ſit locus retractui, ſi ea ſeparata ſint ab ædibus: tunc enim licet prius, cùm ſcilicet ædibus erant affixa, eſſent immobilia, tamen ea fiunt ſeparatione mobilia, ut dicunt not. à glo. in d.l fundi.ff.de act.empt. quæ tamen de hoc nihil mihi dicere uidetur. & is erat Chaſſ. mos, ut quicquid ab alijs ſcriptum reperiret, eo confeſtim ſine delectu, non expurgatis mendis & erroribus, ſuos libros inſarciret. Tamen eorum ſententiæ haud grauatim accedo, per ea quæ ſuprà diximus de venditione fructuum pendentiũ. & vide quod tradit Bar.loquens de tigno in l.binus.ff.de ſeruit.vrb.præd. 116

117 *Quid de piſcib. aſſeruatis in piſcina.*

SOLET etiam quæri, an piſces, qui ſunt in piſcina, ſtagno, viuario, lacu, ſint mobilibus, an immobilibus aſſignandi, & an cedant fundo vendito, nècne. De quo tu vide optimum text.in l.funes.§.piſces, cum l. ſeq. & ibi Alexan.in addi.Bart.ff.de act. empt.Guid. Pap. dec.91. conſuetudo generalis, col.vlt.Ber.Cap.ib c.1.§.ſciendũ, titu.de feud.cog. Claud. Seyſſel. in ſuo tract.feud.titu. quæ res in feud.dar.poſ.col.2.uer.ſed de quibuſdam dubitari poteſt.Boer.in conſuet.Bituri.titu.de feud. §.5. & Zaſium in epito.feud.part.4. col.1. & nouiſſimè Chaſſ. in illis conſue. Bur. *des droictz & appartenances à gens mariès.* §.2.in verb. *tous meubles*, colum.pen.uer.& dic in hac materia.& Carol.Mol.in conſue.Pariſ ti.1.§.1.gl.8. nu.17.18.19.& 20. Ex quibus etiam intelliges, quid dicendum ſit de columbis, quæ ſunt in columbario ſiue periſterotrophio, & cuniculis qui ſunt in garenis, quas vocamus: eadem enim horum eſt ratio. Et de columbis nuncupatim tractat idem Molend.in d.§.7.num. 33.34. 35. Sed & de piſcibus ſunt quædam priuatæ conſuetudines Franciæ de his nuncupatim ſtatuentes, vt apud Meldenſes, c.127. Melodunenſes, ca.47. Victriacenſes, c.37.& iterum c.114. Aurelianenſes, ca.81.& iterum ca. 93. quorum poſtremorum locorum commentarij multi ſunt, quantum ad eam rem pertinet, magis quàm ἀκάνθιος τέττιξ. Borbonienſis, ca.285. Bleſenſes, cap.100. & iterum c.229. Niuernenſes, titulo, *quelles choſes ſont reputèes meubles*, cap.5 Laudunenſes in in Viromandia. titu.1.§.2. Tu tamen præterea uide tex.in l.3.§. item feras.ff. de acquiren. poſſeſ. qui huic rei præſtat aliquod argumen.

*Conſuetudines de huiuſmodi piſcibus.*

SED & quæri poteſt, quid dicendum ſit de domo exemptili, & quæ ſolo affixa non eſt, aut ſi affixa ſit, continuò eximi poteſt, & ſolet. De qua loquuntur Andre. Iſern.& Card.Alexand.in c.1.§. ſi vaſallus, titu.hic finit lex. Et huiuſmodi ea fuit (vt à multis accepi) quam Rex Anglię extrui fecit noſtro tempore apud Guynas & Arderam, cùm ipſe, Rexque noſter in eum locum viſendi 118

*Quid de domo exemptili*
*Exemptile ſtabulum.*

ſui

ſui gratia conueniſſent. Columella autem libr. 8. rei ruſticæ, cap. 11. iubet exemptile pauonibus ſtabulum fieri, id Græcis ἀφαίρετον & ἐξαιρέσιμον dicitur. Et id quidem decidi poteſt ex not. ab Accurſ. in §. cum in ſuo. in uerb. inædificatur, in prin. Inſtitu. de rerum diuiſ. iuncto tex. quē ea glo. allegat, ſcilicet in l. Titius. ff. de acqui. rer. dom. & ſimiliter ex text. in l. 1. §. planè ſi quis de ligneis, iūcta gl. in verbo, cohæreat. ff. de vi & vi arma. iuncto etiam. §. illud vtique, eiuſdem l. 1. vt interim memineris non continuo Diogenis dolium immobile fuiſſe cenſendum, ꝙ eo vice domus vteretur.

*Diogenis dolium.*

119 *Quid de homine adſcriptitio. Quid in boue & aſino addictis fundo.*

Cæterum quid de homine adſcriptitio, quid ēt de boue & aſino, & alijs ſimilibus etiam fundo inſtruēdi illius gratia addictis. Et certè Bald. in l. 1. col. 6. verſi. 3. opp. C. de ſer. fugit. dicit ſeruum ad ſcriptitiū eſſe portionem fundi, & inter immobilia computari: per l. iubemus. C. de ſac. eccleſ. & l. ſi quis inquilinus. ff. de leg. 1. Licet enim naturaliter ſit corpus diſcretum à fundo, eſt tamen pars inſtrumentalis ipſius fundi. Nec tamen id (inquit) obtinet in boue aut aſino, qui licet ſint inſtrumenta fundi, tamen mobiles ſunt. l. 1. & 2. C. de verb. ſign. Id enim in ſolo homine contingere, vt glebæ annexus cenſeatur immobilis. Hæc ille: quem ad uerbum propè refert & ſequitur Matth. Afflict. in conſti. Siciliæ incip. errores. colum. 1. in 2. not. Sed & illud de homine probat text. in l. 3. ff. de diuer. tem. præſcri. cuius verba ſunt, Longæ poſſeſſionis præſcriptionem tam in prędijs, quàm in mancipijs, quæ in prædijs morantur, quæ partes fundi ſunt, locū habere manifeſtum eſt, & in §. emphyteuſim. ibi, aut mancipij ruſtici, in Auth. de non alie. & in c. nulli, in illis uerbis, ruſticum mancipium, extra de reb. eccle. non alienan. & ibi Pet. Anchar. in 1. not. & Pan. in 2. not. Et ideo cum feudum conſtitui non poſſit, niſi in immobilibus, c. 1. tit. de feud. cog. poteſt in huiuſmodi hominibus, vt voluerunt Mart. Laud. & Cardin. Alexandr. ibi colum. 1.

120 Quod tamen intellige, tantiſper, dum hic homo adſcriptitius in gleba eſt, id eſt, glebæ inſiſtit, inſeruit, & adhæret: quòd ſi glebam deſeruerit pro mobili cenſendus eſt: ex eo quod poſt Iaco. Ra. voluerunt Cy. & Albe. in l. 1. ille in 2. q. in fi. alter col. 2. verſi. item quærit. C. uti poſſi. quòd ſi adſcriptitius in gleba eſt, pro eo competit utile interdictum uti poſſidetis: quia interim pars fundi eſt, & cenſendus eſt tanquam immobilis. Sin a gleba receſſit, competit utile utrobique, quod pro mobili datur. Id quod etiam voluit Roff. eo. tit. verſ. ſed an hoc interdictum. habet locum pro adſcriptitijs, & Io. Andr. in add. Spec. tit. de cauſ. poſſ. & prop. colum. 2. uerſic. pro ruſticis, per l pen. ff. pro ſocio, & l. arbor. ff. com. diui. & d l. 3. ff. de diuer. & temp. præſcript. in illis uerbis, quæ in ꝑdijs morantur. Et facit quod alibi dictum eſt de fructib. vt quamdiu pendent inhærentque fundo, pars fundi eſſe cenſentur: ſeparati autem minimè.

121 *Quid de inſulis ambulantibus.*

Quid verò de inſulis maris, fluminis, aut ſtagni ſēper fluctuantibus, & quæ non uno in loco permanēt, ſed huc & illuc, vt aura & venti impellunt, tanquam naues, meant ac remeant, & (quod de nauibus ipſis dicit Cato rei ruſticæ c. 1.) ambulant. Cuiuſmodi nos duas vidimus in ſtagno quopiam huius regionis. Dion. Halicarnaſſeus nonnullas memorat lib. 1. Rerum Ro. Plin. autem plurimas lib. 2. natu. hiſt. c. 97. & Seneca autoritate Theophraſti, lib. 3. natu. quæſt. Et Hyginus, qui Fabularum ca. 53. ſcribit, inſulam Ortygiam mobilē fuiſſe. Et Labeo quoque Iuriſconſultus de his loquitur in l. pen. §. idem iuris. ff. de acq. rer. dom. Et eæ quidem poſſent videri mobiles & immobiles eſſe, id eſt, mobiles eo nomine, ꝙ moueantur: immobiles, quòd non vbiuis moueantur, vt cæteræ res mobiles: neque enim eas extra mare, flumen aut ſtagnum, in quo ſunt, vehere, deferre, tollere, auellere potes. Sicuti ergo mare, flumen, ſtagnum, inter immobilia numerantur, tametſi aqua eorum moueatur: ita & huiuſmodi inſulæ, quæ eis perpetuo inhærent, tametſi non eodem ſemper loco, debēt etiam cenſeri immobilia, ut in ſimili dicit Ang. in §. hæc ergo, qui eſt 2. in Auth. de non alien. & Alex. conſi. 211. ponderatis verbis, col. 2. verſic. præterea negari. lib. 6. & Philip. Franc. in c. 2. in prin. col. 2. de reb. eccleſ. non alie. lib. 6. cum ſimi. vt patet ex multis quæ ſupra diximus. Et quia etiam ex huiuſmodi inſulis fructus quotannis percipimus, ac ſi omninò ſtabiles eſſent, ideoque & immobiles eſſe cenſentur: ex doctrina Baldi in proœmio feudo. colum. 6. verſi. ſed quæro quomodo.

122 *Quid de maceria.*

Illud denique quæri poteſt, quid de ædificio, cuius parietes ſunt ſine cæmeto, aut calce, aut alio genere ferruminis (id maceria ſiue maceries dicitur, & uulgò ſiccus paries.) Et id quidem ſoli naturam atque conditionem ſequitur, vt eſt text. nuncupatim loquens de huiuſmodi maceria, in l. ſi precario. ff. com. præd. vbi Bald. no. (inquit) quòd ædificium ſequitur ſolum, etiamſi ſit murus ſine calce, quem uulgo appellamus murum ſiccum. Ideo ſi quis venderet fundum, non ei liceret hinc tollere huiuſmodi murum. Hæc ille. Paul. autem Caſt. ibi in fi poſteaquam ex eo text. not. id ædificium cedere ſolo, ſubdit tamen contrarium potuiſſe videri, cùm id fundamentum habeat ſub terra, & ideò (inquit) bene notandum ad declarationem legum de hac re loquētium, nec recolo alibi hoc uidiſſe. Sed & illum text. dicit ad hoc valde notandum Alex. in l. 1. §. nunc videamus, in fi. ff. de no. ope. nunc & illud dictum Bald. ſequitur & idem quoque Alex. in addi. Bart. in l. 1. §. ſi quis quod in publico. ff. ne quid in loco publ. Quod autē ad maceriæ ſignificationem, & ſpecies eiuſdem pertinet, uide Varro. li. 1. rei ruſticæ, c. 14. & Donatum in Adelphos Terentij interpretantem illud, Atque hanc in horto maceriam iubes dirui.

*Maceria quid ſit.*

## LE PARENT, PARENS. Gloſſ. VIII.

1 *Verū rerū vocabula amiſſa.*

Verum eſt, quod grauiter pronunciat Cato ille Vticenſis apud Salluſtium in Catil. Iampridem equidem nos uera rerum uocabula amiſimus. Et lōgo ante temporum interuallo ſcripſerat Plato in Cratylo, nomina uetera diuturnitate temporis diſtrahi, confundi, peruerti. Quod vel hìc, ſi alias unquam, ſatis conſtat, ꝙ illi qui propè verborum proprietates intellexerunt, parētes aſcendentes tantum uſque ad tritauum, ſuperiores autem maiores appellabant. Sed poſtea obtinuit, omnes in infinitum aſcendentes utriuſque ſexus, parentes dici, l. quique. §. parentes. ff. de in ius uoc. & l. 1. in princi. & l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. aff. & l. appellatione parentis. ff. de uerbor. ſign. Verum tandem parentes diximus omnes ſanguine ex quocunque partes coniunctos. & ita nos uulgo lingua uernacula ſermocinantes uſurpamus, uti etiam adfirmat Diuus Hieronymus in ſecunda contra Rufinum Apologia In quo etiam ſignificatu uſus eſt ipſe Hieronymus, in Tobiam, ſi interpres eius eſt, cap. 2. parentes & cognati eius, irridebant vitā eius. & Lampridius in uita Alexandri Seueri, dū ſcribit, Amicos & parentes, Alexander, ſi malos reperit, aut puniuit: aut ſi uetus amicitia uel neceſſitudo non ſiuit puniri, dimiſit a ſe, dicens: His charior eſt mihi reſpublica. Iulius quoque Capitolinus de Marco Antonio refert, qđ adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam, quantam priuatus, exhibuit. & Trebellius Pollio in uita Probi: Quo tempore (ait) Valerianum Flaccum adoleſcentem nobilem parentem è Quadorū liberauit manu. Subditque epiſtolā ipſius Valeriani eo quoque uerbo in eodē ſenſu vtentis: Suſcipe Probe pro repu-

*Parentes qui dicantur. Parentes pro conſanguineis q̄buslibet.*



republica, ſuſcipe coronam auream pro parente, &c. Et Flauius Vopiſcus in Aureliano; Sandarionem (ait) quē in præſidio illic Aurelianus poſuerat cum ſexcentis ſagittarijs occiderunt, Archilleo quidem parenti Zenobiæ parentes imperium. Et Diuus Ambroſius in tranſlatione Aegeſippi libr. 1. in oratione Herodis ad ciues, quæ eſt in c. 39. eius lib. Vnde [ait] curæ erit mihi, ut ſponſores concordiæ adiungam liberis meis parentes amicoſq; Et iterum paulò poſt ca. ſeq. Abducebat amicos regios parenteſq; & præcipuè fratrem Regis. Et Iulius Firmicus Aſtrologus celebratiſſimus libr. Matheſeos 3. c. 13. Mercurius; in quo loco cum Marte ab horoſcopo conſtitutus pigros faciet, humileſq; in omnibus actibus. & in omni fortuna, & qui cum parentibus, uel affinibus aſſiduas inimicitias exerceat. Et ante hos Saluſt. qui inter primos ſcriptores Latinos ab omnib. ponitur, in oratione Syllæ ad Bocchum: Parentes abundè habemus, ita enim nonnulli intelligunt, quanquam ad alium ſenſum trahi poteſt. [Atq; ita inter cæteros intellexiſſe reperi Victorium virum doctiſſimum libr. variar. lec. 4. c. 16. vbi & alium locum ipſius Salluſtij in Catilinam citat, libertatem, patriam, parenteſq; armis tegere: ſed hic locus non adeò urget, ut prior. Eos autem libros variarum lectionum primum publicatos Florentiæ anno 1553. uidimus, cùm prima noſtra editio, in qua id quod diximus annotauimus, ſit anni 1543.] Poſſetq; eodem modo videri Tullius linguæ Latinæ parens, in hac quoque ſignificatione accepiſſe Philip. 5. Nullæ excuſationes ſunt: meus amicus eſt, ſit patre prius meus cognatus eſt: an poteſt cognatio propior eſſe, quā patriæ, in qua etiam parentes continentur? Porrò Donatus interpretatus illud Terentianum in Hecyra; Cùm te poſt putaſſe omnes res pro parente intelligo, Bene (ait) parente, quod nomen commune & cum patre eſt, & cum omnibus, quos hæc neceſſitudo coniungit. Hæc ille. [Sed & eandem vocem in illa ſignificatione vſurpaſſe videtur l. C. ſi per vim uel alio modo in duobus locis.] Hinq; etiam Parentela, pro cognatione ab ipſo Capitolino in Gordianis vſurpatur.

*Parētela.*

2 Et vtrumque in Iure Canonico ſæpiſſimè reperimus ſcilicet parentes pro conſanguineis, parentelam pro cōſanguinitate, ut de primo in c. vlti. extrà qui cler. uel vouen. ubi primùm conſanguinei ſunt vocati, mox parentes appellantur. & etiam ni fallor in c. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. & in c. 1. & ibi gl. in verbo, conſanguinei. & Archid. 3. q. 5. De ſecundo, in cap. cauſam matrimonij. de offic. delegat. & in c. cùm in tua. & c. ſicut, de teſtib. & ca. cùm in tua. de ſponſa. & matr. & ca. fraternitatem. vbi Pan. in ſecundo no. dicit eſſe vulgare cuiuſdam loci, de ſepult. & c. porrò in 2. locis, de diuor. & in Clem. 1. verſic. cæterùm de iureiuran. vbi gl. dicit text. alludere ad vulgarem ſermonem Italorum & c. ſi verum. in 2. locis. 31. q. 2. & c. ſicut etiam. in 2. locis & c. de conſanguinitate. 35. q. 3. & c. ad ſedem, ante fi. in tribus loc. & c. porrò. in 2. locis. & c. parentelæ, 35. q. 5. & in c. de parentela, in 3. locis. & cap. ſeq. 35. q. 6. & c. ſalubriter. 37. q. 7. Sed & in vſib. feudorum ita plerunque reperitur, vt in c. 1. titu. quemadmo. feud. ad fil. pert. vbi Bald. not. illum tex. ad ſtatutum, quo cauetur, ne fęmina ſuccedat extantibus parentibus maſculis, vt intelligatur de agnatis. & ibi quoque Aluar. not. illum text. dicens poſt ipſum Bal quòd loquitur ſecundum vulgare & groſſo modo, atque etiam Card. Alexand. colum. 2. qui Bald. ſequitur. & illum quoque text. in id expendit Alexand. conſil. 89. circa primum, col. vlt. verſ. non obſtat ſtatutum, lib. 6. & eſt ſimilis text. in c. 2. de conſuet. rec. feud.

3 At in Iure Ciuili nuſquam reperitur, niſi fortè in Auth. nam Ange. in §. œconomis, in Auth. de alienat. & emph. adſerit illic in eo ſenſu vſurpari: trahitq; ad ſtatutum prohibens, ne parētes rebellium poſſint gerere magiſtratum. & ſequitur Barb. in repetitione l. cùm acutiſſimi, col. 50. verſi. quid ſi teſtator dixerit. C. de fideicommiſ. & Iaſ. in l. 2. quem legit cum d. l quiq;. §. Prætor ait ff. de in ius vocand. & Alcia. in d. l. appellatione parentis. Quanquam in d. œconomis, propriè accipitur. nam poſtquam parentes & liberos nominauit, mox addit & alios qui genere vel affinitate ſunt coniuncti. Et hoc planè indicant Græca verba illius conſtitutionis, quę ſunt huiuſmodi. καὶ τοῖς γονεῦσι τε παισὶ, &c. Verùm in hac impropria ſignificatione poſſet uideri melius accipi in §. quia verò plurimas, verſic. ſi nolente. Et paulò infrà & alijs pleriſq; locis, vt lice. ma. & aui. niſi Græcum quoque refrageretur, quod declarat in propria accipi. Sed an & quando propriè vel impropriè ſit ea uox accipienda, uel in ſtatutis, vel alijs diſpoſitionibus, vide Barb. vbi ſuprà. Franc. Aret. in l. cùm quidam §. quod dicitur, col. 1. verſi. ſed quæritur quid in verbo parentes. ff. de acquiren. hære. Corn. conſi. 133. quamuis videatur, li. 2. & quæ in ſimili diximus ſuprà titu. 17. §. 4. qui eſt omnium huius vol. 200. in gl. 3, in verbo, *ſon nepueu en droicte ligne*, ubi tracto de appellatione nepotis in illa vulgari ſignificatione, qua pro filio fratris accipimus. Vſquequo autem progrediatur vulgò ſignificatio parentelæ. & quos comprehendat, plenè videbis apud Socin. conſi. 37. viſo teſtamento, per totum, libr. 3. & aliquid etiam per Alexan. conſi. 222. ponderatis verbis, colum. 2. verſic. nec etiam dictæ. lib. 6.

4 *Baſtardi an poſſunt retrahere.*

Sed id vnum hoc in loco non prætermiſerim quod priuatim ad noſtrum hunc tractatum pertinet, Bart. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbor. ſignific. ſcripſiſſe hanc parentis & parentelæ appellationem naturæ eſſe, non iuris: eaq; ſignificari comprehendiq; baſtardos, quos vocamus. Et ſequitur Franc. Aret. in d. §. quod dicitur, col. 2. verſic. & aduerte quo verbum parentela. & Philip. Decius conſi. 365. uiſo conſi. col. 2. verſiç. & ulterius. Et idem voluit Bald. conſi. 146. præmiſſis verbis, col. 1. in fin. libr. 2. Ex quo poſſet uideri baſtardos, & in hac conſuetudine loquente de parentibus comprehendi, vt ſcilicet admittantur ad retractum, cùm etiam nobis ſit cum illis conſanguinitas & cognatio. l. & nihil ff. de ritu nupt. vbi ſcribitur, nihil intereſſe ex iuſtis nuptijs cognatio deſcendat, an non. Præſertim cùm in fauorabili diſpoſitione, cuiuſmodi hanc eſſe nonnulli contēdunt, vt diximus ſuprà in præfa. num. 56. ex his autem, includantur etiam naturales. l. parentes. ff. de in ius voc. & l. Lucius. la 2. §. dante. ff. de legat. 2. cum ſimi. & voluit Bar. in l. quia ſemper. ff. de in ius voc. & Rapha. Ful. conſ 109. item ſi qua quæſtio, col. pen. verſicu. & in propoſita. quæſtione. ubi ex hoc reſpondit naturales comprehendi ſub ſtatuto iubente cauſſas conſanguineorum compromitti. Et ita in caſu noſtræ conſuetudinis tenuit Bago. in ſua diſputatione retractus, & poſt eum Boe. in conſuet. Bit. hoc eo. tit. §. 1. in fi. nihil tamen in hoc allegantes.

5 *Baſtardi an veniāt appellatione conſanguineorū.*

Etsi huius rei cardo in hoc verteretur, an appellatione parentum, patrum, matrum, liberorum, filiorum, conſanguineorum, coniunctorum proximorum, & aliorum id genus ſanguinis, generiſq; & familiæ nominum veniant naturales, poſſem hic in vtramq; partem multa adducere, quæ uel iuſtum uolumen poſſent conficere, ex ſcriptis ab omnibus noſtris legum interpretibus in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad S. C. Treb. & in l. generaliter. §. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. vlt C. de verb. ſign. & in c. præſentia. extrà de proba. & in Clem. 1. de bapti. Cyn. in l. quiſquis, in 4. q. C. ad leg. Iul. maieſt. Bar. conſi. 229. cauetur ſtatuto. Bal. conſi. 441. ad euidentiam præmittenda ſunt, libr. 3. & conſi. 318. matrimonium, in 8. dubio, libr. 4. Petr. Anchar. conſi. 187. apud me. Rapha. Fulg. conſi. 159. Seius, colum. 2. Alexand. conſi. 60. uiſa. legitimatione. lib. 1. Barb. conſi. 27. ſcripſit doctiſſimus col. 17. & iterum 21. lib. & conſ. 41. immortalem, col. 6. & ſeq.

& ſeq.libr.4. Vt tamen non prætermittam, quod priuatim in appellatione parentum tradidit Gul.Cu.in l.parentes.ff. de in ius vocand. & poſt eum Alberic.in ſecunda parte ſtatutor.q.142. quærit Gul. de Cu.quòd ſi loquimur de parentibus in iis quæ ſunt iuris naturalis tantū, comprehenduntur ea appellatione, naturales tantum. Si in iis quæ ſpectant ad ius ciuile, intelligitur de iuſtis naturalibus & legitimis.

6 SED non eſt opus in illum labyrinthum ingredi, cū alia via hæc res, de qua tractamus, expediri poſſit. Nam duabus rationibus nothi iſti, id eſt, non legitimi, non admittuntur ad hunc retractum. Primùm, quia in iis ceſſat ratio retractus, (vt iam ſæpius diximus, & dicemus plenius infrà in §.26.) vt res maneat in familia, & agnatione. At baſtardi (ſic enim ſæpius hæc verba merè quidem barbara, ſed vulgò recepta uſurpo, vt facilius ab omnibus intelligar. quando & Tullius, ſi credimus Boëtio in commentariis Topicorum eiuſdem Tullii, nō tam propriis nominibus, quàm notioribus nonnunquā vſus ſit: & Proculus noſter ſe verbis quibuſdam abuti dicat, vt facilius intelligeretur: in l.inſula, in fin.ff. de acquirend.rerum dom. Baſtardi igitur (vt illud reſumam) non dicuntur eſſe de familia vel agnatione, vt per Bart. in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de verborum ſignificatione. Bald.conſi.168.proponitur quòd quidam, col.2.lib.5.Pau.Caſtrenſ.conſi.178.ſuper eo uerò quod quæritur, poſt princip.libr.1.cum aliis multis concord. à me congeſtis in tractatu nobilitatis. Sed nec cum illis cognatio eſt, aut coniunctio, ex parte patris, ut dicit Dynus in quodam ſuo conſi.incip.in Chriſti nomine, amen. Diligenter conſiderato, in fin. quem ita refert & ſequitur Angel. conſ.401.in quæſ.in fi.per textum in l.ſi ſpurius.ff.unde cogn.& in §.ultim.in Authent.quibus mod.natu.effi.ſui. Secūdùm, quia ius retractus per omnia ſequitur ius ſucceſſionis, ex noſtra conſuetudine, infra eodem titu.§.11. & 13. At ex noſtra etiam conſuetudine, baſtardi nō ſuccedunt nec patri nec matri.ſup.conſue.noſtrarum ti.19. §.1.qui eſt omnium huius uolum.228. Nec de iure quoque communi ab inteſtato ſuccedunt patri. l.humanitatis.C.de nat.lib.cum ſimili. Sed nec matri quidem, niſi ſecundum diſtinctionem l.ſi qua illuſtris.C.ad Senatuſcon.Orphi. Ideo nec eis ius retrahendi competit.

*Barbara vocabula interdum vſurpāda.*

*Baſtardi nō ſunt de familia & agnatiōe. Baſtardi an & quibus ſuccedant.*

7 ET id quidem expreſsè tenuit Maſſue.in tit.de retractu.§.pen.incip.item filii illius, vbi etiam plus dicit, quòd filii legitimi baſtardorum non admittuntur ad retractum rerum venditarum à conſanguineis ipſorum baſtardorum. quod haud dubiè verum eſt, per tex. (licet non alleget) in l.ult.& ibi DD.C.de na.lib.cum multis concor.à me collectis in tract. primogeniorum.q.34. Et idem tenet per omnia Matth. Afflict.in tract.proto.col.19.uerſ. item quæro an conſanguineis baſtardis.& uerſic. ſed iuxta hoc quæro.ubi & idem quoque dicit de filiis legitimis baſtardorū & D.Bene.in rep.c.Raynutius.in uerb.& vxorem nomine Adelaſiam, nu.715.item quòd inter eos.& ſeq.extra de teſt.ubi etiam dicit econtrariò patrem maternumque naturales filii baſtardi, & eorum cōſanguineos non admitti ad retractum rerum venditarum ab ipſo baſtardo. Et ante hos Ang.cuius nullus horū meminit, conſil.191.ſuper puncto, colum.3.verſi deſcendo igitur ad ſecundum. ſcribit in prohibitione alienationis inconſultis conſanguineis, ut ſi ſecus fiat, ius ſit ipſis conſanguineis rem alienatam ad ſe reuocare, nō uocari baſtardos, cum hi ſint omni beneficio indigni. Et hoc quoque in caſu noſtro tenuit Phil.Dec.conſ.471.iuridica, ea ratione, quòd ius cognationis reſidet tātum in legitimis, ideo nec baſtardos comprehendi in hoc ſtatuto, nec legitimos quoque ex eis. Et nouiſſimè Ferro. in conſuetud. Burdig.hoc eod.titu.§.6.colum.pen.& iterum.§.10. uerſic.præterea ſpurii.

*Ad retra. ue filios quidem legitimos baſtardorum admitti.*

*Si baſtardus vēdit, an ipſi cōſanguinei admittantur ad retractum.*

8 SED hæc uelim intelligas, vt ſi baſtardus matri ſuccederet, ut de iure communi nonnunquam ſuccedit, vt diximus, nec is conſuetudine prohiberetur ſuccedere: hoc certè caſu putarem, & illi ius eſſe retrahendi rem à matre aut eius conſanguineis uenditam, per id quod & diximus id ius per omnia exæquari iuri ſuccedendi, iis dictis his quæ affatim in ſimili diximus in repe. l.ſi unquā. in uerbo, ſuſcepit liberos, num.51. & id puto uerum eſſe. Et id nuncupatim voluit quiſquis is eſt, qui add.ſcripſit in Benedict.in dict.cap.Raynutius. quo loco nuper citauimus, ſiue idem ſcriptor fuit, ſiue alius. & Ferro.conſuetu.Burdig.hoc titu.vbi nuper quoque deſignauimus. Ex conſuetudine autem Pictonum, vt diximus, baſtardi nec matri quidem ſuccedunt: quod & propè in vniuerſa Gallia obſeruatur, vt retulit Maſſue.tit.de ſucceſſ.uerſi. item naturalis tantum. Eſt autem Pariſienſis conſuetudo cap.186.in hæc uerba, *qui n'eſt habile à ſucceder, comme ung baſtard, ne peult venir à retraict lignagnier.* Et eadem omninò eſt conſuetudo Borbonienſis, ca.436. & Niuernenſis hoc eod.tit.c.25.

*Cùm baſtard⁹ ſuccedit, poteſt retrahere. Cōſuetudines de baſtardis.*

9 INTELLIGE & ſecundò, ut licet baſtardi non admittantur ad retractum rerum venditarum a patre uel matre, cui non ſuccedunt, aut eorum conſanguineis: poſſunt tamen eorum, quæ uenditæ ſunt à ſuis ipſorum liberis legitimis, retractum petere: & è diuerſo eorum liberi rerum ab ipſo patre baſtardo venditarum: & ipſi quoque liberi, & alii ab illo baſtardo legitimè deſcendētes, inter ſe: vtpote qui ſibi quoque inuicem ſuccedunt. Ita enim & in retractu nuncupatim uoluit Maſ.in d.§.pe.ti. de retractu.& Bene. in d.repe.c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num.716.de teſt. Et in eam rem eſt expreſſa conſuetudo Britonum hoc tit. §.26.eodemque ultimo.

*Filii legitimi baſtardorum, an admittantur ad retractum. Quid uerò è cōtrario.*

10 VERUM quæſtionis eſt, utrum legitimatus, quem vocant, id eſt, reſtitutus natalibus, admittatur. de qua re poſſem & hìc multa adducere, quę legitimatos ipſos uel admittunt, uel reiiciunt: quæ pleniſſimè videre poteris in d.noſtra repet.l.ſi unquam.in verbo, ſuſceperit liberos, nume.52.ſed in dubium uocatur, & multis ſeque.Ex quib. unum tantum afferam, quod huic loco eſt appoſitiſſimum, ſcilicet agnationem & familiam) in qua uerſatur ratio huius retractus, ut nuper diximus) conſeruari per legitimatos, ut nuncupatim voluit Ange.conſil.17.Comes Brandiſius, colum.pen.uerſi. præterea concludēdo. & Salyc.in Authen. item ſine legitimis, columnn.1. C. de natu.lib.& in l.Imperialis.§.ſic itaque.C.de nup. Alexā. conſi.2.uiſis codicillis, colum.5.uerſ. ad prædicta bene, lib.1.Barbat.conſ.68.omnipotentem, colum.4.uerſi.3. facit, & colum.ſeq.uer.item maſculus, lib.4.ubi & id dicit uoluiſſe Dy.in tit.de ſucceſ. ab inteſt.& Soc. conſ.63. viſis teſtamento, colum.antepen.uerſi.nec diſpoſitio, li.3.cum multis aliis concord.à me adductis in d.l.ſi unq. in d.uerbo, ſuſceperit liberos, n.83.& ex hoc poſtremo, ubi & hoc quoque probauimus.

*Legitimati an poſſint retrahere. Familiā per legitimatos conſeruari.*

11 IDEOQVE uideri poſſet huiuſmodi legitimatos eſſe ad hunc retractum admittendos. Qua in re Matth. Afflict.in d.tract.proto.d.uerſ. item quæro an conſanguineis baſtardis, cenſet expreſſim eos audiēdos eſſe ad retractum uenientes. & ſequitur Arnol. Ferro.d.tit. *de retraict.*§.10. D.autem Bened. in rep.d.c.Raynutius.in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num.187.incip. præterea non ſuccedit.extra de teſta.in ea eſt ſententia, ut legitimatus, cùm patri tantum ſuccedat, non etiam cæteris conſanguineis, poſſit ui eius conſuetudinis retrahere uēdita à patre, non item à cæteris conſanguineis. Sed ibi loquitur in legitimato per reſcriptum, nam in nu.181.eiuſdem gl.ſcripſerat ſimpliciter legitimatum per matrimonium admitti ad retractum.

AT Philip.Deci.ampliſſimum conſi.de hac quæſtione edidit, ſcilicet conſi.275.le 2.(nam is numerus typographorum errore eſt duplicatus) cuius initium eſt, in

cauſa



cauſa quæ Lucæ agitatur, in 3.eodemque vlti. dubio. in quo concludit, id beneficium retrahendi rem, quod à ſtatuto agnatis conceditur: non competere legitimatis: in quam rem multa allegat: ſed præcipuum eius fundamentum eſt, quòd id ſtatutum debet propriè & ſtrictè intelligi: legitimatos autem nō propriè dici legitimos. Illum omninò uide, & quę diximus in repet.l.ſi unquā, vbi ſuprà, atque etiam in noſtro tract. Primogenitorum, in 44.quæſt. & ex dictis in eis locis intelliges, quid ſit dicendum hic. Sed his addas, quod à Paul.Caſt. reſponſū eſt conſi.178.ſuper eo verò quod quæritur, col.2. verſic. item confirmantur prædicta lib.1. ſtatutum compellens cōſanguineos ad compromiſſum, intelligi de legitimis & naturalibus, non etiam de legitimatis: idq; generale eſſe in ſtatutis, quod admodum confirmat ſententiam Decii. Et ex his quoque intelliges, an ſi baſtardus legitimatus vendat, ſit locus retractui. De quo eſt expreſſa conſuetudo Auxerrenſium ſiue Altiſſiodorenſium, hoc eo. titu.§.13.qui eſt omnium 40.locum eſſe.

*Si baſtardus legitimatus vēdat, an ſit locus retractui.*

13 EX iis autem quæ diximus, apertè datur intelligi, nec alios admitti qui non ſuccedunt: uerbi gratia, ſi ex ſtatuto mulier non ſuccedit, ea quoque non retrahet, vt expreſsè & in hac ſpecie uoluit ipſe Bened.in d.ca.Raynutius.in verbo, duas habens filias, colum.2. nu.4. Nam huiuſmodi filia (vt id etiam addas) tanquàm exhæredata, non eſt ſua, ſed extranea. Bart.in l.1.§.ſciendum.ff. de ſuis & legit.Bald.in l.maximum, ad fin.C. de libe. præt. Rom.in l.apud Iulianum, §.idem Iulianus.ff. ad Trebel. Alexan.qui id ſcienter declarat, conſi.131. tranſmiſſum eſt, lib.1.uti etiam faci Iaſ.conſi.105.Ioanna, colnm.vlt. lib.4.& Docto.vbique. Quin & paria ſunt non extare omninò, & extare & non ſuccedere.l.2.§. ſed ſi ſint ſui, & ibi Barto.ff.ad Tertul.& l.1.§.filium.& ibi quoq; Bar. ff.de bo.poſſ. contra tabu.& l.1.§. ſi pater emancipatus, & §.ſi pater in poteſtate, & ibi item Bart.ff.de coniung. cum eman.li.Guil.Cum.& Bald.in Authent.nouiſſima. C.de inoffic.teſta.& in l.maximum vitium, col.5.uerſic. quæro nunquid, C.de lib.præt.vbi & ad hoc alia iura allegat.& idem Bal.in l.in ſubſtitutione, per illum text. ff. de vulg.& pupilla. Alexan.conſi.154.viſo tit.col.4. ver. præterea confirmo, lib.7.

*Quæſtio, an fœmina quæ ex ſtatuto nō ſuccedit, poſſit retrahere.*

*Fœmina, quæ nō ſuccedit, pro extranea habetur.*

14 ET id quidem poſſet uideri uerum eſſe, ut ſcilicet mulier, quæ ex ſtatuto ſucceſſione repellitur, à retractu quoque repellatur: ſi omninò fœmina repellatur, etiā non extantibus maſculis, atque ſimpliciter & ſine dotatione, aliàs enim, ſi tantum à maſculis repellitur, admittitur ad retractum: ita tamen vt ſi maſculi ueniant, ei præferantur, ut in ſucceſſionibus: ut in ſimili dicitur infrà eod. titu. §.12. Et ſimiliter, ſi non niſi dotata repellitur, admittetur ad retractum quod conſuetudine Lodunenſi diſpoſitum eſt, hoc eod.titu. cap.5. Si etiam non dotata repellitur, non admittetur, illa enim facit partem cæteris, hæc non facit, ex communiori opinione eorum, quos ſtatim citabimus. & hic omninò vide quæ ſcripſimus in d.l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos, num.101. ſed illud hic quæro, & multis ſeq.ubi latè diſſerui, an filia quæ non ſuccedit ex ſtatuto, reuocet donationem ex ea lege, ex quib. etiam intelliges, quid in hoc caſu dicendum ſit.

15 QVIBVS tamen addes, quæ tractantur à noſtris, Vtrum filia à ſtatuto excluſa, computetur in numero liberorum, vt cæteris partem faciat, an verò faciat eorum legitimam augere. De quo per Bart.Bald.Alber.Angel. Imo.& Pau.Caſt.in l.1.planè.la 1.§.ſi duobus.ff. de legat.1.Bald.Alb.Ang.& Rapha.Fulgo.in l.Papinianus.§. unde ſi quis.ff.de inoffi.teſta.Bald.in l. qui repudiantis. in additio.eod.titu.& in l.1.§. in primo.colum.2.uerſi.op. dicitur hic qui non admittitur, & multis ſequen.& ibi quoque Ang.C.de cad.tol.& eundem Bald.Alber.Imo. Rapha.Com.& Pau.Caſtren.in l.huiuſmodi.§.ſi Titio, el 1.ff.de legat.1.& ipſum Bald. in l.1.in 6.q. ad fin. & ibi etiam Roma.in 4.quæſt.C quando non pet.par.& in Auth.nouiſſima, iu 6.q.& ſeq & ibi etiam Alber. Ange. Saly.Pau.Caſt.col.ult.verſ.item quæritur.Fabia.Gioch. in repet.char.13.verſi.ſecundò quæritur, & alios recentiores.C.de inoffi.teſta.& eund.Bald.conſi.61.ſuper puncto de computatis.lib.1.& conſi.498.factum ſuper quo, col.2.eod.lib.1.& conſi.156. clauſula codicillaris, column.2.circa med.libr.2.& conſi. 490. ſtatuto cauetur quòd filiæ, lib.4.Alber.in l.ſi duo.ff.quib. ad libert. perue.non lic.Ange.in dict.l.Papinianus.§. quoniam autem quarta, ad fina.& conſi.105. ſtatuto cauetur quòd ſi aliquis, ad fin.& conſi.300. punctus talis eſt ſtatuto ciuitatis.& Rapha. Co.conſil.35. in nomine domini, amen, ſtante ſtatuto.Pau.Caſt. latè conſi.52. ſuper primo puncto quanta ſit, libr.1.& conſi.286. quoniam fundamentum, per totum, eod.li.1.Alex.qui alios citat, conſ.197. perſpectis verbis, colum.pén.verſic.accedit etiam.lib.6. Fran.Curt.ſenior, qui alios quoq; allegat, conſi.5.Aſtulphus.Socin.conſi.84.viſa prædicta, col.vlt.ad fin.lib.1. & conſi.150.Dominus etc.& nos introducere. colu.11. verſic.poſtremò hæc conclnſio, & alibi ſæpè in eo conſi. eo.lib.1.& conſi.241.circa primam, col.15. verſi. ad ſecundum, libr.2.& conſi.288.circa primam quæſt. col.9. verſic.præterea hanc partem, & iterum col.12.verſ. primum probatur, ibi, hanc etiam partem, li.2.& latiſſimè conſi. quod ponitur in lect.ipſius poſt tit.de exce.cuius initium eſt, ſuper præmiſſis, in 3.dub. uti etiā facit Cor. conſi.197.circa primum, propè per totum.lib.1.& conſ. 303.plura quæſita, col.2.verſic.deueniendo, cum multis ſeq.eo.lib.1.& conſi.199.in hac conſultatione, lib.3.Iaſon conſil.65.aſſumo, poſt princip.libr.1.& Guid.Pap. deciſ.Delphin.295.an filiusfamilias.& deciſio.599. itē etiam in dicto.& Anton.Rube.conſi. 122. præſupponitur. Et de hac quoque re loquuntur nonnullæ conſuetudines, vt apud Auernos, tit.12.qui eſt *de ſucceſſions.*§.32. & Borbonios.310.

*Fœmina quę ex ſtatuto repelliſ: an partem faciat cæteris.*

*Conſuetudo de ea re*

16 SED & ex iſtis apertè probatur adoptiuos filios, aut patres, aut alios nobis ſola adoptione coniunctos non admitti ad retractum, vt qui in hoc regno Franciæ non ſuccedunt, teſte Maſſue.in titu.de probat.verſicul. item ſi defunctus.& Benedict.in repeti.c.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.760. & diximus in repet.d.l.ſi vnquam.in verbo, ſuſceperit liberos, numer. 22.nec hic quidem: vbi & alia multa huc pertinentia uidere poteris. [Adoptiui filii ſunt filii ficti, nec propriè filii adoptiui dicuntur filii, ſed fictè: ideo non comprehenduntur in ſtatutis loquentibus de filiis, vt dicit Bald. conſi.24.ſtatuto ciuitatis, lib.1.] Et quia etiam in eis ceſſat ratio conſuetudinis retractus, quæ eſt ne res exeat de genere. Qua ratione id quod diximus, retractum non habere locum inter adoptiuos tenet expreſsè Ioan. Fab. in §.1.colum.vlt.verſicu. & hæc faciunt ad quæſtionem. Inſtitut.de acqui.per arrog.& idem Bened.ubi ſuprà, numer.760.& Ferro.in hoc titu.§.6.colum.pen.& iterum. §.10 colum.1.

*Quæſti. an adoptiui admittantur ad retractum.*

*Adoptiui in Francia non ſuccedunt.*

QVIBVS & nos accedimus, cùm id ius ſit ſanguinis, quod ad alios quauis ratione tranſire non poteſt, ut latè dicemus infrà eodem titu.§.26. Quamuis contrarium tenuerit Gerald. Bago. in ſua diſputat.retractus, & illum ſimpliciter retulerit, tanquam ſecutus fuiſſe videatur D. Boe. Præſes ornatiſſimus in conſuetud. Biturig. in hoc eod.titu. *de retraict.*§.1. in fin. His autem pro ſua in nos cæteroſque omnes humanitate mihi copiam fecit illius diſputationis Bagoilli, quam anxiè diu ac vbique perquiſiueram, nuſquam tamen reperire potueram, ſed is confeſtim quàm ab eo poſtulaui per D.Franciſcum Caldenetum regium in eadem curia Burdigalæ Senatorem meritiſſimum, amicum noſtrum intimum, ad me humaniter miſit. 17

SED

18 *Quæſt. an ſpirituales coniuncti admittantur ad retractum.*

SED vt ad inſtitutum redeam, idem quoque eadem ratione dices de coniunctis cognatione ſpirituali, quos vulgò patrinos, & matrines, filiolos, compatres, & commatres uocamus, de quibus & nos multa diximus in d. repet. l. ſi unquam. in eodem verbo, ſuſceperit liberos, num. 21. nec item ſpirituales, & multis ſeq. ubi latè uidere poteris, quæ ad hanc noſtram ſententiam faciunt: ſed illud præcipuè, quòd ipſi ſibi inuicem non ſuccedunt: ex ſententia Anton. in capit. tranſmiſſæ, qui filij ſunt legiti. & Panor. in cap. tanta, eodem titu. & aliorum multorum inibi à nobis citatorum. Et id in noſtro caſu retractus, ut ſcilicet iſti non admittantur ad eum, nuncupatim voluit Benedict. in dict. capit. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, nume. 764. & Petrus Rebuff. in 177. priuilegio ſcholaſticorum, pag. eiuſdem 8.

19 *Quæſti. an religioſi admittantur ad retractum. Monachi iura ſanguinis retinent. Atq; etiã iura ſuitatis.*

PROBATVR item ex ſuperioribus, monachos & alios religioſos, qui ex noſtra conſuetudine non ſuccedunt, ſupra titu. *de ſucceſſions*, qui eſt omnium titu. 17. §. 9. qui eſt omnium huius uolum. 219. non admitti ad retractum quod & tradit Bened. in dict. c. Raynutius in d. verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, nu. 220. & Chaſſ. in ult. editione conſuetud. Burg. hoc eod. tit. §. 1. in verbo, *le plus prochain*, in fin. & eſt in id expreſſa conſuetudo Niuernenſium hoc titu. §. 25. Quòd ſi ſuccederent, vt de iure communi ſuccedunt. l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleric. cum ſimi. poſſet videri & hos admittendos ad retractum, præſertim cum iura ſanguinis retineant, ut dicit Lapus alleg. 109. in quæſtione propoſita, & alleg. ſeq. & Panorm. in c. 2. ad fin. de poſtu & in c. quia nos. de teſtam. Adeoque etiam iura ſuitatis. d. l. Deo nobis. §. hoc etiam. & ibi Bald. colum. ult. C. de epiſ. & cler. & uoluit etiam Bart. in Authen. ſi qua mulier, colum. 2. uerſi. cùm autem minuatur. C. de ſacr. eccl. Bald. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & in l. ſub conditione. & ibi Alex. ff. de lib. & poſthum. & in l. apud hoſtes, colum. ult. C. de ſuis & legit. & in l. nepotes. & ibi quoque Ang. ff. de his, qui ſunt ſui iu. & in l. ſi proponas, colum. 1. in add. ff. de inof. teſta. & conſ. 183. factum proponitur tale, colum. 2. libr. 5. & conſi. 448. Sanctus Franciſcus, eod. lib. Pet. Anchar. in c. de cætero. extrà de teſtib. Rom. ſingu. 37. vtrum nobilis Paul. Caſtrenſ. conſil. 239. Ego Paulus, colum. ult. lib. 1. Ang. Aret. in §. emancipati, colum. 3. uerſ. 3. fallit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defe. & Iaſ. in l. qui ſe patris, colum. 2. C. unde lib. vbi allegat multos alios concord. & in l. Gallus §. ſi eius colum. 3. ff. de libe. & poſth. & in l. patre furioſo, colum. penul. uerſi. intellige tamen. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & Philip. Dec. in Authẽ. ingreſſi, colum. 2. uerſic. noto primò. C. de ſacroſ. eccleſ. Et hæc ſententia uera eſt, licet ipſe Bald. ut aliàs ſæpè ſibi contrarius, contrarium teneat. in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de minor. in utraq; lect. Niſi diceres in eo quoque ceſſare rationem retractus, ne res exeat de genere: quia quod acquirit monachus, non acquirit generi, ſed monaſterio. Et de eo poſſumus dicere, quod de muliere leges dicunt, eum finem eſſe ſuæ familiæ. l. pronũciatio, in fi. ff. de uerbo. ſign. Et id uerius eſſe credimus.

20 *Quæſti. an eccleſia, ſiue monaſterium, quod quis ĩgreſſus eſt, poſſit retrahere. Monaſterium an ſit loco filij, et quomodo.*

HINC potes etiam colligere, utrum etiam retrahere poſſit eccleſia ſiue monaſterium, quod quis ingreſſus eſt, & ita habetur loco filij, vt plerique exiſtimant, innixi autoritate Auth. niſi rogati. C. ad Trebel. & §. ſed hæc præſenti, in Auth. de ſanctiſ. epiſco. & c. in præſentia. de probat. Nam etſi hoc uerum eſſet, quod negat Barto. in d. Authen. niſi rogati. & in Authent. ſi qua mulier. C. de ſacro. eccleſ. & alij multi, quos tibi collegimus in d. l. ſi unquàm. in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 41. ſed & ſunt: Tamen quia id eſſet impropriè, & per quandam ueluti ſimilitudinem ut dicit Bald. in l. filium, col. 1. ff. de his q. ſunt ſui iur. & in l. cum acutiſſimi, colum. 1. C. de fideic. nec id quidem ſemper & indiſcriminatim, ſed ad hunc tantum finem, ut excludatur ſubſtitutus ſub ea conditione, ſi quis deceſſerit ſine liberis, de qua re tantùm loquũtur illi text. ex ſententia ipſius Bald. in d. l. filium. & in d. Auth. ſi qua mulier. in 3. not. & Pan. in d. c. in præſentia, colum. 5. ubi etiam pleniſſimè recentiores. Et quia etiã ceſſat ratio retractus, cum monaſterium non ſit de genere aut familia venditoris, imò nec ſit in familiam ipſius reditura, res à monaſterio redẽpta: Nemini opinor dubium erit, non eſſe monaſterium admittendum.

21 *Quæſtio, an ingreſſus monaſterium, ante profeſſionem poſſit retrahere. Nouitius gaudet priuilegio. c. ſi quis ſuadente, uide infra nu. 30.*

SED dubium eſt, utrum is qui ingreſſus eſt monaſterium profitendæ religionis cauſa, poſſit ante profeſſionem tacitam vel expreſſam retrahere, tanquam nondum religioſus, an vero non poſſit, tanquam religioſus, aut pro religioſo habitus. Et ſanè videtur hic quodammodo religioſus, licet non omninò irreuocabiliter: & ita quidem, vt qui in eum manus violentas iniecerit, peræquè in Canonem, ſi quis ſuadente, incurrat, ac ſi profeſſus eſſet. ca. religioſo. §. 1. de ſenten. excom. lib. 6. ex quo gloſ. in c. beneficium. in uerbo, conferendum, colum. 1. uerſicu. ſed nunquid conſtituto, dicit eum fingi religioſum. Ideò gl. in Clem. 1. in verbo, religioſus. de elect. trahit eum text. loquentem in religioſo, ad nouitium, per tex ad hoc expreſſum in cap. nullus. eodem titu. lib. 6. Sed & perſona eccleſiaſtica eſſe cenſetur. c. duo ſunt. 12. q. 1. Ideoque neceſſe eſt eum conueniri coram iudice eccleſiaſtico, non etiam ſeculari. Hoſti. in cap. ſtatuimus, colum. 2. in verbo, poſſe. extrà de reg. Archid. Ioan. Andr. Domi. & Philip. Franc. in d. c. religioſo. Ioan. And. in d. cap. beneficiũ. & ibi quoque Domin. & Philip. Franc. & Fed. Senen. conſilio 32. quæſtio talis eſt, quidam de populo, colum. penult. verſiculo ſubſequenter quæritur, & iterum col. vlti. uerſi. veruntamen.

22 *Nouitius coram iudice eccleſiaſtico conueniendus. Nouitij morientis ante profeſſionem, bona monaſterio acquiruntur. Sed uide in num. 36.*

EX quo etiam fonte manat illud, quod a pleriſque magna autoritate traditum eſt, huius nouitij, qui intra annum moritur, ante ſcilicet profeſſionem, bona acquiri monaſterio, non hæredibus ſanguinis. nam id voluerunt Iaco. Rauen. Pet. à Bel. Per. & Raynerius Forli. in Authen. ingreſſi. & ibi quoque Cyn. columη. 1. in 2. q. qui id tamen dicit durum eſſe. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. qui id tamen relinquit Can. in Auth. ſi qua mulier. in fin. C. eod. titu. per text. in c. vlt. extrà de ſucceſ. ab inteſt. [Collect. in c. quanto, colum. ult. verſi. ſed quid ſi monachus. de offi. ordin.] Anton. in c. in præſentia, colum. 13. verſ. quæro an ſi monachus, & ibi etiam Barb. & Dec. de proba. Petr. Anchar. in c. cùm cauſam. extra de elect. & in c. 2. colum. 1. in 5. not de teſtam. & conſi. 69. circa donationem, colum. 3. verſic. ſed iſtud eſt pulchrum. Nam, ut ibi dicit, hic quantum ad poſſeſſionem verè translatus eſt ad religionem, & quæ religioſis adhærẽt, religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de rei uend. & d. ca. religioſo. & idem quoque uoluit Barb. in Clem. 1. colum. 7. in paruis, uerſ. & ex iſtis, de elect. & Ioan. Lup. qui unum Petr. Anchar. in d. conſil. citat. idque ſing. dicitur in repet. Rub. de do. inter uirum & uxor. §. 3. & qui eſt in char. 17. col. 1.

23 *Nouitij canonica portio debetur priori eccleſiæ. Nouitius ordinatur ab Epiſcopo monaſterij.*

ET hinc quoque fit, quod tradit Goffr. Doctor antiquus in c. de his, & ibi poſt eum Hoſti. colum. ulti. uerſi. quid ſi quis & Ioan. And. ad fin. extra de ſepult. Canonicam huius nouitij portionem, qui deceſſit ante profeſſionem, non deberi priori eccleſię, cuius erat ante ingreſſum, cũ eius deſierit eſſe parochianus per ipſum ingreſſum. & idem uoluit ipſe Ioan. Andr. in c. relatum. ante fi. eodem tit. & Petr. Ancha. in d. c. cùm cauſam. & d. conſi. 69. & Barba. in d. Clem. 1. colum. 7. verſiculo & ideo uidi dubitari, de elect. Et quòd non abſimiliter tradũt Lapus, Petr. Anchar. & Philip. Franc. in ca. cùm nullus. per text. ibi iuncta gloſſ. in uerbo, religioſi. de tempor. appelat. libro 6. huiuſmodi nouitios poſſe ordinari ab Epiſcopo, in cuius diœceſi eſt monaſterium, in quod ingreſſi ſunt, tanquam ex ſolo ingreſſu, ſine alia profeſſione cenſeantur eſſe diœceſani illius Epiſcopi.



24 *Nouitio beneficiũ nõ confertur, vide infra num. 37. Nouitius nõ uocatur ad electionem eccleſiæ, cuius erat Canonicus, uide etiã n. 39. Nouitius non poteſt eſſe procurator. Nec arbiter.*

ET huc pertinent duo dicta illius gl. in cap. beneficium, de regula. lib. 6. Primum, non poſſe ſacerdotium conferri huic nouitio, per d. ca. religioſo, & alia quæ ibi allegat. & eam ſequuntur Lapus, Petr. Ancha. & Domi. ibi. Alterum, hunc non eſſe neceſſe vocari ad electionẽ Eccleſiæ, cuius erat Canonicus, per infinitas propè rationes, quas ſcientiſſimè adducit, & eam ſequuntur. Io. Mon. Io. And. Pau. Eleaz. Ioan. Ligna. Lapus, Domini. & Petr. Anchara. ibi, & idem Anchara. in d. conſi. 69. Et aliud ipſius glo. dictum in cap. 2. in uerbo, ingredi. de procurat. libr. 6. quòd nouitius non poteſt eſſe procurator, non magis quàm profeſſus, per dictum c. religioſo. & cap. 1. de regul. eodem libro, & ſequuntur Paul. Eleaz. Domin. & Philip. Francus. ibi. Quibus adde, quòd nec arbiter eſſe poteſt, ex ſententia ipſius Paul. Eleaz. in diſputat. incip. quæſtio de re actori adiudicata. & ſequitur Domin. in dict. cap. beneficium. in fin. & ibi quoque Philip. Franc. colum. 3. verſic. & an ipſe. [De quo latiſſimè Aegidius Bellamera in ca. 1. colum. 7. verſic. tertiò quæritur. de arbit.]

25 *Ex ſtatu & habitu præſenti quis iudicandus.*

ET facit vltra prædicta, quia cùm hic nunc ſit in ſtatu & habitu monachali & religioſo, debet & nunc ſecundum eundem ſtatum & habitum iudicari. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. & c. ſi verò. el 2. de ſent. excommun. cum ſimilibus. nam & ſecundum eũ debet viuere. c. ſi cupis. 16. q. 1. vt citat Pet. Anch. d. conſ. 69. licet non admodum mihi facere videatur. Sed eſt bonus tex. in c. recolentes. extrà de ſtatu monachorum, cũ dicitur, vt qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Præſertim verò, cùm ea animi deſtinatione ingreſſi ſunt (vt credi par eſt, per c. 2. ibi, quod tamen non præſumitur, de regul. li. 6.) monaſterium, vt ibi perpetuò maneant: quæ deſtinatio pro actu completo, & perfecto haberi debet, licet fortè aliquo caſu aut impedimento interuerti poſſit. l. cùm quidam. & l. etſi non ſint. §. infecti. verſic. quid ergo. ff. de auro & argen. leg. cum alijs multis concord. à me congeſtis in noſtris Legibus connubialibus, in ea quęſtione, an conſuetudo loquens in vxore, habeat locum in ſponſa. Id autem maximè debet procedere in hoc caſu, in quo aliàs fauore religionis debet ſufficere aliquid inceptum eſſe, ſicut cùm quis pollicetur in opus Reipublicæ. l. 1. §. cœpiſſe. ff. de pollicit.

26 *Origo & principiũ inſpiciẽdũ.*

ET hæc maximè procedunt, cùm hic nouitius non moritur, aut non exit à monaſterio intra annum probationis: ſed ipſum annum & profeſſionem perficit. Nam hic poſtremus animus & euentus retrotrahitur ad principium, ut ſic à primordio tituli poſterior formetur euẽtus. l. 1. C. de impo. luc. deſcrip. libr. 10. vbi gl. in uerbo, primordium, dicit, ex origine cuiuslibet cauſæ quid ſtatuendum ſit diſtingui, per multa iura illic allegata, quã in hoc dicit not. ipſe Petr. Ancha. conſi. 7. in quæſt. col. vlt. Et id cuius ſtatus pendet ex futuro, debet iudicari ſecundum euentum. l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupill. Ex ſequentibus enim colligitur, cuiuſmodi animus fuerit in præcedentibus. l. ſed Iulianus. §. perinde. ibi. intelligendum ab initio ſic accepiſſe. ff. ad Senatuſc. Mace. & l. ſi vxori. §. vlt. & ibi not. ff. de legat. 3. cum alijs multis concor. à me collectis in repe. l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus, nu. 257. & id quidem.

*Animus ex ſequentibus æſtimandus.*

27 PRÆTEREA quandoq; diſpoſitio eſt cõcepta à principio ſub cõditione: quandoq; autem purè etiam à principio, ſed reſoluenda ſub futura conditione, vel in diem. Et primo quidem caſu nullas quidem vires habet ante conditionem vel diem. l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. cum alijs multis ſimilibus adductis ſuprà in gl. 2. in uerbo, *à vendu*, num. 21. ſed & illud ſequen. Secundò autem, ſtatim operatur effectum puræ diſpoſitionis, ex doctrina glo. in l. 2. ff. de in diem addict. cum multis quoque concord. à me collectis infrà titu. ſeq. §. 2. in gloſ. 1. num. 74. ex quibus vides. Obligatio autem ingredientis monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſoluenda, videlicet ſi non placuerit intra annum vel ante profeſſionem, ut ſatis probatur ex c. ſuper, extra de regu. cùm dicitur ad priorem ſtatum redire. & rursũ ibi, in eadem ueſte in qua uenerint, reuertantur, & in ca. ſignificatum. ibi, pœnitens à religione receſſerit, eod. tit. & in c. ſtatuimus, ibi, ad priorem ſtatum redire. eo. quoque titu. & in c. 1. ibi. ad ſeculum remeare, eod. tit. lib. 6. & ſæpè aliàs. Et ita per ea iura uoluit Pet. Anch. d. conſ. 96. & ſequitur Philip. Deci. in Authen. ingreſſi, col. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. & conſi. 330. concluſio, col. vlti. Ex eoque dicit ipſe Anchar. hos nouitios qui ingreſſum per profeſſionem expreſſam vel tacitam cõfirmauerint, cenſendos, quantum ad contractus ab eis factos intra tempora probationis, fuiſſe religioſos: ideoq; & ſolennitates aliaſque conſtitutiones Iuris Canonici attendendas eſſe in illis: quicquid ſit de ijs qui moriuntur vel exeunt ante ea tempora. Sed & Philippus Decius in illo priore loco dicit ita debere intelligi omnes effectus prouenientes ex ingreſſu monaſterij, ſcilicet legitimationem, bonorum dedicationem, voti liberationem, dignitatis eccleſiaſticæ & nobilitatis priuationem, vt ſcilicet purè ab initio teneant, ſed ſub conditione iſta reſoluantur.

*Obligatio ingredientis monaſterium purà ne ſit, an cõditionalis, vide in num. 35.*

28 *Nouitius retinet omnia bona et beneficia.*

SED paululum aduerte lector. Nam hic nouitius interim, ſcilicet durante probatione, retinet omnia bona ſua, & beneficia, vt ſcribitur & not. in dict. cap. quod à te. extra de cler. coniug. & in dict. c. beneficium. de regu. lib. 6. nec ea tantùm, in quibus habet ius in re, ſed & ea, in quibus ius ad rem ſolùm habet, vt tradit glo. not. ibi, in verbo, conferendum, colum. 1. verſic. ſed quid dices, quã ſequuntur Archid. Ioan. Mon. Ioan. And. Domin. & Philip. Franc. ibi. Nec bona tantùm propria, ſed & clientelaria, id eſt, ut vulgò dicimus, feudalia. Neque enim ea nouitius perdit ante profeſſionem, vt voluerunt Mart. Laud. & Cardin. Alexan. aduerſus Andr. Iſern. in ca. qui Clericus, tit. ſi de feud. fuerit controuer. Neque enim hic religioſus eſt, aut cenſetur cum effectu, vt expreſſim dicit textus in dict. c. religioſo. §. 1. de ſentent. excommun. eodem libro ſexto. quod idem eſt, ac ſi dicatur ſimpliciter non eſſe religioſus: nam effectus omnibus in rebus inſpiciendus eſt. l. 1. §. hæc autem verba, in fi. ff. quod quiſque iuris. & l. ſi mater. C. de inſtitu. & ſubſtitut. & verba quoque cum effectu accipienda ſunt. dict. §. hæc autem verba. in princip. Ex quo ſequitur, vt quod effectu caret, & appellatione & nomine careat. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & c. ſi homo. & ibi gl. 1. 27. q. 1. cum ſimilibus. Vnde ſumptus uidetur fuiſſe vulgaris ille uerſus, quem ponit gl. in c. admonere. 35. q. 2.

*Si re priueris, nec nomen habere mereris.*

ET quòd non ſit verè religioſus, tenet Bart. in l. 2. C. ne ſacr. baptiſ. reit. Sicuti etiam nouitia non dicitur monialis. Bal. conſi. 199. omnia pacta, in fin. lib. 5.

29 *Nouitijs velle & nolle non tollitur. Teſtamenti factioni nouitijs nõ denegari.*

EX quibus & illud fit, vt quod religioſis denegatur, ſcilicet velle & nolle. cap. non dicatis. 12. q. 1. cum ſimil. habeant illi nouitij, vt probat text. in d. ca. beneficium. ibi, niſi ad id ipſius accedat aſſenſus, & ibi id nuncupatim no. Arch. Pet. Anchar. Domi. & Philip. Fran. Atque etiam teſtamenti factio, quæ religioſis denegatur. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & c. 2. extra de teſt. & c. nolo. 12. q. 1. & ca. quia ingredientibus. 19. q. 1. & ita quidem denegatur, ut nec cõſuetudine quidem aliud induci poſſit. Bald. in d. Auth. ingreſſi, col. 1. in 2. not. & Maria. Socin. qui id dicit not. conſil. 13. præſens, col. 1. Ea tamen his nouitijs conceditur, gloſ. in c. 2. in verbo, indicijs, & ibi Arch. Ioan. And. Domi. & Philip. Frãnc. de reg. lib. 6. Innoc. Hoſtien. Ioan. And. & Collect. in d. c. 2. de teſtam. & idem Hoſti. in ſumma, eo. tit. §. quis poſſit, verſi. idem puto. Ioan. Fab. in d. Auth. ingreſſi, in prin. Domi. in d. c. bene-

beneficium,col.3.verſ.pro iſta parte.

30 *Qui nouitiũ percuſſerit,an ſit excommunicatus.*

SED & hac ratione φ hic nouitius, non ſic religioſus,dicebant Innocen.& Abb.Antiq.in c ſtatuimus. extrà de reg.eos qui hunc percuſſerint,non incidere in Canonem, ſi quis ſuadente. Quanquam Hoſt.ibi, col.2.in verb.poſſe,contrarium tenet quia licet (inquit) non ſit religioſus cum effectu,negari tamen non poteſt, quin ſit ſub protectione & veluti tutela eccleſiæ & ſequitur Ioã. Andr.ibi, circa medium, in verbo, intra annum. & hæc opinio approbatur in d cap religioſo,vt diximus in principio huius quæſtio. Et bene facit quod traditum eſt à D.Rota, in 166. notab. quòd mulieres, in nouis. Sed id non adfert præiudicium huic ſententiæ, cùm fateantur, & hunc non eſſe religioſum cum effectu,ſed alia ratione mouentur.

31 *Abbas nõ abſoluit nouitium à Canone, ſi quis ſuadẽte, in quẽ ante ingreſſum incurrerat.*

SED & ex his fit,vt Abbas non poſſit abſoluere huiuſmodi nouitium, qui ante ingreſſum incurrerat in dictum Canonem, ſi quis ſuadente, quamuis profeſſum poſſet. Ita enim voluit Inuo.in c.monachi.extra de ſent. excom.ea ratione,φ hic nondum eſt perſona religioſa.& Io.Andr.in c.cùm illorum,col.2.in verbo, enormis.eo. tit.& in d.c.religioſo,& ibi quoque Lap.Pet.Anch. Domi.& Phil.Franc.eodem quoq; tit.lib.6.Spec. eodem titu.§.1.col.vlt.verſ.quid ſi verbero.Hoſt.in ſumma eodem etiam titu.§. poſſit, in fin.& nemo (quod ſciam) contradicit, præter Archid. in d.cap. religioſo. Sed quid faciet ſolus aduerſus tot tantosque milites, quando ne Hercules quidem contra duos,ut eſt in uetere prouerbio.

32 *Nouitij nõ deſinũt eſſe de populo. Nouitiũ appellatione cleri nõ venire.*

NEC ab his longè diſtat,quod à Ioanne illo Calderino,(vt dicit Bald.conſi.226.igitur,lib.1.) magnæ uirtutis,& ſcientiæ,traditum eſt in tract. de eccle. interdict. in ſecundo membro,q.26.quòd huiuſmodi nouitij ante profeſſionem non deſinunt eſſe de populo,etiam in materia odioſa. Id quod conſtanter ſequitur Felin.ille, qui recentiores omnes & copia,& iudicio facilè ſuperat, in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,colum.26.verſi.& de prædictis. extra de conſtitu.In quo illud ante omnia aduerte,quod ex communi ſentẽtia in odioſis appellatione populi,clerus non continetur.per c.ſi ſententia,de ſenten.excommun.lib.6.de quo per Petr.Anchar.Innoc.& Panorm. in c.1.de præbend.libr.6. & alios citatos à Recentioribus in dict.capi.Eccleſia.Ex quo intelligis nec hunc nouitiũ appellatione cleri ullo modo contineri; nec in hoc de quo agimus, inſpiciendum eſſe, ſitne materia odioſa, an fauorabilis,quod multa,quæ dicta ſunt in priori ſententia, ſubuertit.

33 *Ante profeſſionẽ,an quis dicatur ingreſſus religionem.*

HANC quoque partem confirmat quod traditum eſt à quibuſdam,uouentem ingredi religionem, non liberari uoto per ingreſſum,ſi ante profeſſionem exeat. Quod & è Theologis voluit Diuus Tho. Aqui. 2. 2.q. 189.de quo & tu vide Domi.poſt alios in c.qui poſt uotum,de regu.lib.6.ut non omittas Spec.tit.de ſtatu monacho.§.1.uerſi.17. dum loquitur de eo qui ſe promiſit monachum facere Quodq; ab alijs ſcriptum eſt,conditionem, ſi quis intrauerit religionem, non impleri per ſimplicem ingreſſum ſine profeſſione. Ita enim uoluerunt Rapha.Fulg.Pau.Caſt.Alexan.& Corne.in l.ſi quis hæredem.C.de inſtitut.& ſubſtitut. à quibus non longe abeſt Bal.ibi,poſt medium,& voluit etiam Imol. in l. in ſubſtitutione.ff.de vulga.& pupil.ſubſti.Felin.& Philip. Dec.in c.in præſentia.vterque col.25.verſi.in ead.gl. ibi ita teneat. extra de probat. cum alijs concordantijs ab vtroque ibi adductis.De quo tamen uide amplius per Iaſon.& Deci.in d.l. ſi quis hæredem. & eundem Dec. d. conſi.330.colum.2.verſic.non obſtat quòd filia. Et text. in ca.quamuis.iuncta glo.in verbo, ingredi,& ibi Doct. de procur.lib.7.

34 *Monachus an quis dicatur ante profeſſionẽ.*

AT illã tamen ſententiam hæc ratio defendit, quòd non dicitur quis ingredi religionem ante profeſſionẽ, Bar.in Authent.ſi qua mulier,colum.vlt.C.de ſacroſan. eccleſ Rapha Fulgoſ & Alex. in d.l ſi quis hæredem.& ibi Alex. in d.l. in ſubſtitutione, colum.vlt.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& Barb.in d.clemen.1.colum.7.verſi.nota ſecundum,de elect. vbi id dicit ſing. & conſi.38. difficilè,colum.5.verſ. nec etiam obſtat, lib.3. Ideò nec quis dicitur monachus ante profeſſionem,glo.in d. cap.1. in uerbo,dedicanda.extra de relig.domi.Domin.& Philip. Franc. in cap.1. vterque in 1 notab. per illum textum de reg.lib.6.& optimus tex.in cap. ad Apoſtolicam, ibi, & uerè monachus eſt cenſendus,iunctis præcedentibus. extrà eodem tit.& in cap.ſi ſeruus ſciente,& ibi not.Domi.poſt principium.54.diſt.& in cap.1.17.quæſt.2. cùm vetatur nouitius fieri monachus ante annum probationis. Ideoq; ibi ſatis probatur hunc nouitium interim percipere fructus ſacerdotij,quod & uoluit Bartholom. Brix.q.69.quidam Clericus.

PORRÒ obligatio huius ingreſſus (quicquid de ea re diximus ſuprà num. 27. præterea quandoq;) conditionalis iam ſtatim ab initio eſſe videtur, ſi ſcilicet placuit intra annum probationis, ut non obſcurè voluit gl. in capit.ſtatuimus.in verbo,niſi euidenter, in duob.loc. extra de reg.iur.& apertiſſimè Roffre.Beneu.quæſt.Sab. 4. Farulfus intrauit monaſterium, in 1.par.ver. item iſte voluit.Petr.Anchar.ſibi in hoc contrarius,in d.c. beneficium.col.vlt.de reg.lib.6.& rurſum in c. acceſſorium. col.14.verſ.6.opp.de regul.iur.eod.lib.1. Et id optima ratione probatur, argumentando ſcilicet à matrimonio carnali ad ſpirituale,vti argumentatur glo in l.generali. ff.de ritu nupt.& Doct.in ca.illud. extrà de præſumpt. 35 *Arg. à matrimonio carnali ad ſpirituale.* Promiſſio enim & conſtitutio dotis habet tacitam conditionem,ſi matrimonium ſequatur. l. ſtipulationem.& l. dotis promiſſio. ff.de iure dot. cum ſimilib. à me latè cõgeſtis infrà tit.ſeq.§.2.nu.53.ad octauum,& ſeq. Ergo & hic debet intelligi conditio,ſi ſequatur profeſſio.

HACQVE ratione & alijs multis tenet ipſe Pet. Anchar. in d.c. beneficium. contra id quod ſuprà diximus, ex eodem & alijs, bona nouitij mortui ante profeſſionem acquiri monaſterio,imò (inquit) acquiruntur hæredibus ſanguinis, idemque dicit ſe in publica diſputatione Paduæ tenuiſſe: & idem quoque alia diſputatione voluiſſe Guid. Fulg. In qua etiam ſententia fuit Imol. in d.c.in præſentia & ibi quoq; Panor.col.antepen. verſ. item eſt dubium. & Barb.ſibi contrarius ibi in addi.ſipſius.& Petr.Paul. Pariſ.num.186.& ſeq. & ipſe Imol. in c.2.& ibi item Barb.col.1. & ſeq. extra de teſta. [Aegid. Bellamer.in d.cap.quanto.col.pen.verſi. ſed quid ſi monachus.de offi.ord ] Raph.Fulg.in d.Authen.ſi qua mulier,col.ult.& ibi quoq; Iaſ.col. item ult. C. de ſacroſan. eccl.Philip.Franc.in d.cap.beneficium,col.3.uerſ.& pro declaratione.& Benedict.Cap. conſil.145. punctus quidam iuuenis,circa medium. & non obſcurè etiam uidetur uoluiſſe Ioan.Fab.in d. Auth.ingreſſi, in princip. [& ante hos Archid.in c.cùm quis.de ſepul.li.6. ] Et benefacit,quod in ſimili traditur à Roſ.Bene.vbi ſup. & Bartho.Brix.q domi.18.quidam inuita uxore,de eo qui intrauit monaſterium inuita uxore, quæ poſtea illum reuocat,ut ei bona ſint reſtituenda. 36

SED & contra id, quod ſuprà in contraria parte diximus,nouitium Canonicum non eſſe uocandum ad im pendentem electionem Prælati, tenuit ſimpliciter Archid.in d.c.beneficium. Quin omnes citati pro alia par te intelligunt illud procedere in electione,quæ iure Collegij ad eum pertinet, non quæ proprio ac ſingulari, vt in patrono. 37 Vti etiam contra illud, quod & in priori parte dictum eſt,nouitio non poſſe cõferri beneficium, tenet Philipp.Franc.in dict.cap.beneficium,columna 2. hac ratione,quòd hic conſentire poteſt, vt vbi ſcribitur, & ſuprà quoque diximus. Poteſt itẽm redire ad ſeculum,cap.ſtatuimus. eod. titu.& ſuprà item dictum eſt.





Imò verò (vt ſubdit) conſentiendo & beneficium acceptãdo videtur ipſe religioni renunciare, ſicut & econ uerſo, argum.c.1.extra de reg.iur.& facit (inquit) quod not.in Clemen.gratiæ, de reſcript.

38 *Nouitij ſtatus in pendenti.*

QVID igitur hîc dicendum eſt in caſu noſtro? Et certè negari non poteſt, & etiam omnes fatentur hunc eſſe in ſtatu dubio, & pendenti, præſertim quantum ad ea iura,quæ illi ad rem competunt.per l.1.§. ſi pendeat. ff.ad Senatuſcon.Macedo.& ita inter cæteros uoluerunt Archid. & Ioan. Andr. in d.c. beneficium. & ſimpliciter Petr.Anchara.ibi,per text.in ſimili. in cap. fraternitatis. de frigid.& malefic.& in cap.ſi fortè,de elect.libro 6.& idem Anchara.d.conſi.69.per d.l.lex Cornelia. ff de vulgar.& pupilla.Quibus & illud addes, aliàs in pendenti eſſe,an quid acquiri debeat.l.ſeruus.§.1.ibi,in pendenti eſt, cui proprietatem acquirat. ff. de acquirendo rerum domin.& l.qui res ſuas§.rem autem,ibi, & vtique, cuius fuerit,euentus declarat.ff.de ſolutionibus,cum alijs multis ſimilibus,quæ videbis infra,in fine huius tituli, in 3.quæſtio.verſiculo,quibus adde. Sicuti etiam in pendẽti eſt,vtrum quid valeat,nécne: per id quod traditum eſt ab Alberic.Bartol.& Angel.in l.ſi fic legatum. § ult. per textum ibi,in verbo,proinde.ff.de legat. prim.ceſſionem actionis quæ competit minori ad fundum vel pecuniam factam ab ipſo minore ſine decreto iudicis, pendere ex euentu ſolutionis. Nam ſi debitor ſoluat fundum, non ualebit:ſi pecuniam,ualebit. De quo & nos latè quoque dicemus in d.fin.huius titu.nume. 22. & ad hoc admodum.

39 *Dec. prin. quæſtionis.*

QVOD autem pendet, non eſt pro eo quaſi ſit, vt dicit text.in l.is damnum. §. quod pendet.ff.de reg. iur. propterea hic nouitius nondum eſt monachus, aut etiã non monachus:ſed pendet ſtatus illius. Si igitur poſtea profeſſionem faciat, non ualebit retractus interim factus:quia res acquireretur monaſterio,contra rationem & mentem conſuetudinis.Si redeat,ualebit. Cautione igitur res hæc expedienda eſt,vt ſcilicet caueat hic nouitius retrahens rem ſe reſtituturum emptori, ſi profeſſionem faceret,ut in ſimili dicitur in l.cùm ſocij.ff.com di uid.& ſimi. adductis infra eodem §. gloſſ.18.in uerbo, *le pris que la choſe aura couſté*,nume.44.pro quibus, & ſequen.Sed quia ex noſtra cõſuetudine, & ea quidem propè generali in hoc regno, bona ingredientis monaſterium non acquirantur monaſterio, ſed hæredibus ſanguinis, nihil video, quod impediat nouitium retrahere. nam uel ſibi acquirit, ſi redeat: vel proximioribus, ſi non redeat. Et ita res ſemper in familia manebit.

40 *Profeſſionem non retrotrahi ad tempus probationis. Nouitium haberi pro Laico.*

NEC omiſerim tamen quod ſcienter reſponſum eſt à Paul.Caſtrenſ.conſ 432.cùm ſtatutum, colum.2.verſ. 3.principaliter,lib.1.profeſſionẽ non retrotrahi ad tem pus probationis.quod dicit probari ex d.c.beneficium. de regular.libr.6. vbi beneficium nouitij alteri non poteſt conferri,nec valet ipſo iure collatio, nec confirmatur ſi ſequatur profeſſio.Nam ſi profeſſio (inquit) retrotraheretur,huiuſmodi collatio pendêret à futuro euentu, & ſecuta profeſſione confirmaretur. l. proinde. ff. ſi cert.peta.Ideò autem non confirmatur, quia non retrotrahitur.l.ſi à Titio.ff.de rei uend & l.apud Celſum.§.ſi à Titio.ff.de doli.ma.& met.excep.Ex hocque dicit, donationem factam nouitio non aliter ualere,quàm ſi obſeruata fuerit ſolennitas ſtatuti Laicorum, quamuis religioſi & aliæ perſonæ non ſubſint huic ſtatuto, debet.n. attendi ſtatus temporis donationis, qui certus eſt: non futurus,qui erat incertus,ut qui poterat non profiteri.l. ſtatuliber à cæteris, in princ. ff. de ſtatuliberis & l. ſi ex duobus.§.idem Marcellus.ff.de in diem addict. At tempore donationis nondum erat religioſus, ſed ſecularis, per d.c.religioſo.§.ult.de ſent.excom.libr.6.Igitur iudicandum eſt de hac donatione,ac ſi facta ſit ſeculari, non autem religioſo ſiue monaſterio. l.ſub conditione. ff.de aſſignan.libert.& not.per Bartolum in l.Iulianus uerum debitorem,ad fin.ff.de cond. indeb. Hæc propemodum Paulus Caſtrenſis.

41 *Quæſt. an Clericus ſecularis admittatur ad retractum.*

SED conſequenter quæro quid de Clerico ſeculari? an admittetur tanquam cõſanguineus venditoris? quod mihi indubitatum videtur: quando eius rei ſit textus expreſſus in c.conſtitutus,de in integr. reſtitut. vbi Petr. Anchar.in ſeptimo not.& Panorm.in quinto not. id annotant:infertque ipſe Panorm.ex eo, Clericos vti poſſe ſtatuto vel conſuetudine Laicorum merè fauorabili, & generali. De quo etiam dicit eſſe bonum text.in ca.dilect. de foro competen. Et idipſum quoque voluit idem Panorm.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ, colum.ultima. Et ibi Felin.in 7.iterumque in 8.q de conſtitut. & ipſe Panorm.in c.ex literis,poſt princ.de uita & hone.cleri. Lapus alleg.101.in ciuitate Florentiæ colum.5. verſ. quod autem.Bald.in l.1.colum.7.verſ.ſed hîc vlterius quærit. C.de ſum.Trin.Ant.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit. & in c.quod Clericis, colum.penul. de foro competen Raph.Com.conſi.41.in nomine,& cap.ad primum, in ſi Dom.in c.vlt.in prin.colum.vlti. de offic.delegat.libr.6 Car.Flor.in c.perpendimus. in 2.q.ad fin. iterumque in 8.q.extrà de ſen.excom.Alex.conſil.211.ponderatis hiſ omnibus,colum.pen.lib.2.& conſil.ſeq.viſa facti narratione,col.1.Matth.Aflli. qui de hac noſtra conſuetudine loquitur in tract.protomixeos,colum.12. verſi. iten quæro an ſi Clericus Philip. Dec.conſ. 114. cuius ſuperſcriptio incipit,quando clerici.colum.2.uerſ.ſed tamen his.& idem loquens quoque pr uatim de hac noſtra cõſuetudine.conſ.282.uiſo puncto col.3 verſic.vlt.quæritur,ubi etiam oſtendit id procedere, ſi ſtatutum nuncupatim loqueretur, de clericis, ex multorum ſententia, quos inibi citat,vt videre poteris: neque enim opus eſt hic diutius immorari, cum habeamus textum expreſſum:& quia etiam noſtra conſuetudo communis eſt Laicorum & Clericorum, vt dicemus poſtea latiùs in uerbo,*l'achepteur*,poſt principium,ubi tractamus,an è contrario ſi clericus emerit,teneatur ex huiuſmodi conſuetudine rem cedere conſanguineo uenditoris uolentis retrahere.Si tamen ſcire uis alios multos in hac, quã diximus,generali ſententia concordantes, uide in noſtro tractatu Primogeniorum q. 44. in quo abundè diſſeruimus, vtrum primogenitus clericus poſſit vti iure primogenituræ delato à ſtatuto.

42 *An ſtatutum poſſit arcere clericos à retractu. Valet ſtatutum, ne clerici gaudeant beneficijs ſtatutorum.*

SED circa id dubium eſt, an ſtatutũ de retractu poſſit excludere ipſos clericos à beneficio ipſius retractus, ſtatuendo ſcilicet expreſsè, ne eo vti poſſint.& id quidem verum eſt, quia ualet ſtatutum, ne clerici gaudeãt beneficijs ſtatutorum.Bald.in l.ſi quis ſtatutarijs, per illum text.in pen. not.C. de epiſc. & cleric ubi dicit, & Raph. Fulg.poſteum,quod licet ſtatutum laicorum non poſſit clericis auferre ius commune, tamen protectionem & beneficium ipſius ſtatuti auferre poteſt & rurſum idem Bald.l.de quibus.colum.8.uerſiculo ſextò quæritur, an clerici.& ibi quoque Iaſon columna ſecunda uerſiculo ſed pulchrum dubium eſt. ff.de legi.ubi dicunt,quod ſtatutum Laicorum poteſt excipere, ſiue reijcere clericos à beneficijs ipſius ſtatuti:quia hoc non eſt contra eccleſiaſticam libertatem. qui enim impedit beneficium, non facit iniuriam, ut eſt bonus textus (licet non allegent) in l. iniuriarum. §. ſi quis de honoribus. ff. de iniu.& idem Baldus poſt Iacob.Butrig.in Authen.caſſa. columna prima uerſ.tertiò quæro. & ibi quoque Salyc. in quinta. iterumque in decima quæſtione. Fulgoſ.& Paul.Caſtren.circa medium.C.de ſacroſanctis eccleſijs. Idem Baldus conſilio 261. licet ſtatutum libro.3. quod repetit conſilio 270.eodem libro. Petr. Ancharan. in repetitione cap. primo in 11.quæſtione. princip.uerſicu

in hac præallegata, quę eſt in 33.chart.col.vlt.in paruis, extra de conſtit. Panorm.in repetitione capit.eccleſia ſãcti Mart.col.13. verſicul. quintò quæritur.& ibi Philip. Dec.colum.19.verſic.tertiò Abbas infert, de conſtitut. Corne.conſi.61.licet videatur.colum.2.verſiculo, & huiuſmodi ſtatuta, libro quarto. Alexand.in l.nolle.circa medium.ff.de acquir.hæred. & in l.filiusfamilias.§. Diui.colum.quinta.verſic.item in quantum.ff.de legat.primo.& conſilio 210.ſtatutis. columna quarta, uerſiculo, tamen alia ratione, & multis ſequentibus. libr. 2. & conſil.111, videretur. colum.3. verſicul. ad prædicta, libro 7.ubi dicit hanc eſſe communem concluſionem Docto. vbique.& conſil.115. viſa ſcriptura. col. penult. verſic.etſi diceretur.eodem libro 7.Barb. conſi.12. ſcribitur apud Prophetam.colum.vlt.libro primo.Socin.in l.2.colum.3.verſicul.& iſta etiam.ff.de his quæ pœn.no. & conſi.97.abundè.colum. ultim.uerſ.nec puto, libr.1. & conſi.122.præſtantiſſime Doctor. colum. vlt. uerſ. & ad illud, eod.lib.1.ubi declarat, quomodo id intelligatur.Dec.conſi. 83. in cauſa accuſationis, col.pen. uerſic. ſextò reſpondetur.& d.conſil.114.colum.1.& d. conſil. 275.el 2. (nam vt iam ſæpius diximus, is numerus duplicatus eſt) incip. in cauſa quæ Lucæ. colum.3. uerſic. capio ſecundum dubium, ubi expreſſim loquitur de caſu noſtri retractus, iterumq; in addit.eiuſdem conſi.col. 2.uerſic.ſecundum etiam principale.& Catel. Cot. memor.clerici ligantur, verſi.& ideò in propoſito.& Franc. Ripa.lib.1.reſponſ.c.4.mater.nu.3.

43 *An autem poſſit ſtatutum ſemel factum in fauorẽ clericorũ reuocari.*

Et id quidẽ minimè dubium eſt, ſi ſit eadẽ conſtitutione cautum, ne ſcilicet clerici gaudeant priuilegio eius conſtitutionis. Nam ſi primùm ſimpliciter facta fuiſſet conſtitutio quæpiam in fauorem clericorum, dubium eſt non modicum, an poſtea reuocari poſſet, propter text.in l.priuilegia, ubi per Bart.C.de ſacr. eccle. & & in c.ad Apoſtolicam, de ſimo.& in c.nouit, ubi Inno. & alij, extra de iud.& in c.vlt, extrà de reb.eccl.non alie. & per Sal.in Auth.caſſa, col.2.uerſic.quæro quintò.eod. titu.& Domi.in c.1.colum.4.verſi.oppo.ultimò, de conſtit.lib.6.Alexan.latè d.conſi.210.ſtatutis.col.4.& 5.lib. 2.& Soc.conſi.241.circa primam difficultatem. col. 2. verſic.circa 2 & multis ſequen.lib.1.& latè Fel. in d. ca. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum.39.uerſicul.duodecimò, & Alciat.in tractat.præſumptionum.regula 3.præſumptione 33.num.4.

44 *Quæſt. an ingratus admittatur ad retractum.*

Et vt redeamus ad eos, qui non ſuccedunt: quæri poteſt, an ingratus aduerſus patrem, poſſit retrahere rẽ ab eo uenditam Et idem quæri poteſt de alio conſanguineo vẽditoris.D.Bened.in d.repetitione c.Raynutius in verbo, in eodem teſtamento relinquens, el 2.num.27. negat hunc filium admittendum, arg.c.1.§.quæſitum, ti. de capi.qui curi.uend.& c.1.§.inſuper.tit.de prohib.feu. alienatione, per Federicum.ubi (ut ipſe dicit) ſi filius ipſius vaſalli dominum offenderit, deinde vaſallus feudum extraneo vendiderit, iſte filius, qui ſi feudum habuiſſet, fuiſſet ob eam offenſam eo priuatus, ſi uelit iure proximitatis oblato precio illud retrahere, non admittetur, niſi dominus offenſam remiſiſſet. Verùm illi textus hoc non dicunt, ſed illud, quòd filius vaſalli, qui dominum viuente patre offenderit, eo mortuo non ſuccedit in feudo: quod quantum hic faciat, cæteri dijudicent. Sed ſi quid facit, vide Bald.in d.§, inſuper, & gl.in c.1.§.& quia vidimus, in verbo, frater, tit.de his qui feudum dare poſſunt.

45 *Quid de exhæredato.*

Et ſanè ſi pater, qui rem vendidit, filium ob ingratitudinem iuſtè exhęredauit, fortaſſe dici poſſet, nec hũc qui poſteà vult retrahere, eſſe admittendum, cùm patri non ſuccedat, per ea quæ iam ſuprà diximus: licet aliàs filius etiam hæres patris admittatur ad retractum rei à patre mortuo uenditæ: ut latè dicemus in glo. ſequenti. nu.47.verùm quærimus. Quòd ſi non eſt exhæredatus, aut aliàs tanquam indignus ab hæreditate ipſius repulſus, quod aliquando fit citra ingratitudinem, ut uidere licet ex titul.C.de his quibus ut indign.non uideo quid illi opponi poſſit, ne admittatur, ut de eo diximus, qui non malamente parentis eſt exhæredatus: nam nec is à iure patronatus repellitur.l. ſi patronus teſtamento.§. ſi quis non mala.ff.de bon.libert. & uoluit Bartol. in l. ut iuſiurandi.§.ſi liberi.columna ultim.ff.de ope. libert. & conſil.55.dominus Amatus, poſt medium. & conſi.60. quæſtio iſta, in 2.dubio. nec etiam à feudo, ut tradit Iacob.Ardi.titul.de ſucceſ.feudi, ſub rubricella, an filius ſuccedat in feudo.§.item quęritur ſi exhæredatus filius. & Odoff.in ſum.titu. qui feudum dare poſſ. & titul. de ſucceſſ.feud.in princ.Andr.Iſern.in capitul.1.eodem titul.Mart.Laud.in capit. 1.§.& quia vidimus.column. 2. verſic.quartò circa eandem, & ibi quoque Iacob.Aluar. col.pen.verſic.quæro ab extra.& Cardin. Alexan. col.5. verſicul.circa eandem regulam quæro, titul.qui feudum dare poſſ. Iacob. à ſancto Georg. in tractat.feud.in uerbo, præſentes.colum.2. uerſic.quæro ſubſequenter. & Franciſ. Curtius iunior in eodem tractat.3.quæſtio. in principio.3.partis. Præſertim ſi hic ipſo iure non eſt priuatus, ſecundum ea, quæ latè diximus in repetitione l. ſi vnquam, in uerbo, reuertatur, numer.288.incip. 354. vigeſimum nonum, cum quis, & ſequent. Et idem ſi non iuſtè ſit à patre exhæredatus, ut in ſimil. dicitur in §. ſoluto, in Authentic.de nupt.& de feudo tradit Angel.ibi.& P.Ferra.titu.for. libelli, quo agitur ad reuoc. feud. in uerbo, nec ſuperſtitibus, colum.3.uerſic.ſeptimò excluditur. & Paul.Pariſ.conſil.1. uiſa facti narratione, colum.1.num.7.lib.1. & omnes quos ſuprà proximè citauimus. Et hæc quidem omnino uera eſſe cenſemus, licet D. Ferronus in commentarijs, quos eleganter ſimul & ſcienter edidit in conſue. Burdigal. ſimpliciter tenuit exhæredatos non arceri retractu, hoc eo titulo.§.10. & iterum §.16. [An autem appellatione filiorum veniant exhæredati, uide Rom. in l.multi.quam legit cum l.filij.ff.de liber.& poſthu.& in l.cùm in teſtamento.§.qui tres, quam legit cum l.ſi quis ita ſcripſerit. ff.de hæred.inſtit]

Porro exhæredatus ipſe à patre, poſſet venire ad retractum rerum ab alijs ſuis conſanguineis uenditarum, tum per text.in l.ſi ex patronis.§.Iulianus.ff.de bo. lib.tum quia patris exhæredatio eum non facit alienum à genere, ideſt, non facit, quin ſit eius generis & ſanguinis. Hæc enim iura à patre tolli non poſſunt.l.ius autem.ff.de pact. & l.eum.ff. de interdict. & releg.& l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.& l.filiusfamiliàs.§. cùm pater.ff. de leg.vbi filius exhæredatus poteſt reuocare rem prohibitam alienari extra familiam, & l.abdicatio.C. de patr.poteſta. quæ priuatim loquitur de abdicatione, quæ ipſa exhæredatio eſt, aut ut nonnullis placet, aliquid maius exhæredatione, & eam tamen ſemper continens. De quo tu omnino uide Alciatum in libro Diſpunctionum 2. capit 28. Et facit etiam textus in l. uel quæ, in principio, verſiculo exhæredatis, iuncta l. familiaria, quæ proximè illam præcedit.ff. de religio. & ſumpt.funer. Nam in poſteriori l. ſcribitur, familiaria ſepulchra dici, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit. In priore autem traditur id ius concedi exhæredatis, humanitatis gratia, niſi ſpecialiter teſtator iuſto odio commotus eos vetuerit. Ex quo intelliges exhæredatos non ijs priuari, quæ ſunt familiæ. Facit item text. in l.ſi quis fuit hæres, eodem titu.ubi id ſcribitur, ſi quis fuit hæres: deinde ablata ſit ei hæreditas quaſi indigno, magis eſt, ut penes eum iura ſepulchrorum maneant. & l.pro hærede.§. ſi quid tamen.ff. de acquirend.hæred. 46

47 *Exhæredatus in feudis ſuccedit.*

Nam & aliàs exhæredatus à patre, ſuccedit alijs conſanguineis, vt qui propter exhæredationem non deſinat



ſinat eſſe conſanguineus.l.1.§. poſt ſuos. ff. de ſuis & legit.nec id tantum in cæteris rebus, ſed & in feudo quoque, vt nuncupatim voluerũt Ia.And.& Iac.Alua.& Iac. à ſancto Georgio.& Franciſc.Curt.Iunior in locis ſupra in duobus ab hinc verſicu.allegatis. Et horum eſt optima ratio.nam hæreditas, ſiue ius ſuccedendi omninò diſcretum eſt à cognatione, adeoque à filiatione.Bart.in l. is poteſt.colum.2.verſic.eſt & aliud, & ibi quoque Paul. Caſtr.Franc.Aret.Iaſ.& alij recentiores.ff.de acquir. hæred. cum multis concord. à me traditis in repet. l.ſi vnquam, in uerbo, donatione largitus.nu.259. nec id quidem.C.de reuoc.dona.quanquam glo.à nemine, quem legimus (niſi me fallit memoria) memorata, utrumque cõfundit in l.1.§.1.in uerb.cognationis.ff.de iur. & fact. ign.dum illic interpretatur iura cognationis pro cognatione ipſa.

48 *Exhæredatus ueniẽs ad retractũ ex perſona exhæredãtis, an admittatur ad retractum.*

Et hæc quidem vera ſunt in caſu noſtro, niſi ſi fortè hic exhæredatus à patre aliter admitti non poſſet, quàm ſi veniret ex perſona patris exhæredantis: verbi gratia, ſi alius proximior eum excluderet ceſſante repręſentatione patris, quia cùm tunc non poſſit venire ex perſona, aut repręſentatione illius, qui eũ exhæredauit, nihil video, quin a proximiore excludatur.& id quoque probatur ex d.l.ſi ex patronis.§.Iulia. uerſic. qđ ſi ab auo.ff. de oper. libert.Nec tamen interim omittemus, quod Ioan.Crot. in repet.l.filiusfamiliàs.§.Diui.colum.pen. verſi.9.quæritur.ff.de leg.1.tradit excellentes Doct. Bononiæ, cùm teſtator quiſpiam uetuiſſet hæredes quædam bona alienare, et ſi alienarent, eadem ad ſuos deſcendentes peruenire, & unus filiorum eiuſdem teſtatoris vnum ex filijs ſuis ex iuſta cauſa exhæredaſſet, & alterum inſtituiſſet: reſpondiſſe illum ita exhæredatum non admitti ad ea bona alienata, quibuſdã rationibus, quas illic affert Crotus, qui ſe dicit eorum conſilio ſubſcripſiſſe, alijs tamen rationib.quas & ibi ipſe adducit, nec vllam tamen facit mentionem eorum, quæ ſuprà diximus.

49 *Quęſt. an admittatur ad retractũ, qui atroces iniurias uenditori intulerit.*

Nec item omiſerim ex conſtitutione protomixeos edita à Federico, conſanguineos qui atroces iniurias, vel manus impias in uenditorem intulerint, aut alijs modis inibi declaratis eum lęſerint, non eſſe admittendos ad retractum rei ab eo uenditæ. Hincque occaſione ſumpta Matthæ.Afflict.in commentarijs eius conſt.in uerbo, licet enim ſupra diximus, colu.1.& 2.multas quæſtiones adſcribit, & inter cæteras, vtrum id procedat, ſi patri uẽditoris huiuſmodi iniuriæ illatæ ſunt, qui uiuens conqueſtus non fuit. Etècontrario, an & hæredes eius qui eas intulit, excludantur. Cui adde in vtroque, quæ nos ſcripſimus, in rep.l.ſi unquam, in verbo, ſuſceperit liberos.num.215.ad quod item, & duob.ſeq. Et quantum ad ſecundum membrum, uide quæ in ſimili ſcribit Bal. in c.1.§.hoc quoque.col.3.verſ.conſueuit quæri, & iterũ col.ult.uerſ.3.caſu, & ibi quoque alij, tit.de ſucceſ.feud. & in c.1.tit.ſi vaſal.feud.priue.cui deferatur.

50 *Quid de eo, qui ſpõtè ſe hæreditate abſtinuit.*

Illud autem planum eſt, ſi filius ſpontè ſua paterna hæreditate ſe abſtinuerit, non propterea amittit ius retractus in rebus etiam à patre uenditis, argumento l.ſi lij, in prin.ff.de iure patronat.vbi filij hæreditate paterna abſtinentes, ius patronatus quod habent in libertis paternis, non amittunt, & id nũcupatim in ſpecie noſtri retractus voluit D.Ferronus in conſuetudines Burdigalenſes, hoc eod.tit.de retractu.§.10.arg.d.l.filij. Id quod admodum confirmat, quod ſuprà diximus, de filio non mala mente exhæredato.

51 Hactenus diximus de conſanguineis, qui non ſuccedunt rerum venditoribus, aut alijs eiuſdem familiæ, & quibuſdam eius rei appendicibus. Cætera autem quæ perſonas ipſorum conſanguineorum reſpiciunt, quæ & ipſa plurima ſunt in gloſſam proximè ſequentẽ reijcimus. Cuius rei te, Lector amantiſſime, admonere hìc ideo voluimus, ne cùm ſuperiora omnia legeris, fortè aliquod dubium conquirens, quod ãd ipſos conſanguineos pertineat, exiſtimes nil aliud ſupereſſe, ab easq; minimè contentus.

## OV LIGNAGIER, AVT LINEARIVS, GLO. IX.

Ita quoque vulgò conſanguineum uocamus, tanquam linearium dicas, à linea, more Gallis peculiari, qui in huiuſcemodi vocibus, g, literam in lingua ſua uernacula addunt, vt linea, *ligne:* vinea, *vigne:* tinea, *tigne:* aranea, *araigne:* Britannia, *Bretaigne:* Aruernia, *Auuergne:* Alemania, *Alemaigne.* Hæc autem pronunciatio *lignagier* à linea fit, vt iam diximus, ueluti qui ſit eiuſdẽ lineæ, id eſt, progeniei, ſiue conſanguinitatis. Nam ea dictio (linea) propriè ſignificat filum illud, quo fabri materiarij utuntur ad ſignandam materiam, quoniam ex lino fiat: hincque trahitur ad omne filum ac funiculum, qui ex lino aut alia re ſimili fieri ſolet, vt in l.inter eos. ff.de acquiren.rer.dominio. Nam & lino pro funiculo vſus eſt [Cicero 3.in Catilinam inuectiua: Tabellas proferri iuſſimus, quæ à quoquam dicebantur datæ. Primũ oſtendimus Cethego, ſignum cognouit: nos linum incidimus, legimus. Et Cornelius Celſus lib.7.ca.14. A quibuſdam tumor ad imum acu traiectatur, duo lino ducẽtes. deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringuntur. Atque etiam lino in eodem ſignificatu vſus eſt.] Vitruuius lib.4.c.item 4.& lib.5.c.3.& lib.6.c. 9.& lib.9.c.item 9.& Plinius lib.32.c.2. Et inde linea margaritarum, in l.lineam.ff.ad l. Falcid.& l.ult.§.vlt.ff. de aur.& argen.legat.& l.ſi quis uxori.§.ſi linea. ff.de furtis.& hinc dicimus uti margaritis pertuſis in linea.l. ſi ſeruus.§.ſi cum maritus: vbi Budæus.ff.ad l.Aquil.Sed & a noſtris quoque Iureconſultis trahitur ad cognationem gradus, ſeriemque ac ordinem & limites, ut in l.Stẽmata.ff.de grad.affin.vbi ita ſcribitur. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur, quarũ altera ſuperior eſt, altera inferior. Ex ſuperiore verò & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent, &c & in l.Iuriſconſultus. §. ſed & ex lateribus. eod.tit.& l.ſi quis prioris.§.in illo, ibi, ex materna linea.C.de ſecun.nupt. & l.vacantia.C.de bon.vacan.lib.10.vbi dicitur, ſanguinis linea, & c.veniens, ibi, linea conſanguinitatis, extra de ſpõſal.& c.1.§.contra filios, de ſchiſma.lib.6. In qua etiã ſignificatione poſuit Statius lib.Syluarum 3.Syl.3.

1 *Linearius.*

*Linea.*

*Linum.*

*Linea margaritarũ.*

*Non tibi clara quidem ſenior placidiſſime, gentis.*
*Linea, nec proauis demiſſum ſtemma, ſed ingens, &c.*

[Et Plinius li.35.c.2. Stemmata uerò lineis diſcernebãt ad pictas imagines]

Scribit autem Ioan.Andr. in commentarijs in arborem conſanguinitatis, lineam hac in re dici collectionem perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continentem, numeroſque diſtinguentem, quod & poſt eum tradit Signor. conſilio 93. factum ſic ſe habet: quidam nomine.& Baldus ſiue is ſit Salycetus inter conſil.ipſius Bald.conſilio 334. in quæſtione quæ vertitur in ciuitate Tergeſti.colum.3.verſiculo ſecundo quotupliciter.lib.3. quod conſ. repetitur inter conſil. Petri Anchar.conſ.95.eodem initio.& Barbat. in repet.l.cùm acutiſſimi.colum.53.verſiculo quid ſi teſtator dixit, quã diu de linea mea erunt.C.de fideicom. & Card. Alex.in arbore conſanguinitatis.colum.1.uerſ.linea uerò eſt. & iterum colum.5.verſic.in ea.glo.in linea. & Philip.Dec. conſil.365.uiſo conſil.colum.2.uerſ.& ulterius, [Matt. Afflict.in c.1.§.dummodò in 3.not. titul.de nat. ſucceſſ. feud.] & ante hos omnes Hoſt.in ſumma, tit.de cõſang. & affin.§.quid de linea.

3 Si autem alia quædam ſcire vis de linea, comperies apud multos ex illis quos citauimus, & præterea Bald. conſi.321. teſtamento cauetur. lib.1. & conſi.339. quæritur vtrum de linea. lib.3. Pau. Caſt. in l. maritus. col. vlt. C. de procu. & conſi.111. viſis & ponderatis, col. ult. li.1. & Raph. Co. conſi.2. proponitur. col.1. Soc. conſi.33. circa præſentem. col.4. lib.3. Phil. Dec. in l.2. in princ. C. de ſucceſ. edict. & conſi.379. requiſitus. col.1. verſ. ſed capio aliud. & iterum ver. non obſt. quod ſuprà, & multis ſeq. Quis autem dicatur de linea paterna & materna, uidebis apud Bartolum, conſilio 10. viſo ſtatuto communis Tuderti.

4 *Conſanguinei qui.* Hic igitur noſtra conſuetudo, (vt id tandem repetam,) eos vocat *lignagiers*, qui ſunt conſanguinei, id eſt, ſeſe ſanguine contingunt, ac veluti eiuſdem ſunt ſanguinis. Nam & hic & vbique in hoc tractatu (ne quis erret) voco conſanguineos, non ut ius Ciuile intelligit, id eſt, fratres tãtùm eodem patre genitos. l.1. §. conſanguineos. in princ. & §.1. ff. de ſuis & legit. & §.1. verſ. itaque. Inſtit. de legi. ag. ſucceſ. & in Authen de conſang. & uteri. fratri. in Rubri. & nigro poſt princ. Græci hos ἀμοπατρίους vocant, ut uterinos ὁμομητρίους. Et in hac ſignificatione conſanguineum accepiſſe videtur Virgilius, cùm ſcribit lib.6. Aeneidos.

*Tum conſanguineus leti ſopor.*

*Somnus frater mortis.* Nam ſecutus fuiſſe videtur Homerum & Heſiodum, qui uocant ὕπνον, id eſt, ſomnum, κασίγνητον, id eſt, fratrem mortis, ille quidem lib.14. Iliados, hic in Theogonia. Et ita quoque accepit Claudianus in epigrammate de pijs fratribus.

*Nam conſanguineos eadem cùm forma figuret,*
*Hic propior matri ſit, tamen ille patri.*

Sed intelligo conſanguineos ſecundum ius Pontificiũ, id eſt, qui quomodo ſunt ſanguine cõiuncti vel ex patre, vel matre, & quocunque gradu & ſexu ſe attingant, vt in toto titu. præſertim verò in c. tua nos, & in c. non debet. extra de conſang. & affin. & in c. poſtremò. & ibi gl. 1. Io. And. & propè omnes, de appel. & omnium optimè in c. ad ſedem. 35. q.5. de quo & per Arch. in c.1. 3. q.5. & Io. And. in c. ſciant cuncti. de elect. lib.6.

5 Et ita quoq; intelligit communis vſus loquendi, ut refert Alb. in l. ſi is qui. ad fin. ff. de adop. & Bart. in l. cũ quidam. §. quod dicitur, el 1. col.2. verſ. ſciendum tamen eſt. & ibi quoque Bal. in 1. oppo. Imol. Raph. Co Pau. Caſtren. col.4. Alex. col. ult. quem omnino uideas, & Franc. Aret. in 2. not. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. ult. circa medium. C. de verb. ſign. Pet. Anch. in repe. c.1. in 14. q. princip. verſ. quæro ulterius de uerbo, conſanguinei, qui eſt in charta 70. col.4. in paruis, extra de conſtit. Raph. Fulgo. conſi.119. proponitur ꝙ Federicus, colum. vlt. Paul. Caſt. conſi.421. quòd iſta mater. colum.1. lib.1. Alexan. conſi.82. in cauſa vertente inter Petrum, colum.1. uerſi. item poteſt. lib.1. & conſi.229. ponderatis his. colum.3. verſ. nec ad prædicta obſt. libr.6. & conſil.153. uiſo themate. col.1. lib.7. Barb. in repet. l. cùm acutiſſimi. col.52. verſic. quid ſi teſtator dicit, ſine conſanguineis. C. de fideicom. & Philip. Franc. in d. c. poſtremò. col.3. & in d. c. ſciant, poſt prin. de elect. lib.5. & in c. ſi pater. col. pen. uerſ.23. de teſta. lib.6.

Sed & ita accepiſſe videtur Plautus in Pœnulo, cum dicit: Meis cõſanguineis nolo te iniuſtè loqui. nec enim de fratribus ibi loquitur. Et Virgilius lib.7. Aeneidos.

*Et conſanguineo toties data dextera Turno.*

6 *Virgilij locus.* Neque enim Turnus erat frater Amatæ, de qua ibi loquitur, ſed filius Veniliæ ſororis ipſius Amatæ. Et Iuriſconſultus quoq; in d. l. cùm quidam. §. quod dicitur, de acquir. hær. ſi credimus glo. ibi, in uerbo, conſanguineũ. Vnde & à noſtris annotatum, id conſanguinei nomen multis modis in iuribus noſtris accipi, ut per Corn. conſi.22. uidetur prima facie. colum.2. lib.1. & conſ.13. ad huius, col.5. uerſic. quin inſuper. lib.2. & conſi.40. in hac conſultatione, col. ul. eo. lib.2. & conſi.167. eiuſdem initij: libr.2. Nam & ſanguinis uocabulum, unde conſanguinei dicti ſunt, generale eſt, & ad agnatos, & ad cognatos, ut patet ex l. hac parte, quæ eſt 2. ff. unde cogna. & l. uel ſi ſanguine. ff. de manumiſ. uin. ubi ita ſcribitur, Vel ſi ſanguine eum cõtingit, habetur enim ratio cognationis. & in l. uacantia. ubi id notat Io. Plat. C. de bonis uacantib. libr.10. & uoluit etiam Signo. de conſanguineis loquens, conſi.196. cùm in terra, ubi & alia allegat, [nam & hinc maternum ſanguinem dicimus, ut in l. nullus. C. de decur. libr.10.) Et apud Tullium in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: Sic ſe res habet, iudices: magnam uim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusq; ſanguis. Virgilius autem li.6. Aeneidos dicit Aeneam ſatum ſanguine diuùm, ꝙ filius Veneris eſſet, *Sanguinis vocabulũ, et ad cognatos et agnatos pertinere.*

*{Sate ſanguine diuùm*
*Tros Anchiſiade.}*

Ouidius quoque libro primo Faſtorum.

*Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,*
*Nobilior ſacræ ſanguine matris erat.*

*Sãguis maternus an ad conceptionem cõferat.* Porrò ſcio à Philoſophis & Medicis diſputatum, ſanguìsne maternus ad conceptionẽ aliquid conferat, ut uidere licet apud Ariſtotelem, libr. de generatione animalium 1. c.19. Plutarchum de placitis Philoſophorum li.5. c. item 5. Cenſorinum de die natali, ca.4. Galenum in lib.2. de ſemine. & iterum de utilitate partium, libr.14. Nemeſium in libro de natura hominis. c.24. Auicennã, lib.3. Fen.20. tract.1. ca.3. Auerroem 2. colliget. c. de iuuamentis teſticulorum. Albertum Magnum de animalibus lib.9. tractat.2. c.1. & multis ſequen. Petrum Aponenſem in Conciliatore, differentia 37. Nicolaum Florentinum ſermonum. libr.6. tractat.1. cap.12. & Iacobum Forliuienſem quæſtionum in libros Τέχνης, ca.37. & nouiſſimè Cælium Rhodig. lectionum antiquarum lib.3. cap.42. & è noſtris aliquid tradit Fede. Senen. conſil.301. magiſter.

7 *Conſanguinitas et ad fœminas pertinet.* Ex illa autem conſanguineorum appellatione in ea ſignificatione, quam diximus, conſanguinitatis uocabulum productum eſt, pro omni illa coniunctione ſiue neceſſitudine ſanguinis & paterni ac materni, ut l.1. & l. conſanguinitatis. C. de leg. hære. & l.1. poſt princip. C. de impo. lucra. deſcript. libro 10. & apud Virgilium lib.2. Aeneidos.

*Illi me comitem & conſanguinitate propinquum, &c.*

Et libro 5. eiuſdem operis.

*Et conſanguineo lacrymans commendat Aceſtæ.*

Et Liuium lib.7. ab Vrbe condita: Cæritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Quamuis & ſæpe etiam accipiatur propriè pro agnatione, & ea neceſſitudine, quę eſt ex maribus tãtùm, ut in l. ſi ſpurius. ff. unde cognati. ut interim omittam noſtrates illos Archid. & Ioan. And. in ca.1. in uerbo, conſanguinitatis, de ſponſa. lib.6. qui ad hæc multa iura Pontificia afferunt.

8 *Propinqui qui dicantur.* Ex illo autem loco libr.2. Aeneidos Virgilij, conſtat propinqui appellationem eodem pertinere. Nam & Tullius lib.1. Offic. quo loco de gradibus humanæ ſocietatis diſſerit, eos generali nomine propinquos uocat, qui ſanguine iũcti ſunt. Et ne putes eum huius nominis ſignificationem ad propinquitatem uicinitatis referre, is ſtatim hæc uerba ſubiungit: At ſi lis in iudicio ſit, propinquum potius & amicum, quàm uicinum, defenderit. Et paulò ante dixerat: Sequuntur connubia, & affinitates: ex quibus etiam propinqui. Et in libro de Amicitia: Ita ciues potiores ſunt, quàm peregrini: & propinqui, quàm alieni: cũ his enim amicitiam natura ipſa peperit: ſed ea non ſatis habet firmitatis. Namq; hoc præſtat



ſtat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia autem non poteſt. Sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Et in eodem quoque ſignificatu poſuit Salluſtius in bello Iugurthino: Fratre meo atque eodem propinquo ſuo interfecto. Et Valerius lib.4. c.4. Cõſilioque uxoris ac propinquorum Scipionis conſtituta dote. [Horatius lib.2. Sermon. ſatyr.3.

*Et ad ſanos abeat tutela propinquos.*

Et Lucanus lib.2.

*Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui.*

Et Propertius li.2. ad Cynthiam:

*Quin etiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos:*
*Oſcula nec deſunt, qui tibi iure ferant.*

*Oſculorũ mos inter propinquos.* Nam ut id intelligas, mos erat apud Romanos, vt mulieres, & ij, qui eas aliquo ſanguinis uinculo attingebãt, ſe oſculo exciperent, & ſalutarent, vt tradit Plutarchus tum in vita Romuli, tum in libro de claris mulieribus, tum deniq; in Problematis Romanorum, c.6. & Plinius lib.14. c.13. & Gellius lib.10. c.23.

9 Sed vt redeamus, in eadẽ ſignificatione accepit Iuriſconſultus in l. Lucius. ff. de petit. hæred. & in l. cum pater. §. à te peto. qui eſt pen. ff. de leg.2. & in l. pater filium in prin. & in l. Pamphilo, §.1. ff. de leg.3. & in l.1. in prin. & iterum in l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. & in l. capitalium. §. omnia. ff. de adult. Atque etiam Imperator in l. Officiales. C. de Epiſcop. & Cler. & in l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. & in l.1. C. vnde vir & uxor & in l. ultima. C. de verborum ſignific. & in l. vlt. C. de teſtam. mil. Nam & Bald. conſi.334. in quæſtione, quæ vertitur. columna 2. uerſiculo & circa hoc, libro 3. ſcribit eos dici propinquos, ſimpliciter & abſolutè loquendo, qui de iure Ciuili uocantur ad ſucceſſionem ab inteſtato. Quod etiam reponitur inter con. Petr. Ancha. conſil.95. ſub nomine Bartol. Salyc. & illum aduocat ſub ipſius Petr. Anchar. nomine, nulla Baldi aut Salycet. mentione facta. Barbat. in repet. d. l. cum acutiſſimi. colum.52. verſiculo quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine propinquis. C. de fideicommiſ. & Steph. Bertrand. conſilio 30. punctus. nume.1. libro 4. vbi & alios multos citat. Sed quia hæc appellatio propinquorum ad alia quoque pertinet, ideò ad tollendam eam dubitationem, demonſtrãdamque hanc, de qua loquimur, generis propinquitatẽ, ſunt qui hanc generis actionem ponunt, ut apud ipſum Salluſtium in Iugurt. in oratione Micipſæ ad filios: Obteſtorque te, vt hos, qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres ſunt, charos habeas. Nam & in eodem loco etiam coniunctos ſanguine dicit.

10 *Propinquitas.* Et inde quoque propinquitatis nomen pro eadem coniunctione ſanguinis deriuatum, ut in l.2. ad fi. C. quãdo & quib. quar. pars. libro 10. cùm dicitur, extraneum quinetiam hæredem, propinquitatis quidem iure diſcretum. & in l.1. uerſiculo ex his. C. de impo. lucra. deſcrip. eo. lib.10. & in c. quoties, extra de teſtibus. Et apud Tullium ipſum libro 5. de finibus: Si amicitiæ, ſi propinquitates. Et in lib. de Amicitia: Adſciſcantque ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque natura. Et in eo loco quem ſupra citauimus. & apud Cæſarem, libr.2. belli Gallici: Propterea quòd propinquitatibus affinitatibusque coniuncti, &c. Et Quintilianum libro 4. cap.1. Perſonis applicantur non pignora modò, ſed propinquitates, amicitiæ, interim regiones, &c. Et Valerium Maximum lib.2. c. item 2. ubi de Quinto Fuluio. Quid enim tam difficile factu, quàm cõmunioni nominis ac familiæ veteris propinquitatis ſerie cohærenti virgarum contumelioſa uerbera adhibere? & Suetoniũ in Othone, ca.1. Pater L. Otho materno genere præclaro, multarumque & magnarum propinquitatum.

11 *Cognati pro coniunctis.* Sed & in eadem ſignificatione cognati nonnunquam accipiuntur, vt in l.1. ff. de inoff. teſtam. & in l. cùm plures. §. cum tutor. ff. de adm. tut. & in l.1. §. ulti. & iterum in d. l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. & in l. ſi quis filio. in prin. & iterum in §. eius qui. in fi. ff. de iniuſt. teſt. & in l. item Prætor. ff. de ſuis & leg. hæred. & in l. in metallum. & in l. pater. in prin. ff. de leg.3. & in l. capitaliũ. §. famoſos. ff. de pœnis. & in l.1. in princ. ff. de cada. punit. & in l. ſi fortè. & in l. Caſtrenſe. ff. de Caſtren. pecu. & in l. & qui. in prin. ff. de muner. & hono. & in l. hæc autẽ. §.1. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eat. & in l.1. §.1. ff. ad l. Iul. repet. & in l.1. C. de mulie. quæ ſe prop. ſer. iunxe. Et ita quoque accipit Tullius in libr. de partitionibus oratorijs: Sitne æquum amicos cognatis anteferre. Et in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: De amicorum cognatorumque ſententia Romam confugit. Et rurſus: Tot propinqui cognatique optimè conuenientes. & Salluſt. in bello Iugurthino: Coram amicis & cognatis huiuſmodi verba fertur habuiſſe. Rurſumque: Vos mihi cognatorum, vos affinium loco ducerem. Et in oratione Marij: Ad hoc, alij ſi deliquère, vetus nobilitas, maiorũ fortia facta, cognatorum & affinium opes præſidio adſunt. & Cato ille, aut quiſquis is fuit, non contemnendus autor: Cognatos cole. Nam & cognati dicuntur, quaſi unà communiterve nati, vel ab eodem orti ſiue progeniti. l. non facilè. §.1. ff. de grad. affin.

12 *Cognatio pro ſanguinis coniunctione.* Et hinc etiam cognatio illa, eadem ſanguinis coniunctio, ut ſubiungitur in eadem l. non facilè. §. cognationis. & in l. ſicut autem. ff de leg. tut. & in l. nec ei. §.1. ff. de adop. & in rubro & nigro, Inſt. de gradib. cogn. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. ubi ſcribitur, ꝙ inter homines cognationem quandam natura conſtituit, ſed ibi ea ſignificatio latius patet. & in l. ſi uero. §. hæc autem. ff. de ijs q deiec. Et apud Tullium in Verrẽ oratione ſeptima: Nulla tibi Quinte cum iſto cognatio eſt. & Quintilianum li.4. c.1. Quare in primis exiſtimetur ueniſſe ad agendum ductus officio uel cognationis, uel amicitiæ. Cognatus enim & cognatio generalis eſt omnium appellatio, ſiue per fœminas, ſiue per mares attingant: nõ item agnatus & agnatio. l. Iuriſc. §.1 & 2. ff. de grad. affin. Quanquam hodie ad unum redacti ſunt, vt alibi dicemus.

13 *Neceſſarij qui dicantur.* Necessarii item dicuntur in hoc eodem ſenſu, ſcilicet pro ijs, qui ſe ſanguine contingũt, in l. ait Prætor. §. ul. ff. de minor. & l. cõgruit ff. de offi. pſid. & l.1. §. ul. ff. de eo q ꝓ tut. & l. impuberib. in prin. ff. de ſuſpect. tut. & l. magis puto. §. ĩ primis ff. de reb. eor & l. affectionis. ff. de don & l.3. & [l. amplius. §.1. & iterũ] l. benigni⁹. ff. de li cau. & l. non tantum, & ibi gloſſ. ff. de appel. & l. ſi filius. C. qui pet. tut. & l. quamuis adulterij. C. ad l. Iul. de adul. & l.1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib.10. Et apud Tullium in oratione pro P. Quintio. nõ ab homine alieno, neque ab aliquo calũniatore atque improbo, ſed ab equite Romano, propinquo & neceſſario ſuo, &c Feſtus autẽ Pompeius autoritate Galli Aurelij, neceſſarios eos dici tradit, qui aut agnati, aut affines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros.

14 *Neceſſitudo.* Et hinc quoque neceſſitudo dicitur ea illa coniunctio, in l. ult & ibi glo. ff. de iuſt. & iu. & in l. in fideicommiſſi. §. cum Polidius, ibi, propinquorum neceſſitudini, & ibi quoque gl. ff. de vſu. & l. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tut. & l. hæc autem §.1. ff. quib. ex cau. in poſ. eat. & l. officiales, ad fin. ibi, propinquorum neceſſitudo. C. de epiſ. & cler. & l.1. C. vnde legit [& in d. l. quamuis adulterij. C. de adult. ubi quam primum proximitatem vocauit, eandem poſtea neceſſitudinem vocat.] Et apud Plinium Iuniorẽ li. epiſtolarum 10. Neceſſitudines eius inter meas numero, & filium in primis. Quanquam ea appellatio neceſſariorum & neceſſitudinis, generalis eſt ad omnem amicitiam, affinitatem, familiaritatem, ſocietatem, hoſpitium pertinens, vt probatur. in l.1. & 2. ff. in ius uoc. eant, ubi et Gul. Bar. & alij declarãt, q̃ ſint neceſſariæ perſonę. & ĩ l. Iul. ff. de cõd. & demõ. & l.1. §. cõſequẽs. ff. de ſuſp. tut.

&l. capitalium.§. omnia.ff.de pęnis. & l.ſi filium.& ibi gl.C.de lib.cau.ne longè,nec ex externis ſcriptorib. exẽpla petamus, quæ plurima ſunt,& omnibus obuia. Ex quibus vnum citaſſe ſatis erit ex Tullio ad Seruium Sulpitium libr. epiſtolarum fam.13.Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus:quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto.Et paulo poſt: Sed eo vehementius à te contendimus,vt Lyſonem in fidem neceſſitudinemq; tuam recipias.

*Neceſſitas pro iure affinitatis.*

Porrò neceſſitatem quoq; pro iure affinitatis ſiue conſanguinitatis,vti & neceſſitudinẽ nonunquam à probatiſſimis ſcriptoribus poni, probat Aulus Gellius autoritate Cæſaris,lib.noctium Atticarũ 13.c.3.[Sicuti & è diuerſo,neceſſitudine pro neceſſitate apud Cornel.Tacitum lib.4.Lepidus quartam partẽ accuſatorib. ſecundum neceſſitudinem legis, cætera liberis conceſſit,vt interim omittam locum Sempronij Atellionis veteris ſcriptoris relati à Gellio, vbi ſupra.]

15
*Proximi qui dicantur.*

PROXIMI etiam hi vocantur,qui nobis ſunt ſanguine quouis modo coniuncti.l.dudum.C.de contra.empt. quæ l.ad noſtram conſuetudinem pertinet,& in eo loco gl. exponit, proximis,id eſt conſanguineis & Bal.in fin. dicit,ꝙ proximus intelligitur per lineam ſanguinis. Et hinc occaſione ſumpta,ꝙ is tex.loquitur de proximis & conſortibus,declarat,quid inter vtroſq; intereſt.Et ſimilis text. loquens de proximis in eodem ſenſu. & in d.l. quamuis adulterij.C.ad l.Iul.de adul.& in l. quicunque. C.qui admit.& in l.1.C de mulier.quæ ſe prop.ſer.iunxe.& d.l.Diuus.ff.de offic.Præſid.& de huius uocis ſignificatione in hunc ſenſum videbis apud Phil.Franc.in c.ſi pater,chart.pe.verſi.27.de teſta.lib.6.& Barb.in repe.l. cum acutiſſimi,char.15.verſic.quid autem ſi teſtator dixerit,ſi filius meus deceſſerit ſine proximis,C. de fideicom.& Steph.Bert.conſi.30.punctus.nu.3.lib.4.Et cùm ita accipitur,vim atque ſignificationem poſitiui tenet,vt tradit Priſc.lib.3.ca.2. Apud Hebræos רעה πλήσιος Græcè, & Latinè proximus, propriè eum ſignificat,qui mihi qualibet ratione coniunctus fuerit, ſiue cognationis, ſiue arctoris cuiuſpiam amicitiæ, vti Ionadab ille,qui Amnoni filio Dauid conſilium dedit de corrumpenda ſorore illius Thamar, רעה Abſalon dicitur fuiſſe, id eſt, amicus vel propinquus Amnonis. Erat filius fratris Dauid,2.Reg.13. Sic & Cuſai dicitur fuiſſe, רעה id eſt amicus Dauid.Siue ſodalitatis tantum. Ita Iudic.30. ſodales dati Schmitſchani מרעיו dicebantur, id eſt, proximi eius,Iudicum 14.c.ſiue vicinitatis. Ita iubebantur Hebræi egreſſuri ex Aegypto quilibet à proximo ſuo,& quælibet à proxima ſua petere vaſa argentea aurea & veſtem,Exod.c.3.vbi & idem vocabulum ponitur.

16
*Proximitas.*

A proximo item proximitas pro conſanguinitate, in l.capitis.& l. ſi ſpurius.ff. vnde cog.& l. Seius.ff.ad S.C.Treb.& l.1.poſt princ.ff.de iur.& fact.igno. & l.1.& iterum.l.item Prætor.ff.de ſuis & legit.hæred.& l.ſi bonorum,quę eſt 2.C.qui admit.vbi id Iaſon not.in primo not.& l.1.C.de bonor poſſ.ſecund.tabul.& l.iterumque l.ab inteſtat.C.de leg.hæred.[& d.l.quamuis adulterij. C.de adulter.] & §.vlt.Inſtit. de ſucceſ.cog. & in §.1.& ibi gl.in verbo,proximitatis.Inſtitut. de ſerui. cogna. & apud Quintilianum,lib.3.capit.8. Quod accidit, etiam ſi de una re quærantur aliqua, ſed eam plures petant,vel eodem iure, vel proximitatis, vel diuerſo, ut cùm hic teſtamento, ille proximitate nitatur.

*Proximus genere.*

& è noſtris quoque declarat Oldrad. conſi.153. videretur quòd filius. Et nos quoque aliquid dicemus infra.§.11. in glo.1. numer.1.2.& 3. Et quia etiam appellatio proximi ad alia quoque pertinet, ideoque ad ſubmouendam dubitationem oſtendendamque priuatim hanc generis proximitatem,ei nonnunquam additur hæc generis adiectio,ita videlicet, proximus genere, vt apud Terentium tum in Adelphis,tum in Phormione.Quod & de propinquo ſuprà diximus.Ex proximo autẽ ita fit proximitas,ut antiquis Maximitas à maximo, & Optimitas ab optimo, ut Nonius Marcellus probat, primum autoritate Lucilij, alterum Plauti.

17
*Gẽtiles q. Ad cognatos & gẽtiles deducia.*

GENTILES quoq; & ij dici poſſunt, ex illo Varronis loco.lib.1.rei ruſticæ.c.2.Duo(inquit)in primis ſpectaſſe videntur Italici homines, colendo poſſentne fructus pro impenſa ac labore reddere, & utrum ſaluber locus eſſet,an non. Quorum ſi alterum decolat,& nihilo minus quis vult incolere,mente eſt captus,& ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Id quod repetit, ſed ad Porciũ Catonem referens Colu.li.1.eiuſdem materiæ,c.3. Hic ergo gentiles & agnati vocantur,quos ſimpliciter proximos appellant Marcus & Commodus Imperatores, in dicta l.Diuus, cùm reſcribunt, mente captos & furioſos ad ſecuritatem proximorum pertinere.

*Lex Platonis. Lex 12. tabularum.*

Quæ lex ſumpta fuiſſe videtur ex legibus Platonis,qui libr.11. de legib. in hanc ſententiam ſcribit: Nemo furioſus palam in vrbe:ſed furioſum propinqui domi quomodocunque poſſunt cuſtodiant,quod niſi fecerint,mulctentur. Nam & in ea l.Diuus, puniuntur propinqui, qui negligenter furioſos aſſeruauerint. Ea autem verba, quibus furioſi ad agnatos & gentiles deducuntur, ſumpta ſunt ex legibus 12.tabularum,vt videre licet apud Tullium,ſi is eſt,lib. rhetoricorum 1.ad Herennium.& iterum in libro de inuentione,qui haud dubiè eius eſt. Nam in vtroque loco ex ijſdem legibus illud citat,Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumq; in eo,pecuniaq; eius poteſtas eſto.Cuius etiam loci legum decẽuiralium mentio fit in l. ſæpe. ff.de verb.ſign.Quanquam & ea l.intelligi poteſt de alia l.12.tabul.& à Tullio in dicto lib.1.ad Herennium,memoratæ,quæ ad hunc quoque locum pertinet. Si paterfamiliàs inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque eſto. Idem autem Tullius libr. 1. Tuſc. q. Seruium Tullium Regem, gentilem ſuum uocat, quòd originem ex eo duxiſſet, ſi credimus Silio. Plutarcho in vita ipſius. Euſebio de temporibus, & Eutropio, de quo affatim in noſtra tractatione nobilitatis. Et idem Tullius in lib.de uniuerſitate tradit homines Deorum immortalium quaſi gentiles eſſe. Nam ut dicit Feſtus Pompeius autoritate Cincij, gentilis dicitur ex eodem genere natus, & is qui ſimili nomine appellatur.

18
*Gentilitas*

HINC autem Gentilitas pro conſanguinitate, apud Plinium iuniorem, aut alium, quiſquis is fuit,autorem certè probatiſſimum in libro de uiris illuſtribus. Gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, ne quis poſtea Capitolinus uocaretur. Et in Panegyrico: Videlicet quòd manifeſtum erat, quanto cum dolore laturi ſeu potius non laturi homines eſſent, diſtringi aliquid & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate meruiſſent. Et ante eum Tullius de Oratore libr.1.In ea cauſa fuit Oratoribus de tota ſtirpe ac gentilitatis iure dicendum. Hinc autem gentilitiæ hæreditatis dictæ Suetonio in Cæſare capit.1.& gentilitia monumenta eidem in Nerone capit.49. ubi ſcribit reliquias ipſius Neronis gentili Domitiorum monumento conditas. Hæc autem leges noſtræ familiaria ſepulchra vocant, in l. familiaria.ff. de religio. & ſumpti. fune.

*Gentilitiæ hęreditates. Gentilitia monumenta. Familiariæ ſepulchra. Gentilitia ſacrificia, Gentile. ſtemma.*

Gentilitia funera, Plinio[lib.35.c.2.]
Gentilitia ſacra, Liuio[lib.5.decadis 5.]
Gentilitia ſacrificia,Ciceroni de Aruſpicum reſponſis. [Et gentile ſtemma,Suetonio in Nerone,cap.37.] Quãquam ſcio hæc uocabula,gentilium & gentilitatis a doctiſſimis viris alio quoq; referri,ut per Alciat.in dicta l. ſæpe.& lib.παρέργων 1.capit.12.& ſeq. & Budæum frequenter in annotationibus.ff.& dicemus etiam pleniſſimè in eodem tract.nobilitatis,ſtatim poſt princ.Theologi autem gentiles eos uocant, qui Chriſto non credunt, ut uidere licet apud Auguſt.Homil.28.

QVIN-



19
*Tribules qui.*

QVINETIAM Tribules hi à nonnullis appellantur,ꝙ ſcilicet ſint ex eadem tribu,id eſt, propinquitate, affinitate,conſanguinitate. Terentius in Adelphis: Sed quis illic eſt,quem procul uideo? Eſtne hic Hægio tribulis noſter? Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: Quaſi verò mihi difficile ſit, quamuis multos nominatim proferre (ne lõgius abeam) vel tribules,vel vicinos meos,&c.Et in oratione in Vatinium,paulò ante fin.Tamen te omni honore indigniſſimum iudicat, ſi te vicini, ſi affines, ſi tribules ita oderint, vt repulſam tuam triumphum ſuum duxerint.Et paulò infrà; Si cognati reſpuunt,tribules execrantur,vicini metuunt,affines erubeſcunt [Et in oratione pro Cneo Plancio ſæpiſſimè, atque etiam in oratione de Aruſpicum reſponſis. Et lib.epiſt.fam.13.ad Seruium Sulpitium:Lucio Coſſinio amico,& tribuli tuo valde familiariter vtor.Et eod. lib.ad Titium L.F.Rufum [epiſt.58.] Lucius Cuſtidius eſt tribulis,& municeps,& familiaris meus. Et ad Quintum fratrem libr.3.epiſt.1. Ego ex magnis caloribus in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus,Philotimo tribulibus commendatis. Et ad Attic.li.1.epiſt.13.Tribulis.n.tuus eſt:& Sextus pater ciꝰ nũmos vobis diuidere ſolebat.Liu.li.2.ab Vrbe cõdita:Vetꝰ Claudia trib.addita poſtea tribulib.q ex eo venirẽt agro appellata.Et Martialis li.9.de Partheniana toga.

*Nunc anus & tremulo vix accipienda tribuli,*
*Quam poſſis niueam dicere iure tuo.*

Et Horatius in Epiſtolis.

*Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.*

*Contribules.*

Hieronymus cæterique omnes, qui libros Bibliorum traduxerunt,contribules hos uocant,ut Leuit.15.c. & 2. Machab.4.& Paul.1.ad Theſſal.2.Quanquam ſunt, qui & aliò referunt ſignificationem horum uocabulorum.

20
*Affines q. Affinitas.*

AFFINES denique licet propriè dicantur uiri & uxoris cognati,dicti ab eo,quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt,per nuptias copulantur.l.non facilè.§.affines.ff.de gradi.affi.Ex quo illud Ciceronis libro Officior.1. Sequuntur connubia, affinitates,ex quibus etiam plures propinqui. Et in 5.in Verrem actione, Vectius tuus affinis,cuius ſororẽ habes in matrimonio. Et in oratione pro P.Quintio: Affinitas liberis iſtius uiuis diuelli nullo modo poterit.Et illud item Valerij Maximi libro 8.cap.1.Attilium reum imminentis damnationis periculo Qu. Maximi ſoceri pauca uerba ſubtraxerunt, quibus affirmauit, ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, dirupturum ſe fuiſſe affinitatem. Illudque quod ſcribitur in l. affinitatis. C. com. de ſucceſſ. Affinitatis iure nulla ſucceſſio permittitur. Tamen nonnunquam affines uocamus, conſanguinitate coniunctos,ut tradit Feſtus Pompeius. Et in hac ſignificatione accipi uidetur, in l.ultima.ff. ubi pupil. educ. deb.& in l.ius familiarium.C.de relig.& ſumpt.fune.& quod minimè dubium eſt in l.ſi mulier.ff.de donat. inter uir.& uxor. Nam quem primùm cognatum appellauerat,eundem poſtea affinem uocat.Et affinitatem quoque pro conſanguinitate accipimus, uti & haud dubiè accipitur in cap.1.35.quæſt.3.& in c.hæc ſalubriter,35. q.8.uti etiam annotarunt Archi. Ioan. Andr. & Domi. in c.1.de ſponſa.lib. 6. & ita quoque accipitur in l.ſi uerò.§.hæc autem actio. ff.de ijs qui deie. & apud Plinium lib.8.epiſtolarum ad Ruffinum,ea epiſt. cuius caput eſt, Falſum eſt: In quo denique omnibus affinitatibus pro cuiuſque officio gratia oblata eſt. Nam ibi loquitur de filijs,fratribus & fratrum filijs.Et Suetonium in Iulio Cæſare c.1.Per Mamercum Æmilium,& Aureliũ Cottam propinquos & affines ſuos ueniam impetrauit.

21
*Quæſtio, an ad retractũ admittatur quilibet ppinquus.*

EX EO autem,quòd noſtra cõſuetudo loquitur ſimpliciter de conſanguineo, planum eſt quemcunque admitti etiam non proximiorem. Sicuti cùm de uicino ẽt ſimpliciter loquimur,de omni uicino,ẽt non proximiori intelligitur.l.non ſolùm, in princ. ff.de ope.no.nunc.

*Vicini q.*

Ex quo no.Alb.& Iaſon,quòd ſi ſtatuto cauetur,ut uicini teneantur reſarcire damnum,niſi capiant delinquentes:ij uicini intelliguntur,qui remoti ſunt,ſi modo uocem exclamantis audire poſſint. l.1.§. eodem autem tecto.ff.ad S.C.Syllan.ubi & id not.Bal.quod & latius tractat Bar. in l.ſi tertius, in prin. ff.de aqua plu.arcen. ubi etiam loquitur de quodam ſtatuto Tudertino loquente item de uicinis.& poſt eum Petr.Ancha.in repet. c. 1.in 14.q.prin.uerſi.ulterius quia ſæpè, qui eſt in charta.72. in paruis,extra de conſtitutio.

22
*Statutum iubens conſãguineos adhiberi, an etiã de remotis intelligitur.*

SED ipſe Iaſon ubi ſupra,trahit illum text. ad ſtatutum,quod mentionem facit de conſanguineis uel coniũctis,ut intelligatur etiam de remotis: niſi ſtatutum adijciat,proximis.Ideo(inquit)ſi ſtatutum iubet in cõtractibus mulierum uel minorum interuenire duos cõſanguineos,uidetur ſatis eſſe, ut cõſanguinei etiam remoti adhibeantur, ſicuti etiam tenent Barto.& Bald.ſi penitius inſpexeris,in l.tranſactionem.C.de tranſa.& Ang.conſi. 160.domina Catharina, colum.penult.verſicul.item eſt attendendum.& iterum conſi.170.item ſtatuimus. & id dicunt obſeruari de conſuetudine Iac.Bu.& Sal.in l.ult. C.de teſta.mili.& in l.1.C.vnde uir.& uxor.quamuis ipſi de iure communi contrarium teneant, & alij multi, quos allegat & ſequitur Iaſ. ubi ſuprà, quem videas in eo loco.& iterum in d.l.1.in fi. C.unde vir & vxor.& in l.ult.ad fi.C.de uerbor.ſign.& Alex.in d.l.ul.etiam ad fi. C.de teſt.mili.Satis.n.eſt nunc ea loca deſignaſſe. Sed & ad eum Iureconſulti text.in d.l.non ſolum. proximè accedunt externorum ſcriptorum ſententiæ, quas afferemus num.26.ſed ut mature. Sed hìc omninò uide, quæ dicemus inf.eo.tit.§.11.glo.4. in verbo, *doibt receuoir le premier lignagier*,nume.3.tamen in ea ſum:vbi & id oſtẽdo,quod ſupra diximus,conſanguineum etiam remotũ admitti ad retractum,iuris eſſe, & id quoque noſtra cõſuetudo nuncupatim declarat, d.§.11.rurſumque §.14.

23
*Quæſtio, intra quẽ gradũ admittatur conſanguineus.*

SED & id intelligendum eſt,ſi modò is ſit intra decimum gradum: nam ſi ſit vltra eum gradum, non admittetur,vt nũcupatim in ſpecie noſtri retractus uoluit & reſpondit Cæpo.cauſarum ciuilium conſi.43. clariſſime,column.1.& ſeq.motus hac ratione, quòd agnati & cognati uſque ad decimum tantùm gradum ſuccedunt, ſecundum glo.in Auth.in ſucceſſione.& ibi Bar.& Ioan. Fab.C.de ſuis & legi.& in l.certum,quæ eſt ulti.in gloſſ. etiam vlt.& ibi Bald.colum.4.uerſ.quo ad ſecundã quæſtionem.& alij Docto.C.unde legiti. & in l.Iuriſconſ.§. parentes.& ibi Alber.ff.de grad.affinit. & in l. octaui.ff. unde cog.& in l.vacantia.& ibi Ang.C.de bon.vacan.& in §.ult.& ibi Ioan.Fab.& alij,Inſti.de ſucceſſ.cogn.& in §.hactenus in uerbo,longè.Inſt.de grad.cog.& in §.ſi uerò neque fratres,in princ.in Authen.de hæred. ab inteſt. veni.Azo in ſumma.C.de legit.hæred.colum.2.verſi.uocantur agnati. Hoſtien.in ſumma de conſanguin.& affinit.§.vſque ad quotum gradum,uerſiculo ultimo Petr. & Cyn.in l.cùm rem alienam. C.de legat. Bald.in capit. 1.colum.vltim. & ibi quoque Mart. Laud. & Cardinal. Alexand. titu. de feud. March. ubi id tamen intelligunt in alijs ſucceſſionibus, quàm Comitum & Baronum: nam in his ſucceditur in infinitum,donec ſint agnati primi ſtipitis.& idem Bald.conſilio 469. ſtatuto cauetur ꝙ bona,in fin.lib.1.ubi dicit in hoc gradus computandos eſſe ſecundum ius Ciuile,& conſil.129.factum proponitur in terminis,in ultimo dubio,libro 2.& conſilio 293. primò dicam de bonis,poſt medium,libro 2.& conſilio 330.in hoc concordanti,colum.2.lib.3.Ang.in l.ſciant, colum.1.C.de legi.hæred.Raph.Fulgoſ.conſil.45.quoniam Franciſc. columna 2.Matheſ. in tracta. ſucceſſionum,in 3.artic.princip.verſiculo tertio loco,ibi, & uocãtur omnes,& ibi.Lud.Bolog.in addit. & idem Bolog. conſ.69.Corn.colum.3.Ang.Are.in §.ſi plures,in fi.Inſtitu.

ſtit.de leg.ag.ſucceſ.Pet.Ferrar titu.for.libel.pro hæred. ab inteſt.in verbo,nulliſq; ſuperſtitibus,col.9.in paruis, verſ.uiſo ſufficienter.Bened.Capy.con.omnium 1.circa quod,col.4.verſ.ad idem & quintò.& iterum conſ. 136. & ſi videatur,col.1.rurſumq; vltim.& Cardi.Alexan.in c.1.§.& quia,colum. antepenul. verſi. cadit hic pulcher. tit.qui feud. dar. poſſ. Phil. Deci. qui etiam excipit Comitatus, & Baronias,conſil. 85. cuius ſuperſcriptio incipit, de gradibus,colum.1.& 2.& Iaſon in l. exigendi, column.1.uerſicu.ſeptimò extende. C. de procur.Ludo. Gozad.conſ.26.in cauſa illuſtriſſimorum,colum.5.verſic.quarrò fortius.

24 *Decimus tãtum gradus admittitur ad legata & fideicõmiſſa.*

Ex quo fit,vt etiamſi in legato aut fideicommiſſo relicto propinquis ſiue conſanguineis, intelligitur de his tantum,qui ſunt intra decimum gradum,non de ulterioribus gradibus,vt pulchrè & not.reſpondit ipſe Deci.ex facto interrogatus conſil.321.in cauſſa,quæ Alexandriæ agitatur,col.2.verſi.circa primum, iterumq; conſi. 323. cùm ſit quòd nobilis, ante fin. per id quod voluit Bald. ſiue is ſit Sal.ſiue Petr. Anch.in d.conſi. à nobis ſuprà in prin.huius gl.citato,videlicet 334.lib.3.conſi.ipſius Bal. & 95.conſi.Petr.Anch. q; ſcilicet is tantum admittitur ad huiuſmodi relictum,qui vocatur ad ſucceſſionem de Iure Ciuili. Et benè etiam facit, quod ſcribit Pau.Caſt. conſi.383.notandum eſt ad euidentiam,in fin. libr.1. & Alci.in l.pronunciatio, in verbo, neptes, iterumque in verbo,agnatorum,ad fin.ff.de verb.ſigni.Et quod tradit gl.in c.poſtremo,in princ. & ibi omnes Docto. extrà de appel. vbi dicunt eos tantum conſanguineos dici, qui ſunt intra gradum ſucceſſibilem,& multi ex illis loquun-
25 tur etiam de decimo gradu.

Porro' illam Cæpollæ ſententiam requirentem conſanguineum eſſe intra decimum gradum, ut admittatur ad retractum, ſicuti àd ſucceſſionem, fulcit, quòd noſtra conſuetudo vbique dicit ius retractus ſequi per omnia ius ſucceſſionis, ut infrà §.11. & §.13. Et uide quid dicam inferius, in hoc eodem §.glo.16. in verbo, *declarer le lignage*, numer.4. ſed & huius noſtræ. & iterum dict.§.11.in gloſſ.1.numer.9. ſed hanc tamen ſententiam. Ex conſuetudine autem Senonum debet conſanguineus volens retrahere, eſſe intra ſeptimum gradum, vt ſcribitur in 40. cap. conſuetudinum eius gentis. Similiter & Borboniorum cap.434.vbi præterea is gradus nuncupatim excluditur, vti & Niuernenſium hoc titul.§. vbi dicitur retractum non habere locum, niſi vſque ad ſextum gradum conſanguinitatis incluſiuè. At ex conſuetudine Britonum conſanguineus admittitur vſque ad nonum gradum, vt ſcribitur titu.conſuetudinum eius gentis 15. qui eſt, *des promeſſes & retraict lignagier*.§.1.

*Cõſuetudines de gradu retrahentium.*

26 Sed vt maturè redeamus ad id,quod ſuprà diximus de vicino remotiori,& vt noſtri dicunt non immediato, vtrum ſtatutum prohibens alienare irrequiſito vicino, intelligatur etiam de huiuſmodi vicino remotiori ſiue non immediato,vide Pet.Anchar,conſ.160. præſupponitur in themate, & latè Corn. qui tamen Petr. Anchar. non meminit, conſi. 29. in præſenti conſultatione, libro primo. Cæterùm autem legitimus apud autores primæ claſſis, vicinum proximum: tanquam is quoque vicinus dicatur, qui non ſit proximus. Nam Plautus in Mercatore: Tuus amicus,& ſodalis,ſimul uicinus proximus. Terentius in Hecyra: Deſpondet ei natum huius vicini proximi. Tullius libro tertio Officiorum: Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent. Et libro ſecundo Epiſtolarum ad Atticum: Caius Arrhius proximus eſt vicinus. & è noſtris Paulus in dict.l. non ſolùm, in princip.ff.de operis noui nunciat.cùm dicitur,non ſolùm proximo vicino. & Vlpian.l.1.§.quod ait.ff.de cloac.ibi. Et tam ad proximum vicinum, quàm aduerſus vlteriores. Quod optimè facit ad id quod ſuprà diximus,verſicu.ab hinc 5. Nam ut in his locis dicitur vicinus proximus, ita & alibi dicitur cognatus proximus. Terentius in Adel.Hægio his eſt cognatus proximus. vbi Donatus interpres:Benè (ait) addidit,proximus: nam multi gradus ſunt propinquitatis in affinitate, & cognatione.

*Vicinus proximus.* *Cognatus proximus.*

27 *Quæſtio,an Banniti admittantur ad retractum. Banniti quæ beneficia amittunt.*

Cæterum quia in præcedenti gloſſ.tractauimus de conſanguineis, qui non ſuccedunt,& quibuſdam quæſtionibus acceſſorijs: hic de alijs multis eorum perſonã concernentibus, diſſerendum ducimus. Quæro igitur, an bannitus (quem vocamus) poterit uti beneficio huius conſuetudinis. Benedic.in repe. capit.Raynutius, in verbo,in eodem teſtamento relinquens.el.1.nume. 142. expreſsè in hoc caſu negat hunc admittendum,ſi perpetuò eſt bannitus.per l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capit.dimin.ibi notat.per Bartolum,qui dicit, & poſt eum Bald.& vterque poſt Iaco.Aren.in l.ex facto.§. ex facto. ff.ad Trebellianum, quòd banniti beneficia ciuitatis uel regni, ſiue iuris municipalis amittunt, non autem iuris communis, niſi ſint banno Imperiali obnoxij.Quod & tradunt Cyn.Bart.Bald.Salyce.Angel.& alij in l.1.C. de hæredibus inſtitu. Bartol.Bald. & Imol.in l.eius qui. §.1.ff.de teſta. idem Bart.in l.certa forma,per illum textum.C.de iure fiſci,libr.10. Bald.in l.Gallus,§. & quid ſi tantum,col.penultim.ff.de liber.& poſthum. & conſ.25. ad edictum condemnatum,lib.4.Salyce.in l.1.C.de hæret.Paul.Caſtren.conſilio 56. ſuper primo quæſito, columm.1.libr.1.Corne.conſil.55. reperio,colum.3.verſicu.& inſuper,libr.2.Franc. Curtius Iunior,qui hanc dicit eſſe communem opinionem, conſi.60. dux Philippus,colum.10.& ſequen.Ludo.Bolog.conſi. 70. in prin. vbi & alios multos allegat.

28 *Banniti quibus æquiparentur.*

Quod certè ex eo dependet, an banniti noſtri temporis comparentur deportatis, an relegatis, de quibus iura loquuntur. De qua re vltra illos uide Iacob. Aretin.in tracta. Bannitorum,cuius initium eſt, Titius filius familiàs.Specu.titu.de inſtrumen. edi.§. compendioſè, verſicu.quid de Bannito. Bart.in ſua diſputat. incip. Lucanæ ciuitatis.Bald.conſi. 289. præmiſſis verbis, libr.1. Ang.in ſua diſputat.incip.duo ad inuicem.Pet. Anchar. conſi.279.filio. Fulgoſ.in l.3.C.de epiſcop.& cleri.Pau. Caſtren. Alexan. & alios recentiores,in dict.§.ex facto. eundem Paul.conſil.212.omiſſo lib.2. Alexand. conſilio 26.circa primum,colum.1.& 2.& lib.1.& conſ. 75. viſis & diligenter,colum.1.eod.libr.1.& conſi.116.animaduerſis,libr.2.cum alijs multis adductis ab ipſo Alexand.in dict.locis. Quibus adde Iaſonem amplè declarantem, an & quando banniti amittunt beneficia ſtatutorum,atque etiam iuris communis, conſi.166. videretur,& duobus ſeq.lib.2.

29 *Banniti perdũt iura agnationis.*

Sed & ex alio defendi poteſt ea Benedict. ſententia, quia bannitus perdit ius agnationis & filiationis(non intelligas, ut perdat ipſam agnationem, aut filiationem: neque enim id fieri poteſt,ut ex ſe ſatis patet, & ex ijs quæ diximus ſupra in præcedenti glo. num.38. porrò. Nam & ius earum ab ipſis ſeparatum eſt & diſcretum, vt latè docuimus in repet.l.ſi unquam in verbo,donatione largitus,n.259.incip.nec id quidem.) Banniti igitur, vt repetam,perdunt ius agnationis & filiationis, ut conſtat ex not.per Bart.in l.ſi adulterium cum inceſtu. §, liberto.ff. ad legem Iul. de adulte. & in l.eos.ff. de recep. quibus locis dicit,q; ſicut ciuitas perdit bannitum,ita & eum perdunt pater & cæteri agnati & cognati,per l.poſtliminium.§.filius.ff. de capti. & poſtlim. reuer.vbi hæc verba ſcribuntur: Quia pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria. Et id quidem expreſsè,ut ſcilicet bannitus perdat ius agnationis & filiationis, tradit Alexan. d.conſi.75.col.3.verſi.pro hoc facit, li.1. Igitur ſi id ius amiſerit,ratione cuius retractus competit, conſequens eſt, & ipſum ius retractum amittere. Tu tamen cogita,an hæc in bannitis huius regni procecederent: neque enim id auſim aſſerere.



30 *Quæſtio, an venditor ipſe poſſit retrahere.*

Sed & illud hoc in loco in quæſtionem uenit,an uenditor ipſe ſit audiendus volens retrahere. Quod uidetur:nam quod permiſſum eſt eius cõſanguineis propter ipſum,multò magis eidem cenſetur conceſſum. Authẽ. multò magis.C.de epiſcop.& cler.cum ſimil. præſertim cùm in eo æquè ac in conſanguineo locum habeat ratio noſtræ conſuetudinis proſpicientis familiæ: ergo & idẽ ius ſeruandum eſt.l.illud.ff.ad legem Aquil. & cap.inter corporalia,extra de tranſlat.Prælat. cum ſimil. Imò & maior eſt ratio, cùm ſit ſibi ſuæq; familiæ ueluti proprior, ac proximior, quàm alius nemo, ut tradit Ioan. in addit.Spec.tit.de coniuncta perſona.& Bal.conſ.339. quæritur,utrum de lineæ,in 1.dubio,& Ouidius,ſi is eſt, in epiſtola Acontij ad Cydipen.

*Proximus ſibi quiſq; eſt. Genu ſura propius. Tunica pallio ꝓpior.*

*Hæc mihi ſe pepigit, pater hanc tibi primus ab illa:*
*Sed propior certè, quàm pater, ipſa ſibi eſt.*

Et Terentius in Andr. Proximus (inquit) ſum egomet mihi. Et ut eſt in veteri prouerb.apud Ariſtot. li. Moral.9.cap.8. & Theocritum Idyllio 16. Charites nuncupato,& Athenæo lib.9.γόνυ κνήμης ἔγγυου, id eſt, genu ſura propius. Et apud Plautum in Trinummo: Tunica propior pallio eſt.

31 *Res alienari prohibita, an à uenditore retractari poſſit.*

Ideoque in ſimili Paul. Caſtren. in l. filiusfamiliàs, §.Diui,col.2.ff.de legat.1.tradit, quòd ſi teſtator prohibuerit rem quampiam alienari extra familiam, quoniã ea ſit maiorum:ea prohibitio ualet,ut ibi dicitur:nec ſolùm alij eius familię,ſed & is,qui alienauit,poterit alienationem retractare,arg.l.quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & ſequuntur Ambro. Opizo. & Ferdi. Loaz.in dict.§.Diui,illi quidem col.6. hic col.5.ad fi.2. not. Et facit etiam text.in l.ex hoc edicto.§.ſi quis.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.ubi ita ſcribitur: Si quis alienauerit,deinde receperit,non tenetur hoc edicto. Qui uenditori ſuo redhibet rem, non videtur iudicij mutandi cauſa alienare. Cuius text.argum.Alberi.ibi nuncupatim in hoc noſtro caſu dicitur uoluiſſe, quòd admittitur ipſe venditor ad retractum,& præfertur alijs conſanguineis:nam ita eum refert & ſequitur Franc. Ripa, in l.1.col.pen.verſ.ſed pone quòd ipſe.ff.de priuileg. cred. Sed ibi illud non dicit,ſed aliud,de quo alibi diximus.

32 *Quid ſi neceſſitate adactus quis alienauerit.*

Idque maximè omnium debet habere locum,ſi uenditor ipſe non ſua ſponte,ſed neceſſitate adactus, cui ne Dij quidem reſiſtunt, ſi credimus ueteri prouerbio, ut non immeritò Tull. lib. 2. Offic. iuſſerit parendum eſſe neceſſitati: & alibi dicemus latius. Si quis igitur coactus oppreſſuſq; neceſſitate fortè æris alieni,aut alia honeſta cauſa ad alienationem proceſſerit, non ſecutus illud genus hominum horribile & pertimeſcendum, qui, ut inquit Tull. in oratione pro Pub. Sylla, tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenent, ut ab his membra diuelli citius ac diſtrahi poſſe diceres: quique ſibi cognationem cum prædijs eſſe exiſtimant ſuis: Si quis (inquã) vt fidem ſuam liberaret,ſuoſque creditores non à ſe fortè,ſed à ſuis maioribus factos dimitteret, domum ſuam uendat,non aliter venditurus, poſteaque locupletior factus Dei beneficio ex improuiſo (vt dicitur) apparentis, intra tempus ſuæ familiæ conceſſum velit rem ad ſe, atque ita ad ſuam ipſius familiam retrahere,quid eſt quod ei imputari poſſit aut debeat,vt non ſit audiendus, ſicut cæteri eiuſdem familiæ?

33 *Quem de euictione, & cætera.*

Ego tamen cum multis cenſeo eum omninò non admittendum. Nam cùm ipſe haud dubiè de euictione teneatur, etiamſi id expreſſim pactum non ſit, niſi è diuerſo contrarium ſit conuentum .l. non dubitatur. C. de euict.cum ſimilibus, quæ afferemus infrà, eod.tit.§. 29.glo.5.eademque vlt.num.4. eodemq; ult. certè eundem repetentem rem,quam ipſe uendiderit, exceptione ſummoueri poſſe nemini dubium eſt, quamuis alio iure ius ipſum quæſierit. Improbè enim rem à ſe diſtractã euincere conatur. Hæc enim propè ſunt uerba l. vendicantem.ff.de euict. Et cùm ipſe teneatur emptorem aduerſus alios defendere,conſequens eſt, ut eum ipſe non debeat nec poſſit impugnare.l.frater à fratre,ibi, porrò eum,quem aduerſus extraneum defendi oportet, &c.ff. de condict.indeb.& l.altius.ff.ſi ſeruit.uend.ubi ita ſcribitur: Quia quod alium facientem prohibere debuit, id ipſe committere non debuit.& ibi gl.adducit cõcord.

34 *Venditor non tenẽ de euictione ex retractu conſanguinei. Multi caſus,in quibus uenditor non tenetur de euictione.*

Sed hæ rationes, tametſi a nonnullis in hanc rem afferuntur,parum tutæ ſunt,quando hoc caſu, cùm conſanguineus ex hac conſuetudine retrahit, non tenetur uenditor de euictione:quia cum res nõ ideo euincitur, quòd non ſit uenditoris, ſed iure ſpeciali, non tenetur uenditor emptorem defendere,per not.in l.minor,in princ.ff. de euict. Et quia etiam id ius retrahendi contra emptorem competit ex Iuris municipalis permiſſione, & ex emptoris,vtpote extranei perſona,non uenditoris: propterea non tenetur venditor de euictione, arg.l.ſi per imprudentiam. & ibi notat.& l.hoc iure, cum l.ſequent.& l.ſi ſeruum.& l.ſi fundum.& l.ſi mancipium.ff.de euict. Quin & ſi ex perſona utriuſque res euincitur,non debetur euictio.l.ſed & ſi,& ibi notat.eod.tit. Præterea emptor intelligere debebat, ſe id dare oportere conſanguineo petenti & offerenti precium: ideo ſibi imputãdum, ſi nihilo minus emat.l.quod te,in fin. ff. ſi certum petat. exemplo illius, qui fundum alienum ſciens cõparauit. neq; enim de euictione agit, niſi expreſsè de euictione ſibi prouiderit.l ſi fundũ.C.de euict.& dicemus plenius infra eo.tit.§.12.in gl.1.nu.7.incip.ſed hoc de euictione.

35 Nam & aliàs cum res euincitur & ex natura negocij ſiue rei,nõ debetur euictio,ſed ſibi debet imputare, qui ſic contraxit.glo.notab.in l. ſi familiæ.in glo. vlt. uerſic. item quid ſi uni.& ibi Guid.Suz.Ricardus Malum.Cyn. Bart.qui eam glo.dicit ſingul.Bal.Salyc.& alij. C. fami. herciſc.& Bal.in cap 1.§.rurſus ſi fidelis,circa medium. & ibi quoque Mart.Laud. qui eam dicit ualdè ſingularẽ. Aluar.& Cardin.Alex.tit.quibus mod.feud.amitt.idem Laud.in cap.1.col.1.ver.pone duo. & ibi quoque Card. Alex.colum.item 1.tit.ſi de feud.vaſ.ab aliqui.interpel. fuer.vbi illam glo.ſignandam eſſe dicunt, Alex. conſil. 21.viſo compromiſſo,col.3.verſ.tertiò principaliter, libro 5.Franc. Aret. conſ.3. conſultatio,in princip.& per totum id conſilium.Franc.Curt.Senior conſ.49.memoriæ,col.18.num.71.& conſi.ſeq. quod eſt eiuſdem initij, col.58.nu.383.& ſeq.Carolus Ruin. conſ.72. primò uidetur,col.3.num.5.lib.5. Franc. Ripa, lib.1.reſpon.c.1. defuncto,num.62.& ſeq.

36 *De eadem re.*

Adhaec cum huiuſmodi euictio procedat ex ipſo contractu uenditionis,& poſt ipſum contractum,& non ex cauſa ipſum antecedente,certè etiam hoc caſu non tenetur venditor de euictione.l.3. ff.eod.tit.ibi. hìc autem hæc actio poſtea eſſe cœpit.& l.Lucius.in princ.ibi, poſt contractam uenditionem,eod.tit.& l.1.ibi, quæ ex præcedenti tempore cauſam euictionis parant. C. de peric. & com.rei uendi. Et expreſsè in hoc caſu,ut non teneatur uenditor de huiuſmodi euictione,tenet.[Aegid.Bellam. poſt alios à ſe allegatos in cap. conſtitutus, col.3. verſ.nec obſtat quòd iſte hæres. de in integrum reſtitu.] Maſuer.tit.de retractu.§. item ſecundum opinionem. & Matth.Affl.in trac proto.in uerbo,ut infra triginta dies, in fi. Et eſt expreſſa conſuetudo apud Meldenſes, c.96. Super eo tamen quod ſuprà dixi, niſi ſibi de euictione prouidiſſet,uide quid dicam infrà in eadem glo. nu.56. ſed id tamen vbi,videbis, an ſufficiat generaliter caueri de euictione. Quid autem ſi promiſſum ſit quomodocunque res euincatur,uidebis etiam infrà in fi.huius tit. q.22.vbi etiam uidebis, quid ſi uenditor dicat emptori extraneo,& ignoranti cõſuetudinem retractus, rem non eſſe obnoxiam retractui.

37 *Interdum retractare poteſt qui de euictione tenetur.*

QVIN etſi fateremur vẽditorem hoc caſu teneri de euictione, non confeſtim neceſſariò ſequeretur eum repellendum à retractu. Nam plerunque poteſt quis actũ retractare, etiãſi de euictione ipſius teneatur, vt in l.Seia. ff.de euict.vbi hæres iure proprio poteſt rem à ſuo prædeceſſore venditam reuocare: & nihilominus tenetur de euictione.& etiam in l.ſi tibi.& l.vltim. C.eod.tit.de euictio.cum ſimil. adductis ab Alex. in l. ſi mihi & tibi, in princ.ad fi.ff.de leg.1.& conſi.109.viſo proceſſu, colu.2. verſic.nec ad hoc obſt. libr.4. & Phil.Dec.conſil.185.in cauſſa iſtorum nobilium, col.vl.verſi.nec obſt. quòd iſte. & conſi.445.in caſu, col.10.verſic. ſed reſponderi poteſt. Quibus adde Raph.Fulg. conſi.67.paterfam. col.3. Sed id dictum ſit ex abundanti, nam illi caſus videntur eſſe extraordinarij, & irregulares, nec ad alios trahendi, cùm regula ſit lippis & tonſoribus non ignota. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, quæ probatur in dict.l.vendicantem, cum ſimil. Illud autem è diuerſo (ne id omittam) verum eſt, eum qui vendidit, licet non teneatur de euictione, non poſſe tamen eiuſdem rei ex alia cauſſa quæſtionem mouere. l. & ſi is. ff.de diſtract.pign.

38 *Nemo retractat, quod à ſe legitimè factũ eſt.*

IGITVR (vt redeamus ad id quod diximus, venditorem non admitti ad retractum) ſunt & aliæ rationes efficaciores, quàm quod ſuprà de euictione diximus. Nam primùm nemo retractare poteſt, quod à ſe legitimè factum eſt.l.poſt mortem. ff.de adop.& l.cùm profitearis.C.de reuo.dona. & l.creditorib. C.de ſer.pig. dat. manu.& ibi plenè not.& l.1. C. de remiſ.pig.& c.veniẽs, extra de fil.presb.& c.cum ſuper; de conceſ.præben. & c. diuerſis, de cler.con. Præterea venditor, quantum in ſe eſt, vendendo alienum ſe fecit, ut in ſimili dicit Bald. conſi.9.factum tale eſt, anno Domini, col.3. verſicu. & ſi quæratur, lib.1.quod repetitur conſi.188.lib.3. videturque renunciaſſe beneficio conſuetudinis, quæ vult rem manere in familia, cùm ipſemet alienando, extra familiam poſuerit: nam & tacitè & facto renunciamus, c. inter monaſterium.& ibi glo.in verbo, renunciaſſe, extra de ſent. & re iudi. & ibi conc.cum aliis multis a me traditis, inf.ti.omnium noſtrarum conſuetudinum. 24.§.2. Si igitur huic iuri renunciauit, non poteſt amplius eo vti. l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.cum ſimil.

*Vendẽs ſe alienum facit.*

*Facto renuncian.*

39 ITEM hæc conſuetudo id ius retrahendi ſolis conſanguineis tribuit, non etiam venditori. Ergo in illis tantùm obtinet, in hoc autem, qui omiſſus fuit a conſuetudine, debet ius commune ſeruari.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matrim. Nam & quod certis perſonis contra aut etiã præter ius commune conceſſum eſt, id cæteris denegatũ cenſetur.l.aſſiduis a cõtrario ſenſu.C.qui pot.in pig.hab. & optimus tex. in l.vacatio. ff.de mun.& hono. Et alias unius incluſio, eſt alterius excluſio. l. cùm Prætor. & ibi glo.ff.de iudic.cum ſimil. Et ſi conſuetudo idem intellexiſſet de venditore, æquè de eo, ac de cõſanguineis ipſius expreſſiſſet.l.1.§.ſin autem ad deficientis. C.de cad.toll. & c.inter corporalia, poſt medium, de transla.prælat. & c.ad audientiam.de deci.cum ſimil. a me congregatis in l.ſi vnquam, in uerbo, libertis, num.3. Nec ex præſumpta & veriſimili mente diſponentium fit extenſio perſonarum, ſed tantũ caſuum.l.ſi quis ita. §.ſi quis cum ignorat.ff.de teſta.tutel.Rapha.Co.(in l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthum.) Franc.Aret.& Iaſ in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu. cum multis ſim.& concor. a me quoque collectis in d. verbo, libertis, num.23. Denique vbi uerba legis aut ſtatuti deficiunt, deficit & ipſius diſpoſitio.l.4.§.toties.& ibi Bar.& recentiores. ff. de dam.infe.& c.indemnitatibus. §.ſed cùm eas, de electi. lib.6.cum multis item ſimil. & concord.etiam a me adductis in d.l.ſi vnquam, ubi ſupra num.2.

*Perſonarum extenſio non fit, vt caſuũ.*

*Verbis legis deficiẽtibus, deficit ipſius diſpoſitio.*

40 *Nemo ſibi conſanguineus.*

NEC dici poteſt uenditorem ſui ipſius eſſe conſanguineum uel propinquum: id enim naturæ repugnat, ut vnus ipſe ſit & ipſius coniunctus, ſicut dicimus, id quod ſimile eſt, non idem ipſum eſſe, ex Ariſtotelis ſententia, quam citat & approbat glo.in l. quod Nerua, in uerbo, dolum, in fi.ff.depoſit.& voluit gl.in l.3.§.ult.in uerbo, à reo.ff.de duob.reis.& in l.1.in princ.in uerbo, ſed ego quemadmodum.ff.quod iuſſu. & in c. capitulum. & ibi Imola & recentiores, extra de reſcriptis, & in ca.bona fides, in glo.magna, poſt princ.extra de depoſ.& in §.tria. verſ.ſi quis verò iudex, in gl.2. poſt medium 3.quæſt.7. Bald. in l.meminimus, in princip. C. de legit. hæredib. Quibus concinit illud Quintiliani aui in declar. 345. Hoc ipſo (inquit) benè apparet aliud eſſe, quod ſimile eſt. Et videmus quòd mulier, quæ ſuos conſanguineos facit affines marito, non tamen affinis ei eſt, vt notat gl. in §.affinitatis. Inſtit.de nupt.& Bald.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu ad hunc locum admodum pertinenti, conſ.375.conceſſa eſt, lib.4. vide tamen quæ dicã infra eod.§.in uerbo, *en telle quantite qu'il vouldra*, quæ eſt glo.21.num.7.quin & ſi hæc.

*Nullum ſimile idem.*

*Vxor non eſt affinis viro.*

41 *Deciſio primæ quæſtionis.*

IDEOQVE, vt tandem hanc rem concludamus, non ferendus eſt uenditor, uolens retrahere rem à ſe venditam vi huius conſuetudinis, licet conſanguinei ipſius admittantur. Quod expreſſim & in hac ipſa ſpecie uoluit, & ex facto interrogatus, reſpondit Roma. conſilio 251. clariſſime. vbi & de hoc dicit eſſe caſum à contrario ſenſu, ſi quis rectè intueatur, in l. bona fides, ibi, alicuius legis beneficio pecuniam rei venditæ debere deſiſſet.ff.de act.empt.& Flor.à S.Petro, inter conſ. Petr. Anchar. conſ.371. quod dicta domina, col.1.verſ.4.iſta domina, iunctis ijs quæ dicit in fin. & D. Ioan. Igne. qui hos non allegat, in repet.l.dudum, col.24. verſi. plus dicit.Paul.C.de contrahen.empt.& nouiſſimè D.Ferro.in conſuetudine Burdigal.hoc tit.§.1.in fin.& iterum §.16. verſic.ſed quod nuper. & idem quoque tenuit in ſtatuto præferente uicinum, Matth. Affl.in tract. protomixeos, col.23.uerſ.item quæro pone ꝙ ego habeo. Et hoc credo veriſſimum, licet quiſpiam in Marga. Bal. in verbo, alienatio, verſ.alienatio, interim dicat venditorem eſſe admittendum ante conſanguineos de æquitate, non etiã de ſtricto iure, & allegat Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſt.79.qui tamen non loquitur de hoc caſu, ſed de illo, an ſi emptor admiſerit venditorem ad redimendum, poterint nihilominus conſanguinei retrahere, de quo nos alibi dicemus in tit. ſeq. §.1. gloſſ.7. in verbo, *feront preferez*, num.18.ex hac autem & ſeq.

42 *Quid ſi ſtatutum ſimpliciter prohiberet alienationẽ pręterquã in conſanguineos.*

FATEOR tamen, quòd ſi ſtatutum noſtrum ſimpliciter prohiberet fieri alienationem in alios, quàm in conſanguineos (quod fieri poteſt, ut diximus ſupra, in Rubr. num.14. nam & quod plus eſt, & ſeq.) ſi quis extraneo venderet, poſſet fortè venditor reſtituto precio hanc alienationem à ſe factam contra prohibitionem ſtatuti, retractare, argum.l.1.& ibi Bal. C.de liber.cauſ.& l.2.& ibi glo.& Doctor.C.ſi aduerſ.rem iudi.& l.murilegi.C. de murileg.lib.11.& d.l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi.eod.lib.11.& quod not.glo.Bart. & alij in d.l.poſt mortem.ff.de adopt.Cano.in d.c.diuerſis, de cleri.coniug.& in c.ſi quis presbyterorum, extra de reb.eccleſ.nõ alien. & alibi latius diximus. Et ita in his terminis loquitur Paul.Caſtren.& qui eum ſequuntur in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui.ff.de legat.1. quos ſuprà citauimus nu. 31.ideoque, cùm ſcilicet prohibitum eſt alienari in extraneum, ideo alienans ipſe (vt dicunt) poteſt retractare alienationem.

43 SED aduerte, quia contrarium eius quod tenuit Pau. Caſtr. & aſſeclæ illius in illo caſu, ut ſcilicet non poſſit alienans eam alienationem à ſe factam reuocare, tenuit idem Paul. Caſtren. conſ.453. de eo quod primo loco quæritur, utrum appellatione, in fin. lib.1. Et hoc quidem credo verius, per text.in l.unum ex familia. §.ſed ſi vno & §.ſeq. ff.de legat.2. & in l.cùm pater. §. libertum, ff.eo.

ff.eo.



ff.eo.tit. Et per id quod ſuprà diximus alienantem alienando, alienum ſe feciſſe, & quod tradit Bart.in l. non dubiũ, col. 3.verſicu.oppo. quòd ſecundum.& ibi gloſſ. Fulgoſ.col.10. C.de legi.quòd contractus contra legem aut ſtatutum, licet ſit aliàs nullus, non tamen quantum ad eos, qui contrahunt, de quo diximus ſupra eod. §. in glo.2.in uerbo, *à vendu*, nu.8. incip. quanquam potuiſſet.& dicemus etiam infra §.26. in glo.2. in uerbo, *non eſtant dudict lignage*, nu.9 tamen Geral.& ſeq.

44 SED & in alio caſu poſſet ipſe uenditor retrahere, videlicet ſi uendiderit conſanguineo, qui poſtea rem ipſam alteri extraneo uendiderit: nam tunc poterit prior ille venditor, tanquam conſanguineus ſecundi uenditoris, retrahere à ſecundo emptore, quia eo caſu non reuocat priorem illam venditionem à ſe factam, ſed poſteriorem. Ita voluit Floria.à S. Petro, d. conſil.371.inter conſi.Pet.Anch.ad fin.illius, motus eod. arg. quòd conuentio facta ſuper vno contractu non trahitur ad alium. l.ſi unus.§.ante omnia. ff. de pactis. Idem quoque cenſuit Sebaſt. Neapodanus in Commentarijs conſtitutionis, incip.ſi ex vno, in uerbo, nolentibus hac item ratione motus, quia ratio, cur primus venditor non poſſit retrahere, ea eſt, quoniam ipſemet uendidit: quæ hìc ceſſat in ſecunda uenditione, ex qua aliud ius nouũ exorit, & ſequitur Matthæ. Afflict.in d.tract proto.col.24. ver. ſed iuxta hoc quæro, vbi id intelligit, quando emptor ſpõtè alteri vendidit, ſecus ſi conſaguineo primi venditoris ex neceſſitate huius conſuetudinis. Cui ego accedo, quia iſta ſecunda venditio facta eſt ex conſequentia prioris. Ideo ſicut prior venditor non poteſt priorem illam à ſe factam reuocare, ita nec poſteriorem illius conſectaneam, aut, ſi mauis, conſectariam, argu.l.cùm principalis.ff.de reg.iur.cum ſimil.

45 *Quæſtio, ſi quis uendidit proximo, qui poſtea extraneo uẽdidit, an prior uenditor poterit retrahere.*

AD ILLAM autem priorem ſententiam, qua dictũ eſt, venditorem ipſum admittendum eſſe ad retractum alterius venditionis factæ à ſuo emptore conſanguineo, qui alteri extraneo vendidit, optimè facit tex.a nullo eorum, qui eam tradiderunt, memoratus, in c.1.titu.de eo qui finem fecit agna. vbi is qui renunciauit feudum ſuo agnato, non excluditur, quin poſtea moriente eo ſine liberis, admittatur ad idem feudum: niſi omninò, aut, vt alij legunt, domino renunciauerit. De quo per Doct.ibi, & Bald.in l.1.50.quæſt.ff.de rerum diui.Card.Flor.conſil.129.dubia principalia, in 3.dubio.Alexan. conſi.13. perſpectis his, col.1.& 2.li.5.& eundem, atque etiam Iaſon in l.1.§.veteres, illum col.penult. uerſic.optimè facit, hunc colum.10. verſi.2. pro iſta. ff. de acquir.poſſeſſ. quo etiam in loco tradunt poſt alios multos ab his citatos, quòd ſi quis renunciauerit ſucceſſioni patris, nõ prohibetur ſuccedere fratri in illis ipſis bonis, quæ ex ſucceſſione patris obuenerunt, cum aliis concord. traditis à Phil.Dec.conſi.379.requiſitus, col.1.& nos latiſſimè alibi dicemus. Et interim vide quid dicam infra, in eadem glo.num.124.incip.ſed in duob. & ſequ.& iterum num. 159.ſed his maturè. Quanquam in contrarium nonnihil facit quod à Bal. ſcriptum eſt in cap.1. §.vlt.col.quoque vlt.verſi.ſed pone cõceſſum. & ibi quoque Aluaro.ad fi. Mart.Laud.col.3.verſi.eodem modo, & Card.Alex.paulò ante fin.titu.de contro.inue.

46 *Quid ſi cõſãguineus qui retraxit ab extraneo, alteri uẽdat. Conſuetudo.*

EX quibus & illud facilè intelligere potes, ipſum vẽditorem in alio non admodum diſſimili caſu poſſe rem à ſe venditam poſtea retrahere, videlicet ſi uendidit etiã extraneo, à quo conſanguineus ipſius retraxit, vi noſtræ conſuetudinis: poſtea autem idem conſanguineus alteri extraneo uendit, quo caſu etiam apud eos, quibus eſt ius retrahendi bona patrimonialia tantùm, licet huiuſmodi res ita retractas, & poſtea extraneo uenditas retrahere, ut dicemus infra eod.tit.§.32. num.5.cæterùm, & ſequent. Ideoque & ille primus uenditor poterit hanc rem à ſuo conſanguineo, qui eam retraxerat, uẽditam retrahere, illis ipſis rationibus, quas in præcedenti caſu diximus. Nihil enim inter hunc caſum & illũ intereſt, niſi quòd hic primo loco res eſt uendita extraneo, a quo conſanguineus retraxit: ibi conſanguineo, qui poſtea uendit extraneo, & quamuis hic pluſculũ eſſet dubij, ob id quòd ipſe uenditor extra familiam ab initio uẽdidit, tamẽ quia uendendo familiam iure retractus non priuauit, ſi retracta ſit in eam familiam, & poſtea uendita, nihil eſt quod eum arceat a retractu huius poſterioris uenditionis, ut diximus in eo præcedente caſu. Et ita quoque expreſsim in hoc caſu ſtatutum eſt apud Lorrienſes in Præfectura Mõtargij hoc tit.§.4.

47 *Vtrum filius uenditoris poſſit retrahere.*

AT multo maius dubium eſt, utrum filius uenditoris poſsit retrahere poſt mortem patris, cuius hæres eſt, nam ante mortem fortè non eſt dubitandũ, propter tex. in c.conſtitutus, extra de in integ.reſtit. quem ad hoc expendit Henr.Boh.ibi, ſtatim in princ.quem (vt id obiter dicam) inſignem Doct. uocat Soc.conſil. 248. nunquid ex duobus, colum.ult.lib.2.& præclarum.idem Soc.conſil.266.in cauſſa, col.16.uerſic.poſtremò.eod.lib.ſecundo. (Et ita quoque latè renuit Maria.Soc.Iunior conſ.4. themate præpoſitæ conſultationis, col.2. uerſic.& multis ſequen.ubi ita dicit ſeruari Paduæ, ubi eſt ſimile ſtatutum.& rurſum col. antepen. uerſic. non obſtat modò ſecundum, lib.2.) Et quia etiam noſtra conſuerudo inf. §.11. dicit proximiorem uenditoris, & ſic eum qui illi poſt mortem debet ſuccedere, cæteris in retractu eſſe prę ferendum, ut hinc planè poſsis intelligere, nihil obeſſe conſanguineo, quòd ſit ſucceſſurus uenditori. Nam & uidemus filium uaſalli, qui alienauit feudum antiquũ, poſſe eam alienationẽ ſibi reuocare, in eoque præferri cæteris agnatis, ſi alienatio facta eſt iure vel conſuetudine permittente, vt nota.Andr.Iſern Iacob. Aluaro. & Cardin.Alexan. & omnes præter vnum Petr. Cerue. in cap. Titius, tit.ſi de feud. fuer. controuerſ. & in cap.1.§. & ſi clientulus, tit. de alien.feud. & in cap.1. §. hoc quoque, tit.de ſucceſſ.feud.Bald.in c.1.§.ult.ad fin.& ibi Martin. Laud.col.2.uer.ſecundo caſu.& Cardi.Alex.col.4. verſ. eiuſdem initij, tit.quę fuit pri.cau.benef.amit.idem Bal. conſi.276.ad euidentiam, in fi.lib.5.quod repetitur conſi.315.eod.lib.5.Franc.Curt.Senior, conſi.83. eodemq; penult.capio primum, in quo quæri uidetur, colum.1.& Iac.à S. Georg. in tract.feud.in verbo, & cum pacto de non alienando, col.10.verſic. ſed quæro vtrum filij.Iaſ. conſil.56.magnificus, col.3.verſ.ſed præmiſſis non obſt. lib.3.& Franc.Curt.Iunior in tract.feud. in 4. part. prin. char.antepen.uerſ.quartò circa præmiſſa.

48 *Quid ſi pater uenditor mortuus eſt, et ei filius ſucceſſit, an et is poſſit retrahere.*

VERV'M quærimus de filio, qui iam ſucceſſit patri uenditori mortuo. Ideoque non uidetùr andiendus ad retractandam uenditionem, non magis quàm ipſe uenditor, cùm hæres & defunctus cenſeantur eſſe vna eadẽque perſona, in Authen de iureiur. à mori. præſti. poſt princ.ex quo non poteſt hæres venire contra factum defuncti.l.cum a matre.C de rei vendi. & l. ſi ab eo. C. de neg.geſt & l.ſucceſſores.C.de ſol. & l. ſi uxor. C. de bonis aucto.iud.poſſ & l.ſi fundum, ibi, neq; ei ſucceſſiſti. C.de reb.alien.non alien.& l.ſi Titio. ff. de pig.& l.1.ff. de except.rei vendi.& in l.venditrici. C. de rebus alien. non alienan.cuius hæc verba ſunt, ad hunc locum maximè pertinentia. Venditrici ſuccedenti perfectam rectè venditionem reſcindere, ac dominium reuocare non licet. Subditurque, nec ex propria quidem perſona eum id facere poſſe: quod & ſatis probat d.l.cùm à matre. Ex qua etiam apertè intelligitur id procedere, etiamſi hæres non teneatur de euictione, quia ibi emptor ſciebat rem à ſe emptam eſſe alterius, ideoq; non tenebatur uenditor de euictione, ex l.ſi fundum. C.de euictio.& dicemus plenè infra eod. tit.§.12. gloſſ.1.num.7. ſed hoc de euictione. Et ita etiam uoluit glo. in d.l. cùm a matre. & ibi quoq; Io.Fab.Bal.& Paul.Caſtren. & Raph.Fulg. conſi.

*Hæres non uenit contra factum defuncti.*

*Nec ex propria quidẽ perſona.*

*Nec ſi ipſe non teneatur de euictione.*

*Nec ſi ipſe fecerit inuentariũ.*

conſi.

conſi.67.paterfamiliàs,col.2.uerſ. his tamen non obſtã. & Lancel.Gal. in l.4.§.Cato, col.28.verſi.& ſic in hac.ff. de verborum obligationib. Sed & id quoque procedit, etiam ſi hæres fecerit Inuentarium, ex ſententia Andr. Iſern.in cap.1. tit. an agna.Matthæ. Affli. deciſ. Neapo. 240.in cauſſa Cubelli, columm. vltim. & Raph. Fulgoſ. dict. conſil. 67. column. 2. verſ. quod tamen ita, vbi tamen id declarat.

49 *Hæres in oĩbus eiuſdẽ eſt iuris, ac defunctus.*

Nam hæres non poteſt eſſe melioris conditionis, quàm defunctus.l. in omnibus.§. non debeo.ff. de regul. iur. Ideoque dicitur in l.Polla.ff.de his quib. vt indign. quòd quæ à defuncto habente liberam adminiſtrandi ſui patrimonij poteſtatem facta ſunt, non poſſunt reuocari ab ipſius hærede etiam pupillo. Et ſcribitur in l.pen.C.de reſtit.milit. ea quæ a patre geruntur, non decet pro diſciplina militari à filijs in irritum reuocari. & in l.ſi ab eo.C.de lib.cauſ.ſcribitur filios adeundo hæreditatem,patris uoluntatem defuncti,ſuo conſenſu cõfirmare. Et ut tradit Bartol.in l.Lucius, circa medium,filius hæres patris cogitur habere ratum factum illius, per d.l.cum à matre.& l.ex qua perſona. ff.de regul.iur. Hæres enim eſt eiuſdem poteſtatis ac iuris, cuius & defunctus fuit.l.hæredem.ff.de reg.iur. Et factum defuncti cenſetur factum hæredis,& econuerſo. Angel.conſi. 185.Brunellus.per l.uxorem.§. agri plagam. ff.de leg.3. ideo qui promittit de facto ſuo tantùm, & de facto hæredis promittere videtur.Bart.in l.ſi ſeruus,la 2.ff. de cõ dict.furt.Bal.in l.ult.C.de act. empt. cum alijs concord. adductis ab Alex.conſi.18.attentis narratis, colum.ult. lib.5.& à nobis infra, titul.ſeq.§.1.glo.6.in uerbo, *ou ſes heritiers*, num. 4. uerùm contra hæc. Et faciunt etiam quæ ſcripta ſunt à Petr. Ancha. conſil.26. in quæſtione, ad fin.& conſ.244.quia quæſtio,col.1.vbi in hanc ſententiam multa colligit & Philip.Dec.conſil.547. viſo puncto,col.1.uerſ.his tamen non obſtant.

50 *Hæres non reuocat feudum à defuncto alienatũ.*

Inde autem fit, ut agnati hæredes vaſalli, qui feudum alienauit, non poſſint reuocari alienationem ab eo factum, quam tamen aliàs reuocare poſſent, ſi hæredes non eſſent,ut declarat Iacob.à S.Georg.ubi ſuprà, uerſi. aduerte ad id.ubi & alios allegat. Cui adde alios quoq; multos, qui & idem de filijs dixerunt, videlicet Iacob. Bel.in d.c.1.§.hoc quoq;.& ibi Bal.col.vlt.Mart. Laud. col.3.uerſ.quæro an factum.Aluar.& Cardin.Alex.col. vlt.tit.de ſucceſſ.feu.Paul.Caſtr.conſ.207. dico dictum Bartholomæum,in princ. libro 2.ubi & alios allegat.& iterum conſi.290.uiſa ſupra ſcripta facti narratione, col. vlt.verſ.ex prædictis patet,eod.lib.2.Matthæ.Afflic.qui alios quoque allegat, deciſ. Neapol.112.inter dominã, circa medium.& Zaſium in epitome feudorum,parte 9. quæ eſt de feud.alie.char.6.in paruis,uerſ.quibus conſequens eſt. Et eſt optimus text.à nullo horum citatus,in l.filiusfamiliàs.§.cum pater.ff.de legat.1. vbi ſi pater teſtamento prohibuerit rem alienari extra familiam,ſi filius eius alienauerit in extraneum, non poterunt filij hæredes ipſius alienantis reuocare. Et ita in noſtro caſu retractus, ut ſcilicet hæres non poſſit tanquam conſanguineus retrahere rem à ſuo prædeceſſore venditam,reſpondit Flor.à S.Petro inter conſ.Petr. Anch.conſi.371. quod dicta domina,col.1.uerſ.quarto iſta domina, iuncto eo quod dicit in fin. conſil. dum reſpondet ad obiectum in priori loco.& Steph. Bertran. conſi.7. non vidi, lib.1.& obſcurè Petr.Anch.in d.ca. conſtitutus, colum. vlt.in 4.oppoſ.

51 *Deciſio pri. quæſt. Dictio, quondam, quam uim habeat.*

Contrarium tamen in eodem caſu retractus non obſcurè declarat text.in d.cap.conſtitutus,nam ibi pater qui uendiderat,iam obierat,cum filij eius beneficio noſtræ conſuetudinis retrahere voluerunt, vt liquidò conſtat ex illis uerbis,quondam G.pater illorum. Ea enim dictio,quondã,denotat qualitatem,cui adiungitur alias fuiſſe,nunc autem amplius nõ eſſe.l. eius qui in prouincia, in uerbo,defuncti.& ibi Salyc.& Rom. col.2.ff.ſi certum pet.& l.cui eorum.§. affinitatis. ff. de poſtulan. vbi Salyc.refert, quòd cum aliquis petiuiſſet in iudicio aliquid,tanquam eſſet ſui iuris,& hoc non probaſſet, is tamen obtinuit, ob id quòd in poſitione partis fuiſſet adſcriptum, talis quondam filius.& ſequitur Cardi. Flor. in c.vlti.de teſtib.cogen.vbi Fel.adducit multos concor. vt ibi uidere licet,ſed quibus addere potes Ioannem Andr.in c.cum contra,in princ.& ibi poſt eum Barb. etiam in prin.de pigno.Iacob.But.in l.cum aliquis.ff.de iure de liberan.Bald.conſi.406. in quæſtione quæ vertitur inter ſcholam,col.3.verſi.tangitur & quartò,lib.1.& conſil.ſequen.quidam ciuis,col.2.& conſi.164.a libello, colu.1. lib.4.Salyc.in l.inteſtata,per illum tex.C.de donat.cauſ. mort.& Rapha.Co.conſi.44.in quæſtione Franciſci,circa medium,& conſ.71.in nomine Domini amen, viſo proceſſu,col.1.Imol.conſi.110.in cauſa quæ vertitur, ad te fin.quibus locis dicunt hanc dictionem ſignificare eũ, qui apponitur,eſſe mortuum.& Alexand.qui alios quoque citat, conſi.14.uiſis & conſideratis,colum.3.libr.6. Tametſi contrarium tenuit Imol. ſibi contrarius in cap. ex parte,in fin. extra de foro competen. quia hæc dictio (inquit) de futuro quoque tempore dicitur.[Roma.poſt alios in l.1 § hoc autem.paulò ante medium.ff.de operis noui nunciat.] & Card.Alex.in cap.ex tenore,in primo not.qui filij ſunt legi.& Iaſon in d.l.eius qui,in fin.princip. Quorum ſententiam probat illud Virgilianum, lib.6.Aeneid.

*Nec Romula quondam*
*Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno.*

Vbi & hoc annotat Seruius Maurus, aut, ut alij uocant, Marius,atque illud Horatianum,lib.Sermon.2 Satyr.2.

*Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam.*

Illudq; Porcij Latronis in Catilinam: Lucem namq; neſcio quam de domo Cornelia quondam proditurã fore. Verùm id rarum eſt,nec in ea ſignificatione vnquam intellectum fuit à conditoribus Decretalium: nec conueniret ratione recti ſermonis in illis uerbis, quõdam filius talis,quibus uerbis loquitur d.c.conſtitutus,ſi de futuro tempore intelligeretur: quis enim vnquam fando audiuit,talis qui erit filius talis?

52 *Filius iuris præſumptione hæres patris.*

Igitur, vt redeamus,non immeritò dicebat Petr. Bieri. præceptor Hendrici Boch. eſſe text.de hac re unquam tractatum,in dict.c.cõſtitutus,uti refert ipſe Boh. ibi, qui tamen id negat ibi probari,quia non dicitur, ꝙ pater fuiſſet mortuus, nec quòd filius ei ſucceſſiſſet. Sed prima illa ratio non ſubſiſtit, ut diximus: quantum autem ad poſteriorem, fateor illic expreſſim nõ dici, quòd filius ſucceſſiſſet patri, ſed etiam contrarium non dicitur: & eſt iuris præſumptio,quòd ei ſucceſſit,ut dicit gl. in §.1.verſ.ut autem, in uerbo,parentes,in Authen.ut hi qui oblig.ſe hab.perh.res minor.quam ſequitur Bald. in l.apud hoſtes,col.ulti.C.de ſuis & legi. vbi & eam dicit ſing.& in c.1.colum.1. titu.an agna. uel fili. & Ro.Alex. colum.2.in l.neceſſarijs.ff.de acquir.hæreditat. & Alex. in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur,colum.3. verſic. in hoc articulo.ff. ſoluto matrimo.Iaſ. in l.non hoc, col.1. C.vnde legi.& Fran.Ripa,in l.quod te,num.58.ff.ſi cert. peta. Super quo tamen vide glo.Bart. & alios in dict.l. neceſſarijs.Barb.in c. ex præſentium,col.1. verſ. & pondera iſtum text.extra de pigno.& in c.1.in princip. extra de ſolut. At illis concinit autoritas Diui Pauli ad Galatas 4. Si filius eſt. & hæres quoque eſt. Cuius meminit glo.in l.1.C. ſi mi. ab hære. ſe abſti. Nam & quod plus eſt,filius hęres eſt patris,etiamſi abſtineat expreſsè uel tacitè.l.1.§. qui ſunt in poteſta.ff. ſi quis omi.cau. teſt.& l. cùm quaſi.§.ſed & ſi ſuus.ff.de fideicom.libe. Verum eſt enim fuiſſe aliquando hæredem, & ſufficit aliquo momento fuiſſe, l.vltim.ff.de conditionibus.inſtitu. & qui ſemel hæres fuit,nunquam deſinit eſſe hæres, iurib.vulgaribus,

*Quid autem, ſi abſtineat.*



garibus,de quo tamen uide D.Igne.in l.1.§.ſi pater,n.25 ff.de Senatuſconſult.Sylla.

53 Ipse tamen Boer.(vt ad eum redeamus) hanc eandem partem tenuit, ut filius hæres admittatur ad retractum,non quidem per illum tex.ut diximus,ſed per l.debitor.§.vlti.ibi,quia non quaſi hæres.ff.ad Treb. Cuius etiam auctoritate ita dicit vidiſſe ſe diſputando teneri Aurelijs ab Alano quodam Doct. nepote Diui Iuonis. & in id alia quoq; iura allegat,ut ibi videre potes. Subdit tamen, quòd conſuetudo Franciæ obtinet contrariũ. [Id quod & poſt eum retulit & ſecutus eſt Aegid. Bellam.ibi col.2. verſ. primò oppo.dicitque idem tenuiſſe Petr.de Quercu Doct. Aurelianenſem.] Sed & hanc eandem ſententiam, ut ſcilicet filius hæres admittatur, ſecuti ſunt Maſuer. in tit.de retractu.§. item ſecundum opinionem. Nicolaus Fuerard. in locis legal.in loco de tanquam,col.penult.ubi id dicit ſing.& D.Boer. hoc tit. *de retract*.§.3.ad fin.& iterum deciſ.12. & prædicta faciunt,& nouiſſimè Io.Nicol.Arela.in Commentar.l.generaliter, in ſecunda parte, num,34. C.de ſecun.nupt.& Ferro.in conſuetudine Burdigal.hoc eod.tit.§.10. ubi & idem dicit in cæteris hæredibus. & iterum §.16. ubi eſt conſuetudo expreſſa eius generis in eam rem. Et facit ultra ſuprà dicta, quòd aliàs hæres poteſt iure proprio, non hæreditario,reuocare rem venditam à defuncto,licet ipſe defunctus non potuiſſet.l.Seia.ff.de euict.& l.ſi tibi.& l.ult.C.eod. Verum eſt quod textus d.l. Seia, & in d.l.ult. dicunt, re euicta ab ipſo hærede iure proprio hæredem ipſum conueniri poſſe pro rei euictione: ſed id huic ſpeciei noſtræ nihil obeſt: quandoquidem nec venditor, nec hæres ipſius tenentur de huiuſmodi euictione, quæ fit per retractum, ut latè diximus ſupra.nu. 34.uerſ.ſed hę rationes.

54 *Quid aũt, ſi pater promiſit non uenire contra uenditionem, & ſe pro emptione obligauit.*

Nam & hanc opinionem,ut filius hæres poſſit retrahere,temperat Maſuer. ubi ſuprà, niſi ipſe venditor expreſſim conueniſſet, non conuenire aduerſus hanc venditionem,& ſe pro euictione obligaſſet: quia tunc (inquit) filium hæredem ipſius agentem ad retractum ſummouet exceptio euictionis: & nihil allegat. Sed pro eis ſententia facit,quod poſt Iacob.Bel. tradit Bal. in cap.1. §.hoc quoque, colum.vlt. de ſucceſſ. feud. quòd ſi pater agnatus uaſalli non ſolùm ſimpliciter conſenſit alienationi feudi factæ à vaſallo,ſed & ſe pro ea obligauit, non poteſt filius hæres ipſius eam reuocare,per l.quę a patre. C.de reſtit. mili. & cap.1.tit.an agna.vel fili. & eum ſequuntur Mart.Laud.Aluaro.& Cardin.Alex. in d.§.hoc quoque.& Iacob.& à S.Georg.in tract.feud.in uerbo,& cum pacto de non alienando,col.10.verſ. ſed dubitatur nunquid & Zaſ. in epitome feudorum, part.9.chart.4. uerſ.hoc quoque quarto loco. & idem voluit ipſe Bald. conſi.89.dominus Thomas,in fi.lib.1.per l.conditionis incertum.C.de pact.

55 *Conſentiẽs non tenet de euictione.*

Cuius poſtremi dicti ratio eſt (vt & id illis addas) quia qui ſimpliciter conſentit,non tenetur de euictione, niſi expreſſim eam promittat,uel ſe obliget,l.exceptione.C.de euict.& l.inter ſtipulantem,in princ. ff.de uerb. oblig.prout eum text.allegat Iaſon in eadem propè materia loquens,in l.quoties ab omnibus,in 2.not.C.de fideicom.& facit etiam quod tradit Bal.in l. qui ſe patris. col.antepen.uerſ.tu verò conſidera.C.vnde liber.& poſt eum Iaſon conſi.7.pro reuerendiſſimo, colum.2.verſ.3. principaliter,lib.3.& Petr.Anch.conſi.76. per modum. conſ.in 4.dubio, ubi & illud dicit, non teneri de euictione,qui ſimpliciter conſentit venditioni.quod & ante hos tenuit Innoc.in cap. ſi quis, col.2. uerſ.item not. extra de rebus eccleſ.non alien.& Bal.in Margar.in uerbo,euicto, uerſ.2. Ex quo & illud fit, ut hæres ex propria perſona poſſit contrauenire,ut etiam reſpondit Rapha.Fulgoſ.conſ.67.paterfamiliàs,col.3.verſ.in eo autẽ.

56 Sed id tamen,quod tradit Maſuer.non ſic generaliter crederem procedere, quando vendens non teneatur de euictione,quæ fit per retractum,ut diximus d. nu.34. ſed ita demum poſſet obtinere, ſi uenditor expreſſim promiſiſſet rem tutam & ſecuram ſe præſtiturum,etiam aduerſus retractum conſanguineorum. Neque enim cùm ex natura rei ea euincitur, ſufficit vt locum habeat euictio, generaliter de euictione ſtipulari, ſed opus eſt expreſſim in hunc caſum ſtipulari, ut voluerunt Gul. Suz.Richar.Malumb.Cyn.Bart. Bald. & Ang. ita intelligentes glo.ibi,in l.ſi familiæ.C.famil. hercis. per quædam iura ibi allegata ab ijſdem.& Mart.Laud.& Card. Alex.qui id dicunt in cap.1.col. 1. tit. ſi de feud. vaſ. ab ali.interpel. fuer. quod intellige, ut dicam infra in fine huius tituli,in 22.quæſt. Si igitur venditor in hunc caſum expreſsè promiſerit, tunc hæres ipſius etiam in ea promiſſione expreſſim non comprehenſus,ſimiliter tenebitur,uti & ipſe promittens. l.ſi pactum. ff. de pactis, cum multis ſimilib.à me collectis, ſupra titul.omnium noſtrarum conſuetudinum 9.§.in princ.vbi abundè probauimus,omnes obligationes & promiſſiones actiuè & paſſiuè tranſire ad hæredes etiam tacitos. Ideoq; & hìc hæres exceptione illius promiſſionis patris ſummouetur,l.Seia.ff.de euict.

*Quid item ſi uenditor promiſit rẽ fore tutã à retractu.*

57 *Quid ſi promiſit eam tradere liberam.*

Et idem uideri poſſet, ſi uenditor promiſiſſet tradere rem liberam uacuam & expeditam, per id quod in ſimili tradit Bal.conſ.102.punctus ſuper quo, colum.2. verſ. præterea uenditor. Sed hoc tamen non admitto, quia id debet intelligi ſm ſtatuta ciuitatis, niſi expreſſim aliter cautum fuerit: per not.à Dyn.Bart. & Ang. & alijs in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebellianũ, cum alijs multis concord.à me collectis in repet. l.ſi unquam, in uerbo,ſuſceperit liberos,num.84. incipien. ſed illud hìc quæro. Et quia etiam qui id promiſit, tacitè in id tenebatur.l.ex ijs prædijs.& ibi Ang. C. de euict. & l.3.§.1. & l.in uenditione.ff.de act. empt.& c.cùm Io. & ibi glo. in uerbo,uacuam. Imol. in 1.not. & cæteri extra de fide inſtrum.& uoluit etiam glo.in l.cùm uenderes.ff.de contrahen.empt.Cyn.poſt Petr.in l.ſi pro fundo,in fi. C.de tranſact.Bal.in l.quoniam.C.de compenſa. & conſ.167. Titius uendidit, col.1.lib.1. & conſil.85.præmiſſis uerbis,lib.5.repetito conſ.460.eodem lib. & Iaſon in repet. l.quo minus,in 7.quæſt.Bart.col.eiuſdem quæſt.2. ff. de flu.cum ſimil. Ideo eius rei expreſſio nihil mutat conditionem iuris & conſtitutionem.l.non rectè.C.de fideiuſſ. Nec hoc caſu ſufficit generalis promiſſio, niſi deſcendatur ad ſpeciem retractus, ut diximus in præcedenti verſ.

*Venditor ſemper tenetur rem tradere liberam.*

58 *Hæres poteſt uenire contra factum defuncti,quod in fraudem eius tēdit.*

Quid verò ſi quis dicat,non ſolum hoc caſu, ſed & in illo pręcedenti,filium aut alium hæredem uenditoris non impediri, quò minus poſſit retrahere, cùm hæres poſſit uenire contra factum defuncti,quod ipſum tendit ad fraudandum eundem hæredem beneficio legis uel ſtatuti.l.2.ubi Bart.Bald.& Paul. Caſtr. C.ſi in fraudem patr.& uoluit Cy.poſt Petr.in l.1.col.1.in 1.oppo.C.eo. titu.& Alb.in Rub.eiuſdem tit.col.2.ver.circa, el 2.Bal. Bal.in l.1.col.4. verſic. quæro vtrum iuramentum. & ibi Saly.in 9.quæſt.C.de inoffic.dona. ipſe Bald.loquens de retractu feudi alienati à defuncto,conſi 215.proponitur quòd inueſtituræ,col.2.verſi.3.reſpondetur,lib.2.Barto. qui id declarat conſi.65.Petrus Nicole.col.1.verſi ſi verò ex hoc. [Aegid.Bellam.in c.conſtitutus,col.3.ver.ſed ad illud.de reſtitut.in integr.] & Alexan. qui alios citat, conſil.57.viſa breui, ad fin.lib.5. & Franc.Curt. Senior conſi.1. circa primum, in fin.& Iaſon. conſi.7. pro reuerendiſſimo,col.7.verſic.nec obſt.ſi diceretur.lib.3.& cõſil.55.ſtatutum nouum,col.6.verſic.& ad illud,eo.lib.3. & conſi.64.in cauſa caducitatis,col.3. uerſic.nec obſtat ſi diceretur,eod.lib.3.& conſi.168.in cauſa & lite, col.ult. lib.4.Zaſius conſi.18. cum ſuperioribus,nume.22. lib.1. Eſt autẽ apud multos ſtatutum expreſſum, ut hæres venditoris

ditoris poſſit retrahere, vt apud Meldenſes, c.96.& Burdigalenſes, c.19. Sed eſt contrarium ſtatutum apud Melodunenſes, c.54. & Cenomanenſes, cap.377.niſi, vt ibi dicitur, hæres ante mortem venditoris ſemel vocaſſet emptorem in ius in cauſa retractus. Et idem in Andegauia, c.367. Et in Borbonia, vbi nõ ſit ea diſtinctio, c.485. Et apud Lodunenſes hoc eodem tit.§.5.in fi.

59 *Quæſtio, an filiusfa. cui nulla bona ſunt, poſſit retrahere rem a patre uenditam, aut pater ipſius adminiſtrator. Quid de emancipato etiam inope.*

SED quid de filiofamiliàs, qui nulla adhuc bona habet, quia pater & mater adhuc viuunt, nec aliunde ſibi quicquam obuenit, & fortè adhuc eſt impubes & infans, ſed pater venditor, tanquam adminiſtrator illius, aut ẽt ipſe filius, aut alius ipſius nomine vult retrahere rem a patre venditam, vt quotidie fieri videmus, num id poſſit? Chaſſ. in Commentariis conſuetudinum Burgundiæ hoc ipſo tit. *de retraict.* §.1. in glo.2.in ult.quæſt.multa in ſimil. propemodum quæſt. allegat, quæ vix intelligo. & concludit huiuſmodi filium, atque etiam emancipatum, non poſſe retrahere, & pro firmiſsimo omnium fundamento citat tex. loquentem tantùm de filiofamiliàs, in l.ſi venditor.§.ſed & ſi pupillus. ff. de in diem addict. quo dicit probari, filium non poſſe emere fundum à patre venditum. Sed is tex. vt dicam quod ſentio, nõ id ita ſimpliciter dicit, ſed illud tantùm, quòd pater nõ poteſt addicere filio ſuo, quem habet in poteſtate, fundũ, quem alij vendiderat ſub pacto addictionis in diem, ſicuti nec ſeruo proprio, quia his caſibus emptio non ualet. quod quidem non aliud eſt, quàm quòd inter patrẽ & filium familiàs, aut dominum & ſeruum non conſtat uenditio, vt & de patre & filio eſt tex. in l.2. ff. de contrahen. emptio. quod longè diſtat a noſtro caſu, quia hic filius non emit à patre, ſed ab alio, cui ipſe vendidit, ui cõſuetudinis redimit: quod multùm differt, vt ex iis patet, quæ diximus ſuprà, in Præfat.nu.16.incip. valet igitur. Et ſi ea ratio haberet aliquid momenti ad caſum retractus, certè nihil pertineret ad filium emancipatum, de quo etiam ipſe loquitur. Et, quantum ad filiumfamiliàs, is etiam maior, & ditiſſimus, nunquam admitteretur ad retractum rei venditæ a patre, cùm nec diuitiæ, nec ætas, quantumlibet grandis, eximant patria poteſtate. l.ult. §. vbi autem in vnum, ibi, cuiuſcunque ætatis fuerint. C.de bo.quæ lib.glo.in l.vlt. §.pupillus. ff. de uerborum obli. quæ loquitur de ſexagenario. & in §.1.in uerbo, patresfamiliàs. Inſtit.de nup.

60 *Qui quidquã facere non poteſt, nec filiorũ nõie põt.*

AT huius rei difficultas in hoc eſt, quòd iſte filius nulla bona habet, ut dixi, ex quibus precium uẽditionis poſſit conficere: ſed pater, qui ipſe per ſe & directè non poteſt redimere, ut ſuprà diximus, ſubijcit nomen filij, ut indirectè, & mutuato alieno nomine, id faciat, contra l.qui in ſeruitutẽ. ff.de bon.lib. ubi qui ſuo nomine poſſeſſionem bonorum accipere non poteſt, nec liberorum quoque nomine poteſt. & l.quæritur, eod.tit. ubi dicitur ad uerbum, Ne qui ſuo nomine à bonorum poſſeſſione ſummouentur, per alios (de filiis autem is locus nuncupatim loquitur) eam conſequantur. & ibi concord. in gl. Et illius tex. autoritate ſcribit gl. no. in l. Diui fratres, in princ. in uerbo, fuiſſe. ff. de iur.patr. cum tractat, an delictum patris eiuſdemque patroni noceat liberis: Si tale (inquit) ius ſit, ex quo patri poſſit acquiri, puta ſi vult liberto ſuccedere tanquam patronus: tunc patre viuente filius, qui adhuc in eius eſt poteſtate, repellitur: ſecus ſi pater deceſſerit, uel alio modo filius fuerit ſui iuris factus: per d.l.quæritur. & eam glo. ſequitur Bart. in l.1. in fi. ff. de interdict. & releg. & Alexan. conſ.23. opportunè, col.2.verſ.quartò.lib.1. Et facit etiam, quod per eundẽ text. ſcribit Bal. in c.1.§.hoc quoque, col.3. verſ. accedit q.tit.de ſucceſſ. feud. Et præterea text. in l.3. §. verbum poteſtatis. & in l.Sulpitius. ff. de donatio. inter uirum & vxor. vbi quemadmodum vxor non poteſt donare marito, ita nec filio mariti in eius poteſtate conſtituto, quia, vt ita dicitur, patri quæritur. Et etiam videmus, quòd pater autor fieri non poteſt, ut filio ſuo quid tradatur, cùm id faciens ſua auctoritate ſibi acquirat. l.1.§. ſed ſi autor. ff. de auto.tut. Et facit item text. in l.debitor.§.debitoris. ff. de pign.actio. ubi filiusfamiliàs nõ poteſt emere rem patris ex pecunia profectitia. & id ibi not. Bart. & Bal. Et text. denique in l. Aemilius. §. id quod. ff. de mino. ubi filijsfamilias, poſt emancipationem minoribus non ſuccurritur, in id quod patri acquirunt.

ET hæc quidem fortè procederent, ſi quæ filius in poteſtate conſtitutus acquirit ex pecunia patris, omninò patri acquirerentur, ut eſt de Iure communi. l.cùm oportet, in princ. C.de bon.quæ lib. & plene traditur à Corn. conſi.235.circa hanc, lib.1. Sed ex noſtra conſuetudine ſibi acquirit, non patri: nec ex ijs, quæ acquirit, quicquã pater habet, præterquam quòd facit fructus ſuos ad ętatem viginti aut vigintiquinque annorum ipſius filij, ẽtſi à patre bona proceſſerint, vt ſcribitur tit. huius vol. 28.§. penult. & vlt. qui ſunt totius volum.320. & 321. Eſtque ferè generale in vniuerſa Gallia, vt filiusfamiliàs ſibi acquirat, non parentibus: quandoquidem poteſtas illa patria in hoc regno vel non habet locum, aut certè modicum, vt etiam affirmat glo. in §.ius autem, in uerbo, Romanorum, Inſt. de patria poteſt. & affatim diximus ſuprà, tit.16. qui eſt, *des ſucceſſions.* §.7. qui eſt omnium huius volum.211. in glo.1. Ideo ſi etiam pater ipſe de ſuo pecunias tribuat ad redimendum id, quod à ſe vẽditum eſt, cedit tamen commodo filij, cùm emptum ex pecunia alicuius, eius nõ ſit, ſed ipſius, cuius nomine emptio facta eſt. l.ſi ex ea. C.de rei vend. cum ſimil. 61

*Ex conſuetudine Frãciæ filijfa. ſibi acquirunt.*

62 *Quæſita à filio ex pecunia patris, an ipſi quærantur, an patri.*

NAM & id ex multorum ſententia procedit, etiam in noſtro caſu, videlicet in re quæſita à filio ſuo ipſius nomine & periculo ex pecunia patris, ut ſcilicet ea filio quæratur, non patri. Ita enim nuncupatim voluit Ro. in Auth. ex teſtamento. & iterum in l.illud. C.de collat. & conſil.469. quo ad primum, col.2.verſ. tertio caſu. & Paul. Caſt. in d.l.cùm oportet. in princip. col.2. verſ. ſed quid ſi filius. C.de bon.quæ lib. & Socin. conſil.61. circa primum dubium, col.2. uerſ. ex qua concluſione, lib.4. & Io. Crot. in repet. l.frater à fratre, in 30.q. ff. de condi. indeb. in quibus locis illi poſt antiquiores latiſſimè tractant, an & quando quæſitum à filio ex pecunia patris ipſi patri acquiritur. Sed quibus addere potes Bal. conſi.259. factum ſic ſe habet: Quidam nomine Titius, lib.5. Ang. conſ.85. pater habens plures filios. & conſil.112. Vannucius, col.2. Corn. conſ.152. ad euidentiam, lib.3. & in ſubſpriptione conſi.213. incip. Philip. Dec. conſuluit, eo.lib.3. Soc. latiſſimè conſi.92. circa primum, col.9.verſ. circa ſecundum, vſq; ad fi. conſ. lib.1. & conſ.162. conſiderata, col.1. & ſeq. propè uſque ad fi. conſi. lib.2. & conſ.192. capio difficultatem, in 1.dub. eo. lib.2.

63 *Pater emens nomine filij, cenſetur ei donare.*

ET poteſt pater eam pecuniam, ex qua res uendita retrahitur, donare filio in ſua poteſtate conſtituto, ex patria noſtra cõſuetudine, ſuprà tit.14. qui eſt, *de donations.* §.3. qui omnium eſt huius uolum.183. Et cùm ipſe emit nomine filij, cenſetur ei donare. l.filiæ cuius. C.fam.her. vbi etiam patet, rem ita emptam eſſe præcipuam filio in iudicio familiæ herciſcundæ. & l.2. C.ſi quis alte. vel ſibi. & voluit Bar. in vtroq; loco. & præterea in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. & in l.1.§. ſed nec caſtrenſe. ff. de collat. bon. & in tract. de duobus fratr. in 4.q.1 part. Ang. in d. l.filiæ cuius. iterumque in l.ſi donatio.. & ibi quoque Raph. Fulg. Paul. Caſtr. Rom. & recentiores. C. de colla. & Corn. conſil.235. circa hanc conſultationem, lib 1.

AT dicet aliquis, pater poterit reuocare huiuſmodi donationem, atque ita res cedet ipſius commodo. Cui reſponderi poteſt, id admodum eſſe ambiguum, per ea quæ poſtea dicemus. verſicu. ab hinc 2. præſertim apud nos, qui expreſſam cõſuetudinem habemus in d. §.320. qua pater etiam ea, quæ ab eo ad filium profecta ſunt, non poteſt impedire, vt ea loquitur: id (eſt vt ſatis declarat) non poteſt facere, quin filius ipſe eis liberè & ſine patris impedimento vtatur, fruatur, tanquam ſuis, poſt vigeſimum annum eiuſdem filij matrimonio mancipati, aut 25. non mancipati. Et ſi id concedamus, ut ſcilicet poſſit reuocare, non propterea patris erit ea res retracta ex ea pecunia donata, ut in ſimili dicimus, quòd ſi vxor emit pro ſe & proprio nomine ex pecunia viri uerè uel præſumptiuè, tamen dominiũ ipſius rei ſibi quæritur, quamuis teneatur, quatenus locupletior facta eſt. l.1. & l.multum, in princ. & ibi Doct. C.ſi quis alte. vel ſibi. & l.& ſi de tua. C.de dona. inter vir. & uxor. Bart. in l. & ſi inſtrumenta, in fi. per eum text. & ibi quoque Ang. C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib.10. & Bal. conſi.67. punctus talis eſt, domina Magdalena, col.1. verſ. ſecundo caſu, lib.4. Angel. conſ.141. ſuper primo puncto, in princ. Et idem de fratre emente de pecunia communi, ut res ſit ipſius ſolius. l.qui aliena. C. ſi quis alteri uel ſibi. & l.ſi patruus. ſecundum unam lect. & ibi Bart. & Bal. C.commu. utriuſque iud. cum alijs concord. à me adductis tum alibi, tum infra, eodem titul.§.32. num.17. nec denique.



*Vxor emẽs ſuo nomine ex pecunia viri ſibi acquirit. Similiter & frater emens ex pecunia communi.*

65 VERVM huic rationi non admodum fidendum videri poſſet, propter ea quæ tradit Io. Plat. in d.l. & ſi inſtrumenta, illud intelligens, quod ſupra diximus de re empta nomine uxoris ex pecunia mariti, niſi ea res eſſet empta ex pecunia ab ipſo marito donata: tunc enim res ipſa marito acquiritur, poteſtq; is eam vendicare, ut ecõtrario vxor rem à marito emptam ex pecunia uxoris illi donata, per l.vxor marito. ff.de donat. inter vir. & vxor. quem ſimpliciter ſequitur Io. Lup. in rep. Rub. de dona. int. uir. & uxor. §.60. col.5. uerſ. ſed in caſu. Sed ille tex. nuncupatim loquitur, cùm maritus alias non eſt ſoluendo, ut etiam dicit Bal. ibi. & glo. in l.ſi filij tui, in gloſſ.1. in fi. C.eo.tit. Bart. in l.ſi ut proponis, in fi. & ibi quoque ipſe Bal. in 5.q. Ang. paulò ante fin. & Paul. Caſtr. in fin. C.de rei uend. Ex quibus Ang. dicit, eum text. ita intellectum, eſſe ſing. Et id quidem Ang. in d.l. ſi filij tui, in fin. dicit generale eſſe in omnibus, qui rem quampiam emunt nomine alieno ex ſua tantùm pecunia. Sed de hoc vltimo vide Bald. in d.l.ſi ut proponis, in 3.q. iterũque in d. 5. quæſt. Verùm ex ijs potes intelligere, nihil hæc obeſſe noſtro caſui.

66 *Pecunia, quam pater donat filio, an ſit patris.*

QVANQVAM & illud præterea dici poteſt, eam pecuniam, quam pater donat filio, non eſſe patris, nec ei acquiri: per id quod voluit glo. not. in d.l. frater a fratre, in glo. magna, ad fi. ff. de cond. indeb. quod quando obligatio deſcendit immediatè à patre in filium, non reacquiritur ipſi patri, licet ſecus ſit, quando aliunde prouenit. Quam glo. approbant omnes Doct. ibi. Et eam ad dominium & donationem à patre factã filio, trahit Iaſon ibi in lect. char. pen. verſi. aſſumo ſextam. & Ferd. Loaz. in repet. l.filiusfam. §. Diui. char.15. num.103. ff. de leg.j. Et pro hoc optimè facit, quod dicimus in ſimili, quòd licet per ſeruum domino quæratur, ſi tamen unus dominorum aliquid donet ſeruo communi, nihil hinc ſibi quæritur, ſed alijs dominus tantùm, ipſius donantis ſocijs. l.uerùm. §.ſi ſeruo communi. & ibi glo. & Bald. ff. pro ſoc. & l.ſi Eros. ff. de optio. leg. Et quod in alio ſimili ſcribitur in l.ſicut. §. idem Papin. ff. quib. mod. vſusfruct. amit.

67 *Pater tacitè emancipat hoc caſu.*

SED & hoc caſu attentari poteſt, patrem, qui nomine filijfamilias facit iſtum retractum, atq; in id confert pecunias, videri tacitè filium ſuum, quãtum ad illum actũ, emancipare: per id quod in ſimili not. tradit Oldr. conſ.26. pater conſenſit filiæ. quòd ſi ſint duo fratres in poteſtate patris, unus poteſt alteri donare bona profectitia, conſentiente ipſo patre. l.ſi permittente. C. ad S. C. Maced. & l.tam his. ff. de dona. cauſ. mor. nam conſentiendo (inquit) videtur emancipare filium, quo ad eum actum. Et idem nulla ipſius mentione facta, tenet eius diſcipulus Io. Andr. in addi. Spec. tit. de inſtr. edi. §. porrò. uerſi. quid ſi filiofam. & Franc. Aret. qui id dicit ſing. & nouũ, nutans tamen, in l.placet. col.2. verſ. eſt & alius. ff. de acq. hæred. & Iaſ. in fi. l.1. §. hoc autem. ff. ad S. C. Trebell. in vtraque lect. & in l.ſi is qui pro empt. col.40. nu.179. itẽ adde. ff. de uſuc.

68 *Nullũ doli aut fraudis præmium.*

DENIQVE ſi diceremus, patrem poſſe reuocare hãc donationem, & ita ad ſe retrahere, quod ipſe nomine filij iure ſanguinis retraxit, cùm ipſe ſuo ipſius nomine retrahere non poſſet, fraus ipſius patris ſubijcientis nomen filij, cederet illius lucro & commodo: quum iniquum ſit, ob ſuum facinus aliquid lucri facere, ut dicit. l.ſi ab hoſtibus. §.1. ff. ſol. matr. & l.vltim. in fi. C. de reb. cred. & l.itaque. in princ. ff. de furt. cùm dicitur. ſed nemo de improbitate ſua conſequitur actionem. & l. ſi remunerandi. §. Maurus. ff. mand. ubi ita ſcribitur. Nullã actionem eum propter ſuam calliditatem habere. & l. ita demum. ff. de arbit. ubi dicitur, ne quis doli ſui præmium ferat. & l.uerùm. §. tempus. ff. pro ſoc. ubi ſcribitur, æquum non eſſe dolum ſuum quenquam releuare. & l.1. in princ. ibi. nec uel illis malitia ſua ſit lucroſa. & iterum. l.ne ex dolo, ibi, ne ex dolo ſuo lucrentur. ff. de dolo malo. & l.ſed & ſi. §. planè, in fi. ibi, ne & ſua calliditas proſit. ff. ad exhi. & l.pen. C.de legat. ubi dicitur, ut non accipiat fructum ſuæ calliditatis. & l.dubium. C.de repud. ubi idem propè text. eſt. & l.2. C.qui mili. non poſſ. lib.12. & c. ſedes. & c. ex tenore. extra de reſcript. & c. ex literis. quod eſt 2. extra de dolo & contu. & c. ad noſtrã. de empt. & uend. ubi ita ſcribitur. Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent. & c. paſtoralis. §.ult. de off. deleg. & c.ſtatuimus. eo. tit. lib.6. & c. dictũ. & ibi glo.30.q.1. & benefacit. l.2. ff. de eo per quẽ fact. erit. & ibi concord. in glo. & l.ſiue hæreditaria. ff. de nego. geſt. & l.ult. ff. de interdict. & releg.

ET quanquam pater faciat fructus ſuos ac quæſtum ſui filij vſq; ad ætatem viginti aut vigintiquinq; annorũ ipſius, ſecundum diſtinctionem noſtræ conſuetudinis, ſuprà à nobis citatæ, ſi harum rerum à ſe prius venditarum, & poſtea nomine filij retractarum, etiam fructus ſuos faciat, vt aliorum acquæſtuum, de quo poſtea dicemus, id certè nõ eſt conſiderabile, nec quicquam mutat ex noſtra ſententia, cùm id, quod principale eſt, non ei quæratur, argu. dict. l.1. ff. de auto. tut. nec quod principale eſt, vitiatur ob acceſſorium ſiue ſequelam vitioſam. l.Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt. & l.pupillari. ff. de vul. & pup. ſubſt. & l. poſt legatum. §. qui principale. ff. de his quib. vt indig. nec etiam vitiatur diſpoſitio facta in perſona expreſſa & capace, ex eo quod quæritur alteri non capaci. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. inter virum & vxor. & l.ſi is qui. ff. de lib. legat. Quibus rationibus motus Signor. conſ.114. thema ſic ſe habet: Quidam habens filium conſuluit auum, qui filium ſpurium hæredem inſtituere non poteſt, poſſe tamen nepotem ex eo legitimum inſtituere, etiamſi uſusfructus ipſi filio acquireretur. De qua re latè diximus in tractatu primogenituræ, quæſt.12. Et facit etiã quod dicemus infrà, eodem titul. §.26. in glo.1. num.30. quintò intellige. 69

*Principale nõ vitiatur ꝑpter ſequelam vitioſam.*

70 *Pater ali non debet de bonis, quibus priuatus eſt.*

ET hanc quidẽ partem, vt ſcilicet filiusfamiliàs, aut pater ipſius nomine, poſſit retrahere rem à patre venditam, nuncupatim, & in hac ipſa ſpecie tenuit Claudius Marletus uir ſanè legum peritiſſimus, quantum ex hoc vno ipſius conſil. conijcere potuimus, quod poſitum eſt inter conſil. Chaſſ. conſilio 23. deceſſit Catherina, colu.5. uerſicul. item & quòd filius. vbi expreſſim reprehendit ipſum Chaſſe. contrarium tenentem, quo loco ſupra citauimus: dicitque eum et hanc ſententiam aliquando fuiſſe ſecutum. ſed poſtea fauore cuiuſpiã amici contrarium conſuluiſſe: et cùm poſtea Commentaria illa in Burgundionum cõſuetudines ederet, veritũ fuiſſe

verio-

veriorem partẽ ſequi. Sed & eam ſententiam nouiſſime ſecutus eſt D. Ferronus Regius apud Burdigalam conſiliarius in Commentarijs conſuetudinum eius gentis, hoc eod.titu.§.10.& D.Boer. eiuſdem Curiæ Præſes illuſtriſſimus,deciſ.12.& prædicta faciũt.& latius deciſ.138 an filiusfam. in quibus locis tradit ita fuiſſe iudicatum ſæpius in Curia Burdiga. & ante hos Maſuer.in hoc quoque eod.titul.de retractu.§.item filiusfamiliàs, ubi dicit haud dubiè huiuſmodi filium admitti ad hunc retractum, quo ad proprietatem,& fortè etiam quo ad uſum fructum,qui forte hoc caſu patri non quæritur,ar,l.cum non ſolum.§.1,uerſic.ſiue ex contrario,cum Auth.excepτis.& ſeq.C.de bo.quæ lib.

71 CVI in hoc articulo, cùm ſcilicet dicit, vſumfructum hic patri non quæri. [conſentit Aegid. Bellamer. idem expreſsè in hoc caſu volens in ca. conſtitutus, col. 10.verſi.plus dicebam.de reſt.in integ.his quidem rationibus motus, quòd qui poteſt ſibi & alijs acquirere, ſi acquirit quod illis alijs quærere non poteſt, ſibi totum quærit.l.ſeruus meus.& l.homo liber. §. quicquid. ff. de acq.rer.dom.Præterea quando quis per ſe ſibi non poteſt quærere propter factum ſuum,ut hic pater qui ipſe uendidit, nec etiam per eum poteſt, qui ſuo iuri ſubiectus eſt,ut patet ex ſolutione l.non minus.ff. de hæredib. inſtit.& l.ſi mihi.§.regula.ff.de lega.1.& l.neque per ſe,C. de hæred.inſtituend collatis illis quidem ad l.debitor.§. vlti.ff.de leg.2.& l.ſi maximè.ff.de ſer.leg. Nam & hinc videmus ꝙ ſeruus quærens rem, quam alter dominorũ ipſe quærere non poteſt,alteri ſoli acquirit.l. item ſi ſeruus.in princ.ff.de ſtipu.ſeruo.]

72 QVIBVS & tu adde tex.in ca.1.§. ſi verò uiolator. titu.de pace tenen. Ex quo not.Bal.col.3. totius princ.& & poſt eum Mart.Laud.Alua. & Cardi.Alex. ꝙ quando pater priuatur quibuſdam bonis, quæ quidem,uel eorũ portio reſeruatur filijs,pater ex illis ali non debet,Quod & idem uoluit Bald. ad hoc not.illum text. quem dicit not.in Authen,bona damnatorum,col.2.uerſi.hic quæro,dicit ſtatutum,C.de bonis damn.& Socin.conſ.124. viſo ſtatuto inclytæ ciuitatis,col.3.uerſi.confirmatur iſta opinio,lib.3.Sed & hoc propius fulciunt,qui in illa ſpecie de inſtitutione nepotis ex ſpurio, de qua nuper ex Signor. locuti ſumus, dicunt vſumfructum eo caſu patri non quæri, etiamſi id dictum non fuerit. Inter quos eſt Bar.in l.Gallus.§.quòd ſi is.in fi.& ibi etiam Ange.Imo. Franc.Aret.col,3.& latè Alex.col.3. Socin.col.2. uerſic. tertiò principaliter.ff.de liber.& poſthu.idem Bar. conſ. 116,Oducius,colum.2.Bal.conſil.388. reſpondendo ad dubia,col.2.lib.5,Salyce.in l.vltim.col.vltim. C. de natur.lib.Paul.Caſtren.conſ.467.viſo dict. puncto,colum. penult.verſi.ad aliqua,lib.2.Guid.Pap.conſ.94.effectus, col,3.uerſi.præterea cum patri.Steph. Bertran.conſi.96. etiamſi uerum eſſet,col.1.verſi.& quod dixi,libr.3.cum alijs concord. adductis a recentioribus in dicto.§. quid ſi is.& Alexan.conſi.88.omiſſis trib.in 6.dubio, libr.7. Aut certè, ſi ut quibuſdam placuit,ponatur clauſula,ne vſusfructus patri quæratur, tunc haud dubie ualebit inſtitutio,ut per eundem Bart.in dict.§.quid ſi is, col.1.& ibi quoque Socin.columη.1.uerſ. ſecundò in quæſtio.& Bald. conſi. 146. titulus princip. colum.2.lib.1.& dict. conſi.388.col.2. libr.5.& Alber.in l.adoptiuum.§.1.ad fin.ff.de in ius uocan.

*Fratri ſpurio nõ quærit uſusfr. bonorũ relictorum filijs eius ab auo eorũ.*

73 FACIT & quod ſcribit Bald. in l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſatio.tuto.poſt Paul.Liaz.& Ang.quempiam Aurelianum, ꝙ pater executor teſtamenti, poteſt eligere filium pauperem, ita tamen, vt ſibi vſusfructus non quæratur, & id ſequitur Benedict.Capy.conſil. 54. punctus quidem Angel.col.penulti.Et quod a pleriſque traditur, quòd licet pater non poſſit autoritatem accommodare filio ad ſuum ipſius commodum, dict.l.1.ff.de autor. tutor. tamen poteſt filio quærenti, aut etiam uni ex filijs donanti alteri præſtare autoritatem. Sed hoc faciens non ſibi quærit vſumfructum. Ita enim uoluit gl. in d.l.1,in princi.in verbo,non acquirit, in fi.& ibi quoque Dyn.& Bart.tum uerſi, quid ſi pater. tum item verſ. quærit gl.ff.de autor.tut. Bal.in ſua margarita, in verbo, parentes,col.1. uerſi pater conſentire poteſt. vbi in hoc dicit eam gl.ſingu.Et ad hæc omnia facit optimè tex. in l.Imperator. ff.ad Senatuſconſul. Trebell. & in l.Aemilius.§.1.ff.de minor.cum ſimilib.Imò ſunt,qui hoc caſu conſtanter cenſent quæri vſumfructum patri:cùm in cõſequentiam,& non principaliter quæratur, vt per Ioann. Andr. poſt Petr. Cer. in addit. Spec.tit.de inſtrum. edit. ſ.porrò,col,1.verſic.quòd ſi filiusfamiliàs. De quo & tu uide Bal.in l.bonorum, col.ult.uerſi. & ex prædictis. C. qui admitt.ad bon.poſſeſ.& conſi.290. hæ qõnes,col.1. lib.4.& Bar,in l.impuberem.§.1.ff.de fal.

*Pater executor, eligens filiũ pauperem non habet vſumfru. Pater autoritatem præſtãs,an ſibi quærat vſumfr.*

SED & huc ſpectat tex. in l.3.ſ.denique. uerſic. ſed 74
an hoc auxilium.ff.de minor.ubi ſi filiusfamiliàs minor iuſſu patris obligatus ſit,is reſtituitur ex his cauſis, quæ ipſius interſunt; ſed ea reſtitutio minimè patri prodeſt. Et tex.optimus in l.Sulpitius. ff.de donat.inter uirum & uxo.ubi ſi mulier patri fundum tradiderit, uti reſtituat filio: ſi id egit,ut maritus interim ex eo aliquid commodi ſentiret,non ualet traditio: alioquin ſi ſolo eius miniſterio uſa eſt, ualet. Vides igitur ex eo tex. quòd maritus aliàs prohibitus,non poteſt,nec debet,aliquid commodi ſentire ex eo, quod uxor donat filio. Et hanc quoque partem adiuuat, quòd cùm olim non ualeret donatio à matre facta filio, quia patri quæreretur, ut ſupra diximus,certè ſi aliquo caſu ei non quæreretur, ualebat donatio,ut ſatis conſtar ex d.l.1.ſ.uerbum poteſtatis, ſupra allegato.uerſi.ſed ſi in caſtra. Ex quo inferunt Iac.Aret. & Bal.qui eum.§.legit. cum §.qui in eiuſdem,quòd cùm hodie quæſita a filio, non quærantur patri, niſi quo ad uſumfructum d.l.1.& l.cùm oportet. C.de bon.quæ lib. poteſt etiam hodie mater filio donare, ſaltẽ quo ad proprietatem. Imò ſunt, qui hoc caſu, cũ mater donat filio, dicunt ualere omninò donationẽ,nec ex ea quæri uſumfructum patri. Ita enim uoluerunt Azo in ſumma. C. de donat.inter uir. & uxo.col.2.uerſic. item & quæ contingunt.& ſequ.& Iaco.Aret.& Mar.in l.ſi conſtante. C.eo. titu.de quo & tu uide Cyn. & Bal.ibi. Et facit denique, quod ſcribit ipſe Bal.in c.1.ſ.hoc quoque, col.3. uerſic. accidit,tit.de ſucceſ.feud.quòd ſi pater uaſallus feudum alienauerit, idque ad filium ob id ueniat, non quæritur patri per filium. & ſequitur Franc. Aret.conſi.14.uiſo & diligenter,col.7.uerſi.uenio ad ſeptimum.

*Mater an poſſit donare filio, & an quæratur uſusfr. patri.*

CONCLVDO igitur, poſſe patrem adminiſtratorẽ 75
filij etiam impuberis,in ſua poteſtate conſtituti, uel etiã alium ipſius curatorem,aut ipſummet redimere,ſiue retrahere ex noſtra conſuetudine rem a patre uenditam.Id quod etiam admittit conſuetudo Burdigalenſis, c.13. Sed ita fortè ſecundum Maſuer. non quæratur ipſi patri eius rei uſusfructus,aut aliud commodum, quod tamen ultimum non aſſero, propter ea,quæ ſupra diximus. Sed utcunque ſit, nihil, quantum ad id pertinet, uenditoris intereſt,præſertim cùm proprietas ſit retrahẽtis. Et quia etiam,ſi id concedimus,aut etiam quòd ob id, uel aliàs, non poſſit pater adminiſtrator filio eo nomine retrahere,cùm ſuo non poſſit: uide quid præterea fateri neceſſe eſt,nempe quòd ſi alius, quàm pater conſanguineus filij ex parte matris iam mortuæ, (ne quis nobis obijciat id quod cauetur in ſ.16.huius tit.) uendiderit aliquid, non poſſit pater adminiſtrator filij eo nomine eadem ratione retrahere:nam ipſe quidem pater ſuo nomine nõ poteſt,cùm nõ ſit conſanguineus uenditoris. Ergo ſi aduerſariorum ratio efficax eſt, nec nomine quidem filij, qui nulla adhuc bona habet,quia ſibi (ut dicunt) acquiret uel proprietatem, uel uſumfructum; nec filius quoque admittetur,cùm acquireret patri, qui non eſt conſangui-

*Deciſio prĩcipalis quæſtionis.*

neus



neus venditoris. Et tamen nemo ſanę mentis id admittet. Ideoque nec hic ſequendam eſſe opinionem Chaſſ. arbitror, præſertim verò in filio emancipato, id enim omninò ſine dubio eſt.

76 VEREBAR cùm hæc commentarer, ne ſi quando Chaſſeneus hunc locum legeret, pro more ſuo vehemẽtius in nos excandeſceret, quòd ab eius opinione auſi fuiſſemus diſſentire. Eam enim ob cauſſam iam olim in nos ſtomachum eruperat,nam pridem in quadam ſectione ex noſtris in Pictonum conſuetudines Commentarijs, cui de Legibus connubialibus titulum, nuncupauimus, ſemel atque iterum ab eius ſententia diſceſſimus; ita tamen, ut honorificam ſemper de eo mentionem fecerimus, plus fortè ei gratiæ, quàm res & ueritas concedebant, tribuentes. Is autem erroris ſui conſcius, cuius eo in loco admonitus fuerat, in duabus poſtremis Commentariorum ſuorum in Burgundiæ conſuetudines editionibus dalinodiam, ceu alter Steſichorus, canit, ſententiam mutat, vſurpatis quoque noſtris teſtimonijs, quibus lapſum eius planè oſtenderamus. Quod tamen adeò cautè & veteratoriè ab eo factum eſt: vt non niſi à perſpicaciſsimo Lectore diligentiusque intuente deprehendi poſſet. Nam cùm aliàs,ſi quæ ex priori editione immutaſſet, emendaſſet, detraxiſſet, aut etiam addidiſſet, additionis notula ſignificare conſueuiſſet, eo tamen in loco, quo in noſtram ſententiam adductus, ſuam mutauit, eam additionis notam conſultò prætermiſit, ſcilicet ne eam recantationem indicaret, quæ gloriæ hominis veluti tenebras allatura videbatur, qui omnia à ſe vel dicta, vel ſcripta ἀκίνητα eſſe ſemper voluit, vel (quod conijcio & veriſimilius eſt) vt apud eos, qui duo poſteriora illa Commentaria tantum euoluiſſent, non etiam priora,me falſæ calumnioſæque reprehenſionis aut criminationis reum faceret. Eam autem coniecturam cepimus, quod etiam nos in eo libro,quem Catalogum gloriæ mundi inſcripſit, plagij inſimulare conatus fuerat. Dicebat enim compilatas à me Lod.Cælij Rod. lucubrationes,lib.13. cap.7. ex eoque pulchritudinis laudes, quas in noſtris Legibus connubialibus deſcribo, corraſiſſe, diſſimulato tamen & ſuppreſſo ipſius Cęlij nomine. Sed eam criminationem falſam comperiet quiſquis eum in manus ſumpſerit. Nam illic nihil eſt omninò ſcriptum de laudibus pulchritudinis, quod in illis noſtris Legibus ſit quoque adſcriptum, præter vnum Procli locum. Neque tamen Cælius,qui Proclus ille fuerit(multi enim autore Suida fuerunt)declarat:neque librum, in quo ea ſcriberentur, cùm is multos ſcripſerit, deſignat. immo nec ſententiam illius niſi conciſè & carptim deſcribit. Ego autẽ Proclum illum Lycium Platonicum eſſe oſtendi, librum nuncupatim annotaui, tum etiam ex eo ſententiam integram exſcripſi, vt liquere exiſtimem à me lecta primum & diligenter Procli ſcripta,ex quibus quę à Cœlio accepta putauit, in noſtros illos Commentarios traduximus. Nec verò tam tardi ingenij unquam fuimus, vt recentiores Commentarios legendos potius, quàm antiquos illos ſanctioreſque claſſicorum autorum libros: riuulos, quàm fontes, ſectandos exiſtimauerimus.Id enim,ex quo literas amplecti cœpimus,ſtuduimus, ut omni genere ſcriptorum inſtructa eſſet nobis Bibliotheca: atque in hac cura ita verſati ſumus, ut τάυτην τὴν βιβλιομανίαν luculentæ fraudi rei noſtræ familiari futuram,agnati gentileſque non ſemel clamitauerint. Hæc paucula, Lector humaniſsime, habui, quæ tibi obiter exponerem, ut intelligeres, quàm immeritò nobis ſuccenſuerit olim Chaſſaneus, tantaſque in nos tragœdias excitarit, nulla etiamnum à me iniuria uel tantilla laceſſitus. Locus autem hic me admonet,imò urget acerrimè,ut enumerem,demonſtrem, deſignemque,plus quam ſexcentas paginas integras, quas Chaſſ.ex noſtris illis Legibus connubialibus(vt de alijs autorum vigilijs taceam) nec immutato quidem vocabulo, atque adeò cùm calcographorum mendis,in illo ſuo Catalogo pro ſuis vſurpauit, eas enim deſignari ſibi expetebat belius ille literator Annellanus. Sed vt id ipſum in ſecundam editionem illius noſtri operis ſemper reieceramus, opportuniore loco & aptiore facturi, ita & plurima alia omitto hìc prudens, quorum etiam te admonere cõſtitueramus, niſi mors hominis aliàs docti,&,vt ab alijs audiuimus, probi,nobis allata incepto deſiſtere ſuaſiſſet.

*Autor ab iniuria Chaßenei ſe aſſerit.*

*Vide in ll. cõnubialibus.in glo. 11.in verbo, ne peult, verſi. et in hanc, & ſeq Vide Chaſſe. tit. des droictz & apartenãces à gens mariez,in verbo, ne peult faire, verſi. ſed in hoc.*

SED,vt ad inſtitutum redeamus,illud quæritur, an pa 77
ter ipſe tanquam adminiſtrator ventris ſuæ vxoris,id eſt filij nondum nati,qui ſcilicet in ventre vxoris eſt, poſſit hunc retractum facere, nam & hoc in facto vidimus. Finge igitur(ne incidamus in dubium præcedentis quęſtionis)quòd poſthumus ille fuit à quopiam hæres inſtitutus,quod fieri poteſt,vt patet per tit.de libe.& poſthu. aut quòd quiſpiam ei bona aliqua legauerit vel donauerit.Nam & id quoq; fieri poteſt.l.qui quartam. §.ſi eius. & l.qui filiabus,in princ.& § ſi quis ita. ff.de legat.1. Ex illis igitur bonis vult pater, vt adminiſtrator ventris,aut etiam alius curator uentri datus, retrahere rem à patre aut etiam alio conſanguineo(hæc enim omnia ſimul expediam)uenditam, vtrum poſſit? Quod videtur, quia vterus in his,quæ ſuum ipſius cõmodum reſpiciunt, pro iam nato habetur. l. qui in vtero. ff.de ſtatu homi.& ibi concor.in glo. ideoque & ei competit in integrum reſtitutio.l.etiam ei.& ibi gloſſ.& Docto. ff.de minor.quem ad hoc dicit ſing.Bald.in Rub.extrà de in integ.reſtit.ad fin.& in c.1.col.1. verſ.ſecundò not. & ibi quoque Fely. col.2.verſ.ſubdit, extrà de præſcrip.De quo etiam Paul. Caſtren.conſ.17.col.3.ad fin.& Fran.Balb.in tract. præſcrip.fol.47.col.3. num.44. Et actio negociorum geſtorum, vt uoluere gloſſ.& Bart.in l.cùm pater.ff.de negoc. geſt.Et bonorum poſſeſſio contra tabulas. ff.de vent. in poſſeſſ.mit.per totum.Mittiturque in poſſeſſionem legatorum.l.communi.§.ſed & ſi.ff.com.diuid.Nam ei directò, & per fideicommiſſum relinqui poteſt.l.cùm inter. C.de fideicommiſſ.liber.& è diuerſo eius fidei committi.l.1.§.ſciendum.ff.de legat.1. quanquam ea l.loquitur de eo,qui nondum natus eſt, & ita obtinet in omni poſthumo etiam nondum concepto.Eique dari poteſt curator.l.1.§.quoties,eod.tit.& l.Titius,quæ eſt pen.§.ſi à Prætore.ff.de excuſat.tuto.cum ſimil.Atque etiam tutor ex teſtamento patris.d.l.cùm pater. ff. de nego.geſt.& §. cùm autem,Inſtit.de tute.Succeditque etiam in his, quę ſunt dignitatis hæreditariæ,& adminiſtrat per curatorẽ. Bal.in l.vltim.in fin.C.de teſtam. milit. Ex quo Cardin. Alexan.in c.1. col.2. verſ.quid ſi dominus,titu.quæ fuit pri.cau.bene.amit.tradit, quòd ſi dominus moriatur relicta vxore prægnante,dandus eſt uentri curator, à quo vaſallus petet inueſtituram nomine ipſius uentris,cuiq; fidelitatem præſtabit.Teneturque mater petere curatorem ventri, vt infanti filio. l.2.ſ.item ſi adhuc prægnãs. ff.ad Senat.Conſul.Tertul. & voluit Bald. conſilio 288. Quidam deceſſit,in fine libro ſecundo, & conſilio 297. viſis.& ſuprà libro tertio,& diximus latiùs in repet.l. ſi unquam,in uerbo ſuſceperit liberos, nume. 144 [ſed & illud.] Et vterus legitimari poteſt, vt dicitur voluiſſe Bald.in l.naturalis,in fin.titu.ſi de feud. fuer.conten..inter dom.& agna.de quo nos in noſtro tractatu nobilitatis,capitu.6,numero 45.at illud in dubium, & ſequent.

*Quæſtio, an pater tanquam adminiſtrator vteri vxoris.aut curator ipſius, poſſit retrahere Vterus poteſt heres inſtitui. Vtero legari põt, & donari Vtero cõpetit in integ. reſti. Et actio, negociorũ geſtorum.*

CONTRARIVM quoque videtur, quia pater nõ 78
poteſt eſſe adminiſtrator filij, niſi eius, quem habet in poteſtate, ut not.in l.prima,C.de bon.mater. At uterum non habet in poteſtate.l.ultim.ff.de collat.bon.& l. ulti.ff.de aſſig.liber.& d.§.cùm autem.Inſtitu.de tute.

*Vterus non eſt in poteſtate patris.*

E cùm

cùm dicitur, ſi modò in ea cauſa ſint, vt ſi uiuis parentibus naſcerentur, in eorum poteſtate fierent, Bal. qui id dicit not. in l. ſi filios. §. 1. in fi. ff. de lib. & poſth. Ideoq; ſi teſtator rogat hæredem, ſi deceſſerit ſine liberis in ſua poteſtate conſtitutis reſtituere hæreditatem alteri, ſi heres moritur relicta vxore prægnante, locus eſt ſubſtitutioni. De quo vide Alberic. in l. Neratius. ff. de manu. teſtam.

*Vterus nō rumpit teſtamentū.* *Vtero tutor dari nō poteſt.*

Nec dudum enim vterus ſuus eſt l. 1. §. toties, ibi, inter ſuos hęredes futurum erit. ff. de ventre in poſſeſſ. mit. & in dict. §. cùm autem, cum alijs multis ſim. & concord. text. & Doct. à me collecti, in repet. l. ſi vnquam, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 139. ad hæc vterus. In quo toto cœlo errauit Alex. qui contrarium dicit, in l. ſi filius qui patri. col. 6. verſ. fallit in poſthumo. ff. de vulg. & pupil. uti etiam facit Socin. in l. 1. col. 28. verſi. nec obſt. allegata. cod. tit. Propterea nec rumpit teſtamentum, donec natus ſit. l. 3. in princip. verſic. ex his apparet. ff. de iniu. teſt. cum ſimil. Nec etiam tutor ei dari poteſt. l. ſi nemo tutorem. §. vlt. ff. de teſta. tute. & l. ventri. ff. de tutor. & curat. da. ab his. & l. 1. §. ſi quis quaſi, iuncta glo, ff. de eo qui pro tut. & gloſſ. in rubr ff. de tute. & Ioan. Plat. & Ang. Aret. in dict. §. cùm autem. Inſtit. de tute. Nec contrarium probat d. l. cum pater, de neg. geſt. quia ibi magis adminiſtrauit de facto, quàm de iure, ut dicit gloſſ. & Doct. ibi. Dictus autem §. cum autem, de tutel. & ſimiles text. loquentes de tutoribus datis poſthumis, intelliguntur, vt ſint tutores ipſis poſthumis natis, nam & hi poſthumi dicuntur. Is autem curator uentri datus, continuò decedit ſuo munere, quàm infans natus eſt. l. 1. §. tamdiu. ff. de ven. in poſſeſſ. mit. & voluerunt Ioan. Pla. & Angel. Aret. in dict. §. cùm autem. Et ad hęc omnia optimè facit text. in l. tutor, quæ eſt 4. §. ſi curator ff. de ſuſpect tuto. vbi tamen gloſſ. hallucinata fuiſſe videtur, dū in hoc facit diſcrimen inter iudicem & teſtatorem.

*Vterus an ſit homo, aut animal.*

Cur autem tutor huic uentri dari non poſſit, curator poſſit, ratio hæc eſt, ni fallor, quoniam tutor principaliter datur perſonæ, curator bonis, vt not. in §. certæ. Inſtit. qui teſt. tut. dar. poſ. At is qui nondum natus eſt, perſona non eſt, nec homo, nec animal, vt ex ſententia Empedoclis, Diogenis, Herophili, & aliorum plenè diximus in repet. l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos. numer. 147. quin etiam is infans, & ſequen. C. de reuoc. dona. Tametſi aliter ſentit autoritate Hippocratis, & duorum capitum noſtrarum legum Galenus in eo libro, cui hunc titulum nuncupauit, Vtrum conceptus in utero ſit animal. Sed alicubi in eo libro dicit potentia eum conceptum eſſe, at actu tum fore, cùm in lucem editum erit.

79 *Deciſio princ. quæſtionis.*

Et ego quidem in eadem rep... & glo. nu. 144. ſed & illud, & multis ſeq. vbi tractauimus, vtrum hic infans nondum natus faciat locum ei l. multa in vtráque partem adduximus, quæ & ad hunc caſum noſtrum pertinent, vt ibi videre poteris. Sed vt breuiter hanc rem definiam ac concludam, illud veriſſimum eſt, patrem nō eſſe adminiſtratorem filij nondum nati, ut ſuprà oſtenſum eſt. Ideoq; Bal. conſi. 126. quidam nobilis. lib. 1. qđ propè ad uerbum repetitur conſi. 137. eo. li. 1. niſi quod copioſiùs in poſteriore loco rem ipſam diſſerit, ſed utrobique reſpondit, patrem aut auum paternum non poſſe, tanquàm adminiſtratorem uteri, aliquid facere. Et idem quoque ſine mentione Bal. tradidit Alexan. conſ. 171. viſo proceſſu. colum. vlt. verſicul. non obſt. quod Io. lib. 2. Cùm autem nec tutor ei dari poteſt, ut diximus, & nemo contradicit, curator autem haud dubiè dari poteſt, isq; pro nato habetur, cùm de commodis eius quæritur, ut etiam diximus: non video, cur curator ei à iudice datus non poſſit eius nomine hunc retractum petere: ſicuti & poteſt bonorum poſſeſſionem, ut & ſuprà diximus. Nam & is, modò poſtea naſcatur, ſuccedit, & rumpit teſtamentum, obſtatq; cæteris remotioribus l. pen. §. quamdiu. ff. vnde legi. & l. 1. §. ſi quis proximior. ff. unde cogna. cum ſim. Ex quo etiam potes intelligere eum ad retractum admitti, qui per omnia ſequitur ius ſucceſſionis, ut ſcribitur inf. eo. tit. §. 11. & §. 13. Verùm executio ipſius retractus manebit in pendenti, tantiſper dum in vtero eſt, colligitur ex dictis iuribus, atque etiam ex d. l. vltima ff. de colla. bon. & l. antiqui. ff. ſi pars hæred. petatur.

80 Qvamvis ſciam, Phil. Dec. conſi. 222. viſo puncto. col. 1. in hoc ſtatuto nuncupatim loquentem, reſpondiſſe nondum natum tempore venditionis non admittendum vi huius ſtatuti ad retractum, ea ratione motū, quòd is tunc non poteſt dici filius aut conſanguineus vēditoris, de quo loquitur ſtatutum, per d. l. ult. ff. de colla. bo. [quem nuncupatim ſequitur Maria. Soc. iun. conſil. 22. pulchra eſt præſens conſultatio, in 1. dubio. libr. 1.] Sed quod pace tanti uiri dixerim, ille tex. id non dicit. Et contrarium probatur in d. §. ſi quis proximior.

*Poſthumi in ijs quæ ſūt ſtricti iuris non comprehēduntur.*

Sed pro eius ſententia eſt expreſſa conſuetudo Britonum, ca. veterum conſuetudinum eius gentis, 51. in fi. & reformatarum hoc eod. tit. §. 14. Et ad eam optimè facit, quòd in his quæ ſunt ſtricti iuris, poſthumi non includuntur, l. ſi prægnans. & l. ſi vaccæ, quæ illam confeſtim ſequitur, ff. de euict. & l. non quocunq;. §. Iulia. ff. de leg. 1. & id autoritate illorū tex. voluit Alb. poſt Old. in d. l. qui in utero. ff. de ſtatu. hom. & iterum in prima parte ſtatutorum,

*Vterus an poſſit ſubrogari in locum Decurionis demortui.*

quæ 134 ciuitatis Paduæ, ubi ex hoc dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ut in locū Decurionis demortui aſſumatur quiſpiam ex proximioribus ipſius: ſi moriatur Decurio relicto patruo, & filia prægnāte, præfertur patruus utero, licet hic proximior eſſet, cùm naſceretur: na ſtatuta (inquit) ſunt ſtricti iuris: ideo in his non includuntur poſthumi, ut iā diximus. Hic autem caſus noſter eſt iuris ſtricti, cùm et ſit ex ſtatuto, ut ille caſus Albe. & quia etiam retractus per ſe conſideratus eſt ſtricti iuris, ut dicitur inf. §. huius tit. 35. Et ſimile eſt, quod tradit Bal. etiam poſt eund. Ol. in l. idem erit. in 1. lect. circa medium. ff eo. titul. de ſtat. hom. ꝙ ſi ſtatuto cautum ſit, ut in locum demortui ſumatur proximus ex eiuſdem genere, & nemo ſit natus, ſed ſit aliquis in utero, non expectandum eſt, ut naſcatur: ſed alius confeſtim, & ſine ulla dilatione aſſumendus eſt, per l. petitionem. §. quando autem. C. de aduo. diuer. iud. & l. nullus. quæ eſt 1. ibi, ſtatim atq; illum fata ſubduxerint. C. de agen. in rebus, lib. 12. & idem voluit Alb. in d. l. petitionem. & Angel. in l. Arethuſa. col. 2. uerſ. quid ſi de genere. ff eod. tit. de ſtatum hom.

81 Vervm hæc poſſent procedere, niſi noſtra conſuetudo ſtatuiſſet ius retractus ſequi per omnia ius ſucceſſionis, vt diximus. Cùm igitur poſthumi admittantur ad ius ſuccedendi, ſequitur & eos admittendos eſſe ad ius retrahendi. Nec tamen ea iura ſuprà in princip. allegata ad probandum, poſthumos nō comprehendi in his quæ ſunt ſtricti iuris, huc pertinere videntur: nequ. n. in illis tractatur, vtrum poſthumi admittantur, an non, vtrùmue habeantur pro natis, nécne: ſed illud tantùm, vtrum venter acceſſoriè veniat in vēditione matris, & an eo euicto agi poſſit de euictione, nécne: quæ res quantū ab hoc caſu differat, planum eſt. Iura autem poſtremò à Bald. & Ang. citata, nihil etiam de vtero dicunt, ſed tantùm præcipiunt ſtatim & ſine vlla dilatione aliū in locū demortui ſubſtitui, & id fauore collegij, vt dicunt ipſi Bal. & Angel. nam & hic eſſet periculum in mora, non etiam in caſu noſtro. Ideo & in illa mea ſententiā perſto, ut ſcilicet uterus admittatur ad retractum.

82 *Quæſt. an cōcepti poſt vēditionē admittantur ad retractum.*

Et hæc quidem intelligo, ſi is uterus conceptus tempore venditionis, ex qua ius eſt quæſitum conſanguineis. Si enim poſtea concipiatur, maius dubium eſt, an ſit admittendus. Nam d. §. ſi quis proximior, id quod diximus, intelligit, ſi hic qui in utero eſſe dicit, uiuo eo de cuius bonorum poſſeſſione agitur, fuerit conceptus: nam



nā ſi poſt mortem, neq; obſtabit alijs, neq; ipſe admittetur: quia non fuerit proximus cognatus ei, quo viuo non eſt conceptus. Et ſimile eſt, quod ſcribitur in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legit. Suos quidem poſſe ſuccedere, ſi modò mortis teſtatoris tempore vel in reb. humanis, vel ſaltem concepti fuerint.

*Conceptus poſt mortē defuncti, neq; admittitur, neq; obſtat alijs.*

Et iterū in l. Titius, eod. tit. vbi qui poſt mortem ſui aui concipitur, is neq; legitimam hæreditatem eius, tanquam ſuus hæres, neq; bonorū poſſeſſionem, tanquam cognatus, accipere poteſt: quia lex duodecim tabularum eum vocat ad hæreditatem, qui moriente eo de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuerat. & in l. item Prætor. in princ. eo. tit. vbi Prætor edicto ſuo proximitatis nomine bonorū poſſeſſionem pollicetur his, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt. & in l. ſi quis filio exhæredato, in princ. & ibi Bart. [& Rom.] ff. de iniuſt. teſt. vbi dicitur, ſed hoc ita, ſi aui mortis tēpore in vtero nepos fuerit. Cæterùm ſi poſtea conceptus fuerit, Marcellus ſcribit neq; vt ſuum, neq; vt nepotē aut cognatum, ad hæriditatem vel bonorum poſſeſſionem poſſe admitti. Cuius l. autoritate Bart. in l. nam ad ea, poſt princ. ff. de legib. negat poſthumum conceptū & natum poſt mortem teſtatoris rumpere teſtamentum. Et tex. in l. Paulus. §. Paulus. ff. de bon. libert. vbi etiam dicitur, hos poſt mortem aui conceptos non admitti ad hæreditatem legitimam, neque ad bonorum eius poſſeſſionem. & in l. verum, iuncta gl. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. & in §. cum ante. verſ. planè. Inſtit. de hæred. quæ ab inte. defe. vbi qui poſt mortem aui conceptus eſt, eum nullo iure cognationis tetigit, ideo nec ſuus illi hæres exiſtet, & ibi glo. aſſerit eum illi nullo iure ſuccedere, quam ſequuntur Bal. Io. Fab. Io. Plat. Ang. Aret. & alij ibi.

83 *Nepos poſt mortē aui conceptus, ei non ſuccedit.*

Ex quo tradunt omnes, nepotem, qui poſt mortem aui conceptus eſt, ei non ſuccedere. gl. Cyn. Bal. Sal. Pau. Caſt. & alij in l. ſi quis filium. C. de inoff teſt. gl. Bar. Bal. Ang. Sal. qui ita dicit omnes tenere, Raph. Corn. & alij. in l. vlt. C. ad S. C. Orphi. gl. in d. l. item Prætor. & in l. cū emancipati. ff. de colla. bon. & in §. cum quæritur. & ibi Doct. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. defe. & in §. hi etiam. Inſt. de leg. agn. ſucceſ. Cy. Bal. Ang. Raph. Paul. Caſt. & Corn. in l. qui ſe patris C. vnde liber. & Alber. in Auth. itaque, vterque col. 1. C. com. de ſucceſſ. vbi dicit Cyn. hunc nec iure Ciuili, nec Prætorio ſuccedere. Alber. in Auth. ceſſante. ad fin. C. de legi. hære. Bart. in l. iura. ad fi. ff. de legib. & in l. vlt. col. vlt. verſic. quæro quid ſi filia. ff. ad S. C. Tertu. Bal. in l. affinitatis, col. 1. verſi. item not. ꝙ in hac. C. de ſucceſ. & conſi. 67. qui ſtatutum, poſt princ. lib. 1. quod & iterum repetitur, alio tamen initio. conſi. 397. punctus talis eſt. Ant. lib. 3. vbi ex hoc dicit hos poſt mortem conceptos, non comprehendi in ſtatuto loquente de nepote vel cognato. & conſi. 111. ad conſeruationem. col. 1. verſ. primo caſu. libr. 2. vbi rationem reddit, quia nulla iura conſanguinitatis habuit cum auo [& cōſ. 131. circa prædicta. col. 1. verſ. item nec filij. libr. 2.] & conſi. 132. quanquam ſupra hoc. col. 1. eod. lib. 2. & cōſi. 342. caſus ſuper quo, in fi. eod. lib. 2. & conſ. 383. ad euidentiam, circa medium, eo. li. 2. & conſ. 407. punctus talis eſt. Antonius, poſt prin. lib. 3. quod quidem editum eſt in eadem ſpecie, qua & prima illa duo repetita ſuprà à nobis citata. & Bonacur. inter conſ. eiuſdem conſ. 131. circa prædicta. col. 1. lib. 2. Ang. conſ. 421. Dominus Iordanus, col. 2. vbi id dicit procedere in materia feudali. Petr. Anch. conſi. 365. in themate propoſito, col. 1. Rom. conſi. 442. vt deciſionem. col. 2. Pet. Fer. in titul. forma libe. pro hæredit. ab inteſt. in uerbo, nulliſque ſuperſtitib. col. 3. Corne. conſ. 165. ad euidentiam, col. 1. lib. 1. & cōſ. 7. quæſtio eſt pulchra, col. 1. li. 2. Et idem in aliorum ſucceſſionibus voluit Rapha. Fulgo. qui id tamen optime declarat, conſi. 45. quidam Franciſcus. & conſi. 94. ex facto proponitur. & Angel. Aret. in §. 1. Inſt. de legit. agn. ſuc. & Bapt. Cacia. inter conſi. Soc. in ſubſcriptione, conſil. 152. caſus iſte, quæ ſubſcrip. omnium eſt poſtrema. lib. 1. & Doct. vbique.

84 *Nondum conceptus non eſt de familia.* *Nondum cōcepti nō comprehenduntur in fideicōmiſſo pure relicto familiæ.*

Vides igitur ex ſup. dictis, hunc qui poſtea concipitur, nec ſuccedere, nec ei de cuius ſucceſſione agitur cognatum eſſe. Scis item ius retractus & ſucceſſionis idē eſſe, vt ſup. ſæpius diximus. Ex quibus facilè conſequitur, nec hūc ad retractum eſſe admittendum. Præſertim cùm habeamus tex. in l. ſi ita fuerit. ff. de lega. 3. probantem, eum qui nondum natus eſt, non cenſeri eſſe de familia. Quod & ex eo quoq; probatur, ꝙ in fideicommiſſo purè relicto familiæ illi tantum vocantur, qui fuerunt tēpore mortis teſtatoris. l. cùm ita §. in fideico. ff. de leg. 2. & voluit Io. And. poſt Lamb Ramp. in addi. Spe. in rub. de teſt. col. 3. verſic. item Lamb. ubi addit rationem, quia nondum ſunt in rerum natura, cùm ſubſtitutio locū obtinet. & Sign. conſ. 172. teſtator, col. 2. uer. pręterea ex cōiectura. & conſi. ſeq. in nomine, &c. Apater. col. item 2. & verſ. eiuſdem initij. Pet. Anch. & Imo. in c. indicante. ext. de teſt. Alex. conſi. 22. uiſis ac etiam perlectis, col. 2. ver. quo ad vltim. lib. 3. & conſi. 26. videretur fortaſſe. col. 2. verſ. contra nepotem. & iterum col. vlt. verſ. non obſt. ꝙ d. Thamarotius. eo. li. 3. & conſi. 13. uiſis & perlectis. col. 2. verſ. ſed præmiſſis non obſt. lib. 4. quod idem eſt cum illo 22. lib. 3. & Ioan. Bapt. aut quiſquis alius fuit, conſil. ſeq. adſit Spiritusſancti gratia. col. 3. Soc. in l. ſi cognatis. col. antepen. verſ. quarta & vlt. concluſio. ff. de reb. dub. & conſi. 49. viſo inſtrumento. col. pen. verſ. ſolum tamen videtur, li. 1. & conſi. 113. ſup. ſcripti. col. 3. verſ. arbitror, eo. lib. 3. & conſi. 10. conſideratis, col. 2. uerſ. comprobo etiam, lib. 3. vbi & hoc refert conſuluiſſe ipſum Alex. & Io. Bapt. à S. Seuer. & ſe ſubſcripſiſſe. & idem Soc. conſil. 69. viſo teſtamento. Io. col. 5. ver. præterea etiam ax alio, eo. lib. 3. & conſ. 51. viſa facti enarratione, col. pe. li. 4. vbi hoc intelligit, niſi aliud appareat de mēte teſtatoris. Phi. Dec. in rub. C. de ſucceſ. edic. in prin. & conſi. 205. in cauſa iſtorum nobilium. col. 1. verſ. tertiò hoc idem. & cōſ. 364. viſis his quæ accuratè. col. 1. verſ. eiuſdem initij. Caro. Rui. conſ. 2. eſt in primis. col. 3. nu. 9. li. 1. Cro. & Ferd. Loaz. in rep. l. filiusfam. §. Diui. ille col. 42. ſeptimò quæritur. hic nu. 528. & ſeq. ff. de leg. 1. Alcia. in l. pronunciatio, in verbo, agnatorū. ff. de ver. ſig. Ant. Rub. cōſ. 28. circa præmiſſam. col. 2. ver. etſi dicat. & iterum col. ſeq. ver. item ex que. & Iaſ. inter conſ. illius conſ. 37. circa dubiū, col. 2. verſ. ſecundò moueor. & Steph. Bert. conſi. 16. ex themate, nu. 37. lib. 4. ubi & id trahit ad caſum non longè noſtro diſſimilem.

85 *Nec in legato.*

Sed & idem quoque obtinet (ne id omittamus) in legato puro, relicto cognatis ſiue conſanguineis, vt ſcilicet non niſi illis competat, qui ſunt concepti tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, & ſic eo tempore quo legatum defertur non qui poſtea concepti ſunt, per tex. in d. l. ſi cognatis. & ibi Bar. & alij, & inter cæteros latiſſimè (qui mos ei propè perpetuus eſt) Soc. ff. de reb. dub & voluit etiam Ro. conſ. 231. præmiſſorum Doct. in prin. & iterum conſ. 134 pro declaratione, in. 4. dubio, vbi id intelligit, niſi aliud appareret de voluntate teſtatoris. & ipſe Soc. d. conſil 49. col. pen. vbi. ſuprà, in verſ. præcedenti, lib. 1. & quiſquis is fuit inter conſi. Alex. d. conſil. 14. adſit ſpiritus. col. 3. lib. 4. Benedict. in repet. ca. Raynutius. in verbo, & ſoboles. num. 38. extrà de teſtam. & benè facit l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 1.

86 *Conceptus poſt emancipationē patris non dicitur agnatus.*

Et hæc alijs multis rationibus, & Doct. ſententijs fulciuntur. Nam gl. in l. qui ſe patris, & ibi Bar. C. vndè libe. tradunt conceptum poſt emancipationē patris, nō venire appellatiōe agnatorū, & ſequit' Bal. in l. meminimus. C. de legi. hær. & Phil. Dec. alios allegat, cōſ. 13. cuius ſupſcriptio incipit, an appellatione. col. 3. ver. & licet hodie. de quo tamē vide Bal. & Recentiores in d. l. qui ſe patris, facit & quod ſcribit Spec. tit. de feud. §. vlt. col. 1. in eadem

*Noxia patris in dominum, an noceat filio.*

*Multa de conceptis poſt tẽpus.*

quæſt.an felonia, quam vocant,noxia malo dicere) patris clientis,id eſt,vaſalli, vt & ipſi uocant,noceat filio: vbi dicit quòd ſi feudum cepit ab auo, eoq; viuente nepos conceptus non eſt, ei nihil obeſt patris noxia, quia ex perſona aui nihil petere poteſt, cùm inter utrumque nulla conſanguinitas fuerit, per d.§.ſi quis proximior.& dict.l.ſi quis exhæredato.Sed & Bar.in d.l. item Prætor. ff. de ſuis & legi. tradit, quòd ſi banniantur nobiles & eorum filij & nepotes, non comprehenduntur, qui poſtea concepti ſunt. Quod & voluerunt Bal.& Ang. Aret. in d.§.cum autem.Inſt.de hære.quæ ab inteſt.defe.Idem autem Bal.in l.voluntas,in fin.C. de fideicomm. dicit ꝙ prohibitio alienandi extra familiam intelligitur de conceptis tempore teſtamenti vel mortis, per text.ibi, & in d.l.ſi cognatis.Idem Bal.conſi.488.caſus talis eſt, quidã Titius, lib.3.ſcribit,quòd ſi teſtator ſubſtituit proximiores,intelligitur de his qui erant concepti tempore mortis ſuæ, & conſi.334. factum tale eſt,magiſter Ambroſius,col.2.lib.4.dicit hos nepotes poſt mortem aui conceptos, nũquam originem eius ſequi, nec in fauore, nec in odio,vt qui eis nũquam fuit agnatus aut cognatus. & conſi.150. proponitur quod quidam teſtator, in 1.dubio,lib.5.vbi dicit, quòd ſtatutum, quo cautum eſt,neptem dotatam ab auo, non ſuccedere dotanti, nec deſcendenti ab eo, non habere locum in ea, quæ viuo ipſo auo concepta non eſt, vt quæ tunc propriè neptis eius non ſit, nec poſt mortem ipſius poteſt incipere eſſe neptis eiuſdem. Subiungitq; id non ſolum procedere in materia ſucceſſionum, ſed etiam generaliter. Ideoque & in ſtatuto prohibente, ne militum nepotes intrent in palatium,quanquam in caſu illius ſtatuti contrarium conſuluit ipſe Bald.alio conſil.ſcilicet 176.ſtatuto cauetur,eod.lib.5.

*Alia de huiuſmodi cõceptis poſt tempus.*

87 SED vt redeamus,idem Bal.conſi.162. quidam Frãciſ.in fin.eod.libr.5. tradit huiuſmodi nepotes pauperes ex filio ſpurio,haud dubiè eligi poſſe ab executorib. teſtamenti aui, quo bona iuſſa ſunt diſtribui inter pauperes,licet dubitetur de cæteris antè natis.Et Corn. conſi. 197.circa primum,poſt princ. lib.1. quòd auus non poteſt facere teſtamentum nepoti nondum concepto tempore mortis illius,nec ei ſubſtitutionem facere, cùm nũquam fuerit in eius poteſtate,nec cenſeatur fuiſſe ipſius cognatus vel conſanguineus. Et Ang.Perig.in rep.l. in ſuis.col.9.ff. de liber. & poſt. dicit eam l.non habere locum in eo,qui poſt mortem aui conceptus eſt. Et Franc. Aret.inter con.Socin.in ſubſcriptione conſi. 152. caſus iſte,(ea autem ſubſcriptio eſt in col.8,eiuſdẽ con.lib.1.) dicit quòd licet dubium ſit,an appellatione filij in teſtamento veniant nepotes, tamen ſi ipſi nepotes nondum erant concepti tempore teſtamenti, nec tempore mortis teſtatoris, tunc haud dubiè non comprehenduntur, per no.in d.l.ſi cognatis.In qua etiam ſententia fuit Bap. Cacia ibi in ſua ſubſcriptiõe à nobis ſuprà citata, col.2. verſ.concurrit etiam. Et facit denique tex. in l.emancipatum.§.ſi quis conceptus.ff.de donatio.ubi non dicitur fuiſſe filius Senatoris, niſi qui conceptus fuit, dum pater Senator fuit. Et generale eſt, vt inſpiciatur qualitas tempore conceptionis.l. ex libera. C. de ſuis & leg. & l. ex facto.§.ex facto.ff.ad S.C.Treb.& l. emancipatum. §. 1.ff.de Senato.cum ſimil. Et quod ſcribit Alber.in l. Diuo.in princ.C.de quæſt.& Paul.Caſtren.conſi.252. uiſo puncto.col.2.ver.breuiter.lib.2.

*Conceptos poſt uenditionẽ poſſe reuocare alienationem.*

88 QVANQVAM & aduerſus hæc alia multa adduci poſſunt.Primùm tex.in l.peto §.fratre.iuncta gl.in verbo,familia.ff.de leg.2. vbi ſi res quæpiam ſit prohibita alienari extra familiam:ſi alienata fuerit, poterunt etiam hi qui poſt alienationem concepti ſunt,& nati, eam reuocare,etiamſi cæteri omnes,qui erant eius familiæ tempore alienationis, ei conſenſerunt.Et ita per eum text.uoluit Raph.Fulg.in l.quoties.ia 1.C. de fideicom. & ſequuntur Corn.& Iaſ.ibi,idq; dicit Iaſ.eſſe de mente Io. Ana. conſi.47.illud præſupponitur,& id eſſe notandum, & digito ligandum, quia quotidianum. Et id clarius voluit Ludo.Bol.in addit.ipſius Ana.in fi.& Bened.qui id ſing. dicit,in repe.c.Raynutius,in verbo, & ſoboles quam geſtabat in vtero.nu.49.de teſt.Phil.Dec.conſ.38.circa primum dubium.colum.2.verſ.3.conſiderandum.& conſi. 468.ſuperiori anno.colum.pen.verſic. & dominæ Aloiſiæ,& conſ.498.uiſo caſu propoſito,col.3.ver.non obſt. dominæ.Crot. Ferd.Loaz. & Fran.Rip.in rep.d.§.Diui. ille col.42.ver.7.quæritur.alter nu.528.& ſeq.hic col.3. nu.10.Et idem propemodum voluit Raph.Co.in l. cùm ita.§.vlt.ff.de leg.2.& Alc.in d.l.pronunciatio,in verbo, agnatorum.ff.de verb.ſign.& facit quod de reuocatione fideicommiſſi tradit Alex. conſi.101. ſuper primo. col. pen.verſ.nec obſt.ſi diceretur.lib.7.

*Conceptos poſt mortẽ primi vaſal aut emphyteutæ, admitti ad feudum et emphyt.*

FACIT & quod paſſim aſſeuerant Doct. noſtri, ꝙ ſi quis recepit emphyteuſim vel feudum pro ſe,ſuis filijs & nepotibus,etiam admittuntur ij,qui poſt mortem ipſius concepti ſunt. 89 Ita enim voluit Bart.in d.l.item Prætor.ff.de ſuis & legit. & in l.quod dicitur patrem, paulò ante fi.& ibi quoque Imol.& Alex.col.9.ver. item addit hìc Ang.in quantum.ff.de verb.obli.& Bal.in l. ſi in perſonam.col.2.verſ.modò ſequitur.C.de fideicom.& in d. l. qui ſe patris.col.vlt.C.vnde lib. & in d.§. cùm autem. & ibi quoque Ang.Aret.Inſt.de hæred.quæ ab inteſt. defe.& in c.1.col.5.verſ. item quæritur,pone nepos.titu.an agna.uel fil.& d.conſil.176.col.2.ver.vnde ſi quis.lib.5. Pau.Caſt.in d.l.ſi quis filium,col.3.ver. eodem modo ſi aliquis.C. de inof.teſt. Mart. Lau.in c.1.§.hoc quoque. col.4.uerſ.quæro,pone Titius. & ibi quoque Car. Alex. col.pen.ver.quæro de alia quæſt.ti.de ſucceſ.feu. Bened. in rep.d.c.Raynutius, in uerbo, & ſoboles quam geſtabat in vtero.nu.47.de teſtam.Phil.Dec.in rub.C.de ſucceſ.edi.poſt princ. & conſi.445.in caſu à me tranſmiſſo. col.4.verſi.non obſt.quòd domina.& Carol.Rui.conſil. 160.viſo,col.3.nu.7.lib.2.

ET id quidem ſatis probatur ex tex.in d.c. 1. §. hoc quoque ſciendum. titu. qui feu.dar. poſſ. cùm ſcribitur agnatos admitti vſq; ad ſeptimum gradũ. 90 Nam impoſſibile eſt,ut qui ſeptimo gradu diſtat ab eo,qui primum accepit in feudum,fuerit eo viuo conceptus.Et iſta quidem impoſſibilitas,ut dicit Bal.in d.c.1. an agna. uel filij,apparet per rerum naturam, nec indiget alia probatione.l.vbi autem.verſ.illud dubitationem,ibi, ipſa natura manifeſtiſſimum eſt.ff.de ver.oblig. Sed & hoc dilucidius probatur ex tex.in c.1.tit. ſi vaſ. feud.priue. cui defer.cum dicitur,uſque ad infinitum,quos etiam tex.in hoc quod diximus,expendit Bal.conſ.215. proponitur ꝙ inueſtituræ.col.3.uer.ex quibus concluditur,li.2. Cui adde & alium huius poſterioris ſimilẽ,in c.1.tit. de nat. ſucceſ.feud.Quando autem vel ad ſeptimum tantũ gradum,vel in infinitum ſuccedatur in feudo,ne huius differentiæ inſcius hinc abeas,videbis apud Aluar.in d.ca. hoc quoq; & Car.Alex.ibi,in §.& quia.col,antepen.

*Conceptos poſt mortẽ admitti ad ea quæ nõ iure hæreditario obueniunt.*

ET huius quidem ſententiæ, (vt redeamus in uiam) 91 ratio apertiſſima eſt,quia,vt dicunt propè omnes, quos ſuprà citauimus,& præterea Bar in l.ſi quis filio exhæredato,in prin.ff.de lib.& poſthum.id quod ſuprà tam latè diximus, non admittendos eos, qui poſt mortẽ eius, de cuius bonis agitur, concepti ſunt, intelligitur in ſucceſſionib. hæreditarijs tantum, non etiam in cæteris rebus,quæ citra hæreditatem nobis obueniunt: nam nec id in iure patronatus attẽditur,d.l.Paulus.§.Paulus.ff.de bonis libert.quam & ad id quod diximus annotat, & dicit ſingular.Rom.ſing.297.conceptus poſt mortem. Et hæc eſt cõis opin.quamuis Ang. & Raph. contrariũ tenuiſſe uideantur in d.l.ꝙ dicitur patrem.ff.de uer. obl.& ipſe Ang.d.conſi.421.D.Iordanus col.3.uerſ.in materia autem. Quin ſunt, qui dicunt, illud tantùm procedere

in



in ſucceſſionibus ab inteſtato, & in ijs Raph. Fulg.conſ. 34.domina Catharina.col.2.verſ.nec me mouet: vbi & ex hoc tenet non procedere in ſubſtitutionibus & fideicommiſſis,contra quam diximus ex multorum opin.ſupra nu.82.vides igitur.

*Cõceptos poſt alienationem admitti ad reuocationẽ illius.*

*Nec illis tempus in id ſtatutũ currit.*

92 HANC quoque partem fulcit quod à feudorum interpretib.traditum eſt,agnatos natos poſt alienationem feudi,admitti ad reuocationem illius,non minus,quàm ſi nati fuiſſent tempore alienationis, nec diſtinguunt vtrùmne concepti eſſent eo tempore,an non: ita enim generaliter voluerunt Andr.Iſern.Mart.Laud.Iac.Alua.& Card.Alex.in d.c.1.§.hoc quoque notandum,tit.de ſucceſ.feu.Iac.Aluar.in c.Titius,col.vlt. per eum tex. & ibi quoq; Car.Alex.col.3.verſ.quæro quid ſi tempore, ti.ſi de feu.fuer.contr.inter do.& agna. & Zaſius in epitome feudorum parte 9.char.3.verſi. veruntamen ſi poſtea. & Phil.Dec.cõſi.395.in cauſa magnifici,in fi. Id quod huc multum facit, quia admodum conuenit cum noſtro retractu.Subdũtque illi quos citauimus ex commentarijs in d.§.hoc quoque notãdum,tempus præſtitutum agnatis ad reuocandum non currere naſcituris.De quo etiam per Fran.Cur.Senior.conſ.83.Deus pius.col.4.verſi.etſi opponatur. Quod eò uolui dicere, vt hinc intelligas in huiuſmodi caſibus maiorem fauorem tribui naſcituris, quàm natis.Quamuis id apud nos non obtineret in caſu retractus,propter id quod ſtatuitur inf.eod.tit §.35.vide tamen ſuper hoc vltimo,an uidelicet currat vſucapio aduerſus naſcituros,Bald.in c.1.in 2.not. & ibi Fel. col. 2.verſ.ſubdit Bal.extra de præſcrip & Ioan. Franc.Balb. in tract.præſcriptionum, in 23. caſu 1. partis 6. partis. prin.num.44.

*Cõceptos poſt mortẽ admitti ad ſucceſſionẽ ex perſona parentum.*

93 DENIQVE licet concepti poſt mortem non admittãtur ad ſucceſſionem ex propria ipſorum perſona, tamen admittuntur ex perſona parentum, iure videlicet tranſmiſſionis,ac veluti repræſentationis,vt voluerũt omnes propè,quos ſupra citauimus, cum locuti ſumus de ſucceſſione nepotum conceptorum poſt mortem aui. & p̄ter eos Dy.in l.Gallus,in fi.magnę diſt.ff.de lib.& poſth. Cy.Bart.Bal.Sal.Pau.Caſt.& omnes in l.1. C. de his qui ante aper.tab.Cy.Bar.Bal.in 1.q & Raph.in d.l. ſi quis filiũ.C.de inoff.teſt.Bar.& Ang.in d.l.ſi quis filio, in prin. ff.de lib.& poſth.idem Bar.in d.l.quod dicitur patrem, ante fi.& ibi quoque Imo.Alex.& Iaſ.ff.de verbo.oblig. Bal.& Sal.in l.ult.C.ad S.C.Orphi.vbi Sal.dicit id communiter teneri.Idem Bal.in l.ſi in perſonam, col.1.verſ. extra opponitur,& ibi quoque Raph.Paul.Caſt. & Cor. C.de fideicom.Rom.[qui dicit not.& menti tenẽdum, in l.uentre.col.pen.uerſ.pone enim ꝙ decedat.ff.de acq. hære.& d.conſ.442.uti] id dicit ſing.Corn.qui id declarat & limitat,conſil.70.duo ueniunt,in fi.li.4.Fran. Are. in l.uentre.col.antep.uerſ.tu autem dicas.ff.de acquiren. hær.& conſ.143.uiſa,col.4.uerſ.iſta dubitatio.Iaſ.conſ. 34.ad motiua,col.2.uerſ.nec obſt.ꝙ in eod.libr.1.& cõſ. 105.Ioanna, in fi.lib.4. Sed id quomodo ſit intelligendum,dicam inf.eo.tit.§.11.in uerbo,*ou ceux qui les repreſentent*.& uidebis apud Raph.in d.l.ſi quis filium. & Bene.in d.c.Raynutius,in uerbo,& ſoboles quam geſtabat in utero.num.40.& multis ſeq.de teſt.Sed ut redeamus,cum in retractib.quis ueniat ex repræſentatione & perſona ſuorum maiorum, ut expreſsè cauetur in §. 13. huius tit.poteſt uideri hic conceptus poſt uenditionem, (ſaltem ſi ſit conceptus ante annum uenditionis ſiue notificationis, qui ex noſtra conſuetudine datur conſanguineis,)eſſe admittendus,ſi notificatio facta fuerit iuxta §. ult.huius tit.ſi minus,intra 30.annos, ſecundum ea quæ dicemus infr.hoc ipſo §.in uerbo,*dedans l'an*,quæ eſt glo. 10.nu. item 10.incip. ex quibus conſtat. Cùm & aliàs, quantum ad id ſpectat,inſpiciendum ſit tempus conditionis,uel diei cedentis,ut ſtatim dicemus,nu. ab hinc 4. ex quibus uides.

*Retractus an competat ex die uel ſub cõditione.*

SED aduerte,quia retractus non competit ex die uel 94
ſub conditione, ſed confeſtim uenditione facta, tamen ius eſt conſanguineo petendi retractum intra annum, ſi notificatio facta ſit:aut etiam intra 30. an. ſi facta nõ ſit, ut diximus Sicuti etiam ius ſuccedendi ſiue adeundi cõpetit ſtatim à morte defuncti,nec tamen proximus ab eo iure excluditur,niſi 30.annor.ſpacio,ut not. in l.licet.C. de iure deliber. cum alijs multis concord.à me traditis in repet.l.ſi unquam,in uerbo,reuertatur,nu.311.incip. quod & confirmo.Et tamen omnes neceſſariò requirunt aliquem eſſe conceptum tempore mortis, ut ſuccedere poſſit ex ſua perſona: nec ſatis eſſet ſi naſceretur intra 30.illos annos.Nam quod dictum eſt de repræſentatione,haud dubiè procedit, ſi modò is qui repræſentat, & qui petit retractũ,ſit conſanguineus uenditoris: neq; n. aliter audiẽdus eſt,ut hìc patet in tex.huius §. Et tũc iſte cõſanguineus põt uenire ex rep̄ſentatione maiorũ ſuorũ,vt uel excludat alios, aut cũ alijs admittat ob illã rep̄ſentationẽ,alioq̃n excludẽdus,ſecũdũ id qđ cauetur inf. §.11.Sed cũ illi deeſt illa qualitas cõſanguinitatis, rõne cuius cõpetit retractus,eo tẽpore,quo ipſe retractus defertur, cũ nõdũ ſit conceptus,quõ ad eũ admitti poteſt? 95

NISI quis diceret, quòd etiam ſucceſſio ab inteſtato competit ratione conſanguinitatis, & tamen ad eam admittitur ex perſona & repræſentatione maiorum is qui concipitur & naſcitur poſt mortem, vt plenè ſupra diximus. Sed & illud quoque dici poſſet,non omnino eſſe paria,poſt venditionem concipi in caſu retractus, & poſt mortem aui in caſu ſucceſſionis. Nam in priori caſu is qui concipitur & naſcitur poſt uenditionem,continuò quàm natus eſt,ſit conſanguineus venditori,niſi fortè uenditor ipſe poſt venditionem,& ante conceptionem & natiuitatem illius mortuus fuiſſet, quia tunc dici non poſſet hunc ita conceptum, fuiſſe aliquando conſanguineum uenditoris. At in ſucceſſionibus nullo pacto poteſt qui concipitur poſt mortem alicuius, ei conſanguineus eſſe,qui iam, dum hic concipitur,deſijt eſſe in rerũ natura.

*Conſanguinitas ex tẽpore uenditionis conſideratur.*

SED & ijs reſponderi poteſt, non ſatis eſſe, ut quis 96
poſt uenditionem ſit conſanguineus venditoris, ſed requiri eam qualitatem adeſſe tempore uenditionis, ut expreſſim uoluit Phil.Dec.conſ.222. viſo puncto. col.1. Et in ſimili quoq; ſtatuto reſpondit Corne.conſ.151. in hac conſultatione,col.1.lib.3. Ibi enim ſtatutum erat,ut vicinus ſiue ſocius venditoris poſſit retrahere rem vicinam, ſiue communem,venditam eo irrequiſito. & id ſtatutum dicit Corn.eſſe intelligendum in eo tantùm, qui erat vicinus vel ſocius tempore venditionis:nec ſatis eſſe,ſi poſtea fieret: quoniam qualitas adiuncta uerbo,debet intelligi ſecũdum tempus ipſius uerbi. l. in delictis. §.ſi extraneus.ff.de noxal.& l.quod ait.§.Iulianus.eo.tit. & l.1.§.tutoris.ff.quod iuſſu,cum ſimil. et idem quoque voluit Ioan.Bapt.Roſel.inter conſ.Paul. Caſt. conſ.249. ſtatutum,poſt princ.lib.2.

*Quæſtio. ſi uẽditio pẽdet ex die uel cõditione,an ſatis ſit cõceptũ eſſe tẽpore diei, uel cõditionis. In fideicõmiſſis an qualitas diei uel cõditionis inſpiciatur.*

EX quibus vides,hanc rem dubiam relinqui. Si tamẽ 97
priorem partem ſequi malis, ut ſcilicet non admittãtur, qui poſt uenditionem concepti ſunt, quæ mihi uerior uiſa eſt, Eam ita intelligere poteris, ut procedat in uenditione pura. Quòd ſi ea ex die uel conditione pendeat, ideſt,ſit conditionalis,vel in diem,ij quoq; uocabuntur, qui concepti fuerint tempore conditionis, aut diei cedentis, etiamſi nondum concepti erant tempore uenditionis. Satis enim eſt qualitatem affore tempore conditionis aut diei, ut in fideicommiſſo uoluerunt maxima ex parte hi,quos ſupra citauimus,nu.82.incip.vides igitur ex ſupra dictis,ne eos iterum hìc repetam, & prætera Raph.Fulg.conſ.34.domina Catharina. col.2. uerſ. nec mo mouet.Rom.conſ.408.in propoſita quæſtione, in fi.et Paul.Caſt. conſ.16.uiſo dicto puncto, in 4.dub. lib.2.et Iaſ.conſ.206.viſo teſtamento,col.j.uerſ. quantũ

ergo.lib.2.& Steph.Bertr.conſ.23.ex themate,col.8.nu.36.& iterum col.14.nu.65.lib.4.& Phil. Dec. conſ.217. in caſu propoſito,in fi.& conſ.299.in cauſa mihi commiſſa.colum.4.uerſ.ſexta concluſio.& nouiſſimè.Carol. Ruin.conſ.96.quia de ſubſtitutionibus. colum.6. num. 17.lib.2.& conſ.100.uiſo teſtamento.col.3.num.5.eod. lib.2.& conſ.117.viſo teſtamento.colum.6.num.20.eo. lib.2.& conſ.119.uiſo & benè.colum.5.num.10. eo.lib. 2.& conſ.159.uiſo teſtamento. col.4. num.8. eod.libro. 2.& conſ.191.proponitur,in fin. eod.lib.2. & conſi. 67 quia petitur.col.5.num.9.lib.5.Anto.Rub.conſi.28.circa præmiſſam.col.3.uerſic.item ex quo. Et probat text. in l.eum qui poſt.ff.de cond. & demonſt. & l. intercedit. ff.de leg.præſtan.& l.cum pater. §.hæreditatem. l.1.in fi. ff.de legat.2.& l.ſi in perſonam.& ibi Bal. C.de fideicom.nam ſi id obtinet in ultimis voluntatibus,& in ſtatutis quoque obtinere debet, quæ earum naturam mutuantur,& imitantur, ſecundum Bart. & Recentiores,in l.j.C.de his quib.ut indign.cum concord. ibi traditis ab Alex.& à me quoque in fin.huius titul.in 3.quæſt.verſic. denique. Et generale eſt, ut ſufficiat quamlibet qualitatem ineſſe tempore, quo cedit dies diſpoſitionis, ut per d.l.ſi cognatis.ff.de rebus dubijs,uoluit Bal. conſil. 491. Petrus de Ceſſa,poſt princ.lib.1.

98 Verum hæc limitatio non omnino certa eſt,quandoquidem nō deſunt, qui etiam negant in fideicommiſſo conditionali, aut aliàs pendente ex incerto euentu, admitti conceptos poſt mortem teſtatoris. Et inter cæteros Petr.Anch.& Imol.vti à nonnullis citantur,in c.indicante,de teſta.per d.l.peto.§.fratre.ff.de legat.2. & Roma.ſibi contrarius conſi.438.in cauſa conſultationis, in quarto dubio per multa. quæ illic allegat,quæ tn ipſe uidere poteris, quanquam in caſu, in quo loquitur, aliud definiat propter verba quædam teſtatoris, qui bus hoc ipſum diſpoſuiſſe videbatur.& Alex.conſi.184.viſo themate dicti Syluestri,colum.1.lib.2.per text.in dict.§.fratre,& iterum conſi.220.viſo teſtamento.in fi.eod. lib.2. per d.§.fratre.& l.ultim.verſic.hoc etiam volente, & ibi not.per Cyn.C.de verborum ſignific.& Socin. conſi.73. capiendo primum,colum.8.uerſic.tertiò ad idem facit, lib.4.etiam per d.§.fratre,cum glo.& Bapt.Cacia, inter conſil.illius in d.vlt.ſubſcriptione conſil. 152. eiuſdemque ult.lib.1. Et hoc quoque ſatis voluiſſe videntur Saluſt.Peruſ.Maria.Socin.& Franc. Aretin.in ſuis ſubſcriptionibus,dict.conſil.dum in caſu ſubſtitutionis, de qua ibi tractatur, quæ pendebat ex futuro euentu, reijciunt eos qui nondum concepti erant tempore teſtamenti,nec tempore mortis.& Carol.Ruin.ſibi contrarius, con ſil. 36.prima,colum.3.uerſic.ſed tamen his,lib.2. & conſil. 112.ſuper primo,colum.6. num.12. eod.lib.2. conſilio 164.ex uerbis.colum.4.num.6.lib.3.& Philip.Dec.conſi.95.ſubſtitutio facta.col.pen.uerſi.tertiò principaliter. Et facit quod dicam infrà uerſicul.ab hinc 2.ibi, & facit etiam.

99 *Nati aut concepti tēpore uenditionis, an cæteris præferantur.*

Quod ſi tibi magis placet ea pars, quæ admittit ad retractum conceptos poſt venditionem, ita eam intelliges,ut eis tamen præferantur, ſi qui tempore vēditionis nati erant aut concepti,quemadmodum ij illis præferentur ad reuocandam rem à teſtatore prohibitam alienari extra familiam, ſi ea alienata fuerit,ut per quædam iura uoluerunt Io.Crot.& Ferdin.Loaz,in repet.l.filiusfamiliàs.§.diui.ille quidem.col.45.in 7.quæſt.uerſ. conſidera aliquos caſus.hic autem num.528.& ſeq. ff.de lega.1.& ante eos Paul.Caſtr.cuius illi non meminerunt, conſilio 247.in cauſa quæ vertitur Saonæ,col.4. verſ. nunc venio ad illa,lib.4.ubi & alia quædam ad hoc allegat, ut apud eos videre licet.

Et hanc opin.adiuuat,quod poſt Oldr. tenuit Alb. in 1.parte ſtatuto.q.134.ciuitatis Paduæ ſtatuto cauebatur. Quòd ſi ex ſtatuto in locum demortui ſubrogari debeat proximior ad munus quodpiam vel magiſtratū: is præferendus eſt, qui tempore mortis reperitur proximior ei,qui poſtea naſcitur, per multa illic ab eo allegata.quod & nos ſuprà retulimus in eadem glo. num.79. quamuis ſciam. Et id nuncupatim ſequitur Barb.in repet.l.cum acutiſſimi.col.53.verſ. & inquantum ſuperius dixi.C.de fideicomm. Quibus illud addere potes, eum dici proximiorem defuncti,qui proximior eſt tempore mortis.§. ita demum tamen. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.defe.& not.glo.Bart.& alij in l.qui ſe patris.C.vnde liber.& latè Soc.qui alios citat,conſi.153. pulchra, col. 9.verſ.ſecundò quòd ſatis,quod conſi. primum eſt,lib.2. Et facit etiam, quod in contractibus conſideratur qualitas,quæ adeſt tempore ipſorum contractuum, non autē conditionis,nam alterius futuri euentus, cùm quærimus, cui quid acquiri debeat.l.filiusfamilias. & ibi Bartol. & Recentiores.ff.de verbor.oblig. & l.quæ legata. & l. ſeq. ff.de reg.iur.& l.2.§.id quoque.ff.de collat. bon.& l.ult. ff.de ſtipul.ſeruo.& Bart.in l.ſi rem meam. ff.de uerbor. oblig.Alex.conſi.232.ponderatis. col.1. lib.6. De quo tamen vide text.in l.quidam cùm filium. §.vltim. & ibi Doct.ff.de uerb.oblig.

*Qualitatē tēpore contractus cōſiderari, nō diei,aut cōditionis.*

Verum Geral.Bago.in ſua diſput. retractus,uerſi. 101
quæro ſequenter,aliquis eſt proximior, in ea eſt opin. ut qui intra annum poſt uenditionem naſcitur proximior venditori,præferatur antè nato remotiori, qui nondum egit ad retractum,nullumq; ideo ius ſibi quæſiuit, nihil tamen allegat, niſi ſit mendum in meo codice. Sed tamen reſpondet ad l.ſi filiusfamiliàs.& l.quę legata,quas nuper allegauimus. In illis enim (inquit) inſpicitur initium,ut acquiratur certæ cuidam perſonæ, ſcilicet patri filij familiàs contrahentis. Hic autem non eſt certa perſona,cùm vocentur omnes conſanguinei:ſed ea perſona ex tempore certificabitur, ſcieturq; quis erit proximior intra annum huic iuri retrahendi præſtitutum, quisve ad retractum ſe offeret. Ideo cùm nondum id appareat, attendendus eſt ille, qui proximior eſt tempore quo agitur.

Et hanc Bago.ſententiam ſimpliciter referunt & ſequuntur ſine alia allegatione,aut iurium, aut rationum, 102
Boer.in conſuet.Biturigum hoc eod.tit.§.2. & deciſ. 12. & prędicta faciunt. nu.3. & deciſ. 138. an filiusfamilias. col.2.& Sainxon.in conſuet.Turonię, hoc quoque tit.§. 1.in 10. q. & idem tenuit Ferronus in conſuet. Burdig. hoc item tit.§.9. Et pro illa ipſius Bago. conſideratione nonnihil facit text.in §.proximus autem. Inſtit. de legi.agna.ſuc.ubi ſcribitur proximum eum mortuo inteſtato ferè requiri eo tempore,quo mortuus eſt is,de cuius hęreditate quęritur. Si autem is teſtamento facto deceſſerit, id tempus inſpicitur,quo certum eſſe cœperit nullū ex teſtamento heredem extiturum, quod quidem aliquando lōgo poſt tempore declaratur, in quo temporis ſpacio ſępe accidit,ut proximiore mortuo proximus eſſe incipiat,qui moriente teſtatore non erat proximus.Et eſt ſimilis propè text.in l.poſt conſanguineos. §.interdū. verſic.proximum.ff.de ſuis & legit. quę etiam iura citat Chaſſ.in commentarijs conſuet. Burgun. hoc ipſo tit.§. 1.in uerbo, *le plus prochain*, ad fi.vbi & eam quęſtionem poſuit,nec tamen eam ſoluit.

Atilli text.ſi ſolerter inſpiciantur, ſunt contra 103
hanc opin. Bago. nam ſi quis deceſſerit inteſtatus, inſpicitur tempus mortis eius, ut ſciamus quis ſit proximus, isque ſolus obtinebit hęreditatem, ſi uelit, etiam ſi cęteri primi eam petierint, ad eamque egerint: neque enim locus eſt occupationi. Sicuti nec hoc in caſu ij qui ſunt remotiori gradu, poſſunt retractum occupare in prędiudicium proximioris,vt latè tractabitur infra eodem titul. §. 11. Igitur cum iſte ſit proximior tempore venditionis, ex qua ius retrahendi defertur, & acquiritur conſanguineis, ſed ita ut proximus quiſque cæteris

præfe-



præferatur,quomodo fieri poteſt,vt caſus ſuperueniens ex proximiore faciat nō proximorem, & ita eum priuet eo iure ſine facto aut culpa ipſius? l. id quod noſtrum. ff.de reg.iur.cum ſimil. Nam quod dictum eſt de teſtamento facto, nihil ad hunc caſum pertinet, quia cùm id factum eſt,ex eo pendet,quis hæres futurus eſt: cùm autem non factum eſt,ex morte pendet, ut illis ipſis iurib. declaratur: ſicuti & in noſtro caſu ex uenditione id ius, de quo tractamus,pendet, nec aliquid eſt,quod ſuſpendat, quemadmodum in iure ſuccedendi, teſtamentum id ius ſuſpendit.

104 Sed tamen pro hac opin.Bag.facit,quod ab Alb.poſt alios Antiquiores diſputatum eſt, & diffinitū in prima parte ſtatutorum,q.136.ex prædicto ſtatuto. Cuius ſpecies talis eſt, In ciuitate Paduæ duo erant ſtatuta: vnum ꝙ poteſtas in locum demortui Decurionis deligeret vnū ex proximioribus ipſius mortui. Alterum, vt Decurio poſſet in ſuum locum, alium ſibi proximiorem deligere.Titius Decurio mortuus eſt relicto fratre & ipſo Decurione, & filio alterius fratris antè mortui, non Decurione quidem illo,ſed tamen idoneo. Frater ſecutus ſecundum ſtatutum ſeſe munere abdicauit,& ſuum ipſius filium in ſuum locum delegit, petitq; ſe à poteſtate ex priore ſtatuto in locum Titij fratris mortui aſſumi.Nepos ex fratre è diuerſo ſe dicebat eſſe ſubſtituendum patruo,cum tēpore mortis ipſius eſſet proximior idoneus: nam alter patruus ſuperſtes eo tempore erat Decurio: ideo ſubſtitui non poterat, cùm vicem duorum obtinere non poſſet: & licet poſtea abdicato munere inciperet eſſe proximior idoneus,id tamen ſibi non obeſſe,cùm tēpus mortis inſpiciendum ſit. & in hanc partē multa allegat,& inter cætera id potiſſimum,quod ſupra diximus ver.80.& hæc quidem intelligo,ſcilicet qualitatem proximitatis ex tempore mortis eſſe metiendam,nec admit tendos eos,qui poſtea concepti ſunt, etiam ſi proximiores fuiſſent,ſi antè nati aut concepti fuiſſent. Concludit tamen Alb.aliorum opiniones ſecutus, non inſpiciendū eſſe tempus mortis,ſed ſubrogationis,idest, executionis ſtatuti,& quo res ipſa ad effectum & conſummationem perducitur,per multa iura,quæ inibi videre poteris, reſpondetq; ad illa priora iura,& alia, quæ pro parte nepotis fuerāt allegata,vt illic videre poteris: nam iam de hac re propè nimium diximus.

*Tempus mortis nō inſpiciendū, ſed executionis ſtatuti.*

105 *Capacitas tēpore mortis inſpicitur.*

Ideo & ei finē fecerimus, modò prius dixerimus q̄d à Fed.Sen.& alijs tractatum eſt,huic loco non intempeſtiuum,conſ.26.caſus talis eſt, quidam eſt ingreſſus, cuius ſpecies talis eſt: Quidam profeſſus fuerat ordinem D.Franciſci,interimq; mater eius mortua fuerat, cuius hæreditatem ille Franciſcanus adire non poterat, ut cuius ordo ille incapax eſt: poſtea hæreditate iacente, & nondum adita ab eo qui proximo gradu ſequebatur illū filium,is tranſit ad ordinem D.Benedicti, aut alium,cui licet in communi habere proprium. Quærebatur utrū hoc ſecundū monaſterium poſſit petere eam hæreditatem,etiamnū iacentē in præiudiciū illius ſequentis. Et poſt multa à multis illic in utramq; partē adducta,tandē concluditur,hūc ſequentē præferri, cū iam à tpe mortis de functi fuerit illi acquiſitum, atq; delatū ius ſuccedendi,priore illo, tanquam incapace,poſtpoſito. Et eum nō obſcurè ſequitur Rom. conſ.296. circa declarationem, Quod quidem è diametro contrarium eſt illi Alberic. opin.

106 *Quæſt. an retractus cōpetat à uēditione, an ab oblatione.*

Huius aūt dubij deciſio aliqua ex parte hinc pendet, vtrum ius retrahendi ſtatim à contractu uenditionis cōpetat, an à tempore oblationis factæ à cōſanguineo. Ipſe autem Alb.in ea eſt opi.vt non niſi ab oblatione competat,cum dicit uenditorē,ſi retraxerit ante oblationem conſanguinei,non viam præcludere retractui: hoc enim voluit in l. ex edicto.§. ſi quis.ff de ali.iud.mut.cauſ.fac. & in 1.parte ſtatutorum.q.87.item quæro, ſtatuto cauetur.& Franc.Rip.in l.1.col. pen.verſ.ſed pone quòd ipſe vēditor.ff.de priuil.cred.& Chaſſ.hoc eo.tit.*de retraict*. §.10. in verbo, *Au ſeigneur Feodal*. colum.vlt.& iterum in glo.ſeq. colum.2. verſ. ego tamen, rurſumq; in verbo, *au preiudice du lignagier*, poſt princip.de quorum in eam rem dicto dicemus infrà tit.ſeq.§.1.glo.7.num.23. & hæc veriſſima. In cōtraria autem ſententia, vt ſcilicet id ius cōtinuò vēditione facta competat conſanguineo, voluit videri Gul.Cu.& poſt eum Paul.Caſtren.in l.1.§. ſcientiam,quam ipſe Paul.legit cum princip.eius. l.ff.de tribu.actio.& Bald.in rubr. C. res inter alios acta, col.1. verſ.not.quòd ex conſuetudine, & Philip. Dec. conſ. 88. cuius ſuperſcriptio incipit,ualet ſtatutum,col.1. & conſ. 647.requiſitus,col.1. Quibus accedo, ut dicam latius in eadem illa glo.7.§.1.tit.ſeq.per totam eam gl.præſertim uerò num.36.& ego ſanè,& ſeq. Nam & cùm quid alteri defertur ex legis uel ſtatuti diſpoſitione, id continuò acquiritur etiam ignoranti, & ſine alia agnatione, præterquàm in hæreditatis acquiſitione.Dyn.& Bart. in l.1. §.an bona.ff.de iur.fiſci,per text.ibi,& alia iura ab ijs allegata,& Ang.conſ.81.domina Maria,col.1.uerſ.tertio, ex natura. Quod eò uolui dicere, ne quis cauſetur conſanguineum forſitan ignorare huiuſmodi contractum, eumq; nondum id ius agnouiſſe.

Sed vt ad cætera pergamus, quæ conſanguineorum 107
perſonam reſpiciunt: Pone quòd maritus ex ſtatuto poſſit vendere rem dotalem uxore conſentiente, idq; fecit: utrum conſanguinei mariti, an uxoris admittentur ad retractum? Alber.in 1.parte ſtatutorum,q.98. item præſuppoſito,refert Andr.Piſ.hanc quæſt. latè, & ſubtiliter in utramq; partem diſputaſſe,tandemque cenſuiſſe neutros admitti: quoniam hæc res non poteſt dici de genere viri:ideò quantum ad eum,ceſſat ſtatutum. Conſanguineus autem uxoris admitti non debet, quia ipſa non vendidit, & nihil præterea dicit. Cui potes addere, quantum ad uxorem, quòd uenditio attribui debet uendenti,non conſentienti.c.paſtoralis.& ibi Collect.col.1. verſ.iſta Decretalis.extra de donat.& c.1. in princ. ne ſede vac.lib.6.& c.ſi annum,de iudic.eo.lib.6.& quæ not. in cap.cùm eccleſia Vulterana.extra de elect.quæ iura in id allegat Col. ubi ſuprà, nam aliud eſt uendere, aliud uendenti conſentire.l.aliud.ff.de reg. iur. Ideoque iura in uno loquentia,non habent locum in alio. l. ſi pater.§. ult.& l.ſi minor.la 1. ff.de manumiſ. uindi. cum ſimil. Propterea Bald.in l.2.in 20.q. C. de reſcin.vend. tradit, quòd ſi tu rem meam uendidiſti me conſentiente,& participante precium,tibi tantùm competit beneficium, d. l.2.non etiam mihi:quia tu propriè uendidiſti, non ego. per d.l.ſi pater. Sed & videmus,conſentientem ſimpliciter non teneri de euictione,ut uendentem. l.exceptione. C. de euictio.& diximus ſupra latius num. 54. cuius poſtremi.

*Quæſt. uendita dote à viro,an illius conſanguinei, an & uxoris admittantur ad retractum.*

*Venditio attribuit vendenti, non conſentienti.*

*Aliud uendere, aliud vendenti conſentire.*

Ego tamen puto conſanguineos uxoris eſſe audiendos. 108
Nam quæ diximus de uendente, & conſentiente, tum demum tantùm obtinent,cùm eſt diuerſa utriuſq; ratio.quod ſi eadem ſit, eodem iure utrumq; procedit. Bart. & Bald.in l.ult.C.de pact Bald. & Salyc.in l.1.C.ſi aduer.dona.ipſe Bal.id trahens.& ad ſtatuta, in l. filiuſfam.in princ.col.1.ff.de proc.Hic autem eadem eſt omninò utriuſq; ratio: nam mulier ob ipſius conſenſum rē amittit.2. C. de remiſ.pign. & ibi concor.in gl. Ideoq; non minus res exit extra familiam, quàm ſi ea ipſa uendidiſſet. Item, quia mens conſuetudinis loquentis de vendente, magis conſideranda eſt, quàm uerba ipſius.l. ſcire oportet.§.aliud,ibi, ſed & ſi maximè. ff.de excuſa. tut.cum concord.à me collectis in repet. l. ſi unquam.in verbo,libertis.num.38.incip.ex quibus & illud.C.de reuoc. donat. Et talis mens potius dicitur eſſe declaratiua, quàm extenſiua, ut not.in l. Cæſar.ff.de publica.& uectigal. & dicemus inferius in §. 20. & uoluit Barbat.

*Niſi eadē ſit utriuſque ratio.*

 loquens

loquens in ſimili caſu de conſentiente alienationi, conſil.41.Deum inuocent, colum.antepen. verſicu. ſecuncundo oſtendo,lib.3.

109 Mens autem noſtræ conſuetudinis eſt, quòd ſi res tranſeat in extraneos titulo venditionis, habeat locum retractus; quæ quidem mens & hic habet locum. Imò verò & uerba noſtræ conſuetudinis id ipſum adſtruunt, cùm non tantùm loquantur de contractu venditionis, ſed & de alio æquipollente venditioni. Hic autem conſenſus venditioni præſtitus, vim habet venditionis, quãtum ad id de quo loquimur. Super quo vide omninò, quæ ſcripſimus in Legibus connubialibus, in gloſ.3. in 12.q & in d.l. ſi vnquam.in verbo, donatione largitus. in 21.q.quæ eſt in num.278.& ſequenti. Denique omnibus perſpicuum eſt, ſi ſtatuentes de hoc caſu interrogati fuiſſent: idem quoque reſponſuros fuiſſe de hoc caſu, ut de venditione; ergo & idem ſeruandum eſt. glo. & Doctores in l. tale pactum.§.vltim.ff. de pactis. cum concordan. à me latè conſcriptis in d.l. ſi unquam, in præfat.numer. 56. inter tam multa. Et idem etiam in noſtro caſu tenuit Molend.in conſuetud.Pariſi.titu.1.§. 13.gl.6.in princip.

110 *Quæſt. in alium locũ reiecta.*

Qvid autem, cùm uir & vxor, & quilibet inſolidũ vendunt penſionem quampiam annuam generalem, id eſt, *vne rente generale?* an vtriuſque conſanguinei admittantur, & an inſolidum. De qua re latè dicemus poſtea, in §.31.nu.1.Sed & in nu.ſeq eiuſdem §.31. videbis quid, cum vterq; & quilibet inſolidum vel ſimpliciter vendunt rem quæ eſt alterius eorum tantùm: nam locus eſt huic rei inibi aptiſſimus. Ideò in eum has quæſtiones reijcere maluimus: ſed hic meminiſſe non inutile viſum eſt, ne ſi quis hanc gl. legat, fortè has perquirens, putet à me intactas fuiſſe, ſpeq; ſua fruſtretur.

111 *Quæſti, an conſanguineus poſſit iuri retractus renũciare, uide omninò infra 121. et ſeq.*

Sed in hac conſanguineorum materia non alienum fuerit quærere, an conſanguineus venditoris poſſit huic iuri retrahendi renunciare. In qua re breuiter dicendũ, poſſe, ex illa generali regula, qua cuilibet permittitur renunciare ſuo fauori.l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, cum multis alijs concordan.adductis à gl.ibi, & in c.ſi diligenti.extra de foro competen.Et ita nuncupatim ne autoritate deficiamur. voluit Maſſue. in tit. de retractu.§. ſi ille cui. & Matthæ.Afflict. in tractatu protomixeos, in verbo, ſcriptum eſt, col.vlt.in 11. not. Et in non longè diſſimili caſu eſt text.in §.porrò,ibi,per refutationem.tit.qualit.olim feud.pot.alien.ubi Mar.Lau.& Cardin,Alexand,vterque col.1.id not. De quo tamen vide, quæ plenius dicam infrà nu.121.incip.primus igitur caſus,& multis ſequentibus.

112 *Quid ſi cõſaguineus promiſerit venditori hoc iure ſe nõ vſurũ, vide infra 126. & ſe, & 129.*

Sed quid ſi non ipſe conſanguineus emptori, ſed venditori promiſit ſe hoc iure non vſurum: an id proderit emptori? Matthæ.Afflict. in tractatu protomix. ubi ſuprà col.vlt.verſic.ſed quid ſi vicinus, dicit primùm uideri, quòd ſic: quia fit acceſſio de venditore ad emptorem.l.de acceſſionibus.ff.de diuer.& tempor. præſcript. & eſt bonus text.in l.dolia.§.1.ff.de contrahen.emptione,& in l.ſi tibi decẽ.§.pactum.ff de pactis.Deinde ſubdit, in contrarium facere, quòd alteri ſtipulari nemo poteſt, l. ſtipulatio iſta.§. alteri. ff. de verborum obligatione. Tandem tamen definit, hoc pactum eſſe reale, ideoque tranſire cum ipſa re, quamuis ſit factum venditori ſoli: quia res tranſit cum ſua cauſa l.pignoris. ff.de pignor.& l. ſi conuenerit vt nomen,§. ſi fundus. ff. de pigno.actio.& l.ſi debitor.C.de diſtract. pignorum, cum ſimilibus. Et ita videtur intellexiſſe Maſſueri.ubi ſuprà, ſi non oſcitanter inſpiciatur, quia ſupponit ex ibi allegatis ius retractus nondum competere, & ita venditionem non eſſe factam, cùm ſit renunciatio, cui ſtandum eſſe dicit. Quanquam huius contrarium uoluit Chaſſe.in conſuet.Burgun.hoc eod.titu.§.10.in glo, vltim.verſicul.ſed quæro. Sic tu hic quoque vide, quæ in hac re dicam infra numer. 126. ſed in duobus, & ſequen.& numer.129.tertius caſus.

113 *An conſanguineus uẽditoris qui ei ius fecerit uendendi cui uelit poſsit uenire ad retractum, uide 119.& ſe. & 133.*

Plvs dicit idem Matth. in d.tract.§.1.column. 13. verſic.ſubſequenter quæro, quòd ſi conſanguineus permiſerit, & ut ipſe loquitur, dederit licentiam conſanguineo vendendi,cui velit, non poterit poſtea rem uenditam retrahere. Quanquam dicit, primùm uideri ob id conſanguineum non perdere ius redimendi, quia id ius ante uenditionem ei non competebat:ergo nec ei poteſt renunciare.l.in repudianda & l.qui ſuperſtitis. ff. de acqui.hæred. & l.ſi ita ſcriptum. §.ſi ſub conditione. ff. de legat.2.& l. ſpem.C. quæ res pig.oblig. poſſ. Item, quia cum emptore nihil actum eſt,ergo ei nihil prodeſſe poteſt pactum cum alio factum: quia res inter alios acta, etc. Concludit tamen contrarium, quia pactum venditori factum, prodeſt emptori.d.l. ſi tibi decem.§. pactum. & l.item in duobus.§. perſonale. & l. iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pactis. Et multò fortius(inquit) hoc procedit, ſi pactum fuerit reale, quia renunciatum eſt huic iuri: nam tunc videtur actum, vt nullo modo vlterius ad ius admittatur.argum.l.1.§.quibus.ff.de ſucceſſ. edict. cum ſimil. Tu tamen hic vide, quæ dicam plenius infrà d. verſicul. tertius caſus, qui eſt in numer. 129.& ſequen & iterum in verſic. quartus caſus, qui eſt num.131.& ſeq.

114 *An cõſanguineus, q rem oblatã tenuit emere, poſſit eã alteri uẽditam retrahere, uide 145.& ſeq. Si familia recuſet emere, poterit res extra familiam poſt duos menſes alienari. uide 146.*

Qvin in fortiori caſu, & citra permiſſionem aut conſenſum. Si venditor obtulerit vendendam rem cõſanguineo iuſto precio, & noluerit conſanguineus emere, videtur non amplius eſſe audiendus uolens retrahere, per text.in l,qui Romæ.§.cohæredes.ff. de uerborum obligat.qui tenetur alij uendere, ſi is alius fuerit requiſitus, & noluerit emere, poterit liberè alteri uendere. Quem text. ſingu.faciunt Dyn.& Bald.& Angel. ibi, & nota.Bart.etiam ibi, illiuſque auctoritate aſſerunt ipſi Dyn.Bart.Imol Franc.Aret.& Soci.ibi, quod prohibitus alienare extra familiam, poterit uendere extraneo, ſi prius illis qui ſunt de familia denunciauerit; qui noluerit emere, præſertim duobus menſibus expectatis. Et idem voluit Bald.in c.1.§.ſed etiam res,in uerbo,pro æquali precio,tit. per quos fiat.inue.Salyc.& Angel.in l. vlti.per illum text.& ibi quoque Iaſ.col.7.verſic. octauò principaliter.C.de iure emphy. & idem Bald. in tractat. protomixeos,col.1.verſic.ſed nunc quæro.Ange.qui requirit trinam denunciationem,conſi.243.multi conſortes, ubi etiam negat eum text.alibi reperiri. Rom.ſing. 761.facio factum,& conſi.27.uiſo themate, colum.ult. verſic.primò.& conſi.182.in caſu propoſito, in fin. quibus locis illum tex.dicit ſing.Paul.Caſtren.in l.filiusfami.§.Diui.ff.de legat.1.in lect.Paduana,& ibi etiam Iaſ. in 2.lect.colum.11.verſic.nonò limita,& Ferdi.Loaz. in repet.numer.533.& ſequent. & idem Paul. in l.quoties. C.de fideicommiſ. dum allegat Bart. in d.§.cohæredes. & conſi 447.ſi iſte maſculus,colum.1.libr.1.Ioan. Plat. in l.1.colum.2.uerſic.& quando quis. C. non licere habi.metro.lib.11.Socin.conſi.227. præſens conſultatio, col.6.verſicu.ſecundò fortius,lib.2. Et ſimile quippiam voluit Bart.in l.codicillis.§.inſtituto.ad fin.ff.de legat.2. Bald.in l.uoluntas,colum.1.C.de fideicom. & in c. cùm inter dilectos,colum.2.verſi.ibi comitis. extra de fide inſtrumen. At tu hic uide,quæ dicam infrà nu.145. quintus caſus & ſeq.

115 *An conſanguineus, preſens, uẽditioni, poterit retrahere, ſed et vide 148. & ſeq.*

Imo' etſi uenditio facta fuerit præſente conſanguineo,& non cõtradicente,aut proteſtante,vr̃ non eſſe poſtea audiendus:per id quod maxima apud nos auctoritate voluit gl.in l.ci proponas filios.C.de pac. quòd ſi alienetur res prohibita alienari, eo præſente & non contradicente,cuius fauore facta eſt ea prohibitio, & in quem transferri debet, is ita ſibi præiudicat, ut non amplius poſſit eam alienationem retractare.arg.l.cum pater.§.libertis.ff.de legat.2.& d.l.quoties.C. de fideicommiſ. & ita



ita per illam gl.conſuluit Rom.conſ.457. circa propoſitam conſultationem,in fi.Sed hìc vide,quæ dicam infrà nume.156.nec eſt.

116 *Præſens alienationi prohibitæ, an ſibi pĩudicet, vide 156. & ſeq.*

Et id quidem in feudo alienato à vaſallo, agnatis præſentibus, & non contradicentibus ſiue proteſtantibus, vt ſcilicet poſtea non poſſint eam alienationem reuocare,tenuit Iaco.à S.Georgio,cuius autoritas in materia feudali magna eſt,in tractatu feudorum,in verbo, & cum pacto de non alienando, column.2.verſ.ſed quid ſi vaſallus:vbi id idem dicit voluiſſe Bald.in cap.1.§.donare,colum.2.titu.quali.feud.ali.olimpo. dum allegat dictam.l.ſicut.§.vẽditionis.ff.quibus mod.pig.vel hypoth. ſol. Monetque ideò ipſe Iacobus, vt agnati caueant, ne ſint præſentes alienationi feudi. Sed tu hìc omninò vide,quæ dicam infra nu.150.nec verum eſt.

117 *Agnati pſentes alienationi feudi an poſſint eã alienationem reuocare,infrà 150. Quid de domino ẽt præſente alienationi, uide 151. & ſeq.*

Et ſimile quippiam tradit gloſſa, vt à multis intelligitur,& citatur in c.1.in verbo,permiſſione.tit.de prohibita feud.alienat. per Lothar. quòd ſi domino præſente & non contradicente vaſallus feudum vendat,non poterit dominus eam venditionem reuocare.argumento §.ſi autem aliquis,titu.de inueſt.inter domi.& vaſal.lis oria. Patientia enim ſine contradictione habetur pro conſenſu expreſſo.argumento.l.quidam.ff.de euictio.& l.ſi verò.§.inde Papinianus. ff. mandati. & l.ſi vt proponit pater.C.de nupt.Nam & intelligitur cõſentire,qui præſens non contradicit.argu.l.ad honorem.§.vlt.ff. de Decurio. Niſi fortè (inquit) ſciat vbique ius ſuum durare,dum tacitè conſentit.arg.d.l.ſicut.§.nõ videbitur.ff.quib. mod. pigno.vel hypo.ſolui.Et ſubdit:Et hęc vera ſunt,quando ex certa ſcientia conſentit:aliàs potius videtur errare.l. 2.ff.de iudicijs.Ex quibus ſanè intelligitur in ea manſiſſe opinione,vt dominus ſibi præiudicauerit, ſi præſens tacuerit,niſi errauerit.Et ita eam gloſſ.intelligunt & ſequuntur Iacob.Bel.Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.ibi. & Iacob.Ardi.in ſumma,titul.quib.mod.feud.amit.ſub Rub.ſi dominus conſentiat alienationi.Iaco.Aluar.in §. vlt.concluſ.32.& ibi quoque Card.Alex.colum.5.verſi. & ſciendum.tit.quæ fuit pri.cauſ.benefi.amit. & ipſe Aluar.qui ita dicit communiter teneri,in ca.1.§. præterea. tit.quib.mod.feud.amit.l.1.& Iaſon in l.quæ dotis,col. antepe.verſ.decimus quartus,ſoluto matrimonio,vbi id dicit not. & in l.ſi fundum per fideicommiſſum, col.6. verſ.ſimiliter ſi vaſallus.ff.de legat.1.vbi eam gloſ.dicit valde not.& conſi.227.Carolus.col.7.verſ.6.facit,libro 2.vbi & eam quoque dicit valde not. Et Franc.Curr.Iunior in tracta.feud. in decimo ſexto caſu,quartæ partis princ.colum.65.verſ.& in primis quæro.Et idem in alienatione rei emphyteuticæ facta præſente domino reſpõdit Ioan.Andr.conſ.90.quia dubium iſtud. & ante eum Gul.Cum.& eius auctoritate Alb.& Paul.Caſtrenſ. in l. 1.§.ſcientiam.ff.de trib.act.

118 *Conſentire uidetur in ueſtituræ, qui patitur alium inueſtiri, vide 155.*

A quibus non longè abeſt, quod ſcriptum eſt ab alia gloſſ.in d.c.1.§.præterea.in verbo,regreſſum,in duobus locis,tit.quib.mod.feud.amit.Quòd ſi præſente & non contradicente eo, ad quem feudum iure debet obuenire,alius fuerit de feudo inneſtitus,is videtur huic inueſtitura conſentire:nec eam reuocare poteſt.per l.2. & l.hypothecas.C.de remi.pig.& l.Decuriones.§.vlt.ff de Decurio.& l.2.ff.ad municip.& l.creditor.in fi.ff.de reg.iu. & l.1.C.de fun.fiſca.lib.10. Et eam glo.ſequitur Iacob. Bel.& Bald.in d.§.præterea.& Alber.Brun.conſ.40.contra dominum,paulò ante fin.& iterum conſi.80. omnipotentis Dei,col.5.verſ.plus dixit.ubi & illud aſſerit, ꝙ nuper de alienatione emphyteuſis diximus præſente domino,nonnullos etiam allegans,qui contrarium tenẽt, ut dicemus poſtea nu.148. ſextus idemque & uide etiã
119 quæ dicemus inf.nu.138.faciunt item.

Sed quid in his ſimilibus diutius immoramur,quãdo ipſe Guli. Cum. autor inter noſtrates grauiſſimus, hanc rem nuncupatim atque in ſpecie decidit in d.l.1.§. ſcientiam.ff.de trib.act.per eum textum cuius uerba hìc ſubnectere uoluimus.Si igitur ſcit & non proteſtatur,& non contradicit,tenebitur actione tributoria. Ideò Guli.ſi ex ſtatuto (inquit) conceditur proximiori retrahere rem immobilem à conſanguineo uenditam,reſtituendo precium uenditionis, & ea res uendita fuerit præſente & patiente proximo,perdit ius retrahendi,ut hìc dominus deducendi,quod ſibi debetur,& facit l.Titius.ff.quibus mod.pig.uel hypo.ſol. Debet ergo proteſtari de iure ſuo.Nec obſt.l.ſicut.§.non uidebitur,eo.tit. quia ea loquitur de iure quæſito,cui non cenſetur præſens renunciare,ſi non contradicat,quia ſcit ius ſuum ubique durare. Hæc autem lex loquitur iure nondum quæſito, ſed incipit quæri eo tempore,quo ſit uenditio.Vnde facilius impeditur acquiſitio.Et id quidem refert, & dicit not. Paul.Caſtr.in d.l.1.§.ſcientiam, quam legit cum princ. eius l.& Cępol.conſ.cauſarum ciuilium 47.in cauſa uertente,colum.2.uer.& licet ſtatutum. Et idem expreſſim uoluit,nullo tamen illorum memorato, quiſquis is eſt, qui ſcripſit repet.in l.1.C.de fund. rei princ.libro 11. in 12.regula primæ conſiderationis. Sed tu ſuper ijs omni not.uide,quę dicam inf.d.n.148.& ſeptem ſeq.ubi huic ſententiæ non accedo.

Ex iſtis autem omnibus poſſunt colligi ſex caſus 120
admodum neceſſarij ad hunc tractatum.Primus,cùm ſit expreſſa renunciatio huius iuris poſt emptionem factã, & ita iure iam competente.Secundus,cùm ſit empturo, nondum emptione facta, & ſic etiam nondum eo iure competente.Tertius,cùm ſit domino uendituro tantùm. Quartus,cùm non renunciatur expreſsè huic iuri : ſed conſanguineus expreſsè conſentit futuræ, aut præſenti alienationi. Quintus, cùm conſanguineus ante uenditionem extraneo factam,requiſitus à domino rei, eã noluit emere.Sextus,cùm conſanguineus præſens eſt uenditioni,& non contradicit,aut proteſtatur.Quos omnes paulò amplius,quàm ſuprà dictum eſt,uolumus ſigillatim diſcutere.

121 *Renunciatio iuris retractus valet, uide ſupra 112*

Primvs igitur caſus, cùm ſit expreſſa renunciatio huius iuris emptori facta uenditione,omninò eſt ſine dubio.Nam cùm ius ipſum ſit illi iam quæſitum, & eidem expreſsè renunciet in fauorem emptoris, non eſt ad id amplius admittendus,cui ipſe renunciandum putauit.l. quis iuſiurandum.C.de rebus creditis, & iureiurand. & ibi concor.in gloſſa. Nec remittenti actiones ſuas dandus eſt ad eas regreſſus.l.quæritur.§.ſi uenditor. ff.de ædil.edict & l.1.§.qui ſemel.ff. de ſucceſſorio edict. & ca. quàm periculoſum.& ibi notat.7.q.1.& d.ca.1.§.præterea,tit.quibus modis feud.amit. & cap. cùm inter R. & ibi gl.in uerbo,quod ex conſenſu.extrà de elect.cum ſimi.Ideoque uera eſt Maſſu.in hac re ſententia, quam ſuprà adduximus nu.110 ſed in hac.

122 *Sed an ſatis ſit generaliter pmittere nullã controuerſiã ſe facturũ.*

Sed ſuper hoc quæro, quid ſi non ita ſpecialiter renunciauit,ſed tantùm generaliter promiſit nullam ſe cõtrouerſiam facturum ſuper feudo uendito:an ex hoc excludatur ab hoc iure retractus,quod uidetur, per l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis fortè ff de uerb.oblig.ubi nota.Ange. ꝙ is qui promiſit non moturum ſe controuerſiam ſuper domo,nec id quidem facere poteſt ſuper uſufructu, aut alio iure.Ex quo & in ſpecie noſtræ conſuetudinis expreſsè uoluit Matthæ.Afflict.in tracta.proto. in uerbo, prohibemus.colum.ult.uerſ. ſed quæro quid ſit promiſit,quod hoc caſu non poterit conſanguineus retrahere. Ad cuius ſententiæ confirmationem uide multa, quæ longè lateque coaceruauimus in repetitione l.ſi unquã. in præfat.ipſius.l.n.115. nũc aũt reſtat,& multis ſequẽ.

123 *Quid de renũciatione facta empturo ante uenditionem.*

Secvndvs caſus de renũciatione facta empture ante uenditionem,nullum aliud habet dubium, quàm ꝙ ſit renunciatio iuris futuri, quæ poſſet uideri non eſſe valida:per iura ſupra alleg.nume.111. plus dicit, cum alijs concord.adductis a glo.in l.1.in glo.magna,in prima

ma oppo.C.de pact. Nam vt etiam dicit Bald. in cap.1. col.1.verſic.ſecunda concluſio titu.Impera. Lotha. contra naturam renunciationis eſt.ut extendatur ad futura, per d.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione.ff. de leg.2. & alia iura ibi allegata.

124 *Renunciatio iuris futuri facta præſente parte valet ut pactum.* Sed omnia iura vel loquuntur de ſimplici renunciatione,ſine mentione iuris futuri, ad quod ideò in dubio non trahitur, vel ſi de eo quoque exprimatur, certè loquuntur & intelliguntur de ea renunciatione, quæ fit abſente parte, & ideò nihil aliud eſt quàm pura meraq; renunciatio. Verùm cùm ſit tanquam pactum, & ſic præſente parte,ualet, etiamſi aliter de pacti nomine mentio non fiat: quia ſatis eſt, ut fiat parte præſente, ut habeat uim pacti, vt probatur in d.l.1.&ibi gl.Pet.à Bel. Pert. Iac.Aret.Bart.Signo.in repet.Alb.colum. 1. Fulg. Paul. Caſt.& recentiores, qui expreſsè tradunt,hoc caſu præſentiam partis haberi pro conſenſu.C.de pact.& l.& hæredi.§.item filiusfamiliàs. & ibi Bart. ff. eod.titu. & l. in plurium.& ibi Alber.in fin.ff.de acqui. hæred. & l.1. ff. de acqui.hæred.& l.1.ff.de cura.bon.dan.& l.1.§. ſi quis ante.& ibi Oldr. & Alber.ff. à quib.appel. non pot.& l. vlt.in fin.C.de temp.appel.glo. in cap. ex multiplici. in verbo, quietus. & ibi Ioan.And. & Panormita.extra de deci.Iacob.Aret.& Bal.in l. is qui hæres.ff. de acquiren. hæred.Roffre.Beneuen.quæſt.Sabba.9. ſeruitutem. D. à Rota deciſio.287.licet appellationi,in princip.in nouis. & deciſ.832.primus, in antiquis.Collect.in cap.ultim. in princip.extra de pactis. Bartol. in l. Pomponius. la 1. ff.de neg.geſt. Signo.conſi.71.factum ſic ſe habet,domi nus Epiſcopus,colum.1.verſi.item ſimili.& conſil.159. ſuper dubijs,colum.2.numer.5 Bald.in l. ſed & ſi quis. colum.1.in addit.ff.ſi quis cautio.& in l.is qui hæres, in princ.col.1.ff.de acqui.hære.& in ca.1.tit. de eo qui fin. ſec.agna.Saly.in l.ſi ut certo.§.1.colum.3.verſicu. quod etiam proba.ff.de pign.act.Raph.Fulg.conſi.67. paterfa milias,colum.3.& conſil.192. quidam emit ab aliquo, col.1.Imol.conſi.52.in caſu præmiſſo. & conſi.78. uiſis ac ponderatis.colum.2.verſic.ſecundò pro hoc faciat. Card.Flor.conſi.129.dubia principalia,in 2.dub. Rom. conſi.22.pro propoſitæ, colum.1. verſicul.contrarium. Corn.conſi.51.Licet in hac,colum.pen.uerſ.ſolet enim, lib.2.& conſi.144.quod eſt eodem initio,colum.4.uerſ. & licet fortè.lib.3.Socin.qui id optimè, declarat, conſi. 230.viſo teſtamento,col.1.in fi.cū ſeq.li.2. Philip. Dec. in l.poſtquam.col.3. uerſ. ſecundo uidendum eſt. C. de pact.licet contrarium videatur uoluiſſe Franc.Aret.omnium propè ſolus,in d.l.1.ad fi.eod.titu.

125 *Iuri futuro & quærendo facilius renūciatur quā præſenti et quæſito.* Imò videmus, quòd facilius renunciamus iuri futuro,ſiue quærendo,niſi aliud obſtet, quàm præſenti & quæſito, ut patet ex eo,quod pulchrè ſcribit Bal.in l. illud.colum.3.in 3.q.C.de ſacroſanct.eccleſ.& alijs multis,quæ latè congeſſi in noſtra repet.l. ſi vnquam. in uerbo,donatione largitus,nu.181.ſed hoc tamen,& multis ſequen.C.de reuocan.donat. & latiſſimè ſuprà titu. omnium huius vol.2.§.ult.qui eſt omnium huius uol.24.ut omittam interim ualere renunciationem iuris futuri,qđ ſaltem ſpe cōpetit.l.quod Seruius.ff.de condict.ob cauſ. & voluit Floria.à S.Petr.hoc in caſu expreſſim loquens, inter conſ.Petr.Anch.conſ.371.quòd dicta domina,col. 1.uerſ.3.hoc idem.

126 *Si emptor cui renunciatum eſt alteri uendat, an cōſāguineus qui renunciauit,poſſit retrahere.* Sed in duobus iſtis primis caſibus quæſtionis eſt, quid ſi is emptor,cui ea renunciatio facta eſt uel ſpecialiter,uel generaliter(ututrumque caſum comprehendamus) alteri poſtea uendat: an ab iſto ſecundo emptore poterit conſanguineus retrahere, nō obſtante huiuſmodi renunciatione facta priori emptori.Iacob.Rebuff in l.unicuique,in fin.C.de proxi.ſacr.ſcrini.li.12.poſt multa in utramq; partem allegata,concludit poſſe.Et ſequitur Chaſſe.in hoc eod.titu.*de retract.*§.10.in gl.ult.in fi. & ante hos Floria.à neutro memoratus,d.conſ.371.colum.vlt.verſ.nec obſt.etiam:nam conuentio (inquit) facta ſuper vno contractu, non trahitur ad alios.l.ſi vnus. §.ante omnia. ff.de pact. & faciunt quæ diximus ſupra, num.43.ſed & in alio,& ſeq. Sed quibus adde optimū textum in c.cūm inter. extra de renunciatio. vbi qui renunciauit beneficio, non ob id prohibetur idem conſequi ex nouo iure poſt renūciationem acquiſito,& ibi gl. adducit alia quædam ſimilia.

Qvanqvam dubium id facit,quod etiam ſupr. diximus,num.110.ſed quid ſi non ipſe,& quæ dicam tri bus numeris ſeq.Et præterea quia ſi conſanguineus, qui promiſit non retracturum, nihilominus poſſit retrahere ab alio ſecundo emptore,cùm non poſſit à priore, cui id ius renunciauit,is primus emptor tenebitur ſecundo de euictione,cùm non vendiderit rem liberam, ſed obnoxiam huic retractui.leg.ex ijs prædijs. C. de euict. & ita in idem recidet incōmodum, quod paſſurus fuiſſet, ſi ipſi ſibi non ſeruata fuiſſet ea renunciatio ſibi facta: ideoque ad eum redūdabit illud ipſum incommodum, perindeque erit, ac ſi ab ipſomet iſte conſanguineus retraheret,non obſtante ea renunciatione: quod fieri non debet,vt in ſimili dicitur in l.4.§.1.cùm dicitur.Alioqn dum à conreo meo petitur, ego inquietor. ff. de lib.leg. & l.ſi ex duobus.ff.de neg.geſt.ibi,eo quòd ſi data fuerit aduerſus eum actio,neceſſe erit,& eum perſtringi,qui ve tuit.& in l.vlt.§.vlt.C.de vſur.rei iud. cùm dicitur, cùm enim interuentor ſoluere compellebatur, & ipſe Reum ad inuitam ſolutionem coërcebat.Et facit etiam text.in l.aduerſus.ff.de arbi,vbi ſcribitur.Nam τῷ δυνάμει qui à fideiuſſore petit,a Reo petit,id eſt,per quandam poſſibilitatem,ut interpretatur Alciat.lib.2.diſpuncti.ca.9. qua ſi ſi diceres potentialiter,ſiue effectualiter, his enim verbis vulgaribus non vereor vti, vt vulgò etiam intelligar. 127 *Paria ſunt a te, & ab alio cui te nearis,petere.*

Nec quicquam in contrariū mouet ea ratio Floria. Fateor enim, quòd ſi iſte primus emptor eſſet ſimiliter conſanguineus iſtius conſanguinei,qui retractui renūciauit,poſſet is renuncians ex eo capite reuocare iure retractus hanc ſecundam venditionem, non obſtante illa renunciatione,quæ facta fuit ſuper prima venditione: & ideò non trahitur ad aliam venditionem,ex qua & aliud ius retrahendi competit.Et ſic conuētio facta ſuper vno contractu non trahitur ad alios,ſecundum rationem Florianī.Nec ſic teneretur primus emptor de euictione, vt diximus ſupr.ead.gl.nu.34.ſed hæ rationes. At hic vult retrahere vi prioris venditionis, & tanquam conſanguineus primi venditoris:nam ex ſecunda venire nō poteſt, cùm non ſit conſanguineus venditoris. 128 *Renūciās cōſequitur ex nouo iure.*

Tertivs caſus, cùm ſit renunciatio domino uenditur o ante uenditionem,plus habet dubij, ob id quod dictum eſt ſuprà,dum de hoc caſu loqueremur, alteri p alterum ſtipulari paciſcìue non poſſe.Quod procedit,ut id addas,non tantum, ut non pariat actionem, ſed nec exceptionem quoque.l.ſi actionem,ſecundum lectu. Iaco.Raph.Pet.Cyn.& Salyc.C.de pact.Et quod præterea dicitur,pactum factum cum una perſona non habere lo cum cum alia,dict.l.ſi unus.§.ante omnia.ff.de pactis. Ex quo fit, ut ſi pactus ſim, ne à me nève à Titio quid petatur,non proderit Titio,etiamſi mihi hæres extiterit l.ſi tibi decem.§.ſi pactus ſim.ff.eod. titu. Et quod item dicimus ualere renunciationem ſiue repudiationem iuris ſui, quo ad aduerſarium, cui renunciamus, non quo ad alios.l.ſuus.& l.ſicut.& utrobique Bald. C. de repud. hæred.& in l.iubemus.C.ad ſenatuſcon.Velleia. & l. ulti.ff.de interrog.acti. Et quod denique dictum eſt, non ualere renunciationem iuris futuri, iuribus ſuprà allegatis, numer. 11. plus dicit. Et hanc partem nuncupatim tenet Chaſſaneus, in hoc eod.titu.§.10. in gloſſ. vlt.verſ. ſed quæro.1. 129 *Quid ſi renunciatū ſit domino vendituro ante uendi tionem.*

His tamen non obſtantibus ſequor in ea re Matth. Afflict. 130



*Pactū venditoris nocet emptori. Exceptio quę nocet venditori, an noceat emptori.* Afflict.& Maſſuer.ſuprà à nobis citatos nume.112. ſed quid ſi non ipſe. Quia ſicut pactum cum venditore factum nocet emptori.l.venditor ff.commu.præd.& quod voluit Ioann.Andr.in addit.ad Specul.in Rubr.de præſcrip.colum.2. ideoque exceptio rei cohærens, quæ nocet uenditori,nocet & emptori, aut alteri ſingulari ſucceſſori.l.apud Celſum.§.de autoris & ibi Alb.ad fin.ff. de doli mali except.& l.idemq; .§.1.ff.pro ſocio.& leg. creditor.ff.de diuerſis & temporalibus præſcript. Bart. qui id latè diſputat poſt Dynum, in l.doli.ff.de nouat. Franciſc.Aret.qui alios citat,conſi. 16. præſupponitur, in fine. Nam factum ipſius uenditoris nocet emptori.l. vltim.& ibi Dynus & Bart.ff.de oper.noui nunciatio. & l.ſtipulatio iſta, in princip.verſic. ſed ſi ſe, & §.ſicut. ff. de verbo.oblig. & l.fluminum.§.adijcitur.ff.de dam.infect.& voluit Roffre.Bened.quæſt.Sabba.10.ſeruitutem in ſolut.quæſt.& Alber.qui & alia iura citat poſt Iacob. Aret.in l.qui bona,§.ſi aliena.ff.de dam.infect.Bald. qui ex hoc in pulchro caſu conſuluit,conſi.202. ad euidentiam,colum.1.libro 2.& Angel.conſi.259. quædam domina,col.1.Ita & pactum venditoris prodeſt etiam emptori: poteſtq; emptor ipſe vti exceptione uenditoris: vt patet ex iuribus allegatis d.nu.111. plus dicit,& præterea ex l.ait Prætor eius rei,iuncta gl.& l.etiam, quæ cō feſtim ſequitur.ff. de iureiur. ubi iuramentum uenditoris nocet emptori.Ex quo Bart.Bald.& Salyc. ibi not.ius excipiendi,tranſire in ſingularem ſucceſſorem,ſubditq; ipſe Bal.etiam in id facere l.in uenditione.ff.de act.emp. & l.in iudicio.ff.fami.erciſcun.idque no.Dyn. in d.l.fluminum.§. adijcitur. & in cap. is qui in ius, colum.1. de reg.iur.lib.6.vbi & alia iura allegat, & Iacob.Aretin. in l.qui bona.§. ſi alieno.ff.de damno infect.& Imo. conſil. 128.viſis poſt medium.

*Pactū uenditoris prodeſt empto ri.*

*Excipiēdi ius trāſire in ſingularem ſucceſſorem.*

131 *Idem.* Qvibvs adde ad text.in l.in hoc iudicium.§. ſi in ter.ff.commu.diuid.& ibi Bart. atque etiam tex.in l.vlt. ff.de excep.rei uend.& tradi.ubi exceptio eius tituli prodeſt ſecundo emptori,&in l.dolia.§.1.ff.de contrahend. empt.cuius hæc uerba ſunt,Eum qui in locum emptoris ſucceſſit,eiſdem defenſionibus vti poſſe, quibus uenditor uti potuiſſet.& in l.inuitus §.plerumque.ff. de regul. iur.ubi ita ſcribitur, plerumque emptoris eadem cauſſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit au toris,& l.ſi à te.§.vltim.ff.de except. rei iudic. ubi exceptio rei iudicatæ tranſit à perſona autoris ad emptorem. Et eſt ſimilis text.in l ſi mater.§.Iulianus. &.§. ſi egero, qui eſt vlti.& in l.exceptio, eod.titu. quorum autoritate dicit Barto.in l.3.colum.2.verſi. ſed ſi oppoſuerit. & ibi quoque Bald.Salycet.& alij.C. quod met.cau. quòd exceptiones ex perſona uenditoris trāſeunt ad emptorem. & idem Barto.in l.ſi tertius.§.ſi quis prius,colum. ultim. ff.de aqua plu.arcen.ubi etiam eſt bonus text. & Bal. in Auth.qui rem.col.2.verſic. ſubſequenter quæro. C. de ſacroſanct.eccleſ.& Salyc.in l.ſi cùm militaribus,ad fin. C.de reſti.milit. Alexand. in l.quædam.§. nihil intereſt. in 1.not.ff.de edend.Franc. Aret. qui id dicit procedere in iure perſonali, conſi.70. in cauſſa quæ vertitur,circa medium.& Corn.conſi.50.in præſenti.col.2.uerſi. & ſic ius,lib.1.& conſi.110.licet videatur,col.3.uerſ.& ſecundum hoc,lib.3.& conſ.172.uiſa copia,col.ult.uerſ. uerū quia mihi,eodem lib.3.Barb.conſ.12. illud afferam, col. 3.verſ.capio nunc tertium, libr.4.Iaſ. conſ.92. circa primum,col.vlt.lib.1.& conſi.89 in præſenti,col.2. uerſic. ſextò facit.& iterum in fin.conſ. lib.3. ubi tamen id declarat. Hincque Bald.conſ.456.Seia origine,in fin.lib.1. reſpondit laudum latum pro uenditore,ſicuti & tranſactionem ipſius,prodeſſe emptori.Nam & ut dicit Albe. in l.damni.§.emptor prædij,col.2.ff.de dam.infect.poſt neſcio quem in ſumma.Inſtit.de actio. emptor & uenditor vna perſona eſſe cēſentur ex vi ſucceſſionis, ſicut hæres & defunctus.Sed hæc,ne fallaris,procedunt in iuribus realibus,quæ ſcilicet rei cohærent,eamq; concomitantur:cuiuſmodi id ius eſt,vt placuit multis ex his,quos ſupra citauimus,et dicemus latiùs poſtea in §.huius tit.8.in gl. quinta,licet Franc.Aret.vbi ſuprà aliter dicat.

*Quid in iure perſonali.*

Ex his quoque tollitur quod dictum eſt,alteri neminem ſtipulari poſſe: quia etiamſi venditor emptori nuncupatim ſtipulatus non fuerit, tamen ex alio capite pactum ipſius prodeſt emptori,in eumq; ipſum tranſit, per ea quæ dicta ſunt. Sed & illud præterea dici poteſt, id non procedere, cùm intereſt eius, qui alteri ſtipulatur,tunc enim valet ſtipulatio,vt apertè oſtendit tex. pro alia parte ſuprà allegatus,in l.ſtipulatio iſta. §. alteri, in illis verbis,nihil intereſt mea, & ibi gloſſa & omnes, & expreſſius in §.ſi ſtipuler.& § ſi quis inſulam.ff.de uerb. obligat. Et vſque adeò quidem,vt ſi poſt ſtipulationem incipiat intereſſe ſtipulatoris, reconualeſcat ſtipulatio, vt placet Bart.in d.§.alteri.& ibi Alexand.in fi.qui alios multos adducit. Hic autem multum intereſt venditoris,ne conſanguineus poſſit retrahere ab emptore, quia ſic rem ſuam pluris vendet, quàm ſi obnoxia foret retra ctui,ut ſatis diximus ſup.in præfat.huius tit,nu.27.præterea & in hoc.Ex quo illud conſequens fit, hoc caſu uenditorem poſſe ſuo emptori ſtipulari. Quod autem dictū eſt de renunciatione iuris futuri,ſatis abundeq; diluitur ex his,quæ diximus ſuprà nu.124.ſed omnia, & ſeq. 132 *Alteri poſſumus ſtipulari, cū noſtra intereſt.*

Qvartvs autem caſus,cùm conſanguineus conſentit alienationi, poſſet procedere, ut is conſenſus ei in retractu obeſſet, ſi ſtatutum, aut conſuetudo ita diſponeret,ne liceret alienare in extraneos irrequiſitis conſanguineis,aut ijs qui ſunt de familia uenditoris:prout etiā loquitur conſtitutio Federici de iure protomixeos, in quam commentaria edidit ipſe Matthæ. Afflict. quem ad hunc caſum citauimus ſuprà, num.113.plus dicit. Sed hic in noſtra conſuetudine, nec in ulla alia huius regni,nihil tale eſt: quia poteſt quilibet cuilibet vendere, inſcio & incōſulto conſanguineo:ſed ſi id fecerit, ius eſt ipſi conſanguineo retrahendi intra annum.Cui iuri non debet videri renunciare conſentiendo venditioni, cùm id ſit omninò ſeparatum ab ipſa venditione: nec eam videtur improbare,qui retrahit,vt diximus ſupra in præfat.nu.16.ualet igitur. 133 *Conſanguineus cōſentiens vēditioni, an poſſit retrahere.*

Maxime' cùm in dubio non præſumatur quis renunciare iuri ſuo.l. cum de indebito.ff. de probat. cum multis concord.à me traditis in repetitione l.ſi unquam in princ.l.nu.124.adde & quod ſcribit,& iterum in uerbo, donatione largitus,nu.168. in dubio autem & ſeq. Et quia etiam per ſolum conſenſum ſine pacto, aut renū ciatione quis ſibi non præiudicat in iure futuro, quod etiam ſibi competit ex cauſſa de præſenti, per textum in l.1 §.quod ait,& ibi Bart.ff.quor.leg.Bart.Bald & alij in l.1.C.de pact.dum declarant d.§.quod ait,contra gl.ibi, & Soc.qui illum text.in d.§.quod ait,dicit no.conſ.230. uiſo teſtamento, colum.1.libr.2. Et videtur de hoc eſſe text.in ſpecie,in c.conſtitutus.extrà de in integr.reſtitut. ubi qui conſenſerat alienationi factæ à patre,admittitur tamen ad retractum ui huius conſuetudinis. Et ita in iure retractus feudalis, ut ſcilicet dominus non prohibeatur eo uti,ob id quòd uenditioni cōſenſerit, tradidit Caro.Molend.in conſuetudin Pariſi.titu.1.§ 13.num.8. & multis ſeq. vbi & conſequenter idem firmat in hoc noſtro retractu municipali.[& Ioā.Lup.in repe.Rub.de do nat.inter uir & uxor.§.47.nu.5.& nu.19.incip. ex prædictis aliqui.ubi dicit ſe de hoc latiùs dixiſſe ſuper lege re gni,foro legum lib.3.tit.*de las vendidas*,lege 13.] 134

Contrarivm tamen in hoc ipſo caſu uoluit Flo. in conſ.ſu.ſæpius à nobis citato,uidelicet 371.inter cōſ. Petr.Ancha. incip. quòd dicta domina, uerſi tertiò hoc idem,iunctis ijs quæ ſcribit ante fin.eius conſi. & Ioan. Igne.qui illius non meminit,in repe.l.dudum. C. de cōtrahen.emptio. per quædam iura probantia cenſeri renuncia- 135

nunciatum beneficio per actum contrarium. Quibus & ego accedo, non tantum ea ratione, cui vix fidere auſim, propter ea quę ſupra diximus, ſed & alijs multis. Primũ, quia alias hic conſenſus nihil operaretur, eſſetque ſuper uacuus, niſi induceret renunciationem huius iuris: quod minimè dicendum eſt. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. & no. per Bald. in Rubr. de empti. & uendi. in 9. q. cum alijs multis concor. à me latiſſimè congeſtis in noſtro opere, cui titulus eſt, nihil fruſtra. Sed & hæc ratio non ſemper concluderet, quia aliquando aliud poſſet operari, vt ſi conſentiens haberet rem obligatam. de quo dicemus verſiculo ab hinc 4.

*Conſenſus non debet eſſe ſuperuacaneus.*

136 *Patronus cōſentiens donationi, non poteſt eam reuocare. Nec filius cōſentiens, patri donāti omnia bona ſua. Filius vaſalli nō poteſt reuocare alienationem, cui conſenſit.*

DEINDE videmus in ſimili, quòd ſi patronus conſentit donationi factæ à liberto, eam non poterit poſtea reuocare Fauiana. leg. nō uidetur. ff. ſi quid in fraud. pat. & gloſſ. in l. 2. & ibi omnes. C. eod. vbi etiam Iacob. Ray. & Cyn. in ult. quæſt. dicunt eſſe idem in filio, qui conſenſit patri donanti omnia bona ſua, vt poſtea non poſſit donationes illas inofficioſas reuocare. Similiter quamuis filius vaſalli poſſit reuocare feudum alienatum reſtituto precio, ſi tamen conſenſerit alienationi, & nihilominus velit eam reuocare, non eſt ei mos gerendus. cap. Titius filios, & ibi gloſſ. Bald. & alij, titu. ſi de feud. defunct. cōtro. ſit inter dom. & agna. & voluit etiam Paul. Caſtren. conſ. 190. viſa ſupra ſcripta, col. 2. ver. reſtat nunc videre, lib. 2. Quia qui conſentit (inquiunt) ſua iura perdit. l. cùm quædam poſt medium. C. de adminiſt. tuto. Sed & de alijs quoque agnatis eſt text. in c. 1. in prin. & ibi gloſſ. in verbo, conſentientibus, titu. de alien. feud. pat. & in c. pręterea. & ibi Bald. & alij, tit. quibus mod. feud. amit. & voluit Iacob. Bel. in c. 1. §. vlt. ad fi. & ibi etiam Alua. in 30. concluſio. & Card. Alex. col. 5. titu. quæ fuit pri. cauſ. bene. amit. & Bald. conſi. 16. facti euidentia, in fin. lib. 1. & Paul. Caſtren. conſi. 84. quæſtio iſta vertitur, lib. 2. & Frā. Aret. conſ. 3. conſultatio præmiſſa, & de utriſque Alber. Brun. conſi. 80. circa primum, col. 5. uerſicu. & quia conſiderata.

137 *Multa de conſentientibus alienationi, ut reuocare nō poſſint.*

PRÆTEREA tex. eſt in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. 2. quòd ſi teſtator libertis prædium reliquit, ac petijt, ne id alienarent; omneſque excepto uno partes ſuas uendiderint: qui non uendidit, cæterorum partes, quibus nō dedit alienandi uoluntatem, integras poteſt petere. Ex quo conſtat argu. à contrario ſenſu, quòd ſi is conſenſerit, nec ipſe quidem reuocare poterit. Ideoque ibi ex eo not. Bart. à pari procedere actum celebrare, & ei conſentire. Et eum quoque text. in id trahit in ſimili caſu Bald. conſil. 319. matrimonium, in 8. dub. eodemque vlt. libr. 4. Et de hac quoque re eſt text. apertus & directus in l. quoties ab omnibus, & ibi not. Bald. in ult. not. & Ange. C. de fideicom. cum concor. ibi adductis a gloſſ. ultim. & Bart. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de leg. 1. Bal. conſi. 202. punctus ſuper quo, lib. 2. Raph. Co. conſil. 33. quidam ponamus, B. Rapha. Fulgo. conſil. 213. domina Simona, colum. vlt. Roma. conſil. 457. circa propoſitum, colum. 2. uerſi. 7. non eſt dubium. Alexan. conſ. 184. uiſo themate dicti Syluestri, poſt princ. libr. 2. & conſil. 150. viſo themate, & his, in fin. libr. 7. Soc. conſi. 44. viſo teſta. colum. 1. & iterum penul. libr. 4. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. Diui. columna 10. verſicu. octauò limita. ff. de leg. 1. in 2. lectio.

138 FACIVNT item multa, quæ ſuprà diximus de cōſentiente uenditioni alterius, in locis ſupra in eadem glo. allegatis num. 106. ego tamen puto. Et text. optimus in l. codicillis. §. 1. ff. de lega. 2. ubi ſi quis inſulam libertis utriuſq; ſexus ita legauit, ut ex reditu eius maſculi duplũ, fœminę ſimplum percipiant, eamque alienare vetuit: & ex conſenſu omnium libertorum ab hærede væundata ſit, nulla eis nec ob precium quidem conſequendum eſt actio. Cuius l. autoritate Iacob. Aret. Cyn. & Bald. in l. dotalem ſeruum. ff. ſolut. matrim. dicunt, quòd ſi dominus conſentiat vaſallo, aut emphyteutæ vendenti, uidetur remittere totum ius ſuum, ita, vt nec ad precium agere poſſit. Et ſequitur Afflict. deciſ. Neap. 112. inter dominam, ad fin. Et ſubdit Bald. ubi ſupra. l. ſicut. §. véditionis. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. Cuius etiam autoritate Paul. Caſtr. d. conſil. 84. quæſtio iſta veritur, col. 2. li. 2. reſpondit eum, qui debuit inueſtiri de feudo, ſi conſentiat alium inueſtiri, ſtatim ſibi præiudicare, & ſequitur Phili. Deci. conſ. 389. viſa longa ſerie, colum. 4. vbi & alia iura allegat. & de hoc latè diximus, in tractatu Primogeniorum, q. 22. & vide etiam, quę diximus ſuprà num. 117. à quibus.

139 *Dominus cōſentiens vaſalo alienanti, nec ad preciū quidē agit.*

SED & faciunt alia multa iura, quibus cauetur conſentientem alienationi rei ſuę, aut ſibi obnoxię, nō poſſe amplius eam repetere, nec eam venditionem infringere. d. l. ſi fundum per fideicommiſſum. & l. nihil. §. 1. & ibi Alber. ff. de lega. 1. & l. quidam ex parte. ff. de euict. & l. mater. C. de rei vend. & l. fideiuſſor impetrauit. §. pater. ff. de pign. & l. ſi debitor. §. 1. & l. ſi cōſenſerit, in princip. & l. Titius. §. 1. & l. Lucius. & l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. & c. paſtoralis. extra de donat. cum ſimilibus à me collectis in repet. l. ſi vnquam. in uerbo, donatione largitus, numer. 346. verum in ea. Et quod ex hac ratione reſpondit Roma. conſil. 87. circa id de quo quæritur, colum. 1. & Corne. conſil. 3. in præſenti, col. 1. & iterum pen. lib. 3. Vt tamen non omittamus text. optimum in l. vlti. C. de remiſ. pign. vbi indignum eſt, eum qui ſemel conſenſit alienationi rei ſibi hypothecatæ, & hoc modo ius ſuum reſpuit, eandē rem, etiamſi ad priorem dominum redierit, vendicare, vel tenentem inquietare. Hæc enim verba ſunt illius l. quam Bart. & Salyc. dicunt ſingu. in eo quod dicitur, etiamſi ad debitorem redierit. Nam ſunt & alia multa iura probantia, ex ſimplici conſenſu creditoris in alienatione rei pignoratæ ius pignoris amitti. l. ſi probaueris. & l. cùm te. prout eā intelligunt Bald. Salyc. & alij, eodem titu. & l. ſi debitor. C. de diſtract. pignor. Et idem quoque de iure vſusfructus ſcribitur in l. apud Celſum. §. quæſitum eſt, ſi cùm fundi. ff. de doli except. Nam & qui conſentit alienationi, ipſe quodammodo alienat. l. & ſic. ff. ſolut. matrim. & l. in ædibus. §. quòd ſi filius. ff. de donatio. & voluit per ea iura Alberic. in l. iubemus. in fin. C. ad Senatuſconſ. Velleian. & facit etiam vltra ſuprà dicta in hanc noſtram ſententiam text. in l. ſi conſentiente. C. de donat. ante nupt.

140 NEC obſtat huic poſteriori ſententiæ text. qui omnium maximè vrget, in d. c. conſtitutus. extra. de integr. reſtit. quem ſuprà pro priori parte adduximus: quia ille, qui ibi conſenſerat venditioni, minor erat, vt ibi expreſſè dicitur, & in integrum aduerſus huiuſmodi conſenſum reſtituitur. Ideoq; is text. ſtat ab hac noſtra ſententia, tanquam ſcilicet ille minor, qui conſenſerat, non potuiſſet uti beneficio huius conſuetudinis, ob conſenſum ab eo præſtitum, niſi fuiſſet reſtitutus in integrum. Cætera autem omnia, quæ pro alia parte allegata ſunt, nihil omninò obſunt, vt patet ex iam dictis pro hac noſtra opinione, ex ijs etiam, quæ diximus ſuprà d. num. 107. ego tamem puto, ne hic iterum repetam.

141 *Quid ſi cōſāguineus conſentiat venditioni nomine officij.*

SED hanc noſtram ſententiam velim intelligas, ut procedat, niſi iſte conſanguineus conſentiret uenditioni, non quidem nomine priuato, ſed officij ſibi à Iure cōmuni, uel municipali, aut à magiſtratu commiſſi: verbi gratia, ſi cùm ex ſtatuto requiratur conſenſus proprinquorum in cōtractibus mulierum, aut minorum (cuiuſmodi ſunt multa ſtatuta in Italia) propinquus quiſpiam adhibitus fuerit contractui mulieris, vt ipſe contractus valeat: eius conſenſus nihil ei præiudicat, quin iure ſuo vti poſſit. l. cùm quædam. C. de admini. tut. & §. ſi tutor. Inſtit. de inoffic. teſtam. Ita enim in ea ſpecie voluit Bal. dict. conſi. 102. col. 2. ver. præterea regula, lib. 2. ad quod etiam

*Quid, ſi ex ſtatuto, quo conſanguineus debet conſentire.*



etiam dicit facere not. in l. Caius. ff. de pigno. actio. vbi qui, vt teſtis, fuit adhibitus inſtrumento alienationis, nō præiudicat ſibi in hypotheca rei alienatæ.

142 *Quid ſi ut teſtis vel notarius.*

ET generale eſt, vt teſtes & Notarij etiam ſubſcribentes Inſtrumento, ſibi & ſuis iuribus non præiudicet, vt etiam probatur in l. Titia cùm teſtamento. §. Lucia. & ibi Bartol. & Bal. ff. de lega. 2. & voluerunt gloſſ. & Bart. in l. ſicut. §. non videbitur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu. Bar. in l. quę dotis, ad finem. ff. ſolu. matrimo. Paul. Caſtren. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 1. ff. de verbo. obliga. Corne. conſ. 208. videtur in hac conſultatione. colum. 2. lib. 4. Cardin. Alexand. in cap. 1. §. præterea. col. 2. titul. quibus modis feud. amitt. Matthæ. Afflict. in tractatu protomiſeos, in verbo, vt infra 30. dies. col. 6. verſ. ſed pone quod coniunctus, vbi loquitur nuncupatim in caſu noſtræ conſuetudinis, vt ſcilicet teſtis, aut Notarius Inſtrumento venditionis ſubſcriptus, non ſibi præiudicet, quin tanquam conſanguineus venditoris poſſit retrahere. Et facit etiam, quod vulgò dicimus, officium ſuum nemini debere eſſe damnoſum. l. ſed & quod ſi quis. ff. quemadmodum teſtamen. aperi. & l. videlicet. ff. ex quibus cauſis maior. & l. ſi ſeruus. §. quod verò. ff. de furtis, cum ſimilibus.

143 *Quid, ſi ut aduocatus procurator, tutor et curator, iudex, ſideiuſſor.*

QVAMVIS contra id, quod de teſte diximus, videtur eſſe tex. in cap. ex literis, extrà de tranſact. Sed tu ibi vide gloſſ. & Docto. Sed & in eo & in tabellione Alberi. in dict. l. Caius. col. 2. ff. de pigno. act. diſtinguit, ſit ne actus, qui ſola cōtradictione impediri poteſt, nec ne, vti etiam facit Petr. Bel. Pert. in l. fideiuſſor. §. 1. in fi. ff. de fideiuſſ. Quid autem de Aduocato, & Procuratore adhibito à venditore in conſilium ineundi contractus, vel conficiendi Inſtrumenti, dicam infra hac eadem gloſſ. num. 267. nec tamen, & duobus ſequent. Et quid de tutore vel curatore vendente vel autoritatem præſtante, etiam ibi num. 271. quid igitur ſi tutor. Et quid de iudice rem ſubhaſtatam adiudicante, ibid. num. 272. ex quo etiam. Et quid de fideiuſſore venditoris. num. ſequen.

HIC autem quæri poteſt, an ſaltem hæres illius, qui conſenſit alienationi, ſit admittendus ad retractum, tanquam conſanguineus. Nam & in fideicommiſſo ita pluribus relicto, ne liceat alienare, quamuis is qui conſenſerit alienationi, non eam poſſit amplius reuocare, vt ſuprà diximus: dubium tamen eſt, an qui ex eo naſcetur, poſſit reuocare. De quo videbis text. in l. peto. §. vlt. iuncta gl. in verbo, ex familia. ff. de lega. 2. Bald. Rapha. Fulgo. Corne. & Iaſ. in dict. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſ. & Rapha. Co. dict. conſ. 33. vbi etiam loquitur de hærede. & Crot. in repet. l. filiusfamiliàs. §. Diui. col. 40. verſ. ſecundò ex dictis. ff. de legat. 1. Sed quod ad caſum noſtrum pertinet, ego pro conſtanti habeo, hæredem conſentientis, ſi conſanguineus ſit, poſſe vti hoc iure retractus, non obſtante conſenſu ſui prędeceſſoris. per ea quæ latè diximus ſuprà in hac eadem glo. num. 46. at multò maius, & ſequent. vbi tractauimus, an hæres venditoris ſit admittendus ad retractum.

144 *An hæres conſentientis admittatur ad retractū.*

QVINTVS CASVS ſe exhibet, in quo haud dubiè cenſeo conſanguineum non propterea priuari iure retractus, quod prius à venditore requiſitus noluit emere. Quid enim ſibi id præiudicare debet, quòd maluit expectare venditionem, & rem intra annum ſibi à ſtatuto conceſſum redimere, quo interim pecunias in id neceſſarias ſibi colligeret, compararet, explicaret (vt vtar verbo Iuriſconſulti in l. debitorib. ff. de re iudic.) quas fortè tunc non habebat, cùm fuit requiſitus. Certè non debet, non magis quàm filio, qui dicit ſe nolle hæredem inſtitui, quia malebat habere ab inteſtato: ex ſententia Cyrii in l. ſi quando, in vlt. quæſtio. C. de inoffic. teſtamen. argum. l. mater. ff. eodem tit. & l. 1. §. generaliter. ff. de le. præſta. Et faciunt, quæ diximus in præcedenti caſu, & quæ item dicemus in ſequen.

146 *Agnatis recuſantes emere, poſſunt nihilominus reuocare alienationem.*

Nam quod ſuprà dictum eſt, prohibitum alienare extra familiam, poſſe tamē, ſi conſanguinei noluerint emere, nihil ad hunc caſum pertinet, vt iam ſæpè diximus, quia nulla eſt eiuſmodi prohibitio, ſed tantùm permittitur conſanguineis redimere reſtituto precio; & ita approbato contractu. Vt interim omittam multos eſſe contrariæ opinionis, vt ſcilicet non poſſit eo caſu fieri alienatio, etiamſi conſanguinei voluerint emere: videlicet Sal. Rapha. Co. Paul. Caſtren. ſibi contrarium. Alexand. & Iaſ. ſibi quoque contrarium in d. l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de verbo. obliga. & latè Ioannes Ana. conſil. 47. illud præſupponitur, vbi etiam hinc concludit, quòd ſi vaſallus agnatis prius requiſitis, & nolentibus emere, vendat feudum paternum extraneo, poterunt nihilominus agnati reuocare huiuſmodi alienationem: per multa, quæ illic allegat. & ibi quoque Ludo. Bolog. in addit. ipſius & Ioannes Crot. in repet. dict. l. filiusfamiliàs. §. Diui. col. 8. verſic. ſecunda ſit concluſio. ff. de legat. 1. vbi & id confirmat alijs rationibus. & Alber. Bru. conſ. 80. circa primum. col. 1.

147 *Dominus qui noluit emere, non priuatur iure prælationis. Conſuetudo.*

Et idem ſi vaſallus obtulerit rem vendendam domino, qui diſtulerit duos menſes, vt ex hoc non priuetur iure prælationis, voluit Carol. Molen. in conſuetudin. Pariſienſ. titu. 1. §. 13. num. 6. Quin & ſi alia ſententia verior ſit, ea tamen intelligitur, cùm eſt ſola prohibitio alienationis: quòd ſi præterea mandatum ſit rem in familia relinqui, tunc ſola requiſitio non impedit, quin in familiā reuocetur: ex ſententia Bartol. in dict. §. cohæredes. De quo tamen vide Paul. Caſtren. dict. conſi. 444. colum. 1. lib. 1. Et in noſtro caſu retractus id nuncupatim voluit D. Ferro. in conſuetudin. Burdigal. hoc eodem titu. § 9. in fin. atque iterum titu. de teſtamentis. §. 14. col. 2. verſ. quod nuper. & de hoc eſt etiam expreſſa conſuetudo Normanorum, capite conſuetudinum eius gentis 115. cuius titulus eſt, *de querele deſief vendu*, &c.

148 *Conſanguineus præſens uenditioni; pōt eā retrahere. Vide ſuprà 115. & ſeq.*

SEXTVS idemque poſtremus caſus minimè omnium eſt dubius, neque enim vllo modo ſibi præiudicat conſanguineus, ſi eo præſente res ſit vendita, cùm ideo paſſus eſt venire, quòd ſciebat ius retrahendi ſibi durare. Vt in ſimili dicitur in dict. l. ſicut. §. non videbitur. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſolui. Nam licet is text. loquatur in iure quæſito, non tamen ſequitur aliter dicendum in iure quærendo, tametſi id facilius impeditur, & amittitur, quàm quæſitum. Imò verò minus quis cenſetur ſibi præiudicare in iure futuro ſiue quærendo, quàm in præſenti, & quæſito, vt videre licet ex gloſſ. vti à multis citatur, in l. ſi à ſubſtituto, in princip. ff. de legat. 1. & Bart. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. col. 2. verſ. ſecundo caſu, eod. titu. & in l. quæ dotis. col. 3. verſ. procedo vlterius. ff. ſolu. matrimo. Socy. in d. l. cùm proponas, in fin. C. de pactis.

149 *Præſentia eius, q contradicere nō poteſt, non nocet.*

IDEOQVE & Paul. Caſtren. in d. l. 1. §. ſcientiam. ff. de tributo. quem ſuprà num. 119. ſed quid in his, citauimus, poſteaquam retulit ſententiam Guliel. Cun. qui dicebat conſanguineum præſentem, & non contradicentem venditioni, non admitti ad retractum, vti diximus in eodem nu. 119. dicit id eſſe notandum, ſi verum eſt, ſed ſe non ponere pro certo: hæc enim ſunt eius verba: Ex quibus intelligis, aliud ſe ſentire, nec abs re quidem, præſertim cùm conſanguineus impedire non poſſit, quò minus ea venditio fiat. Ergo ipſius præſentia, & taciturnitas ei nocere non poteſt, ex communi regula tradita à gloſſ. in d. l. Caius. & ibi quoque Bart. ff. de pigno. act. & gloſſ. in cap. nonne, de præſumpt. & in cap. plerunque, in gloſſ. 1. 2. quæſt. 7. & in cap. 10. is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. & latè Bart. in d. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimo. per multa iura vbique ad hoc allegata. Idque etiā ſi ipſe cōſanguineus fuerit præſens, tanquā Notarius, aut teſtis vēditionis, vt probatur in d. l. Caius. & ibi glo. Bart. & alij, & ſupra

& ſupra diximus nume.141.ſed hanc noſtram, & ſeq.

*Agnatum præſentem alienationi feudi non ſibi p̄iudicare. Vide ſupra 116.*

150 Nec verum eſt, quod ſupra num.116.& id quidem ex Iaco.à S.Georg.diximus, agnatos præſentes alienationi feudi, & non contradicentes ſiue proteſtantes, ſibi prę iudicare, ea quam nuperrimè diximus, ratione, nec illud dicit Baldus, quem ipſe allegat, in cap.1.§. donare. titul. quali.olim feud.alien.pot.nec text.in d.l. ſicut.§.venditionis.ff.quibus mod.pign.vel hypoth.ſolui.ab ipſo Bal. eo in loco citatus, quia is tex.non ſimpliciter loquitur de præſente, ſed de conſentiente, ſiue permittente, cùm ibi dicitur, legare permiſit, & omnes vbique eum textum intelligunt, de conſentiente, vt videre licet ex ijs quæ latè diximus in repetitione l.ſi unquam, in verbo, donatione largitus.verſic.279.verùm in ea ſum.C.de reuocand.donatio.De conſanguineo autem conſentiente venditioni, vt ſibi præiudicet in iure retractus, abundè diximus ſuprà, in quarto caſu.Nam etiam d.l.ſicut.§. nō videbitur, nuncupatim facit differentiam inter præſentem ſimpliciter, & conſentientem, vt ille ſibi non præiudicet, hic contrà.Et quòd agnatus præſens alienationi feudi, & tacens non ſibi præiudicet, expreſſim tenuit Franc.Curt.Iunior in tract.feud.in quarta parte, chart.totius operis 42.verſic.nunquid autem in caſibus, iterumque chart.47. verſicu.2.limitatur.

*Nec dominum quoq; Vide ſupr. 117.*

151 Sed & in alio caſu, quem poſt præcedentem continenter, ſuprà adduximus de domino, qui præſens uenditioni non contradicit. Sunt alij, qui contra quàm ſuprà diximus, tenent eum ſibi non præiudicare, quin poſſit venditionem ipſam retractare, ea quam diximus ratione, quòd ſciebat ius ſuum ſibi fore integrum. In hac.n. ſententia fuère And.Iſern.ſubobſcurè, atque etiam Bal. dum hanc opinionem ponit poſtremam, in d.c.1. tit.de prohibit. feud. alien. per Lotha. & ſenſerat etiam gloſſa ibi, quæ pro contraria parte à nonnullis citatur, quæ tamen adeo obſcurè loquitur, vt vix ſcias, in vtram partem inclinet.Et illam pro hac parte nominatim allegat, & ſequitur, & ſingu.dicit Ro.ſing.715.de ſolennitate, vbi & in hanc quoque partem trahit Bal. vbi ſuprà & idē quoque voluit Bertr.Capr.in d.c.1.in prin. tit.de prohi.feu. ali.per Loth.& in c.Imperialem, in princ.& ibi quoque Card.Alex.ſtatim poſt princ.& Io.Ray.in §.habito, col. 25.in paruis, ver.quæro dicitur hic prohiberi, tit.de prohi.feud.ali.per Fed.Fel.in c.ex ratione, col.4.verſ. & per iſtam regulam, de præſcript.Iacob.à S.Georg. in tracta. feud.in verbo, & cum pacto de non alienādo, col.6.uerſic.ſed hìc cadit.

*Idē in emphyteuſi.*

152 Et idem in emphyteuta, qui ſimpliciter uendit rem emphyteuticam præſente domino, & tacente, ut ſibi ipſe dominus non præiudicet in iure emphyteutico, nec neceſſe habeat de ſuo iure proteſtari, contra id quod ſuprà eodem in loco diximus ex Io. Ana. nuncupatim uoluerunt Pet.& Cyn.in l.vlt.& ibi quoque Alber. columm.1. Ang.colum.vlt.& Iaſon colum.penul.in 23.q.C.de iure emphyteu.quamuis ſecus eſſe dicant, ſi emphyteuta rem expreſſim venderet pleno iure præſente domino, & non contradicente: tunc enim dominus ipſe non reclamans aduerſus huiuſmodi uenditionem ita pleno iure factam ſibi præiudicat.

*Nec in his opus eſt p̄teſtatione.*

153 Sed & ſi illud non procederet in caſu uenditionis feudi, uel emphyteuſis, quæ uaſallus & emphyteuta vendere non poſſunt ſine conſenſu domini, ideoque poſſet dominus impedire, ne vendant: non tamen procederet in caſibus, in quibus quis vendere poteſt altero inuito, ut hìc quilibet poteſt uendere ſuam inuito cōſanguineo. Quo caſu præſentia cum taciturnitate non operatur conſenſum, ſed ſemper ius ſuum præſenti & tacenti durat, ut iam ſuprà diximus: nec opus eſt proteſtatione, quia prouidentia legis, vel ſtatuti ei ſufficit, ut expreſsè dicūt Bald.& Cardin.qui tamen alterius eſt partis, quantū ad Vaſallum, in d.c.1.titu.de prohib.feud. alien. per Lotha.

*Preſens legato, rei ſuæ, nō ſibi p̄iudicat.*

Ex quo etiam in ſimili fit, vt ſi quis ita adſit, cū eius res à teſtatore legatur, & taceat, non ſibi præiudicet, ut not. gloſſ.in d.l.ſi fideiuſſor.§.pater.ff. de pign. & in d.l. Caius, de pign.act.Bal.in d.c.1.in prin. uerſi.quid ſi patior. titu.de prohi.feud.ali.per Loth.Imol.in d.l. quæ dotis, col.ult.ff.ſolut.matr.Alex.conſil.20.ponderatis his, col. pen.uerſ.ſola præſentia, lib.3.Iaſon in dict.l. ſi fundum per fideicommiſſum, col.ult.ff.de leg.1.

*Præſentia inter coniūctos, an habeatur pro conſenſu.*

Et ſi quiſpiam hìc diceret, quòd id quod dicitur, p̄ſentiam & taciturnitatem non haberi pro conſenſu, non procedit inter coniunctos, per l.ſi ſeruus.ff. de donat.inter uirum & uxor.glo.in l.quæ dotis.& ibi Bart.col.pen. ff.ſoluto matr.& facit l.Procula.ff.de probat.quam & ipſi allegant.Sciat eam priorem l.procedere, quando conſanguineus non ſimpliciter tacuit, ſed ultra, rem de qua agebatur, tradidit, ut pulchrè expendit Bald.in d.l.cùm proponas filios, paulò ante fin.C.de pactis.& Iaſ.conſ.3. circa primum, colum.4.uerſ.& dum ſucceſſiuè, li.1.& facit quod dicemus infra, numer. ab hinc 4.In dict.autē l. Procula, alia multa interuenerunt, conſenſui adſtipulantia, videlicet taciturnitas nō tantùm eius temporis, quo actus conficitur, ſed longi poſtea temporis, & ſæpius facta computatio rationum, quorum ſi unum aliquod abſit, non eſt locus ei.l.vt dicunt Bar.Bal.& Floria. ibi poſt glo.in l.libertis quos.§.1.in uerbo, ſi conditio.ff.de ali. & ciba.legatis. 154

*Inueſtitura de alio facta, an p̄iudicet p̄ximiori p̄ſenti, ſupr. 118.*

Sed quod poſtremo loco pro alia parte dictum eſt de inueſtitura feud.alteri facta præſente eo, ad quem feudum ipſum obuenire debebat, gloſſ. quam ad id citauimus in cap.1. §. præterea, titulo quibus modis feudum amittitur, non id aſſeueranter, nec conſtanter affirmat, ut ex eo patet, cum dicit, niſi dum tacitè conſentit, intelligat ius ſuum ubique durare, per dict.l. ſicut.§. non uidebitur.ff.quibus modis pign.vel hypothe.ſoluit.Et contrarium non obſcurè voluerunt Andre.Iſern.ſimpliciter in dict.§.præterea.& ibi quoque Bal.Aluaro.& Cardin. Alexand.dum ultra præſentiam & taciturnitatem requirunt alium actum conſenſui ſuffragantem, ut ibi apud eos, omnibus uidere licet. 155

*Preſens alienationi re p̄hibitæ alienari in fauorē ipſins, non ſibi præiudicat.*

Nec eſt, quòd decedēdum ſit ab hac noſtra ſententia, propter gl. ſupra nume.113. pro altera parte allegatam, in d.l.cùm proponas filios.C.de pactis, quandoquidem ea non uidetur illam ſententiam conſtanter firmare, cùm ei continuo ſubijciat hæc uerba: Sed cōtra.ff.de legat.1.l.ſi fundum per fideicommiſſum.Et tamen ea, tā quam ſit in priori ſententia, reprobatur à Bar. Bal.Ioan. Fab.Pau.Caſt.Ale.& Iaſ.& omnibus ibi.& Bal. qui eam dicit communiter ab omnibus reprobari.in l.1.col.ulti. C.de bonis matern.Bar.& alijs in d.l.quæ dotis.ff.ſolut. matr.Iaſ.in d.l.filiusf.§.Diui.in 2.lect.col.11.uer.tertiodecimò limita.& ibi quoque Io.Crot.char.antepe. verſ. prima ſit concluſio.ff.de leg.1.Fabia.in tract. de emp.& uend.in 3.parte prin.q.54. Niſi tamen ſi quis doloſè aut fraudulenter tacuit, ſecundum Albe.in l.fideiuſſor. §.1. ff.de pign.& in l.2.col.5 uerſicu.9.ff.ſoluto matr.Bald.& Salyc.in d.l.cum proponas.& eundem Bal. in l.quoties. la 1.colum.1.uer.quæro nunquid ille. C. de fideicom. & in l.Titia cum teſtamento.§.Lucia.ff.de lega.2. & Ro. in contraria parte allegatus, conſi.457. in fin. ita expreſſim eam gloſſ.intelligens. Et in ſimilib.uoluerunt And. Iſern.in dict.c.Imperialem, in prin.ti.de proh.feud.alie. per Fed.& Imol.in l.cùm vir, colum.8.uer.& adde etiam prædictis.ff.de vſuca.& Alex.conſ.109.uiſo proceſſu, colum.3.uerſ.plus dico, quòd ſi apparet, libro 4.Et de hoc eſt bonus text.quem omnes propè in id citant in l. ſi ſine.C.ad Velle.& etiam in d.l.2.& ibi Alb. poſt alios.C. ſi alie.res pign.data ſit. 156

*Niſi doloſè tacuerit.*

*Conſanguineus p̄ſens, et dolo è tacēs, ſibi præiudicat in retractu.*

Et huc quidem referri poteſt, quod nuper diximus de domino, qui tacuit, cùm emphyteuſis venderetur pleno iure: nam tacere dolo videtur.Hìc autem quis dolus 157



lus eſſe poteſt in conſanguineo præſente alienationi, & tacente? niſi ſi fortè, cùm res uenderetur cuipiam extraneo, ignoranti hanc retractus conſuetudinem, & interroganti, an ea conſuetudo locum haberet, non empturo ſi locum haberet, venditor aut alius quiſpiam, reſpondit, nullam hìc eſſe talem conſuetudinem, præſente quidem conſanguineo, & ex compoſito, & de induſtria tacente, quò emptor non deſiſteret ab emptione. Et tunc crederem illum nō eſſe admittendum ad retractum, non magis quàm dominum ad reuocandam alienationem, qui, cùm res pleno iure vēderetur, tacuit. Videtur enim vterque emptorem dolo circumueniſſe.Et facit tex.in ſimili in l.tenetur. & ibi Bart.ff.de ect.emp.& in l.emptorem. §.denique.eod.titu.

*Quid, ſi ultra præſēciam aliud facit. Vide*

158 Avt etiamſi præter præſentiam aliquid ipſe conſanguineus feciſſet, quod conſenſum argueret: vt etiam nuper diximus de agnato proximiore, qui paſſus eſt aliū inueſtiri: vt ſi in noſtro caſu conſanguineus euictionem ſe præſtiturum ſpoponderit, vel emptori perſuaſerit vt emeret, vel etiam ipſe ſcripſerit inſtrumentum uenditionis. Vt de primo eſt tex.in l.exceptione. C.de euict.iuncta regula.l.vindicantem.ff.eod.titul.de ſecundo, in l.ſi quis affirmauerit.ff.de dol.ma.Et his caſibus dicit Alci. in d.cùm proponas, eam gl.defendi poſſe. Et ibi etiam Iaſ.duos illos priores adſcripſit.Et hos quoque poſteriores Bal.in d.§.Lucia.De tertio eſt text.optimus in d.l. fideiuſſor.§.1.ff.de pign.Et pro ijs faciunt multa, quæ collegimus in noſtris Legibus connubialibus, in verbo, *expres*.num.23.limita tertio, vt ita procedat, & multis ſeq. quibus docuimus, quòd cùm ultra pręſentiam, & patientiam alicuius aliquod eius dictum factumve interuenit, quod conſenſui adſtipuletur, habetur pro expreſſo conſenſu.

*159 Quid, ſi p̄ſuaſit emptori, ut emeret.*

*Quid, ſi inſtrumentū emptionis ſcripſit. Quid, ſi cō ſiliū actui prębuerit. Quid, ſi ſubſcribit in tabulis emptionis.*

159 Et prætereà facit tex.no.in c.arbitri, ad fin.extrà de arbi. cùm ibi dicitur, cùm Epiſcoporum fuerit præſentia, & conſilio roboratum. Ex quo not.Panor.ibi, col.2. verſ.Epiſcopus ergo, quod conſil.habetur pro conſenſu & illum quoque tex.ad hoc expendit, & commēdat Roma.in l.quæ dotis.ff.ſolut.matrimo.& Socyn.in l.2.§.voluntatem, poſt princip.eod.titu.iterum conſ.291.viſis literis, col.9.verſi. primum quod per illa, lib. 2. vbi ex eo dicit, quòd præſentia in actu cum collaudatione ipſius habet vim conſenſus. & Corſet. qui illum dicit ſingu.in ſuis ſing.in verbo, minor ſi ex diſpoſitione, ante ſi.& omnium optimè facit text.ſuprà ſæpiùs citatus in d. l.ſicut. §.non uidebitur.ff.quibus modis pigno.uel hypoth. ſol. dum loquitur de eo, qui vltra præſentiam ſubſcripſit in tabulis emptionis. Nam id (inquit) faciens conſenſiſſe videtur, vti etiam uoluit Bal.in cap.1.§.præterea, tit.quibus modis feud. amit. vbi loquitur de eo, qui cùm ad eum feudum ex ſucceſſione peruenire deberet, ſubſcripſit inueſtituræ alteri factæ.& allegat.l.vlt. C.plus valere.Et idem dicit de eo, qui ſigillum ſuum appoſuit, per l.2.C.de reb.alien.non alien. Et idem in vtroque conſuluit Rom.conſ.303.hęc ſcriptura.Sed & illud de ſigillo voluit ipſe Bald.Saly.& Paul.Caſt.in d.l.2.poſt gloſſ.ibi. idem Bald.in l.in fraudem.ff.de teſta.mil.& in cap. cùm eccleſia.col.1.verſ.ſi tamen Epiſcopus, de cle. vbi illum tex.& glo.in d. cap.2. dicit ſing. & in cap.cùm clamor, poſt princ.de teſtib.& in ca.1.col.3.in verb. ſigillo communi, tit.de pace Conſtan.& conſ.175. factum proponitur.col.2.lib.1.& conſ.354.quæritur vtrum, lib.3. Bart. in d.l.quæ dotis, in fin.& ibi quoque Ro.& Alex.ff.ſolu. matri.Paul.in l.ſi procuratorem.ff.de procu.Barba.conſil.87.illud referam.col.5.verſic.præterea faciat.lib.3.& Docto.ſępè.

*Quid, ſi preciū emptionis recipiat.*

160 Sed & facit ad ſuprà dicta text.in l.quidam ex parte.& ibi gloſſ.& Docto.ff.de euict.vbi præſens uenditioni ab alio factæ, & non contradicens, & præterea preciū illius recipiens, cenſetur illi conſentire.& eum tex.& in dict.§.non videbitur, in id expēdit Albe.in l.Caius, poſt medium.ff.de pign.acti. Et quod in eandem ſententiam ſcribit Panormi.in c.non iniuſtè, col.2.verſ. & ex hoc cape, extrà de procur.quod vbi tractatur de præiudicio alterius, ſi is vltra taciturnitatem facit aliquem actum, qui aſſentiri videatur: ea taciturnitas habetur pro conſenſu, per quædam ibi ab eo allegata.& ſequitur Iaſ. cōſ.227. Caro.col.7.verſ.ſextò facit, lib.2. & vide etiam quæ dicemus infrà in eadem gloſſ.num.273.poſtremo, & quæ diximus ſup.num.141. ſed hanc noſtram, & ſeq.

*Si conſanguineus non retraxit in prima uenditione, an poterit in ſecunda ab eodem facta, qui rē recuperauit.*

Sed his maturè relictis, quæro, quid ſi cùm quis ſemel fundum vendidiſſet, conſanguineus eius non retraxit, & tempore retrahendi tranſacto, iterum redit is fundus in dominium uenditoris, & ab eo iterum venditur, vtrum conſanguineus, qui in priori uenditione neglexit retrahere, nunc in altera id poſſit facere. Quod prima ſtatim fronte poſſet videri non poſſe, ar.l.vlt.C.de remiſ.pigno.& l.1.§.qui ſemel.ff.de ſuc.edic.& l. ſicut. C.de repud.hær.Verùm Luc.Pen.in l.vnicuique. C.de proxi.ſacr.ſcrin.lib.12.contrarium tenuit, tum per illum tex.in fin.qui in id eſt optimus, & quem Bart.vt id addam, extendit ad aliam ſpeciem non admodum ab hac differētem, tum quia ex noua cauſa nouum producitur remedium, arg l.ſi mater.§.eandem.ff de excep. rei iud.& l.ſi filius §.Paulus.ff.de bon.lib.& l.1.in fin. C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10. 161

*Mandatarius poteſt præbendā quā neglexerat petere, ſi iterū vacet, petere.*

Quæ quidem Lucæ ſententia adiuuatur hac altera Lapi ſententia, in c.ſi clericus, de præb.lib.6.Nā in eo text. in §.verum, ſcribitur, quòd ſi is cui mandatum eſt prouideri de præbenda in eccleſia, cuius is Canonicus eſt, negligenter omiſerit petere pręebendam proximè vacantē: poterit tamen huiuſmodi negligentia non obſtante, aliā proximè vacaturam petere. Quid igitur (inquit Lapus) ſi illa prima, quam neglexerit petere, iam alteri collata iterum vacet, poteritne eandem petere? & tenet quòd ſic, quaſi ex nouo iure. l. cùm ſeruus, & l.ſi ſeruus. ff.de ali.l.& c.ex tranſmiſſa, extrà de renun.Neque enim cenſetur eſſe illa prima ſic neglecta præbenda, ſed alia propter nouam vacationem. Et illum ſequuntur Petr.Anchar.in d.c.ſi clericus.colum. vlt. verſ.quærit Lapus, & Do.& Phil.Fran.in d.§.verum.ille, col.2.verſ.ſed quid ſi poſt.hic circa medium illius verſ.ex quibus cognoſces, quomodo id intelligendum ſit. Et ſemper aliàs negligens in vno actu, non ſibi præiudicat in ſequenti: vt non obſcurè uoluerunt Inno.& Compoſt.in c.querelam. de elec.& clarius Fed.Sen. conſil.147. quidam de ciuitate Tuderti.col.2.verſ.item contumacia.Pan.conſ.54.videtur primò.colum.2.verſi.nec obſtat ſi dicatur. lib.1.& Car.Ruin.conſ.50. ſuper themate.col.5.uerſ.nec etiam prædictis.lib.5.Et bene facit, quod dicit glo.in cap.2.in uerb.non teneris, [uer.ſed quid dicemus. de dol.& contu.lib.6.] quòd contumax in uno actu, non ſibi præiudicat in ſequentibus. 162

*Renunciatio unius nō inducit renunciationē alterius ēt in re eadem.*

Nec obſtant (ut id quoque addam Luc. Pen.) iura pro alia parte allegata: quia ea loquuntur de eodem iure, qđ quidem, ſi quis ſemel omiſerit per confuſionem, uel renunciationem, non amplius eſt, ut dicunt, audiendus, eodem illo iure uti uolens. Hìc autem retractus, qui pro prima uenditione competebat, non is eſt, qui nunc pro alia competit. Ideò excluſio, aut priuatio illius, ſiue renunciatio non inducit priuationem, uel renūciationem iſtius, etiam in re eadem: ut patet ex his, quæ diximus ſuprà eadem gl.nu.45.ad illam autem, & probatur quoq; in l.iubemus.C.ad Velle.& in l.ſi domus.ff.de ſerui.urbano.prædio.& in l.ſi mihi.ff.de ſerui.ruſtic.præd.& l.ſi prius, poſt prin.ff.de aqua plu.arcen.& l.nec is qui.§.i.ff. de acquir.hæredi.& l.ſuum.C.de iu.deli.& l.quoties duplici.ff.de regul.iur. & uoluit Alb. poſt Guid. Suz. in l. dam.la 1.§.Sabini.ff.de dam.infect.& Sig.conſi.169.q. num.16.& Ro.conſil.132.ut retulit, in fin.& conſ.168. 163

circa

circa primum, in prin. ubi & alia iura alleg. & Pau. Caſt. conſ. 70. breuiter in prin. li. 2. Et faciunt, quæ diximus ſupra in eadem glo. num. 44. ſed & in alio, & ſeque De hac autem q. diſputat do. Boer. in ſuis deciſionibus, quæ poſt priorem noſtram huius operis editionem impreſſæ ſũt, deci. 78. ſed an proximior: vbi ſatis obſcurè de ea re loquitur, ſed ita vt videatur velle, quòd ſi ad venditorem res redijt ex pacto reuendendi, & is poſtea rem eandem alteri vendat, poſſit conſanguineus illius, qui non retraxerat ex priore venditione, retrahere ex ſecunda: ſed ſi aliter, & ex noua uenditione res ad eum redierit, nõ poſſit conſanguineus ipſius rem eam poſtea venditam retrahere, cum fuerit ea res facta acquæſtus illius uenditoris, in quo retractus non habet locum. De quo, an ſcilicet ea ſit exiſtimanda acquiſitio, dicemus inferius, eod. titu. §. 29. in glo. 2.

164 *Conſanguineus extraneus an poſſit retrahere, ſtante ſtatuto prohibente ne extranei poſſint acquirere.*

QVID autem, ſi ſtatutum ſit in loco, ne quis extraneus, aut (vt noſtri loquuntur) forenſis poſſit acquirere immobilia intra limites eius loci, vtrum venditoris conſanguineus, extraneus eiuſdem loci, poſſit rem immobilem eius loci venditam retrahere? Quod uidetur, per textum in l. quo officij. ff. de contrah. emp. vbi qui in prouincia militat, prædia comparare in ea prouincia prohibetur, præterquam ſi paterna diſtrahantur, cum ſimi. à me collectis ſuprà in præfatione ſue rub. huius titu. nu. 45. adſtipulatur. Ex quibus tamẽ illud unum reſumam, Fabianum à monte S. Sab. in tract. emptionis, & uenditionis, in 31. q. 1. partis princip. ex eo aſſerere prohibitos emere uel acquirere, poſſe tamen ea emere & acquirere, quæ fuerũt maiorum. id quod etiam uoluit Iaſ. in l. principalibus, colum. 3. verſ. 5 limita. ff. ſi cert. pet. vbi & ex hoc limitat eum text. prohibentem, ne qui prouinciam regunt, negotientur.

165 QVIBVS adde & quod uoluit gloſſ. in l. 1. C. quib. ad conduc. præd. fiſc. ac. non licet, lib. 11. dum à text. ibi ꝓhibente Palatinos à conductione fundorum Principis, excipit fundos, qui fuernnt maiorum, per d. l. qui officij, & ii. Et ex hoc Io. Plat. ibi loquens nuncupatim de hoc ſtatuto prohibente extraneos acquirere, id intelligit, niſi acquirerent res quæ fuerunt maiorum. Sed & Old. conſ. 94. eleganter circa negocium multis probat, prohibitionem legis vel hominis de non alienãdo, intelligi de alienatione, quæ fieret in extraneos, ſed non inter eos, qui ſunt eiuſdem generis. & ſequitur Fran. Rip. li. Reſponſorum 2. c. 35. feudalibus conſtitutionibus nu. 26. De quo & nos quoque diximus ſupra in eadem præfatione, nu. 53. præterea quamuis.

166 *Statutum unum ab alio interpretationẽ ſumit.*

ET facit quoque in hanc ſententiam, quod Petr. Anchar. tradit Bar. conſuluiſſe: quem & ipſe ſequitur in rep. c. 1. in 12. q. prin. uerſ. reperio ipſum Bart. qui eſt in 44. char. col. 1. in paruis. de conſtitu. quod ſtante eo ſtatuto, de quo nunc quærimus, vt ſcilicet forenſis non poſſit acquirere rem immobilẽ in ciuitate: & alio ſtatuto, quòd quarta pars bonorum interficientis applicetur conſanguineis interfecti. Ipſi conſanguinei eam quartam bonorum immobilium conſequentur, non obſtante primo illo ſtatuto. Ex hocque ſcribit ipſe Petr. Anchar. ſe conſuluiſſe Triuiſij, vbi erat ſtatutũ, quòd dos mulieris adulteræ acquiratur marito, Maritum forenſem ex poſteriori ſtatuto acquirere dotem vxoris Triuiſanæ adulteræ, ibi dotem habentis. Et hoc poſtremum repetit idẽ Petr. Ancha. in c. ſtatutum. §. cum autem, colum. 2. uer. & ſimilis quæſtio eſt, de reſcrip. lib. 6. & ſequitur Barb. in rubr. de reb. eccle. non alie. col. 4. uerſ. 4. limita, & conſ. 48. ꝑclare, colum. 4. uerſ. & ad hoc adduco, lib. 2. & conſ. 51. ſcripſit, colum. 3. uerſic. & præmitto eo. lib. 2. & conſ. 59. à Ioue, colum. 3. libr. 3. & conſ. 50. clementiſſimum, col. pen. verſi. 3. reſpondeo. lib. 4. & conſ. 86. magnus, colum. 5. uerſ. & ad hoc. eo. lib. 4. & inter conſ. Alex. conſ. 135. eodemque vltimo, clementiſſimi, colum. 4. uerſic. & adduco, lib. 4. Et facit, quod etiam reſpondit Rapha. Fulg. conſ. 102. præſuppoſito ſtatuto Veronæ, colum. ulti. huiuſmodi ſtatuta prohibentia extraneos acquirere, nõ impedire acquiſitionem legalem, per multa quæ illic allegat. Vtrũque autem dictum ſequitur Stephanus Fed. in tractatu de legum interpretatione, parte ſecunda, char. 6. verſ. item quæritur, ſtatuto cauetur. Ideo neſcio quis (nã autoris nomen non inſcriptum eſt) in quodam tractatu de retractu, qui impreſſus eſt inter alios quoſdam tractatus in 5. q. nuncupatim tenet ſtante hoc ſtatuto, ne liceat extraneo acquirere, poſſe tamen conſanguineum extraneum retrahere.

167 *An qui nõ poteſt acquirere, non poſſit etiam ſuccedere.*

QVAMVIS contrarium poſſet etiam uideri ex eo, quod clanculùm uoluiſſe uidetur Bart. in l. uentre, uerſi. tertius caſus. & ibi etiam Ange. in repe. ff. de acquir. hæred. quòd in caſu dicti ſtatuti prohibentis extraneos acquirere, non poterit conſanguineus extraneus, etiam proximior defuncti, ſuccedere in bonis eius loci, in quo id ſtatutum eſt. Quod & apertius uoluit Fran. Are. ibi colum. 10. uer. circa tertiam regulam, cum multis ſeq. & rurſum in l. Pantonius. §. 1. uerſicu. & hoc nec ſic, eod. titul. ubi id dicit ſingu. & Iaſ. in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege, col. ultim. uerſiculo limita deciſionem. ff. de uerborum obligat. Ferd. Loaz. qui & id quoque dicit ſingu. in repet. l. filiusfamil. §. Diui. char. 8. num. 197. ſecundò ſing. limitat. ff. de le. 1.

168 SED huius poſtremi dicti contrarium uoluerũt Bar. Imol. & Paul Caſt. in d. §. ea lege, per l. cùm pater. §. cùm inter. ff. de le. 2. ſumendo argumentum de diſpoſitione ſtatuentium. Nam ibi dicitur, quòd ſi teſtator prohibuerit hæredem alienare extra familiam, poterit tamẽ poſt mortem ipſius hæredis proximior eius ei ſuccedere. Et hanc quoque rem obtinere, etiamſi non ſit de familia teſtatoris. Et ita eum text. intelligunt Imol. & Rapha. Co. ibi, cum multis alijs concord. à me collectis infra eo. tit. §. 26. in glo. 1. nume. 4. ſed ſi id recipias, & ſeq. Et illud quoque in caſu ſtatuti prohibentis alienare in extraneũ, ſequuti ſunt Ioan. Crot. & Ferdi. Loaz. ſibi in eadem l. contrarius, in repet. d. §. Diui. ille colum. 23. verſi. 3. limitatur. hic, nume. 399. 3. limitatur. Et idem ante eos voluit, licet non allegent, Raph. Co. conſi. 804. præſuppoſito caſu, col. 1.

169 ET hanc opinionem confirmat Tullius, qui in oratione pro L. Flacco conſtantiſſimè defendit Conſules, Prætores, cæteroſque magiſtratus, quibus ius non eſt in ſua prouincia emere, acquirere poſſe tamen hęreditates, quæ ſibi obueniunt, & recipere. Et eſt text. apertiſſimus in d. l. milites. §. ult. ff. de re milit. cuius hæc uerba ſunt: Milites, ſi hæredes extiterint, poſſidere ibi prædia non prohibentur. & in l. 1. § pen. verſi. ſed & ſi iure. ff. de falſ. vbi licet tutor & curator nondum reddita ratione, nõ poſſint contrahere cum fiſco, tamẽ iure hæreditario poſſunt ſuccedere in fiſcalem contractum. Ex eoque not. Bart. quòd ſi ſit ſtatutum, ne nobilis recipiat ceſſionem aduerſus popularem, poterit tamẽ ſuccedere in actione aduerſus eum, nec incidet in pœnam ſtatuti. & ſequitur Panorm. in cap. 1. col. 2. uerſ. item vide glo. extra ne cleri. vel Mona. & Barb. in l. ſi ex legati cauſa, col. 6. ff. de verborum obligat. vbi illum text. dicit ſingu & conſi. 14. clementiſſimi, colum. 3. lib. 2. & conſ. 1. magnus, colum. 18. verſ. præterea adduco, libr. 3. & conſ. 60. illud in medium, col. 6. eod. libr. 3. Ex text. in l. decurio qui. ff. de decurio. cuius etiam hæc verba ſunt: Decurio, qui prohibetur conducere quædam, ſi iure ſucceſſerit in conductionem, remanet in ea: quod & in omnibus ſimilibus ſeruandum eſt, & vbique concor. in glo. Et ar. illius poſtremæ l. dicit gl. no. in d. c. 1. in verbo, conductores, ne cleri. vel Mona. quòd clerici, quibus conductionibus interdicitur ab eo text. ſi tamen conductoribus ſuccedant, in ipſis conductionib. remanent. Quam ſequitur, & dicit no. Panorm. ibi, col. 2. & ſingu. dicit Bar. in d. l. ſi ex legati, vbi ſuprà. & d. conſ. 14. lib. 2. & valdè no. d. conſi. 60. lib. 3. Et facit quod uoluit glo. in l. 1. in uerbo, id ex cauſſa, ver. ſed quomodo poteſt. C. de eden. & Bal. conſ. 291. ad euidentiam, col. 3. ver. itẽ eſt manifeſta. & col. ſeq. ver. eodem modo videamus, lib. 2. ex quibus probatur, poſſe nos retinere, quæ nobis per ſucceſſionem obueniunt, quæ aliàs non poſſemus acquirere. cum alijs ſimilibus adductis à Bar. & Felin. in cap. quia, quæſt. 5. de iudic. & eodem Barbat. omnibus locis ſuprà ex eo citatis. Et facit etiam l. hæres. ff. pro ſoci.



170 *Verba ꝓhibitionis, an ad acquirentẽ, an alienantem dirigãtur, vide num. interſit.*

ILLVD autem ſcio, quoſdam diſtinguere, vtrũ extraneus prohibeatur acquirere, vt ſic verba ſtatuti dirigantur ad acquirentem, ita ſcilicet, ne extraneus acquirat: an verò ad alienantem, ita ſcilicet, ne quis alienet in extraneum, vt uidelicet primo caſu procedat, qnod ſuprà primo loco diximus, ſcilicet proximiorem non admitti: ſecundo autem caſu admitti. ut per Iaſ. & Ferd. Loaz in d. §. Diui illum quidem in 2. lect. col. 20. verſic. ſecundò valde no. limita. & Cardi. Rui. conſ. 144. viſo ac perlecto col. 1. lib. 3. Nam & in ſimili caſu ita diſtinguit Angel. quem tamen nullus eorum memorat, conſ. 228. punctus talis eſt ſtatuto Florentiæ.

171 *Correlatiuorũ idem iudiciũ, et in correctorijs & odioſis.*

VERVM ego hanc differentiam minimè recipio, ob regulam, quòd prohibito vno correlatiuorum, & aliud quoque prohibitum cenſetur. l. vltim. & ibi Bart. Ang. & alij. C. de indict. vidui. vbi & hoc probatur procedere in correctorijs. & l. 1. C. de cupreſ. ex luc. Daph. lib. 11. ubi & id probatur etiam in pœnalibus obtinere, & in caſu, de quo loquimur, ſcilicet prohibitæ emptionis ſub pęna: nam & ſub eadem pœna venditio cenſetur prohibita. & ibi no. Bart. & eum text. ad id ſticit ſing. Bal. conſi. 104. ſex ſunt, col. 2. verſic. præterea Imperator, lib. 1. & eſt etiam bonus text. loquens & in pęnalibus. in cap. 2. & ibi Ioan. Ligna. ne cler. vel Mona. lib. 6. cum multis ſimil. adductis latè ab Iaſ. in d. l. vltim. & rurſum in Authenti. quas actiones, col. 7. verſ. tertiò principaliter. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi priuſquàm, col. penultim. verſic. ſed aduerte quia iſta. ff. de operis noui nuncia. & conſi. 112. in primis. col. 1. verſ. & in primis, libr 2. [uti etiam permiſſo vno correlatiuorum, permittitur & alterum, vel Ciceronis teſtimonio lib. 1. de Inuentione, cuius hæc verba ſunt: Nam ſi Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermacraonti turpe eſt conducere. Quod accepiſſe videtur ab Ariſtotele lib. 2. Rhetoricorum, ca. 2? οἷον ὡς τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελωνῶν. εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πολεῖν. οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι. hoc eſt, ut de publicanis Diomedon publicanorum princeps. Nam ſi vobis locare turpe non eſt, nec nobis conducere.]

172 *Quid ſi ꝓhibitio alienationis ſit vniuerſalis.*

Idqve etiam generale eſt, ut in omni materia indifferenti maſculinum concipiat fœmininum, ſecundum Iacob. Aretin. Cyn Alber. in dict. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus. ff. de lega. 2. & omnes quos poſtea in multis verſi. ſequen. citabimus. Ex quibus conſtabit, id quoque procedere in materia ſtricta, odioſa, pœnali & correctoria. Nàm primùm in ſtatutis, quæ ſunt ſtr cti iuris, ut diximus, ut uoluit ipſe Iac. Aretin. qui diſtinguendum dicit inter odioſa & fauorabilia. Cyn Alberi. qui id totum in ratione poſuit, vt ſi eadem ſit ratio, concipiat, aliàs minimè. & alij in d. l. quicunque. C. de ſer. fugi. Cyn. in l. 1. col. vltim. C quæ ſit long. conſue. Cy. & Bal. ſibi contrarius, in d. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus. Bald. in l. iura, la 1. ad fin. ff. de legib. & in l. 1. in princip. colum. ultim. & ibi etiam Angel in §. verba. ff. de pecul. idem Bald. in d. l. in multis. ff. de ſtatu homi. & conſi. 460. Ioannes. colum. 2. verſicul. reuertor, lib. 1. vbi & id ſingu. dicit procedere, etiamſi in loco ſit ſtatutum, vt ſtatuta ad literam intelligantur. & conſil. 276. dicit ſtatutum, lib. 2. ubi etiam dicit procedere, etiamſi ſtatutum contineat odium, modò non irrationabile. & conſ. 433. domina Ioanna, lib. 3. & in addit. conſi. 47. factum tale eſt, ſtatuto communis Aretij. li. 5. Sal. in l. 2. col. pen. ver. ſecundò infero. C. de nox. act. Ang. d. conſ. 189. col. 1. Alb. in dict. l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iudic. & in prima parte ſtatutorum, q. 9. item quæro quæſtionem rotatam, colu. ultim. ubi id dicit communiter teneri, & quaſi per totum mundum, ut ipſe loquitur Petr. Anch. conſi. 112. ſuperſtite domina, column. 1. vbi & id dicit generaliter procedere in omni ſtatuto ſiue odioſo, ſiue fauorabili. Imo. in l. ſi conſtante. §. vltim. & ibi quoque Alexand. colum. vltim. ff. ſoluto matrimon. ubi & ipſe Alexan. dicit procedere, etiam in odioſis odio non irrationabili. Idem Imo. in d. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus, colum. 1. Fulgoſ. ſibi contrarius, conſil. 63. Blaſius colum. 3. verſi. ſupereſt. & d. conſ. 203. viſis inſtrumento, colum. vltim. Panor. in cap. mulieres, ante fi. extra de ſenten. excommu. ubi etiam dicit procedere in ſtatutis odioſis non irrationabili odio. Paul. Caſtren. conſ. 427. inhærendo puncto, col. 2. verſic. breuiter his non obſt. libr. 1. Rapha. Com. conſi. 84. præſuppoſito caſu, colum. 2. Rapha. Fulgoſ. conſil. 63. Blaſius col. 3. verſi. ſupereſt. & conſ. 203. uiſis inſtrumento, column. 2. verſic. illud ſanè. Barb. in dict. Clem. 1. char. 6. in paruis, de elect. Alexand. conſ. 65. repetito conſ. 119. quoniam omne datum, colum. vltim. lib. 6. & d. conſ. 125. ubi ſuprà, lib. 7. & latiſſimè omnium Franc. Curt. Senior, conſ. 9. Ticinenſi ſtatuto, colum. 4. uerſi. ueritatem puto, cum multis ſeq ubi & alios multos in id citat, qui id tenent. & præterea dicit nihil intereſſe, à quibus proferatur maſculinum, à ſtatutōne, an à lege: ſed illud tātum inſpici, ſitne materia differens, an indifferens, ſiue an ſit eadem ratio, an diuerſa in mare, & in fęmina. Et hanc affirmat eſſe communem opi. & nouiſſimè Hipp. Marſi. qui alios quoque allegat ſing. 39. capias unum.

209 *In reſcrip. maſc. cōcipit fœmin. Vide 185*

Similiter in reſcriptis, quæ & ipſa ſtricti iuris ſunt, vt diximus, idem quoque procedere, ut in eis fœmininum ſub maſculino intelligatur, probat text. in d. cap. ſignificauit. & ibi Io. Andr. Cardi. Flor. Imol. & Panormi. & alij. extra de reſcript. vbi ſub illa clauſula, & quoſdam alios, continentur ſœminæ. & uoluit etiam Compoſtel. in cap. ſedes. eod. tit. Arch. in d. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Io. And. Lap. Io. Fantu. Domi. & Phil. Fran. in d. c. cum in multis, quod eſt 2. de reſcript. lib. 6. Collect. in cap. Raynaldus, col. 1. extra de reſcri. Henri. Boh. in d. c. mulieres. de ſent. exc. Imol. in d. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus. ff. de lega. 2 Domin. in d. c. generali, col. 4. uerſic. quarto caſu, de elect. libr. 6. Barbat. ſibi contrarius in d. Clem. 1. char. 6. verſ. ſeptimo caſu eo. titu. Caro. Rui. loquens in priuilegio legitimandi, de quo & nos ſuprà in contraria parte locuti ſumus, conſ. 103. viſis legitimationibus. colum. 9. verſ. ſed ad iſtud, lib. 3. & conſ. 145. quamuis, nu. 12. & ſeq. eod. lib. 3.

207 *In priuilegÿs maſc. cōcipit fœmin. Vide 186.*

De priuilegijs, quæ item ſunt ſtricti iuris, ut etiam dictum eſt, idem uoluit Archi. in d. cap ſi quis ſuadente. Bal. in c. ad audientiam, el 1. col. ultim. verſ. quæro nunquid in priuilegijs extrà de reſcri. vbi & id dicit uſu cōmuni eſſe receptum, ut maſculinum ubique concipiat fęmininum, ſi poteſt adaptari. Colle. in d. c. Raynaldus. col. 1. de reſcr. Henr. Boh. in d. c. mulieres. Domi. in d. c. generali, col. 3. uer. tertio caſu. Cor. conſ. 177. circa quod eſt primò uidendum, col. 2. verſ. his tamen non obſt. li. 4. Barb. in d. Clem. 1. char. 6. verſ. quinto caſu, de elect. & conſil. 57. præclarè ſcribitur, colum. 5. uerſicul. præterea eſt magnoperè, lib. 2. ubi tamen id intelligit in præiudicium concedentis, non tertij. Iaſon ſibi contrarius in omnibus locis, quæ tibi citabimus infra num. 221. denique & in materia. Philip. Deci. ſibi quoque contrarius. in dict. l. 2. col. antepenult. verſ. quintò videndum eſt. ff. de regul. iur.

208 *In contractibus maſc. cōcipit femi. vide 183.*

De contractibus, qui ſtricti iuris quoque ſunt, vt diximus, voluit Bart. ſubobſcurè in d. l. ff. de verb. ſig. Bal. in l. 2. colum. 1. & ibi apertius Salyc. in 17. q. C. de iure emphyt. idem Bald. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocand. Ange. conſi. 118. auia pro nepte, poſt princip. Domi. in d. c. generali, Pet. Anchar. conſi. 125. viſis & diligenter, colū. 1. Alex. ſibi cōtrarius conſi. 1. ponderatis, volum. 7. verſi. per prædicta pater. Barb ſibi etiam, ſed de induſtria atque ex profeſſo, cōtrarius in d. Clem. 1. char. 7. de elect. vbi ſe dicit bis pro alia opin. contraria conſuluiſſe, ſed tamen perperàm, vt ipſe fatetur, & in quod nō leuiter attendendū eſt, ibi ſine vlla ſuſpicione loquitur, cùm in conſi. parti ſuæ fauere vellet, vt ſæpè eidem & multis euenit. & Philip. Deci. conſi. 570. caſus de quo, paulò ante medium. & conſi. 607. viſo puncto, colum. penult.

209 *Filiorū & liberorum appellatio in hac re an ſit diuerſa rō.*

Scio autem nonnullos hic diſtinguere, vtrùmne contractus loquantur de filijs, an de liberis: ut ſcilicet filiorum appellatione fęminæ non comprehendantur, liberorum contra comprehendantur, ut per Alexand. in d. §. liberos, col. 1. & ibi etiam Iaſon poſt princ. & ipſum Alexan. in l. quod dicitur, la 2. col. antepen. verſ. ad prædicta. ff. de verb. oblig. & latè per eundē Iaſ. in d. l. ſi quis

id quod, colum.6.verſ.limita quatuor modis.ff.de iuriſdict.omnium iudi.& in l.maritus,col.2.verſi. nunc autē melius.C.de procu. & alibi ſæpè. & Philip.Deci partis quidem magis cauſam agens,quàm iuris, d conſil.223. colum.2.verſic.ſecundò reſpondetur.& conſil. 236.non parua difficultas,col.3. verſic. & in tali ſubſtitutione. & conſ.433. viſa copia,colum.vlt.& conſ. 567. in caſu occurrenti,circa medium.Sed idem in locis minimè ſuſpectis, videlicet in lect. hanc planè differentiam refellit, ſcilicet in d.l.2.char.penul.verſic.prædicta concluſio & ſeq ff.de regul.iur.& in c.in præſenti,colum.18.verſic.ſi tamen uolumus,extrà de probat. Nec ea etiam Alexan. placuit d.conſ.61.ſuper eo,colum.ult.lib.1.& eam refellit tex.in l.donationes quas parentes. C.de dona.inter virum & uxor.cùm dicitur, liberos cuiuſcunque ſexus. & in l.ult.C.de iniurijs,in illis uerbis,liberis maſculini ſexus,uel filiabus.Quanquàm illi text. nonnihil etiam faciunt aduerſus hanc ſententiam.

210 *Ratio eorū qui dicūt maſculin. in cōtractib. nō cōcipere fœmininum.*

Cæterùm hac in re illud debes intelligere, quòd qui contrarium tenuerunt,ſcilicet maſculinum in contractibus nō concipere fœmininum,quos ſup.citauimus, hac potiſſimum ratione maxima ex parte innituntur, quòd uerba contrahentium,qui ea ſcilicet protulerunt, aut ad quorum commodum,& utilitatem cenſentur fuiſſe prolata,quique his innituntur,eaque in ſuum fauorem trahunt, & qui ideò contendunt maſculinum complecti fęmininum,debuerunt apertiùs legem dicere:& ſi id non fecerint,contra eos interpretandum eſt, per d.l.ueterib. & ibi Bart. & alij. ff.de pact. Ideoque è contrario ſi quis in eo ſtat pro contractu,ut maſculinum non concipiat fęmininum,cū etiam apertiùs id dicere potuit, uerba ſunt contra eum interpretanda, ut ſcilicet concipiat,per d.illam rationem, & quia ex regula Iuris communis debet concipere,ita enim pulchrè declarat Corneus conſ.171. repetito diuino numine,col ult.lib.4.Sed & idem d.cōſil 177.col.3.uerſ.& uidemus,lib.3.dicit, quòd ſi extenſio maſculini ad fœmininum tendit in fauorem eius, pro quo in contractibus uerba dubia ſunt interpretāda, maſculinum haud dubiè concipit fœmininū, quod propè in idem tendit. Et in eandem quoque ſententiam inclinare uidetur idem Corn.conſ.233.in hac conſultatione,col.1.eod.lib.4. tanquam ſcilicet id totum ex eo pendeat, utrum uerba maſculina ueniant in fauorem eius qui illis innititur,an non. Sed Alci.meo iudicio,in hoc cæteris meliùs cenſens,in d.l.1.ff.de uerbo.ſignifi. tenet maſculinum in contractibus ſimpliciter, & indiſtinctè fœmininum concipere,in materia indifferenti:nec aliud imputandum eſſe contrahenti, quòd apertiùs non dixerit.Satis enim apertè loquutus eſt, qui iuris regulam ſequutus eſt.Nam inferius docebimus eam eſſe iuris regulam, ut ſcilicet regulariter maſculinum concipiat fęmininum : caſus autem in quibus non concipit, ſpeciales eſſe. Et idem quoque ante Alcia.uoluit Phili. Dec.in l. 2.char.pen.uerſic.poſtremò aduertendum. ff.de reg.iur. & nouiſſimè Carol.Molend. in conſuet. Pariſi. titu.1.§. 12.num. 5.

*Apertè loquit, qui regulā iuris ſequitur.*

*Cōmunis verborū intelligentia in contractibus.*

Qvibvs adde optimum text. in cap.ex literis.extra de ſponſ. ubi in contractibus ad communem uerborum intelligentiam recurritur,& cogitur uterque uerba prolata in eo ſenſu retinere,quem ſolent rectè intelligētib. generare: hæc.n.ſunt uerba eius c.Si ergo ex legum regula, atque ēt ex communi loquentium uſu, ut ſuprà diximus,num.205. maſculinum concipiat fœmininum, quid imputari poteſt contrahentibus,ſi id aliter non expreſſerunt? ſecuti & legum & communis uſus intellectum. Sed & ad id, quod de regula dictum eſt, adde quod id non dicitur dubium,de quo eſt regula, ut dicit Bartol.in l.quoties.ff.ſi quis caut.& in l.2. colum.1. ff. ſi quis in ius uoc.non ier.cum concord. adductis à Philip. Dec.in c.trāslato.col.2.de conſti.in 2.lect.Et quod dicimus ſecundū regulam eſſe pronunciandū, niſi contrarium probetur, idem dicit Bald.in l.ſi tutor,in fin.C de ſeruis communibus manumittendis, & in c.1. col 2.verſi.de ali.iud.mut.cau.fac.& Alberic.in 2.parte ſtatutorum.q.258.ſi ex forma ſtatuti,ad ſi.Signo qui multa citat,conſi.22.in quæſt.col.4.num.9. Petr. Anchar.conſil. 368.dubium,paulò ante medium.Corn.conſi.204.quāquàm,in prin.lib.3.& conſi.323.animaduertens, col.1. libr.4. Zaſius conſi.8.cum in cauſa,numer.34.& conſil. 9.quondam.numer.53. Quibus adde gloſſ.in Rubr. de reg.iur.lib.6.paulò ante fin quæ dicit eius eſſe potiorem cauſam, pro quo facit regula : neceſſeque eſſe aduerſario probare, quare in eo caſu non eſt locus regulæ. Quā gloſſ. ſequitur Panor. in Rub.vt lit. non conteſt.in princip.& eſt alia ſimilis in Clem.vlt.in glo pen.de reſcript. quam etiam ſequitur & dicit ſingul. & valde not. Petr. Ancha.in l.poſt dotem,colum.3.verſic.extra gl. ff. ſolu. mat.cum alijs concord.adductis ab Iaſo. in d.l.2. col.6. verſi.nota iſtam doctrinam.ff.ſi quis in ius uoca. & Philip.Deci.in d.l.1.colum.2.verſi. vnde in caſibus.ff.de regu.iur.Nec tamen omiſeris eundem Deci. conſi.8. cùm in cauſa,urſo puncto, poſt princip.& conſil.475.in cauſa quæ Mantuæ,colum.1.& conſil.498. viſo caſu, col.1. numer.5.& conſi.552.viſo eleganti,colum.1. numer. 4. & ſeq. vt omittam aliam gl. quæ dicit firmos nos inniti debere regulæ, vt Bononienſi carocio. ea eſt in l.omnis diffinitio,in princ.ff.de reg.iur.quam ſæpè citat Rapha. Co.vt in conſi.117.A in teſtamento,col ul.& conſ.129. nobilis domina col.2.& conſi.179. facta fuit, colum.1. & conſi.190.eodemque vlt col.2.& ante eum Bald.in c. 2.colum.vltim.titu.de feud.dat. in vic.leg.com. Et uide etiam Franc.Cur.Senio.qui alios adducit,conſi.10.eccleſia,poſt med.& conſil.ſeq ſtatuto Parmenſi, column. 1. verſ.vltimò facit:& conſi.72. princeps,col.4. num.51.& conſi.ſeq.magnifice,poſt princ & conſi.77. ſuper motiuis,col.4. num.28. & Stepha.Bert.conſi.117. ex literis. col.vlt.libr.4. Et ad ſupradicta omnia facit text.in l.ſuus quoque.ſ.puto.ff.de hære.inſti.& in c.venerabilib.§.poteſt quoque,de ſenten.excom.li.6. quos in id citat idem Fran.Cur.ſenior col. 57 ſuper eo.col.8.nu.36.& Iaſ. conſil.114.ad obiecta,col.2.in prin.lib.1.& tex. in c.ad decimas,in fi.de reſti.ſpol.libr.6.quod & in id citat Steph. Bertr.conſi.50.recordor.col.1.lib.4.

*Dubiū nō eſt, de quo ſit regula.*

*Secundū regulā pnunciādū eſt.*

211 *In ſententijs maſc. cōcipit fęmininum vid.*

Deniqve & de ſententijs, quæ ſtricti etiā iuris ſunt, ſicuti item ſuprà diximus, ut & in eis maſculinum concipiat fœmininū,non obſcurè voluit Archid.dum loquitur de verbo iudicis,in dict.cap.ſi quis ſuadente.17.q.4. quem ſatis uidetur ſequutus fuiſſe Bald. in l.Gallus, in princip.col.ult.uerſi.in gl.quæ incipit.abundat. ff. de libe.& poſthu. cum dicit eum illo in loco dixiſſe melius de hac re conceptionis maſculini & fœminini, quàm alium neminem. Et illum expreſsè ſequitur Cyn. poſt Iacob.Ray.in d l.quicunque,col.3.& ibi quoque Alber. col.2.uerſi.& prædicta.C.de ſer.fugit.Henric.Boh. in d. c.mulieres,de ſenten excom.& Alexand.d.conſi.1.col.7. vbi ſuprà.lib.5 ubi & id ad arbitria trahit.Et idem quoque voluit Collect.in d.c.Raynaldus,col.1.de teſta.dum etiam loquitur de verbis iudicis.

213 *In materia pęnali & odioſa maſc.cōcipit fęmi. vide 187. & ſeq. & 236.*

Idemqve & in materia pœnali,& ſic odioſa, ut maiori noſtrorum parti placere uideo,obtinet, ut maſculinum concipiat fęmininum,per tex.in d l.ſi quis id qđ, verſi.ſed & utrumque.ff.de iuriſd.om.iud.vbi Alb. Pau. Paul.Caſt. Soc.& Iaſ.id no.& tex.omnium optimum, à nullo tamen,quod ſciam,annotatum,in l. qui domum, iuncta l.mater.ff.de adul.nam quod primo loco dixerat qui domum ſuam præbuerit, ut ſtuprum adulteriumue fieret,quaſi adulter punitur:ita ſecundo loco intelligit, ut mulier quoq; eo capite legis,quod domū ſuā præbuerit,teneat:& id poſteriore loco annotauit Alb. Sed & id quoq; voluit gl.in l.1.in verbo,ſpōſam.C.de rap.virg. q̄ trahit illum text.punientem ſponſum rapientem ſponſam, ad ſponſam rapientem ſponſum . quam ſequuntur Bald.& Ang.ibi,& alij,quos citabimus infra eod. titu.§. 20.in glo.1.num.4.præterea hæc conſuetudo. Et idem quoque uoluit gloſ.in d.l.quiſquis.in uerbo, minus.C. ad leg.Iuli.maieſt.quæ trahit eam l.punientem filios ob læſam à patre maieſtatem, ad læſam à matre maieſtatē, & eam ſequuntur Petr.à Bel.Pert.Cyn.& communiter alij,præter Salyc.ibi.Sequitur etiam eand.gl.Ange.Aret. in tract.maleſi.in uerbo,& ei tradito,num.12.& aduertēdum eſt.& Iaſ.c.106 proponuntur duo dubia. colum.2. libr.4.Et idem,quod ea glo.voluit, eam referendo, alia glo.in c ſtatutum felicis,in verbo,inane.de hæret.libr.6. Et ſimiliter gl.in d.l.ſi conſtante. §.vlt.ff.ſol.matri.dum trahit l.vlt.ff.ad leg.Iul.de vi priua. loquentem de creditore,& eum punientem de vi,ad mulierem, quaſi ſcilicet illud maſculinum creditoris complectatur creditricem.Ex eoque not.Bal.Imol.Pau.Caſt & Alex.ibi, quòd ſtatutum puniens violentiam habet locum & in mulieribus.Hinc; dicit Alex.ipſe etiam in pœnalibus & odioſis maſculinum concipere fœmininum.Et gloſ.in l.ſi q̄s in tantā,in gl.magna,in prin.C.unde vi, q̄ dicit d.l.q̄ pęnalis eſt,trahi & ad fęminas.& eam ſequuntur Alb.Bar. Bal.& omnes ibi.& gl.in l.cùm proponas, in vlt.glo.C. de tranſact.dum loquens in fœmina,de qua etiam loquitur ille tex.dicit eſſe locum l.ſi quis maior,eod.titu.quæ loquitur in maſculino,& haud dubiè pœnalis eſt. Id qđ etiam uoluit ea gl. non allegata, Fulg. in d.l.ſi quis maior,in 1.lect.& ibi quoque Ant.ab Alexandro, in 1.not. Franç.Curt.Senior in repe. colum.2 & 3.Hierony. Tortus,Iaſon Aquen.& ipſe Iaſon in d.l.cum proponas, col. 1.& conſ.118.in cauſa & quæſtione,colum.4.ver.ſecundò principaliter,lib.1.& alijs in locis infra allegatis,nu. 218.denique & in materia. De quo tamen vide Fulgoſ. in alia lectu.Tho.Parpal.Hiero.Cagno. & Alciat.in d.l. ſi quis maior.

214 *De eadem re.*

Svnt & glo.Iuris Canonici id aſtruentes, quod diximus conſtitutiones pœnales,loquentes in maſculino, fœmininum comprehendere, videlicet in d.c.ſi quis ſuadente.17.q 4.& ibi poſt eam Archid.qui illum text.dicunt procedere in mulieribus,vt etiam probat text in d. c.mulieres.extra de ſenten.excom.Et alia glo.in cap.2. verſic ad id autem,in verbo,ætatem excludens.extrà de baptiſ.quæ dicit text.in l.ſi quis cum telo.C.de ſicar. qui repetitur in cap.eiſdem initij, de pœnit.diſtinct.1.habere locum & in fœmina.Et alia item gloſſ.in d.cap.1.in verbo,ſi quis.& ibi poſt eam Domi.& Philip. Franc. de elect.lib.6.& iterum in dict.ca.generali,in princ.in verbo, vniuerſos.& ibi etiam Petr.Ancha.eodem titu. & in Clem.1.& ibi Guil Laud.Card Flor.in 2.quæſt.& Imo. col.1.de ſepul.& in Clem.1.in verbo,quoslibet, in fi. & ibi Paul.Eleaz.de reg.

215 *De eadem re.*

Sed & ſunt alij quoque plerique eius ſententiæ, videlicet idem Paul. Eleaz. in Clem.1. & poſt eum Card. Flor.in 5.q.de Baptiſ.& iterum uterque in Clem.1.§.1.i prin.de reb.eccle.non ali. Zenze.in Clem.1.& ibi Card. Flor.in 5.q.& Imol.colum.2.uerſ. ſed an hīc comprehēduntur,de priui Aret.in d.l.1.de uentre in poſſ.mit. Hoſti in d.c.Raynaldus,colum.3.in uerb. maſculus de teſt. Guid.Suza.in publica diſp.prout illum refert & ſequitur Alber.in 1.parte ſtatutorum,d q.9.col ul.vbi & hoc dicunt procedere,etiamſi in ſtatuto pœnali dictum ſit, ꝙ non recipit interpretationem.Nam illa(inquiunt)verba debent intelligi de futuris interpretationibus,quas iudices,aut alij vellent facere,non de his,quæ iam ſunt factæ à iure communi,vt ſcilicet maſculinum concipiat fęmininum.Statuta enim dant formam futuris,non præteritis.l.leges.C.de legi.& ipſe Alb. in 2.parte eiuſdem q. 107.item quæro an ſtatutum loquens de filijs, paulò ante finem,& in l.1.§.1.ff.de conſt. pec. & Gand. in tracta. maleſi.in Rub.de aliquibus quæſtionibus varijs in materia maleſi.col.3.ver.quæſtio talis inſurg.Bon.ra. Vitel. in eo tract.tit quid ſi accuſatio,num.125.Cy.in l.1. col. vlt.C.quæ ſit long.conſue.Bar.in d.l.1.ff.de uerb.obl. & in d.l.1.§.ſed & ſi incertum. ff.de vent. in poſſ. mit dū utrobique allegat.d.l.ſi quis id quod,& in d.l.iura.in fi.ff. de legib.Bald.in l.ſi ita.ff.de inuiſt.teſta.& in c.præterea ſi quis,in fi.tit.de prohib.feud.alien per Fed.vbi illam conſtitutionem, punientem uaſallum feudi amiſſione, trahit ad fœminam:quia natura(inquit)realis eſt,maſculum complecti fœminam.& eum ſequuntur Mar.Laud. Aluar.& Card.Alex.ibi,& rurſus idem Bald. in addit.d. conſi.47.lib.5 Lapus & Philip Franc.in c.1. de exceſ.p̄lato.lib.6 Ange.in d.l.1.ff.de pecu.Card.Flor.poſt alios antiquiores,in d.Cle.1.in 2 q.& ibi quoque Barb. char. 6.in paruis,de elect.idem Barb.d.conſ.clementiſſimi,colum.3.uerſ.& ut meis lib.1.Phili.Dec conſi 64.præſupponitur tempore,colum.1.Hippol.Marſi. in l.ſi quis uiduam,nu.5.& ſeq ff.de q.& conſi 86.poſt reditum, col. 3.uerſicu.ſed quando ſumus. Et in materia odioſa ſimpliciter voluit Franc.Aret.in l.ult.§.1. in ultim.not.ff.de verbo.oblig.

216 *Quis dictio maſculina,& fœminina. Plauti locus animaduerſus.*

Nec me latet, multos ex illis, præcipuè verò glo. ſupra citatas,loqui in legibus,aut ſtatutis vtentibus verbo, ſi quis,ideoque poſſe videri,nihil pertinere ad hunc locum:quoniam ea dictio,quis, nō tantùm maſculina eſt, ſed & fœminina, vtrunque ſcilicet ſexum ſignificans, vt probat illud Plauti in Epidico: Quis iſthæc,quā tu oſculum mihi ferre iubes,tua filia? Et iterum in Aulularia: Dic mihi ſodes,quis ea eſt quā vis ducere uxorem ? Et iterum : Quis eānam eſt optima. [Et in Ciſtellaria: Mulier quiſquis es medioxima. ] Et Terentij in Eunucho : Quandoquidem illarum neque quiſpiam te nouit. Vbi Donatus interpres id annotat.Rurſumque in eadem fabula:Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quiſpiam nouit.Et quiſquis is fuit ex antiquioribus,quem Varro citat,lib.2.Linguæ latinæ,vbi verbum, nuncupare, declarat: Quis tu es mulier,quæ me inſueto nuncupaſti nomine? Et is certè eſt Pacuuius, in eam quoque rem nominatim citatus à Nonio Marcello,qui & ipſe citat Liuiū alterum poetam antiquum : Mulier quiſquis es,te volumus. Et Cæcilium : Quæſo igitur,quiſquis es,mea mulier.Et Ennium: Et quis illæc eſt, quæ lugubri ſuccincta eſt ſtola?] Idque fit Græcorum imitatione, quibus ſuum τις quod eſt eiuſdem ſignificationis, eſt etiam communis generis, vti etiam hæc annotauit Priſcianus libr. 13. Ex quo & illud ſcriptum videri poteſt in dict.l.1. ff.de verborum ſignifica. Verbum hoc, ſi quis, tam maſculos quàm fœminas,comprehendit. Quo in loco Alciatus, vir proprietatis uerborum ſcientiſſimus, hanc rem non animaduertit,ſed illud, poſt alios noſtros Iuris interpretes,ei rei attribuit, ꝙ ea dictio, quis, refertur ad hominē, tanquam ſi quis dicat, quis homo : quæ quidem dictio eſt communis generis. Et huc quoque referri poteſt tex. in d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. omn. iud. Nam cùm primùm poſuiſſet verba prætoris,qui vſus fuerat eadem dictione,ita ſcilicet, Si quis id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa,&c. poſtea ſubiungit, Sed & vtrumque ſexū Prætor complexus eſt. Vt minus mirum ſit, quod refert Bal.in d.l.ſi quis in tantam,colum.1.C.vnde vi. Richar. Salyc. in Syndicatu condemnatum fuiſſe in 9. libris, quòd Florentiæ iudicaſſet, ſi quis non comprehenderet fœminam,de quo etiam latè per Philip.Dec. conſi.339. conſului,alias,colum.1.& conſi.507.in cauſa Mutinenſi,etiam col.1.

*Terentij locus.*

*τις cōmunis generis.*

217 *De eadem re.*

Sed ad hæc poteris dicere, id apud veteres tantùm fuiſſe obſeruatū, vt ea dictio,quis, fœmininè poneretur, vt tradit ipſe Donatus in illo priori loco Terentij. Sed & in poſteriore dicit,antiquè ibi poni in fœminino. Et ſimiliter Priſcianus libr. 13. id dicit apud vetuſtiſſimos fuiſſe

fuiſſe obſeruatum:tanquam ſcilicet ea fœminina ſignificatio in illa dictione ex vſu abijſſet, & hodie tantùm in maſculino genere intelligeretur. Quod & probat text. apud nos in l.ſi quis,in prin.C.ad S.C.Tertul. cum dicitur,ſi quis,uel ſi qua,& in l.ſed & ſi quis,poſt princ.ibi, item quis quæue præpoſuit.ff.de inſt.act.& in l.quoties, ibi,aliquis vel aliqua.C.de ſuis & leg.Nam & ea dictio, aliquis,ex quis,componitur.Et ideò non uidetur Iuriſcõſultus in dictis iuribus ſuprà allegatis, ad illam iam obſoletam, abolitamque ſignificationem reſpexiſſe, ſed ad ſuorum temporum frequentiorem vſum, quo, quis, de ſexu tantùm maſculino diceretur: vti etiam feciſſe in caſu ſimili planum eſt in l.Herennius. ff.de verb. ſign. vt & ibi ſcienter annotauit Alc. in verbo, eundem ſexum. Ideoque & nonnulli è noſtris dicunt nihil intereſſe,quantum ad id quo loquimur, ideſt, cùm tractatur, an maſ. concipit fęmin. vtrum diſpoſitio vtatur eo verbo,quis,an alio maſculino. In qua ſententia fuit Rapha. in d.l.quicunque.C.de ſer.fug.Io.Fantu.& Richar. Saly. in quibuſdam conſ. citatis à Corneo, conſi.222.colũ.3. præterea conſanguineus,lib.3.

*Quis vel qua. Quis quæue. Aliqs uel aliqua.*

218 *Loca ĩfinita ex egibus maſc. & femi. ſimul ponũtur.*

QVOD ſi quis in nos retorqueat illum tex. in d. l. ſi quis.C.ad Tertu.& illos ſimiles,quaſi ſcilicet ſub dictione,ſi quis,non fuiſſet comprehenſa fęmina, niſi ſubiunxiſſet: vel ſi qua: quòd aliàs ea adiectio eſſet ſuperuacua, ſciat illud ſæpè a Iuriſconſultis, & Imperatoribus factitatum in omnibus propè maſculis,vt l.2.§.j.ibi, filius,filia,nepos,neptis.ff.de adop.l.4.§.j.ibi, patronum patronam, & rurſum, patroni patronæque.ff.de in ius vocan. & l.2.C.eod. vbi eſt ſimilis tex. & in l.in lege, in multis locis.ff de teſt.& in l.qui habet, in princ.& iterum.§.1. & l.quod dicitur,& l.muto itemque mutæ. ff.de tute. & l.mulieri.§.1.ff.de cur.fur.& l.Gallus,in princ.ff.de libe.& poſthu.vbi dicitur, ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis,natus nataue erit.Vbi glo.dicit hoc vltimum abũdare,cùm neptis contineretur ſub nepote:de qua re dicemus in ſequ. verſicu.Sed tamen velim id animaduertere te,quod ibi dicitur,ſi quis nepos, ſiue quæ neptis:nõ autem, ſi quis nepos neptiſue, quaſi perperàm, quis, & neptis,cohæſiſſent.& in l.1.§. pen.& vlt. & l.ſeq.ff.de poſthu.& l.2.§.1.ff.de cap.dimi & l.2.in princip.& l.3. ff. ad leg.Aquil.& l.1. in princ. ff. de ſer.corrupt.& l.doli.§. ſi ſeruus ſeruaue,eo.tit.& l.vt tantùm.§.de filio filiaue,quę eſt 1.ff.de ſeru.corru.& l.1.§.pen.atque etiam vlt.& l. ſequen.ff.de poſt.& l.quid ergo.§.1. ff.de iis qui no.infa.& l.3 §.curatori.ff.de neg.geſt.& l.interdum. ibi, filium vel filiam.ff.de iud.& l.2.ff.de ope.lib.& l.1.ff.de iu.pat.& l.more.& l.ſi ſeruum.§ prætor. ff. de acqu.hæred. & l.1.§. de matris. & §.impubes. & l.3.§. ſubuenitur. & §. ſi quiſquam.& §.de his.& §.item ſine. ff.de S.C.Sylla.& l. Lucius.la 2.& l.certum.& l.poſthumorum. ff.de hæred. inſtitu.& l.2.§ prætor. ff qui ſatiſdar.cog.& l. ait prætor, in princ.ff.de hæred.inſtit.& l.1.in prin. ff.de furt.aduer. naut.& l.patronus,patrona. ff.de re iud.& l.neque ſi procurator,in duobus locis. ff.de acquir. rer.domi. & l.cùm quaſi.§.1.ibi.liberi liberæque.ff.de fideicom.libert.& l. vlt.in princ.ibi,ſi quis natus nataue erit, eo.tit.& l.ſi quis necandi. C.ad leg. Corne. de Sicar. cum dicitur, ſi quis necandi infantis piaculum adgreſſus adgreſſaue ſit. In quibus etiam duobus poſtremis locis illud quoque notandum,dictionem,quis,ſimul iungi cum mare & fęmina,contra id, quod nuper diximus, & l. maritus. §. hoc quinquenniũ,& duobus.§.ſeq.ff.de adul..in quo.§.quinquennium,hæc etiam uerba ſunt, quis poſtulatus poſtulataue eſt, atque ita dictio, quis, vtrique ſexui iungitur. & l. ſi poſtulauerit. l. haberi. & §.quæſtioni. & §. ſi reus reaue.ff.eod.tit.& l.1.multis in locis.ff.de parrici. & l. 1. in princ.ff.de lib.exhi.& l.2.ibi,equus aut equa. ff.de capti.& poſtli.reuer.& l.3.§.ſed & curatorem.ff.iud.ſol.& l.filij. in princ. & §.ſenatores. ff.ad muni.& l. ſi is qui,ff. ad leg. Iul.de ui pub. & l.libertus. ff.de tut.& cur.dat. ab his.& l.ult. ff.de tutel. & ratio. diſt.& l.inter. ff.de adminiſt.tut.& l.cum quis.§.ult.ff.de leg.3.& l. Quintus Mutius.in princ.ff.de annuis leg.& l.lege, in trib.locis. ff.de teſti.& l.intereſt.ff.de lib.cau.& l.1.§.1.ibi,dominus dominaue.ff.ſi quis teſt.lib.& l.liberorum. ff.de uerb.ſign.& l.2 C.de patri.qui ſi.uendi.& l.1.in multis locis. C.de his, qui ante aper.tab. & l.ſi defunctus, etiam in multis locis,& iterum in l.ſi matre.& l.quoties. C.de ſuis & legit.& l.fœminæ.§.ult. & iterum l. hac edictali, in princ. & §.his illud,ver.mobilium,in multis locis,atque etiam §.omnibus.C.de ſecund.nup.& l.illam, etiam in multis locis,rurſumq; in l.illud,in multis quoque locis, atque iterum in l.vt liberis.C.de collat.& l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſtit.& l.neque.C.de procur.& l.2.C.qui, & aduer.quos.& l.quicquid.& l.ſi viua.C.de bon.mater. & l.1.& l.2.& l.quæcunque.C.de bon.quæ lib.& l.iubemus,non ſemel,tum in princ.tum in §.eiuſdem.C.ad Trebel.& l.1.etiam non ſemel.C.de poſthu.hære. inſti. & l.ſi ab eo.& l.ſi maior.C.de legi.hære.& l.in ſucceſſione filij vel filiæ,quæ eſt 2.C.ad ſenatuſc.Tertul.& l.ſi defunctus.C.de ſuis & legitimis. & l.ſi qua mulier, multis in locis,& l.mater,etiam non ſemel,eod.ti.& l.nuper. C.de natu.liberis, & l.vlt.C.de metallar.& metal.li.11.

NEC tantùm id à Iuriſconſultis obſeruatum video, quando & Virgilius lib.1.Georgicorum,ita ſcripſerit: *Ex poëtis.*

*Dijq; deæq; omnes,ſtudium quibus arua tueri.*

Et lib.6.Æneidos, *Dij Deæque.*

*Dijq; deæq; omnes,quibus obſtitit Ilium,&c.*

Quod accepiſſe videtur ab Homero,lib.8.Odiſſeæ,

Υ μεῖς δ' εἰσορόωτε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.

Id eſt.

*Vos autem inſpiceretis Dij,omneſq; Deæ.*

Et lib.8.Iliados,

Κέκλυτέ με πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

*Audite me omneſq; Dij,omneſq; Deæ.*

Quem verſum repetit & lib. 19. eiuſdem operis, & in Hymno Apollinis:& paulò poſt eod.lib.8.

Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

*Omnes detrahite Dij,omneſq; Deæ.*

Ex quo illæ uetuſtæ notæ, D.D.S.id eſt, Dijs, deabus ſacrum.Et ſimile eſt illud ipſius Homeri 24. Iliados:

ὄψεσθε Τρῶες, καὶ Τρῳάδες ἕκτορ' ἰόντες.

*Aſpicite Troiani & Troianæ Hectora uenientes.*

Et Horatius,lib.Carminum 3.Ode 34.

*Vos ò pueri, & puellæ.*

Et Tullius in oratione ad Equites Roma.antequam iret in exilium:Cæterique Dij Deæ q; immortales.Et iterũ: Quamobrem teſtor Deos Deaſque omnes. Et Suetonius in Tiberio, capit35. Eos, eaſque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio affecit. *Ex oratoribus.*

IDQVE & in ſacris literis frequens eſt. Nam Deu. 5. Non facies in eo quicquam operis,tu,& filius tuus,& filia,ſeruus & ancilla. Et cap.12. Omnes enim abominationes,quas auerſatur Dominus, fecerunt, Dijs ſuis afferentes filios & filias. Et cap. 13. Si tibi voluerit perſuadere filius tuus, aut filia, etc.Et cap. 15.Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa.Et capit.16. Et epulaberis in feſtiuitate tua, tu & filius tuus,& filia. Et cap. 18. Nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuũ, aut filiam, Et Baruch 4.Vidi enim captiuitatem populi mei, filorum meorum & filiarum. 219 *Ex ſacris literis.*

NEQVE enim incõueniẽs eſt id exprimere, quod ſub alio verbo, ſine alia expreſſione includebatur, ad tollendam anxiam & moroſam quorundam dubitationem, vt probat tex.in l.ſtipulationes commodiſſimum.ff. de verbor.obligat.& in l.qui mutuam, in princip.ff. manda. & in l.quæ dubitationis,& Philip.Dec. qui affert alios concor.ff.de regu.iur.cum alijs multis à me congeſtis in repet,l.ſi unquam,in uerbo,reuertatur, n.22. ſed quòd hic 220 *Exprimere, quod in alio uerbo intelligebãt non eſt inconueniens.*

respon-



reſpondeatur. & hãc eius rei rationem nuncupatim reddidit Corne.in d.l.ſi quis uel ſi qua, in primo not.C.ad Tertul.

121 *Inmateria corectoria maſcu.cencipit fęmi.*

DENIQVE & in materia correctoria maſculinum concipit fęmininum,ut ſatis oſtendit gl.in d.l.Gallus,in prin.in uerbo, neptis. & ibi Raph.Co. qui eam ad hoc dicit no.& Iaſ.col.13. verſ. item inquantum, & Lancel. Gal.in repe.num.34.ff.de liber.& poſthu.& eam quoque glo.ad hoc expendit ipſe Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,col.2. ver.ſeptimò dicta regula,& conſ.140.quod eſt primum omnium,lib.2.incip. ſpectabilis,col.3. verſ. ſimiliter & fortius,& conſi.ſeq.Chriſtophorus,col.2.uerſ.ſimiliter & adhuc,itemq; conſ.ſeq. venerabilis quondam dominus,colum.3.uerſic.ſimiliter & fortius. Licet aliter intelligat Alexan.in d.l.Gallus, in princ.colum.5.uerſi.in gl. in verbo, neptis. Cuius tamen rationibus reſpondet Iaſon in d.l.ſi quis id quod. Et probatur quoque hæc ſententia,optimè eſt tex.in §. conſequens,& §.ſi defunctus, in verbo, ſolis fratribus. in Authen.de hæred. ab inteſt. veni. Ex quo text. ſumitur Authen. poſt fratres. C. de legit.hæred.vbi diſpoſitio Authen.corrigens antiqua iura,ſub uerbo,ſolis fratribus, includit & ſorores. Quem tex.ad hoc annotauit Franciſ.Curt.Seni.d.conſ.9.col.6. verſi.& pro iſta.

122 *In teſtamẽtis et ſubſt. maſc. concipere fę-mininum.*

VT omittam, in teſtamentis & ſubſtitutionibus id regulariter procedere, ut probatur in l.qui duos,& in l. ſi ſeruis legatis.ff.de lega.3.& l.ſi quis ita,in princ. ff. de teſt.tut.& d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff. de legat.2. & d.l.iuſta.ff.de verbor.ſignific.Ioan.And.in d.ca.Raynaldus,col.2.& ibi quoque Anto.& alij,extrà de teſt. Petr. Ancha.conſ.120.pro clariori,verſ.vlterius aduertendũ. Alexan.conſi.55.ponderatis,col.vlt.verſic.præterea illa verba.lib.3.& conſi.17.circumſpectis,col.3.uer. quartò quia in diſpoſitione,lib.7.Corn.conſi.83.uidetur in hac conſultatione,col.1.uerſ.tamen his non obſt.lib.1. & d. conſi.177.col.3.uerſ.& videmus in ſimili,li.4.Phil.Dec. conſ.568.domina,col.vl.ſecundò principaliter,& Doct. vbique. Quod hic tamen non contemnendum eſt, cùm vt iam ſuprà diximus,ſtatuta ſequantur naturam ultimarum voluntatum.

123 *Regulariter, dictio latina.*

EX quibus omnibus illud planum fit,regulariter(neque enim vocabulum refugio, quo vſus eſt Vlpian.in l. 3.§.ſed & ſi errauit.ff.de in rem verſo.& in l. regulariter. ff.de pet.hære.& Iulianus in l.ſi ſeruo,in princ.ff.de vſu fru.) Et in materia indifferenti maſculinum concipere fęmininum. Caſus autem,in quibus non concipit,ſpeciales eſſe & ſingulares,& ut alij appellant, fallentiales. Quod etiam ſatis vult gl.in d.l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus.ff.de leg.2.Pau.Eleaz.in d.Clemen.1.§.1.& ibi Car. Flo.de reb.eccl.non alie.vbi id dicit regulare & in odio, & in fauore.Sign.conſi.172.& ſeq.ſup.alleg.Ang.in d.l. quicunque,& ibi clariſſimè Franc. Aret. in 1.not. C. de ſer.fug.idem Angel.conſi.289.viſo facto, poſt princip. Card.Flo.in Clem.1.verſi.ſi quis,in princ. de reb. eccle. non alie.vbi & id dicit procedere, ſiue tractemus de fauore,ſiue de odio.Rapha.Fulg.conſi. 121.ſuppoſita bulla,col.2.Pan.in d.c.ſignificauit,in 2.no.de reſcri.Chriſt. Porc.in §.ſi quis filiabus,col.2.uerſ.ex hac gl.Inſt. de legi.agna.ſuc.Corn.d.conſi.171.paulò ante fin.lib.3.& d. conſi.222.col.3.uerſ.præterea conſanguineus,eo. lib.3. & d.conſi.177.col.2.verſ.& ideò verba,libr.4. & conſil. 275.in præſenti conſultatione,col.ulti. verſ. nec obſtant adducta,eo.lib.4.Barb.in rep.l. cùm acutiſſimi, col.vlt. verſ.adde etiam.C.de fideio.Soc.in tractat.Fal.reg.255. maſculinum regulariter.Iaſ.d.l.ſi quis id quod.Alcia. in d.l.1.ff.de verb.obl.& in l.patroni,eo.tit.

*Maſcu. regulariter concipit fæmin.*

124 *De eadem re. Sẽper, dictio vniuerſalis,*

ET in id bene facit text.in d.l.qui duos,in fi.ff.de legat.3.vbi ita ſcribitur,Sexus maſcu.ſemper fęmini. continet:nam ea dictio, ſemper, apertè oſtendit eam eſſe regulam,cum ſit uniuerſale affirmatiuum.Salyc. in l. 1. in princ.C.quomo.& quand.iud.& Socin.qui multa iura allegat,conſi.111.circa præſentem, col.2. uerſi. & inſuper,lib.1.nam & dictio, plerunque, qua etiam utitur ea l.& quæ nec tam præciſa,nec tam generalis eſt,ut probat tex.in l.procuratoris.§.licet.ff.de tribu act. cùm dicitur, Plerumque enim hic apparatus ex merce eſt, imò ſemper hæc inquam dictio, plerunque, eam uim habet, vt etiam regulam faciat, ex multorum ſententia, videlicet glo.& Imol.in l.non dubitamus.ff.de condi.& demon.& glo.in l.2.in verbo, ſi enim.C.per quas perſo. no.acquir. Dyn. & Nico.Neap.in l.1. in princ.per illum text.ff.de tutel.& ratio.diſtrah.idem Nico.Neap. Albe. Salyc.Raph.Alexan.& Franc.Aret.in l. ſi plures, quam legunt cum l.qui plures hæredes.ff.de vulg.& pup. idẽ Albe.in l.ſi ut certo.§.commodatum, in princ. ff. commod.& in ſecunda parte ſtatu.q.158. ſi ex fórma ſtatuti poſt medium Bart.in Authen.vt ſine prohib.mat. in fin. per text.ibi,& alia quæ allegat Salyc.in l.iubemus.§. ul. C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.poſt ſententiam. poſt princ.C. de ſent.& interlo.om.iud. & in l. quæ adulterium, circa med.C.de adul.Raphael.Cum.conſ.73.dominus Thomeus,col.3.ver.in contrariũ autem.Alex.in l.ſi quis iniquum,in princ.ff.quod quiſque iur.& conſi. 50. uiſis & opportunè,col.1.li.1.Corn.conſi.30.in præſenti.col. 1. verſi.tamen prædictis,lib.1.& conſi.68.licet hanc.col.2. verſic.dictio autem,lib.4.ubi loquitur in hac materia.& Phil.Deci.in l.1.numer.13.ff.de regul.iur. Et bene facit text.in l.3.§.1.iuncta glo.in verbo, plerunque.ff.de offi. præfect.vigil & in l.ſi nominatim.§.1.ff.de conditio. & demonſtr.& in l.tutela,iuncta l.vl.ff.de tutel.& in l.1.C. ad leg.Corn.de ſicar.& in c.inſpicimus,de regu.iur.lib. 6.uti è diuerſo dictiones, interdum, & quandoque, denotant exceptionem. vt de prima probatur in l.interdum.ff.de minori.& l.interdum,in princip.& ibi Salyc. ff.de condict.indeb.& l.interdum.& ibi etiam Salyc. in princ.ff.qui pot.in pign.& voluit Signo. conſ.155. in proceſſu,colum.4.verſic.item certi ſunt.& Alber.in l.ait Prætor.§.interdum.ff.de nego.geſt.ubi dicit hãc dictionem ſignificare caſum ſpecialem.De ſecunda voluerunt Rapha.Fulg.& Philip.Dec.in l.2.in prin.ff.ſi cert. petat. & idem Dec.in c.quoniam,colum.1.in 2.not. de proba. Sed redeundo ad dictionem,plerũque,facit, quod dicit Franc.Aret.in l.exiſtimo,colum.1.ff.de verb.obli.quòd ea dictio,plerunque, ſignificat aliquid frequentius fieri. Quod & probat illud Terentij in Andria. Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animũ ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Et illud quoque Tullij,libro 2.de Diuinatione.Quid enim proficit,cùm in medium mare fulmen iacit? quid, cùm in altiſſimos montes, quod plerunque fit? Et omnium apertiſſimè probatur in l.legatis ſeruis.§.ſi vnus.ff.de legat.3.Sicut,& illa dictio,interdum,ſignificat raritatem, vt de vtroque probatur in l.1.§.duo autem ſunt,verſ.æſtiua.ff.de aqua quoti.& æſti.cùm dicitur.Caſtra æſtiua,quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æſtate vtimur.Ideoque ſignificat,regulariter eſſe contrariũ. Dyn. in l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.Albe.in l.interdum,in prin. ff.de acquir. poſſ. Quanquàm etiam aliquando ea dictio,plerunque,idem ſignificet, quod interdum, ſiue nonnunquam,ſed rarenter, vt apud Quintilianum, ſi is eſt,in 15.Declamatione.Excuſſa ſunt plerunque languentium verberibus,redemptaque debilitate vitia:ignibus, vulneribus interdum profutura graſſata ſunt, &c. Ita.n. eum locum nonnulli intelligunt, quamuis & alij illud plerunque,pro frequentiſſimè,ſcribant ibi accipi. Quibus & ego malo accedere,quando & plerique,ex quo illud aduerbium ſit,vim illam natiuam habeat,vt ſignificet plures & ex maxima parte,vt apertè probat illud Salluſtianum in bello Iugurthino: In diuiſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuére:pauci tantum-

*facit regulam.*

*Plerunq; dictio facit regulã*

*Interdum dictio ſignificat exceptionẽ. Quandoq; dictio idem tidem.*

*Plerunq; frequẽtiã denotat.*

*Interdum raritatẽ.*

*Pleriq; dictio de maiori parte dicitur.*

modò

modò Aſiam & Europam. Illudque eiuſdem libri: Præterea ex Latio furtiſſimum quemque, pleroſque militia, paucos fama cognitos accire. & text. in l. 3. in princip. ff. ad ſenatuſconſ. Maced. ibi, publicè paterfam. plerique videbatur. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obligat. cùm dicitur. Vt maturè perueniat, id eſt, eo tempore, quo plerique eiuſdem conditionis homines ſolent peruenire, & quod ibi not. Barto. Ange. Franc. Aret. & alij Recentiores illud interpretátes de maiori parte hominum. Atque etiam in l. adoptiuum §. vltimo. ff. de in ius uocan. ibi, pleriq; Iuliani ſententiam probant. Ideoque & ex ea dictione fit etiam regula. l. plerique. ff. de in ius vocand. & alibi ſæpè.

225 *In l. diuina maſcu. cõcipit fœmininum.*

Nec omittam, quod etiam ex lege diuina maſculinum concipit fœmininum, vt probat tex. in ca. maiores, vbi & id notat Panorm. poſt prin. extra de baptiſmo. Et id quoque annotat Diuus Auguſt. libro 7. quæſtionum, enarrans illud Iudicum cap. 11. Quicunque primus fuerit egreſſus de foribus, mihique occurrerit, eum holocauſtum offerã Domino. Solet (inquit) ſcriptura maſculinum pro quolibet ſexu ponere, ſicut & de Abraham dictum eſt: Surgens à mortuo, cùm eius vxor mortua eſſet. In eo autẽ Iudicum loco, haud dubiè in illo maſculino intellecta eſt fœmina, vt ex inferioribus verbis eiuſdem c. declaratur. Et id quoque Poëtæ receperunt. Nam Licinius ille Caluus, quem doctiſſimum fuiſſe Tullius, Catullus, Quintilianus, Seneca, & eruditi omnes fatẽtur, ita ſcribit:

*Et apud Poëtas.*

*Pollentemq; Deum Venerem. --*

Et eum ſecutus Tibullus, lib. 1. Eleg. 2.

*Num Veneris magni violauit numina verbo?*

Ita enim nonnulli legunt. Et Virgilius, lib. 2. Æneidos, de eadem loquens:

*Deſcendo, ac ducente Deo, flammam inter & hoſtes. Expedior.*

Et alibi, lib. 7. de Iunone, aut Alecto etiam loquens:

*Nec dextræ erranti Deus abfuit.*

Quamuis Seruius in dictis locis, id aliò referat, & alio item Macrobius aliorum autoritate, libr. 3. Saturnaliorum c. 8. Nam & Venerẽ ἀφρόδιτον maſculinè Ariſtophanes quoque vocauit, vt & ille annotauit. Sed illum priorem locum Virgilij Donatus in Adelphos Terentij ad hanc noſtram ſententiam propemodum detorquet.

226 *Maſcu. an concipiat fœmin. ex extẽſione, vide ſupra 180.*

Nec omnibus placuit, quod ſupra dictum eſt, maſculinum concipere fœmininum ex interpretatione extẽſiua: quin dicunt multi, id fieri ex proprio ſignificatu, aut certè ex interpretatione comprehenſiua, per text. in d. l. 1. ff. de verbo. ſign. cùm dicit, complectitur: & in d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudi. cùm etiam dicit, complexus eſt. nam id verbum complectẽdi ſignificat veram & propriam ſignificationem, vt Bart. & omnes aſſeuerant & ſatis probant illi tex. cùm in priore ita dicatur, Verbum ſi quis, tam maſculos, quàm fœminas complectitur, & in poſteriore ita, Vtrumque ſexum complexus eſt, nam niſi verè ac propriè intelligeretur, fatendum eſſet & mares ſub illis verbis maſculinis non verè ac propriè contineri, cùm de vtriſque ſimul loquatur. Et id etiam confirmat gloſſ. in d. l. 1. de verbor. ſignificat. dicens id eſſe ex mente diſponentis, vt fœminæ cõprehendantur: quod idem eſt, ac ſi diceret, quòd eſt ex proprio ſignificato. Sicuti & eam gloſſ. intellexit, & ita ſequutus eſt Card. Flo. ſibi in hoc contrarius, in d. Clem. 1, col. 3. in 3. quæſt. & ibi quoque Barb. chart. 6. & ſeq. in paruis, de elect. & idem Barb. in repe. Rub. de fide inſtr. colum. 8. & iterum inter in conſil. Alexandr. conſilio 52. circa hanc dubitationem, colum. 2. l. 4. vbi expreſſim eã ſententiam ſequitur & latè, Franciſ. Curt. ſenior, d. conſil. 9. colum. 7. verſicu. & fortius corroboratur, & multis ſequent.

*Complectẽdi verbũ.*

Nam, vt ipſi dicunt poſt Dyn. in c. vlt. ad fi. de reg. iur. lib. 6. lex & mẽs legis idem ſunt, id quod etiam apertè probat tex. in l. nominis & rei. §. verbum. ff. de verbor. ſignifi. vbi ita ſcribitur, Verbum ex legibus, ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia, quàm ex verbis. Quem tex. & ad hoc quoque noſtrum propoſitum cõceptionis fœminini in maſculino, adducit Bald. d. conſ. 433. domina Ioanna. colum. vlt. lib. 3. vbi ex hoc dicit, hanc interpretationem eſſe expoſitiuam, non extẽſiuam: dicitque procedere, etiamſi ratio ſit tacita, per l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tuto. vnde tacitè ſtatutum dicitur id, in quo eadem ratio reperitur. l. his ſolis, in verbo, ſatis tacitè. C. de reuoc. do. & l. vlt. in princ. C. de indic. vidui. Sed & illum quoque tex. ad hanc conceptionem fœminini ex maſculino, affert Petr. Anchar. conſ. 112. ſuperſtite domina. col. 1. vbi ex hoc quoque dicit id quod ſuprà diximus, videlicet id procedere ex interpretatione comprehenſiua, & expoſitiua, non extenſiua, & Corn. d. conſil. 222. col. 3. uerſ. nec obſt tex. lib. 3.

*Lex & mẽs legis, idem.*

228 *Maſc. ſemper cõcipit fœmin. ubi de uente proferẽtis conſtat.*

Qvibvs addere potes multa à nobis collecta in rep. l. ſi unquam. in verbo, libertis. num. 37. quorum ſententia, & ſeq. C. de reuo. do. quibus apertè oſtendimus, mentem & rationem legis & ipſam legem idem eſſe, & quod ex mente & ratione legis eſt, idem quoque eſſe ex proprio legis intellectu, & non extẽſione. De quo etiam aliquid dicemus infrà eo. §. 20. num. 2. & 3. Fatentur autem omnes, quòd ſi conſtat de mente proferentis, vt velit in maſculino comprehendere fœminam, certè comprehenditur, per l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. 3. nec vllus eſt ſcribentium, qui hoc neget. Sed ſatis conſtat de mente proferentis, ſi eadem eſt ratio, quæ & ipſa mens eſt, vt diximus. Si igitur eadem eſt ratio, conſequens eſt vt comprehendatur ex proprio ſignificato. Ideò cùm hæc nonnihil (vt ueriſimile eſt) cogitaret Bar. in d. l. 1. in prin. col. vlt. ff. de pecu. nec tamen ſatis uideret, quid ſibi dicendum eſſet: fuit in extranea admodum op. vt ſcilicet maſculinum conciperet fœmininum, nõ ex interpretatione extenſiua, quod quidam dicebant, & ipſemet alijs locis, nec ex proprio quoque ſignificato, tanquam interim hæret in ſalebra.

229 *Maſc. concipit fœmi. ui rationis.*

Et ad ſuprà dicta optimè facit quod ſcribit Cyn. nõ ſemel maſculinum concipere fœmininum vi rationis. Id enim uoluit in d. l. quicunque. C. de ſer. fug. & in d. l. 1. col. vlt. C. quæ ſit long. conſue. & in d. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus. & ibi poſt eum Bald. ff. de legat. 2. & Alb. in d. l. 1. in fi prin. ff. de pecul. & Hen. Boh. in d. c. mulieres. extrà de ſenten. excom. Nam quod ex ratione fit, idẽ & ex mente & ipſa lege fit, vt diximus. A quo non lõgè diſtat, quod pulchrè dicit Bald. in l. vit. in 14. q. C. de hæredi. inſti. ꝙ etſi maſculinum nõ concipiat fœmininum propriè ſecundum rationem recti ſermonis, concipit tamen propriè & verè ſecundum rationem recti iudicij, quod (vt ſubdit) Legiſtæ ponderant, ſi eadem ſit ratio. argu. d. l. vlt. C. de indi. vidui. tol.

Et faciunt quoque tex qui dicunt appellatione maſculini generis fœminam contineri, vt in l. ſi quis ita, in princ. ff. de teſt. tut. & in d. l. qui duos. ff. de lega. 3. & in l. legatis ſeruis. §. iumentis. & l. ſeruis legatis, ibi, ſed pueris. eod. titu. & l. patroni. & l. liberti. ff. de verbor. ſignific. nam id uerbum, contineri, proprietatem ſermonis oſtẽdit, ſecundum Bart. in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de poſtu. & in l. libertorum, col. 5. verſic. ego hæc probo. ff. de verbo. ſignifi. Petr. Ancha. loquentem in hac materia. d. conſ. 112. Barbat. in l. 1. §. eadem. col. 3. ff. de uerborum oblig. & in d. repet. Rub. de fide inſtrumen. col. 6. uerſic. quot autem modis, & rurſum. col. ſequen. verſi. etſi fortè quis uelit. & in rep. Rub. de reb. eccl. non ali. col. 7. verſic. ſed in veritate. & in d. Clem. 1. char. 6. de elect. vbi etiam loquitur in hac materia, & conſ. 29. illud in medium afferam. colum. vlt. in princi. lib. 3. Fely. in c. peruenit. le 1. col. 1. de teſt. cog. Socyn. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. colum. 1. ff. de

*Continẽdi uerbũ an proprietatem oſtendet.*



de uerbo. oblig. Iaſ. in l. ſerui electione, quæ eſt 5. §. 1. colum. vlt. uerſ. ſecundò contra concluſionem. ff. de leg. 1. & in l. 1. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. ſub. & in l. Gallus §. inſtituens. num. 11. ff. de libe. & poſthu. & in §. 1. char. 8. in paruis, ver. in fin. gl. diſputat, & ibi quoque Gomeſ. num. 46. & iterum. num. 72. Inſti. de act. & Phil. Dec. in l. 2. §. creditum. colum. 1. in 2. no. ff. ſi cert. peta & conſil. 570. caſus de quo quæritur, in prin. vbi de hoc caſu noſtro loquitur Alci. in c. q. ſedem. num. 65. extrà de offic. ordi. Pro quibus facit tex. in l. inter ſtuprum. §. vlti. ff. de verb. ſignifi. vbi ſcribitur, Commune nomen utrumque ſexum continere. nam in confeſſo omnibus eſt, id eſſe ex ſermonis proprietate. & text. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de negoc. geſt. cùm dicitur. Et ſi his uerbis nõ contineatur, pro adiecto tamen debet accipi. & in l. ſed ſi. ff. de leg. 1. & tex. in §. item Seruiana, ibi, eam propriè rem contineri diximus. Inſti. de act. Quamuis & hic poſterior in contrarium trahi poſſet. Nam & contrarium etiam (vt id obiter dixerim) tenuit Fran. Areti. in d. l. Gallus §. inſtituens. colum. 2. & Iaſ. malè ſibi in hoc conueniens in l. emancipata. colum. pen. uerſ. caue tamen ad illud. C. qui admit. & Fel. etiam ſibi contrarius in Rub. ext. de fi. inſt. colum. 2. uerſ. nec obſt. quòd illud. & ibi quoque Philip. Dec. & Barba. in c. nulli. per illum tex. ext. de reb. ali. nõ ali. Alc. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 15. & ibi Lancel. Gal. colum. 2. ff. de uerbo. obliga. & idem Gal. in l. 1. in 1. op. Bart de vulg. & pupilla. & Card. Molen. qui præterea dicit id communiter teneri, in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 1. num. 5. Pro quorum ſententia (licet non allegent) eſt tex. in l. proximi. ff. de uerbo. ſignifi. vbi ita ſcribitur, Proximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt. Et tamen ſcribitur in l. 1. §. proximus. ff. unde cog. Proximus accipitur etiam, qui ſolus eſt, quamuis propriè proximus ex pluribus dicitur. Ex quibus locis inuicem collatis, apertè uides illud uerbum in priore loco poſitum, improprietatem ſignificare, uti etiam probatur ex l. in legibus. ff. de teſti. iunct. l. ſi qua §. 1. ff. de rit nup. Ex quib. potes intelligere, id uerbum proprietatem uel improprietatẽ ſignificare ex ſubiecta materia. Vt etiam ſatis declarat Bar. in d. l. liberorum. col. 5. uerſ pro hoc etiam. de uerb. ſignifica. Sed ut redeamus, facit etiam ad hanc noſtram principalem ſententiam text. in l. illa uerba, optimus. §. pueri. ff de uerbo. ſignific. vbi puelli appellatione etiam puella ſignificatur, quod uerbum clariſſimè indicat, hãc eſſe uerbi ſignificationem, non extenſionem. Sed & id confirmat, quòd etiam nonnunquam per maſculinum fœmininum tantùm, non etiam ipſum maſculinum intelligitur. l. plerunque. §. ſi ſerui. in princ. ubi id not. glo. quæ affert concord. de iur. dot.

*Significandi verbũ.*

231

Porrò autem duo ſunt præcipua, quæ uidẽtur in hoc noſtro caſu ſuadere, maſculinum non concipere fœmininum, quæ à nobis ſuprà tacta ſunt. Primùm, quia id ſtatutum poteſt uideri eſſe contra ius commune, & odioſum odio quidem irrationabili. Secundum, quia non conuenit fœminis, vt maribus, cùm ratio conſeruãdæ agnationis, & familiæ mares tantùm reſpiciat, quo in caſu & aliàs ſemper in differenti materia (vt ſuprà diximus) nunquam maſculinum concipit fœmininum. Quos quidem duos obices ſi ſummouerimus, clarum erit, quod probare intendimus. Igitur primum illud, quòd ſcilicet id ſtatutum ſit contra ius commune, multi non admittunt, & ij quidem ex primoribus legum interpretibus, quos uidebis ſuprà in præfat. ſiue rubr. nu. 21. ex quibus multis placuit. Qui autem uidentur uelle contrarium, quos etiam citauimus in ead. rub. num. 60. quamobrem ſunt multi, & ſeq. magna ex parte non loquuntur in terminis noſtræ conſuetudinis, ſed aliorum ſtatutorum ſimpliciter prohibentium uendi alijs, quàm conſaguienis, conſortibus, aut vicinis, aut ſine eorum conſenſu & requiſitatione. Et id quidem haud dubiè eſt contrara ius commune, vt probat tex. in l. dudum. C. de contrah. emp. Noſtra autem conſuetudo nihil tale diſponit, ſed potius permittit vendere extraneos, ipſius conſanguineeis inſcijs & renitentibus, ſed eis tantùm ius facit retrahendi ſoluto precio, & ita approbata vẽditione, vt ſatis oſtenſum eſt in ea rub. Quod longè diſtat ab illis ſtatutis. Et ſic id noſtrum ſtatutum eſt tãtùm præter ius commune, cùm nulla lex ſit, quæ id nuncupatim prohibeat, quod noſtra conſuetudo permittit.

Ex quo, ſi uerum ſit, confeſtim ſequitur, æquè in ea maſculinum comprehendere fœmininum, ac ſi proferrentur à iure cõmuni vt expreſſè tradit Bald. in l. diuturna, in 1. lect. ad fin ff. de legib. & Dom. in d. c. generali. col. 3. de elect. lib. 6. vbi & huius rei rationẽ reddit, quia huiuſmodi conſuetudines recipiunt interpretationem à iure communi, c. ex literis, de conſtit. & c. de cætero. & c. ad audientiam, de cler. non reſi. Et idem quoq; voluit Alex. conſ. 65. repetito conſi. 19. quoniam omne datũ, col vlt. lib. 6. & Barb. in d. Cle. 1. in 6. char. in paruis verſ. ſecundo caſu, de elect. Et ita, vt ipſi Dom. & Barb. dicunt, poteſt intelligi, quod ſcribit Archidia. in d. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. cùm dicit, ſtatuta eccleſiaſtica concipere fœmininum ſub maſculino, etiam in materia odioſa, quæ fuit etiam ſententia Hoſt. in d. c. Raynaldus. colum. 3. in verbo, maſculis, extra de teſt. & Henri. Boh. in d. c. mulieres, de ſent. excom. Et licet iſti aſsignent quandam rationem diuerſitatis inter ſtatuta eccleſiaſtica & ſecularia, tamen hæc videtur melior ratio, vt dicunt ipſi Dom. & Bar. quia clerici non poſſunt ſtatuere contra ius commune, ſed tantùm ſecundum, vel præter ipſum ius, Cle. ne Romani. & ibi gl. in verbo, tolli, de elect. & uoluit etiã Hoſt. in c. vlt. de offic. Arch. & Ioan. And. in c. vlt. de appella. libro 6. & Card. Flor. conſi. 2. circa ſtatutum. Ergo ſicut ius commune extenditur, ita & alia ſtatuta. Nec ea quoque prior ratio placet Collect. in d. cap. Raynaldus, colum 1. de teſta.

232 *In ſtatutis præter ius commune, maſc. haud dubiè cõcipit fœmininum.*

233 *Conſtitutio correctoria ad caſum extenditur, qui cõprehenditur ſublata ſignificatione.*

Qvin ſi concedamus id noſtrum ſtatutum eſſe contra ius commune, vt nonnullis & mihi propè placuit, tamen ex eo non continuò infertur, quòd maſculinum in eo non concipiat fœmininum. Imo verò cum in eo ſit indifferens materia, & eadem in utroque ſexu ratio, ut poſtea dicemus, conſequens eſt, & utrũque ſexum in maſculino comprehendi, ut latiſſime probat Franc. Curt. ſenior. d. conſi. 9. Ticinenſi ſtatuto, ubi in id multos alios Doct. multaſq; nec contemnendas rationes affert, ut ibi omnibus videre licet, & late etiam ſuprà diximus, num. 218. denique & in materia. Et faciunt etiam quæ ſcripſimus numer. 223. nec omnibus placuit, & ſequent. Quibus & hanc vnam rationem addiderim nondum à nobis in hac materia tactam, quòd conſtitutio etiam correctoria ad eum caſum extenditur, qui poteſt comprehendi ſub lata & impropria ſignificatione caſus expreſſi, quando in utroque eadem eſt ratio, ex ſententia glo. in Auth. minoris debitor, in uerbo, à curatione. C. qui tut. da. poſ. & in §. ſed etſi quis, in verbo, ad curationem, in Auth. ut hi qui obli. & in Cle. 1. in uerbo, eligatur, de elect. Ro. qui ad hoc eas glo. citat & commendat, conſi. 129. licet magna, verſic. ſecunda ratio, cum alijs multis concor. à me adductis in rep. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus numer. 145. ſimiliterq; renunciatio. Cuius rei rationem poſuimus in d. nume. 223. nec omnibus, & ſeq. quoniam ſcilicet id ſit ex mente legis, &c. ut ibi uidere poteris. Sed fœmininum comprehenditur ſub maſculino ſaltem ex lata & impropria ſignificatione, ex omnium nullo diſcrepante ſententia: ſi non ex propria, quod nonnulli uoluerunt. Igitur & hic comprehenditur.

234

Nec omnino interim fatendum eſt, iſtud ſtatutum eſſe odioſum, cum multi teneant eſſe fauorabile, vt diximus etiam in rub. nu. 56. ex his autem quæ tam latè. Etſi odioſum eſſet, ut alij multi uoluerunt, id vtique non eſſet

ſet ex ea parte, de qua hic tractamus, ſcilicet ex parte conſanguineorum. Nam quantum ad eos dici poſſe uidetur, id ſtatutum eſſe fauorabile, licet quantum ad emptores eſſet odioſum: ideoq; quantum ad interpretationem verborum, quæ ipſos conſanguineos inuitat, eſt extendendum, licet alio reſpectu eſſet reſtringendum: ut in ſimili uoluit gl. not. in l. 2. in uerb. liberis. C. de in ius voc. quòd hæredibus extraneis patroni debetur reuerentia, per tex. ibi, licet hæredes extranei liberti non debeāt. l. pen. ff. de obſeq. li. quia ex parte patroni eſt fauor, ideò prorogandus, ex parte autem liberti eſt odium, ideò reſtringendum, per iura per eam alleg. Per quam gl. Bald. Sal. & Recentiores, qui adducunt concord. ibi, dicunt quòd ſtatutum, ex quo filius excludit filiam eſt fauorabile ex parte filij, & ideo extendendum, ut etiam comprehendat nepotem: at ex parte filiæ eſt odioſum, ideo reſtringendum. Sed tamen ſuper hac ratione, quia non mihi admodum placet, uide quæ diximus ſupra in præfat. huius tit. nu. 64. cæterum remota.

235 Sᴇᴅ & illud hoc in loco non prætermittendum eſt, ſtatuentes dum id ſtatutum conderent, nullo odio emptorum motos fuiſſe, vt idipſum ſtatuerent, ſed ſimpliciter, & mero fauore conſanguinitatis, vt ſcilicet res exiret extra conſanguinitatem, vt ſæpius iam diximus. Ideo & ſimpliciter fauorabile uideri poteſt eſſe iudicandum, cùm in id, de quo hic tractamus, ſcilicet vt intelligamus vtrum ſtatutum ſit odioſum, an fauorabile, principale propoſitum ſtatuentium ſit conſiderandum. l. qui exceptionem, & ibi Bar. & Bal. ff. de cond. inde. & l. ſi quis nec cauſam, in prin. & l. rogaſti. ff. ſi cer. pet. & ipſe Bald. loquens nuncupatim in hac materia conceptionis fęminini ex maſculino. d. conſ. 433. domina Ioanna, lib. 3. cum alijs multis concor. à me traditis infrà eo. iit. §. 30. nu. 5. & ex hoc. Ex quibus unum hic non omittemus, qui hac ratione expreſſim dicit, hoc noſtrum ſtatutum retractus eſſe fauorabile. Is eſt Alex. conſ. 197. in cauſa vertente inter Ser. Sulimanum, col. 1. lib. 7.

236 *Odium irrationabile.*

Sᴇᴅ fac econtrariò hoc ſtatutum eſſe ſimpliciter odioſum, ut multis etiam placuit. Id tamen non eſt odio irrationabili, cuiuſmodi eſſet ſi ſtatueretur aut diſponeretur, vt filij bannitorum expellantur, aut aliter alius pro alio puniatur, ut filius exhæredetur ſine cauſa, & ſimilia ab his adducta, qui dicunt in ſtatuto odioſo odio irrationabili, maſculinum non concipere fęmininum, quos ſuprà citauimus: neque enim quippiam tale eſt in noſtro ſtatuto. Et ſatis eſt, teſte Bald. ex aliorum ſententia, in d. l. ſi ita. ff de iniuſt. teſtam. ut ſtatutum etiā odioſum habeat rationem quandam motiuam, vt ipſe loquitur, ad hunc finem, de quo tractamus, ut ſcilicet maſculinum concipiat fęmininum. Cui adde multa, quæ diximus ſuprà in rub. num. 75. ad id autem. Nec in hoc accedo gl. in d. c. mala. 8. diſt. quæ dicit hanc conſuetudinem eſſe irrationabilem, cùm ea non ſit ſine ratione, nec ea quidem contemnenda, ut patet ex multis, quæ diximus, in d. rub. Igitur ſi ſit aliquod odium, cùm tamen id irrationabile non ſit, fatendum id non impedimento eſſe, quin maſculinum concipiat fęmininum in materia indifferenti, & in qua eadem in utroque ſexu eſt ratio, ſecundum Iac. Are. Ang. Raph. & Pau. Caſtr. in d. l. quicunque. C. de ſer. fugit. Alber. in l. vltim. C. de ſecun. nup. & in d. l. ſi quis in tantam. col. 1. C. unde vi. Bart. in d. l. 1. ff. de verborum ſignificat. Pau. Eleaz. & Cardin. Flor. in d. Clem. 1. de elect. Pau. Caſt. conſ. 276. puto ſine dubio. col. 1. lib. 2. Franc. Aret. conſ. 39. in facto. col. 1. cum alijs multis ſuprà citatis.

237 *Retractus materia indifferens vtrique ſexui.*

Rᴇʟɪǫᴠᴠᴍ eſt, vt oſtendamus id quod iam ſæpe ſuprà diximus, videlicet hanc huius conſuetudinis materiam eſſe indifferentem, eandemque in utroque ſexu rationem: hic enim cardo eſt totius huius controuerſię. Quod ut intelligas, ſcire debes, eos qui huius conſuetudinis rationem afferunt, ita eam ſcripſiſſe, ut ſi alicubi dixerint, ne res exeat de familia, alibi etiam de genere, alibi item de conſanguinitate aut parentela, aut alijs nominibus meram & ſimplicem coniunctionem ſanguinis ſignificantibus, non ad mares tantùm, ſed ad fęminas quoque reſpexiſſe videantur. Et ſi de familia aut genere, vti in priori parte dictum eſt, tantum loquuti fuiſſent, non tamen fœminas excluſiſſe viderentur. Quando (vt de priori primùm loquamur) illud nomen familiæ non tantùm ad agnatos, ideſt, mares, & ex eis deſcendentes pertineat, ſed etiam ad cognatos, id eſt, omnes propinquos, ut etiam intelligit l. vlt. C. de verb. ſign. ſecundum cuius intellectum gl. in l. cum ita. §. in fideicōmiſſo. ff. de leg. 2. dicit eam dictionem ita accipiendam, cum aliquid relinquitur familiæ, quod & ea lex vlt. dixerat. Nam etſi nomen ipſum familię interdū pro agnatione ſpecialiter intelligitur, tamen de proprietate ipſius verbi, etiam fęminæ & deſcendentes ex eis intelligūtur, vt voluerunt Old. Bal. & Pau. Caſt. in d. l. vl. C. de ver. ſig.

*Familiæ nomē etiā ad cognatos pertinere, vide ſupra 195. hac gl.*

238 *Sexus & agnationis differētia.*

Qᴠᴏᴅ inde manat, quòd hodie ſublata eſt differentia ſexus & agnationis, ut ſuprà diximus in princ. huius quæſt. ex ſentent. Ang. loquentis in caſu huic noſtro ſimillimo, & probatur in l. lege, & in Authen. ceſſante, & Auth. poſt fratres autem. & Auth. poſt fratres fratrumque. C. de legi. hær. & l. maximnm uitium. C. de lib. præte. & §. 1. uerſic. nulla. & ∫. conſequens, in fin. & §. nullam verò. & §. ex his autem, ia Auth. de hære. quæ ab inte. defe. & in ∫. noſtra. Inſtit. de exhær. libr. cum multis ſimil. congeſtis à Phil. Dec. in dict. l. 2. numer. 92. ff. de reg. iur. & fuſiùs à nobis ſuprà titul. 17. §. 4. qui eſt omnium huius voluminis 200. Videmusque & fęminas, & ex ijs deſcendentes ſuccedere ex generali Franciæ conſuetudine, & retractum inſtar ſucceſſionis eſſe, eamque per omnia ſequi, ut cauetur infra eodem titu. ∫. 11. & §. 13. Ideoque & in huiuſcemodi materia retractus maſculinum concipit fęmininum, ut & in materia ſucceſſionis tradit Petr. Anchar. conſi. 120. pro clariori deciſione, colum. 2. verſ. vlterius aduertendum. & Dec. conſi. 527. in ciuitate, col. 2.

239 *Generis appellatio ad fęminas quoq; refertur.*

Qᴠᴀɴᴛᴠᴍ autem ad appellationem generis, ea quoque ad fœminas refertur, & ad deſcendentes ex eis, niſi ſubiecta materia repugnet, vt probatur ex l. 1. 2. & 3. §. 1. ff. de libe. cau. & l. eum qui, ibi, quæ verò non à patre, ſed à genere tribuerentur. ff. de interd. & rele. & l. cōmuniū. §. ſi verò ſine liberis, verſi. illo videlicet. C. de natur. libe. & l. liberorū, ibi cognationum ſingularum, iunctis illis verbis, omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt. ff. de verborum ſignific. & in cap. nouit, ibi, ex cuius genere Rex ipſe dignoſcitur deſcendiſſe, iuncta expoſitione Hoſt. & Io. And. in verbo, nocitur deſcendiſſe, & Anto. in 4. not. extrà de iud. Et illum quoque text. ad id expendit, & dicit no. Card. Alex. in arbore cōſanguinitatis, col. 12. ver. nota ex ſuperioribus. & in c. 1. §. hoc quoque. col. 4. verſic. ſed quid ſi aliquid conceditur generi. tit. de ſucceſ. feud. Et ita etiam voluit gloſ. in §. oportet autem, in prin. in Auth. de mandat. Princ. quæ interpretatur dictionem (generi) poſitam in tex. id eſt, agnatis & cognatis. & alia gloſſ. in §. 1. in vèrbo, generi, in Auth. de inceſt. nupt. quæ exponit, generi, id eſt, conſangueneis. Ex qua Ang. ibi not. eos eſſe de genere, qui ſunt conſanguinei. Et licet hoc verbum, conſanguinei, nonnunquam ſtrictè ſumatur pro ijs, qui deſcenderunt ex eodem parte, tamen vulgò accipitur pro omnibus coniunctis ex alterutro parente, uti ſuprà latè diximus poſt princ. numer. 5. & ſequen. Et ita accipit gloſſ. & Ang. ubi ſuprà ut ſatis apud eos patet. Et ita quoque eam glo. intelligit, & ſequitur Bald. in l. 1. poſt princ. ff. de probat. dicitque de hoc eſſe tex. in §. hoc quoque, in Authen. de mand. princip. Et hoc quoque ſecutus fuiſſe uidetur Barto. in d. l. 1. cùm dicit genus accipi pro parentela. Raph. Fulgoſ. con

ſil.



ſil. 132. quidam Ser. Secretus & Ioan. Plat. in l. vacantia, ad fin. C. de bonor. uacan. libro 10. & latè Stephan. Bertran. conſ. 249. viſo conſultationis themate, columna 1. libro 2.

240 *De eadem re.*

Eᴛ in hanc ſententiam eſt illud Tulij Phil. 3. Cùm tu eodem materno genere ſoleas gloriari. [Et in oratione in Calphurnium Piſonem, O paterni generis oblite, materni vix memor. Et ī oratione pro P. Sylla: Eſt enim ipſe a materno genere municipalis. Et Philip. 10. Tum fato quodam paterni materniquegeneris, &c.] Et illud Salluſtij in bello Iugurthino, in duobis locis, Materno genere impar. Cùm in priore loco loqueretur de Iugurtha, in poſteriore de Dabare, Illudque Virgilij Æneid. lib. 6. de Ænea loquentis:

*- Et mì genus ab Ioue ſummo.*

Nam illi genus erat ab ipſo Ioue per Venerem Iouis filiam eiuſdem Aeneæ matrem: quanquam ſunt, qui & genus Anchiſæ patris ipſius Aeneæ, ad Iouem quoque referant. Nam apud Homerum li. 10. Iliados ipſe Aeneas Achillem alloquēs, gloriatur ſe à Ioue per gradus, quos ſigillatim enumerat vſque ad Anchiſen patrem, deſcendiſſe. Illud quoque eiuſdem Virgilij lib. 11. Aeneid.

*- Genus huic materna ſuperbum*
*Nobilitas dabat. -*

Et Cornelij Taciti lib. 17. Pater conſularis, auus Prætorius, maternum genus impar. Et Plinij, ſi is eſt, in libr. de Viris illuſtribus: Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Et Suetonij in Iulio Cæſare: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus à regibus ortum. Et in Othone: Pater Lucius Otho materno genere præclaro. Et Iuſtini, libro 23. de Hierone: Sed maternum genus ſordidum. Et vbique apud ſcriptores probatiſſimos verborum proprietatum obſeruantiſſimos.

241 *Generationis nomen etad filias.*

Nᴀᴍ & verbum, generationis, quod eſt eiuſdē originis, & ad fęminas, & ex ijs natos, refertur, vt probatur in c. ſtatutum felicis. de hære. libr. 6. & voluit gl. in §. alienationis, in verbo, & in perpetuum, in fin. dum loquitur de tertia generatione, in Auth. de non alien. iuncto text. quem ea glo. allegat in §. emphyteuſim, eo. tit. qui loquitur de maſculis & fœminis, & nepotibus neptibusque eorum. Et hoc quoque videtur intellexiſſe Iac. Butr. poſt Azo. ibi. & Spe. in tit de locat. §. nunc aliqua, ver. 155. dū apertè dicit, quòd nepos ex filia eſt de generatione recipientis. Et voluit etiam Bald. in l. 2. col. 2. verſ. quæro quādo per reſcriptionem. C. de iure emphyt. & latè Imol. cōſil. 62. poſt exhibitum. Fulg. d. conſ. 132. Petr. Ancha. conſil. 44. primo de uiribus. col. 1. & Paul. Caſtr. in l. 1. C. de cond. inſer. & conſ. 300. viſo quodam proceſſu, col. 2. lib. 2. & conſ. 316. ſuprà dictus dominus, eo. li. 2. qui ad hoc multa allegant, vt apud eos omnibus videre licet. Alexā. qui id dicit procedere ex propria ſignificatione. conſ. 61. ſuper eo, de quo quæritur, paulò ante fin. lib. 1. & latiſſimè Corne. conſ. 219. ex duplici capite, col. 3. verſ. nam eſt aduertendum, & ſeq. lib. 2. & conſ. 190. pluries. col. 2. ver. his tamen non obſt. & ſeq. lib. 3. & conſ. 233. in hac conſultatione, col. 3. verſ. & quæ habentur, lib. 4. Bened. Capra. inter conſ. illius, conſ. 51. videtur primò dicendum, col. 3. verſ. ſed in contrarium videtur, lib. 3. Barbat. in repet. l. cùm acutiſſimi. col. vlt. verſ. adde etiam Do. C. de fideicom. & cōſ. 57. præclarè. col. 10. ver. & vltra prædicta, lib. 2. vbi tamen dicit, ſecùs eſſe in materia ſtricta. Sed is in hoc ſolus eſt. Maria. conſ. 25. Dominus Franciſcus, in primo dubio. Phil. Franc. in c. ſi pater. char. vit. verſ. 6. quid ſi fiat, de teſt. lib. 6. & Phil. Dec. conſ. 223. in caſu ꝓpoſito. col. 2. verſ. ſed tamen diligenter, vbi dum multos ex poſtremis allegat, confundit appellationem generis & generationis. & conſ. 425. viſo eleganti conſ. col. 1. & Ludo. Gozad. conſ. 20. prima facie. nu. 8. [Paul. Pariſ. cōſ. 47. ſi conſideramus. col. 7. nu. 58. lib. 3.] Et hanc ſententiam fulcit Plinius, lib. 8. cap. 44. Et quæ non primo initio generale cœperit. Et iterum eodem c. Contraque mulos, quos aſini & equæ generarēt. Ex quibus locis apertè conſtat, verbum generandi de fœminis quoque dici.

242 *Poſterorū & poſteritatis appellatio, ad fęminas quoque trahitur.*

Cᴇᴛᴇʀᴠᴍ, dict. l. 1. ∫. ult. ff. de iure immu. ſuprà in contraria parte allegata, ad probandum appellatione generis non venire natos ex fęmina, non ſimpliciter loquitur de genere, ſed & ſimul de poſteris, ita ſcilicet, Immunitates datæ generi poſteriſque, ad eos, qui ex fęminis nati ſunt, non pertinent. Et tamen ſatis conſtat nomen poſterorum, & poſteritatis, regulariter fœminas, & natos ex eis continere: vt euidenter probat dict. l. cùm acutiſſimi. & ibi no. Rapha. Co. col. 1. Barb. in rep. char. 13. & Corne. colum. item 1. C. de fideicommiſſ. & l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. adfin. & l. ſi venditor, iūcta l. vel quæ paterfamilias, verſ. liberis autem. & verſic. exhæredatis ff. de relig. & ſumpti. fune. & l. 1. C. de impo. lucra. deſcript. lib. 10. & omnium optimè cap. 1. verſ. circa natos. de ſchiſma. libro 6. eùm dicitur, ipſiſque poſteris dicti Ioannis per maſculinam & fœmininam lineam deſcendentibus. & voluit etiam Bald. in cap. 1. col. 1. verſicu. ſed immediatè, tit. de eo qui ſibi & hæred. Antò. latè conſ. 9. viſo puncto, in primo dubio. & Petr. Ancha. conſ. 339. pro maiori. col. 2. verſ. quo ad primum. Imol. in d. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiab. in princ. ff. de l. 2. Paul. Caſtrenſ. in l. quia tale, quàm legit cum l. maritum. colum. 2. verſ. ſi autem concedatur. & ibi etiam Alex. colum. 3. verſicu. quid autem ſi priuilegium. ff. ſolut. matr. Card. Alexandr. in cap. 1. §. hoc quoque. col. vlt. tit. de ſucceſ. feud. & Phil. Dec. conſ. 427. in ciuitate, colum. 2. nu. 6. & conſ. 570. caſus de quo. num. 11. & Anto. Rūbe. conſ. 16. in cauſa Ioannis, col. 4. verſ non obſtat modò. Quamuis Alex. ipſe videatur tenere contrarium, conſ. 160. viſo themate, col. 1. lib. 2. & expreſſiùs Barb. qui multa in id citat conſ. 57. præclarè. col. 8. verſ. & vltra prædicta. De quo vide Alber. in d. l. 1. ∫. vlt. ff. de iure immun. & in l. vlt. col. penu. uerſ. ad contraria. ff. de conſti. princ. & in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verborum ſignificat. & pleniſſimè Ioā. Crot. in repet. l. filiusfamilias. §. diui. col. 4. in 3. not. per totum. ff. de l. 1.

243 *Intellect. l. 1. §. ul. ff. de iure immu.*

Ex quo facile intelligere eſt, quòd id quod dicitur in d. l. 1. §. vlt. ff. de iure immuni. & ſimiliter in cap. vbicunque, de pœnis. lib. 6. quod & ipſum fœminas à poſterorū appellatione excludit, obtineat tantùm in ſuis caſibus, & propter ſubiectum argumentum, id quod apertè intelligit gloſſ. in d. l. ſi ita ſcriptnm ſit, filiabus in princ. & in d. c. vbicunque. & ibi etiam Petr. Anchara. in quarto no. & Lucas Pen. in l. vlt. col. pen. C. de colla. prædi. ciuil. libro 11. Anto. dicto conſ. 9. Imol. in dicta l. ſi ita ſcriptum. & dicto conſ. 62. Raph. Fulgo. dicto conſ. 132. Paul. Caſtr. in l. quia tale, & ibi quoque Alex. vbi ſupra. ff. ſolu. matr. & idem Paul. Caſtren. dicto conſ. 316. ſuprà alleg. Card. Alex. in arbore conſanguinitatis, col. 12. verſ. nota ex ſuperioribus. Alex. dict. 160. viſo themate. libro 2. Iaſ. qui ad hoc dicit ſingu. glo. in dicta l. ſi ita ſcriptum, in l. 1. colum. vlt. ff de conſt. prin. Philip. Franc. in d. cap. ſi pater, vbi ſupra, & verſic. ſequent. Franc. Curt. Senior. conſ. 74. ſuper memorata. colum. 3. verſ. ſecundò obſtare videtur, Phil. Dec. in dicta l. 2. numero 65. & ſequent. ff. de regul. iur. & dicto conſil. 223. colum. ultima. & conſi. 32. cuius ſuperſcriptio incipit, an fœminina, colum. ultima. Catel. memo. immunitates, in 1. & 3. limitat. vbi & illam gloſſ. dicit ſingul. Stepha. Bertr. dicto conſilio 249. libro 2. Frāciſc. Ripa. libro 2. reſpon. cap. 26. Allobrogum, numero 19. Si igitur ea ſunt ſpecialia in ſuis caſibus, ſequitur in cæteris caſibus illud non procedere, l. quod uerò. & l. ius ſingulare. ff. de legibus. Sed & quantum ad d. c. vbicunque, id quod diximus, etiam ex eo conſtat, quod non tantùm de poſteris loquitur, ſed etiam de filijs, à quorum etiam appellatione filias excludit. Et tamen certum eſt,

filio-

filiorum appellatione filias regulariter cõtineri. l. ſi quis ita. in prin. ff. de teſta. tutel.

244 IGITVR vt concludamus, cùm fœminæ & deſcendentes ex eis, ſint de familia, genere, conſanguinitate, linea, & parentela, ex quibus duobus vltimis uocantur *les parens, & lignagiers*, de quibus loquitur noſtra conſuetudo, vt diximus in princ. huius gl. atque etiam in glo. præcedente, linea enim non tantùm de maribus, ſed & de fœminis, & deſcendentibus ex eis dicitur, vt probant iura ſuprà in prin. huius gl. allegata. & d. c. 1. de ſciſmat. 6. Parentelaque etiam ad utrumque ſexum refertur, vt diximus, & probauimus in d. gloſſ. præcedente: proindeque in fœminis ſit eadem ratio, quæ in maribus, quantum ad noſtram conſuetudinem pertinet, præſertim cùm ſecundum iura nouiſſima, atque etiam noſtram, & generalem Franciæ conſuetudinem, fœminæ, vt mares ſuccedant, nihil eſt, quod eas impediat, & deſcendentes ex eis, retrahere vi noſtræ conſuetudinis. Quòd ſi fortè non ſuccederent, id omnino ſequendum eſt quod diximus ſuprà in gloſſ. præcedenti, quæ eſt in verbo, *le parent*, numero 13. ex his autem.

*Deciſio quæſtionis principalis.*

*Linea de fœminis et dicitur.*

245 ET cum his finem facimus huic queſtioni, ex qua latiſſimè intelligere poteris, an & quando, & quomodo, maſculinum concipit fœmininum, quanquam duo noſtræ tempeſtatis legum principes, Iaſon & Philip. Dec. copioſiſſimè omnium de hac re ſcripſerunt. ille in d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iudi. hic in d. l. 2. ff. de regul. iur. ſed quibus tamen multa ex ijs, quæ diximus, addere poteris. Verùm quia non omnia à nobis tacta ſunt, ſed ea tantùm quæ uiſa ſunt ad noſtram quæſtionẽ pertinere, ideo uide eoſdem, & alios, quos ſuprà citauimus, præſertim verò Signo. dict. conſ. 172. teſtator, ferè per totum. & præterea Zenze. in extrauag. Io. 22. incip. execrabilis. verſ. nos itaque, in uerbo, filijs, in princ. Alber. in d. l. ſi quis id quod. col. 1. num. 3. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & in l. ſi pater. ff. de teſtam. tutel. Bald. in §. vlti. Inſtit. qui dar. tut. teſtam. poſſ. & in l. in multis. ff. de ſtatu homi. & conſil. 186. quia allegationes. colum. 1. lib. 1. & conſ. 108. domina Ioanna. colum. 3. uerſic. 5. ſit uidendum. lib. 3. & conſi. 227. præmiſſis verbis. colum. 2. li. 5. Signo. conſil. 133. in nomine, in 1. dubio. Ange. conſ. 67. ex themate. colum. 1. Saly. in dict. l. quicunque. col. 1. C. de ſer. fugit. & in l. ſi ſerui. colum. penult. verſic. ſecundò infero. C. de noxa. & inter conſil. Bald. conſi. 334. in 5. q. col. 2. verſ. 3. circa hoc, lib. 3. quod & reponitur inter cõſil. Petri Anchar. conſil. 95. & eundem Petr. Ancha. conſil. 120. pro clariori. ante fin. & Raph. Co. conſil. 117. A. in teſtamento. in 1. dubio. Paul. Caſtren. conſi. 427. inhærendo. lib. 1. & conſ. 340. quia ſuprà, colum. 2. verſicu. ad id autem. lib. 2. & conſ. 355. ad primum quæſitum, in 2. dubio. eod. lib. 2. Alex. conſ. 80. viſo & opportunè. col. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 135. circa primum. colum. 4. verſ. quia quando, & multis ſeq. eodem lib. 1. & conſ. 24. animaduerſis. col. 2. uerſ. nec ſtatutum. & iterum. col. 4. verſ. nec obſtat, quòd ſtatutum. lib. 2. & conſ. 115. circa dubitationem. colum. vlt. verſ. tertio, eod. li. 2. & conſ. 134. animaduerſis diligenter. col. 2. verſ. ſecundò pro hoc. li. 6. & conſil. 17. circumſpectis. col. 3. verſ. 4. & multis. ſeq. lib. 7. & Franc. Areti. conſ. 39. in facto dicitur, penè per totum. & Cæpo. conſ. 26. magnificè. colum. 4. verſ. præterea etiam, quod conſil. inſertum eſt inter conſil. Alex. conſil. 136. circa primum. lib. 1. Barba. in c. ſi quis. col. 1. de reb. eccl. non ali. & conſil. 50. clementiſſimum. colum. 6. uerſ. facit, quod uoluit. lib. 4. Corn. conſ. 83. uidetur in hac. lib. 1. & conſ. 13. ad huius. colum. 2. uerſ. tamen uidetur. lib. 2. & conſ. 14. in præſenti. col. 2. uerſ. & ſucceſſiuè. eo. li. 2. & conſilio 202. pluries, libro 3. & conſilio 221. uiſis certis. eod. lib. 3. & conſil. 7. reperio. colum. vlt. lib. 4. & conſil. 151. videtur in hac. colum. 1. eod. lib. 4. & conſi. 169. multum diffuſè. eo. lib. 4. & d. conſil. 233. per totum. eo. lib. 4. & d. conſi. 271. lib. 4. & conſ. 265. in præſenti, eod. lib. 4. Cardi. Alex. in c. 1. §. & quia. col. 2. uerſ. not. ex iſto text. tit. qui feud. dar. poſ. Socy. conſ. 55. uiſis conſilijs. libro 3. & conſ. 163. uiſis teſtamento. col. 9. uerſi. ſecunda ratio eſt, eod. lib. 3. & conſ. 100. in dubitationibus. col. 2. lib. 4. & in tracta. fal. ſi eius eſt, regula 255. maſculinum. & Iaſ. conſ. 69. quòd ſecunda, in prin. lib. 3. D. Guymierũ in prag. ſanct. tit. de electio. §. 1. uerſ. & cùm humanæ, in uerbo, Abbatis. & Hippo Marſ. ſing. 20. maſculinum, & iterum ſingu. 39. capias unum. & ſing. 317. filiorum. Philip. Dec. conſ. 15. cuius ſuperſcriptio incipit, an appellatione filiorum. & conſ. 339. conſului, in 1. dubio. & conſil. 495. viſo eleganti, tum in prin. tum. col. 2. num. 9. tum denique. colum. ſeq nu. 14. & 15. & conſ. 568. domina, ferè per totum. & conſ. 574. in cauſa in qua agitur. col. 2. uerſ. circa teſtamentum. & Franc. Curt. iuniorem. conſil. 60. viſo igitur puncto. & Gomeſ. in Commentarijs reg. Cancellariæ, regula de infirmis reſignantibus infra 20. dies, quæſtione 6.

*Qui de materia cõceptionis maſculini, & fœminini ſcripſerũt.*

246 ET ſunt quoque alij tex, præter eos, quos ſuprà citauimus, de hac re loquentes, quos prætermittere noluimus, uidelicet in l. hæc autem. ff. de adop. & l. ait Prætor, quæ eſt 3. §. 1. & §. alterius. ff. de nego. geſt. vbi ita ſcribitur: Hæc uerba, ſi quis, ſic ſunt accipienda, ſiue quænam. Hæc uerba nũcupatim uoluimus hìc ponere, propter ea, quę ſuprà diximus de dictione, quis. Et in l. 2. §. quod ait. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. 1. §. 1. ff. de conſtit. pecu. & in l. 1. §. de eo. ff. de pecu. & in l. ait diuus. in princip. ff. de iur. fiſc. & in l. ſed etſi. §. hoc Senatuſconſultum. ff. ad S.C. Maced. & in l. 3. §. 1. ff. de lib. hom. exhi. vbi ita ſcribitur: Hæc uerba, quem liberum, ad omnem hominem liberum pertinent, ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina. Ex legib. autem Lombardorum maſculinum non concipit fœmininum, vt ſcribitur in tit. de eo quod pater habet neceſſe filijs relinquere. l. à noſtris. & retulit Albe. cùm aliàs, tũ in l. liberorum. ff. de verbo. ſignifi.

*Tex. de eadẽ re, præter citatos ſuperius. Lombardorũ lex de hac re.*

247 SED in hac tractatione conſanguineorum illud quęri poteſt: Titius uendidit fundum Mæuij, non tamen ipſius Mæuij nomine, ſed ſuo ipſius uendentis proprio. Poſtea autem Mæuius ipſius fundi dominus eam uenditionem ratificat: an conſanguinei ipſius Mæuij admittãtur. Dubium enim facit, quòd Mæuius ratificare non potuit, quod ipſius nomine geſtum non eſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & ibi gloſſ. Barto. Alber. & alij. ff. de nego. geſto. & l. ſi ſeruus. ff. de prec. & ca. cùm quis. de ſenten. excommu. lib. 6. & c. ratum, & ibi Dyn. de regul. iur. eod. libro 6. Si ergo ratificare non potuit, & ſic inutilis fuit ea ratificatio: conſequens fit, vt ex ea conſanguinei admitti non debeant, per ea, quę latè diximus ſuprà eod. §. in gl. 2. quæ eſt in uerbo, *à vendu*. num. 5. ſed hìc ſcire uelim, & multis ſequen.

*An cõſanguinei eius, qui ratificat uenditionẽ nõ ſuo nõie factã, admittantur ad retractũ.*

248 SED id quod diximus, ratificare nos non poſſe, niſi quod noſtro nomine geſtum eſt, procedit quantum ad alterius præiudiciũ. At quantũ ad ipſius ratificantis piu diciũ attinet, ualet ratificatio. l. mater. & ibi gl. & Bal. C. de rei vẽd. & l. 1. iũcta glo. in verbo, nã etſi cognitis. C. ſi in com. eademq; cauſ. & l. ſi fundus. §. 1. & ibi Bart. ff. de pign. & l. aliena. §. 1. ff. de pign. act. & l. cũ incertus. & ibi Alber. ff. de l. 1. gl. & Doct. in d. c. ratũ. Cy. in l. editioni. in prin. C. pro empto. Bar. in l. 1. ſed etſi cũ q. s. p eũd. tex. ff. de vi & vi arm. & in l. Pompo. in princ. col. vlt. verſ. aut q̃ris vtrũ. ff. de nego. geſt. Alber. in l. vlt. col. 2. uerſ. item hæc regina. ff. ad S.C. Velleia. Guid. Pap. cõſ. 54. cũ in facti narratione. col. vlt. uerſ. nõ obſtat, cum ex aduerſo. & plene Phil. Dec. in c. ſemper q̃ nõ prohibet. col. 3. verſ. p dicta regula. ff. de regul. iur. & Carol. Ruin. conſ. 66. circa caſum. in fin. lib. 2. Igitur cùm ratificando eam uenditionem ſibi præiudicet, tanquam ſi ipſe uendidiſſet, aut ei ab initio conſenſiſſet, non uideo, cur conſanguinei illius non admittantur. Et faciant quæ diximus ſuprà,

*Ratificare non poſſumus, quod noſtro nõie factum nõ eſt. Sed quomodo id intelligatur.*

in



in eadem glo. num. 105. ſed ut ad cætera, & ſeq. vbi tractauimus, an conſanguinei eius, qui conſentit venditioni rei ſuæ, admittantur ad retractum. Et ea quoque quæ dicemus in glo. ſeq. in 12. q.

249 AT maius dubium eſt, Si Mæuius ipſe dominus non ratificat, ſed permittit emptorem poſſidere, & fortè tandem uſucapere, rem ipſam ſuam ab alio uenditã, an conſanguinei ipſius retrahere, aut aliter conqueri poſſint, nec ſic ea res exeat ex eorum familia. Nam qui uſucapere patitur, is ueluti paciſci & alienare videtur. l. alienationem. ff. de verbor. ſign. per quam Dyn. ibi. & Bart. in l. filiusfa. §. diui. col. vlt. ff. de leg. 1. dicunt, quòd qui patitur rem uſucapi, videtur conſentire. Et ſequitur Crot. in poſteriori loco, in rep. col. 41. verſ. vltima ſit concluſio. & idem videtur voluiſſe gloſſ. in l. ſi mulier. §. 1. in uerbo, ratum. ff. quod met. cauſ. & in l. 2. in fin. glo. magnæ. C. q̃ ſit long. conſuetu. & Oldra. conſil. 172. quia omnes. col. 2. Si præterea præſcriptio. & Alber. in l. imperium. numero 37. ff. de iur. omn. iud. nam & vſucapio habet vim contractus, & pacto æquiparatur. Bald. in l. 1. col. 1. in 3. not. & alibi ſæpe in ead. l. & ibi quoque Saly. etiam 3. not. C. de ſerui. & aqua. & ipſe Bal. in l. liberti, col. pen. ver. quæritur de eo. C. de oper. lib. & conſil. 112. de generali, col. ult. lib. 2. & Salyc. in l. 1. §. ad hæc. col. 1. C. de ana. excep. & Alex. conſil. 59. attentis verbis, col. 4. verſic. fortius voluit. libr. 3. Soc. conſil. 86. in cauſa communitatis. col. vlt. lib. 1. quòd repetitur conſi. 166. lib. 2. & Math. Afflict. deci. Neapol. 13. uertitur in dubium. num. 5. Ex quibus & illud fit, quod poſt Pileum tradit Ioan. Andr. in addit. Spec. in rub. de feud. verſ. 28. Pil. fuit, quòd ſi tertius quiſpiam uſuceperit feudum aduerſus uaſallum, & ab hoc tertio dominus feudum reuocauerit, & euicerit, non poterit uaſallus à domino recuperare, quia uaſallus ipſe quantum in ſe fuit patiendo feudum uſucapi, idipſum alienaſſe cenſetur, per d. l. alienationis. & ſequitur Bald. in cap. 1. §. ult. col. 3. uerſ. quæro, pone quidam tertius, & ibi Card. Alex. in §. præterea ſi inter. col. ult. titul. de prohib. feud. alie. per Feder. & Pan. in cap. ad audientiam, colum. penul. extrà de præſcript.

*An conſanguinei eius qui permittit rẽ ſuã vſucapi, admittantur ad retractum. Qui patitur uſucapere cõſentire, & alienare videtur, uide 254. Vſucapio pacto æquiparatur.*

250 SED & hinc quoque fit, vt quæ acquiri non poſſunt, nec vſucapi quoque poſſint. Ioan. Molen. Io. Andr. & Dom. in c. 2. de præben. lib. 6. Pan. in c. ad aures. & in c. cauſam, per illum tex. de præſcript. Soc. ubi ſuprà. Et quæ alienari prohibentur, etiam uſucapi prohibita cenſentur. l. ſi fundum. ff. de fun. dota. & l. 2. & ibi gloſſ. Bart. qui eam legit primam. Bald. & Ang. C. de uſuc. pro empt. & l. quemadmodum, & ibi Ioan. Plat. colum. vlt. C. de agr. & cenſi. lib. 11. Azo in ſumma. C. de uſuc. pro empt. uerſic. impeditur enim quandoque. Bart. in l. 2. §. ſi à pupillo. poſt princ. ff. eod. tit. & in l. ubi lex. ff. de uſuca. Bal. in l. acceptam, in 22. quæſt. C. de uſur. Mart. Laud. in c. 1. col. 1. & ibi Card. Alex. col. 2. tit. de inue. de re ali. fac. ubi loquuntur de feudo alienari prohibito. Fabia. in tract. de empt. & vendit. in 4. q. princ. col. 18. verſ. circa octauum. Steph. Bert. conſil. 118. alienatio. in fin. lib. 1. cum ſimil. adductis ab Alex. conſil. 1. ponderatis, uol. ultim. uerſic. præterea ſtatutum, lib. 4. & Recentioribus, in d. §. diui. & Corne. conſil. 294. uidetur prima facie, col. penultim. uerſicul. tamen his non obſtantibus, l. 3. adde Iaſ. conſil. 116. videretur, in fin. lib. 2. & Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter uir. & uxor. §. 17. col. 5. uerſ. ex quo etiam, & Zaſium conſil. 15. in cauſa, numero 25. libro 2.

*Quę acquiri non poſſunt, an uſucapi poſſunt.*

251 NEC qui alienare prohibetur, poteſt pati rem uſucapi in præiudicium alterius. Paul. Caſtr. conſil. 44. circa præſentem caſum, in fin. iunctis præcedentibus, libr. 2. & clariùs Iac. Aluar. in c. 1. §. hoc quoque, col. ult. tit. de ſucceſ. feud. Phil. Dec. conſil. 445. in caſu. colum. 5. nume. 28. Nec ſimiliter currit uſucapio contra prohibitum alienare, gloſſ. in l. 1. ibi, ſed dic quo ad opinionem, & ibi quoque Doctor. C. ſi aduerſ. uſucap. & in l. non eſt incognitum. C. quib. non obijci. long. temp. præſcript. & in d. l. ubi lex, in uerbo, nihil prodeſt. in fin. & ibi Bartol. & alij. ff. de uſucap. & faciunt ſcripta à Bald. in Authen. hoc ius porrectum, col. 2. uerſ. adde quod eſt quoddam. C. de ſacroſ. eccle. & in l. ultim. 16. oppoſi. C. de edict. diui. Adr. toll. & Firmia. in tractat. gabella. in 3. parte 8. partis princ. in 9. q. in princ. ubi dicit, quòd ſtatutum loquẽs de alienatione, habet locum in vſucapione.

*Qui alienare prohibetur, an poſſit pati vt res vſucapiatur. Vſucapio an currat contra prohibitũ alienare.*

252 SED hæc non ſunt perpetua, ſunt enim qui contrarium tenent, uel diſtinguunt, uel limitant, multis ſubnixi iuribus & rationib. ut uidere licet per ipſum Bart. poſt Guil. Cu. in d. §. diui. & ibi quoque Raph. Co. Alex. & Recentiores in 12. q. Bart. & præterea Ia. Ra. Pet. à Bel. Pert. Iac. But. Cy. Bart & Salyc. in l. ult. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ. Bald. in l. 1. colum. antep. uerſic. tertiò op. ſic, cum multis ſeq. C. de ſer. fug. & in l. 2. ad fin. C. de uſucap. pro empt. Pan. latè in c. cùm non liceat, col. 3. uerſ. & circa iſtam partem, cum multis ſeq. & ibi Barb. col. 4. ver. & circa iſtam primam partem, extrà de præſcript. Alex. d. conſil. 59. ubi ſuprà, libr. 3. Cornel. conſil. 38. in hac conſultatione, col. 8. uerſ. nec obſt. quòd res prohibita, lib. 1. Franc. Aret. in l. multum. col. 2. ff. de verborum obligat. Socyn. conſil. 75. circa præſentem: colum. 2. verſ. hoc probo, libro primo & conſilio 251: quoniam in præſenti, colum. penul. lib. 2. & conſ. 266. in cauſa quæ vertitur, col. 17. amplius dico, cum multis ſeq. eo. lib. 2. & conſ. 43. viſis. col. vlt. lib. 3.

*An & quomodo vera ſint quæ dicta ſunt.*

253 NEC id quidem, quod ſuprà de conſenſu diximus ex Dyn. & Bart. in d. §. diui. trãſijt omnino in rem iudicatam, cum glo. teneat contrarium in l. 1. §. ſi quis actionẽ, in glo. vlt. ff. de dol. ma. & ibi Bald. qui dicit pro ea facere argu. l. diuus. §. nec intra. ff. de reſtit. in inte. & idẽ Bald. qui eam glo. dicit no. in c. 1. §. ſi quis per; & col. 2. verſic. & ſcias quòd præſcriptio, tit. ſi de feud. fuer. contro. & in Auth. ad hæc. col. 3. verſicul. reuertor igitur. C. de vſur. & in cap. ad audientiam. colum. 2. uerſic. item nota ſolã, extra de præſcript. & in l. traditionibus, col. 2. verſicu. venio ad ſecundum. C. de pact. & in proœmio feudorũ. colum. 6. verſ. porrò directum. & Alex. conſil. 92. perſpectis diligenter. col. 6. verſ. venio ad ſextum, lib. 6. vbi uidebis quid ſentiat de illa Ioan. Andr. dec. de uaſallo qui paſſus eſt feudum uſucap. & in id multum facit text. quẽ nullus eorum citat, in l. ſi extraneus, & ibi Bart. ff. de donatio. inter uir. & uxor. Et hoc quoque probatur ex eo, quòd ignorans non conſentit. l. ſi per errorem. ff. de iuri. omn. iud. & tamen contra eum vſucapitur. l. vltim. & ibi Bald. & Angel. C. de præſcri. long temp. & latè dicemus infra eod. tit. §. 35. eodemque pen. in verbo, ignorãs. Præterea uſucapione non tollitur naturalis obligatio, vt cõſenſu Cyn Bar. & Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. Bar. in l. ſi quis iniquum. §. vl. ff. quod quiſque iur. & Bal. in d. Auth. ad hæc, vbi ſupra. C. de vſur.

*An cõſentiat qui patitur vſucapere.*

*Vſucapione non tollitur naturalis obligatio.*

ET ego ſanè in noſtro caſu arbitror, quòd interim, dum nondum completa eſt vſucapio, non poſsit cõſanguineus domini rei eam retrahere. nam is nec uendidit, nec uenditioni per uſucapionem, quæ nulla dũ facta eſt, cõſenſiſſe uiſus eſt. At poſt uſucapionem completam, & ita re iam alienata, & ſic poſita extra familiam domini, ex interpretatiuo eius conſenſu (ita enim appellat Bald. in d. §. ſi quis actionem) aut ſi mauis, ficto (ut dicit Bart. in l. ult. col. pen. uerſ. item opp. quòd ſecundum. C. in quibus cauſ. in inte. reſt.) atque etiam ex ipſius domini alienatione, ut dicit d. l. alienationis, de uerborum ſign. fortè ſuſtineri poſſet, conſanguineum intra annum ipſius uſucapionis completæ eſſe admittendum. Quod & hinc ultra prædicta probatur, quòd ipſe dominus rei poſt uſucapionem ipſius poteſt repetere precium uenditionis factæ ab illo, non domino, tanquam ſcilicet ipſemet uendiderit. l. mater. C. de rei uendic. & l. 1. C.

*Deciſio princip. quæſt.*

*Dominus repetit precium rei ſuæ ab alio vẽditæ & uſucaptæ.*

G de re-

de rebus ali. non alien.& ibi concord. in gloſſ.& voluit etiam gl.in l.1.in gl.vlt.& ibi Bar.ff.de diſtract. pig. qui & idem dicunt de creditore.Bart.& Alber. in l.vltim. ff. de neg.geſt & idem Alb.in l.ſi pupilli,§. ſed ſi ego.colu. vlt.in prin.eo.tit.& Raph.Fulg.qui id negat eſſe dubiũ, conſi.137.quia ex facto.Corn. qui & id dicit eſſe clarũ, conſ.199.in hac conſultatione,in fin.lib.3.

255 *Fraudibus obuiandũ.* Et ſi aliter diceremus, facilè fieret fraus retractui per colluſionem domini emptoris, & venditoris. Cui obuiandum occurrendumq; eſt.l.cum hi.§.ſi cùm lis. ff. de tranſact.& l.vl.§.1.ff.de ſuſpe.tuto.& l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſan.eccle.& l.1.in prin.ff.ſi quis omiſ. cau. teſt.& c.quãto,de diuort cum ſim. Quamuis Do. Igneus in repe.l.dudum.col.vlt.verſ.quid autem in præſcriptione,C.de contrah.empt. videatur ſimpliciter tenere non eſſe retractui locũ in vſucapionibus, licet ſubobſcurius loquatur,vt ſæpe aliàs. *Qui uſucapit, rem habet a tradente, non à domino.* Pro quo facit ſaltem, vt conſanguinei domini non admittantur, quia rem alienam à nõ domino ſibi traditam vſucapit, eam habere uidetur à tradente,non à domino.l.indebiti.§.ſed etſi poſſet.ff. de cond.indeb.& l.ſi alienam, in prin.& ibi Alber ff.de dona.cau.mor. An autem i hoc caſu, quo aliena res venditur, poſſit conſanguineus vendentis retrahere, diximus ſupra eo.§.in verbo,*a vendu*, nu.17.quid item ſi aliquis, & ſeq. Vtrum autem,& quomodo cenſeatur in vſucapione interuenire uoluntas eius, contra quem vſucapitur,uide vltra ſuprà dictos per Fran.Balb.in tract.præſcript.in 1.parte,in 5.q.prin.col.1.

256 *Duob. conſanguineis vẽdentib. an alter alterius partem poſſit retrahere.* Illvd quoque in dubium uocatur, Duo fratres, aut aliter conſanguinei, uendunt rem quampiam fortè communem; vtrum vnus eorum poterit retrahere partem alterius, tanquàm conſanguineus ipſius: nam ſuam haud dubiè non poteſt,vt ſuprà latè diximus in hac ead.gloſſ. nu.30.ſed & illud,& multis ſeq. Sed nec alteram quoq; poſſe retrahere crediderim: nam tametſi ex multis uenditoribus ſuam quiſque partem tantùm uendere cenſetur.l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.oblig.& l.reos.§.cùm in tabulis.ff.de duob.reis,cum ſim.tamen vnus cenſetur cęteris conſentire.l.cùm pater.§.libertis.& ibi Dyn.& Bar. ff.de leg.2.& l.Titius,in prin.ff.qui.mo.pig.uel hyp. ſol. *Duob. uendentib. alter alteri conſentire videtur.* & Bald.in l.vlt.C.ad S.C Maced Phil. Corne. conſi.51. licet in hac.col.2.uer.& licet li.2.cum alijs multis ſimil. & concord.à me traditis in noſtris legibus connubialibus, in uerbo, *expres*, verſ. ſecundum autem probatur. Et facit etiam l.quoties.C.de fideicomm. Ex qua Bal.& Corn.ibi no.paria eſſe, plures ſimul vendere, uel inuicem conſentire. Si igitur conſenſit, non poteſt retrahere,vt latè etiam diximus ſuprà in ead.gl.nu.131.quartus autem caſus, & multis ſeq.

Et id quoque adiuuat hæc ratio, quia cùm ambo vno precio vendiderunt rem communem, cenſetur una 257 eademque emptio & venditio: nec veriſimiliter emptor niſi eam totam erat empturus,l.ſi quis aliam.ff.de ſolut, cum multis ſim.à me collectis,infra eod.tit.§.23. in gl. 1.Ex quo fit, vt alter vendendo partem ſuam, uideatur conſenſiſſe,vt totum etiam uenderetur: nam vnum uolentes,cenſemur id omne velle,ſine quo ad id,quod emptor vult,peruenire non poteſt l.ad rem mobilem, & l. ad legatum.ff.de procur.& l.2.ff. de iuriſd. om. iud. Et propter id quidem cenſetur emptor emiſſe: ideoque cẽſetur ineſſe, arg.l.iuriſgentium.§.quinimò.ff. de pact. & l.lecta.ff.ſi cert.pet.cum ſim. etiam à me collectis infrà tit.proximè ſequenti.§.1.in uerbo,in limine contractus, in prin.& cenſetur eſſe pars contractus,arg l. fundi partem,ff.de cont.emp.cum alijs multis ſim. à me quoque aceruatis,eo.tit in rub.nu.19.& id quidem,& ſeq. Et facit etiam,quod dicemus infrà in fi.huius tit in 12.q. Et idem quoque hac in quęſtione tenuit Mod.Pariſ.conſue. Pariſ.tit.1.§.13.gl.1.nu.31. alijs tamen rationib. vt ibi uidere poteris.

Nec illud item omittendum, Vtrum alius pro conſanguineo ſine mandato poſſit huiuſmodi oblationem retractus facere. 258 *Quæſt. an alius pro conſanguineo poſſit oblationẽ retractus facere.* Quod poſſet uideri,exemplo eius,quod dicimus,oblationem precij redemptionis poſſe fieri nõ tantum à redempto,ſed à quocunq; alio, ut redemptor cogatur reſtituere redemptum priſtinæ libertati.l. cùm & poſtlimij, ibi, oblatum precium à te, vel ab alio. C. de capti. & poſtli. reuer.quam Bart.Bald.& Sal.ibi in id trahunt, ut ſicut alius pro alio poteſt ſoluere.l. ſoluendo.ff.de negot.geſt.& ibi concor. & eo quidem ignorante.l.ſoluere.ff.de ſolut. & ibi quoque concord. ita & offere & conſignare, vt debitori contingat liberatio,quod & optimè probatur in l.qui decem.§.1.verſicu.ſed quid ſi ignoranti, & ibi quoque gl.& Bart.ff.de ſolut. & facit tex.(modò non oſcitanter legatur) in l.1.& ibi Bal.col.2. ff.de nego.geſt & in l.ex morte.verſ ſimilique modo.C. de pact.conuen.& voluit etiam glo.in l.ſolutionem, & ibi quoque Bartol.col.1.ff.de ſol.& glo.Cyn.Iacob.But. Alber.Bald Ang.in d.l.obſignatione.C.eodem titu. Alber.qui hanc dicit eſſe communem opinionem, in l. acceptam.colum.2.verſ.ſed nunquid extraneus.C.de vſur. Angel.& Paul. Caſtr. qui id dicit perpetuò menti tenendum,in l.tale pactum.§. poſt diuiſionem, per eum text. & ibi quoque Iaſ.ff.de pact. Angel. in §.illud. poſt princip.per illum text.in Authen.ut exact.inſtan.dot. Corn. conſ.85.videtur.col.2.uerſ.& ubi debitum,lib.4. & Iaſ. conſ.74 puto quòd præſens,in fi.lib.1. *Alius offerens et deponens parit alteri liberationem.*

Et facit,quod à multis traditur,ſolutionẽ canonis à quocunque factam,etiam ignorante emphyteuta, impedire,ne is emphyteuſi cadat,ut per And.Piſa.Gul. Cu. & Bal.in l.ſolennib,C.de rei vendic.& ipſum Bal. in l.arborib.§.quid tamen.ff.de vſufruct.Petr. Anch.conſ.44. primò de uiribus,col.vlt.uer.ex quibus.Rom.conſ.103. viſo propoſitæ quæſtionis, in princip.& Alex. conſi.71. videretur, paulò ante fin.lib.1.Lancel.Dec.in l.apud Iulianum.§.hæres,col.2.ff. de leg. 1. cum alijs multis concord.adductis à Iaſ.in l.2,colum.20. verſicul. uigeſimo quinto,C. de iure emphyt. Et uidetur probari in l. lex uectigali.ff.de pig. 259 *Emphyteuta nõ cadit emphyteu. ſi alio ſoluente canonem.*

Nam & generale eſt, ut cùm tractatur de conſeruatione iuris realis,non refert,a quo quid fiat.d.§.quid tamen.& l.qui fundum.& ibi Bart. & l.nam ſatis,in princ. ff.quemadm.ſer.amit.& l.1.§.quæſitum. ff.de aqua quotid.& æſti.& l.forma.§.ſi cùm ego. ff.de cenſib. & uoluit Bart in l.ſequitur.§.ſi viam,ad fin.ff.de vſucap.Bal.conſ. 307.verba,in princ.lib.2. Ant. in repet.ca vlt.poſt med. verſ.tertiò dicebam,extra de cauſ.poſſ. & proprie. Paul. Caſt.in l.cum ſeruus,& ibi Iaſ. ad fi. ff. de uerbòr.oblig. Rom.d.conſ.303.& iterum conſ.491.in caſu propoſitæ, poſt med.& Iaſ.qui & illud dicit de emphyteuſi, conſil. 49. in præſenti conſultatione, col.1. lib.1. 260 *Nõ refert, quid à quo fiat,ad conſeruationẽ iuris realis.* Et ſimiliter generale eſt,ut ad pœnam euitandam nihil referat,quid a quo fiat,ut per Dyn.Bart.Ang & Imol.in d.l.cum ſeruus.ff.de uerb.oblig. Bal in l.vlt. col.2.C.de neg.geſt.& d.conſ.307.Io.Fab.in l. ult.per illum text. C. ſi mancip. ita fue.ali.ut manu.ubi & illud quoque dicit de conſeruando iure. *Et ad pęnam euitandam.* Sed tu ſuper eo,quod de pęna euitanda diximus,vide Recentiores in d.l,cum ſeruus, & Fel. in ca. contingit.col.1.& 2. oppo. de ſenten. excomm. & Phil. Dec.in l.inuito.ff.de reg.iur.

261 At hic caſus noſter longè eſt ab illis diuerſus. In illis enim nihil intereſt creditoris, a quo ſolutio fiat,an a debitore,an ab alio noĩe ipſius. Ideoq; & ab alio poteſt fieri oblatio. Quanquam defuerunt qui & huic ſentẽtiæ non aſſentirentur, & inter cæteros Hoſt. in Summa, tit. de oblat.§.1.uerſ.& neceſſe eſt ꝙ ipſemet,per tex in l.ait Prętor.§.illud.ff.quæ in fraud.credit. Niſi (inquit) tertius in iudicio offerat,per id quod in ſimili dicitur, in l. ſi rem alienam,ff.de pig.act.& l.item liberatur.§.qui paratus.ff.qui,mo.pig.vel hyp. ſol. Nam etſi extra iudiciũ



offerat,& deponat,poteſt,ſi velit, in ſuos vſus conuertere.l.debitor.ff.de vſur.& l.acceptam,in fi. C.eo.tit. Sed (quod iam diximus) communis opin.huic contraria eſt, tanquam nihil (vt inquiunt) interſit creditoris.

262 Emphytevta autem certat de damno vitando, ne ſcilicet perdat emphyteuſim ob ceſſationem ſolutionis, ideo non mirum ſi alterius ſolutio impedit, ne id damnum patiatur, & etiam dominus in eo caſu libenter accipit ſolutionem penſionis,vt hic poſſet facere emptor, ſi vellet, ſcilicet admittere alium nomine conſanguinei ad retractum, ſoluendo precium. *Emphyteuta non cogitur ſolutionẽ ab alio recipere.* Sed cogi non debet, nec poteſt, uti nec dominus cogi poſſet inuitus ab alio recipere ſolutionem penſionis emphyteuticæ, cùm eius interſit, non ſolum ratione ſolutionis ipſius, ſed & recognitionis dominij,vt voluit Bal.in d.l. acceptam,col. vl.in 25.q.& ibi quoq; Sal.in l.vl.q.C.de vſur.& Iaſ. qui id cenſet ſing.in d.l.2.ead.col.20.in 26.q.C. de iur. emphy. Et in ſeq quoq; q.conſtanter firmat oblationem & conſignationem,hoc caſu non prodeſſe emphyteutæ. & d.conſ.49.col.2.verſ.prædictis,lib.1. & iterum d. conſi. 74.puto,in prin.eo.lib.1 & Stephan.Bert.conſi.320. ſententia, columna ſecunda, in princip.libr. 1. & Hippol. Marſ.qui id not.dicit ſingul.367.nemo prudens.& Lancellot.Gal.in l.4.§. Cato,col. 18. verſ. ſecundò uidetur. ff.de verb.oblig.

263 Dicta aũt l.lex vectigali.ff. de pig.loquitur de creditore,cuius priuatim intereſt penſionem ſolui, ne res, quæ illi pignorata eſt,cadat in commiſſum,& ita ſuo pignore priuetur, de quo nos ſpeciatim & latiùs dicemus infrà eo.tit.§.36.eodemq; vlt.gl 2.num.19. & facit etiã text.ubi uidere poteris. Porrò autem in hoc caſu noſtro aliter intereſt emptoris,quàm ratione reſtitutionis precij,nempe ne ab eo res,quam ipſe emit,auferatur. Ideo nec inuitus poteſt, nec debet cogi admittere alium nomine conſanguinei,volentem ipſum precium reſtituere & ita rem retrahere.

264 *An ſatis ſit habere mãdatũ ſine oſtenſione illius.* Sed nec ſufficit hunc alium habere mandatum, niſi & illud emptori, cui hanc oblationem facit, exhibeat, per l.ſi quis inficiatus, & ibi Bart.ff.depoſit.& idem Bal. in l.grege.§.1.verſic.ſed aduerte,quòd ſi denunciatio.ff. de pig.& in l.non ſolum.§.morte.col.8.verſic. quæro an talis proteſtatio.ff.de ope.no.nun.Bald.in l.tutor,in principio.2.lect.ff.de mino.cum alijs multis concor. adductis infra eod.tit.§.36.eodemque ultimo, in gloſſ.2.in 2.q. Et quid ſi deo doceat poſt annum retractus, an ſatis ſit, videbis infrà in glo.ſeq in verbo *dedans l'an*, in 15.q. Et quid ſi offerat cautionem de rato, uidebis ibi in ſeq. q. An autem hoc caſu requiratur mandatum ſpeciale, & vtrum coniuncta perſona, aut procurator cum libera admittatur, intelliges ex ijs, quæ latè dicemus in ead. gloſſ.in 1.quæſt.& ſeque. & iterum in glo.13.in uerbo, *l'achepteur*,nu.31.an autem ſit,& quatuor ſeq & rurſum in §.36.in gloſſ.2.in verbo,*notifier au greffe*,num.14. ex quibus potes.

265 Vtrvm autem conſanguineus pupillus poſſit huiuſmodi oblationem retractus facere per ſe, & ſine tutoris autoritate,dicam inferius in verbo, *l'achepteur*,numer.25.ſed ex ijs, & ſequenti. Vbi etiam uidebis de infante,quoniam eo in loco illud ueluti in cõſequentiam venit prioris quæſtionis, qua diſſerimus utrum è contrario hæc oblatio poſſit fieri pupillo, aut infanti, ſine autoritate tutoris. Verùm eius rei lectores hìc admonere volui,quoniam ſpectat ad interpretationem verbi,quod nunc commentamur.

266 Qvid denique ſi duo inſolidum, vel ſimpliciter vendant rem, quæ alterius tantùm eſt, quod ſæpiſſimè contingit, præſertim in viro & vxore, an vtriuſque conſanguinei, an verò alterius, & cuius, admittentur ad retractum huius rei, vide infrà eod.titu.§.31. per totum, maximè verò nu.2.ſed hic locus.

Nec tamen in hac tractatione conſanguineorum illud omittendum ducimus. Suprà in ead.glo.nu. 139. 267 ſed hanc noſtram, & ſeq. tractauimus, an conſanguineus venditoris, adhibitus, vt teſtis,vel notarius,inſtrumento venditionis, ſibi noceat, ut non poſſit uenire ad retractum huius uenditionis. *An cõſanguineus aſſiſtens, vẽditori, vt aduocatus, admittatur ad retractum.* Quæro igitur nunc, quid ſi conſanguineus aſſiſtebat uenditori, tanquam aduocatus aut conſiliarius ipſius, dum contractus iniretur, uel inſtrumentum conficeretur, an & hic audietur, veniens poſtea ad retractum,quod videtur ex ijs,quæ in eo loco diximus de teſte,& notario. Sed etiam in cõtrarium uocat tex.in l.poſt legatum.§.ſunt qui putant.ff.de his qui. vt indi.ubi ei denegatur actio ex teſtamento, qui ipſius teſtamenti accuſatori affuerit,id eſt, eius aduocatus fuerit. *Adeſſe qui dicantur.* Nam ut ſcribit Donatus in Prologum Andriæ,& iterum in Phormionem Terẽtij non ſemel, adeſſe propriè dicuntur aduocati. Ex quo eſt & illud Plinij iunioris li. 2.Epiſtolarum. Ego & Cornel. Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi. Et lib.3.Aederam Bœticis,mecumque L.Albinus. Sed & in hanc ſententiam (vt redeamus) eſt alius text.in l.vlt.in princ.ff.de inoff.teſta. ubi qui aduocationem prębet petenti legatum ex teſtamento, remouetur ab accuſatione teſtamenti, quoniam per huiuſmodi aduocationem approbauiſſe & cognouiſſe teſtamentum uidetur. *Aduocati officiũ periculoſum.* Ex quo Bal.ibi not.officium aduocati eſſe periculoſum,trahitq; in arg.quòd aduocatus in cauſa inſinuationis teſtamenti,non poſsit poſtea ex ſua perſona teſtamentum reſcindere, & (inquit) mirum,quo modo proceſſus eum afficit. Et ſequitur Ang.Are.in §.ſi tutor.Inſt. eo.tit. Accur.autem d.l ult.opponit d.l.inter officium.ff. de rei uend.ubi aduocatus aſſiſtens uendicanti rem ipſius aduocati aduerſis alium dominium ſuum non amittit. Sed hanc antinomiam ita ſoluit ipſe Accur. ut ſpeciale ſit in d.l.vlt.in querela quæ odioſa eſt,vel hìc (inquit) ſciens,ibi ignorans,arg.l.mater.eo.ti.de inof. teſt.& certè d.l.inter officium nuncupatim loquitur in ignorante, vt etiam expendit idem Accur.ibi,& gl.& Hoſt.in ca.ex literis,extrà de tranſ.ubi eſt & tex.eum,qui alteriùs fuit aduocatus,ſibi in re controuerſa præiudicare, quod & ipſi intelligunt in ſciente. 268

Ad ipſe Accur.in d.l.inter officium,poſteaquam dicit,quòd ſuprà ex eo diximus,eum tex. loqui in ignorante,quærit quid in ſciente? & dic (inquit) ſecus eſſe,per d. l.vlt.de inof.teſt. Vel dic idem, ſi modò ſcierit ius ſuum durare.l.ſicut.§.non uidebitur.ff.quib.mod.pig. uel hypo.ſolu. Verùm Bar.in d l.inter,poſt Iac.But.dicit, id qđ ſcribitur in d.l.ult.ideo procedere, quia ſolus conſenſus poteſt approbare teſtamentum. In caſu autem d.l.inter officium, non ſufficere ſolum conſenſum ad amiſsionẽ dominij.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acquiren.poſſ. & idem propè uoluit Ang. in eadem l.inter officium. Ex quo poteſ intelligere ſecundum eorum ſententiã, cardinem huius dubij,an per aduocationem ſibi quis præiudicet,in hoc uerti,an res,in qua præſtatur aduocatio huiuſmodi ſit,cui ſolus conſenſus ſufficiat, an non: vt primo caſu obſit aduocatio, tanquam per eam conſenſum præbere cenſeamur: ſecundò non noceat,ꝙ is conſenſus non ſatis ſit,vt nobis præiudicemus. An autem ſufficiat conſenſus conſanguinei in uenditione ad eum repellendum à retractu,ampliſſimè diximus ſuprà eadem gloſſ. nu.131.quartus autem caſus, & multis ſequen. 269

Sed hìc paululum aduerte,Lector,ne decipiaris,nã verũ eſt,ſolo ac nudo aĩo dominiũ nõ amitti,per text.in d.§.differentia. Sed hic non nudus eſt,cùm interponatur ſuper cõtractu uẽditionis eius rei ab alio factæ.& hic cõſenſus adeò efficax eſt, vt conſentiens ſua iura perdat.l. cũ quædam. C.de admi.tut.cum alijs multis ſimil. à me adductis ſuprà.nu.136.deinde uidemus,& ſeq.nam hic conſentiens huiuſmodi uenditioni,cenſetur,& ipſe (quãtum ad ſuum præiudicium ſpectat) vendere, vt etiam

G 2 latè

latè diximus ſup. nu. 106. ego tamen puto, Igitur poſſet videri, hanc rem debere potius decidi per illam diſtinctionem, an hic aduocatus ſciebat ſibi ius retrahendi competere, & ſic ſibi noceat in eo iure conſentiendo venditioni, ſi ſolus conſenſus in id ſufficiat, per d.l.vlt.ff.de inoff.teſt.& d.c.ex lris, de tráſ.an verò neſciebat, q̃a fortè extraneus erat, & minimè ſibi noceat, p d.l.inter officiũ.

270 *Quid de procuratore, an et is poſſit retrahere.* Et quod dictum eſt de aduocatione, idem & de procuratione dictum intelligas, quia d.l.vlt.de vtroque loquitur, & ibi etiam Bal.atq; in vtroq; eadem eſt in omnibus ratio, quantum ad hanc rem pertinet. Ex quo etiã intelligis, quid ſi conſanguineus, tanquam procurator alterius, rem quampiam vendidit, an & is poterit retrahere. Vide tamen Imol. conſ. 57. viſo quodam inſtrumento, vbi reſpondit, dominum, qui rem ſuam, tanquam procurator alterius, ſciēter locauerit nō ſibi præiudicare in eius rei domino, & vide etiam quæ dicam in ſeq. q.

271 *An tutor, vel curator q uẽdidit, aut ãn toritatem in uẽditio ne præſtitit poſſit retrahere, Officium ſuum nemini debet eſſe dannoſum. Iterum de aduocato.* Quid igitur, ſi tutor aut curator, vendidit rem pupilli vel adulti, aut ipſe pupillus vel adultus, cum autoritate tutoris vel curatoris, ſui conſanguinei, an & tunc idem tutor vel curator poterit retrahere. De quo videtur idem iudicandum, ac de aduocato, aut procuratore, prę ſertim cùm d.c.ex literis, expreſſim loquatur de eo, qui autoritatem præſtat negotio, ut ibi id expendunt Doct. Veruntamen aliud eſt in iſtis, qui non ſponte ſua, ſed ex neceſſitate officij, id faciunt: ideo id ſuum officium exequentes non ſibi præiudicant.d.l.cùm quędam.C.de ad mi.tut.& §.ſi tutor.Inſtit.de inoff.teſt.ubi gl.bene huiuſmodi differentiam intellexit, dum opponens de l.vlt.ff. eo.tit.ita eos tex.conciliat, quòd in d.l.vlt. aduocatus & procurator ſpōtè ibi faciebant, cùm illa officia ſint ſpontanea.§.mandatum.Inſt.mandat.at hic(inquit)ex neceſſitate, quia tutela ex neceſſitate ſuſcipitur.l.nec non.ff. de tut.& curat.dat.ab his, atq; etiam ex neceſſitate geritur. l.1.in prin.ff.de admi.tut.& id quoq; ſequuntur Io.Plat. Ang.Are.& Viglius Zuichemus, in d.§.ſi tutor, è quib. hic poſtremus ſubiungit, quòd ſi quis iuſſu magiſtratus aduocationem præſtiterit, parendi neceſſitas eum excuſabit.Quod & ante eum, licet non alleget, nuncupatim voluit Alb.in l.poſt legatũ.§.aduocatũ. ff. de his qui. ut indig.& idem quoq; voluit gl.in d.l.vlt. Aliter aũt diſtinguit Io.Fab.in d.§.ſi tutor.Et facit, quod in ſimili tradit gl.in l.procurator qui pro euictione.ff.de procurat.

272 *An iudex q interpoſuit decretum uẽditioni, poſſit retrahere.* Ex quo etiam potes intelligere, quòd ſi res immobilis cuiuſpiam debitoris fuerit ſubhaſtata, & demum à iudice decreto ſuo plus offerenti adiudicata, (quo caſu ẽt habet locum retractus ſecundum noſtram conſuetudinem, & alias pleraſq; huius regni) quanquam de iure ſit dubium, ut dicemus inf.co.§.in gl.14.in uerbo, *ou equipollent, à vente*, nu.8.ſecundò intellige, & multi, ſeq.certè ipſe iudex, conſanguineus debitoris, non ex eo prohibetur uti iure retractus, ut etiam in non admodum diſſimili caſu uoluit Mod. Pariſ. in conſuetud. titu. 1. §.18. nu.3.in fi. Ad quod etiam, præter ea quæ diximus in præcedenti uerſ. faciunt quæ diximus ſuprà, in eadem glo. nu.139.ſed hanc noſtram & ſeq.

273 *An fideiuſſor uenditionis.* Postremo quid de fideiuſſore venditoris, fortè ad hibito pro euictione rei venditæ, vtrùm ſi cõſanguineus ſit venditoris, poterit accedere ad retractum? quod non videtur, quoniam fideiubens cenſetur conſentire contractui, pro quo fideiubet.l.1.§.ſed etſi ſerui, & ibi gloſſ. & Doct.ff.quod iuſſu, & l.exceptione, & ibi Bal.& Alb. C. de euict.iuncta l.uendicantem.ff.eo.tit.& l.Pompo. §.1. ff.in quib.cau.pig.vel hypo.tacit.contra. Et uoluit ẽt Io. And.in addit.Spec.in tit.de actore.§.1.verſ.quid ſi præſente, & Bal.in addit.eiuſdem, in titu. de reo.§.1. col.vlt. verſ.quæro ad perfectionem.& Alber.in l.Caius. col.2. verſ.item fideiuſſor.C.de pign.actio.& Raph. Ful. conſ. 67.paterfam.col.3.uerſ.ipſe autem fideiuſſor. Hincque Bal.ſubdubitans tamen, in dict.l.exceptione, dicit quòd ſtante ſtatuto, vt filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris, ſi ipſe pater pro filio fideiubeat, ſatisfactum eſt ſtatuto, cùm id faciens conſentire videatur. Idq; pro indubitato uoluit idem Bal.in ſua marga. in uerbo, ſtatutum, uerſ pen.& Alexan.in l.is qui hæres.§.vltim. col.1. ff.de acquir.hær.& Socin.conſi.80.præſens conſultatio. col.3.uer.capio primũm.lib.4.& Hip.Marſ.conſi.9. adiuua me, col.antep.verſ.ſed poſito.libr.1. Et facit etiam tex.in d.l.poſt legatum.§.ſunt qui putant.ff.de his qui.ut indig.Et uide etiã, quæ diximus ſupra, eadem gl.nu.158. aut etiã ſi præter, & ſeq. Sed & uide Mod.Pariſ. qui dicit non propter id priuari conſanguineum iure retractus, in d.conſue.Pariſ.ti.1.§.14.gl.1.nu.11.& iterum §.13.n.3. *Pater fideiubẽs pro filio, cenſetur ei conſentire.*

274 *Emptor q confeſſus eſt conſanguinitatẽ agentis ad retractũ, an eãdem poſſit poſtea negare, & quo modo.* Et cum his ſtatueram finem huic gl.facere, ſed ſe offert caſus ad eam pertinens, de quo & nunc interrogatus ſum. Quiſpiam ut conſanguineus uenditoris, emptori oblationem retractus fecit: emptor illum fatetur conſanguineum, tamen alijs rationibus eum non vult admittere, quòd dicat contractum non eſſe uenditionis, aut uenditionis ſonantis, uel quòd ille non uenit intra tempora retractus. Poſtea verò, quia in proceſſu litis compertũ eſt contrarium, ſcilicet illum contractum eſſe veræ uenditionis, aut ei æquipollentis, actoremque ueniſſe intra annum: emptor negat illum eſſe conſanguineum, confeſſionemque conſanguinitatis à ſe factam ſibi præiudicio futuram, reuocat: cum non epiſtolis, non nudis aſſeuerationibus, ſiue confeſſionibus conſanguinitas conſtituatur, aut probetur.l. non epiſtolis. & l. non nudis.C. de proba.& l.neque profeſſio.C. de teſt.uti nec contrà tollitur.l.ius agnationis.ff. de pact. & bene facit text. in l. cum falſa.C.de iuris & fac. igno. & alia multa à nobis collecta infrà, eo.tit.§.32.num.34.contrarium quoque. Quę cùm aliàs ſemper procedunt, tum verò maximè in ijs, quæ naturæ ſunt, cuiuſmodi conſanguinitas eſt, quippe cùm natura ipſa immutabilis ſit.§.ſed naturalia.Inſt. de iure natur.gent.& ciuil.

275 Ego tamen reſpondi contrarium, uidelicet ſtandum eſſe emptoris confeſſioni, niſi doceat de errore illius, per tex.in l.1.§.Iuliam.ff.de libe.agno.qui loquitur de agnitione filij.& in c.per tuas, extrà de probat. qui & de eadem re loquitur, dicitq; nihil in id facere iuramentum eius, qui hanc confeſſionem vult reuocare. Et ita, ſcilicet huiuſmodi confeſſionem probare, tenet Cyn.in d.l. non epiſtolis, in 1.q.& ibi quoque Bal.col.1.verſ. tertiò caſu. & Sal.circa med.& Pet.Anch.conſ.159.rationes, col.2. verſ.venio ad ſecundum. Quamquam non neſcio in hoc fuiſſe à noſtris variatum, vt videre licet ex glo.Bart. Angel.& alijs in d.l.non epiſtolis.& glo.Bart.Bald. Angel. Sal.Raph.Ro.Paul.Alex.Corne.Franc.Aret.& Iaſ.in d. l.neque profeſſio.C.de teſta.Bart.in d l.1.§.idem per cõtrarium.ff.de lib.agno.& Cano.in d.c.per tuas, de prob. ex quibus tamen intelliges, hanc quam diximus, eſſe communem opin. Nam & in ſimili uidemus, quòd licet ſententia non conſtituat conſanguinitatem, ea tamen eandem probat, d.l.1.§.vlt.de lib.agn.Debet igitur emptor probare errorem, ut eam confeſsionem reuocare poſsit. In Gallia autem noſtra neceſſe eſt gratiam huius confeſsionis à Principe impetrare, quod nos vulgò releuare dicimus, non ſine exemplo antiquitatis, nam & hoc verbo in ea ſignificatione uſus eſt Iuriſconſultus in l. etiam.§.1.ff.de minori. *Releuare, in vulgari ſignificatione.*

276 *Quæſt. an excommunicati admittantur ad retractũm.* Est & aliud, quod me hinc abire non ſinit. Népe quòd ab Arnol.Ferro.in conſuet.Burdig.hoc eo.tit. §.7. tractatum reperimus, utrum proximus uenditoris excõmunicatus (quem appellant) ſit ad retractum admittendus, quod & nos diſſerere decreuimus, tum quia huc pri uatim nonnihil pertinet, tum quia & ad alia pleraq; nõ inutile eſt. Igitur paulò longius eam rem repetamus, nec tamen interim extra chorum ſaltantes, ut ex calce liquebit. Excõmunicatio hæc (quã vocamus) ab antiquorũ & Græ- *Excommunicationis ortus.*





corum, & aliorum ritibus, legibuſque ortum habuiſſe videri poteſt, non à diuo Paulo, vt Canoniſtæ, & Theologi opinantur. Cæſar enim lib.7. Commentariorum, quo loco noſtrorum Druydum, mores ac ritus deſcribit, de his in hæc verba loquitur: Si quis aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt, hæc pęna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum ac ſceleratorum habentur: his omnes decedunt, aditumque, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur, neque honos vl lus communicatur. Hactenus Cæſar. Quis autem prima ſtatim fronte non videat illam penam eam eſſe, quam nunc excommunicationem vocamus? Excommunicati enim primùm ſacrificijs interdicuntur, capit.clerici, & ferè per totum tit.extra de cler.excom.mi. & c.ſi quis epiſcopus, & c.placuit, & alijs multis.11.q.3. Deinde hi impij quoque veluti proprio & peculiari vocabulo appellantur.cap.certum.24.q.3.Præterea his communicari prohibetur, aut ſermone, aut menſa, aut conſuetudine, aut alio quouis pacto.cap.ſicut, & c. excommunicato, & c.qui excommunicauerit, & alijs multis.11. quæſt. 3. Ob idque excommunicati dicuntur, quòd ſint extra hominum fidelium communicationem, ſiue communionem, poſiti, vt dicit Archid.in d.c.ſicut.His etiam pe tentibus, ius denegatur.cap.intelleximus, extra de iud. & c.exceptionem, extra de except.& c.1.eodem tit. libr. 6.& cap.1.de reſcript.eodem quoque lib. Neque honos vllus communicatur, vt qui ad dignitates & beneficia (quæ vocant) aſſumi, promouerique non poſſint, ca.cùm dilectus, extrà de conſuet.& c.cùm bonæ, de ætat. & qua lit.& c.ad probandum, de ſenten.& re iud. & c. poſtulaſtis.& c.ſeq.de cler.excom.min. cum ſimil. Quod & in dignitatibus ſecularibus obtinet, vt patet ex ca. venerabilem, verſi.nunquid enim, ibi, ſacrilegum quemcunque vel excommunicatum, & rurſum, uerſic.ſunt enim notoria.& ibi Panorm.colum.5.verſ.nota ibi, ſcilicet excõmunicatio.extrà de elect.& voluit etiam Card. Florent. in c.perpendimus, in 40. oppo. extrà de ſent. excom. & Phil.Dec.in cap.dilecti.colum.1. extrà de except. Sunt enim ipſi infames, vt dicit glo.in cap.1.verſ.niſi iuſta, in verbo, infamia, quam notat ibi Bald.& Recentiores, titu. quo temp.miles.& ali in c.1.§.vlt.in glo.vlt.ad fi. tit.per quos fiat inue.& eſt optimus text. quem neutra'al legat, in cap.infames, 6.q.1.quem dicit vnicum Ro.ſing. 678.an excommunicatus. Hoc tamen vltimum quomodo intelligatur, videbis apud Innoc. & alios in c.teſtimonium, de teſtib.& Arch.in Summa.4.quæſt.1.& Ro.ſingu.685.incip.in principio huius. Denique hæc pœna, vt apud Druydes olim, ita & hodie apud nos, omnium eſt grauiſſima, capit.corripiantur, 24.q.3. De quo abundè per Fel.in c.qualiter, el 2.§.vlt.col.10.verſ.vlterius tangit, el 2. (ſunt eadem column.duo verſic. eius initij,) extrà de accuſat.

*Druydum excommunicatio. Excommunicati ſacrificijs interdicti. Excommunicati impij. Excommunicatis cõmunicare prohibitũ. Excommunicati vnde dicti. Excommunicatis ius denegatũ. Excommunicati dignitatũ et beneficiorum incapaces. Excommunicati infames. Excommunicationis pęna grauiſſima.*

277 *Platonis excommunicatio.* Præterea Plato, Philoſophus omnium grauiſſimus, & in ſanciendis legibus nulli Ethnicorum ſecundus, ad fi. propè libri 10.de Legibus: Ἐὰν δέ τις (ait) ὄφλῃ ἄλλῳ αἰκίας γονέων, πρῶτον μὲν φευγέτω ἀειφυγίαν, ἐξ ἄστεος εἰς τὴν ἄλλην χώραν, καὶ πάντων ἱερῶν εἰργέσθω, μὴ δὲ εἰργόμενον, κολαζόντων αὐτὸν ἀγρονόμοι πληγαῖς, καὶ πάντως, ὡς ἂν ἐθέλωσι. Κατελθὼν δὲ θανάτῳ ζημιούσθω. Ἐὰν δέ τις τῷ τοιούτῳ, ὅσοι ἐλεύθεροι, συμφάγῃ, ἢ συμπίῃ, ἤ τινα τοιαύτην ἄλλην κοινωνίαν κοινωνήσῃ, ἢ καὶ μόνον ἐντυγχάνων πῃ προσαπτηται ἑκὼν, μήτε εἰς ἱερὸν ἐλθέτω μηδέν, μήτ' εἰς ἀγορὰν μήτ' εἰς πόλιν ὅλως, πρότερον ἢ καθήρηται, νομίζων ἀλιτηριώδους κεκοινωνηκέναι τύχης. Id eſt, Si quis de ui parentibus allata, damnatus fuerit, primùm quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumque perpetuum proficiſcatur, a ſacris omnibus arceatur. Eum autem, qui nõ ſe arcuerit, agronomi verberib.cædant, & omnino, vt hi quidem voluerint. Reuerſus vero ex exilio, morte mulctetur. Si quis vero ex liberis hominibus, cum tali viro vel comederit, vel biberit, vel re alia quacunque cum eo communicauerit, atque adeò ſi ei obuiam factus, eum ſua ſponte tetigerit, neque in templum ingrediatur, neque in forum, neque omnino in vrbem prius quàm purgetur. Putet enim ſe cum homine ſceleſto communicauiſſe. Hæc ille, quæ & omnino ferè ſimilia ſunt huic noſtræ religionis Chriſtianæ excommunicationi, vt planè demonſtrauimus. Et hoc intelligens Marſilius ille Ficinus, Philoſophus & Theologus Sanctiſſimus, & doctiſſimus, in eo argumento, quod edidit in decimum librum de Legib. ipſius Platonis, poſt prin.hæc ſcribit: Ac ne quid nos lateat, ad impietatem etiam pertinet familiaritas & communio omnis, ſeu in cibis ſeu verbis cum ijs inita, qui ob nefaria ſcelera arcentur à ſacris, qui & contaminati cæteros quoque vel ipſa propinquitate contaminãt. Qua quidem de re in calce Noni libri ita pertractat, vt vaticinari viſus ſit execrationes quotidie factas à noſtris, prophanos à communione eccleſiæ propellentibus. Hæc Ficinus.

Qvin apud Athenienſes illos, à quibus maxima ex parte Romani leges noſtras mutuati ſunt, antiquitus erant publicæ quædam deteſtationes, veluti in eos, qui viam non monſtraſſent erranti, vt ſcribit Tull. lib.Offic. 3.In quarum locum ſucceſſiſſe hanc noſtram excommunicationem, tradit Eraſmus Chiliadis primæ Centur. 2. c.84.quo tractat illud Prouerbium, ἀρᾶς ἱερόν, id eſt, deuotionis, ſiue malis, execrationis templum. Plutarchus autem tum in vita Alcibiadis, tum in Problematis Ro. c.43.tradit ipſos Athenienſes decreuiſſe, vt miniſtri miniſtræque ſacrorum, Alcibiadem, veluti impium ac nefandum hominem execrarentur. Earum autem vnam, neglecto populi decreto, dixiſſe, ſupplicationum ad ſe, non execrationum, officia pertinere. Euripides Atheni. in Oreſte figuram quandam noſtræ excommunicationis deſcribit, quam obſeruatam Argis dicit: 278 *Athenienſium excõmunicatio. Argiuorũ excommunicatio.*

ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε, μήθ' ἡμᾶς στέγαις,
μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
ματροκτονοῦντας.

Id eſt, ad verbum propemodum:

*Sancitum eſt porrò Argis hiſce, neq; nos tectis*
*Nec igne recipiendos, neque alloqui quenquam debere*
*Matricidas.*

279 *Romanorũ excommunicatio.* Romanos quoque his diris & execrationibus vſos fuiſſe, vt qui illis eſſet obnoxius, dare grauiſſimas pęnas, maximoq; infortunio affici neceſſe eſſet, autor eſt idem Plutarchus in Craſſo, vbi & tradit, Acteium Trib.Pleb. his diris confixiſſe Craſſum in Parthos proficiſcentem. Ex quo & illud Lucani lib.3. Pharſaliæ:

*– Craſſumq; in bella ſecutos*
*Sæua Tribunitiæ vouerunt prælia diræ.*

Et illud quoque Tullij libro primo de Diuinatione: M. Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnunciatione neglecta. Et Arnobij libro octauo Diſputationum aduerſus gentes: Et vt Parthis (ait) ſigna repetamus, dirarum imprecationes Craſſus & meruit, & irriſit. Et de huiuſmodi quoque diris fit mentio Plinio libro 28.cap.ſecundò haud multo poſt prin. Et de diris execrationibus Liuio libro 6.tertiæ Decadis, cuius hæc verba ſunt: Qui victus acie exceſſiſſet, eum ne quis vrbe, tecto, menſa, lare reciperet: diram execrationem in populares, obteſtationemque, quàm ſanctiſſimam potuerunt, aduerſus hoſpites compoſuerunt. Hæc ille. In quibus vide viuam noſtræ excommunicationis imaginem. Iterumque c.8. his adhortationibus execratio dira adiecta, ſi quem à propoſito ſpes molliti aue animi flexiſſet. Rurſumq; li. 10.4. Decadis: Huius atrocitas facinoris nouam velut flammam Regis inuidiæ adiecit, vt vulgò ipſum liberoſque eius execrarentur, quæ diræ breui ab omnibus Dijs exauditæ, ut ſæuiret ipſe in ſuum ſanguinem, effecerunt. Has quoque deuotiones à Suetonio in C. Caligula uocari putat Beroal. illius interpres.

280 [Poſtremò apud veteres illos Germanos vidimus fuiſſe vmbram quandam huius noſtræ excommunicationis. Nam (vt ſcribit Cornelius Tacitus, qui ad viuum mores eorum deſcripſit) ſcutum apud eos reliquiſſe, pręcipuum flagitium erat: nec aut ſacris adeſſe, aut cõcilium inire ignominioſo fas, multiq; ſuperſtites bellorum infamiam laqueo finierunt.

281 Ideò cùm excommunicatio non ſit iuris Canonici inuentum, non mirum videri debet, ſi & in foro quoque ſeculari, nedum eccleſiaſtico, ſiue canonico, ea proponi & allegari poſſit, vt videre licet ex gloſſ. not. in l. 1. & ibi quoque Bald. Fulgo. qui illam dicit ſing. & Iaſ. C. de iur. & fac. igno. & gloſſ. in ca. præceptum, 32. q. 5. & in d. ca. 1. §. ſi quis igitur, in verbo, opponit. & ibi Hoſt. Archid. Io. And. Lap. Pet. Anchar. Domi. & Phil. Franc. de except. libro 6. & Spec. tit. de excep. §. nunc dicendum. ver. & not. quòd iudex, & ibi Io. Andr. & Bald. in addit. Cyn. Bal. & alij, in l. placet, per text. ibi. C. de ſacroſ. eccle. eodem. Bald. in l. quoties, ad fin. C. de iudic. & in l. vlt. colum. 1. C. ſi à non compe. iud. & in d. c. intelleximus, column. 2. ver. quæro nunquid, extrà de iudic. & in c. exceptionem, verſ. quæro nunquid, extra de excep. & in cap. contingit, colum. 7. verſ. porrò ſi iudex, de dol. & contum. Lapus, alle. 92. inſpeximus, colum. 3. per tex. optimum, & expreſſiſſimum, in id à paucis expenſum, in ca. decernimus, de ſent. excom. lib. 6. Io. Ana. & Fel. in c. poſtulaſti, extra de homic. vbi etiam eſt bonus text. Rom. d. ſingu. 685. in id allegans l. hi qui ſanctam. C. de apoſtat. Guid. Pap. dec. Delphi. 220. Ioan. colum. 1. & in ſtatuto Delph. incip. ſi quis per literas, in verbo, communi ęſtimatione fide dignos. Fel. in c. tuæ. colum. 2. extra vt lit. non conte. & in c. prudentiam. §. ſexta. in prin. & ibi Phil. Dec. in 2. not. extrà de offic. dele. Aufre. in trac. reprobationum teſtium, in verſ. excommunicatus. Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem, colum. 2. in fin. ff. de cond. indeb. & Phil. Dec. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 20. ver. 12. de conſt. Et bene etiam facit tex. in c. domino. tit. hic lex Corra. & ſecundum nonnullos in Auth. credentes. C. de hæret. Nam quod pertinet ad d. l. placet. C. de ſacroſ. eccleſ. quã nonnulli in hoc annotarunt, nihil omnino huc facit. Nã verbum acrimoniæ, quo ea l. vtitur, excommunicationẽ nõ ſignificat, ut ibi putat Accurſius, & Io. Mo. in c. 1. paulò ante fi. de ſtat. reg. lib. 6. ſed aliud omnino, de quo, vt alios omittam, vide gl. in c. licet, de immu. eccle. lib. 6. & Arch. in c. attendendum. 17. q. 4.

282 Igitur vt concludamus, ſi exceptio excommunicationis obijci poteſt, & in foro ſeculari, illud conſequẽs eſt, conſanguineum excommunicatum vocantem in ius emptorem, vt ab eo retrahat rem vẽditam, poſſe hac exceptione repelli. Et id quidem verum eſt de iure communi. At apud nos ex conſuetudine generali Francię, huiuſmodi exceptio in foro ſeculari nõ admittitur, ut ſcribit Io. Fab. in §. quòd ſi tutor. col. pen. Inſtit. de curato. & Aufre. dec. Tholoſ. 189. item fuit quæſitum, an excommunicatus. Et in eandem rem Bononiæ expreſſum ſtatutum eſt, vt referunt Iac. But. & Bald. in d. l. placet, non aliter diſputantes, an huiuſmodi ſtatutum ualeat, tanquam tacitè illud approbare videantur & Io. Ana. in d. c. poſtulaſti, de homicid. ubi expreſsè negat id ſtatutum ualere, ſicuti & Phil. Dec. in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. loco ſuprà allegato. & ſentit etiã Lapus d. alleg. 92. dum dicit, non admittentem huiuſmodi exceptionem, videri facere aduerſus libertatem eccleſiaſticam, per d. ca. decernimus, de ſent. exc. lib. 6. Verùm potius ſe Canoniſtæ ruperint, quàm ut id apud nos obtineat. Ideoq; nihil video, quod moribus noſtris impediat, conſanguineum excommunicatum uenientem ad retractum. Quod & Ferro. ubi ſuprà, placuit, qui mihi anſam præbuit, ut hanc quoq; rẽ tractarem, vix aliàs hoc in loco tractaturus.

## *Dedans l'an*, INTRA ANNVM, GLO. X.

Priscis illis temporibus non vnus omnibus annus fuit. Nam, vt ſcribit Plinius, togatorum doctiſſimus, libr. 7. Naturalis hiſtorię, c. 48. Annum alij ęſtate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere. Quidam Lunæ ſenio, vt Aegyptii. Itaque apud eos aliqui & ſingula milia annorum vixiſſe produntur. Id quod & poſt eum recenſuit Diuus Auguſt. lib. de ciui. Dei 15. c. 12. & ante utrumque Diodorus libr. 1. Bibliotheces. Xenophon quoque, ſi is fuit, in libris, qui eius titulo de Aequiuocis circumferuntur: Aegiptii, ait, vtuntur anno quandoque menſtruo, ſæpè bimeſtri, non rarò trimeſtri, nonnunquam ſolari: quæ varietas etiam ex noſtris, qui ab eis literas habuerunt, ſapientes fecit aberrare. Iberis annus quadrimeſtris, vt plurimum eſt, rariſſimè ſolaris. Contra Chaldæi, cum in antiquitate diſciplinarum ſuarum utantur menſtruo, in cæteris ſemper ſolarem ſe intelligere fatentur. Plutarchus in Numa Pompilio, Quidam, inquit, ex Barbaris trium, ex Græcis autem Arcades quatuor, Acarnanes ſex menſium anno vſi ſunt. Aegyptijs menſtruus annus fuit, deinde menſiũ quatuor vt aiunt: quare qui vel nuperrimè eam regionẽ incoluerint, vetuſtiſſimi videntur eſſe, annorumque incredibili multitudine, in familiarum deductionib. differunt, quippe qui menſes in numerum annorum collocent. Romanis quoque ab initio annum fuiſſe decem menſium multis coniecturis probat, duoſque à Numa fuiſſe additos, ſcilicet Ianuarium, & Februarium. In qua etiam ſententia Ouidius fuit, ſtatim circa initia, libro 1. Faſtorum:

1 *Annorum diuerſitas.*

*Areadum annus.*

*Aegyptiorum.*

*Ibertorũ.*

*Chaldęorũ.*

*Acarnanum.*

*Romanorum.*

*Tempora digereret cum conditor vrbis, in anno*
*Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.*

Et paulò poſt:

*At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras,*
*Menſibus antiquis addidit ille duos.*

Gellius quoque libro tertio Noctium Atticarum, c. 16. ſcriptum reliquit, fuiſſe, qui exiſtimarẽt, Homeri tempore, ſicut Romuli, annum fuiſſe nõ duodecim menſium, ſed decem, in eam opinionem adducti, propter verſus Homericos, quibus Neptunus alloquitur puellam, à ſe recenter compreſſam, lib. 11. Odyſſeæ:

Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
Ἀθανάτων. Id eſt,
Nunc gaude, dilecta: aſt cùm ſe euoluerit annus,
Illuſtres (neque enim ſunt vana cubilia diuum)
Natos nixa dabis.

Solinus Collectaneorum c. 3. Annus (inquit) apud Aegyptios quatuor mẽſib. terminabatur: apud Arcades trib. apud Acarnanes ſex. In Italia apud Lauinios tredecim: quorum annus trecentis ſeptuaginta quatuor dieb. ferebatur. Subditq;, quod de Romanis ſup. ex Plutarcho diximus. Macrobius quoq; li. 1. Saturnaliorũ, c. 8. Anni certus modus apud ſolos Aegyptios fuit. Arcades annũ ſuũ trib. menſib. explicabãt, Acarnanes ſex, Græci reliq. 354. dieb. annũ propriũ cõputabãt. Diuus aũt Aug. lib. de ciuit. Dei 12. c. 10. cũ Solino ac alijs ferè cõſentiẽs, dicit apud Aegyptios annũ quatuor mẽſib. finiri. Cẽſorinus in eo libro, quẽ de die natali ad Cerelliũ ſcripſit: In Aegypto, ait, antiquiſſimũ ferunt annũ bimeſtrẽ fuiſſe: deinde à Bihone, aut, ut alii, Pherone Rege, quadrimeſtrẽ factũ: nouiſſimè Arminon ad tredecim menſes & dies quinq; produxiſſe. Itẽ in Achaia Arcades trimeſtrẽ annum primum habuiſſe dicuntur. Cares autem, & Acarnanes ſemeſtres habuerunt annos, inter ſe diſſimiles, quibus alternis annis augeſcerent, aut ſeneſcerent. Ante hos Xenophon, quiſquis is eſt, in eod. libro de Aequiuocis neque enim ei conuenit cum Xenophonte Socratico: Annus (ait) diuerſus eſt. Etenim Aegyptij vtuntur anno quandoque menſtruo, ſæpe bimeſtri, non rarò trimeſtri, ſæpe quadrimeſtri, nonnunquam ſolari.

*Lauiniorum.*

*Græcorũ.*

*Carum.*



2 Et hæc quidem de anno ciuili, quem ſibi populi ſiue gentes pro arbitrio conſtituerunt. De naturali autem, ſiue ſolari, aut vertente, & de magno, ſiue mundano, & alijs differentijs, multa apud eoſdem autores ſcripta comperies, quæ nõ duximus huc tranſponenda. Et apud nos quoque de ipſo anno naturali videbis in l. ita vulneratus. §. extimatio. ff. ad leg. Aquil. & in l. 3. §. minorem. ff. de mino. & in l. cùm hæres. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtatu lib. vbi ſcribitur, annum conſtare ex cõtinuatis diebus 365. & in l. cùm Biſſextus. & iterum in l. anniculus non ſtatim. ff. de ver. ſign. & Doct. in illis ipſis locis, præſertĩ verò Alc. in d. l. cũ Biſſextus, & in c. propter, in verbo, primi anni. de reſcr. li. 6. Arch. in c. ſi papa de priui. eo. lib. 6. Lucam Pen. in l. ſiue ex Prætoriano, col. 1. & 2. C. de execu. & exac. li. 12. Aluar. in §. his conſequenter, col. 3. uer. nota annum, ti. hic finit lex. & in c. 1. col. 2. uerſ. nota mitem, tit. quo tempo. mil. Pilip. Franc. in cap. quàm ſit. §. electus, col. 2. quibus locis videbis multa quęſtiones ad hanc anni mentionem pertinentes, quas breuitati conſulentes prætermiſimus, loca deſignaſſe contenti. Sed & noſtrates alias annorum ſpecies, ne id omittamus, ponũt, ſ. vt ſint alij vſuales, alij ceremoniales, alij legitimi, vt videre poteris apud Aret. Io. And. & Do. in d. c. ſi propter, de reſcript. lib. 6. neque enim in iſtis diutiùs immorari decreuimus.

*Annus ciuilis.*
*Annus naturalis.*
*Annus ſolaris ſiue vertens.*
*Annus magnus ſiue mũdanus.*

*Annus vſualis, ceremonialis legitimus.*

3 Sed vt ad noſtram conſuetudinem accedamus, eam ſanè, ſi nullum tempus certum huic retractui ſtatuiſſet, de anno tamen vt multis placet, intelligere oportuiſſet, ex ſententia Bald. Aluar. Mart. Laud. & Card. Alex. in c. Titius. titu. ſi de feud. fuer. contr. ubi ex eo text. not. quòd agnatus proximior, cui ius eſt reuocandi alienationem in extraneum factam, eã facultatem perdit, niſi intra annum ueniat: monetque Bald. agnatos, ut benè aduertant, nec ſinant id temporis labi, niſi uelint eo iure excludi. Et idem voluit ipſe Bal. in c. 1. §. hoc quoq;, col. pen. verſ. 7. concluſio, in illis uerbis. & nota quòd ſi per annum, titu. de ſucceſſ. feu. ubi dicit, quòd tacendo per annum, perinde eſt, ac ſi conſenſiſſet alienationi. & conſ. 249. verba inueſtiturę, paulò ante fi. lib. 2. Ro. conſ. 22. pro propoſitæ, ad fin. & iterum conſ. 70. viſis thematè. col. 2. uerſ. 3. iſtam ſententiam, quibus locis dicit illũ tex. ad hoc ſing. rurſumq; ipſe Ro. in l. 1. ff. in ius uocat. vt eant. & in repet. rub. de arbit. colum. 15. uerſi. 11. quia emphyteuſis. & in l. Prætor ait. §. ult. in addit. & ibi Iaſon col. vlt. ff. de no. ope. nuncia. Paul. Caſt. conſi. 84. quæſtio iſta vertitur, col. 2. li. 2. ubi dicit illum tex. notaſſe Alex. in addit. Bart. in l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. an. ubi id trahit ad ſtatutum huic noſtro ſimile, quo ſcillcet admittitur uicinus ad retrahendum rem alienatam in extraneum, ut uidelicet niſi intra annum ueniat, non audiatur, quamuis in ſtatuto nihil de tempore ſit definitum. & idem Alex. in l. ſi mihi & Titio, col. ult. ff. de uerborum oblig. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. ẽt in addi. ipſius Bart. & Barb. in c. plerunque col. 5. de reſcript. ubi ita dicit ſe ex facto reſpondiſſe. & iterum in c. mandatum. num. 42. eo. titu. Franc. Curt. ſenior. conſ. 48. ſuper controuerſia, in fin. Iaſ. in l. petens, col. 4. uerſ. 2. no. quòd facultas. C. de pactis. ubi & trahit ad caſum noſtræ conſuetudinis, dum allegat cap. conſtitutus, de in inte. reſti. idem Iaſ. in l. 2. col. 6. uerſ. circa quod bene not. C. de iure emphyt. & conſi. 92. facti præſentis, col. 7. uerſic. iſtis ſic in facto, libro primo, & conſi. 159. ſuper facto, colum. 2. uerſicul. aggredior tertiam, lib. 2. ubi & ad caſum noſtræ conſuetudinis trahit. & conſil. 7. pro reuerendiſſimo, colum. 3. uerſic. ſeptimò facit, libr. 3. Fel. in cap. quæ in eccleſiarum, chart. vlt. in 7. declaratione uerſic. tamen quia in hoc, de conſtitut. Iacob. à ſanct. Geor. in tract. feud. in uerbo, & cum pacto de non alienando, colum. 5. verſicul. & aduertite quòd præmiſſa. Phil. Dec. conſ. 222. viſo puncto, colum. 4. verſic. quarto prædicto Franciſco, in fin. & conſi. 275. in cauſa quæ Lucæ agitatur, colum. 6. verſic. & ex omnibus ſuprà dictis. & conſilio 395. in cauſa magnifici, ad finem. Hippol. Marſil. ſingul. 54. in multis partibus, ubi nuncupatim loquitur de hoc ſtatuto. Lud. Gozad. in repet. l. qui ſe patris, columη. 34. verſicul. infero & ſextò. C. vnde lib. Zaſius in epitome feudorum; parte 9. char. 5. uerſicu. in præmiſſis, Franc. Balb. qui etiam loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis, in tractat. præſcrip. in 4. part. 4. partis princ. in 30. q. col. vlt.

*Quæſtio, utrũ annus retractui datus cenſeretur, ſi expreſſus nõ fuiſſet.*

Et ex hoc inferunt plerique, eam facultatem, quæ competit agnatis emphyteutæ, ut ſcilicet finita emphyteuſi per generationem, ſibi potius, quàm extraneis, concedatur, de qua per Bar. in d. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. & latè diximus ſuprà, in præfa. numer. 41. huc item pertinet, & ſequen. illam (inquam) facultatem anno tantùm durare. Ita enim expreſsè voluerunt Ro. & Iaſ. in d. l. Prætor ait. §. 1. de no. ope. nunc. idem Ro. in d. rubr. de arbitr. & in conſ. ſuprà allegat. Alex. in omnib. quoque locis ſuprà citatis, Barb. in c. 1. col. pen. extrà de loca. Franc. Curt. ſenior, d. conſ. 48. colum. 4. verſicul. & præmiſſa etiam clarè procedunt. & iterum in fin. 1. addi. Card. Alexan. in c. 1. colum. 4. verſic. tamen iſtam facultatem, tit. quemadmo. fend. ad fili. pert. & Iaſ. in omnib. conſi. ſup. deſignatis, & præterea in d. l. 2. col. 6. ver. circa quod. C. de iure emphyt. & Franc. Balb. in d. tract. pręſcr. ubi ſuprà, & Fran. Ripa, qui id intelligit de anno ab inueſtitura, in l. 1. col. 2. verſ. tertiò declara. ff. de priuil. credi. & Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ, incip. ut de ſucceſſionibus, col. 16. in 17. q. & Lud. Gozadin. conſ. 71. in cauſa domini, col. 1. 4

*Annus cõceſſus agnatis ad reuocationem emphyteuſis.*

Et hæc ſententia confirmatur ex tex. in c. 1. §. porrò, tit. quali. olim feu. pot. ali. ubi facultas, quæ competit domino ad reuocandum alienationem feud. factam à uaſſallo, durat uno anno tantum. Ex quo no. Bal. in uerbo, annali ſilentio, quòd annale ſilẽtium habet uim repudiationis, & ut ipſe loquitur, poſt eum tex. refutationis. Ad quod etiam dicit facere l. facta, §. ſi quis bonorum, ff. ad Senatuſconſultum Trebel. & quod not. in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. Sed & ad hoc facit tex. in c. 1. §. vlt. tit. de inueſt. inter dom. & vaſ. lis oriat. ubi ſi uterque, & dominus & vaſallus per annum poſſedit, tacente domino, is ſolus iurabit. Ex quo & ipſe Bal. no. quòd in materia feudorum annalis poſſeſſio inducit præſcriptionem pro uaſallo. 5

*Annus domino conceſſus ad reuocationem feudi alienati.*
*Annale ſilentiũ pro repudiatione.*

Subditque Baldus (ne id prætermittam) nullo alio in loco eſſe eum text. de anno. Id quod fortè uerum eſt in eo caſu, ſed alibi ſæpe in iure, vltra loca ſuperius citata, eſt annalis præſcriptio, ut in l. 1. §. ultim. ff. ſi quis cautio. & in l. ultim. ff. de eden. & in l. 1. §. vltim. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & l. 1. §. Largius. ff. de ſucceſſ. edict. & l. 1. ff. quan. actio de pecu. eſt an. & ſæpe in titu. ff. de pecul. & l. 1. §. item ſi quis. ff. ex quibus cauſis maio. & l. ſciendum. §. vltim. ff. de ædil. edict. & l. 1. ff. de requi. reis, & l. 1. in princip. ff. ſi quis teſta. lib. & l. ſi verò. §. hæc autem. ff. de his qui deie. uel effud. & l. uel poſt annum, ff. de alienan. iud. mut. cau. fac. & l. 1. §. vltim. ff. de interdict. & l. 1. ff. de calumnia, & l. ſi cohæredi, §. 1. ff. qui ordo in bonor. poſſeſſ. ſer. & l. 2. §. confeſtim, & l. filij, §. 1. ff. ad S.C. Tertul. & l. ait Prætor. §. annus, & §. hæc actio poſt annum. ff. de his quæ in frau. credi. & l. vltim. C. eodem titul. & l. 1. C. de anna. except. & l. emancipata. C. qui admit. & l. ſi non conuicij. C. de iniu. & vltim. C. de dot. caut. non num. & l. 2. in fine. C. de ædil. actio. & l. 2. C. unde ui. & l. ultim. §. ſin autem à locis. C. de iur. deliber. & l. 2. C. ui bonor. rapt. & l. 1. §. 6

*Annalis preſcriptio in multis caſibus.*

exactio.C. de rei vxor.act. & l. ſi quis emptionis. §. ſed etſi quis.C.de preſcript.30.vel 40.annorum.& l.2.C.de naufra.lib.11.& l.qui grauatos.C.de cenſibus, & cenſit eodem libr.11.& §.primo, Inſtit. de perpetu. & temp, præſcript & § cùm igitur plures, verſic. liberis, Inſtitu, de bonorum poſſeſſione.& § ſi quis autem nō implens, in Authen.de hæredita.& Falcid.& §,omnem, verſicu ſi verò propoſitis, & uerſicu. ſi uerò intra, in Auth.de litigio.& §. ſi ſeruus ſciente, in Authent.de ſanctiſſi. Epiſco.& cap.plerunque,extrà de reſcriptis.vbi gloſ.& Hoſtien,in verbo,poſt annum. Nota hic(inquiūt) annalem & præſcriptionem.& alia iura citant,quæ ibi videre poteris,& in c.quoniam frequenter,in prin.extrà ut lite nō conteſt.vbi etiam gl.in verbo,intra annum, alia item iura adducit,& in c.rurſus.11,q.3.& in ca. longinquitate, 12.q.2.& in Cle. ſicut, de appella. & in alijs locis à me adductis infrà in gl.ſeq. nu.63. & quoniam, & duobus ſeq.& à Dy.in tract.præſcr.& Matt.Affli.in conſti.Siciliæ,incip.prædeceſſorum,verſ.item tene menti.

*Annus pro tēpore apto & ſufficienti,*

7 Et cùm annus omnes menſes ſimul concludat,cenſetur tempus omnibus rebus agendis aptum & ſufficiēs. Ideoq; Legislatores plerunque appellationem competentis temporis de anno interpretari ſolebant, vt uidere eſt ex l.fortiſſimi C.de eroga.milit.annon.lib.12. ut nō nulli ex ea aſſumunt. Sed id haud dubiè ſatis oſtendit prouerbialis hyperbole. Nam cùm moram longam ſignificare volumus, anno id exprimimus. Terentius in Heauton. Noſtinus mores mulierum? dum moliuntur, dum conuntur, annus eſt. Quod & ab Oldendorpio animaduerſum eſt, Variarum lectionum tomo 2.pag.160. Bald.autem in l.vſuræ,C.de vſur.dicit per gl.ibi tempus ſimpliciter prolatum, de anno intelligendum eſſe. De quo & nos aliquid dicemus tit.ſeq.§.1,in glo.2.in uerbo *à tel temps*,nu,4. Sacræ autem literæ annum plerunq; ponunt pro tempore,& eo quidem certo,& deſtinato,ut Hier.23.Annus viſitationis. Et nonnunquam pro breui quopiam tempore.Eſaiç 16.In trib.annis quaſi anni mercenarij.Et c.21.Adhuc in uno anno, quaſi in anno mercenarij. Annum autem tempus pro annali (vt id obiter dicam) vſurpauit Tul.in oratione pro L. Flacco. & rurſus in quadam ad Atticum epi. & alibi ſæpè, & Paulus noſter in l.ex quibns.ff.de interdict.

*Tēpus de anno intelligitur. Annus ꝑ tempore certo. Annum tēpus pro annali.*

*Anu. quare agnatis cōceditur.*

8 Sed neſcio quonam modo incogitantes huc diuertimus. Igitur vt redeamus,aduertendum eſt ꝙ ille §.Titius,titu.ſi de feud.fuerit.contr. quo omnes innituntur, ad probandum ius reuocandi alienationem,competens agnatis,anno præſcribi,ſi ſubtiliter expendatur,nihil facere videtur ad caſum noſtræ conſuetudinis.Nam ratio, quare intra annum debet agnatus reuocare alienationē in caſu illius §.ea eſt,ſecundum Bal.Alua.Mart. Lau. & alios ibi, quia inueſtitura feudi, de qua eſt quæſtio, debet peti intra annum.c.1.§. præterea. titu. de prohibita feu,alienatione,per Federicum,& in c.1.tit.de ca.Corr. Ideò lapſus anni facit,vt agnatus non ſit amplius audiēdus.Quæ ratio nihil omninò facit ad caſum noſtræ conſuetudinis,niſi fortè ageretur de retractu rei feudalis, ſicut ſcitiſſimè annotauit Iaſ.in d.l.Prætor ait.§.vlt. ad finem.ff. de ope.noui nunc. & Philip.Deci. in hoc ſibi contrarius,conſi.328.in caſu propoſito, col.2. verſ. ſolùm ſupereſt.

*Quid ſi alienatio facta ſit in prorſus extraneos.*

9 Præterea ille lapſus anni procedit, quando alienatio facta eſt in agnatum quempiam remotiorem, ut ſcilicet agnatus proximior intra annum reuocare debeat, aliàs non admittatur. Quòd ſi in prorſus extraneum facta ſit,tunc agnati admittuntur vſque ad triginta annos, ſecundum gl.quam ſequuntur And.Iſer Bal,& alij, ibi, & idem voluit ipſe Bal.conſ.16.facti euidentia,col.1.li,1.Paul,Caſt.conſ.84.col.2.lib,2.& Iac.à S.Geor.vbi ſuprà,& Alex.in d.l.ſi mihi & Titio,col.ult.ff. de uerbor, oblig.& conſi.15.uiſis narratis,col.pen. uerſ. non obſt, lib.5.vbi id dicit communiter teneri. Iaſ.conſ.159. ſuper facto, in fi.lib.2.& conſi.7.pro reuerendiſſimo.in fi. lib.3.Phi.Dec,conſi.144.quoniam ex facto,col.2. verſi, tertiò, non dato,& iterum conſi.208.ad clariorem, col. 3.& conſi.395.in caſu magnifici,ad ſin, & Carol. Ruin, conſi.151.quia proponitur, col.5.nu.19.lib.1.& conſil. 213.in q.col.5.nu.9.eo.lib.1.& Franc.Balb.in d. tractat, præſc. in 7.q quartæ partis, quartæ item partis princ. & Ant.Rub.conſi.85.viſo & diligententer.col.2.& Alber. Bru.conſi.66.dubitatur.col.3.verſ.ſed maior, Quamuis Bal.in hoc teneat contrarium,ſibi contrarius,conſ.197. quòd conſentiente,in prin,lib,3. Sed prior op.verior eſt & communior,vt diximus.Et ſic quoq; dominus reuocat alienationem feudi intra triginta annos,cap.1.§.1.& ibi gl.& Doct.tit.de cap.Corra. Sed & aliter d.§. Titius intelligit.Carol.Ruin.conſi.25.dubitabilis,col.6. verſi. non obſtat quidem tacendo,lib.1. ut ibi uidere poteris, & conſi.35.adeò planè,colum.12.uer.non obſtat etiam. prædictis,lib.1.

*Si annus nō eſſet ꝑſtitutus retractui, quòd tempus intelligeretur.*

Ex quibus conſtat, eum text.in d.c.Titius, abeſſe à caſu noſtro.Et ego quidem in ea ſum ſententia, ut ſi ſtatutum aut conſuetudo admittens conſanguineum ad retractum, non præſcriberet huic rei aliquod certum tempus, ſed ſimpliciter ſtatueret conſanguineum poſſe rem venditam reſtituto precio redimere, ſine alia temporis præſinitione,id poſſet nō ſolùm intra annum,ſed & poſtea quandocunqne.l.1.§.meminiſſe.ff.de ven.inſpi.& l. iuriſperitos ff.de excuſ.tuto. & l. ſeruus.C.de pœnis, & quod not,Innocent.in cap.ex literis,de conſtit. Id quod ego intelligo intra triginta annos, & non vltra, quia eo tempore tollitur omne ius atque actio competens priuato contrra priuatum.l.ſicut,& l.omnes.C.de præſ.30.vel 40.anno.& l.2.C.de conſti.pec.cum ſimil. Et ita in ſpecie huius noſtri caſus reſpondit Pau. Caſt. ne autoritate careamus,conſ.430. circa primum quæſitum notandū, in princ.lib.2.& Cæpol.conſi.cauſarnm ciuilium 43.clariſſime,colum.vlt.in princ. & Philip.Deci. qui illorum non meminit d.conſi.222.col.vlt.verſ.ulti.non eſt omittendum, & dicemus etiam infrà §.36. eodemq; ulti. in verbo,*notifier augreffe*, in 13.q. Et uide quæ dicam infrà,nu.16.nec omiſerim. 10

*Quod ſi emptor alteri vēdiderit.*

Sed id tamen intelligo, ſi res uendita ſemper manſerit in manibus emptoris. Quòd ſi ipſe emptor alteri uēdiderit,ut poteſt,ſicuti declaratur infrà eod.titu.§.12. licet conſanguineus poſſit ab iſto ſecundo emptore retrahere, ut etiam ibi cauetur: poſſet tamen dici hunc ſecundum emptorem,ſi rem poſſederit decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, tueri ſe poſſe aduerſus retractum conſanguineorum, ut in ſimili dicimus de actionē hypothecaria,quæ licet à debitore,aut eius hærede,aduerſus creditorem non niſi 30.vel 40.annis tollatur.l.cùm notiſſimi,in prin.& §.1.C. de præſcr. 30. uel 40.an.tamen ab extraneo emptore,vel donatario poſſidente cum ti.& bona fide,tollitur 10.vel 20.ann. & l.1. & 2.C.ſi aduer.credi.& ubiq; gl.& Doct.& Spec.titu.de præſcrip.§.1.verſ.ſed de hypothecaria,& omnes paſſim. 11

*Quid,ſi ſecundus emptor ſit uniuerſalis.*

Etiamſi is emptor vel donatarius ſit uniuerſalis omniū bonorū,ut tenuit, & à ſenatu Pariſi. diffinitum tradidit Io.Gal.in ſuis Areſtis.q.38.Et præſertim, quia apud nos conſuetudo expreſſa eſt tit.*des præſcriptions*,§.qui eſt omnium huius volum.235.quòd cùm quis iuſto tit. acquirit bona immobilia, eaque bona fide ac pacificè poſſidet 10.annis continuis inter præſentes, uel 20.inter abſentes, poteſt eadem defendere aduerſus omnes, qui ea ſua eſſe contenderent, aut ſuper ea vectigal, aut aliud onus prætenderent.

Et id quidem haud dubiè,ni fallor, procederet, ſi non eſſet tempus aliquod præſtitum, ut diximus; aut ſi non aliam haberemus conſuetudinem inf.eod. tit.§.vlt. qua cauetur,id tēpus anni cùceſſum cōſanguineo ad retrahendum 12



trahendū currere ex eo die,quo vēditio relata eſt in acta. Cùm igitur non currat ante id tempus, nec conſuetudo diſtinguat,ſitne adhuc res apud emptorē, an apud aliū, poſſet videri conſanguineum indiſtinctè admittendum, ſaltem intra illos triginta annos, de quibus ſup. loquuti ſumus.l.de precio.ff.de pub.in rem act. & l.1.§. quod autem.ff.de aleæ luſu,& aleat.cum ſi.Niſi dicas, illam conſuetudinem debere intelligi ſecundum ius commune, quo præſcribitur à tertio acquirente cum bona fide, eo. decem aut viginti annorum ſpacio,ut per totum ti. C.de præſcr.long.temp.Etiamque in actionibus & iuribus, q̄ durant maiori ſpacio aduerſus alios, vt probauimus de hypothecaria. Nam ſtatuta debent interpretari ſecundū Ius commune,& vt minus id lædant,quàm fieri poteſt.l. 2.C.de nox.act,& ca.cùm dilectus. extra de conſuetu.Et præſertim cum habeamus conſuetudinem in hoc conformem iuri communi,in d.§.1.*des præſriptions*,Et ſecundū quam, etiamſi eſſet iuri communi contraria, debemus hanc noſtram conſuetudinem intelligere,ex ſententia Petri Anch.conſ.94.iſta domina,circa medium, verſic.non obſtat,quòd iſtud ar.& conſ.422.viſo puncto, colum.2. ver.non obſtar,ſi dicatur.& Phil.Dec.conſ.11. quoniam iudicantium,colum.2.verſ.quia ſtatuto Nam & aliàs ſtatuta ſtatutis, vt leges legibus concordare expedit. c.cùm expediat,in princ.de elect.lib.6.& promptum eſt. l.1.C. de inoff.dotib.

*Conſuetudo à cōſuetudine, ēt iuri cōtraria, interpretationē mutuatur.*

13 Nec cauſari quis poteſt, quòd in hoc caſu res quæ à priore emptore iterum venditur,eſt affecta & obnoxia retractui conſanguineorum,tranſireque debet in alium, cum ſua cauſa & onere.l.ſi conuenerit,vt nomen.§.ſi fundus. ff.de pign.act. & l.debitor. C. de diſtra. pign. & ibi concor.in gl. Nam & ea iura loquuntur in pignore. & hypotheca,ut ſcilicet cum his, & ſic cum ſua cauſa res tranſeat in emptorem. Et tamen ut diximus, is emptor aduerſus ea vſucapit minori tempore, quàm debitor,aut eius hæres vſucepiſſet: tametſi etiam ius crediti ſit multò fauorabilius,quàm retractus. Creditor enim hìc certat de damno vitādo,ne ſcilicet ſuum debitum amittat; conſanguineus de lucro captando, ex ſententia Bart. in l. ult.in fin.C.in quibus cau.in integr. reſti.non eſt ne. & in l.etiam,la 2.ad fin.ff.de minori.& dicemus plenius infr. num.121.certum eſt,& ſeq.Imò,quod plus eſt, non ſolū hypothecaria eo ſpacio decem uel uiginti annorum præſcribitur à tertio,ſed integrum quoque rei dominium,vt diximus.

*Actio qđ metus cauſa,quo tempore præſcribitur.*

14 Sed & hinc videmus,quòd licet actio, quod metus cauſa, duret triginta annis aduerſus eum qui metum incuſſit, tamen ſi res alteri fuit uendita, ea actio aduerſus ipſum emptorem longo tempore, ſcilicet decem vel viginti annorum,extinguitur.l.ſi vi,quæ eſt 3.& ibi gl.Cy. Bart & alij.C.quod met.cau. Ex quo Ang. ibi in fi.dicit poſt Bartol.& alios, quod omnes actiones perſonales in rem ſcriptæ cuiuſmodi hæc eſt, alias aduerſus tertium non competerent, vt dicemus infra eod.titu.§.8. in verbo,*le iuge qui en peult cognoiſtre*,nume.6.porrò,huiuſmodi igitur actiones perſonales in rem ſcriptæ, tolluntur lōgo tempore.quod Ang.ipſe dicit notandum,ſicut etiam dicit Alexandr.ibi,columna 3.ubi id intelligit, quando quis poſſidet cum titu. & bona fide, vt in d.l.3. aliàs eſſet contra l.hæreditatis.C.de pet.hæred.ubi petitio hæreditatis, quæ & ipſa in rem ſcripta eſt, non tollitur longo tempore.Quod ideo fit,quia ea non datur regulariter contra titulo poſſidentem. l. regulatiter. ff. de petitione hæreditatis: vnde & ſi aliquo caſu datur,ea tollitur ſpacio longi temporis.l.vlt.in fin.& ibi glo.vlt. & DD.C. de edic.di.Ad.tol.Id quod eo volui dicere, vt harum legum antinomiam,quæ videri poterat, diſcuteres. Et cū his quoque concordat Rapha.Co.conſi.54. Leonardus, in fin.& Fran.Balb.in tract.præſcript.in 4.parte, 3.partis princ.in prima quæſtione,verſ.ampliatur, & Caro.Rui, conſ.105.caſus iſte,colum.3.nume.6.lib.1.Et alias quoque ſecundum emptorem rei primò alienatæ à minore ſine decreto,aliter ipſam vſucapere, quàm primum emptorem,probat l,poſſeſſiones,& l.vl. C.ſi quis igno. rem min. Vt tamen non omittam, quòd cùm is, qui vacuam abſentis poſſeſſionem occupat, eam non niſi 30. vel 40. annis uſucapit,l,vlt.C.unde ui. ſi tamen eam in tertium alienauerit,is 10.vel 20.annis vſucapit.vt tradit gl. ult. in eadem l.& ibi quoque Oldra.Alber.& Bart.

*Actiones perſonales in rem ſcriptæ,quo tēpore præſcribūtur. Petitio hereditatis quo tempore tollitur.*

Nec mouet in caſu noſtri retractus, id quod ſuprà diximus,quòd non currit tempus aduerſus retractum,niſi a die notificationis factæ in actis. Illud enim verū eſt, vt non currat præſcriptio anni, de qua ea conſuetudo loquitur in §.ult.huius tit.Hæc enim ſunt uerba illius, *l'an du retraict baillè par la couſtume, court du iour que l'acquiſition ſera notifièe.*&c.non autem negat aliam prēſcriptionem currere ſi notificatio facta non fuerit. Ideoque currit & perficitur ſpacio 30.anno. ut ibi dicemus in 13.q. 2.glo.Quin & ſi dictum eſſet expreſſim,præſcriptionem temporis non obſtare, non per id ſummota eſſet præſcriptio 30.vel 40.anno.ex ſententia gl. in c.1. §. præterea,in verbo,prēſcriptione,& ibi Iaco.Bel.Nic.Neap.Bal.Mar. Lau.Alua.& Card.Alex.titu.de capi.Corra. cum multis concor.à me adductis infra tit procedente, in §.1.in verbo,*à tel temps*,num.12.ſed & huc ſpectat. Et id quidem intelligeretur,quantum ad emptorem,non autem quantum ad tertium acquirentem per ea quæ diximus.Quod tamen hìc non firmo:nec enim neceſſe eſt,cùm conſuetudo non aliter præſcriptionem temporis ſummoueat. Scio autem Car.Mol.in conſue,Pari.tit.1.§.13.in fi.in ſimili caſu in ea eſſe ſententia, vt nec tertius emptor præſcribat, niſi 30.annis. 15

Nec omiſerim, quoſdam eſſe in hac Gallia magni nominis,qui in ea item ſunt ſententia, vt per emptorem 16
præſcribatur retractui competenti cōſanguineis per 10. annos inter præſentes,& 20.inter abſentes,etiamſi nulla facta ſit notificatio:hac ratione ſubnixi, quòd actiones reales tolluntur eo tempore.C.de lon. temp.præſcr. per totum,& in noſtra conſuetudine ti.præcedente, q eſt, *des præſcriptions*, vt diximus ſupra nu. 12. & id quidem. Et idem de iure communi in actionibus,in rem ſcriptis, cuiuſmodi hæc eſt,ut etiam diximus numero ab hinc 2. Sed quantum ad hoc poſtremum de actionibus in rem ſcriptis,intelligunt qui id dicunt,quantum ad tertium, non quantum ad eum qui contraxit,vt & ſupra de actione de dolo dictum eſt.Nam & quod ius commune ſanxit de actionibus realibus,atque etiam noſtra illa cōſuetudo in d.tit.præcedente,intelliguntur de iuribus competentibus alicui tertio ante tempus venditionis, aut alterius contractus particularis. Hìc autem id ius competit ipſis conſanguineis ex ipſo contractu, vt tradit Bal. in Rub.C.res inter ali.acta, uerſ.not, quod ex conſuetudine.& Philip.Dec.conſ.88.cuius ſuperſcriptio incipit,ualet ſtatutum,colum.1.& alibi ſæpè diximus. Igitur non ſumus in caſu illius præſcriptionis longi temporis à iure communi & conſuetudine noſtra introductę,vt omittamus iuri ſuccedēdi,ſiue adeundi,ſiue immiſcendi, nō niſi 30.annis,præſcribi,vt no.in l.licet.C.de iure delibe. cum aiijs multis concor.à me traditis in l, ſi unquam. in verbo,reuertatur.num,392. cæterum quod primum. & inf.§.36.gl.2.nu.37.huic autem. Sæpè autem diximus, id ius retractus per omnia ſequi ius ſucceſſionis.

Ex conſuetudine autem Britonum capi.220. & iterum conſtitutione 5.veterum conſuetudinum emptor ſi 17
ſemel contractum ſuum publicè propoſuerit tutus erit à retractu ſpacio 10.annorum, & ſine ea denunciatione 15.an. At reformatis conſuetudinibus, aliter ſtatutum eſt,vt patet hoc eodem titu.§.5. Verum ex conſuetudine Laudunenſium,& aliorum Veromandienſium,huius titulo §.5.qui eſt totius tertie partis 79.ſi emptor poſſedit rem

*Cōſuetudines de tempore retractus.*

rem 10.annis,non amplius auditur conſanguineus ad retractum,niſi ueniat intra annum poſt eos 10.annos.Sed ex conſuetudine Nuſtriæ, quam nunc Normandiam vocamus, ſi publicatio contractus facta non fuerit, vt ibi diſponitur, conſanguineo ius retrahendi competit intra 10.annos,vt refert Igneus in l.1.§.ſi cùm omnes. nu.12. ff.de Senatuſcon.Sylla.Et vide quæ dicam infrà in §.vlt. huius titu.in gl.2.in verbo. *notiſier augreſſe*, in 13.q.

18 *Tẽpus duorũ emptorũ, quomodo ſit numerãdum ad præſcriptionẽ retractus.*

VERVM illud ſuper hoc ſcire neceſſe eſt,quid ſi notificatione non facta apud acta, emptor prior poſſedit rem 15.annis,& poſtea uendit rem alteri:quantum tempus huic ſecundo emptori reſtat,vt præſcribat retractui, vtrum ſcilicet neceſſe ſit,vt poſſideat illos 10.annos,quibus ſine prioribus illis 15.poterat præſcribere,& ſic illi 15.priores ſint illi inanes,& ſuperuacanei,an verò de aliquo tempore ei proderunt, & quanto, vt non ſit ei opus integro decennali tempore. Et certè non ei debent eſſe inutiles,cùm emptor vtatur acceſſione uenditoris ad perficiendam præſcriptionem.l.dolia.§.1. ff.de contrahen. emptio.& l.2.§.emptori.ff.de uſucap. pro empt.cum ſimili. Cùm igitur primus ille emptor poſſederit tantum temporis,quantum ſatis erat ad dimidium totius,ſi ſemper rem tenuiſſet,reſtat,vt huic ſecundo emptori neceſſe ſit poſſidere alterum dimidium eius temporis, quo ipſe ſolus ſine acceſſione potuiſſet præſcribere,ſcilicet quinque annos,& ſic pro rata & portione vtriuſque vt in ſimili ſcribitur in Authen.quòd ſi quis, & ibi gloſſ. & Doct. C.de long.tempo.præſcri.& in §.de præſcrip.in Auth.vt ſponſ.largi & glo.in l.malæ fidei.& ibi Petr. Cyn.Saly. in 6.q.C.de long.tempo.præſcrip. Bart.in Authen.quas actiones,ad fin.C.de ſacroſan.eccle.Bartho. Brix.in 22. q.Domi.Titius prædium.

19 *Conſanguineus an poſt annũ ſit audiendus.*

SED cùm noſtra conſuetudo notificatione facta annum retractui præſtituerit,ſatis hinc intelligitur,cõſanguineum poſt annum non eſſe audiendum , vt etiam expreſſè & in hoc caſu reſpondit Paul.Caſt conſil.430.circa primum,li.2.& iterum.conſi.351.prædicta reformatio,eod.lib.2. nam fruſtra(inquit in poſteriori loco)ſtatueret tempus unius anni conſanguineis, ſi lapſus eius temporis eos non excluderet per gloſſ.in l.1.§.cùm dicitur.ff.ſi cui plus quàm per leg.Falcid.& l.3.§.diuus.ff.de iure fiſci.& l.ſi legatario.§.vltim.ff.de fideicom.libe.& l. 4.§.vlt.eodem titulo,& l.à quo,in fi. ff.de dam.infect. & quod not.Innocen.in c.cùm in tua. extrà qui mat.accuſ. poſ.& Bart.in l.Ariſto.ff.de iure deliberan. Nam & q̃d certo tempore permittitur, poſtea tacitè prohibetur. l. ſtatuliberum.§.Stichum.ff.de legat.2. & l.1.§.ſi mulier. ff.de libe.agn.Hæc Paul.Cui adde,quæ dicam latius inf. eo.tit.§.3.in gl.4.eademque.vlti.num.2. & ſeq.& ruſus. ti.ſeq.§.1.gl.2.quæ eſt in verb. *à tel temps*.num.49.pręterea emptor,& multis ſeq.

20 *Quid , ſi poſt annũ emptor ſolicitauerit conſanguineũ ad retrahendũ.*

TV tamen id intellige, niſi lapſo anno emptor denũciarit conſanguineo,vt ad huiuſmodi retractum ueniat. nam illi uenienti non poterit ipſe emptor opponere id tempus eſſe tranſactum ,vt expreſſè, & in hoc caſu, voluit Cæpolla cautel.97. aut ex aliorum librariorum cõputatione,68.incip.ſi petens ſe mitti,per not. ab Inno.& alijs,in cap.cùm inter.de except.Bartol.& alijs in l.cùm mulier.ff.ſolut.matri.eo.Barto.in l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffic.teſtam.Bald.in l.teſtamento,in fi. C.de teſt.Angel.in l.1.§.ſtipulatio.colum.6.ff.ſi cui plus quàm per leg.Falcid.Anton.in c.exhibita.colum.penul.de iud.Et hoc dictum pro digno notatu retulit,& ſequutus eſt Iaſ. in l.de pupillo.§.ſeruo.circa medium.ff.de no.ope.nunc.& Petrus Rebuff.in concor.in Rub.de conſti.in verb.intereſſe putantes. colum. antepenul. uerſ.ex quo infertur. Et hanc ſententiam omnium optimè fulcit. l.Aemilius.verſic.dicebam.ff.de minori.& l.quòd ſi nolit.§.in factum. ff.de ædil.edict & l.poſt diem.ff.de l.commiſ. Et faciũt etiam,quæ dicam inf.in fi.huius tit,in 6.q.& tit.ſequen. §.1.in uerb. *à tel temps*.num.59.illud autem ſcire, & ſequen.vbi & alia allegaui.ruſumque.§.4.eiuſdem ſequẽ. tit.in gl.vlt num.2.& quod ſcribit Alb.in l.2.col.3.verſ. quid ſi dominus.C.de iure emphy.& in l.commiſſorię. & ibi quoque Salyce.in fin.per illum text.C.de pact.inter empt.& uendi.& Carol.Ruin.conſ.151.circa dubia. num.3.4.5.6.lib.3.& conſi.166.viſo diligenter. colum. 6.num.14.eod.lib.3.

21 *Quid ſi ignorans tẽpus lapſum id fecerit.*

SED hoc tamen intelligendum eſt,ſi modò emptor ſciens prudenſque id denunciauerit cõſanguineo:ſecùs autem,ſi ignoranter. Quid enim, ſi erranter putet annũ durare,aut procuratorem,cui demandauerat,vt emptionem in acta referret, nondum id feciſſe, cùm tamen feciſſet, & annus poſtea effluxiſſet:aut ſi quis emptori ſucceſſerit,nec reſciuerit notificationem factam fuiſſe à defuncto,cuius rei iuſtam habet ignorantiæ cauſam. l.qui in alterius.ff.de regul.iur.cum ſimil. Certè ei ſubueniẽdum eſt.l.ſed & ſi.§.vlt. ff. ſi quis cautio.& l.vlti.ff.ad S. C.Macedo.& l.ſi quis delegauerit.ff.de nouatio. Nec.n. renunciatio,etiam expreſſa,trahitur ad ius ignoratum.l. mater.ff.de inoffi.teſta.cum alijs à me adductis in repe. l.ſi unquam.in præfat.num.98.incip.ſecundo modo.

*Renunciatio ad ignorata non trahitur.*

22 *Ignorãs ſibi non præiudicat.*

HINC dicit Speculator per aliqua ex dictis iurib. in tit.de locat.§.nunc aliqua.uerſ.24 & iterum 26. quòd dominus ignorans rem fuiſſe commiſſam propter canonem non ſolutum, non ſibi præiudicat recipiendo ſolutionem penſionis. Et idem tenet Dyn.in l.Mæuius.§.ſi duobus & ibi quoque Bald.& Imo.ff.de lega.2. Cy.in l. 2.in 4.q.& ibi Alb.qui alios antiquiores citat. colum.4. & ibi etiam latè Iaſ.colum. 43. uerſ. quarta principalis. C.de iure emphyt.& Anton.conſil.22. uiſis punctis.col. 2.uerſic.nunc ergo uidendum,& Alexan.conſi.106. magnifice Prætor.col.5.uerſ.uel etiam poteſt reſponderi. Et Hippo.Marſil.in l qui ignorans.num.29. ff.ad l.Cornel.de ſicar.vbi id dicit ſingu. & iterum in l.qui falſam. col.98.ff.ad leg.Corne.de falſ.Et ſimile quidpiam voluit Bal.in c.1.colum.2.uerſ ſed pone quòd poſt annum,tit. quo tempor.mil.quòd dominus poſt tempus petendę inueſtituræ præſtitutum recipiens uaſallum,videtur remittere culpam,niſi id per errorem iuſtum,& non ſupinum fecerit:per multa iura ibi per eum allegata,probatia neminem ignorantem remittere uideri. Et ſequũtur Mart. Laud.Iac.Aluar.& Cardi.Alexan.ibi,illi.col.2.hic 4.Et idem uoluit,licet non dicant.gloſſ.ibi in uerbo,& menſem.& Ioan.Rayn in c.1.§.præterea ſi quis, in 17.quæſt. & iterum in §.inſuper.col.pen.titu.de prohibi. feud.ali. per Fede.Sed & ipſe Specul.titu.de præſcr.§.1.uerſ.quid ſi colonus fundum, & ſequen.dicit, quòd ſi emptor, qui emit à colono aut emphyteuta,& vſucepit, nihilominus penſionem præſcriptione temporis completa obtulerit, aut promiſerit, ignorans ſe vſucepiſſe, ſibi non nocet: etiam per quædam ex dictis iuribus. Et ibi ſequitur Io. Andr.in addit. Et facit etiam, quod ſcribit idem Ioan. Andr.in addit.eiuſdem titu.de nou.oper.nuncia. §.1.in fin. vt tamen intelligas, in Francia opus eſſe impetrare gratiam huius rei à Principe, quod nos vulgò, *eſtre,releuẽ*, appellamus.

23 *Intra q̃d tempus admittai conſãguineus poſt tẽpus ſolicitatus ab emptore. Tempus q̃d magis intellectu pcipi põt quã dici.*

NE tamen intelligas, hoc caſu, cum ſcilicet emptor ſciens poſt tempus anni tranſacti denunciauit conſanguineo,ut ueniret, ipſum cõſanguineum ſemper poſtea admitti:quia debet venire intra modicum aliquod tempus poſt eam denunciationem,quod magis intellectu percipi poteſt,quàm dici.l.ratum. ff.de ſolu. alioqui enim nõ admitteretur,ut in ſimili dicit gl in d.l.Aemilius. in verbo,reſtitui.in 2.ſol.oppo. ff.de minori. quam ita intelligit,& ſignandam dicit Bart. ibi, in 1.colum. & eam dicit ſingu.Bal.etiam ibi in 1.lect.& iterum in ſua Margar. in verbo,interpellatio,uerſ.3.& eandem auream idem Bal. in l.& ſi poſt tres,in lectu.2.uerſic.ſecundo caſu.ff.ſi quis cautio.ſed & ſing.& menti tenendam ipſe Bald. in c.1.in verbo,



verbo, quàm citius, & ibi Matt. Laud. qui & eam aureã dicit,& Card.Alex.col.1. qui & eam dicit ſingu.titu. de noua.for.fidel. & idem Bald. qui id tempus committit arbitrio iudicis, in c.1. §. ad hæc. poſt princ & ibi quoq; poſt eum Mart. Laud.& Car. Alex.tit. hic finit lex Corradi. Roman.conſi. 27.uiſo themate, paulò ante finem, Imol.in l.1.§.item ſi ita.ff.ad leg. Falcid. Iaſon. qui eam dicit valde not.in l.ſi ex legati cauſa,colum.3.uerſi.principaliter.ff.de verbo.oblig.

24 *An confeſtim id fieri debeat.*

ET id profectò æquum eſt arbitrari, vt confeſtim id fiat,cùm primùm fieri poteſt,cùm ſit veluti quædam cõditio poteſtatiua,per l.rogo.ff.quan. dies le.ced. iuncta l. hæc conditio,ff.de condit.& demon.Id quod Pet. Anch. conſi.331.uiſis diligenter actis,col.2. uerſic.tertiò aduertendum intelligit, etiamſi in huiuſmodi conditionibus appoſita fuerit dictio,quandocunque; trahitq; ad facultatem retrahendi , quandocunque conceſſam venditori ab emptore:qui caſus eſt noſtro proximus , Idque ſi certum facere volumus,putarim arbitrandum, id fieri debere intra octo dies,qui ab hac noſtra conſuetudine §.3.huius titu.ſtatuuntur.Nam ſi non dantur ibi niſi octo dies , etiam oblatione facta intra annum , quo tempore cogitur emptor,velit nolit, recipere conſanguineum : multò magis,ſi eum velit admittere poſt annum , quo tempore non cogitur,tum quia in dubio emptor videatur intellexiſſe de tempore conſuetudinis, iuxta not. in ſimili per Dy.Bart.Ange.Imo.Raph.Co. & alios Recentiores in l. heredes mei.§.cùm ita.ff.ad Treb.cũ multis ſi.à me adductis in repe.l.ſi vnquam.in verb.ſuſceperit liberos, num. 101.ſed illud hic quæro.C.de reuo.dona.

*An intra octo dies.*

25 TVM ne conſanguineus abutatur liberalitate emptoris , dum prolixius tempus contendit ſibi deberi ex eo, quod liberè ipſe emptor conceſſit, quàm ſi ex neceſſitate illũ admiſiſſet. Sic enim plus fauoris haberet neceſſitas, quàm liberalitas,contra l.ſi quis graui.§.utrum.& ibi no. a Bar.Bald.& Ang.ff. de S.C.Sylla. cum concordan.à me quoq; collectis in d.repet. in verbo, donatione largitus, num.106.quarta declaratio. Quanquam contra hanc rationem facit text.in l.quod ſi.§.reſtitutio. & ibi Barto. ff. de minor. & in l.cùm poſtulaſſem.§.1.de dam.infect.& l. ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff qui ſatiſda.cogan. vbi Soci. dicit,eum tex.ſemper ad id allegari , vt magis ſit fauendũ ſubueniendumque ei, qui facit ex neceſſitate, quàm qui libens facit,& l.ſi dictum §.ſi compromiſero.ff.de euict. cùm dicitur, nulla enim neceſſitate cogente id feci, & l. tutori.ff.de nego.geſt.Dyn.& Alberic.in l.de curatore.§. vlt.ff.de cura.bonis dan Idem Alberi. in l.actione. §. Labeo. ff. pro ſoci. & in l.ſi pupilli , in princip. ff. de nego. geſt.Petr.Anchar.conſi.159.rationes,colum.1. uerſic.ſecundò.& conſi.280.viſis,circa medium.Imo.in l.4.§.Cato,colum.1.& ibi Lancel.Gal.colum.23. uerſic.ſecundò. ff.de verb.obliga.Franc.Curt. Senior, conſil.84. eodemque vlti,ſuper quotidiano , colum.vlt. Bap.Cacial. in repet.l.admonendi,colum.10.verſic.non obſtant. ff. de iureiur, & Docto. ſæpe illud quod ſuprà diximus ſubinde proponentibus, magis ei faueri & ſuccurri, qui coactus, quàm qui volens,quid facit.Sed illud procedit in prohibitis,aut ſuſpectis,aut id genus cæteris , nam in aliis ſatis conſtat,D.O.M.voluntarium militem diligere.

*Neceſſitate aliquid facieti magis ſubueniendum.*

26 *An intra annum. Tẽpus cenſeri prorogatum in alterũ tantum.*

IGITVR ſi quis illis rationibus non contentus, præfractè vellet defendere,maius aliquod tempus requiri ad eum repellendum:ſciat ad ſummum hæc uerba,aut ſimilia,extendi non poſſe,nec debere ( ſi non toto cœlo errẽ) niſi ad alium annum , qui ab initio ex ſtatuto competebat : nam temporum prorogationes , & renouationes ita intelliguntur,ne ad prolixius tempus extẽdantur, quã primum ipſum tempus,quod ab initio conſtitutum erat, ar.Authen.qui ſemel. C.quom. & quan.iud. & l.ſancimus.C.de fideiuſſorib.& Authen.ei qui. C.de tem. app. & l.ſi iudex.ff.de iud.& c.præſenti.5.q.2.& quod de prorogatione compromiſſi tradit Bald. conſi. 101. nobiles viri.col.ult.verſi.uenio ad quintum,lib.3.& in cap Quintauallis,colum.pen. uerſic.data eſt poteſtas. extra de iureiur.& in c.ult. colum.pen. verſic.dubitabatur inſuper , & rurſum verſi. vt unum ſcias. extrà de conſuet. & Lanfran.Ori.in tract. de arbi.char. 5. & Felin. & Phil.Dec.in c.de cauſis.ille col.2.uerſic.ſecundò limita .hic col.1.uerſic.& aduertendum.ext.de offi.deleg.idem Dec.in c.tua nobis.col.1.in fi.de appel. ( Georg.Nat. in repet. Clemẽ. ſæpe.in princip.col.63.uerſic.tu adde quòd licet. de verbo. ſignific.) & Hippo.Marſil. ſingu.52. prorogatio compromiſſi,ubi id dicit ſingu.

27 *Prorogationem tẽporis, cum iiſdem qualitatib. & cõdõnibus factam cenſeri, vide uerſ.ſeq.in fin.*

ET id ſaltem haud dubiè procedit, cùm in prorogatione aut renouatione nõ apponitur certum tempus, ſed ea fit ſimpliciter ſine præfinitione temporis. Tunc enim ſine controuerſia intelligitur tantum facta de altero tanto tempore,quantò primum tempus durabat, vt de continuatione tacitæ ſocietatis & locationis,reſpondit Bald. conſilio 448.punctus ſuper quo.columna ſecunda, verſicu.ſi autem hoc non apparet. lib.4. per tex. inter cæteros optimum in l.in iis.§.vxor. ff.ſoluto matri. Nam & alias videmus prorogationem cęleri factam cum iiſdem qualitatib.& conditionib. l.2.§.ſed ſi iudex. ff. de iudi. cum alijs multis ſimilib.& concordan. à me collectis infra titu procedente.§.1.glo.7.in uerbo , *ſeront preferez*, nume. 27.ex quo fit.Nam & quælibet renouatio tacitè recipit , quicquid prius inerat, vt no. Barto. in l. ſi mihi & Titio , paulò ante fi.ff.de uerbo.obligat.Bal.in l.1.colum. penul. verſic.ſed quid ſi dominus.C.quando non peten. part. cũ concord.adductis ab Alex. conſ.30. quoniam omne datum,col.2,verſi. & licet noua,lib.1.quod conſ.duplicatur,conſ.2.lib.5.& ab eodem Alexan. conſ.107.in cauſa Nicolai.col.2.uerſi.inſuper oſtenſũ.& Philip.Deci. conſ. 407.uiſis & diligenter,colum.3.uerſi.confirmatur.

28 *Tẽpus augmenti imitari naturam temporis principalis.*

ET tempus quoque augmenti debet intelligi ſecundum naturam & qualitatem temporis principalis, ut in pulchro caſu reſpondit Alexan. conſi.118. ſtantibus terminis,in fin.lib.3 per tex.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locat & l.legem.C.eod.tit.& l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact.dota.& l.etiam.C.de iur. dot. Et id generale eſt in quolibet augmento, ut ſequatur naturam principalis,ut latè dicemus infra eodem. §.glo,17. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtẽ*, nu.12.nam & hęc, & ſequ. Et faciunt etiam ſcripta a Bald. in l. Aemilius, in addit, colum.ult.uerſi.item no.quòd pœna.ff.de minori.& conſilio 350.uerba compromiſſi,col.2.uerſ. modò ſequitur, lib.5 Ideoq; etiam putarẽ in noſtro caſu,conſanguineum poſſe uenire intra annum,poſteaquam emptor illi denunciauerit,ut ueniret: niſi eam cõſuetudinem haberemus, quæ non niſi octo dies tribuit poſt admiſſionem. Quanquam contra eam rationem,quam adduximus de eadem qualitate prorogationis,facit quod tradit Bal.in l.legem, circa medium.C.loca.quod licet renouatio ſiue prorogatio,cenſeatur fieri ſub iiſdem modis, nõ tamen ſub iiſdẽ temporibus,per gl.ibi,& tex.in d.§.qui impleto, & ſequitur Iaſon conſi.49.Inn.col.3.libro tertio .

29 *Quid ſi emptor interpellat conſãguineũ, ut ueniat intra duos menſes.*

QVOD ſi quis non ſatis confidat his, quæ diximus, ueritus ne & poſt annum hic conſanguineus admittatur, ego ei conſulo,quo ſe huic vano timori eximat, ut interpellet ipſum cõſanguineũ , ut rẽ redimat intra duos mẽſes,alioqui illum ſe nõ amplius,admiſſurum . Nam tũc elapſis iis duobus menſibus,ea obligatione ſe exuit, qua promiſerat ei cedere ea reſtituto precio, ut in retractu cõuentionali in hoc eodem caſu,reſpondit Roman. dicto conſilio 27.in ult.dubio,per no.ſingu.ut ipſe dicit Barto. poſt Dyn.in l.qui Romæ. §.cohæredes, per eum textum. ff.de uerbo. obligat.quod quidem Roman.conſiliũ retulimus infra titu.ſequen.§.1.in glo.2.in uerbo, *a tel temps*, num.64.quid uero ſi iam , De illo autem Bart. dicto,nos alibi plenius diximus.

Ex

30 Ex quibus potes intelligere, non rectè cenſuiſſe quoſdam interpretes conſuetudinum (quos honoris cauſa taceo) qui ſcripſerunt tempus à ſtatuto præſtitutū retractus, non poſſe prorogari de conſenſu emptoris & conſanguineorum: & in id allegant Alex. conſil. 24. inſpecto proceſſu. lib. 4. qui id non dicit, ſed illud tantùm, ꝙ tēpus instantiæ præfixum à ſtatuto, prorogari non pōt conſenſu partium, ſicuti nec tempus in id præſcriptum à Iure communi: quod longè eſt diuerſum. Illud planè fateor, quòd licet emptor poſſit admittere conſanguineos uenditoris, poſt annum ad ſuum ipſius præiudicium, non tamen domini feudalis, aut conſanguineorū ipſius emptoris, quin poſſit dominus petere laudimia ex huiuſmodi reuenditione, & conſanguineus vi illius retrahere: tanquam ſit noua venditio, & ea quidē ſpontanea, & minimè neceſſaria: ut etiam uoluit Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſ. titul. 1. §. 23. in 12. quæſt. Idque etiam maximè quantum ad conſanguineos, ſi fuerit tempus ſtatuti prorogatum ante ipſum tranſactum, neque enim id fieri potuit in aliorum præiudicium, ſed tantùm prorogantium. l. ſi cùm hermes. C. de loc. & l. item queritur. §. qui impleto. ff. eo. & latiſſimè dicemus infrà tit. proximo. §. 1. glo. 7. in uerb. *ſeront preferez*, num. 32. præterea quia etiam, & ſeq. Et faciunt, quæ etiam tradenius eod. ſeq. tit. §. 6. in gloſſ. 2. quo loco tractamus, an laudimia debeantur ex reuenditione facta venditori.

*Tempus retractus, an poſſit prorogari de cōſenſu partium.*

31 PRAESERTIM verò in hoc caſu, in quo ſtatutum eſt tempus à ſtatuto, uel lege, cuius mutandi non tanta eſt nobis facultas, quanta eius temporis, quòd à nobis conſtitum eſt: hoc enim ſemper prorogare poſſumus, illud ſæpè non poſſumus, etiam in noſtrum præiudicium, vt in caſu l. properandum. C. de iudic. not gl. ibi in prin. in verbo, triennij. ibi, item an poteſt prorogari. & ibi quoque Bart. col. 1. uerſ. circa hanc legem. & Bald. colum. 2. verſ. uenio ad quæſtionem, Salyc. col. item 2. verſi. quæro an terminus. Alexan. & alij Recentiores. & gl. in l. 2, § ſed etſi iudex. in uerb. inhibita. & ibi quoque Alber. ad fi. ff. eod. tit. Bald. in l. quòd ſi nolit. §. ult. in fin. ff. de ædil. edict. in lect. antiq & in c. 1. §. hoc quod nos, col. pen. verſic. quinto not. quòd tempore. tit. de pac. Conſt. Roma. conſ. 174. ſpectabilis dominus, col. 2. cum alijs concor. adductis ab Alex. d. conſ. 24. col. ult. lib. 4. & conſ. 137. in cauſa & lite vertente, col. 1. li. 2. Cui adde Maria. Soc. id latè tractantem c. venerabilis. 16. art. prin. ext. de iud.

*Tempus legis non tā facile mutari poteſt quàm hominis.*

32 ET in tempore ad appelnandum præſtituto voluit Zenzel. in extrauag. Ioan. 22. incip. ſuſcepti. verſic. nos de illo. in verbo, decem dies. titu. de elect. Bald. in Authen. hodie, col. 2. verſi. quid ſi eſt appellatum. C. de appel. & in Auth. ei qui, colum. vlt. verſi. quæro nunquid tempus appellandi. C. de tempo. appel. & in l. centurio, in fi. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Paul. Caſt. & Rom. in l. 2. ff. de re iud. & idem Roman. in repet. Rubr. de arbitr. col. 15. uerſ. 13. & Corſ. in ſuis ſing. in uerbo, appellatio. verſi. appellatio interponi. Et in tempore etiam conſtituto ad proſequendam ipſam appellationem, vt probatur in Clem. appellationem. & ibi glo. & Doctor. de appel. Zenzel. ubi ſuprà, Io. Andr. in addit. Spec. tit. de appel, parte ſecunda. §. nunc breuiter. uerſ. licet autem detur annus. Bart. in Auth. ſi tamen. C. de temp. appel. Bal. in l. eos, col. 2. verſ. modò quærit gl. C. de appel. Matheſ. not. 24. nota quòd tempus. Quanquam huius contrariū tenet ipſe Bald. in d. Authen. ei qui, col. vlt. verſ. quæro nunquid partes. & ibi Salyc. colum. ult. uerſic. quæro ab extra, & idem Sal. in d. Auth. ſi tamen. eod. tit. de temp. appel. & Rom. in d. Rubr. de arbitr. vbi ſupra, & Maria. Soc. ubi etiam ſupra, in ſecūdo membro 16. art. De quo latiùs per Pan. in c. ex ratione, col. 2. verſic. ſed circa hoc verſatur, & ibi omninò Felin. col. 1. uerſ. ſecundò dum firmat. extra de appel. Sed ſatis eſt oſtendiſſe, non ſemper ius eſſe partibus progandi temporis à lege vel ſtatuto præſtituti, etiam in præiudicium ipſarum.

*Tēpus appellādi, an prorogari poſſit.*

*An tēpus proſequendæ appellationis.*

33 SED quid, ſi cum conſanguineus intra annum dixiſſet emptori, velle ſe retrahere rem venditam, emptor reſpondit, venias toties quoties uolueris, ego te libenter admittam: an poſt annum audietur conſanguineus? Ego vidi aliquando hanc controuerſiam coram me agitari. Conſanguineus enim dicebat ex illis uerbis ſe poſt annum eſſe admittendum. Ego ſecundum emptorem pronunciaui, motus doctrina Ang. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, & ibi Imol. col. 3. ff. de uerb. oblig. ꝙ per uerba generalia promittentis ſoluere ad omnē petitionē & uoluntatem alterius, non cenſetur renunciatum præſcriptioni temporis, nam debent ea verba intelligi, prout tacitè res inerat: ideò nihil operantur. l. ſi decem cùm petiero. ff. de verb. oblig. & l. Titia hæredis. ff. de condi. & demon. iuncta l. 3. ff. de leg. 1. & ſequitur Alex. conſ. 170. viſis ſtatutis, col. 2. verſ. nec prædictæ concluſioni, lib. 7. vbi ex hoc reſpondit, quòd ſtante ſtatuto, quòd ſi creditor habens inſtrumentum, non egerit intra triennium, inſtrumentum ſit nullum, non tollitur illius ſtatuti præſcriptio per verba debitoris, promittentis ſoluere ad omnem voluntatem, petitionem, & requiſitionem creditoris.

*Conſanguineus cui emptor dixit, ueniat toties quoties, an admittatur poſt annum.*

*Ad omnē petitionē,*

QVIBVS adde, quòd per hæc verba affirmatiuè concepta, ſemper, omni tempore, perpetuò, quandocunque, & ſimilia, non videtur excluſa præſcriptio temporis, quæ aliàs curreret. l. in cognitione, in princ. cum glo. in verbo, ſemper. [& ibi Roma.] ff. de ſenatuſconſ. Sylla. & in l... cum glo. in verbo, præſcriptionem. C. de bon. mater. & voluit Bald. in l. 1. [col. vlt.] ff. ſolut. mat. per d. l. iuncta l. in rebus. C. de iure dot. & idem Bald. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. Roman. in l. 1. ff. de vſucap. & in Rub. de arbit. colum. 15. verſ. 12. per ſententiam. Fran. Aret. in d. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo, col. 12. verſic. ſed quærit hic Angel. cum alijs multis, quæ in hanc ſententiam colligemus infrà titul. ſequen. §. 1. in verbo, *à tel temps*, num. 2. & hoc ſanè. & ſequent. Nam & aliàs verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectā materiam. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & plenè diximus in repet. l. ſi vnquàm. in verbo, reuertatur. nu. 30. fallit ſecundò, & ſeq. C. de reuocan. don. Et facit quod ex Petr. Anch. diximus ſuprà, nu. 24. & id quidem, & quæ ſcribā in d. verbo, *à tel temps*, nu. 8. ſed plus dicit. Et quod etiā not. reſpondit Rom. conſ. 15. plura ſunt, in quarto eodemque vltim. dubio, quòd ſi fuerit præſtitutum tempus ad proponendas petitiones aduerſus poteſtatem, non obeſt eidem poteſtati, qui ſe promiſit præſentaturum toties quoties opus fuerit, vt poſt tempus cogatur ſe repræſentare.

*Semper, et aliæ huiuſmodi dictiones, nō tollunt præſcriptionē.*

34 Ex ſuprà dictis igitur, ut hoc in ſumma dicam, quinque hîc ſunt potiſſimùm notanda. Primùm, ꝙ ſi nullum eſt tempus ſtatutum retractui, conſanguineus intra triginta annos, admittitur aduerſus emptorem: & intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, aduerſus tertium, qui ab emptore emit. Secundum, quòd cùm ſtatutum vel conſuetudo certum tempus ipſi retractui præſtituit, non eſt conſanguineus poſt id tempus audiendus. Tertium, quòd ſi tranſacto tempore ſtatuti, emptor ſciens prudenſque denunciauit conſanguineo, vt veniret ad retractum, non poterit illum uenientem intra legitimum tempus ſuprà declaratum ſummouere: ſecus ſi ignorans. Quartum, illo caſu, quo emptor admittit conſanguineum poſt tempus ſtatuti, conſanguinei emptoris, qui reuendidit, admittuntur ad retractum huius poſterioris venditionis, ex eaque debentur laudimia domino, tanquam ex noua & voluntaria venditione. Quintum, quòd ſi conſanguineo intra tempus ſtatuti declaranti ſe velle retrahere, emptor reſponderit, ſe illum quoties vel quandocunque voluerit, admiſſurum, ei nihilominus currit tēs ſtatuti,

*Summa omnium præcedentiū.*

SEX-



36 SEXTÒ igitur (vt ad alia pergamus) quæro, quid ſi venditione facta ſuboritur cōtrouerſia inter emptorem & venditorem, fortè ſuper traditione rei venditæ, quia venditor negat, aut aliter impugnat venditionem, & interim labitur annus: vtrum nihilominus admittitur conſanguineus intra annum finitæ controuerſiæ. Quod videtur, quoniam non dicitur ſcire alienatam rem fuiſſe ante exitum litis. ar. l. quandiu. C. qui admit. Et ita in hac ſpecie nuncupatim voluit Iac. Ra. in l. contra maiores. & ibi quoque Pet. à Bel. perti. verſ. dicit hic Cy. column. 2. verſi. item facit hæc l. & Bal. qui hic dicit not. column. 2. verſi. ecce aliam quæſtionem, conſuetudo eſt. & Sal. in fi. C. de inoff. teſt. idem Bal. in tract. Proto. colum. 5. verſic. ſed pone quòd Titius. Collect. in c. conſtitutus, col. pen. verſ. & vt perfectius. [& ibi Ægid. Bella. colum. 20. verſ. decimoquintò, quod.] extrà de reſt. in integr. Maſſue ti. de retract. col. vlt. verſ. item pone, emptor agit. Gui. Pap. dec. 357. cauetur de conſuetudine, in princ. & omnes ꝑpè gloſſematarij conſuetudinum Franciæ.

*An currat tēpus retractus, dum res eſt cōtrouerſa inter emptorem & venditorem.*

37 SED & facit tex. in c. commiſſa, & ibi gl. in verbo, pacificam. & Doct. de elect. lib. 6. vbi tempus anni præſtitutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei qui beneficium curatum obtinuit, non ei currit, quandiu lis ab initio mota pendet ſuper huiuſmodi beneficio. Et quod traditum eſt ab Hoſt. Ioan. And. & Panorm. in c. quoniam. extrà de iur. patro. quòd pendente lite ſuper poteſtate eligendi, non currit tempus præfixum electioni faciendæ. & id clanculum probatur in c. 2. extra de in integr. reſti. Quanquam ſecus ſit, ſi lis ſit ſuper iure patronatus, per d. c. quoniam. & rurſum c. eam te. & c. cùm propter. eod. tit. ſed id fit in hoc caſu propter ſpecialem peculiaremq; ac ſingularem rationem, vt no. omnes in d. ca. quoniam. ex quo poſſumus intelligere, Ius commune in cæteris caſibus eſſe in contrarium. l. in ijs quæ contra. & l. ius ſingulare. ff. de leg. Nam & Panorm. conſi. 94. in queſtione hæredum, colum. 4. verſ. non obſtat ſecundò, lib. 2. reſpōdit, emphyteutam non eſſe in mora ſoluendi canonem, quandiu tertius ei de re emphyteutica quæſtionem facit, nec poteſt illius poſſeſſionem aſſequi. argum. d. l. quandiu.

*Tēpus promouēdi ad ſacerdotiū non currit beneficio controuerſo.*

*Nec tempus eligendi, pendente lite ſuper iure eligendi.*

38 ET idem quoque in vaſallo, qui non eſt in mora petendi inueſtituram, quandiu patitur controuerſiam feudi ab alio, qui ipſum feudum occupat, voluere Guil. Cu. Bal. Sal. Rapha. Fulgoſ. & Paul. Caſtr. in l. ſolennibus. C. de rei vend. & idem Bal. Iac. Alua. & Card. Alex. in ca. 1. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. per d. l. quandiu. Andr. Iſer. in c. 1. in prin. tit. de cap. Corra. Pet. Anch. conſ. 174. dominus, col. ult. Mart. Laud. in c. 1. in fin. tit. quib. mod. feud. amit. l. 2. Steph. Bert. conſi. 104. etiam, col. 1. nu. 6. lib. 2. & iterum conſi. 15. ex themate, num. 3. lib. 4. Guid. Pap. dec. Delph. 165. ſed iuxta, Alb. Bru. conſ. 28. viſis, colum. 2. verſi. nec obſt. Franc. Curt. Iunior in tract. feud. part. 4. in 23. cauſa priuationis, colum. vlt. verſ. 7. limitanda eſt, idem denique, ſi controuerſia ſit inter hæredes ſcriptos, & venientes ab inteſtato, de viribus teſtamenti, non currit interim tempus executionis ipſius teſtamenti, vt per Petr. Ferra. qui tamen diſtinguit, ti. forma libel, quo agit. ad red. rationem tutel. in uerbo, ac executores, col. 5. verſi. vlterius quæritur. Et facit, quod poſt Guid. Suz. tradit Albe. in prima parte ſtatutorum. q. 177. item quæritur, ſtatuto cauetur.

*Vaſallus non eſt in mora, ſi patitur feudi controuerſiam.*

39 VERVM hæc, quantum ad retractum noſtrum proximitatis pertinet, non ſunt ſine ſcrupulo apud nos, quibus eſt expreſſa conſuetudo, id tempus retractus currere ignorantibus, minoribus, abſentibus, infrà hoc eod. tit. §. 35. Nam & Mod. Pariſ. in conſuet. titu. 1. §. 42. in 5. eademque vltim. q. negat controuerſiam à tertio motam impedire curſum retractus feudalis. Cui & ego in ea re acceſſo. Præſertim cùm alia conſuetudine. §. 36. tempus curat à notificatione contractus apud acta. Veniat igitur cōſanguineus, ſi libeat, ad retractum, & ei cedet emptor cum onere illius litis motæ, vt in ſimili dicemus in uenditione facta cum pacto reuendendi, infrà titu. ſeq. §. 2.

40 SEPTIMO', quia in præcedenti quæſtione locuti ſumus, cùm controuerſia eſt inter emptorem, & venditorem, aut etiam alium extraneum, præcedentem rem ad ſe pertinere: quæro quid ſi ea ſit inter ipſum emptorem, & conſanguineum etiam contendentem rem ſuam eſſe, & ideò eam uendicantem, tandemque ipſe conſanguineus ſuccumbit, & interim tempus anni labitur, an nihilominus poterit intra annum finitæ controuerſiæ vti hoc iure retractus. Ioan. Fab. hanc quæſtionem nuncupatim poſuit in d. l. contra maiores. & rurſus in §. qui autem. Inſtitut. de excuſa. tutor. & utrobique dixit, eum admittendum. Et in id optimè facit dict. l. contra maiores, vbi pēdente quæſtione nullitatis teſtamēti, non currit tempus querelæ. Ex quo etiam not. Iacob. Areti. Cyn. Alberi. Paulus Caſtren. & Recentiores, quòd pendente quæſtione nullitatis ſententiæ, non currit tempus appellandi, quod & uoluerunt Iacob. Aret. Cyn. Barto. Alberic. in l. quamdiu. C. qui admit. ad bon. poſſ. & Bald. [poſt Iaco. Areti. Cyn. & Ray.] in l. qui teſtamento, per illum text. ff. de excuſa. tut. Bartol. in l. ſi expreſſim. colum. 5. verſ. circa tertium. ff. de appella. & in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. Angel. in l. Paulus, [aliàs incipit, mora.] §. 1. col. 2. verſ. & unum ſcias. ff. de uſur. Rapha. Co. conſ. 36. proponitur quòd A. iudex, poſt princip. Hippol. Marſil. ſingul. 152. ſuccumbens.

*Quid ſi cōtrouerſia ē inter emptorem, & conſanguineum.*

*Pendente nullitate teſtamenti nō currit tēpus querelæ.*

*Pendente nullitate ſententiæ non currit tempus appellandi.*

41 [VTI nec pendente lite admittendorum uel nō admittendorum articulorum, aut etiam alia, currit dilatio data producendis teſtibus, vt uoluit Speculat. titu. de dilat. §. vlt. in fin. per dict. l. contra maiores, & alias ſimiles, quas allegat & ſequitur, loco tamen Specula. nō deſignato. Bald. qui dicit notabile in l. quandiu inſtitutus. ff. de acquiren. hæredi. per eum tex. & in l. intra vtile. ff. de minoribus. Nec pendente lite ſuper nullitate tutelæ nō currit tempus præſtitutum proponendi excuſationibus, vt etiam uoluit Bald. in l. qui teſtamento. de excuſatio. tutor. per d. l. contra maiores.]

42 QVOD tamen intelligunt Bal. in d. l. cōtra maiores. & Ang. in d. l. Paulus. §. 1. & Rapha. Co. vbi ſuprà, d. col. 1. & iterum in fi. & multi ex alijs, quos citauimus. [Et præterea Rom. ita declarans illud dictum Specu. in d. l. quandiu inſtitutus. col. 2. uerſic. & inducitur hæc lex.] ſi probabili ratione motus, victus ille ſentētiam dixit nullam. Secùs, ſi improbabili & temeraria: tunc enim currit tempus appellandi, ne illi ſua temeritas proſit, arg. l. negotiorum. in prin. ff. de appel. & l. ſi longis. C. de execu. rei iudi. & l. tutor, in princ ff. de uſur. [& idem propemodum voluit ante hos Bart. in l. 2. §. non ſolùm. ff. ad S. C. Tertul.] Et ita intelligendus eſt Guid. Pap. qui tenet ſimpliciter tempus currere. deci. Del. 436. cùm in materia, in 70. quæſtio.

*Quomodo ſuperiora intelliguntur.*

43 SED & in noſtro illo caſu retractus. Ioā. Fab. in d. §. qui autem intelligit id, quod ſuprà ex eo diximus, niſi conſanguineus ſciens prudenſque eam litem mouerit, eo ſcilicet animo, ne tempus ei curreret, per tex. in l. cùm quidam. ff. de bon. poſſ. & l. ꝗ Seruius. ff. quod vi, aut clā. Et id quidem (inquit) præſumitur, ſcilicet, ſcienter cautimque & fraudulenter feciſſe ex eo quòd ſuccumbit. l. tutor, vel curator. ff. de admi. tut. & d. l. negotiorum. ff. de appel. niſi aliàs de bona fide appareat, d. l. qui teſtamēto. ff. de excuſ. tut. Quam Fab. ſententiam approbat Igneus in rep. l. dudum. char. 7. colum. 3. uerſ. addo unum quod not. C. de contrahend. empt. Quibus hîc adde, quæ dicemus infrà. §. 4. gl. 3. quæ eſt in uerbo, *aura cours contre le retrahant*. nume. 1. & 2. & §. 12. in gloſſ. 2. num. 4. quartò quod terminus.

*Qui ſuccūbit, cenſetur ī malā fide fuiſſe.*

OCTAVO quæro, quid ſi res fuit uendita ſub conditione, aut tempus ſtatim curret à tempore contractus, notifica-

*Vēditione facta ſub*

*cōditione, an tempus currat ante conditionem.*

notificatione facta ſecundum priuatam noſtram conſuetudinem: an verò à conditione impleta. Et videtur ſtatim currere, non aliter expectato conditionis euentu, p l.1.§.biduum.ff.quando appel.ſit, & c.biduum, in princ. 2.q.6. vbi ſi feratur ſententia ſub conditione, ſtatim ex die latæ ſententiæ tempus ad appellandum computandum eſt, nec expectandus eſt dies, ex quo conditio ipſius ſententiæ extiterit. Et ita in ſpecie noſtræ conſuetudinis nuncupatim autoritate illorum iuriũ tenuit Guid. Pap. dec.Delph.conſ.257.cauetur de conſuetudine.col.1.verſic.ſed iuxta præmiſſa, & nihil aliud allegat.

45 *Tēpus contractus inſpici, nō cōditionis.*

Sed ad huius ſententiæ confirmationem facit, ꝙ in contractibus conditionalibus debet inſpici tempus contractus, non conditionis. l.ſi filiusfamiliàs. & ibi Bart. & alij.ff.de verb.oblig. & l.2.§.ea quoque.ff.de colla. bon. & l.ult.ff.de ſtipul.ſer. & l.quæ legata. & l.ſeq ff.de regu. iur. & quæ traduntur à gl. & Docto.in l ſi vxorem. C.de cond.inſer. & Bart.in l.ſi rem meam.ff. de verbor.oblig. vti etiam locum contractus, non conditionis impletæ, inſpiciendum eſſe, tradit glo. quam omnes ſequuntur in l.ſi vxor.ff.de iudic. Nam & venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam extiterit cōditio, vt dicit tex. in l.neceſſariò.§.ſi ita res.ff.de peri. & commo.rei vendi. Et adeò quidem, vt non liceat alteri contrahentium inuito altero ab ea diſcedere, vt dicit gl. ibi. & in l.1. in prin. C.eo.titu. & in §.1. Inſtitu. de empt. & vend. & Hoſti.in ſumma, eodem tit.§.2.in fin. & Salyc.in l.ſicut.colum.2. uerſic.quæro ab extra.C.de act. & obl. & Doct.vbique. Ex quibus fit, ut creditor conditionalis teneatur ius ſuũ opponere aduerſus ſubhaſtationes intra tempora ſtatuti, non expectata conditione, ne excludatur adueniente poſtea ea conditione, ut not.uoluerunt Chriſto. Caſtel. Rapha.Co.Pet.Beſut.Hier.Tortus, & Iaſon in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur.ff.de verbo.oblig. & Catel.Cotta, qui id dicit ſing. memor. ſtatuto vel decreto, in princ. Nam & creditores ſub conditione mittuntur in poſſeſſionem.l.in poſſeſſionem. & ibi glo. quæ declarat, & l.ſi filiofamilias.ff.quib.ex cau. in poſſ. eat. Poſſuntq; petere ſeparationem.l.creditorib.ff.de ſeparati.

46 Sed & ex ijs fiunt, quæ Bal.tradit in l.1.ad fin.C.de nundi. Primùm, quòd ſi ex ſtatuto nō debet ſolui gabella ex contractu facto in nundinis: ſi in illis fiat cōtractus conditionalis, cuius conditio extet poſt nundinas, non debetur gabella, inſpecto ſcilicet tempore contractus, non conditionis. Ita enim eum refert & ſequitur Franc. Aret.in l.hæres quandoque, colum.vlt.ff.de acq. hæred. vbi id dicit ſing. & conſi.11. procedendum eſt breuiter, colum.1. Et id quidem veriſſimum eſt, quia ibi cenſetur fuiſſe contractum, ubi inter partes conuenit, non ubi cōditio euenit. gloſſ.in l.ſi uxor.ff.de iud.ar. d.l.ſi filiusfamilias.ff.de uerbor. obl. Ideoque ibi debet ſolui gabella, ubi contractus eſt initus, non in loco conditionis, ut per Firm.in tract.gabel.in 5.parte princ.q.11. & iterum par.6.q.1.ubi & alia multa id allegat, atque etiam in 3. par.8.partis prin.q.27. Alterum dictum Bal.in d.l.1.de nundi. huiuſmodi eſt, quòd ſi ſtatutum prohibet contrahi ſuper bonis rebellium, etiam contractus conditionalis non tenet, licet conditio exiſtat poſt rebannitionem: quod dictum ſequitur Iaſ. d. l. ſi filiusfam. in princip.ff. de uerborum oblig.

47 *Contra, tēpus conditionis inſpiciendum.*

Vtrum Gul.Cu.loquens in hoc caſu retractus, in l.1.§.annus.ff quan.actio de pecul. tenet expectandam eſſe conditionem, vt tempus cōſanguineis currat, per tex. ibi, qui ad hoc eſt optimus, & l.Titius, quæ eſt pe.§.procedit autem.ff.de excuſ.tut. & ſequitur Alber. in d.§. annus, & in 1.parte ſtatutorum, qu.97.ſed nunquid proximior, in fin. quibus locis ad hoc quoque citat l. tali. in princip.ff.de iure dot. vbi etiam eſt text. optimus in ratione, cùm dicitur, ne ſi alias obſeruaremus, &c. & l.bouem. §. ſi ſub conditione, qui eſt ult. ff. de ædili. edict. vbi item eſt optimus tex. Et priori quoque loco allegat. l.Caius.ff.de excuſa.tuto. Sequitur item Bal.in tract.Proto.col.5.verſ.ſed quæro, quid ſi aliqua res, vbi etiam allegat.l.1.ff.de iure deliber. Et idem uoluit [Aegid. Bellame.in c.conſtitutus, col.12.uerſ.quarta pars, de reſtit. in integ. Cæpolla in d.l.bouem. §. ſi ſub conditione.num. 6.ff.de ædil.edict. &] Geral.Bago.in ſua diſputatione retractus: vbi & ad hoc quoque bonum tex.allegat in l.cũ notiſſimi.§.illud.C.de præſcript.30.vel 40.anno. Sed & in eadem opin.fuit Sebaſt Neapodanus in tract. de iure congrui, in uerbo, emit. & Matt. Afflict.in tracta.Protomi.in verbo, licet enim ſuprà diximus.colum. antepen. verſ.ſed an ſi uendita, motus, quia non transfertur dominium, niſi impleta conditione, ſecundum Barto.in l.ſi is qui pro emptore, in 4.q prin.ff.de vſuc. & facit (inquit.) l.cedere diem.ff.de verbo.ſignifi.

Cvi adde & alia iura, id quod diximus, probantia, ſcilicet dominium non transferri ex contractu, aut alio actu conditionali, niſi conditione exiſtente. l.ei qui ita hæreditatem.ff.de condi.inſti. & l.qui hæredi.§.vlt.ff.de condi. & demonſtra. & l.qui abſenti.§.1. & ibi Bartol. & alij.ff.de acquiren.poſſeſſ. & c.ſuper eo. extrà, de condi. appo. & ibi gloſſ. quæ adducit concord. & diximus in repet.l.ſi unquàm.in uerbo, reuertatur.nume.225. deinde quia huiuſmodi, vbi & alia quædam huc pertinentia attulimus, vt ibi uidere poteris. Sed quibus addere potes. l.hæc uenditio.ff.de contrahend. empt. ex qua probatur tum demum conditionales uenditiones perfici, cùm impleta fuerit conditio. Ex quo nec ex ea ante euentum conditionis agi poteſt, nec debentur laudimia, nec ius prælationis aliàs competens domino, nec ob eam rem emphyteuta cadit in commiſſum: quæ omnia latè executi ſumus ſuprà eod.§.in verbo, *à vendu*, quæ eſt gl.2. nu. 22.ſed & illud in dubium, & ſeq. vbi & alia multa diximus his conuenientia, vti etiam faciemus.tit.ſeq. §.2.gl. 1.num.72.ad decimumſeptimum. 48

Nec interim omittam tex.in l.vlt. §.ſin autem auaritiæ.C.com.de leg. cuius autoritate. Bald.conſi.351. itē ad illud.lib.3. tradit fideicommiſſi conditionalis vſucapionem non currere, antequam exiſtat conditio. Et regulare eſt, vt aliàs non currat tempus, niſi impleta conditione, vt uoluit Bart. qui id dicit multum not.in l.ſi cui legetur, in fin.princ. & ibi poſt Bald. Angel. Rapha. Florian. Alex.Franc. Aretin. & Iaſ.ff.de legat.1. Bald.in l.id quod pauperibus.col.3.verſ.ſecundò an iſte annus.C.de epiſcop. & cler. & in l.1.in 12.q.C.de his quæ pœnæ no. & in Rubri.C.de contrahen.emptio.in 23.q. 49

Nam & cùm tempus aliàs apponitur actui, qui dependet ex futuro euentu, uel facto alterius, id non currit pendente dubio euentu. l.3.§.ſi quis hęredi.ff.de ſtatuli. & l.ſi cui.ff.de lega.3. & l.ſi rem.§.vlt.ff.de pign. act. & l. ſi mandauero Titio.ff.de mand.gl.in l.in illa ſtipulatione, ſi calendis.ff.de uerbo.obliga. Socy. qui alios citat, cōſil.76.uiſa facti contingentia.colum.4.uerſ. confirmatur alia bona ratione.lib.1. Vt non mirũ videri debeat, quod reſpondit Paul.Caſt. conſ.21. ad primum quæſitum, in primo dubio, lib.2. quòd ſi ex ſtatuto præſumitur uenditio ſimulata, ex eo quòd uenditor ſtat in poſſeſſione certo aliquo tempore, id tempus non currit in uenditione conditionali, niſi impleta fuerit conditio, per multa etiã ibi alleg. Et uide quæ ſcribit Ange.conſ.266. dictum legatum, in fin. 50

*Quare in ſententia tempus ipſius, nō cōditionis inſpicitur.*

Nec huic ſententiæ poſteriori obſtat. d.§.biduum. & dict.c.biduum. ſuprà in princ.huius quæſt.citata, quæ loquuntur de ſententia lata ſub conditione: quia ſpeciale eſt in eo caſu, in cæteris autem temporum præſcriptionibus ſecus eſt, per iura ſuprà allegata: & expreſsè uoluere. Barto. & alij in d.§.biduum. & glo.in d.c.biduum. Rationem autem huius ſpecialitatis aſſignat Bart. vbi ſuprà, autoritatem rei iudicatæ, vt etiam facit Nicol.Neapol.in





pol.in d.l. ſi cui legetur. §.1.ff.de legat.1. & ibi quoque Alex.in princ.illius.l. & Iaſ.colum.vlt. qui & aliam rationem affert, quia quando iudex ſententiam fert ſub conditione, ſtatim incipit grauare partem: ideò ſtatim incipit currere tempus ad appellãdum, eò maximè, quia quãdo conditio extabit, retrò fingitur purè iudicatum fuiſſe à tempore ſententiæ, vt & aliàs l.ſub conditione.ff.de ſolutio. ideò ſtatim appellari debet, vt not.in d.c.biduũ. Super hoc tamen relinquit cogitandum.

52 *De eadem re.*

Ego autem quantum ad id quod poſtremo loco dicit, non ei accedo: quia illa eius ratio concluderet tam in contractu, quàm in ſententia, cùm in vtroque conditio retrotrahatur, vt in contractu probat.d.l.ſub cōditione, ab eo citata & aliæ infinitæ. De ſententia verò, vt hoc illi addam, uoluit Bald.in l.non dubium.col.5.in 5. opp.C. de legib. vbi id dicit probari in l generaliter, poſt princ. C.de reb.cred. Et de hoc quoque per ipſum Bald. in ca. præterea requiſiſti.col.1.uerſ.opponitur.extrà, de appel. Bar.in l.ſi is qui pro emptore.col.15.verſ.ex his cùm aſſiderem, & ibi quoque Iaſ.col.65. uerſ. iuxta prædicta, cum multis ſeq.ff.de vſuc. Id autem, quod primum dicit Iaſ. ſatis placet. nam ex eo quòd quis lædi poteſt, vt ex ſententia conditionali, iam lædi cenſetur. glo.in l.ſi quis iniquum, quæ eſt 3.§.1.uerſ.hæc pœna.in uerbo, experitur.ff.quod quiſque iur. vbi Bal. eam no. pro appellantibus, qui dicunt ſe læſos, ob id quòd lædi poſſunt. & bene facit tex.ibi. Et hanc rationem ei, quod de ſententia conditionali dictum eſt, aſſignat Bald.poſt Innoc. in ca. quòd ad conſultationem.colum.2.verſ.vlterius.not.extrà, de re iudic. & Panor.in d.c.præterea requiſiſti.col.4. verſ. & quamuis hæc op. & ibi quoque Philip.Franc.colum.3.extrà, de appell.

*Læditur ex eo quod lędi poteſt.*

53 *De eadem re.*

Idem autem Bal.in l.ſi prædium.col.3.uerſ.ſed pone celebratus. C.de ædil. act. aliter de hac re loquitur: nam ſi contractus (inquit) eſt conditionalis, non poteſt interim, dum pendet, agi redhibitoria, uel quanto minoris: quia vbi non poteſt eſſe obligatio, non poteſt eſſe reſolutio, per d.l.bouem. §.ſi ſub conditione. ff. de ædil. edict. Aliud autem eſt in ſententia conditionali. d.§.biduum quia ibi non petitur abſolutio, ſed iniquitatis declaratio: vnde vbi petitur abſolutio, vt in ſententia excōmunicationis, non currit tempus appellandi. d.c pręterea requiſiſti.extrà de appel. quo in loco videbis omnes Doctor.ſuper interpretatione.d.§.biduum.

54 *De eadem re.*

Adeo autem lædit ſententia conditionalis (vt id quoque addas) vt ſi condemnatus, etiam ante conditionē efficiatur de foro alterius iudicis, tamen adueniente conditione manet ligatus; vt tenuit Bartho. Brix in quæſtionibus venerabilibus, quæſt.42. eſto quòd ſententia, per d.§.biduum. De quo tamē & ſimilibus vide gloſ. in c.à nobis.le 1.in verbo, nō niſi ſubditi, & ibi Panorm. de ſentent. excom. & in c.Salonitanæ. in verbo, ſub excommunicationis.63. diſtinct. Archid.in c.2.de conſtit. lib.6. Ioan. And.in c. cùm ſunt.de reg.iur.eod.lib. Bald. in d.c. præterea requiſiſti, colum. 2. verſic. quæro pendente, & ibi Cardin.Alexan. col.2 verſ.quòd ſi lata.extrà de appel. Lapum allega.48. magiſter.col.2. & Panor. in c.vlti.col.pen. & ibi quoque Anton.de offic.delega & Petr.Ancha.conſ.158.ex narratis.col. vlt. Cæterùm etiã in ſententijs conditionalibus cùm de alio quærimus, quàm an tempus currat appellationi, certè tempus non currit ante cōditionem impletam, vt in pulchro caſu ſingu. uoluit Bal.in l.data.colum.antepen.verſ.ſed pone aliquis fuit.C.qui accuſ.non poſſunt, vbi id videre poteris:

55

Igitvr (vt repetamus) in uenditione conditionali non currit tempus retrahendi conſanguineis ante impletam conditionem: quando & videri poſſet, non prius eſſe eos admittendos, ex ijs quę diximus ſuprà eo. § in gloſſ.2. quæ in verbo, *à vendu*.num.22.ſed & illud, & ſequen. Ex quo etiam infertur, vel ſi nulla alia eſſet ratio, illis interim tempus non currere. l.1.in fin. C.de anna.excep. & l.1.C.de bon.matern.cum ſimil. Sed tamen aliæ ſunt rationes, hanc rem minimè dubiam relinquentes, vt patet ex ijs quæ diximus. Id quod tamen velim intelligas, niſi is qui ita ſub conditione uendidit, non expectata conditione, rem emptori tradiderit. Nam cùm tũc etiam ante impletam conditionem dominium transferatur. l.dotis fructus.§.vlti. & l. ſeq.ff.de iure dot. & latè diximus ſuprà in eodem uerbo, *a vendu*, num.38. quòd ſi prior, & ſequen. vbi etiam oſtendimus, ex huiuſmodi venditione conditionali, ſecuta traditione, emphyteutã, & vaſallum cadere re ipſa uēdita, & alia multa diximus huc pertinentia: etiam crederem, hoc caſu tempus currere, niſi & ipſa traditio fuerit etiam conditionalis, vt ibi quoque diximus.

*Quid ſi ante cōditionē res fuit tradita.*

Sed & hoc quoque ita putaram procedere, ſi traditio facta fuerit in ipſo inſtrumento uenditionis, vt quia appoſita eſt clauſula precarij, ſiue conſtituti, aut quia notarij atteſtantur in eodem inſtrumēto, rem ipſam in eorum præſentia fuiſſe realiter traditam: ita ſcilicet vt cōſanguineus, ſimul vbi reſciuerit uenditionem eſſe conditionalem, ſciat quoque rei traditionem. Aut etiam aliter traditio ita facta fuerit, vt ueriſimiliter conſanguineum non latuerit, non magis quàm ipſa uenditio, quia ſcilicet palàm & in propatulo facta eſt, aut etiã emptor palàm incumbit poſſeſſioni. Nã quid ſi traditio & poſſeſſionis apprehenſio adeò clãdeſtina ſit, vt de induſtria ita ueriſimiliter facta fuerit, quo conſanguineus caperetur fraudareturque retractu? dum uidens uenditionem conditionalem fortè ſibi ob oculos ex compoſito obtruſam, & cuius ideò retractandæ tempus non currit, ignorans autem traditionem occultam, non ſe ad retrahendum accingit, putans ei tempus, vt fert contractus, non currere. Et certè nullus eſt, uel prudentiſſimus quiſque, qui non hac ſpecie vel uti hamo, non ſecus ac piſcis, caperetur. Nemini autem fraus ſua prodeſſe, aut patrocinari debet. l.2.C.qui milit.non poſ.lib.12. & c.ſeries. & ca.ex tenore.extrà de reſcrip.cum ſimili. à me adductis ſuprà in verbo, *ou lignagier*.num.67. denique ſi diceremus. Et ſi aliter diceretur, eſſet uiam aperte fraudibus, cùm id quotidie fieri poſſet, cui obuiandum eſt. l. cùm hi. §. ſi cum lis.ff.de tranſact. & capitu. quanto. de diuort. cum ſimilibus. Et hìc eſt quædam præſumptio fraudis, ob id quòd ſeorſum, & occultè præter conſuetudinem factum eſt. argumen.l.vlum.ff de rit.nupt. & eorum, quæ dicemus infrà titul.ſequen. in præfat. numero duodecimo, ſecundum, & ſequent. Et aliàs in certis caſibus, vbi eſt quæſtio de præiudicio alterius non ſufficit clandeſtina traditio, vt patet ex ſcriptis ab Andr. Iſern. Iacob. Aluarot. & Cardinal. Alexandri.in capit.1.titu.qui ſucceſſ. feud.dar.tene. Et faciunt etiam, quæ dicam de ignorantia aduerſarij noſtri à nobis procurata, infrà §.35. gloſſ. quarta, in uerbo, *ignorans*, numero 30. ſeptimum è diuerſo. Vide tamen quid in ſimili dicat Arno. Ferro.in conſuetud.Burdig.titul.de retractu.§.primo, pagin.ſexta, verſic. & ideò. 56

Intellige præterea generaliter, quod dictum eſt, in conditionibus non currere vſucapionem, niſi conditione impleta (id enim volui obiter dicere, licet non admodum ad noſtrum retractum pertineat) vt ſcilicet procedat, niſi condō talis eſſet in poteſtate partis: tunc enim ſi negligat adimplere, æquè aduerſus eum currit vſucapio, ac ſi conditio impleta fuiſſet. l. prima, §. qui ſub conditione, & ibi Gulielmus Cuneus. ff. ſi omiſ. cau. teſta Bald.in l.eum qui.C.eodem titulo. Romanus [in l. quandiu inſtitutus, colum. 2. verſicu. nota quòd antequam. ff. de acquirend.hæredita. &] conſilio 84.circa id quo quæritur, col.ſecunda, verſicu. ſecundò per id quod dicimus. & Franciſc.Balb. in tracta.præſcript.in 3. quæſtio.princ.4 par.4. etiam part.princip.colum 2.verſ.ſecundò 57

cundò per ea. [licet contrarium tenuerunt Bald. ſibi contrarius, & Ang. in d. §. qui ſub conditione.]

58 *Tempus retractus quādo currat in re uendita cū pacto legis commiſſ. uel adiect. in diem.*

NONO quæro, quid ſi res vendita fuerit cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, à quo tempore currat annus datus conſanguineis ad retrahendum, an à venditione ita facta, an verò à conditione reſolutoria ceſſante. Vide per Dom. Boër. in conſuetudinibus Biturigum hoc eodem tit. §. 1. vbi hanc rē latè tractat, definitque, non currere tempus, niſi ceſſante dicta conditione, de quo & nos tractabimus in tit. ſeq. *de retraict conuentionel*. §. 2. vbi videre poteris. Sed vnum hîc dixerimus, id procedere, cùm huiuſmodi pacta fiunt ſub conditione, vti plurimum fieri aſſolet ſecùs ſi purè facta fuerint, ſed ita vt ſub conditione reſoluantur, vt quandoque etiam fit, atteſtante Iuriſconſulto in l. 2. ff. de in diem addi & in l. 2. ff. de leg. commi. tunc enim aliud dicendum eſſet, vt patebit ex iis quæ dicemus in d. § 2. titu. ſeq. num. 60. ſed & illud quoque.

59 *Quid in re uendita cū pacto reuēdendi.*

DECIMO quæro, quid de venditione facta cum pacto de reuendendo intra certum tempus reſtituto precio: an tempus currat ſtatim à contractu venditionis, an à tempore huius facultatis redimendi finitæ: multum. n. intereſt inter huiuſmodi pactum reuendendi, & illa adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ, de quib. locuti ſumus in pcedenti q. Illa enim ipſo iure reſoluunt ſine alia traditione, hoc minimè, vt latè dicam infrà d. titulo ſeq. §. 1. in glo. vlt. Quid igitur dicendum ſit in hoc caſu, videbis latiſſimè in eo ipſo tit. ſeq. §. 2. vbi eſt conſuetudo, quæ de hac re loquitur. Et ibi quoque videbis, quid in alio caſu huic affini dicendum ſit, videlicet ſi quis uēdit annuum reditū pecuniarium cum facultate redimendi reſtituto precio intra certum aliquod tempus. Et ſi id non fecerit, ex nunc prout ex tūc, & extunc prout exnūc, cedit fundum loco illius reditus: venditor autem non redimit intra illud tempus, & ſic fundus manet emptoris: poteritne conſanguineus poſt annum ab illa facultate trāſactū, fundum retrahere, an uerò debuit intra annum contractus venire? Cuius tamen rei uolui hîc admonere Lectores, vt hîc idipſum conquirentes, habeant locum, vnde poſſint depromere.

*Alia quæſtio.*

60 *Quæſti. an remotiores poſſint cogere proximiores ad retrahēdū ante tempus.*

VNDECIMO, quia hæc conſuetudo præbet annū conſanguineis, alia autem in §. 11. dicit anteponendos eſſe proximiores remotiorib. an ipſi remotiores poſſunt cogere proximiores, ut non expectato anno integro retrahant intra aliquod certum tempus arbitrio iudicis ſtatuendum. Iaco. Rayn. & poſt eum Cynus, Alber. colum. vlt. & Paulus Caſtrenſis expreſsè loquentes de hoc caſu in l. ult. C. de furtis, ſcribunt poſſe cogi, argumen. illius l. & l. 1. ff. de curat. bon. dan. & l. mancipiorum. ff. de opt. leg. id quod ipſe Paulus dicit ſingulariter, & menti tenēdum, quia quotidie poteſt contingere Et idem tenuit ipſe Alber. in l. dudum. C. de contrahenda emptione, & in prima parte ſtatutorum, quæſt. 90. quid ſi proximior. Et quiſquis eſt in Margar. Bald. in uerbo, alienatio. column. ult. & Geral. Bago. in tractat. retractus, uerſic. quæro quādo proximior, in ſecunda concluſione, & Bened. in repetitione c. Raynutius. in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, nume. 156. extrà, de teſta. & Igneus in repetitio. d. l. dudum, colum. 26. uerſicu. unum autem circa prædicta, cum multis ſequentibus. C. de contrahen. emptio. & Boër. in conſuetud. Biturig. hoc eodem titu *de retraict*. §. 2. colum. pen. uerſicu. ſed quid an remotiores. & Albert. Brunus, conſi. 67. dum dubitatur ad fin. & Ferro. in conſuetud. Burdigal. hoc quoque titu 54. & Chaſſ. in poſtrema editione commentariorum in conſuetudines Burgūdiæ, hoc item tit. §. 1. in uerbo, *le plus prochain*, columna 3. uerſic. ſed quæro, ſunt plures, & iterum §. 2. colum. 1. uerſi. aduerte tamen, ubi dicit ſemper. ſe fuiſſe in ea op. quamuis in duabus prioribus editionibus contrariam ſententiam tenuiſſet, d. §. 1.

QVORVM ſententiam non mediocriter fulcit, quod ſcribit gloſ. in l. quandiu inſtitutus, in uerbo, inſtituto. poſt medium, & ibi quoque omnes propemodum ſcribentes. ff. de acq. hær. quòd creditores hæreditarij poſſunt petere, ut hæredi ſtatuatur tēpus ad adeundam hæreditatem, per d. l. 1. ff. de cur. bon. dan. & l. 4. ff de bo. auto. iud. poſ. & l. ſi quis inſtituatur. ff. de hære. inſt. Et poſt id tempus non auditur hæres. l. diffamari. C. de ingen. manumiſ. & l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. & alijs iurib. ibi allegatis. De quo etiam per Corn. conſilio 302. licet in propoſitione, colum. 1. li. 3. Et quod etiam uoluit alia gloſſ. in cap. ulti. in uerbo, duntaxat. ibi. quia capitulum poterat, de conſuet. libro 6. quòd cùm Canonicis ex cōſuetudine competit ius optandi præbendam, quo caſu illis ſtatuitur tempus uiginti dierum, per d. ca. ult. poteſt capitulum antiquiori aliud breuius tempus ſtatuere, puta duorum dierum ad optandum, ut ſic poſt id tempus detur locus ſequentibus: & ſi hoc non fecerit, ſibi imputet. Et ibi eam glo. ſequuntur omnes. 61

EGO tamen de hoc caſu retractus multum dubitarem, ſtante conſuetudine, cuiuſmodi eſt apud nos infra eod. §. 11. ubi expreſsè cauetur, quòd licet proximiores cæteris ſint præferendi, tamen non ſunt impedimento remotioribus, quin poſſint, ſi priores venerint, intra annum retrahere, ſed ita proximioribus poſtea uenientib. intra eum annum cedere debeant. Iura autem illa, quib. innituntur illi DD. & quæ præterea ſupra citauimus, loquuntur in caſibus, in quibus, nulla patet uia poſterioribus, niſi prioribus excluſis: quæ res eſt admodum diuerſa. De quo & tu uide text. in d. l. quandiu inſtitutus, ubi ſcribitur, ideò inſtituto poſſe à Prætore, ſubſtituto petente, tempus præſtitui ad adeundam hæreditatem, ut niſi id faciat intra id tempus, locum faciat ſubſtituto: quia ipſi ſubſtituto locus non eſt, quandiu inſtitutus admitti poteſt. Et ſic ibi apertè declaratur à contraria ratione, atque etiam à contrario ſenſu, quòd ſi ſubſtitutus admitteretur à principio, nihil eſſet, quo cogi poſſet ac deberet inſtitutus adire ante tempus in id à iure cōceſſum. Ideóque per illum tex. Petr. Anchara. in ca. cùm in tua. col. 1. verſic. atque etiam, per text. ibi, dicit, quòd quando plures ad idem admittuntur ordine ſucceſſiuo, præfigitur priori terminus. 62

QVOD autem dictum eſt de creditoribus hæreditarijs, id ideò eſt, quia interim, nondum ſcilicet adita hæreditate, agere non poſſunt, nec ſuum debitum repoſcere. Similiter in d. cap. vlt. de conſuetu. poſteriores nō poterant optare, quandiu locus eſſet antiquioribus. Hîc autem remotiores offerre poſſunt & retrahere, vt dictū eſt: ideò non poſſunt cogere proximiores ante tempus illis à conſuetudine conceſſum: nec iudex illis petentib. poteſt id tempus abbreuiare, vt noſtrorum verbo vtar. l. 4. §. ſi quis condēmnatus. ff. de re iud. cum ſimilib. Nec enim indultum à lege vel ſtatuto beneficium, eſt cuiquā auferendum. c. indultum. de regu. iur. lib. 6. vbi glo. id dicit procedere in omnibus temporibus conceſſis à lege, ſine tacito uel expreſſo mandato iudicis. De quo ta pleniſſimè uide per Imo. Roma. & Alexandrum in l. 2. ff. de re iudi. Anton. Panorm. & latiſſimè Felin. in ca. cùm ſit Romana. extra, de appellationibus. ita tamen vt non omittas gloſſam, quæ id quod diximus tradit in ſimili caſu, in c. ſi tibi abſenti. in verbo, terminum. de præbend. libro ſexto. 63

DVODECIMO quæro, quid ſi quis vendat rē vxoris, aut alterius nomine ipſius vxoris, aut alterius domini, qui poſtea eam venditionem ratificat: curritne tēpus conſanguineo à tempore uenditionis, an vero ratificationis. Nam multa ſunt, quæ rem dubiam faciunt. Primùm enim, ut inſpici debeat tempus cōtractus, illud eſt, quòd ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur. l. licet. ff. de iudic. & l. vlt. C. ad ſenatuſc. Macedon. & c. rati- 64 *Quæſti. an tēpus currat à tempore uenditionis, an ratificationis factæ à domino rei venditæ.*

habi-



habitionem. de reg. iur. lib. 6. cum ſimilib. Etiam in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum. l. quod de ſpeciali. & ibi Bald. ff. de mino. & l. vlt. §. 1. & ibi Phil. Dec. in ſecundo not. ff. quod quiſque iuris, & cap. vlt. de iureiur. lib. 6. & c. 1. de homicid. eodem lib. 6. Archid. in c. qui ad agendum, de procurat. eod. lib. 6. Old. conſil. 199. pro fundamento, col. vlt. Ioan. Andr. in ca. cupientes. §. quòd ſi per 20. de elect. eod. quoque lib. 6. Bald. & Salyc. in l. ſi maritus. C. de manda. vbi Bald. dicit text. in d. §. q ſi de ſpeciali, eſſe ad hoc not. & idem Bald. in l. multum, column. 2. verſic. ſed nunquid ex ſola, & ibi quoque Salyc. colum. 3. C. ſi quis alteri vel ſibi. Angel. in d. l. licet. colum. 1. ff. de iudicijs. Alexand. conſi. 78. viſo & diligenter, colum. 4. verſic. nec prædictis obſtat, lib. 5. quod iterum repetitur conſil. 26. & idem Alexan. conſil. 133. circa executionem, colum. 2. verſ. poſſet etiam ad cautelam, eod. lib. 6. Fel. in c. nonnulli. §. ſunt & alij, colum. 6. verſicul. amplia quintò. extra de reſcript. & in c. ſicut, le 2. in fin. extrà de ſimo. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, colum. 5. verſi. ſecundo inquantum. ff. de acquiren. hæred. Philip. Dec. in l. ſemper qui non prohibet, col. 1. ff. de reg. iur. Alc. in c. cùm non ab homine, nu. 70. extrà de iud.

65 *Ratificari poſſunt, q ſpāle mandatum requirunt.*

QVAMVIS tamen ſciam nonnullos in ea eſſe ſententia, ut quæ requirunt ſpeciale mandatum, ratificari non poſſint: in quibus ſubobſcurè uidetur fuiſſe Accurſius in l. per procuratorem. ff. de acquiren. hæred. & in d. l. ſi maritus. C. mandati. Sed huius contrarium expreſſim ille ipſe tenuit in l. proinde. §. primò. in uerbo, abſentem. ff. ad leg. Aquil. & in l. cùm fundus. §. ſeruum. in uerb. præſtaret, ff. ſi certum petatur. Et huic poſteriori ſententiæ magis accedo: eique à ſtipulatur bonus text. in l. tertia. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris, cùm ibi dicitur, ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, uel ratum habui.

66 *Ratificatio facit cēſeri actum eſſe ratificantis.*

SED è contrario quòd tempus ratihabitionis debet inſpici, facit quod in ſimili conſuluit Bald. conſi. 14. punctus. nunquid illi, lib. 5. & Paul. Caſtr. conſ. 217. uidetur dicendum quòd tempus, lib. 1. ubi in caſibus, de quibus loquuntur, concludunt, tempus non niſi à ratificatione currere. Et hæc quoque ratio huc ſpectat, quia huiuſmodi ratificatio facit, ut ea uenditio cenſeatur eſſe facta ab uxore, aut alio domino ratificante, non ab ipſo uenditore. l. ſi pupilli. §. item quæritur, in illis uerbis, ſed ratificatio fecit tuum negocium. & iterum in §. ſeq. & ibi not. ff. de nego. geſt. & uoluit Spec. tit. de iud. §. 2. uerſ. ratihabitione, vt ab omnibus ubique allegatur, ſed eſt in uerſi. ex prædictis, iunctis ſeq. Cyn. Bart. Bald. & alij, in l. ſi pecuniam. C. de nego. geſt. Ex quibus Bal. expreſſim dicit, quòd tum demum incipit currere præſcriptio actionis, quę hinc oritur, cùm ratificatio facta fuerit. & idem Bar. in l. 1. §. ſed & ſi cùm quis. paulò poſt princ. ff. de ui & ui arm. & in l. Pomponius, in princ. non ſemel. ff. de nego. geſt. & Franc. Aret. conſi. 127. eximiæ, col. 2. uerſi. & præmitto. Soc. in conſ. 158. uiſis proceſſu, col. 3. uerſ. item in prima cauſa, lib. 2. Philip. Dec. in d. l. ſemper qui non prohibet, col. 2. uerſ. & quando laudum. ff. de reg. iur. & cōſ. 281. uiſo puncto, col. 2. uerſ. & cùm ipſorum.

67 *Actum facit, qui ei robur dat.*

NAM & aliàs ſemper, qui dat robur actui, qui aliter eſſet inutilis, ipſum actum conficere cenſetur, ſecundum Iacob. Bel. in §. interim. in Auth. de manda. princ. Bart. & alios, in l. & quia, quam legit cum l. more. ff. de iuriſd. omn. iud. Bal. in l. ex placito, col. 3. C. de rer. permu. Rom. conſi. 98. quo ad id de quo, in princ. cum ſim. nam geſtum nomine alterius, non habet robur, niſi cùm ratū habitum eſt. c. ſi tibi, de pręb. lib. 6. Ideò non niſi ab eo tempore ius eſt quæſitum conſanguineis ipſius uxoris, aut alterius domini: neque enim potuiſſent retrahere, cū nondum res uendita eſſe cenſeri poſſet à ſuo ipſorū conſanguineo, donec uenditionem ratificauerit. Ex quo ſequitur nec illis tempus antè currere. l. 1. C. de bo. mater. & l. 1. in fi. C. de an. excep. cum ſim.

ET vt tempus ratificationis inſpici debet, ita & locus, potius quàm prioris contractus. Fac enim alium rē meam nomine meo uendidiſſe Pictaui, & eam me uenditionem ratam habuiſſe in hoc noſtro oppido Fontenaij; cenſetur contractus hic factus, vbi ratificatio facta eſt, non Pictaui, vbi contractus factus eſt. Ita enim expreſſim voluit Albe. in l. dummodò, quæ eſt 2. in fin. princ. ff. de procu. quia (inquit) ante ratificationem contractus non tenebat. l. qui abſenti. ff. de acqu. poſſ. & cùm ad perfectionem actus duo requiruntur, dicitur ex vltimo perfici ac conſummari. l. quoties. C. de rei vend. quæ quidem rationes & ad noſtrum caſum peculiariter pertinent. Et huius quoque ſententiæ, quantum ad locum, fuit glo. quam ille non citat, in Clemen. 1. in uerbo, collato. & ibi quoque Petr. Ancharan. & Imol. qui eam glo. dicunt ſing vt li. penden. 68 *Ratificationis locus inſpiciēdus, nō cōtractus.*

NEC ratihabitio retrotrahitur, niſi in præiudicium eius qui ratum habet, non alterius, ar. l. ſi partem. §. vlt. ff. quemad. ſer. amit. & l. 1. §. ſi quis filium. ff. ſi tabu. teſta. nullæ exta. & l. potior. §. 1. ff. qui pot. in pign. habe. & uoluit gl. in l. ſi indebitum. §. ſi procurator. in verbo, cōmitti. & ibi Bar. ff. rem rat. hab. glo. & Ioan. And. in c. ratihabitionem, de regu. iur. lib. 6. Spec. tit. de oblig. & ſol. §. 1. verſic. item pone obligaſti, qui quidem uerſic. in quibuſdam codicibus eſt ſub verſicu. quid ſi ago contra. Gul. Cu. Bar. Bal. & Sal. in l. aliena res. ff. de pig. act. Albe. in l. vlt. col. 1. & ibi Bal. poſt princ. qui id declarat. C. ad S. C. Maced. Bar. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & in l. ſi uxor. §. ſi quis uxorem. ff. de adulte. Bal. in l. obſeruare. §. poſt hæc, col. 3. verſic. circa quintum. ff. de offic. proconſ. & in l. ordo, ad fi. C. de exec. rei iudi. & in Authen. ei qui, col. 1. uerſic. quæro nunquid poſtquam. C. de tem. app. & in l. 1. col. ult. per illum tex. & ibi etiam Saly. col. 2. C. an. ſer. ex ſuo facto. & quiſquis eſt inter conſi. ipſius Bald. conſi. 223. proponitur quòd vnus, col. 1. lib. 2. Ang. conſ. 279. punctus talis eſt in conſi. in fi. Pau. Caſtr. conſ. 228. pro declaratione. lib. 1. & conſ. 195. viſis his quæ narrantur, col. 3. verſ. & ex hoc videtur, lib. 2. Franc. Aret. in l. Pantonius, col. 3. ff. de acquir. hæred. Alex. conſi. 42. viſis & optimè, col. 2. uerſ. ſed ita eſt, lib. 4. & d. conſ. 78. col. 4. vbi ſuprà, lib. 5. & conſ. 167. quoniam res, col. 1. lib. 6. Socin. conſ. 126. in cauſa 2. decreti, ante med. lib. 4. Feli. in d. c. ſicut. le 2. col. ult. uerſic. ſextò fallit. Iaſ. in l. filio quē pater, colum. 4. uerſ. item facit quod ratihabitio. ff. de libe. & poſthu. & l. Pomponius. §. quęſitum. colum. 1. ff. de acq. poſſ. & in l. ſi is qui pro emptore, colum. 3 2. verſi. 3. ratio. ff. de vſucap. Philip. Deci. in d. l. ſemper qui nō prohibet, colum. 3. uerſic. tertiò regula principalis. & conſil. 247. in cauſa magnifici Baronis, colum. pen. uerſic. ſextò & vltimò, & conſil. 460. viſo puncto, ad fin. Matt. Afflic. deciſ. Neapol. 286. Iacob. & deciſio. 335. pro dec. nu. 12. 69 *Ratihabitio non retrotrahitur in præiudiciū tertij.*

EX quo illud fit, quòd ſi ex quolibet contractu, ut alio actu, ex quo ius quæritur, debet ſolui gabella intra menſem à die contractus, & quiſpiam aliquid vendidit nomine alterius, qui poſtea uenditionem ratificauit, debet ex illo ſtatuto ſolui gabella ei, cui debetur tempore ratificationis, non autem ei, cui debetur tempore illius uenditionis, ut à nonnullis dicitur voluiſſe Bald. in d. l. obſeruare. §. poſt hæc, in 10. quæſtio. ff. de offic. Procon. ea quam diximus ratione, quòd ratificatio non retrotrahitur in præiudicium alterius. Id quod commendat & ſequitur, dum ſimpliciter alleg. Franc. Aret. in l. ſi Stichum. & §. ſtipulatio, ad fin. & ibi quoque Barba. col. 19. ff. de uerbo. obligatio. Sed caue, quia Bald. ubi ſuprà, videtur tenere contrarium. 70 *Ratificationis tempus inſpiciētur, non actus.*

EST autem generale, vt cùm quid retrotrahitur, intelligitur in præiudicium eorum, qui actum faciunt, non aliorum. Siue id ſit collatio. ca. ſi pro te, de reſcrip. lib. 6. Siue cōfirmatio. cap. ſi apoſtolicæ, de preben. eod. lib. 6. Siue fictio, ut uoluerunt Argen, & Paganinus & 71 *Collationē retrotrahitur in præiudiciū aliorum.*

H Vberti-

*Nec fictio.* *Nec legitimatio.* *Nec restitutio.*

Vbertinus inter conſi. Bal.conſi.16. in dei nomine, &c. viſis teſtamento, lib.4. arg.not. per Cyn.in d.l.vlt. C.ad Mace.& probatur in l.ſtipulatio de dote.ff.de iu.dot. & in l.inſulam.§.vlt.ff.ſolut.matr. quæ iura in id alleg.Car. Flo. conſi.105. conſilium redditum, col.4. uer.item retrotrahitur. Siue legitimatio. §. liceat igitur. & ibi Ang. in Auth. quib.mod.natu.effi.leg. Bar.& omnes in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff.de libe.& poſthu.& ibi cócor. traditę à recentio.& latè etiam diximus in tracta.de iur. Primogenitorum. q.40.nu.7. & ſeq. Siue etiam reſtitutio.l.& ſi ſine.§.ſed quòd Papinianus.ff.de mino. & l.vl. C.de ſen.paſ.& c.quamus.de reſcrip.lib.6. D.à Rota deciſ.558.poſtquàm Titins,in antiquis, quæ iterum ponitur inter deciſ.Bernar. Biſgueti in deci. Rotæ, tit.de reſcr.c.14 eiuſdem initii,cum cócor,traditis ab Alex.in d. §.& quid ſi tantum. & Iaſ.conſ. 139. in cauſa quæ vertitur, colum.2. lbr.1. Siue actus factus vi mandati præcedentis, vt in pulchro caſu reſpondit Bald.conſi.198. ad telligentiam,col.vlt.verſi. aliud punctum, lib.1. Siue códitio, vt voluit Phil.Deci.in l.pecuniam,col.vlt.ff.ſi cer. pet. per ea quæ ſupra diximus de ratihabitione. & hoc ante eum voluit Bal. in d.l.1. col.vlt. per eum tex. & ibi quoq; Sal.col.1, C.an ſeru⁹ ex ſuo fact.& expreſſius Alexan.qui id dicit ſing.conſi.228.ponderatis, col.2. lib.6. Et id quoque apertè ante hos ſenſit Hoſt. in ſumma tit. de con.app. ʃ.quæ conditio, col.2.ver. quid ſi contraho cum vna & Collect.in c.ſuper eo;in prin.extra eo.tit.

*Nec actus factus vi mandati p̃cedentis. Nec conditio.*

72 *Ratihabitio retrotrahitur ficte, non vere.*

PRAETEREA quod dicitur ratihabitionem trahi retrò, id quidem eſt ſecundum fictionem, non veritatẽ, vt tradit Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore, col.4. ver.ecce exemplum,ratihabitio, & ibi Iaſ.col.31. uerſi.ſecundus articulus.ff.de vſuca.& idem Bar. in l.per fundum, poſt mediũ.ff.de ſeru.ruſt.præd.Alex.& Phil.Dec.ubi ſupra. idem Alex. d.conſi.78.col. 4. uerſ. ſecundo reſpondeo, lib.5.& Iaſ.in d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.col.5. uerſ. tamen aduerte. ff. de acq.hær. Vti etiam de conditione probatur in l.potior.ibi,perinde eſt.ff.qui pot. in pigno. hab.& uoluit Pet.Anch.in c.1.in prin.& ibi quoq; Car. Flo.in col.ult. de cóceſ.præb. & Car.Alex. in c.præterea requiſiſti,col.2.uerſ.ſed quæ eſt ratio.extrà de app. Et illi quidẽ,quos citauimus, magna ex parte dicunt hanc fictionẽ non habere locum, niſi ubi adeſt æquitas. l.poſtliminij,ad prin.ff.de cap.& l.nec utilem.ff.ex quib. cau. maio.& hoc præſertim voluit Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,col.3.uerſ.ad ſolutionem,& in d.l.per fundũ. Hic aũt eſſet prorſus contra æquitatem,ſi cùm forte dñs, cuius nomine fundus uenditus eſt, ratum haberet pro vno die tantum ante annum contractus, conſanguineus non niſi illum diem haberet ad retrahendum,neq;.n.ille(vt diximus) ante potuiſſet: aut ſi dominus ipſe poſt annum ratificaret,excluderetur omnino à retractu.

*Et cõditio quoque.* *Retrotrahitur, non niſi ex æquitate.*

73 ITEM, huiuſmodi fictio non habet locum in ſtatutis:ſed mera rerum veritas inſpicitur,ut no.idem Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore, in 3.q.prin. quo loco loquitur de fictione inductiua,ante fin. Nam quod per fictionem fit,id impropriè fieri dicitur.l.lege Cornelia, ubi Bal.ff. de teſt. At ſtatuta non debent impropriè & fictè intelligi,l.1.ʃ.hæc uerba,& ibi Docto.ff.de nego.geſt. & l.prætor ait.ff.de ſuis & leg.& c.in noſtra.extra de iniur. Bart. in l.1.§.hoc interdictum. ff.de ciſterna, per tex.ibi cum gloſſ.ff.de fonte, & omnes ubique. Hic autem ſumus in materia ſtatuti loquentis de uenditione ab alio facta, vt eius conſanguinei admittantur ad retractum. Igitur debet intelligi propriè, inſpecto tempore, quo uenditio ipſa ſortitur effectum per ratificationem; non autem eo tempore, ad quod ipſa ratificatio fictè retrotrahitur.

74 *Fictio non fit in præiuditiũ tertij.*

DENIQVE poſtquàm fatemur hanc eſſe fictionem illud confeſtim conſequitur, ut ea non fiat in præiudicium tertii, ex ſententia gloſſ. in c.quia circa, extrà de priuil.Doct.in l.hac edictali.ʃ.his omnibus.C.de ſecun.nupt.Petr.Anch.conſil.106.dubitatur, col.1.in fin. Et cùm his finem huic quæſtioni facio, modò illud vnũ dixerimus,ex ijs quæ dicta ſunt, liquidò apparere, non eſſe accedẽdum Io. Ferrario viro alioqui non mediocris eruditionis,qui in d.l.ſemper, qui non prohibet. in fin. ff.de reg.iur.illam Bar.ſententiam in d.l.ſi is qui pro emptore,ratihabitionem ex fictione mandato æquiparari, ad minutias iuris pertinere dicit,nihilque intereſſe,quãtum ad efficaciam & rei conſecutionem, an quis vel ex mandato, vel ex ratificatione obligatus ſit: nam licet id verum ſit in multis, etiam in alijs multis multũ intereſt inter vtrumque,vt ſatis patet ex ſuprà dictis.

75 *Quid ſi conſanguineus agẽs ad retractum, ceſſat per annum. Perpetuãdi uerbũ latinum.*

DECIMOTERTIO quæro,conſanguineus obtulit p̃cium emptori intra annum venditionis, & quia emptor recuſauit eum admittere,illum in ius vocauit,& antequã lis conteſtatur,conſanguineus per annum ceſſauit à litis proſecutione:an poſtea audietur. Certum eſt autem de Iure communi,quòd ſi lis conteſtata eſt,actio etiam annalis perpetuatur: hoc enim verbo (vt id obiter dicam) non vereor vti poſt noſtros Iuriſconſultos in l. ſi ſeruũ. §.ſequitur.& §.nunc videamus, multis in locis eius. § ff. de verbo.obl.& in l.ſi à colono §.1.ff.de fideiuſſ.& Tullium in oratione pro Publio Sylla, vt immeritò id verbum Gulielmus Inſulanus damnauerit.Igitur(vt repetã) per litem conteſtatam perpetuatur annalis actio. l.2. C. quan.libel.princ.datus.& dicemus poſteà plenius,& declarabimus quomodo in intelligendum ſit. Hìc autem cùm lis nondum fuit conteſtata, tantùm fuit interrupta ſiue interpellata præſcriptio annalis. Ideoque non niſi alio anno à tempore ceſſationis durat actio.l.cùm notiſſimi,in prin.& l.ſicut.C.de præſcript.30.vel 40. ann.iuncta l.naturaliter, cùm ibi not. ff. de vſucap. & optimè & ſcientiſſimè declarat glo.in d.l.ſicut.in verbo, per executorem,in fin.& ibi Bald.col.1.verſ.ibi in iudicijs. & rurſum colum.ſeq.ver.not.bene pro eod.& Angel.column. item 1.& etiam glo.in d.l.cùm notiſſimi,in princ. in verbo,ſolam conuentionem.& ibi Barto.poſt princ.Io.Fab. & alij.Saly.in ea ipſa l.in §.imò,col.2.verſ.quæro tertiò. & iterum in l.ultima.eodem quoque titu. Barto.in l.ult. in princ.verſic.quæro utrum.& ibi Paul.Caſtr.Alexand. Socyn.& Iaſ.ff.de eo per quem fac.erit.& idem Barto.in l.2.§.ult.& ibi quoque Imo.ff.de uſucap.pro empt. Alb. in l.2.colum.pen.C.ubi in rem actio. Angel. in l. 1. col. 1.C.de anna.exce.& conſi.124. ſolus domini Dalmatij, in fin.& conſil.299.quidam Cicolus, in 1.dubio. Ioan. And.Anton.Panorm.& alij in c.illud, de præſcri. Franc. Aret.conſil.30.viſo themate,ad fin.Angel.Aret.in §.pœnales.& ibi quoque Iaſ.char.antepen.num.110. Inſtitu de actio.& Barb.conſil.9.vbi Chriſtus,colum.vlt. lib.3. Guid.Pap.deciſ.Delph.416.cùm quæritur,colum.2.ver. ſed dubitatur.Et ita in ſpecie noſtræ cõſuetudinis tenuit Chaſſ. in commentarijs conſuetudinum Burgund. hoc eodem titu.§.1.in verbo,*de dans l'an & iour*, column.2. verſic.item aduerte.

*Quid,ſi lis nõdum ſit conteſtata.*

76 *Quid ſi cõteſtata.*

AT ſi lis fuit conteſtata,actio perpetuata eſt,vt diximus,quod intelligendum eſt ita, vt actio non duret tm̃ anno,ut antè,ſed 40.ann. ut multis placuit, aut 30. ann. aut ẽt minori tpe,vt uolunt alij,vt dicemus duob.ſequẽ. uerſ.nec.n.dubitandum eſt,quin ẽt annalis actio perpetuetur per litis conteſtationem,cùm tex. habeamus in d. l.2.C.quan.libel.prin.datus.Nã & uidemus, ꝙ actio reſciſſoria,q̃ & ipſa annalis eſt,l.in honorarijs,uer. ſed cũ reſciſſa.ff.de act.& obl.& §.rurſus. & ibi latè recẽtiores. Inſt.de act.ꝑpetuatur per litis cõteſtationẽ,ut no.gl.in d. §.ſed cum reſciſſa,ſuper uerbo,ſed redditur,& in l.ult.in uerbo,finiendamque litem,C.de temp.in integr. reſt. & in l.ult.in uerbo,finiendæ.C.de dol.& in d.l. ult. in uerbo,extendimus.C.de præſcr.30.uel 40.ann.Bald.in l.ul. col.ult.C.quib.ex cau.maio.Imo.in l.2.§.ſi rẽ.ff. de uſucap.

*Actio annali: ut cæteræ perpetuatur litis conteſtatione.*



cap.pro empt.Alex.in d.l.vlt.in princ.col.3.ff.de eo per quem fact.erit.Iaſ.in l.nam & poſtea. quam legit cum l. ait Prætor.§.ſi is qui temporali,in 1.not.per tex.ibi, iuncta glo.in verbo,temporali, quæ ponit exemplum in actione iniuriarum.ff.de iureiur.

77 *Ad quod tẽpus perpetuantur actiones.*

SED hìc ſcire debes,quòd ſuprà diximus, nonnullos ita intelligere hanc perpetuationem,vt actiones quæ durant 30.ann. perpetuentur per litis conteſtationem in 40.ann.ſed ſi actio ſit breuioris temporis,quàm 30.ann. vt redhibitoria,vel quantò minoris,& aliæ huiuſmodi, ea in 30.tantùm annos perpetuetur. Ita enim voluiſſe videtur gl.non oſcitanter lecta & perpenſa.in d.l.cùm notiſſimi.§.imò.in verbo,interrupta. & ibi apertius Salyc. colum.vlt.verſi.ſed quid dicendum.C.de præſcr.30. uel 40.ann.& idem Salyc.in l.vlt.in 2.quæſt. & iterum in fi. eodem titu.& Fel.qui id dicit no.& ſing.in d.c.illud. colum.2.verſ.limita tamen egregiè, extra de præſcript.& Soc.in d.l.vlt.col.2.verſic. circa ſecundum. ff. de eo per quem fact.erit.

78 ALIOS autem eſſe,qui tenent,eas actiones,quæ minori tempore durant,quam 30.annorum,ita perpetuari, vt tempori quo præſcriberentur, addantur propter litis conteſtationem decem anni,vt ſi durent 10 annis, perpetuentur in 20.annos: ſi durent 20.perpetuentur in 30. & ſic de alijs,quemadmodum ſcilicet actioni,quæ 30. eſt annorum,adduntur quoque 10.vt perpetuetur in 40.annos.In hac enim ſententia fuit Ange.in d.l.2.§.vlt.ff. de vſucap. pro empt. Sed tu tamen de hoc vide omnino Imol.ibi,& Alex.in d.l.vlt.in prin.col.3.ff.de eo per quẽ fact.erit.& Iaſ.in d.§.pœnales.nume.112. & multis ſeq. Inſti.de act.& Corne.conſil.180. multum diffusè,col.2. verſ.itaque claris,lib.3.& Franc.Rip.in l.nemo.col. ante pen.nu.118.ff.de leg.1.Nam eius rei ſufficit admonuiſſe obiter Lectores.

79 *Quid in p̃ſcriptionibus ſtatutorum.*

ET hæc quidem, quantum ad præſcriptiones iuris communis.Sed dubium magis eſt in ijs, quæ ſunt ex ſtatuto,præſertim non conueniente cum iure communi(ex eo quod ſcribit Bald.in c.cùm non liceat.colum.2. verſ. quæro ponè quòd ſtatutum, extra de præſcript. ubi hæc propemodum ſcribit: Statim inducit præſcriptionem 10.annor.in quacunque actione reali & perſonali) nunquid actio per litis conteſtationem perpetuetur in 40.annos, cùm ſtatutum de perpetuatione nullam mẽtionem faciat.Quod videtur,quia iſte caſus perpetuationis eſt à ſtatuto omiſſus: ergo relinquitur diſpoſitioni iuris communis.In cõtrarium videtur,quia iſtud ſtatutum diſcrepat a iure communi,præſertim in actionibus perſonalibus:cùm ergo receſſum ſit à iure communi, non poſſumus interpretari ſtatutum ſecundum ipſum ius commune,argum.l.qui cùm vno.§.qui poſt.ff.de re milit. Nam quoties ſtatutum aliquid addit,vel detrahit tacitè vel expreſsè iuri communi,efficitur ius municipale, nec recipit ſubauditum intellectum à iure communi, quia lex q̃ corrigitur,nouam legem non interpretatur, l.vlt. C.de indic.vidu.tol.Et hanc Bald.doctrinam nuncupatim ſequitur Alex.conſil.227.ponderatis narratis, col.2.verſi. & idem determinat,lib.6.& iterum conſil.249.perſpectis & ponderatis,col.vlt.lib.6.& Io.Fran.Balb. in tract. præſcr.in vlt.q.4.partis 6.eiuſdemq; vlt. partis prin.

*Statuta à iure cõi diſcrepãtia, an ab eo interpretationẽ ſumant.*

80 *De eadem re.*

QVAMVIS ipſe Alex.tractans an ſtatutum correctorium,aut derogatorium iuris communis,aſſumat interpretationem ab eo,& inter cætera allegans Bal. vbi ſupra,videatur uoluiſſe contrarium,in l.vlt.§. in computatione,col.vlt.C.de iur.delib.& Philip.Dec.conſi.445.in caſu ad me tranſmiſſo.col.8.verſ. non obſtat ꝙ illa conſtitutio. Sed eam Bal.in ea re ſententiam confirmat, & alia non abſimilis,ſi non eadem ſit,eiuſdem Bal.in l.maximum vitium,col.4.verſ.vlterius quæritur de tali.C.de lib.præte.quòd ſtatutum iuris communis derogatiuum, non recipit interpretationem ab ipſo iure communi,per l.1.ʃ.hunc igitur.C.de Iuſt.Cod.confir.& l.1.§. repetita. C.de emend.Iuſt.Cod.& alia quædam iura.Quod dictũ cõmẽdat.Pau.Caſt.in d.§.in computatione, & ibi quoq; Corn.paulò ante fi & Ro. qui tamen dicit auſum ſe cõſulere contrarium,quamuis non reperijſſet à quopiam improbatum,in l.ſi quis priore.ff.ad S.C.Treb. & Soc.qui id dicit ſing.in l.cùm filiusfamilias,col.4.verſ.2.in quãtum.ff.de verb.obl.[& idem voluit Bald.conſ.141.præmiſſis uerbis,col.3.verſ.3.eſt præmittendum.lib.1.] Et uide,quod in ſimili tractant Paul.Caſt.& Corn.in Auth. quod ſine.C.de teſta.in caſu ſtatuti diſponentis,vt in teſtamentis ſufficiant duo aut tres teſtes.

SVBDIT autem Bald.(vt ad eum redeamus) in d.c. cùm non liceat,quod ad hunc caſum maximè pertinet, 81
ex eo quod dictum eſt,fieri, vt præſcriptio ſtatutaria currat minoribus,licet detur reſtitutio in integrum, c.conſtitutus,extrà de in integ. reſtit. quia petens reſtitutionẽ non reprobat ſtatutum,ſed approbat,l.cùm minor.§.vl. ff.rem rat.habe.Sed ille,qui diceret præſcriptionem nõ currere,directè veniret contra ſtatutum, quod eſt impoſſibile,l.proſpexit.ff.qui,& à quibus.Ideo (inquit) multa priuilegia habent locum in præſcriptionibus ſtatutorũ. Hæc ille.Ex quibus apertè intelligit, in caſu noſtræ conſuetudinis non procedere,quod dictum eſt de perpetuatione actionis per litis conteſtationem: nam dict.capitu. conſtitutus,ab eo allegatum loquitur expreſſim de hoc noſtro ſtatuto retractus,tanquam in pręſcriptione illius non ſit obſeruanda illa perpetuatio quæ ex iure communi eſt,de qua antè loquutus fuerat.Sed & ſubdit Bal. hinc quoq; fieri,ut fortè ex præſcriptione ſtatuaria quæratur directum dominium,etiamſi de iure communi non niſi vtile quæratur. De quo nos alibi latiùs dicemus in noſtro tractatu,cuius titulus eſt,nihil fruſtra. Sed tamen interim vide quę in caſu huius quęſtionis,dicemus infrà in fine huius tit.in 5.q.

VT tamen non omittamus contra illud dictum Bal. 82
videri aliud dictum ipſius in l.ſuperuacuam, quę eſt vltima in 3.not.per illum tex.C.de temp.in inte.reſt. dũ ibi dicit,quòd pręſcriptio decennij inducta ſtatuto in locũ pręſcriptionis 30. annorum ſapit eandem naturam. Et idem penè dicit in l.in contractibus,in prin.in 1.not.per illum textum & ibi quoque Sal.in prin. C. de non num. pec.ubi & hoc Bald.ipſe dicit eſſe menti tenendum. & idem Bald.in cap.1.§.porrò,in verbo,30.annos,tit.quali.olim pote.feud.ali.vbi & illud quoque dicit, quòd ſicut pręſcriptio 30.annorum currit adultis,non pupillis, l.ſicut.C.de præſcript.30.uel 40.annorum, ita & præſcriptio ſtatutaria 10. annorum ſubrogata loco illius: id qđ etiam dicit not.& idem Bald.in d.l.illud.col.1.verſic.& hoc eſt utile.& rurſum colum.vlt.uerſicu. nota bene. & ibi quoque Ang.colum.2.uerſ.not.hanc doctrinam, ubi
dicunt, quòd ea pręſcriptio 10. annorum in actionibus 83
perſonalibus à ſtatuto inducta, ęquè interrumpitur per citationem, & perpetuatur per litis conteſtationem, vt pręſcriptio 30.annorum quę eſt de iure communi.quod item Ang.dicit eſſe menti tenendum.& rurſus ipſe Bal. in l.properandum.colum.2.verſic. modò quæro quid ſi ſtatutum.C.de iud & in d.l.ult.in prin.colum.2.verſicu. quæro hìc in præſcriptionibus ſtatutarijs.& ibi Alexan. & Recentiores.ff.de eo per quem fact.erit.& in capit.1. §.ſi quis per 30.colum.ult.uerſic.quæro utrum ſi ſtatutum.tit.ſi de feu.defun.fuerit contro.inter do.& agn.ubi dicit, quòd ſi per ſtatutum abbreuiatum fuerit tempus pręſcriptionis 30. ann. in eo tanquam ſubrogato habet locum diſtinctio l.ſi quis emptionis.C. de pręſcript. 30.uel 40.anno.Ioan.Andr.poſt Richard. in addi. Specul.titul.de appellat.parte ſecunda,ʃ.nunc breuiter.uerſiculo licet autem detur annus, & uerſiculo eiuſdem addit.incip.ſubdit autem,ubi ex hoc dicit quòd quibus caſibus tempus iuris communis non currit, puta cùm

ſtat per iudicem, vel quia partes compromiſerunt, ut in Auth. ſi tamen, & Auth. item ſi appellatione. C. de tempo. appell. non etiam currit tempus ſtatutarium, in locũ illius ſubrogatum. Et quibus caſibus currit tempus iuris communis, ſed datur reſtitutio, ut in Authen. ei qui appellat, eo. tit. eiſdem hoc curret, & dabitur reſtitutio, & alia quæ ibi ſubiungit, ut videre poteris. & rurſus idẽ Ioan. Andr. in addit. ipſius Spec. tit. de iud. deleg. §. reſtat, verſicul. quid ſi in ſtatuto. Bart. qui non obſcurè ſentit, quod ſupra diximus de interruptione & perpetuatione præſcriptionis ſtatutariæ, in d. l. cùm notiſſimi, in princ. verſic. & ſic facit ad quæſt. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. & in l. in omnibus. ff. de actio. & obligat. & in d. l. 2. §. vlt. & ibi apertius Angel. qui tamen hanc perpetuationem in ea præſcriptione ſtatutaria aliter intelligit, atq; alij, vt ſupra diximus. & ibi item Imol. ff. de vſucap. pro emp. Sal. qui etiam id aliter intelligit, ut ſupra diximus, in dict. l. vlt. C. de præſcript. triginta vel quadraginta anno. Imol. in l. dies, in princip. ff. de damn. infect. Roma. conſi. 38. in caſu propoſito, ad fin. Paul. Caſtr. conſil. 42. viſa quadam, col. 1. lib. 1. & conſi. 229. venditio iſta, poſt princip. lib. 2. & conſi. 393. pro euidentia, col. 1. eod. lib. 2. & conſi. 439. ad ſecundum, eo. lib. 2. & conſil. 466. in caſu præmiſſo, uerſic. pro hoc etiam facit, eod. lib. 2. Stephan. Feder. in libro de Legum interpretatione, parte 1. char. 8. & verſic. vnde infertur. Corne. d. conſi. 180. multum diffuſè, colum. 2. in princip. lib. 3. Calca. conſil. 11. quod non præſumatur, colum. 14. verſicul. & præterea. Alexan. in l. ne quis, colum. 2. in fi. ff. de feri. vbi dicit generaliter, præſcriptionem breuiorem inductam a ſtatuto, in locum longioris inductæ à iure communi, habere per omnia eandem naturam. & in addit. Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam, in fin. ff. de vſucap. & conſil. 42. in cauſa & lite, col. 1. uerſi. & tale tempus. lib. 3. & conſi. 24. inſpecto proceſſu, paulò ante fin. libro 4. & conſil. 56. quoniam omne datum, colum. antepen. verſic. nonò. libro 6. quod iterum inculcatur conſ. 119. eod. lib. 6. Franciſ. Aretin. conſi. 131. conſultiſſimè, paulò ante fin. latè Felyn. in d. cap. illud, col. 2. verſ. circa ciuiles, extra de præſcript. Iaſ. in d. §. pœnales, num. 115. Inſtit. de act. & in l. nemo poteſt. in 2. lect. col. antepen. ad fin. ff. de leg. 1. Carol. Ruin. conſil. 28. ſtante pacto. colum. 3. num. 6. lib. 4. Phil. Dec. conſi. 556. viſo conſ. colum. 2. verſ. tertiò principaliter. & Ioan. Franc. Balb. in tract. præſcriptionum, in 28. quæſtio. princ. 4. partis. 4. item partis princip. & iterum in 1. parte 6. eiuſdemque vlt. partis in princip. in 23. caſu. col. eiuſdem 4. verſi. idem eſt. Et hæc eſt communis opinio licet Paulus Caſtren. ſibi contrarius, contrarium uideatur uoluiſſe, conſ. 184. videtur dicendum, colum. 1. & 2. libro 1.

83 *Subrogatũ ſortitur eandem naturam. Etiamſi in aliquo diſcrepet.*

SED hic aduerte, Lector, quia hæc poſſunt procedere, quando præſcriptio inducta à ſtatuto ſuccedit loco præſcriptionis iuris communis: tunc enim, vt omnes illi dicunt, iure ſubrogationis debet ſortiri eandem vim & naturam, l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & cap. eccleſia, el 1. extra vt lit. pen. & Clemen. 1. de ſuppl. neg. prel. cum ſimil. Etiam (vt hoc illis addas, quos ſuprà citauimus) ſi ſubrogatum in aliquo diſcreparet: nam nihilominus in alijs ſequetur eandem naturam, ut dicit Paul. conſ. 73. repetito conſ. 265. licet iſta domina Liſa, paulò ante fin. lib. 1. [Iaſ. in d. §. qui iniuriarum. col. 1. in 2. not. vbi id dicit not.] & Phil. Dec. conſ. 190. circa 1. dub. 3. uerſ. quartò hoc idem. & conſi. 543. in caſu propoſito, col. 3. uerſ. tertiò hoc confirmatur. In caſu autem noſtri ſtatuti id tempus anni præſtitutum retractui non ſuccedit loco alterius temporis aut præſcriptionis iuris communis: imò ſtatuentes ſic per ſe, & de nouo id tempus præſtituerunt ſine ſubrogatione alterius temporis iuris communis, vtpotè cùm retractus ipſe non ſit de iure communi, ut late diximus ſupra in rubric. Ideoq; nec

*Quid ſi tẽpus ſtatuti non ſuccedit in locũ tẽporis iuris communis.*

id tempus ſortitur naturam temporis iuris communis, vt expreſſim & in caſu d. c. conſtitutus, loquentis de noſtro ſtatuto, voluit Innoc. in c. ex ratione. colum. 1. & ibi quoque Hoſt. col. 2. & Io. Andr. col. 3. extra de appell. & Bald. in c. 1. uerſ. niſi iuſta. col. 1. verſ. ex his inſurgit, tit. quo temp. mil. & Alex. d. conſ. 65. quoniam omne. col. penul. lib. 6. quod repetitur conſ. 119. eod. lib. & Matth. Affl. deciſ. Neap. 370. tria dubia nu. 3. & benefacit, quod voluerunt idem Innoc. Hoſt. & Ioan. Andr. in d. c. conſtitutus. ille in fi. hic col. ult. dum cõcordant eum text. cum l. vlt. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſa.

ET ego quidem (vt tandem interponam meum iudicium) vix adduci poſſum, ut credam, huiuſmodi tempus anni & diei à noſtro ſtatuto introductum ſine ſubrogatione alterius temporis iuris communis, perpetuari per litis conteſtationem, ac ne protrahi quidem aut proferri in longius tempus, quàm in alterum tantùm, idest, annũ & diem. Et ita aliquando audiui fuiſſe obſeruatum, & iudicatum in noſtro ſupremo Senatu Pariſienſi, quamquam hodie dicitur contrarium obſeruari. Et ita uidetur tenere Ar. Ferronus in conſuetud. Burdigal. hoc eodem titul. §. 1. colum. ult. vbi tamen paulò obſcurius de hac re loquitur. Et pro illa noſtra ſententia, ultra prædicta facit, quod in remedijs extraordinarijs, & quæ ſunt ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt noſtra cõſuetudo, ut iam toties diximus, & atteſtatur noſtra conſuetudo infra eodem tit. §. 53. eodemq; pe. litis conteſtatio actionem nõ perpetuat, l. Papinianus. §. 1. & ibi glo. & Doct. ff. de minor. & in l. ult. & ibi glo. in uerbo, finiendamq; litem, C. de tempo. in integ. reſt. & in l. vlt. & ibi glo. vlt. C. de dolo. Caue tamen, quia priores text. loquuntur de in integrũ reſtit. tantùm, poſterior in actione de dolo. Ex conſuetudine autem Cenomanorum, cap. 419. ex ſola citatione in cauſa retractus, non tantum interrumpitur actio, ſed etiam perpetuatur. Et idem quoq; Andegauorum cap. 408. ne tamen dicunt, in quod tempus. 84 *Deciſ. principalis quæſtionis.* *Cõſuetudines de quæſtione prin.*

SED illud interim non omittemus, id quod ſuprà diximus, præſcriptionem interrumpi citatione, & perpetuari litis conteſtatione, intelligendum eſſe, cùm vtraq; eſt valida: ſi autem ſit inualida, neutrum operatur, vt de citatione dicemus infrà, eod. tit. §. 8. in gl. 2. num. 3. quod tamen. De litis autem conteſtatione ſatis probat text. in Authen. offeratur, in fin. & ibi glo. & Doct. C. de lit. conteſt. quod tamen intelligit Salic. ibi, colum. vlt. quando ipſa citatio, vel litis conteſtatio ab initio nulla eſt: ſecùs ſi ex poſt facto & per lapſum inſtantiæ annulletur: nam tunc durant interruptio, & perpetuatio iam factæ, vt not. gl. in l. properandum. §. etſi quidem, in verbo iudicij, & ibi quoque Bart. col. 2. verſ. quæro vtrum iſta abſolutione. Bal. Angel. Sal. Paul. Caſt. & Iaſ. C. de iud. Bal. in l. vlt. per gl. ibi. C. ſi tuto. vel cura. interue. & in l. 2. col. 4. verſ. circa ſecundum partem, & ibi Alex. col. 5. verſic. 1. quod licet. & Iaſ. col. penu. verſic. adde inquantum. & Philip. Dec. nu. 51. & ſeq. C. de eden. & Raph. Com. conſi. 92. in nomine, &c. viſo ſubſcripto, circa medium. & Philip. Franc. in c. vt debitus, col. 4. ver. tertia concluſio, extra de appel. & Maria. Socin. in c. venerabilis, in 27. artic. princ. de iudic. Nam vt omnes propè dicunt, effectus earum eſt iam conſumatus, nec vt dicit Salic. in d. Authen. offeratur, illa annullatio retrotrahitur. 85 *Citatio inualida non interrumpit. Litis cõteſtatio inualida non perpetuat.*

QVOD autem dictum eſt ſuprà, litis conteſtationem inualidam non interrumpere præſcriptionem (vt ad id redeamus) voluit etiã gl. in l. ſi pater. C. de ſtatu defun. & in d. c. vt debitus, in verbo, coram idoneo, in fin. & ibi Io. And. Anto. Pan. Philip. Franc. & cæteri Recentiores, extra de app. & in ca. ex tuarum, in verbo. non putantes. de purg. cano. & omnes propè, præſertim Pan. in c. illud, extra de præſcript. Sed nec illud prætereundum, (ne erres) ſolam citationem non omnem ſemper interrumpere præſcriptionem de iure Ciuili, vt videre poteris apud Bart. 86 *De [illegible] re.*



Bart. in l. 2. in fin. C. de ſerui. & aqua. & in l. vlt. in prin. & ibi Recentiores. ff. de eo per quem fac. erit. & in l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. & Alex. in addit. ipſius, in l. cùm notiſſimi, in princ. eodem titu. cum ſimilib. At de iure Canonico, ſemper interrumpit, vt quæ in mala fide conſtituat, vt pulchrè voluit Bal. in dicta l. 2. colum. 2. verſic. vlterius quæritur. C. de ſeruit. & aqua. & ſequitur Fran. Cre. qui id dictum dicit ſing. & à nemine ponderatum, ſing. 101. tu ſcis quòd præſcriptio: vbi & id dicit eſſe de pane lucrando, ita enim loquitur.

87 *Quid ſi cõſanguineus poſt annũ ratificet oblationẽ ab alio factam eius nomine.*

DECIMOQVARTO quæro, Quid ſi quis tanquã procurator & nomine conſanguinei venditoris, offert precium emptori, petens eo ſe nomine ad retractum recipi, cùm tamen eius rei mandatum non haberet, ſed ipſe cõſanguineus poſt annum, id quod ab illo geſtum eſt nomine ipſius, ratum habet, an id ſit ſatis, vt obtineat, tanquam venerit intra annum, quod ſtatim prima facie videri poſſet, quoniam ratihabitio mandato æquiparatur, & retrò ad tempus actus trahitur. l. ult. C. ad S. C. Macedo. & l. hoc iure. §. deiecit. ff. de regu. iur. & c. ratihabitionem, eodem titulo libro 6. & ibi concor. Idque etiam in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum, l. quod ſi de ſpeciali. ff. de mino. cum alijs concord. à me adductis ſupra ead. gl. in 12. q. in prin.

88 *Ratificatio debet fieri intra tẽpus, quo actus fieri debuit.*

TV tamen dic non eſſe audiendum, per text. in l. bonorum, quæ eſt pe. & ibi Alb. Bart. Ang. & omnes. ff. rem rat. hab. quo apertè probatur, id quod dictum eſt, tum demum procedere, & non alias, cum ratihabitio fit intra id tempus, quo actus ratificatus fieri poterat: nam verba eius legis hæc ſunt, bonorum poſſeſſionem ab alia agnitam ratam haberi oportet eo tempore, quo adhuc in ea cauſa ſit, vt peti poſſit. Itaque poſt centeſimum diem ratum haberi non poteſt. & eſt idem text. in l. ult. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer. Et eſt in ſimili text. in l. 1. in prin. iuncta gloſſ. in verbo, quod mox. ff. de appel. recip. & in cap. non ſolent, etiam in prin. iuncta gl. in uerbo, mox. 2. q. 6. & uoluit glo. in d. c. ratihabitionem, ſtatim poſt princ. & ibi quoque Dyn. & Guil. à Monte Laud. & alia gl. in c. quàm ſit, in uerbo, petere, in fin. & ibi Ioan. Mona. Ioan. And. Pet. Ancha. Domi. & Philip. Franc. de elect. lib. 6. & glo. in c. cupientes. §. quòd ſi per 20. in propoſitam, eo. ti. Pet. Bel. Per. q. 214. dum quæritur, utrum ratihabitio. Alber. qui id trahit ad multa, in d. l. bonorum. Dom. à Rota. dec. 428. ſi habens, circa med. in nouis. Specul. titu. de appella. parte 2. §. 1. uerſic. porrò. & ibi Bal. in add. & idẽ Bal. in d. l. ult. col. 1. uerſ. 3. quando actus, & ibi quoque Alb. col. 2. uerſ. ult. notandum. C. ad S. C. Maced. & in l. obſeruare. §. poſt hæc. col. 2. uerſ. eſt autem notandum. & iterum in addit. ipſius. §. circa med. & ibi quoque Albe. colum. 2. uer. alij dicunt. ff. de offic. Proconſ. & in l. quid ergo, in 1. lect. in fin. ff. de his qui not. infam. & in Auth. hodie, col. 2. uerſ. quæro nunquid aliquis poſſit. C. de appella. & in c. quoties, de pac. & conſilio 44. iſte dominus Chriſtophorus, colum. ultim. lib. 2. & conſilio 141. thema huiuſmodi, colum. 2. eodem libro 2. & conſilio 417. primum dubium eſt, colum. 2. uerſ. ſed ultra tunc quæſita, eodem libro 2. vbi ex hoc in pulchro caſu conſuluit. & conſil. 101. nobiles uiri, ante fin. libro 3. & conſil. 57. punctus quæſtionis talis eſt, quidam uſurarius, column. 1. verſiculo præterea vitium, libro 5. Raph. Fulgo. conſi. 154. ſuper eo quod primò, in prin. Pan. & Bene. Cap. in c. cùm uenissent. extra de reſtit. ſpoliato. idem Panor. in c. accedens, de præb. Paul. Caſtr. & Franc. Aret. in l. Pantonius, vterque colum. 3. ff. de acqu. hær. Paul. Caſtr. conſil. 281. in cauſa iſta quinque principaliter, col. pen. uerſicu. præterea aliud, libro 1. Mart. Laud. in c. 1. §. ſed utrum, in princ. titu. per quos fiat inue. Corne. conſilio 110. in iudicio, colum. 4. uerſicu. etſi hodie, lib. 2. & conſil. 130. uiſo dicto puncto, colum. 1. lib. 3. & conſil. 221. uiſis certis, colum. ult. eod. lib. 3. & conſilio 292. uiſis nonnullis, colum. 2. eod. lib. 3. ubi loquitur de ratificatione appellationis non facta intra tempora appellandi. Franc. Aret. conſi. 16. præſuppoſitur, colum. 3. uerſic. circa ſecundũ dubium, & conſi. 94. reſpondeo. in fin. Alex. conſil. 135. ponderatis his, colum. 2. lib. 2. & conſi. 78. uiſo & diligenter ponderato, col. 4. uerſic. tertiò reſpondeo, lib. 5. quod repetitur conſi. 26. lib. 6. ubi dicit ſing. ad hoc tex. in d. l. bonorum, Guid. Pap. deciſ. Delph. 436. cum materia. in 64. q. & Soc. conſi. 16. anno domini, col. 8. uerſ. nec obſtat, ſi ultimò. lib. 4. Iaſ. qui id optimè declarat, quõ ſit intelligendum, poſt alios in l. ſi is qui pro emptore, nu. 128. incip. ſecundus articulus. ff. de uſucapione, cum alijs quoque concord. collectis a Philip. Dec. in l. ſemper qui non prohibet. col. 2. uerſic. ſecundò regula principalis. ff. de regu. iur.

QVIBVS illud vnum addiderim, ex eo fonte id manaſſe, vt qui adhærent appellationi ab alio factæ ſimpliciter, uel etiam pro ſe & adhærentibus, idipſum facere debent intra tempora appellandi, alioqui non admittũtur, ut per d. l. bonorum, uoluit glo. in d. cap. circa. §. alioquin, in uerbo, adhærentes, in fin. & ibi etiam Gul. Laud. Arch. Dom. & Phil. Franc. de elec. lib. 6. & D. à Rota. deciſ. 225. adhærentes, in nouis, & Bal. in d. Auth. hodie, colum. 2. verſ. quæro nunquid aliquis. C. de appel. Fran. Are. in d. l. Pantonius, col. 3. verſ. & primo quòd illa. ff. de acquir. hæred. & Guid. Pap. dicta deci. Delph. 436. in 78. q. De quo & tu uide Io. And. in c. 1. col. pen. uerſi. ſed nunquid, de elec. lib. 6. & in c. concertationi, de app. eo. lib. 6. & Io. Gallum in ſuis Areſtis. q. 150. c. ult. ubi & ex hoc dicit, quòd renunciatio appellationis facta nomine alterius, debet ratificari ab appellante ita tempus octo dierum, quod ex ordinationibus regiis huiuſmodi renunciationi ſtatutum eſt. Et facit etiam, quod de declaratione rei obſcuræ tradit idem Ioan. Andr. in c. in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. Et quod de purgatione moræ uoluit Bald. d. conſi. 57. col. 2. lib. 5. ut ſcilicet fieri debeat intra tempus, quo actus geri poteſt. Et quod de proteſtatione dicitur in l. 2. & ibi Bald. uerſic. deinde uideamus. C. de his qui per met. iudic. & in cap. ult. & ibi Doct. de appel. & Bald. in l. 2. in 2. lect. colum. 2. uerſi. & nota quòd proteſtatio. ff. de mino. 89 *Adhærere appellationi debemꝰ intra tempora appellationis.* *Ratificatio renũciationis appellationis, itra temporis ipſius fieri debet.*

ET facit ad hanc noſtram ſententiam, quòd id tempus anni & diei, eſt de forma & ſolennitate conſuetudinis, ut & alia huiuſmodi tempora, ex ſententia Bal. Saly. & Iaſ. in Auth. quæ ſupplicatio, per illum tex. in illis verbis, niſi ſub hac forma, iuncta glo. C. de precib. imp. offe. cum aliis ſimi. & concord. à me collectis inf. eod. titu. §. 3. in glo. 4. num. 3. & hanc ſententiam fulcit. At eadem ſolennitas, quæ requiritur in actu, eadem quoque in ratificatione neceſſaria eſt, argu. l. ſi ut proponis, la 2. C. de nup. & l. nuptiæ. ff. de rit. nupt. & per eos tex. uoluit Ro. conſi. 12. uiſo facto propoſito, colum. ult. uerſic. ad ſecundum autem. & Philip. Deci. conſi. 532. pro uera reſolutione, colum. 1. & conſil. 536. in cauſa quæ agitatur Mantuæ, col. 2. uerſi. ad iſta etiam reſpondetur. Et facit, quod tradit Bart. in l. hæredes palam. §. ſed quid poſt, circa medium. ff. de teſta. & Soc. conſi. 92. in cauſa domini, col. 5. uerſi. confirmatio enim, lib. 3. Igitur cùm ſit conſanguineus extra tempus conſuetudinis, quomodo poterit adhuc ratificare? cùm ei deſit, quod eſt de forma ex ſolennitate retractus, ut ſcilicet intra annum fiat. Et id in noſtro caſu retractus expreſsè voluit Chaſſen. in hoc tit. *de retraict*, §. 1. in uerbo, *le peut rachepter*, col. 2. uerſ. & in hoc caſu, in poſtrema editione. 90 *Et declaratio rei obſcuræ. Et purgatio moræ. Et proteſtatio. Eadem in ratificatione ſolennitas, quæ in actu ipſo.*

SED quid, ſi conſanguineus promiſit intra annum ratificare, non aliter tamen ratificauit, an id ſatis ſit, tanquam id ipſum uim ipſius ratificationis habeat, per id quod in ſimili uoluit Io. And. in add. Spe. in rub. de obli. & ſolu. col. 1. cum aliis multis concor. à me adductis infr. tit. ſeq. in fin. num. 26. quorum autoritate, cum ſimil. 91 *An ſatis ſit intra annũ promittere ratificare.*

*Aliud ratificare, aliud id ipſum promittere.*

Ego tamen id non ſatis eſſe cenſuerim, ſequutus ſententiam Paul. Caſtr. conſil. 281. in cauſa iſta quinque principaliter, colum. pen. ver. præterea aliud, libro 1. vbi dicit, aliud eſſe ratificare, aliud id ipſum promittere. Ideoque non ſufficere, vt quis promittat ratum habere intra tempus, quo actus geri poteſt, niſi & id intra id tempus faciat. Et id confirmant alia multa, quæ & nos collegimus in eo. fin. tit. ſequent. numer. 42. ſed quorſum. cum multis ſequentib.

92 *Promittẽs ratificare, ſatis habet ratum.*

SED huic tamen ſententiæ obſtare videtur, ꝙ promittens habere ratum, ſatis habet ratum, nec alia ratihabitio requiritur. l. ſi procuratorem abſentem, cum gloſ. in verbo, ratum ff. de procu. & l. ſi ſine. §. cùm autem, & ibi glo. in verbo, nihil. ff. rem rat. hab. Bal. in l. 1. col. 2. in ult. oppo. C. de proc. Fran. Are. con. 90. in cauſa iſtorum, in princ. & iterum conſ. 100. longitudo, in 1. dub. col. 2. vbi & alios citat. & Lancel. Gal. qui id ex iſtis aſſumit, quod ſup. diximus in l. 4. §. Cato. col. 9. verſ. 12. ff. de verborum oblig. Sed ne fallaris, id non ita ſimpliciter probatur ex illis locis, ſed illud tantùm, quòd ſi quis mandauit, & promiſit ratum ſe habiturum, non eſt opus alia ratihabitione, cùm ſolum ipſum mandatum per ſe ſufficiat. Et idem ſi ſimpliciter mandauit. l. ſi procurator, in prin. & iterum in §. Celſus. ff. de cond. indeb. Ideo etiam in iſto noſtro caſu, ſi conſanguineus cuipiam mandaſſet, vt retraheret rem quampiam uenditam à ſuo conſanguineo, promittens ratum ſe hunc retractum habiturum, certè tunc non opus eſt alia ratihabitione. At ſi non præceſſerit mandatum, crederem non ſatis eſſe promittere ratum habiturum, niſi re vera ratum habuerit.

93 *Quid ſi habens mandatum ad retrahendum non do cet de man dato niſi poſt annũ.*

QVID autem (& hęc erit decimaquinta quæſtio) ſi is, qui hanc oblationem fecit, habebat mãdatum expreſſum iam à tempore ipſius oblationis, ſed de eo non docuit niſi poſt annum. Et hoc quoque caſu non eſſe ſatis opinor, quia paria ſunt non facere, aut minus ſufficiẽter facere intra tempus ſtatutum, c. ſi quis iuſto, uerſ. ſi aute nullus, iuncta gl. in verbo, admitti, de elect. lib. 6. Cuius Arg. Lap. alleg. 22. an ſufficiat procuratorem, negat ſufficere procuratorem, pręſentare intra quatuor menſes, niſi & intra id tempus fidem faciat de mandato patroni. Cui adde, eſſe item paria, non eſſe, & nõ apparere. l. duo ſunt Titij, & ibi Bald. ff. de teſta. tute. & c. ſolennitates, el 1. de condi. cum ſimil. Ex quo ſequitur, ſi non appareat intra tempus, perinde eſſe ac ſi idipſum non fuiſſet intra idem tempus. Sed ſi mandatũ aut ratificatio intra ipſum tempus non extitiſſet, nihil actum fuiſſet, vt diximus in præcedenti quæſtione. Ergo & idem, ſi de eo intra tẽpus non apparuerit. Paria enim ſunt (vt reſumamus) non eſſe in tempore, & non apparere in tempore, per d. iura, & ſi. Et optimè facit tex. in l. de pupillo. §. qui procuratorio, in illis verbis, etiam ſi verus ſit procurator, ff. de nou. oper. nunc. Ex quo Iaſ. not. in 4. not. quòd etiam verus procurator repellitur, ſi non conſtet de mandato, & eam adducit, quam diximus, rationem, ꝙ paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe, & non apparere. Et facit etiam ad ſuprà dicta glo. in Cle. cauſam, in verbo, ſpecialiter, in fi. de elect. & quod in eodem caſu ſcribit Thomas Faſtolus in dec. Rotæ, cauſa 15. dub. 35. 3. dubitatur.

94 QVOD nota, quia fortè multi reſponderent contrarium. Nam etiam pro contraria ſententia facit, quod ſcribit Spec. tit. de procu. in 4. parte. §. 1. verſ. ſed ſi receptum erat, vbi in caſu c. 1. de elect. lib. 6. Si aliquis (inquit) tanquã procurator alterius in termino ſibi præſtituto obiecerit crimina aduerſus electum, & intra illud tempus non docuit de mandato, quod iam ante habebat, quia fortè non recordabatur, nihil ei obſtabit mandatum nõ fuiſſe exhibitum. Sed tu hic tamen omninò vide Alexã. conſil. 78. viſo & diligenter ponderato columna ſecunda, verſ. ſed præmiſſis non obſt. cum multis ſequent. lib. 5. quod iterum repetitur conſil. 26. lib. 6. & Franc. Rip. in c. cum M. Ferra nu. 137. extrà de conſt. & præterea, quæ ab eodem Specul. ſcripta ſunt in d. §. 1. verſ. quid ſi appellans & verſic. ſeq. d. ti. de procur. & Arch. id. in c. 2. de procur. lib. 6. & Card. Flor. in Cle. 2. in 18. eademque vl. q. eodem quoque tit. vbi multa videbis ad hanc quæſtionem pertinentia. & vide item Dom. à Rota, dec. 284. nota ꝙ vbi ad requeſtam, in antiquis. & iterum dec. 586. q. dam qui non erant, etiam in antiquis, & Bart. conſil. 73. quæritur vtrum procurator.

95 *Quæſti. an admittatur tertius nomine cõſanguinei offerẽs cautionem de rato.*

VERVM plus dubitationis eſt, & decimoſextò, an iſte, qui alterius nomine facit hanc retractus oblationẽ, admittendus ſit, offerens cautionem de rato. Quod vide tur, per text. in d. l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de no. oper. nunc. ſuprà, in præcedenti q. alle. vbi qui nomine procuratorio nunciat, ſi de mandato eius dubitatur, auditur, ſatiſdans eam rem dominum ratam habiturũ. Cuius autoritate ſcribit Bart. in l. qui abſentem, in 3. no. ff. de procur. ꝙ ſicut, quando petitur aliquid in iudicio, requiritur cautio de rato, ita quoque quando extra iudicium aliquid petitur, quod etiam dicit probare tex. in d. l. qui abſentem. Et ita ſentit ſatis eſſe, cùm dubitatur, caueri de rato, etiam in actib. extraiudicialibus.

96 *Cautio rati an & quãdo ſufficiat.*

IN contrarium facit, quod ſcribit Bald. in rub. extrà de procur. col. 3. verſ. procurator ad proteſtãdum, quòd procurator non admittatur ad proteſtandum cum cautione rati, ſed debet facere fidem de mandato, per l. ſi qs inficiatus. ff. depoſit. Porrò idem Bald. in c. coram. col. 2. verſic. extrà quæro, vtrum. extra de offic. dele. vtrum (in quit) ad proteſtandum debeat admitti procurator, de cuius mandato dubitatur, offerendo cautionem rati? Reſponde ſic, ſi proteſtatio tendit ad iudicium, per d. l. qui abſentem. ff. de procur. Nam qui proteſtatur, partib. actoris fungitur, l. ſi res quam. ff. de euict. Sed ſi proteſtatio tendit ad dandum, vel ſoluendum, neceſſe eſt offerre inſtrumentum mandati. d. l. ſi quis inficiatus, quia in hoc debet præcisè conſtare de mandato, vt not. in l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procurat. Hæc Bald. quem ſequitur Iaſ. in d. §. qui procuratorio, in 3. not. Et ita videtur hic non ſatis eſſe, cauere de rato, ſed faciendam eſſe fidẽ de mandato. Et vide, quæ dicam infrà in §. vlt. huius tit. in glo. 2. in 2. item q. & Bal. conſ. 118. quia pleniſſimè co lum. 2. verſ. & in omnib. lib. 3.

97 *Quæſti. an ad retractum requiratur ſpeciale mandatum.*

CAETERVM ex ijs quæ dicta ſunt, ſuboritur illud dubium (& erit decimaſeptima quæſtio) an procurator generalis ſit hic audiendus, an verò requiratur mandatum ſpeciale? Id quod ſatis colligi poteſt, ex eo, quod ſcribit Bald. d. conſil. 118. col. 2. verſic. ſed remanent dubia, lib. 3. vbi allegat c. conſtitutus, extrà de in integr. reſt. quod loquitur de caſu noſtri retractus. Sed & de hoc nuncupatim tractat Chaſſe. in poſtrema editione ſuorum cõmentariorum in conſuetud. Burgund. hoc eod. ti. in §. 1. in verbo, *le peut rachepter*, colum. 2. verſ. ſed an proximus, vbi videtur concludere, exigi mandatum ſpeciale. Ideo nec coniunctam perſonam eſſe audiendam ſine mandato. Ibi eum vide, & quæ dicam infra, in eodem §. in glo. 13. in verbo, *l'achepteur*, nume. 34. ſed vtrum. & iterum in §. vltimo huius tit. gl. 2. in 4. q. Et adde, quod ſcribit Paul. Caſtren. in d. l. de pupillo. §. qui procuratorio, ad fin. ff. de ope. noui. nũc. quòd procurator generalis ad lites, nõ poteſt interpellare, proteſtari, denunciare, & ſequitur Alex. conſil. 78. viſo & diligenter, col. 4. verſ. 3. corroborantur, lib. 5. quod repetitur conſil. 26. lib. 6. & Franc. Ripa in l. quod te, nu. 56. ff. ſi cert. pet. Neque. n. huiuſmodi procurator ad lites, etiamſi ſit cum libera, poteſt recipere ſolutionem, vt dicemus inf. eo. §. gl. 13. in verbo, *l'achepteur*, nu. 33. quod tamen intellige.

*An autem admittatur coniun cta perſona.*

*An procurator ad lites.*

98 *De coniun cta perſona.*

ET quantum ad coniunctam perſonam, adde etiam tex. probantem eam non poſſe denunciare, in l. tutor, in prin. & ibi not. Bald. ff. de minor. & voluit etiam Fel. in c. cum Mar. Ferra. col. 19. in 7. concluſione, verſicul. hanc concluſionem, extra de conſtit. Et text. qui videtur a diuerſo probare coniunctam perſonam poſſe huiuſmodi retractum intendere, in cap. conſtitutus, in princ. cùm dicitur, pro ſe ac fratre ſuo, & ibi glo. extra de reſtit. in integ. Sed tu vide ibi Pet. Anch. in 1. not. & Pan. col. pen. verſ. in glo. 1. Illud autem in confeſſo eſt, quòd ſi conſanguineus ſit minor, & præterea eius vitæ, ut merito bonis ei interdici poſſit, id eſt, prodigus, mente captus, aut furioſus, tunc coniuncta eius perſona pro eo admittitur ad huiuſmodi retractum, uti ad cætera omnia, quæ man datum ſpeciale requirunt, per l. patri, in princip. & ibi Bart. & Bald. ff. de minorib.

99 *Quid ſi intra annum cõſanguineus ratificet.*

ET illud tamen memineris (vt redeamus ad id quod de ſpeciali mandato dictum eſt) quòd ſi id certè requiratur, uti & ego cenſeo, nihil tamen impedit, quin etſi retractus oblatio facta fuerit ab alio ſine ſpeciali mandato, tamen intra tempus anni & diei ratum haberi poſſit à conſanguineo, cuius nomine facta eſt, per l. quòd ſi de ſpeciali. §. 1. ff. de min. & c. vlt. de iureiur. lib. 6. & c. 1. de hom. eod. lib. 6. Bal. qui illum priorem text. dicit not. & Sal. in l. ſi maritus. C. mand. multis concor. a me traditis ſupra, in hac eadem glo. in 12. q. in princ. Nec abs re diximus, intra tempus anni & diei, propterea, quæ diximus ſupra, eadem glo. nu. 88. tu tamen dic.

100 *Et ſi cõiuncta perſona poſſit, an requiratur ratificatio.*

ET ſi quis fortè contenderit ſufficere mandatum generale (vt nihil non apud nos controuerſum eſt) ideoq; & coniunctam perſonam indiſcriminatim eſſe admittendam ſine mandato, iuxta l. exigendi. C. de proc. hoc tamen ſciat eſſe intelligendum, dummodò conſanguineus poſtea ratificet, alioquin inutile ſit, quod a coniuncto ita actum eſt, l. 3. §. ſed & fortè, & ibi Bart. ff. iudi. ſolui. & l. diem. §. 1. ff. depo. & l. 1. C. quibus res iudi. non no cet. glo. in l. fideiuſſor, in fi. ff. de neg. geſt. Innoc. in c. auditis, extra de elect. & in cap. accedens, de pręb. Hoſt. & Io. Andr. in cap. ex parte Decani, & ibi quoque Bald. col. 3. verſ. quęro nunquid. & Imol. col. 1. de reſcript. Bart. in l. qui mihi donatum, col. 1. uerſ. quæro quid de coniuncta. ff. de donat. Alex. conſ. 40. circa primum, in fin. lib. 5. Franc. Aret. conſ. 26. factum ſuper quo, col. pen. verſ. circa quartum. Corn. conſ. 104. conſtat, col. pen. lib. 2. Iaſ. in d. l. exigendi, colum. 3. verſ. duodecimò limita. Nec proinde ſatis ſit ratificare, niſi id fiat intra annum à ſtatuto in id præſtitutũ, ſecundum ea quæ diximus dicto nu. 88.

101 *An pater pro filio ſine mandato admittatur.*

ET hęc procedunt in cæteris coniunctis, verùm pater pro filio admittendus eſt ad retractum, etiamſi in id requireretur ſpeciale mandatum, ut requiri cenſet Chaſ. Nam is ea poteſt agere pro filio, quæ mandatum ſpeciale exigunt. d. l. patri. in princip. & ibi Bal. ff. de mino. & voluit etiam Cyn. in d. l. exigendi, col. 2. in 4. q. C. de procur. & Io. And. in addit. Spec. tit. de coniuncta perſona, col. vlt. Ang. in l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego geſt. Petr. Anchar. loquens in caſu retractus, in c. conſtitutus, in 1. not. extra de reſtit. in integ. Phil. Dec. in l. filius, nu. 6. C. de pactis. At non filius pro patre id facere poteſt, ut colligitur ex d. l. filius. & ibi Bald. & Phil. Dec. in 2. not. Et vide, quæ dicam infrà in glo. 13. in verbo, *l'achepteur*, num. 35. & ita quidem. Nec tamen omittendum eſt etiam procuratorem cum libera, admittendum eſſe, ut aliàs ſemper in ijs quæ ſunt ſpecialis mandati, l. nam & nocere, & ibi glo. Bal. & Alex. ff. de pact. cum alijs multis concord. à me congeſtis infra eo. §. in d. glo. 13. in verbo, *l'achepteur*, num. 31. an autem ſit ſatis.

*An et fili pro patre.*

*An procurator cum libera.*

102 *Quæſt. an mandatum non modò oſtendere, ſed et legere debeat.*

ET poſteaquam eò peruenimus, quæro & Decimooctauò, an ſatis ſit, eum, qui tanquam procurator conſanguinei, facit hanc oblationem retractus, oſtendere ſiue porrigere inſtrumentum mandati, an uerò neceſſe ſit, ut legat, aut legendum præbeat, vide cap. appellatio, de appell. lib. 6. ubi ita ſcribitur, Appellatio, quam in ſcriptis iudici, à quo appellare uolebas, te porrexiſſe proponis, non poteſt ex eo, quòd coram ipſo lecta nõ fuerit, rationabiliter impugnari, & ibi glo. in verbo, lecta, quæ & id trahit ad alios quoſdam caſus & Clem. cauſam. de elect. dum ibi dicitur, porrecto uel perlecto, quaſi ſcilicet alterum ſufficiat, quod & ibi annotat glo. in verbo, perlecto. Per quem tamen text. dicit Bar. in l. non ſolum. §. morte. col. 7. in materia proteſtationis prohibitoriæ. ff. de nou. ope. nunc. quòd ſi quis denunciat debitori debitoris, ne ſoluat, debet ei oſtendere inſtrumentum debiti, vel ei exemplum illius dimittere. Et idem dicit ipſe Bart. niſi quòd nihil de exemplo dicit in l. grege. §. 1. col. 2. verſic. aduerte quòd ſi denunciatio. ff. de pig. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ubi omnia hæc copulat, ſcilicet, inſtrumentum oſtendere, illud legere, & ipſius exemplar tradere Sal. in l. mora, colum. 3. uerſ. ex prędictis patet. ff. de vſur. per l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. & alia iura. & Bald. conſ. 447. in puncto, col. 1. lib. 3. & Socin ſi is eſt, in tract. fal. reg. 79. in 1. fal. ubi idem dicit de ceſſionario, qui notificat debitori, ſecundum l. 3. C. de nouat. ut ſcilicet legat inſtrumentum ceſſionis, vel exemplum eius dimittat, quod etiam dicit ipſe Bar. quem non citat in l. 1. in princ. in 11. quæſt. ff. de nou. oper. nun. vbi tamen utrumque ponit, ut ſcilicet oſtendat, legatq; inſtrumentum, & eius copiam (ut loquitur) tradat, per d. Clem. cauſam.

IDEM Bart. in d. §. morte, paulò poſt ea quæ ſupra diximus, videlicet verſ. quæro an talis proteſtatio, dicit, ꝙ ſi quis tanquam procurator alterius facit proteſtationẽ, debet aduerſarium certiorem facere de mandato, inſtrumentum illius oſtendendo, ſicut (ait) ſupra dixi de mandato, arg. d. l. ſi quis inficiatus. Sed & poſtea quoque, ſcilicet col. 11. uerſ. tertiò principaliter, dicit, quòd cùm fit alicui proteſtatio, ut det uel faciat id, ad quod eſt obligatus facto alieno, ea debet fieri cum expreſſione cauſæ, & notificatione, & oſtenſione inſtrumentorum, & ea legen do uel exemplum eorum dimittendo, per d. Clem. cauſam. de electio. Et illum ſequitur Iaſon ibi, col. 14. uerſ. quarta concluſio. Subdit autem Bart. paulò poſt. Quòd ſi deſunt inſtrumenta, debet fieri fides per teſtes. 103

HVCQVE etiam ſpectat, quod tradit Petr. Anch. conſ. 327. pro declaratione iſtorum trium, ad fin. quòd non cenſetur inducta notitia, ſiue ſcientia ſententiæ, etiamſi oſtenſa fuerit, niſi tenore illius perlecto, per d. Clemen. cauſam, & no. à Bart. in d. §. morte. Ideoq; & interim non currit tempus appellandi, vt dicit Iaſ. conſ. 159. ſuper facto, col. pen. verſ. tertiò facit, lib. 2. vbi etiam allegat no. in d. Cle. cauſam. & Spe. tit. de citati. poſt prin. & iterum tit. de appel parte 2. §. qualiter verſic. cautus etiã ſit. & Arch. in c. quàm magnum. 23. q. 4. qui tamen id nõ dicunt, ſed illud, ꝙ nõ creditur ei, qui dicit ſe appellaſſe, niſi oſtendat inſtrumentum appellationis. Sed & Rebuff. noſter in tract. nominationum, in 4. q. nu. 120. ex his concludit, eum qui inſinuat literas gradus, vel nominationis, eas debere legere, vel earum exemplum tradere. Et faciunt, quæ in ſimili tradit Marſa. conſ. 24. viſis diligenter, col. 9. verſic. 3. principaliter, & Alex. conſil. 95. viſis proceſſibus, col. pen. verſ. ſupereſt. lib. 2. 104

105 *Quid ſi ſtet per emptorem ne ei legatur.*

EX quibus poteſt intelligi, & in noſtro caſu eum qui tanquam procurator alterius facit obligationem retractus, debere inſtrumentum mandati oſtendere, illudq; legere, ſiue legendum dare, vel ipſius exemplum tradere. Alioquin is nihil agit, niſi tamen ſtet per emptorem, quominus id fiat, quia fortè cùm iſte procurator oblationem faceret, oſtenderetq; mandatum, & ſe ad legendum pararet, is continuo aufugit. Nam tunc peræquè habendum eſt, ac ſi lectum fuiſſet inſtrumentum, vt in caſu d. Clemen. cauſam, voluit Cardin. Floren. ibi, poſt Paul. Eleaz. in 13. q. Nam & videmus (inquit) in ſimili, quòd qui impedit, ne citatio ad eum perueniat, habetur pro citato. cap. quoniam §. porrò, extrà, vt lit non conteſt. Et eum ſequitur Barbat. in d. Clemen. cauſam. colum. 12. in paruis, verſic. ſed quid ſi tu vis, & ipſe Rebuf. in

in d.4.q.nu.85. vbi & id trahit ad inſinuationē gradus, vel nominationis. Et alias ſemper, cùm per alium ſtat, quominus quid fiat, id vtique pro facto habetur, in ipſius præiudicium, l.Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff.de contrah.empt.& latè dicemus infrà, eod.titu.§.15, in verbo, *depuys la litiſconteſtation*, nu.7. idque perpetuū eſt. Et hìc etiam vide, quæ dicemus infra. §.2.in gloſſ.1. num.8. quid autem ſi cùm emptor, & ſeq.

106 *Quid ſi emptor nō poſtulet exēplar.* QVOD aūt diximus de tradendo exemplari inſtrumenti, id intellige, ſi emptor id poſtulet: alias enim ſatis eſt procuratori oſtendere authenticum inſtrumentū, etiamſi aliter eius exemplar non tradat, vt etiam apertè probat d.Clem.cauſam, qua omnes in hac materia innituntur, & voluerunt Card.Flor.& alij ibi.& idem Card. in Clem.conſtitutionem.§.inſuper, in fin.eod.tit.& Do. à Rota dec.168.ſi in cauſa, in nouis. & ſequitur Fely.illos tantùm, non etiam eum tex.citans in ca.cùm contingat, col.pen.verſ.non obſtat ratio, extrà de reſcr. & in c.cum Mar.Ferra.colum.20.verſi.quarta concluſio, extrà de conſtit.vbi illum tex.citat & Franc.Rip.in l.quod te. num.62.ff.ſi cert.pet.& optimè facit, quod a Bar. reſponſum eſt conſil.230, domine Iacobe. & quod dicemus infrà, verſic.ab hinc 4. ad fin. atque ita vbique in id genus negotijs vtimur.

107 *Cuius expenſis exēplari dari debet.* CVIVS autem expenſis (ne id prætermittamus) debet dari id exemplum, cùm dari debet, intelliges ex no. à glo.in d.Clem.cauſam, in verbo, porrecto, & ibi Ioan. Andr.Zenzel.Gui.Lau.Pau.Eleaz.Io.Ligna.Ant.Card. Flor.in princ.in 21.& iterum 22.q.Imol.colum.9.ſuper ea gl.Pan & Barb, atq; etiam ex alia gl.in Cle.1.verſ.ſimiliter, in uerbo, oblatos, & ibi quoq; Card.Flor.in 5.q. & Imo, eiuſdem Cle.col.vlt.de appel.& glo. in Clem.ſæpe.verſ.non ſit tamen, in verbo, pronunciatio. & ibi etiā Car.Flo.in 8.q.& Imol.col.10.num.59.& Georg.Nat.in repe.ſuper glo.in verbo formam, de verb.ſign. Spe.titu. de libel.obl.§.1.ver.actoris, Cyn.in auth.offeratur, in 7. q.& ibi Bart.in 1.q. Albe.col.2.verſi.ſed nunquid actor, & Bald, col.1.C de litis conteſt.Gul. Cu. & Bal.in l.1.in prin.& ibi Ang.in §.1.ff de eden.Ray.Bart.Alb. & Angel.in l.2 §.defendi, in fi.ff.qui ex cau.in poſ.eat. Bart. in l.1.in fi.C.de procu.Collec.in c.vlt.col.vlt.ver.ſed quid iudex appellationis, extra de no.oper.nunc.Ioan. Fantu. & Dom.in §.offeratur, 3.q.3.& Panorm in c.1.in fi. extrà de libel.obla.& in c.2, in 3.no.eo.tit.Lanfran.in rep. c.quoniam, in verbo, petitiones, in fin.de probat. Panor. in c.per tuas, col.vlt.& ibi Fely.col.2.de teſtibus, Petrus Ferra.titu.for.libel.in actio. rea, colum.3, verſicu. quid ergo ſi pars.

108 *An neceſſe ſit oſtendere mandatum, etiā ſi non petatur.* SED conſequenter dubitari poteſt, & decimonono, vtrum, ſicuti non neceſſe eſt procuratori tradere exemplar inſtrumenti mandati, niſi id petatur ab emptore, cū ſit oblatio, ut diximus verſiculo ab hinc 2. nec quoque neceſſarium ſit oſtendere huiuſmodi inſtrumentum, niſi etiam petatur. Quod placet Baldo loquenti de proteſtante nomine alieno, in c.Cumana, col.4.verſi.ſi quis proteſtatur, extrà de elect. Et idem in notario renunciante parti laudum, quod appellant, vt etiam non neceſſe ſit inſtrumentum oſtendere, niſi aduerſarius petat, reſpondit Bartol, d.conſi.230.domine Iacobe. Et idem in ceſſionario debiti denunciante debitori ne illud ſoluat creditori, vt ſcilicet non neceſſe ſit aliud quicquam oſtendere, ac nec cauſam quidem huius denunciationis exprimere, niſi petatur, tenent Spe.& Ioan. And.in addi, illius ti.de procuratore, parte 1.§.vltimo.col. quoq; ult. verſ.ſed nunquid ſufficit. Et in procuratore denunciante emptionem domino nomine emptoris, vt non teneatur oſtendere mandatum, Moder. Pariſ.in conſue.Pariſ.tit. 1.§.13.glo.11.num.2.

109 *Facere ſi quid tenemur, intelligitur, ſi petatur.* NAM aliàs cùm quis facere aliquid tenetur, intelligitur, ſi petatur ab aduerſario.l.dies.§. hoc autem iudicium.ff de damn.infec.& l.2.§.quod ait.ff.quor.lega. & l.peto.§.vlt.ff.de leg.2.& l. ſi quis filium.§.ſtipulatio, ff. de colla.bon.& l.ita ſtipulatus, & ibi Dy Barto.in 7.oppo.10.partis, & iterum in 6.quæſ Angel.Imo.Raph.Co. Alexandr.& alij.ff.de uerborum obligat & c.1.ad fi. de ſepul.libro 6.cum alijs concor. traditis ab Alexandr. in d.l.ita ſtipulatus.& Phil.Dec.conſi.2.cuius ſuperſcriptio incipit, pœna non committitur colum.2. uerſicu. tamen hoc non obſt.& à nobis abundantiſſimè ſuprà, titu. huius uol.conſuetudinum 7.§ 10.qui eſt omnium eiuſdem uol.72.in uerbo, *offrir*. Nec uidetur aliqua ratio differentiæ, ut quis potius non teneatur dare exemplar mandati, niſi petatur, quàm id ipſum oſtēdere, niſi etiā petatur.

110 VERVM ipſe Bald.in rubr.C depoſi.colum.1.in 4. quæſt, dicit, quòd ſi quis repetat depoſitum, nomine & tanquam procurator alterius, non eſt neceſſe excipi, eū non eſſe procuratorem, quando petit extra iudicium, p text.quem dicit not.in d.l.ſi quis inficiatus ff. eod.titul. in iudicio autem ſecus. Ex quo uides in huiuſmodi actibus extraiudicialibus, etiam ſi taceat, qui interpellatur, nec opponat de mandato, nihil ei obeſſe, niſi alter mandatum oſtendat, & hoc quoque non obſcure ſentiunt ij, quos citauimus in duabus præcedentibus quæſtionibus, & quos etiam citabimus infra eodem titulo §. ult.gloſſ. 2.in uerbo, *notifier au greffe*, numero 4.incip. ſecundò quæro, & ſeq.

111 *Niſi cùm aliquid cōſequi volumus.* ET aliàs cùm uolumus aliquid conſequi, ad quod conſequēdum debemus aliquid facere, tenemur id etiā non rogati facere: ut expreſſim uoluit Bald.in c.licet.tit. ſi de feu.defunc.ſit conten inter do & agn.per text. in l. ſi reſiduum.C.de diſtrac.pign. & ſequitur Iaſon in prælud.feu.col.22.uerſi.quartò ad idem & Philip.Dec.conſil.421.plenè & ſubtiliter, colum.2.nume.11. Et bene facit, quod uoluerunt Imo.& Alex in addi.Bart. in l.ſtipulatio.§.ſi quis autem.ff.de oper.no.nun.cum ſi.. Eſtque apertum & euidens diſcrimen inter oſtenſionem ſiue exhibitionem mandati, & dationem exemplaris eiuſdē. in primo enim caſu, niſi procurator oſtendat inſtrumentum, nihil eſt cur ei credendum ſit. In ſecundo uerò iam facit, quod in ſe eſt, oſtendendo inſtrumentum: nihilque eſt, quod aduerſarius conqueri poſſit exemplar nō fuiſſe ſibi datum, niſi ipſe petat.

112 *Quæſti. an tempus retract. currat ſtatim à uenditione ante traditionem.* VIGESIMO quæro, utrum iſtud tempus anni currat ſtatim à uenditione facta ante traditionem rei, an verò demum facta traditione. Quæ quæſtio pēdet ex eo quod tractauimus ſuprà, eod.§ glo.2.quæ eſt in uerbo, *à vendu*, num.44 quid autem ſi quis uendidit, & multis ſequ. utrum ſcilicet retractus habeat locum in ſimplici uenditione ſine traditione, an uerò requiratur traditio ut locum habeat. Sed ultra ea, quæ ibi diximus, poſſet uideri non currere tempus conſanguineis, niſi à traditione, per id quod uoluere Bar.Bal.Ang.Raph.Floria. Paul. Caſtr. Alex. Frā. Are.& Iaſ.in l.ſi cui legetur, in prin.ff.de leg. 1. qđ ſi emptor promiſit ſoluere preciū intra certum tempus, non ei currit tempus, niſi à die rei traditæ, arg.l.tali. ff.de iure dot.& idem uoluit ipſe Bal.in l.ult.§.1.ad fi.ff. de reſcin uend.& in rubr.C de contrah. empt. col.vlt.in 23.quæſt, & Sal.in l.2.in fi eo.tit.& Paul Caſt.conſ.217. videtur dicendum quod tempus, paulò ante fin. lib.1. & Franc.Aret.qui id dicit no. conſ.193.conſideratis, col. vlt & Ang.Aret.in.§.actionum autem, col.4. uerſ. vnum tamen tene menti. Inſt.de actio.ubi id dicit no.& menti tenendum.Soc.in l.ſi in diem, in princ. ff.de cond. & demon.Caro.Rui.conſ.63.videndum eſt, poſt princ. lib.5. ubi & ex hoc in pulchro caſu conſuluit & Guid.Pap. ſingul.873.ſi res vendatur, ubi & ex hoc dicit, quod tēpus ſtatutum à contrahentibus ad redimendum rem uenditam reſtituto precio, non currit niſi à tempore traditionis.de quo & nos dicemus infrà, tit.ſeq.§.1.glo.2.in uerbo, *à tel temps*, nu.63.cæterùm & hìc.

ET



113 ET facit, quòd in ſimili traditum eſt ab eodem Gui. Pap.deci.Delph.165. ſed iuxta tempus anni & diei datum emptori ad fidelitatem præſtandam domino, non currere ſtatim à die emptionis, ſed tantum à die traditionis, ſiue adeptæ poſſeſſionis: per id, quod voluerunt Gul.Cu.Bal.Sal.Raph.Fulg.& Pau.Ca. in l.ſolemnibus. C.de rei vend.huiuſmodi tempus non currere non poſſidentibus, de quo dicto & nos quoque diximus ſuprà, in eadem gl.num.37, ſed & facit, & ſeq. Et huc quoque pertinet, quod ſcribitur in c.commiſſa.de elec.lib.6. annum promotionis ad ſacros ordines non currere à tempore collationis ſiue impetrationis beneficij, ſed adeptę poſſeſſionis. Et quòd ſæpe aliàs tempus traditionis etiā in venditionibus ſpectandum ſit, ex text.in l. ſi aliena, in princip. & l.ſi is qui.§. ſi ex teſtamento, & l.iuſto errore.§.& ſi poſſeſſionis.ff.de vſuc.& l.2.in princip.ff. de vſuc.pro emp Sicuti etiam in cæteris rebus, l. de diuiſione.ff.ſol.mat.& l ſi ſponſus, in prin.ff.de donat.inter vir. & vxor.

114 *Cōtractus à traditiōe vltimam pfectionē accipit.* NAM & contractus non omnino perfectus eſt ante traditionem, ſed ab ea vltimam perfectionem accipit. l. 1.& ibi gl.& Cyn.C.de peri. & commo.rei vendit. & §. venditæ Inſtit.de re.diui.& cap.cùm Ioannes, circa prin. extra de fide inſtrumen.gl.in §.1.in prin.Inſt. de cōtrah. emp.Bald.in l.ab emptione, col.1.verſ. tertiò.ff.de pact. cum ſi. Ex quo videmus ſimplicem uēditionem ſine traditione, non impedire, quin alij poſſimus rem eandem vendere, & eius dominium tradendo transferre, l.quoties.C.de rei vend.cum ſi.atque etiam alteri obligare, l. vlt.§.Lucius, & ibi glo.in verbo, obligauit.ff. de donati. glo.in l.1.in verbo, perfectam, & ibi Andr.Barul.Bart. col.2.verſ quæro, dicitur hic.Bald.col.3.verſicu. vltimò no.Luc.Pen.tum in 1.no.tum col.vlt.ſuper ea gl.& Ioan. Plat.col.1.verſ.ſed quæro res alteri.C.de iure fiſci, li.10. ex quibus Bart. dicit, illum tex.in d.§.Lucius, ſingul. & Alex.in addi.Bart.in l.ſi quis argentum.§.1.C.de dona. & Phil.Dec.conſi.646.præpoſita, col.1. Hincq; publicatis bonis cuiuſpiam, publicatur res ab eo uendita, nec dum tamen tradita, l.ſi fundus, ibi, nam & ſi vendideris. ff.locati.quem ſing.& mirabilem dicit Ro.ſin.427. nunquid confiſcatis. Et in caſu huius retractus, ut non currat tempus ipſius ante traditionem, tenuit expreſsè Bal. in tract.Protomixeos, col.penul.verſ.ſecundò, quia non conſtat. [& Aegid.Bellam.in c.conſtitutus.col.12. verſi. tertiò dico de reſti.in integ.]

115 TV tamen ſequere, quæ diximus in d.uerbo, *à vendu*, vbi ſuprà. Nam & Signo.expreſſim de hoc caſu loquens conſ 81.in quæſtione vertente inter Nigrum, col. 2.verſ.hic ſi poſitis: reſpondit, annum & diem huic retractui præſtitutum, currere ſtatim à tempore venditionis, ante traditionem rei, per l. ſciendum, §. vltimo. ff. de ædil. edict. & quia cùm lex diſponit de tempore reſpectu actus, incipit id tempus currere ſtatim à die illius actus, l.ait lex.ff.ad le.Aquil.& l. annus. ff. de calum. & l.mariti.§.ſed menſium.ff.de adult & l.1.§.dies.ff.de libe.agno.& l.vlti.ff.de manumiſ.teſt.Hęc Signo.quæ proximè accedunt ad caſum noſtræ conſuetudinis. quæ quidem diſponit de tempore anni & diei, reſpectu huius actus, qui eſt vendere, cùm dicit, *ſi aucun a vendu*, &c.

116 SED & Alber.in l.ſi filiusfamiliàs.§. cùm fundum, paulò poſt medium, verſ.item facit ad alium, ff.de uerb. oblig.expreſsè etiam dicit in caſu conſuetudinis concedentis retractum rei immobilis alienatæ in extraneū intra annum, huiuſcemodi tempus anni currere ſtatim facta uenditione, non expectata traditione, tum per l. ſi ſub conditione.ff.de ſolutio.tū quia traditio videtur habere neceſſariam conſequentiam ad contractum, l.1.& l.ex empto, in princ.ff.de contrah.emp.Ideoque ex tunc fictione Iuris uidetur dominium translatum, argu.l.potior, & l.qui balneum.ff. qui potiores in pigno. hab. Et idem quoque non obſcurè uidetur uoluiſſe Sal.poſt Cy. in l.contra.in fi.C.de inoffi.teſta.

117 ET facit quod tradunt Iac.Aret.Ray.Cy.Bart Bald. Alb.& Sal.in l.aſſiduis, contra, aut uerius præter gl. ibi, in uerbo, hypothecam.C.qui potio.in pign.habe. quòd hypotheca dotis contrahitur ex die promiſſæ ipſius dotis, etiam ſi traditio longo pòſt interuallo facta fuerit: cùm illa trahatur ad diem promiſſionis, à qua neceſſariam conſequentiam habuit, per l.1.ff.eo. Quod & idem uoluerunt Cyn.& Alberi.in l.cùm tibi.C.eo.titu.Raph. Fulgo conſi.216.proponitur, col.1.& Paul.Caſt. conſil. 294.in cauſis, col.vlt.lib.1.& Soc.conſi.269.pro inueſtigatione, colum.3.uerſi.4.& ult.lib.2.Steph.Bertr conſi. 304.uiſis duobus, in princip.lib.1.Sed caue, quia id ſpeciale eſt fauore dotis. Aliàs enim ſecus eſt, d.l.potior.ff. qui potio.in pign.habe.& l.diuerſus C.eodem, & l. Titius ff.quæ res pign.oblig. poſ. Sunt autem multæ conſuetudines in Gallia, quæ circa hoc noſtrum dubium expreſſim diſponunt, quas uidere poteris. Sed & uide, quæ dicam infrà, in §.56.eodemq; ult.huius tit.in gl. 2. in 14.quæſt.

118 *Quæſt. re vēdita ita vt non niſi poſt mortē venditoris res ad emptorē tranſeat, à quo tēpore currat tempus retractus.* VIGESIMOPRIMO quæro, quid ſi quis ita uendiderit, ut ius aut dominium in emptorem non transferatur, niſi poſt mortem uenditoris. Id enim fieri poſſe ſatis oſtendit text.in l.1.C.ut actio.ab hæred. & glo. in l.ult. in uerbo, accommodauerat C.de pact & in l.hæreditas. C.de pact.conuen.& in l.1.ff.de teſtam. cum alijs multis concord à me traditis in tract. primogeniorum in 5. quæſtio. Et ego tres aut quatuor ſimiles uenditiones ita factas uidi. An igitur tunc tempus currat à tempore cōtractus, an uerò à tempore mortis uenditoris: Certè ſi retractus non competeret, niſi à tempore traditionis, iuxta ea quę dicta ſunt in præcedenti quæſt. fruſtra id in dubium reuocaretur, niſi diceretur, quòd etiam hoc caſu poſſet procedi ad traditionem ante tempus, hoc nuncupatim acto, ut ius percipiendorum fructuum differretur in tempus mortis uenditoris. Sicuti & poteſt procedi ad traditionem rei legatæ ante mortem teſtatoris, à qua tamen legatum, & non antea uires aſſumit, l. Lucius Titius in teſtamento.ff. de legat.1. & plenè dicemus in tracta.noſtro de iure Conſtitut parte 2.ampliat.24. Sed quia etiam mihi ſemper potior uiſa eſt ea ſententia, quæ traditionem non requirit: Ideò non mihi ocioſum eſſe uidetur & id quærere.

119 IN quo ſanè non ambigimus, quin, ſi contractus iſte purus ſit, ſed cuius dominij aut percipiendorum fructuum ius dilatum ſit in aliquod tempus aut mortis aut aliud, cōpetat retractus cōfeſtim cōtractu inito, nō expectato tēpore, ut de Gabella, quæ debetur ex contractu nuncupatim uoluit Bart.in l. ſancimus, in fin. per illum text.& ibi quoque Ioan.Plat.circa medium.C.de Conſul.lib.12.& Iacobus à S.Georg.in tracta.de Roydis, ſiue operis, col.10.nu.63. quid autem ſi contractus. Ex quo & ipſe Plate.infert, quòd præſens emptor gabellarū eam habebit, non qui erit eo tempore, in quod effectus uenditionis dilatus eſt. Si ergo ius retractus iam competat, nihil uidetur, quin tempus eius currat, ſi modò ex noſtra priuata conſuetudine.§.ultimo, huius tit. contractus in acta relatus fuerit.

120 *Quæſt. ſi cōſanguineus, qui emptorem in ius vocauit, poſt annum liti renunciauit, an remotiores admittuntur.* VIGESIMOSECVNDO quæro, quid ſi conſanguineus proximior obtulit precium emptori, qui eum non admitrit, ideoque lis inter eos oritur, interimque annus exijt, tandem proximior liti renunciat: an conſanguineus remotior admitti debeat. Et certè ſi ob huiuſmodi renunciationem datum ſit precium, locus erit retractui non quidem rei primùm uenditæ, ſed huius actionis retractus intentatæ ab illo proximiore cōſanguineo, cui ob precium renunciatum eſt: per ea quæ diximus ſupra in glo.7.in uerbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*, numer.1.& 2.& rurſum 32.ex quo infertur. &

quæ

quæ dicemus infra in gl.14.in verbo, *ou equipollent à uente*, num.74.hæc autem quæ dicta ſunt. At ſi conſanguineus ſponte ſua nullo accepto precio renunciauit, nullus patet locus retractui aliorum côſanguineorum, cùm hęc renunciatio ita facta nullo pacto æquipolleat venditioni, & annus uenditionis iam effluxerit.

121 *Quid ſi de colluſione appareat.* Ni forte de colluſione, perfidia, & præuaricatione ipſius proximioris appareat, ex eo quòd in ſimili dicitur in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.& l.1.§.ſi tamen.ff.de lib.ho.exhib.& l.intra quatuor.in princ.ff.de diuer.& temp. præſcrip. qui tex. ad hoc eſt optimus, & l.1.§. vlt.ff. de iure fiſc. Quid enim, ſi proximior ideò hanc retractus oblationem fecit, vt cæteri conſanguinei remotiores ſcientes ſe ab eo excludi atq; ſummoueri, ad retractum non accedant, vt in ſimili dicitur in l.ſi pupilli.§.vlti.ff. de neg.geſt. & in l.in commodato.§.ſicut.ff. commod.cùm dicitur, ſuſcepiſſet enim fortaſsis alius, ſi is non ſuſcepiſſet. Vix enim quiſquam vidês proximiorem iam ad oblationem retractus veniſſe, in iusque ob id emptorem vocaſſe, ad retrahendum ſe offeret. Quid igitur, ſi interim tempus retrahendi tranſeat, ac poſtea ipſe proximior liti renunciet: ſicq; cæteri maneant perpetuò illuſi & excluſi?

122 *Quid, ſi côſanguineus paſſus eſt ſe uinci, cùm vincere potuiſſet.* Et idem quoq;, ſi conſanguineus non expreſsè renunciauit liti, ſed paſſus eſt ſe vinci, cùm poſſet vincere. Neq; enim id obeſſe debet cæteris conſanguineis remotioribus, quin & ipſi admittantur, etiam lapſo retractus tempore, vt in præcedenti caſu. Nam licet aliàs valeat ſententia lata aduerſus tutorê non ſponte ipſius, etiamſi res immobilis pupilli ex ea ſententia admittatur, propter auctoritatem rei iudicatæ, l. ſed ſi pecunia, quæ eſt 3.§.item quæri.ff.de reb. eo. ex quo parata eſt via (vt dicunt Alber.& Bart.ibi) fraudandi minores, ſubijciendo alium, qui rem eorum immobilem vendicet: hoc tamen intelligit Alber.ibi, niſi colluſio detegatur, per l.1 & l. cùm non iuſto. ff. de colluſ. deteg. Cui adde iura ſupra in præcedenti verſi. allegata.

123 *Biſſextus in tempore retractus utrùm pro uno die, an duobus cêſendus ſit.* Vigesimotertio quæro, quid ſi biſſextus ſit in eo anno, qui conſanguineo currit: an dies intercalaris ei proderit, ut ſcilicet annus eo die auctus exiſtimâdus ſit. Quod vtiq; verum eſſe videtur, per tex.in l.2.ff.de diuer. & temp.præſcrip. Nam & aliàs id biduum pro vno die habetur, l.3.§.minorem.ff.de minor. & l. cùm biſſextus. ff.de verbo.ſignif.& c.quæſiuit, extra eod.tit. Sed id tamen non omnino clarum eſt in noſtro caſu, quia illud procedit in fauorabilibus, non etiam in odioſis: vt per l. cùm hæres, quæ eſt 3.§.Stichus ſi hæredi. ff. de ſtatulib. voluit glo.in d.c.quæſiuit, in uerbo, quaſi pro uno, in fi. & ibi quoque Hoſt.& Panor.& alia gl.in c.ſi propter, in verbo.primi anni, in fi.de reſcript.lib.6.& in c. nullus, in glo.vlt.55.diſt.& Bal.qui gl.in d.c.ſi propter, dicit ſing. in marg.in verbo, dies, in princ. Ideò hæc quæſtio ex eo pendet, vtrùmne retractus ſit fauorabilis, an odioſus: de quo latè diximus ſupra in præfat.huius tit.vbi videre poteris. Tu autem hîc vide quæ etiam de biſſexto dicemus infra eo.§.3.gl.2.verſ.vlt.

124 *Si conſanguineus intra annum adire emptorem nô potuit, hoſtibus itinera occupantibus, an ei ſit ſubueniendum.* Vigesimoqvarto, quid ſi cùm conſanguineus adiret emptorem, vt ei offerret precium, reperit iter occupatum ab hoſtibus, aut prædonibus, ut tutò tranſire non potuerit intra annum: an illi ob id, aut aliam quampiam difficultatem, ſubueniendum ſit: quod uidetur, argum.l.ſi vehenda.§.idem iuris.ff.ad legem Rhod. de iactu, & l.non exigimus.§.1.ff.ſi quis cautionibus, & l. Celſus.§.1.ff.de recep. arbit. cum infinitis ſimilibus, à quibus difficultas excuſat, collectis à Recentioribus, poſt Antiquiores, in l.quod te. ff. ſi cert. petat. Sed hæc quidem omnia procedunt, cum tractamus de damno uitando. Quòd ſi lucrum conſectemur, tunc difficultas nihil nos excuſat, vt uoluiſſe videtur glo.in l. vſufructu conſtituto, quæ eſt 4.C.de vſufruct.per l.vxori, la 1.ff.de vſufru.legat.& Bal.in l.2.per tex.ibi.C.de vſur.& fructi. legat.& expreſſim voluit Franc.Ripa, in d.l.quod te, nu. 49. Et bene facit, ut & ipſe dicit tex.in l.ſciendum.ff. ex quibus cauſ.maio.vbi ſcribitur, in ijs caſibus reſtitutionis auxilium maioribus datur, in quibus rei duntaxat ſuæ perſequendæ gratia quæruntur: non & cùm lucri faciendi ex alterius damno auxilium ſibi impartiri deſiderant.

Certum eſt autem, conſanguineos venientes ad retractum, tractare de lucro captando, ex ſententia Inno. 125 *Retrahentes certât de lucro captando.*
Hoſt.& Io.And.in c.conſtitutus, col.2.in uerbo, offerre, & ibi quoque [Aegid.Bella.&] Pet.Anc. in octauo not. extrà de in integ.reſt.ubi loquentes in caſu d.c.conſtitutus, quod loquitur de hac noſtra conſuetudine, dicunt, minori ſubueniri, etiam in lucro.& ibi apertiſſimè Pan. co.2.in ſexto no.Bar.etiam loquentis in caſu d.c.conſtitutus, in l.vlt.in fin.C.in quibus cau. in integ.reſt.& in l. etiam, la 2.in fin.ff. de mino.& Alexan.conſi.65. quoniam omne datum, col.7.verſ. nonò dictum ſtatutum, lib.6.quod repetitur conſi.119.eo.lib.& Phil.Dec.conſ. 556.viſo conſi.col.2.

Qvod & hac ratione probatur, quòd qui agit de 126 *Lucrû eſt, ius ſpeciale côſeruare.*
conſeruando iure ſpeciali, is de lucro captando agit, teſtimonio glo.in l.2.§.1. in uerbo, conſenſus, in fin. & ibi Ang.& Lancel.Dec.ff.de iudi.& Fran. Ripæ, in l. centurio, co.9.nu.25.ff.de vulg.& pup.& in l.filiusfamiliàs.§. diui, nu.82.ff.de leg.1. Sed & uidemus, quòd qui certat de beneficio, is de lucro captando certat: ut probat text. in c.dudum, ibi, ubi de lucro D.G. tantùm agitur. & ibi Domi.co.1.ver.no.quòd ubi agitur, & Phil.Fran. qui eû tex.dicit ſing.in decimo no.de præb.li.6. Sed tu interim vide ſuper hac quæſtione, quæ dicemus infrà, eo.tit. §.3. gl.4.nu.5.quid tamen, & ſeq. *Quid de beneficio certat, de lucro certat.*

Vigesimoqvinto, Titius vendit Sempronio fundum ea lege, ut poſſit eum redimere intra tres annos. 127 *Quæſt. de anno retractus.*
Titius ipſe duobus menſibus ante id tempus trium annorum vendit eidem Sempronio eam facultatem redimendi: certum eſt, in uenditione huiuſmodi facultatis locum eſſe retractui, ex ſententia Alexan.conſil. 27. attentis, ad fin.lib.3.& diximus ſuprà in glo.7.in uerbo, *ou autres choſes*, num.32.ex quo infertur. nunc ergo quæritur, utrum conſanguineus Titij uolens retrahere huiuſmodi facultatem, & conſequenter ui illius fundum primo loco uenditum, debeat uenire intra illud tempus trium annorum: an verò etiam poſſit poſt id tempus, ſcilicet intra annum à venditione illius facultatis. Quod videtur, per hanc noſtram conſuetudinem, quæ dat annum ad retrahendum. Et ita aliquando fuit iudicatum à quopiam iudice huius noſtræ Pictauiæ. De quo interrogatus, reſpondi, mihi uideri eum malè iudicaſſe. Nam lapſu eorum trium annorum extincta eſt illa facultas, nec licuit poſtea retrahere: ut reſpondit Angel. conſil. 199. Titius rem quam emit. & dicemus latè tit. ſequent. §.1.gl.2.in verbo, *à tel temps*, numer. 40. quid autem ſi huic, & multis ſequent. Quomodo ergo poterit eam facultatem extinctam lapſu illius temporis, aut fundum vi illius redimere? cum quod extinctum eſt, amplius nô ſit, l.quoties.§.vltimò.& l.qui vſum fructum, in princ. ff. de vſufru.& l.repetita.§.rei mutatione, & l. quid tamen §.1.ff.quib.mod.vſufruct.amit.

Nam & uenditio, quæ de huiuſmodi facultate eſt, nullo pacto eius tempus prorogauit. Quod vt clarè intelligas, fac Titium eam facultatem uendidiſſe alteri 128
tertio, non emptori fundi: dicèſne, conſanguineum Titij, qui eam facultatem ab illo tertio retraxit, poſſe intra annum quidem uenditionis illius facultatis, ſed poſt illud tempus trium annorum, redimere fundum à Sempronio emptore. Et certè nemo, niſi prorſus à communi rerum ſenſu alienus, id dixerit. Quid autem intereſt, quantum ad tempus facultatis, uenditor eam alteri uendiderit,



diderit, an emptori? Et ſi aliter diceremus, in hoc caſu noſtro, conſanguineus plus conſequeretur, quàm uenditor haberet ante uenditionem, aut emptor etiam ipſius facultatis: nempe quòd poſſet retrahere poſt tempus facultatis, cùm uenditor aut emptor eiuſdem non potuiſſet, quod minimè dicendum eſt, ut expreſſim voluerunt Cyn.Ang.& Paul.Caſt.in l.ſi maritus. C. de inoff teſta. & latè diximus ſupra.§ 1.in d.gloſſ.7.in uerbo, *ou autres choſes*, num. 65. uerùm Cyn. Igitur quod hîc de anno dicitur in noſtra conſuetudine, intelligitur niſi interim res ipſa extinguatur. nam & quod extinctum eſt, cedi nô poteſt. l.decem.ff.de uerb.oblig & ca.ad diſſoluendum, extra de deſponſ.impub.& dicemus latius infra §.26.gl. 1.num.56. incip. decimotertiò quod extinctum eſt. Et uide etiam, quæ dicam infra in fi.huius tit.q.31.

129 *Si non ſit, cui oblatio fieri poſſit, an têpus currat.* Vigesimosexto quæro, quid ſi emptor præſens nô ſit, cui hæc oblatio fieri poſſit, nec habet domicilium, nec uxorem, nec procuratorem: utrum interim currat id tempus conſanguineo? Et non currere adſtruit tex. in l. quòd ſi nolit.§.in cauſæ. ff.de ædil. edic. & in ſimili in l. cùm quidam.§.ſi pupillo.ff.de uſur. Sed tu hîc vide, quę dicam infra eo.§.in glo.13.in uerbo, *l'achepteur*, nu.21. quid denique, & latius §.9.in glo. vlt. quæ eſt in fi. illius. num.17.ſed quid ſi ignoratur, & multis ſeq. vſque ad fi. eius glo.vbi etiam reperies, quid tunc conſanguineo faciendum eſt.

## *ET IOVR, ET DIEM, GLO. XI.*

1 *Dies naturalis.* De Anno quædam in gloſſ. ſuperiore diximus: nunc & de Die alia quædam dicenda ducimus. Diem igitur habemus & naturalem, & ciuilem. Naturalis, ut à Cenſorino ſcriptum eſt ad Q.Cerellium, tempus dicitur ab oriente ſole ad ſolis occaſum: cuius principium Mane appellauere antiqui, uel quia tunc manat ab oriente dies, ut tradit Varro lib.5.de Ling.Latina, vel quia ab inferis locis, id eſt à Manibus, ueniat: aut (quod verius exiſtimat Macrobius libro 1.Saturnal.c.3.) boni ominis cauſa. *Mane.* Mane enim veteres bonum dicebant: unde Dij ipſi inferi Manes dicti ſunt, quos bonos putabat: cuius contrarium eſt Immane: vt immanis belua, immane facinus. *Manes. Immane.* De quo etiam per Seruium enarrantem illud 3.Aenei.

*-Stant Manibus aræ.*

Porrò Caius Titius Probus in Epitome 10.lib.Valerij Maximi (niſi ſit ſuppoſititius liber) tradit Manios dictos, qui mane editi erant, uel ominis cauſa, quaſi boni. *Manlij.* Manum enim (inquit) antiqui bonum dicebant, quod & Varro vbi ſupra ſcripſerat. Occaſus verò ſuprema tempeſtas dicebatur: vnde illud ex Duodecim Tabularum legibus, quas Decemuirales nuncupamus, apud Macrobium & Cenſorinum, Suprema tempeſtas ſolis occaſus eſto. *Suprema tempeſtas.* Ortus autem & occaſus tantum noti ſunt in ipſis legibus Duodecim Tabularum: ſed poſt aliquot annos adiectus eſt meridies, Accenſo Conſulum id pronunciante, vt ſcribit Plin.lib.7.cap 60.eodemq; vlt. *Meridies. Accenſus.* Ex quo hic verſus:

*Vbi primum Accenſus clamarit meridiem.*

Quem citat Varro lib.2. Linguæ Latinæ, ubi dicit, præconem Accenſum dictum, quòd acciebat. Aſconius autem Accenſum miniſtrum interpretatur. Aliter Nonius Marcellus capite de doctorum indagine, ipſius Varronis auctoritate de Vita patrum lib.3. *Ciuilis dies.* Ciuilis uerò dies (vt ad Cenſorinum reuertamur) vocatur tempus quod fit vno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur, vt cùm diximus aliquem dies 30 tantùm vixiſſe, relinquitur etiam noctes intelligere. Huiuſmodi dies (ſicut memorant Varro in lib. Rerum humanarum, Tullius in Auguralibus, Pli. lib. 2.c.79. Aulus Gel. in lib. quas Noctes Atticas inſcripſit, quas verius luces dixeris, li.3.c.2. Seruius Maurus, aut vt alij vocant, Marius, in lib.5.Aeneid. Macrobius, quo loco ſupra citauimus, & ipſe Cenſorinus, & Beda in lib. de ratione temporum, c.2.& iterum lib.de Natura rerum, c.5. atq; etiam è noſtris Accur.poſt Io.antiquum gloſſatorem in l. more. ff. ferijs, & Ioan. Andr.in c.conſuluit, col.2. extra de offic. deleg.) alij aliter obſeruarunt. Babylonij, & Perſæ inter duos ſolis exortus, id eſt, à ſolis exortu ad exortum alterum aſtri, diem ſtatuerunt. *Babyloniorum dies. Perſarum.* Id quod ab Hebræis ſumſiſſe videntur, quibus dies computabatur à mane uſque in mane, ut tradit Diuus Aug. lib.1. de Geneſi aduerſus Manichæos, interpretans illud principium Geneſis, Et factum eſt veſpere & mane dies unus. *Hebræorû. Athenienſium. Manichæorum.* Quâquam Chryſo.in Matthæum, Homil.51. poſt princ. tradit Iudæos à veſpere ſemper dies numerare ſolitos. Sed & Athenienſes inter duos occaſus, uidelicet ab occaſu ad occaſum. Quod ſecuti Manichæi, cenſebant diem à veſpera incipere, ut ſcribit Auguſt. vbi ſuprà. {Id quod etiam Galli antiquitus facere conſueuerunt. *Gallorum. Vmbrorû. Hetruſcorum.* Hi enim ſpacia omnis temporis, nô numero dierum, ſed noctium definiebant, & dies Natales & menſium initia ſic obſeruabant, ut noctem dies ſubſequeretur, vt ſcribit Cæſar lib.6. de bello Gallico.} Vmbri & Hetruſci à meridie in meridiem. *Romanorû. Aegyptiorum. Hipparchiorum.* Romani, Aegyptij, & Hipparchij à media nocte ad mediam noctem proximam. Itaq; Paul.Iuriſc.in d.l.more, hæc ſcribit: More Romanorum dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaque quod in his 24.horis, id eſt, duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt quaſi quauis hora lucis actum eſt. Quæ eadem propè verba repetuntur in d.c.conſuluit. De hoc ciuili Romanorum die, Gellius non dubitat Virg. intellexiſſe non expoſitè quidem atq; apertè, ſed vt hominem decuit poëticas res agentem, recondita & quaſi operta veteris iuris ſignificatione, cùm ſcribit lib.5.Aeneid.

*-Torquet medios nox humida curſus,*
*Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.*

Vbi & hoc annotauit Seruius, qui tamen in alijs multis diſſidet à cæteris ſcriptoribus.

Cvivs rei rationes plurimas adducit Plutarchus ille 2
Polyhiſtor. Problematum Romanorum cap. 85. Cur, inquit, diei principium de media nocte numerant? An quòd reſpublica ab initio militari more & inſtituto conſtituta eſt? In re autem militari multa noctu utiliter occupantur. An diei ortum agendi principium eſſe uoluerunt, noctem uerò conſilij & apparitionis? *Dies ortus agêdi, nox conſilij.* Oportet autem præparatos rem aggredi, non agentes præparari, vt Myſon ad Chilonem, unum de ſeptem, dixiſſe fertur, dum per hyemen vannum conficeret. An quemadmodum meridies finis eſt multis reipublicæ gerendę, ſic noctem intempeſtam actionum omnium oportere initium ſtatuerunt? Cuius rei maximum argumentum eſt magiſtratum Romanum poſt meridiem fœdus facere non ſolere. Ab occaſu quidem & ortu principium & finem diei capere licet? Nam ſi multitudinis iudicio principium diei, cum ſol emergere cœperit, noctis verò initium, cum penitus occiderit, terminauerimus; æqualitatem diei ac noctis (quod æquinoctium dicimus) non habebimus. Quam enim noctem diei parem maximè videmus, ea die, cui comparatur, ſolis ſpacio ac magnitudine breuior reperietur. Nam quod Mathematici afferunt, & huic rei medicinam afferentes, diei ac noctis veriſſimam rationem conſtituunt, centrum ſolis cum finientem attingat, omnem euidentiam, & claritatem funditus tollit. Neceſſe eſt enim accidere cum multum lucis etiam ſub terra ſit, & nos radijs ſuis iam ſol vndique colluſtret, ut diem nondum eſſe fateamur. Quare cum ob dictas cauſas ortus diei & occaſus principium difficillime

cillimè capi poſſit, relinquitur, ut aut medium diem, aut mediam noctem principium diei ſtatuamus. Potius autem, ſecundum: fertur enim à nobis ſol à meridie ad occaſum, a media uerò nocte ad orientem ad nos redit. Hæc ille.

3 *Dies naturalis. Dies vulgaris.*

Dies ergo naturalis, ex antiquorum ſententia (vt repetamus) id tempus dicitur, quod à luce eſt ad tenebras: cuiuſmodi vulgus omnem diem ſimpliciter nuncupat, vt tradit Plutarchus in eo loco, & Plinius d. ca. 79. lib. 2. & è noſtris Bal. qui ex eo hanc diem vulgarem nomine peculiari appellat, in c. 2. de feri. Sed & ſacræ literæ ſtatim circa initia Geneſis, Diuiſit (inquiunt) lucem à tenebris, appellauitq; lucem, diem: tenebras, noctem. Vnde illud Ambroſij:

*Qui mane iunctum veſperi, Diem vocari præcipis.*

*Dies artificialis.*

Hunc quoque diem nonnulli è noſtris perperam uocant artificialem. Et de eo loquitur tex. in l. 1. verſic. nec verò, & ibi Ang. no. C. de cuſto. reo. quem & expendit & dicit no. Bal. in ſua Margar. in uerbo, dies, ad id quidẽ, quòd dies, dum diſtinguitur à nocte, incipit à primo ſolis ortu, & deſinit in eius occaſu, ubi & nox incipit. Quod facit ad ſtatuta grauius punientia delicta noctu commiſſa. De quo etiam per Bar. in l. Titius. §. Lucius, & ibi quoque Bal. Ang. Imo. Raph. Co. Alex. Fran. Aret. & Iaſ. ff. de li. & poſth. eundem Bart. in l. aut facta. §. tempus, & ibi latè Alex. in Addi. ipſius. ff. de pœnis, & in l. qui duos. §. 1. ff. de manu. teſta. Io And. Car. Flor. Pan. Io. Ana. & Fel. latè in cap. ſi perſodiens, ubi etiam eſt bonus tex. extrà de homic. Bal. Ang. Alb. Paul. Caſt. & Alex. in d. l. more. ff. de fer. Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 19. dein de quæro, ſtatuto cauetur, Alber. Gand. in tracta. maleſi. in tit. de pœnis, n. 42. præterea pone contineri, Ang. Are. in tracta. maleſi. in verbo, de nocte ut mandatum eſt, in prin. & ibi Augu. Ari. in addi.

4 *Dies à ſtatutis præfinitur.*

Hic tamen dies vulgaris, ne id omittam, per ſtatuta terrarum poteſt aliter præſcribi, augeri vel minui, ut ſcilicet dies cenſeatur eſſe vſque ad primum vel ſecundum ſonum campanæ, deinde verò nox, ut uidere licet apud Ioan. And. & Panor. in d. c. ſi perſodiens, de homi. Alb. in d. l. more, ad fi. ff. de feri. Bar. Bal. & Rom. in l. 1. §. hoc autem ſenatuſconſultum. ff. de S. C. Sylla. Bal. in l. vlti. & ibi quoque Sal. & Philip. Corn. C. de his quib. ut in dig. & ipſum Bal. in c. vlt. col. 3. verſ. adde quòd quando, de offi. deleg. Ang. in l. ſi quis mortis. §. ſurdus, eodẽ quoque tit. & conſi. 194. uiſis proceſſibus, col. ult. uer. uideamus igitur, Sali. in l. non minorem, col. 2. verſ. quęro, tũc quando dicemus. C. de tranſac. Pet. Anch. in repe. cap. 1. char. 63. in paruis, verſ. in iſta materia, extra de conſt. Ang. Are. & Augu. Ari. in d. tract. maleſi. ubi ſuprà. Ex quo fortè aliqui ex noſtris hunc diem (quod iam diximus) artificialem appellant.

5 *Dies ciuilis.*

Dies autem ciuilis eſt ſpacium 24. horarum, quibus ſcilicet reuolutio totius cœli abſoluitur. Duodecim enim ſigna ſunt in zodiaco, ac ſingula, ſi ortum ſimul & occaſum conſideremus, binas horas occupant. At nunc vulgus diem hunc, qui huiuſmodi 24. horarum ſpacio conficitur, naturalem, erranter appellat: & ipſum quoque, ut ſæpe aliàs, ſecutus noſter Accur. Pau. Caſt. [Roma.] & Iaſon, de quo magis miror, in d. l. more, & idem rurſum Accur. in l. ideoque. ff. de vſuc. & in l. 2. §. cuiuſq; & ibi quoque Bart. ff. de uer. ſign. & in l. 1. ff. de ope. li. & in §. hinc nobis, in prin. in Auth. de hæred. & fal. Bene. Plumbi. in l. 1. de manumiſ. & noſtrates ubiq; præter Al. in d. §. cuiuſque, & ex externis quoque ſcriptoribus ita intelligit Bocatius de Genealogia deorum li. 1. c. 34. Pet. Lombardus in 2. ſent. diſt. 13. Nic. Lyren. Gen. 1. c. & omnes ferè noſtræ tempeſtatis ſcriptores.

6 *Dies legalis.*

Caeterum Paul. Caſtr. in d. l. more, & poſtea ipſe Iaſ. alias tres dierum ſpecies, præter ſuprà dictas, deſcribſerunt, videlicet legalem ſiue emergentem: alteram conuentionalem: tertiam eccleſiaſticam. Legalis (inquiunt) ea dicitur, quæ computatur de momento ad momentum, & eodem illo momento deſinit, quo incepit: vt ſi hac hora, quæcunque ea ſit, promittas aliquid facere intra unum diem, is quidem dies, qui nunc incipit quum promittis, deſinit die procedente eadem illa hora. l. 3. §. minorem. ff. de min. & d. l. 1. ff. de manumi. & l. 1. §. dies, verſ. quid ergo, cum glo. ff. quan. app. ſit. & in l. in omnibus. ff. de actio. & obl. & authen. hodie, & ibi not. C. de appel. & de hoc multa per Bald. in d. cap. 2. extra de feri.

*Dies emergens.*

7 *Dies cõuentionalis. Dies eccleſiaſticus. De quo die ſimpliciter intelligitur.*

Dies conuentionalis is eſt, de quo inter contrahẽtes conuenit. De quo ipſe Pau. dicit loqui tex. in l. eum qui certarum, in princ. ff. de verborum obligatione, ideò ſi partes de certa forma diei conuenerunt, ea ſeruanda eſt. Contractus enim ex conuentione partium, leges accipiunt, l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. & l. in conuentionalibus. ff. de verb. obl. & l. contractus. ff. de reg. iur. Quòd ſi nihil dictum eſt, ſed ſimpliciter de aliquo die actum eſt, intelligitur de die naturali, 24. horarum, (ita enim hunc appellat, ut iam diximus, qui & noctem comprehendit) d. l. eum qui certarum, & §. in diem, Inſtitut. de verb. obl. Adijcit & Iaſon rationem, quia uerba ſimpliciter prolata, debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, l. vlt. C. de his qui ueni. æta. impe. cum ſi. Quæ ratio non admodum tuta eſt, propter ea quæ ſuprà diximus, hunc diem non naturalem dici. Sed vtcunque ſit de hac ratione, id tamen uerum eſſe puto, quod dictum eſt: idque affirmat Arch. in cap. quod è patribus, in uerbo, ſabbati, 75. diſt. ubi & ex hoc infert, quòd ſi quis promiſerit & iurauerit ſe quicquam daturum aut facturum aliquo certo die, non erit periurus, ſi id dederit feceritue intra mediam noctem ſequentem illum diem, & alleg. gloſſ. quæ idem uoluit, in c. 1. de conſe. diſt. 3. in princ. & hoc ſequitur Bal. in c. ego N. col. 1. extrà de iureiur. & Domi. in c. conſuluit, col. pen. & ibi quoque Dec. extrà de offic. deleg. & Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 19. uerſic. quinta declaratio, extrà de conſti. Idque etiam ita in ſanctis literis intelligitur, ut tradit Diuus Aug. in Pſal. 70. illud interpretans, Tota die ſalutem tuam, &c.

8 *Cõtractus noctu factus, ex die deſignari poteſt.*

Et huc pertinet, quòd a multis dicitur, quòd ſi partes noctu contractum inierunt, quod facere poſſunt, l. non minorem. C. de tranſact. de eoque fuerit Notarius rogatus inſtrumentum conficere, poteſt is Notarius diẽ huic inſcribere, ſine mentione noctis: nec id agens falſum committit. Inno. & alij poſt eum in d. c. conſuluit, extrà de offi. deleg. Bal. qui id dicit ſing. Imo. & Franc. Aret. in l. qua ætate. ff. de teſta. idem Bald. in d. l. non minorem, in princip. & ibi quoque Pau. Caſtr. & Iaſon, & ipſe Bald. Angel. & Alex. in d. l. more. ff. de feri. Bald. in d. l. vlt. C. de his quib. vt indig. & in d. ca. 2. extrà de feri. Ioan. Plat. in l. 1. colum. 2. verſi. ſed nunquid cùm Notarius. C. de apo. publ. lib. 10. Alex. conſi. 110. plura narrata ſunt, colum. 5. verſic. præterea illud, libro 6. Et facit, quod in ſimili tradit Bald. in rub. extra de offi. deleg. colum. 3. verſic. item not. quòd citatus. Verùm ipſe Bald. in d. c. conſuluit, colum. 2. verſic. quæro quando cõtractus, dicit, quòd licet id verum ſit, quod diximus: tutius tamẽ eſt, vt Notarius inſcribat horã noctis, vt ex eo appareat, vtri diei, præcedenti, an ſequenti, actus attribuatur, propter ſtatuta, quæ permittunt concordiam fieri intra certos quoſdam dies.

9 *Thracum vafricies.*

Ex his autẽ facilè apparet, non immeritò fuiſſe accuſatos ab Ephoro Cumæo, Tullio lib. Officiorum 1. Strabone lib. 9. Geographiæ, [Polyæno li. 7. Stratagematum ad Antoninum & Verum Imperatores.] & Zenodoto in adagiorum collectaneis, Thraces illos, qui pactis cũ hoſtibus aliquot dierum inducijs, nihiloſecius noctu populabantur agros hoſtium. quod cùm quererentur aduerſarij, tanquam inducias illi violaſſent: reſponderunt, nihil



nihil præter pacta feciſſe: dies enim pepigiſſe, noctu autem tantum incurſaſſe, dicentes. Ex quo ipſi Ephorus, Strabo, Zenodotus ortũ eſſe illud prouerbium ſcribunt, θρακια παρεύρεσις id eſt, Thracium commentum: aduerſus eos qui pacta eludunt callido commento. Nam cùm de diebus ſimpliciter pactum eſſet, nec de noctibus quicquam actum fuiſſet, intelligendum erat de diebus, qui & noctes comprehendunt, ut diximus. Cuius rei etiam mentionem facit è noſtris Pet. Anch. in repet. d. c. 1. in 5. q. prin. in fi. videlicet in 15. charta in paruis, verſi. in hac quæſtione, extrà de conſti. [Et idem quoque factitaſſe Chalcedonios aduerſus Byzantios tradit idem ipſe Polyænus lib. 6. eiuſdem operis ſtratagematum.] Sed & contra eos faciebat, quòd in his, quæ pariter die noctuque fieri poſſunt, in dubio intelligendum eſt de huiuſmodi die 24. horarum, qui & noctem continet, ut diximus ſuprà verſ. ab hinc 2. Atque etiam not. Bal. qui hoc dicit no. in d. l. more, per eum tex. & ibi quoque Iaſ. ff. de feri. Quin caſus eſt expreſſus, inducias eſſe ſeruandas etiam noctis tempore, in c. 1. in uerbo, poſt occaſum ſolis, ubi & hoc no. Ant. extra de treug. & pac.

*Thracium commentũ.*

10 *Nox in die non intelligitur vbi fraus ſubeſſe poteſt.*

Sed hoc tamen primùm tempera, ut non procedat, vbi fraus aliqua committi poſſet, ſi intelligeremus noctem comprehendi, ut expreſſius voluit Bald. in d c. ego N. co. 1. de iureiuran. vbi & hoc dicit committi arbitrio boni viri, & ita intelligendam eſſe glo. in d. l. more. ff. de feri. quæ dicit actum uideri, ut debitor die ſoluat, non nocte. De quo etiam per Gul. Cu. Barto. Alb. Bal. Ang. Pau. Caſt. [Ro.] & Recentiores ibi, ita eam gl. intelligentes, & Bal. in l. acceptam, in 2. q. C. de vſur. Sal. in d. l. non minorem, C. de tranſac, Panor. in d. ca. 2. colum. 2. uerſi. & hoc intellige, extra de feri. Nempe quòd noctu uix dignoſci poteſt, probàne ſit moneta, quam debitor vult ſoluere, an reproba.

11 *Nec quando materia ſubiecta diſſuadet.*

Secundò intellige & generalius non procedere, quando ſubiecta materia aliter ſuaderet. Verbi gratia, ſi paterfamilias ſimpliciter conduxit operarios pro aliquo certo ſalario ſingulis quibuſque diebus: intelligitur de illis diebus, quos vulgus artificiales vocat, idest, à ſummo mane ad veſperas, & non de diebus uigintiquatuor horarum, qui ſcilicet noctes continent: quia huiuſmodi operæ non ſolent noctis tempore præſtari, ſecundũ Azo. in Summa. C. de oper. lib. & Alb. in d. l. more, & eſt bonus tex. in d. l. 1. & in l. Medicus. ff. de oper. libe. & in l. 2. in fi. ff. de annu. lega. Nam & Bald. in d. c. 1. de treug. & pace, dicit, quòd tum demum appellatio diei ſimpliciter prolata, intelligitur de die naturali, id eſt, ut ipſe intelligit, in quo nox continetur, ſi ei adaptari poſſit, non aliàs, ut in d. c. conſuluit, de offi. deleg. Fed. autem Senen. conſi. 44. factum tale eſt, ſtatuto cauetur, tradit, quòd ſi ſtatutum punit delictum cõmiſſum die ſacro Diuo Ioãni, is qui nocte media eius diei deliquit, non eſt ea pœna ſtatuti puniendus, quoniam huiuſmodi ſtatutum uidetur factum ob reuerentiam eius ſancti, cuius feſtum veſperis finitum eſt, per not. in c. alma, quod eſt vlt. §. adijcimus, de ſenten. excom. lib. 6 & idem penè voluit conſil. 256. quod eſt eiuſdem initij, & ſequuntur Ro. Pau. Caſt. Alex. & Iaſ. qui & alias rationes addit, in d. l. more, & Felin. in d. cap. conſuluit, column. 3. & ibi quoque Dec. & idem Felin. in d. cap. ſi perſodiens. de homi. & in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 18. verſicul. quinta declaratio, ibi, ſcias tamen, de conſti. & Catel. Cotta, in memor, diem, col. vlt.

12 *Oblatio retractus, an noctu fieri poſſit.*

Ex quibus potes intelligere, an oblatio retractus, de qua hæc noſtra conſuetudo loquitur, noctu fieri poſſit, fortè ante noctem mediam poſtremi illius diei eius temporis, quod datur ad retrahendum: & ſimiliter oblatio pecuniarum, quæ debet fieri intra octo dies, poſtquam conſanguineus eſt admiſſus ad retractum, ſecundum. §. 3. infrà, eo. tit. De quo etiam uide per Chaſſe. hoc tit. §. 1. in verbo, *dedans l'an & iour*, colum. 1. uerſic. ſed quæro, quidam conſanguineus, & iterum in uerbo, *le prix*, in addi. incip. adde quod etiam, & præterea uide Alber. in d. l more, col. 1. verſ. alia q. ff. de feri. Bal. & Ang. in l. obſignatione. C. de ſol. Bal. in l. acceptam, in 2 q. & ibi etiam Angel. col. 1. in tertio not. & Sal. colum. 3. verſicul. circa quod dic. C. de vſur. Bal. in l. ult. colum. ult. C. de fideic. Sal. in d. l. non minorem. C de tranſac. Mart. Lau. in ſimili, in ca. 1. colum. 3. verſ. quæro an vaſallus, & ibi quoque Card. Alex. colum. antepen. verſi. eiuſdem initij, tit. quo temp. miles. Fel. in d. c. conſuluit, colum, 3. uerſic. creditor non cogitur, & quæ dicam tit. procedente, *de retraict conuentionel*, §. 1. in glo. 7. quæ eſt in verbo, *ſeront preferez*, num. 40. illud autem ſcire, & ſeq. Quibus locis comperies, id fieri poſſe nocte eius diei, quo tempus finitur propter periculum rei tempore perituræ, ut etiam in ſimili dicimus, quòd ferijs Dei & Diuorum, ſi iuriſdictio ſit peritura, poteſt ferri ſententia, aut aliud quidpiam fieri, quod occaſione illius momenti ſit periturum, l. omnes. C. de fer. & cap licet, & ca. ultim. extrà eodem tit. & quod not. Aufreri. in deciſ. Tholoſa. q. 159. item an exceptio. Non teneri tamen emptorem recipere noctu precium propter periculum improbæ monetæ, ut ſuprà dictum eſt verſ ab hinc 2.

Postremò dies eccleſiaſticus non vniformis eſt: ſed varijs modis ex rerum differentia ſumitur. Nam quantum ad indulgentias, quas uocant, & cætera priuilegia, conſtituitur à ueſperis in veſperas incluſiuè, Clem. 1. in fin. verſ. in primis autem feſtis, de reliq. & vener. ſanc. gl. in d. c. alma. §. adijcimus, uerſic. in cæteris feſtiuitatibus, in verbo, aſſumptionis, de ſenten. excom. libr. 6. Calderi. in trac. de eccl. interd. in ſexto membro, q. 56. Fel. in d. c. conſuluit, col. 3. verſ. in priuilegijs, & in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, vbi ſuprà, de conſti. Cuiuſmodi etiam dies ſtatutus ſabbato ex lege Moſaica, in qua ſcriptum eſt: De veſpere in veſperam celebrabitis Sabbata ueſtra, Leuiti. 23. quod & repetitur in d. c. 2. de feri. Et hoc quoq; obſeruandum eſt in feſtorum obſeruationib. c. 1. in prin. & ibi gl. de conſec. diſt. 3. & c. 1. & ibi quoque gl. Anton. Imol. Panor. extrà de feri. niſi aliud conſuetudo induceret, quæ in hoc ſeruanda eſt, c. 2. eod. tit. 13 *Dies eccleſiaſticus uarius.*

Quantum autem ad eſum carnium, dies poſt cœnam incipit, cap. de eſu carnium, de conſecr. diſt. 3. gloſſ. & Panormi. in dict. c. 2. de feri. Quanquam glo. in d. c. 1. de conſecr. diſt. 3. primùm dicit, hoc caſu idem conſtitui à media nocte ad ſequentem mediam noctem: & ita dicit habere conſuetudinem. Deinde uerò dicit, incipere à veſperis, per d. c. de eſu carnium. Quantum uerò ad collationem ordinum, dic ut ſcribitur in c. quod à patrib. & ibi gl. & Archi. & iterum in cap. quod die dominico. 75 diſt. & in c. literas ext. de temp. ord. & ibi Imo. & omnes. Quantum denique ad officia diuina, uide text. glo. & DD. in d. c. 2. de fer. glo. in d. ca. alma, ubi ſuprà. & ibi Io. And. & Hoſt. in ſumma titu. de feri. §. qualiter, verſic. eſt tamen notandum. Archi. in dict. c. quod à patribus, & in d. c. 1. de conſe. diſt. 3. & Fel. in d. cap. conſuluit, col. 3. verſi. tertia concluſio. 14

Nec illud omiſerim, quod ad tractationem diei pertinet, hanc ipſam diei appellationem ſæpè ſignificare tẽpus, & id quidem tempeſtiuum & maturum, ut probat illud Virgilij. libr. 4. Aeneidos. *Sed cadat ante diem.* — *Sed miſera ante diem.* — Et Ouidij libro primo Metamorphoſeos. 15 *Dies, pro tempore tẽpeſtiuo.*

*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

[Et lib. 9. eiuſdem Operis:

*Hic dolor ante diem, longæq; extrema ſenectæ*
*Tempora, tartareas Pandiona miſit ad vmbras.*]

Et in Epiſtola Sapphus ad Phaonem:

*Ante diem lacrymas oſſa bibere meas.*

Et libro quarto Faſtorum:

Et

*Et pecus ante diem partus edebat acerbos.*

[Et in Ibin:

*Prædaq́; ſicilis, quibus eſt Latonia Delos.*

*Ante diem rapto non adeunda Thraſo.*

Et in epiſtola Phyllidos ad Demophoontem:

*Non venit ante ſuum noſtra querela diem.*

Et in Elegia de Nuce:

*Ante diemq́; meæ diſcutiuntur opes.*]

Et Statius libro ſecundo Syluarum:

*Sic tener ante diem vultu greſſuq́; ſuperbo Vicerat æquales.*-

*Dies pro tẽpore ſimpliciter.* Et Iabo. in l. eum. ff. de annu. lega. Quod alij ante tempus dicunt, ut in l. pecuniam, in fi. ff. ſi certum pet. & ſæpè apud autores probatiſſimos, ut diximus in l. ſi unquam, in uerbo, & poſtea, nu. 16. de dictione. Sed & pro tempore ſimpliciter ſæpè ponitur. Tullius ad Atticum: Dies autem non modò leuat luctum hunc, ſed etiam auget. & alibi ſæpè.

16 *Dies pro ſole.* Sed & diem multi receptæ autoritatis ſcriptores pro ſole poſuerunt, ob id, vt opinor, quòd naturalis dies ſit à ſolis ortu ad occaſum, ut diximus. Virgilius libro primo Aeneidos.

*Eripiunt ſubitò nubes cœlumq́; diemq́;*

*Teucrorum ex oculis.*-

Nam quòd hìc diem pro ſole intellexerit, ſequenti verſu oſtendit:

*Collectaſq́; fugat nubeſq́; reducit.*

Et Ouidius Epiſtolarum ſecundo:

*Siue die laxatur humus, &c.* Et Seneca: -*Prius*

*Extinguet ortus, referet occaſus diem.*

Et Claudianus de raptu Proſerpinæ ad finẽ libri primi:

*Miſerat vnda diem, &c.*

Quod ex eorum ſententia (vt declarat dictum Interpres) dicit, qui ſolem putant in Iberum mare cum ingenti vndarum fragore decidere, quod ex Poſidonio Strabo refert libro Geogra. 3. haud multò poſt princ. Nam Ouidius lib. 2. Metamorph. tradit ſolem ſub aquas ſtationes habere.

17 *Dies contractus an cõputetur in termino.* Sed vt his omiſſis, accedamus ad noſtram conſuetudinem (quanquam ea non omninò ſunt aliena) neſcio qua ratione hic dies anno eſt additus, niſi fortè ad tollendam ancipitem illam, ſi qua alia eſt, controuerſiam, an dies confecti negocij, & ex quo terminus aliquis ſtatuitur, computetur in termino. verbi gratia, hoc die, qui primus eſt menſis Octobris, fit contractus venditionis, ſiue (vt loquar in terminis §. vlt. hoc eodem tit.) fit notificatio ipſius contractus apud acta, ex quo quidem notificationis die, incipit currere tempus anni conceſſum retractui, ut ibi ſcribitur. Dubium igitur eſt, an in eo anno computatur hic dies cõtractus ſiue notificationis illius, an verò non computetur. Nam ſi computabitur, annus retractus finietur vltimo die menſis Septembris proximè futuri, & ſequẽs annus iterum incipiet in primo die menſis Octobris confeſtim ſequentis, ut expreſsè ſcribitur in l. 1. & ibi Alberic. ff. de manumiſ. & in l. ideoque, cum l. præcedenti. & ibi quoque idem Alberi ff. de vſu capi. & in l. qua ætate. §. vtrum. ff. de teſta. & l. ſi ante. ff. ſoluto matrim. & voluit Bal. conſi. 457. reuerendus pater, lib. 1. ubi & idem dicit de menſibus & diebus. Annus enim non niſi 365. dies continet. l. cùm hæres. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtatulib. & diximus in gl. præcedente, ver. 2. Quòd ſi non computabitur, & ita non incipiet annus, niſi craſtino die, qui erit ſecundus huius menſis Octobris: finietur die primo eiuſdem menſis anni ſequentis. quæ res admodum dubia eſt in Iure noſtro.

18 *Dies actus an in termino computetur.* Svnt enim, qui tenent, diem termini ſiue aſſignationis, vt vulgus vocat, non computari in termino, ſed debere intelligi de proximis ſequentibus diebus, iuxta l. eum qui Calendis, in princ. ff. de verborum obligatione. In qua opinione fuit gl. in l. ubi lex. ff. de reg. iur. & in ca. quiſquis, in verbo, ex ea: 4. q. 5. gl. Innoc. Goff. Philip. & Hoſt. in c. ſuper eo. l. 2. extra de app. Iac. But. Ray. Bar. Alber. Ang. Sal. Pau. Caſt. & Ro. in l. 1. poſt gl. ibi. ff. ſi quis cautio. Spec. tit. de citatio. §. viſo, uerſicu. pen. incip. item not. Ioan. And. poſt Hoſt. in c. ſolet, de ſenten. excom. li. 6. Franc. Vercel. in c. quàm ſit, de elect. eod. lib. 6. Bald. & Ange. in l. 2. ff. de anna. excep. idem Bal. in l. ſi ea, col. vlt. verſicu. item not. quòd terminus. C. qui accuſ. poſ. Imo. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſthu. ipſe Imo. Pet. Anchar. & Domi. in cap. frequens, quod eſt 1. de reſtit. ſpol. lib. 6. idem Imo. in Cle. ſicut, colum. 3. de appella. & conſil. 11. in caſu præmiſſo, circa medium. Pau. Caſt. conſil. 498. dies dati termini, in prin. lib. 1. Alex. in l. Labeo, paulò ante fin. ff. de iureiur. Soci. ſi is eſt, in tracta. fal. regula 91. dies termini. *Qui non computari dicunt.*

Et huic ſententiæ ſuffragari videtur text. in dict. l. vbi lex, de regul. iuris cuius hæc uerba ſunt: Vbi lex mentionem facit duorum menſium, & qui ſexageſimoprimo die venerit, audiendus eſt: nam menſis abſolutè & ſimpliciter prolatus, ſine relatione certi mẽſis, intelligitur de triginta diebus, text. in l. ſi maritus præuenerit. §. hæc in maritis. & iterum in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adul. & gloſſ. in l. vltim. §. 1. in uerbo, ſexaginta. C. de iure delib. Bal. in Authen. qui ſemel, circa fin. C. quomodo & quando iud. cum alijs multis conc. à me collectis ſuprà titu. huius voluminis conſuetudinum omnium primo. §. 12. in uerbo, *par chaſcun moys*. Igitur cùm in d. l. vbi lex, adijciatur unus dies poſt ſexageſimum, ſatis datur intelligi in illis duobus menſibus primum diẽ, quo ſcilicet terminus datus eſt, non fuiſſe computatum: alioquin is, qui ſexageſimoprimo die ueniret, non eſſet intra duos menſes, & propterea non audiretur termino iam præterito. Facit & ad hanc ſententiam text. in d. capit. frequens, de reſtitut. ſpoliat. lib. 6. & in cap. pia. verſicu. ſi quis igitur, de excep. eodem lib. 6. Quibus tamen aliqui reſpondent, quòd loquuntur in caſibus claris & certis, in quibus ſcilicet ita fuit expreſsè diſpoſitum, de quo poſtea dicemus. 19

Alii enim contrà computandum eſſe diem termini affirmant, in quibus ſunt glo. ut à multis citatur, in l. Gallus, in princ. in uerbo, proximis, & ibi Iac. Aret. Bal. ſibi contrarius, Alberi. Angel. ſibi quoq; contrarius, & Alexan. ff. de liber. & poſth. gl. Barth. Brixi. in c. anteriorum, in princ. & ibi etiam Ioan. Fran. & Archi. 2. q. 6. Cy. Bal. ſibi contrarius Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff. ſi quis cautio. Iac. Are. in l. 1. §. ſed ſi maritus. ff. de libe. agno. Spec. ſibi item contrarius, tit. de appell. parte 2. §. reſtat, uerſic. ſed nunquid dies. Ioan. Andr. ſecum quoque pugnans, Bald. Imol. Panor. Card. Alex. & Philip. Dec. in d. c. ſuper eo, el 2. de appel. idem Ioan. And. in d. cap. pia. & in d. c. frequens. & ibi etiam Pau. Eleaz. & Philip. Franc. ad fi. ipſe Ioan. And. in d. c. quàm ſit, in uerbo, electus, & ibi etiam Zenzel. Dom. & ipſe ſibi contrarius, & Philip. Franc. de elect. lib. 6. & idem Ioan. Andr. in c. cupientes, col. 1. in verbo, poſt conſenſum, eod. tit. lib. 6. Domi. à Rota, deciſ. 28. terminus, in nouis. Bald. in l. eos. §. ſi autem, col. 2. non ſemel. C. de appel. & in l. ſi quando, in 5. q. C. de teſtib. & in l. ſi duobus. §. ſed & ſi quis, in fi. C. com. de leg. & in cap. cùm uigeſimum, poſt medium, extra de offic. deleg. vbi dicit eſſe commune omnium temporum, vt fiat computatio de momento ad momentum, niſi aliud exprimatur, vel niſi ſit tempus vtile, quod habet ſuas intercapedines. & conſ. 246. proponitur quòd dictum compromiſſum, lib. 5. vbi ad hoc multa allegat. & ſubobſcurè in l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matr. Zenzel. Ant. & Cardin. Flor. in d. c. ſicut, de appell. lib. 6. Ang. conſ. 404. Paulus Centolini. Petr. Anchar. in c. ſi propter, colum. 3. verſ. ſed quæro, poſt glo. de reſcript. lib. 6. Domin. in d. c. ſolet, in princip. colum. 4. uerſ. an iſto termino, & ibi etiam Philip. Franc. col. 2. poſt medium, de ſent. excom. 20 *Qui computãdum.*

lib. 6.



lib. 6. & idem Domi. conſ. 91. præmitto quòd poſſeſſori, col. 2. verſ. tertiò excluditur, Philip. Corn. qui hanc dicit eſſe communem opinionem, conſ. 279. in hac conſultatione, col. 2. verſ. quicquid autem ſit, lib. 4. & nouiſſimè Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſ. §. 4. nu. quoque quarto.

21 *Tẽpus an de momento ad momentũ cõputetur.* Nam tempus (inquiunt multi ex ijs) regulariter cõputatur de momento ad momentum, d. l. 4. §. minorem. ff. de mino. Niſi ſi in certis caſibus aliud exprimatur, vt in l. in vſucapionibus, cum l. ſeq. ff. de vſuc. & ita quoque tradit Bal. in c. cùm in cunctis, col. 1. uerſ. not. quòd in epiſc. extra de elect. & in c. 1. §. ſancimus, col. 2. verſ. ſed quæro nunquid, tit. quo tempor. miles. Lucas Pen. in l. ſiue, col. 2. C. de exce. & exact. lib. 12. Card. Flor. in Clem. cauſam, in princ. in 18. quæſt. de elect. Nam & tempora regulariter ſunt continua, gl. in Rub. ff. de diuer. & temp. præſcrip. & ibi quoque Bart. quam glo. in hoc ſing. dicit Barb. conſ. 50. præclarè, col. 4. uerſ. facit ad hoc, lib. 2. & Stepha. Berrr. conſ. 83. ſuper iſto, poſt princip. lib. 2. & eandem ordinariam Cæpo. conſ. cauſarum criminalium 71. viſa prius, col. 2. verſ. & iſte annus. & idem voluit Alber. in l. ſiue pars. ad fi. C. de dilat. & Bart. in l. genero, in 2. oppo. ff. de his qui no. infa. Et huic quoque ſententiæ adſtipulatur text. in c. propter. 2. queſt. 6. ubi dies, quo quis literas accipit, ut eat, computatur in termino. & in l. biduum. §. dies. & ibi glo. in uerbo, ſubtraxiſſe. ff. quan. appel. ſit, & in Auth. hodie, & ibi Bal. & Ang. C. de app. & in §. 1. in Authen. de appell. & intra quæ tempora, ubi tempus appellandi ſtatim à lata ſententia currit de momento ad momentum. quod & voluerũt alij multi quos retulit Io. Ana. conſ. 93. uiſo proceſſu, col. pen. verſ. venio nunc ad inueſtigandum, & ibi quoque Ludo. Bolog. in addi. col. item pen. verſ. condeſcendo. Quibus adde Alber. in l. 1. §. ſi mulier. ff. de lib. agnoſ. & in ſuo Dictionario, in verbo, ex die mortis. Sed poſſet dici, eos text. loqui in caſu expreſſo & ſpeciali. Nam d. glo. in d. §. dies. illud aſſignat fauori rei iudicatæ, tanquam aliud ſit in cæteris caſibus. Et ad id quod dictum eſt, tempus currere de momento ad momentum, reſpondent qui alterius ſunt ſententiæ, id uerum eſſe, poſteaquam tempus incepit currere, non ante.

22 *Prior opinio de conſuetudine ſeruatur.* Ego priorem partem ſequẽdam eſſe potius arbitror, tum quia de conſuetudine ſolet obſeruari, id atteſtantibus Alber. & Fulg. in d. l. 1. ff. ſi quis cautio. & Bald. in l. eos. §. ſi autem. C. de appell. Domi. poſt. Paul. Eleaz. in d. c. frequens. §. 1. uerſ. not. ex iſta gloſſ. de reſtit. ſpol. lib. 6. Card. Alex. & Philip. Dec. qui tamen alterius ſunt opin. in d. c. ſuper eo. l. 2. illo col. 4. verſ. ſextò limitabitis, hoc col. 5. uerſ. ſecundò fallit de conſuetudine. de app. lib. 6. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 270. an dies termini. Eſt enim optima legum interpres conſuetudo. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Tum item, quia in hoc dubio, in quo legem certam non habemus, quæ hoc apertè definiat, niſi in certis quibuſdam caſibus; æquiorem ac benigniorem partem ſequi debemus. l. benignius. ff. de legi. & l. placuit. C. de iudi. cum ſimilib. benignius autem & æquius eſt, ne quis unius diei lapſu excludatur à iure ſibi competente. l. 1. ff. de neg. geſt. & l. 1. ff. de vſucap.

23 *Limitationes prioris opinionis. Hinc, & abhinc, includunt.* Igitvr ſi hanc opin. ſequaris, eam limitabis primò procedere, niſi diſpoſitio, de qua quæſtio eſt, loqueretur per huiuſmodi dictiones, hinc, uel abhinc. verbi gratia, hinc ad decem dies, ſiue abhinc decem dies, aut decem diebus. Nam tunc dies termini computatur in termino, ex ſententia Iacob. Butr. Bart. Roma. & Iaſ. in d. l. 1. ſi quis cautionib. Ray. & Imol. in l. huiuſmodi, la 2. ff. de verb. obliga. Io. Andr. in addi. Spec. tit. de dila. §. dilationum, verſ. ſed pone iudex. Dyn. & Alber. in l. pater. ff. de adul. Bal. in d. l. eos. §. ſi autẽ, col. 2. verſ. quæro autem an dies. C. de app. Angel. d. conſi. 404. col. 2. verſ. & hoc importat aduerbium. Imol. Domi. & Phil. Franc. in d. ca. 1. de reſt. ſpol. lib. 6. per d. c. biduum. Paul. Caſtr. conſ. 217. videtur dicendum, quòd tempus, verſ. quantum verò, lib. 1. Alex. conſ. 75. ponderatis, verſ. quinimò ille dies, lib. 2. quod repetitur conſ. 56. li. 6. Guid. Pap. deciſ. 270. vbi tamen dicit aliter ſeruari. Sed & de hoc eſt bonus text. in l. placet, iuncta glo. in verbo, ab hinc. C. de ſacroſanct. eccleſ. quam ad hoc dicit ſing. Roma. in d. l. 1. ff. ſi quis cautio.

Secvndò limita non procedere, quando ſtatuitur terminus ab actu, non à die actus, puta ſi in caſu noſtræ cõſuetudinis diceretur, quòd conſanguineus admittitur intra annum à venditione, ſiue notificatione vẽditionis: tunc enim computaretur tempus de momento ad momentum, vt ſcilicet inciperet ab ipſa venditione uel notificatione ipſius, c. ex parte. & ibi Card. Alex. in 1. not. extr. de ſpon. gl. in d. c. anteriorum, in princ. 2. q. 6. & in Cle. cauſam, in verb. ab interpoſitione: & ibi Imol. col. 8. ſuper ea gl. & Bart. col. 11. verſ. nota quòd dicit. & iterum col. 28. ſuper eadem gl. de elect. Io. Andr. in addit. Spec. d. tit. de cit. §. viſo, col. vlt. ver. item nota. reprehendens ipſum Spec. qui ibi tenet contrarium. & rurſus d. ti. de dila. §. dilationum, ubi ſup. Bald. in l. cum anteriorib. col. 2. uerſ ſed dubitatur. C. de temp. app. Imol. Dom. & Phil. Franc. in d. ca. frequens, ubi & id dicunt probari in d. c. biduum. Pan. in d. c. ſuper eo. col. 4. & ibi etiam Card. Alex. col. quoque 4. uerſ. limitabis tertiò, extr. de app. & Io. Ana. d. conſ. 93. col. vlt. 24 *Quãdo terminus ſtatuitur ab actu.*

Nec tamen fuit Spec. vbi ſup. ſolus in contraria opi. cùm & idem cum eo tenuit Bald. hìc (vt aliàs ſæpè) ſibi contrarius in l. ſcire oportet. §. aliud autem. ff. de excu. tu. vbi no. ex eo, quòd, à, prępoſitio diuidit, & ideo (inquit) ſi ſtatutum dicat, quòd lis finiatur a tempore litis conteſtatæ ad tres menſes, dies litis conteſtationis non computatur, per illum text. & l. ratio. §. vlt. ff. de act. empt. & ca. ſtatutum, de præb. lib. 6. Et pro eis facit tex. in l. Thais. §. hærede. ff. de fideicom. lib. qui quidem videtur nullam facere differentiam, ſiue dicas, à die, aut ex die teſtamenti facti, ſiue dicas, à tempore, aut ex tempore teſtamenti facti. nam in eodem caſu, quod prius per unum dixerat, mox per alterum dicit, tanquam nihil inter utrumq; intereſit. Et hic uide, quæ dicam infra, in 7. limit. alterius opi. nu. ſcilicet huius gl. 55. ſed vt intelligas, & ſeq. Et tamen etiam interim vide, quid de hac dictione, ab, ſcribit Bal. in c. 1. col. 1. ver. ibi ab initio, ext. de ſum. trin. 25

Tertiò limita hanc opi. quę non computat diẽ termini in termino, vt procedat quãdo ipſe terminus ſtatuitur abſenti in loco quopiã remoto. Secus, ſi præſenti ſtatuitur, quia tunc dies ipſe termini cõputabitur, ſi credimus Al. in d. l. 1. in fi. cõmentũ, vt noſtri vocãt. ff. ſi quis cautio. vbi ita ſe ex facto obtenuiſſe dicit coram magnificis viris, quibus viſum eſt eam ipſam l. 1. ꝓpriè loqui in iſtis terminis, Subditq́; ꝙ iſtud videtur ſentire Guid. Suz. ibi, & clarè id ipſum tenere Archi. in d. c. frequens. Et idem quoq; tenuit Bal. in d. l. eos. §. ſi autem, col. 2. C. de app. per d. l. 1. ſi quis cautio. & Cor. d. conſ. 279. col. 2. ver. nec tenendo, lib. 4. 26 *Si terminus aſſignatur abſenti in loco remoto.*

Sed ſi iſta limitatio eſſet vera, vt dicit Iaſ. in ea l. 1. confunderetur practica communis palatiorũ, quæ tenet ſimpliciter, diẽ termini aſſignati nõ cõputari in termino, & eſſet contra mentẽ Bar. & aliorũ prioris ſententię, quorũ ea ratio eſt, quoniã intelligitur de proximis diebus poſtea ſequẽtibus. quæ ratio æquè habet locũ in termino ſtatuto præſenti, atq; abſenti. Nec aliquid facit d. l. 1. quæ nõ loquitur de die, quo terminus ſtatuitur, ſed de vltimo die ipſius termini, qui ſine controuerſia computatur in termino, vt ibi probatur. & in l. 1. §. quod dicimus. ff. de ſucc. edic. & l. in omnib. temporalib. ff. de act. & obl. & l. pater. §. ſexaginta. ff. de adul. & l. ſi quis ſic dixerit. ff. de ver. ſig. & voluit Inn. in d. c. pia, in verb. computato, ext. de exce. Spe. tit. de app. §. reſtat, ver. ſed nunquid dies & tit. de dila. §. dilationũ, ver. quid ſi dicitur. Bar. in tracta. 37 *Dies ultimus computatur in termino.*

de

de cit. col.2. in 8. q. Bal. in d. l. eos. §. ſi autem, col.2. verſ. ſed nunquid vltima dies. & in d. l. 1. col.2. verſic. ſecundò quæro. ff. ſi quis cautio. & Petr. Fer. titu. forma reſpon. rei conuentı. in glo. 1. colum.2. verſ. quid ergo per iudicem. & Ange. d. conſi.404. & ex externis Scriptorib. Aulus Gell. lib. Noct. Attic. 12. cap. 13. vbi qui pronunciare intra Calendas iuſſus eſt, in die Calendarum poteſt pronunciare. Et Nonius Marcellus ſub titu. de Doctorum indagine. Et ita intelligunt d. l. 1. plerique omnes ibi, ut dicit ipſe Iaſ. Sed & illa rectè intellecta palàm oſtendit, diem, quo tempus præſtituitur, non computari in ipſo tempore, cùm ibi dicitur, præter eum diem, quo cautum promittitur, nec poteſt dici illic abſenti fuiſſe diem præſtitutum, cùm is ipſe, cui præſtitutus eſt, promiſit ſiſtere in ipſum diem.

28 *Cùm tẽpus ſtatutũ eſt, poſt quàm quid factũ fuerit.*

Qvartò limita procedere, niſi dies ſiue tempus fuerit præſtitutum ad aliquid faciendum dandùmue, poſtquam aliquid factum fuerit, ut ſi diceretur in noſtra conſuetudine, intra annum poſtquam emptor notificauerit, &c. nam tunc tempus currit de momento ad momentũ, continuò quàm illud factum fuerit, ut uoluit Angel. d. conſil.404. colum.2. verſic. hoc confirmatur, per tex. in l. ſi ita fuerit libertas, verſicul. ſed ſi ita ſcriptum ſit. ff. de manum. teſta. & d. l. in vſucapionib. cum l. ſeq. ff. de vſuc. & idem quoque voluit Domi. in c. felicis. §. vlt. col.2. de pœnis, lib.6. & ante hos gloſſ. quam tamen non memorant, in cap. concertationi, in uerbo, ſciuerit, de appel. li. 6. ſuper quo vide, quæ dicam infrà, in 7. limitatione alterius opinionis.

29 *Cùm tẽpus à naturæ præſtitutũ eſt.*

Qvintò limita procedere in tempore à natura præſtituto. Nam cùm uiam naturæ potius ſequi debeamus, quàm artis (eſt enim natura omni arte potior potentiorque) ſitque artis & Iuris Ciuilis, non naturæ, ut prima illa dies non computetur in termino: relinquitur, ut hoc caſu, quo natura ipſa tempus præſtituit, prima dies computetur, vt etiam dicitur voluiſſe Bald. in d. l. Gallus, in princ. in 6. eademque vlt. q. ff. de lib. & poſth. & in l. qua ætate. ff. de teſta. Et ita illum refert, & ſequitur Soc. in d. tract. fal. regula 91. in 1. fal. verùm Bal. in poſteriori loco non id mihi dicere videtur.

30 *Cùm eius intereſt, cui tempus ſtatuitur, ut dies cõputetur.*

Sextò limita, etiam non procedere, quando magis intereſt eius, cui terminus ſtatuitur, ut dies, quo ſtatuitur, computetur in termino: quia fortè eo die produxit, aut vult producere ſua Inſtrumenta, quib. producendis præfinitum tempus fuerat, tunc enim is dies computabitur, vt eo poſſit producere, & valeat productio, ut uoluit glo. in Cle. 1. de app. quam ita allegat Socin. ubi ſuprà in 2. fal. verùm ego illam glo. non reperi, & credo, quòd uoluit allegare glo. in d. Cle. ſicut, in uerbo, à die, in princ. eo. titu. quæ tradit, & poſt eam Guil. Laud. & Ant. diem, quo tempus ſtatuitur, cedere lucro eius, cui ſtatuitur. Et hoc quoque expreſsè voluit Bald. in l. à caligato, colum.1. C. de nup. vbi dicit, quòd licet cùm iudex ſtatuit terminum octo dierum ab hoc die ad probandum, non computetur hic dies in termino, ſed præter hunc habeat octo dies: ualet tamen probatio hac die facta, quia quod non computatur, fit fauore illius, quod non debet in eius læſionem detorqueri. Et ſequitur Felin. in cap. 1. colum. 2. ver. & dum iſte, ext. de præſcrip. Et ſimile eſt quod tradit idem Bald. in l. vlt. col.2. verſi. ex quo determinatur. C. de temp. app. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd fiat concordia intra decem dies à die inchoati proceſſus, præter eum diem debent alij octo dies computari, ualet tamen concordia eo ipſo die facta, quia cedit lucro concordantis, per glo. in d. cap. ſicut, quam dicit notabilem laudabilemq; ac ſingularem, & ſequitur Bar. in addi. illius, qui & eam gl. dicit ſing.

31 Et idem generaliter, & in omni caſu uoluit ipſe Bal. in d. l. à caligato, verſic. ſed pone quòd iudex, ibi, modò reſtat. C. de nup. & in d. l. eos. §. ſi autem, colum. 2. uerſi. quæro autem. C. de app. licet poſtea in uerſicu. modò reuoco in dubium, tanquam ſui oblitus, à prima ſententia diſcedere videatur, ſecutus Pau. Eleaz. qui tenet contrarium in d. cap. frequens. Sed prima illa eſt uerior, cuius etiam ſunt Arch. & Io. And. in c. ſtatutum, quod eſt 3. totius tit. & ibi Dom. colum.3. de præben. lib.6. & Corn. d. conſ.279. col.2. verſ. poteſt autem pro concordia, lib. 4. & Fran. Aret. qui illam glo. dicit ſingu. in l. ſi ex duobus, columη. 1. ff. de duobus reis, & Cardi. Alex. qui & illam ſingu. aſſerit, in dict. c. ſuper eo, col.4. uer. ſed unum tene menti. extra de appel.

32 *Quid, ſi id cedat incõmodo ſtatuentis terminum.*

Et hoc maximè procedit, ſi id cederet commodo eius, qui terminum ſtatuit, & contra incommodo eius, cui ſtatuitur: tunc etiam omninò interpretandum eſſet contra ſtatuentem, ut ſcilicet dies computetur in ipſius incommodum, ut ſic ei imputetur, quòd apertius legem non dixerit. l. veterib. ff. de pact. & l. Labeo. ff. de contrah. emp. & c. contra eum, de reg. iur. li.6. & ibi concor. Nam & videmus, quòd uerba dubia ſunt contra ſtipulantem interpretanda. l. quicquid adſtringendæ. §. 1. ff. de uerb. oblig. & §. 1. Inſtit. eod. & faciunt quæ diximus ſupra in verbo, *ou lignagier*, nu.209. cæterum hac in re. Et ita quoque expreſsè in hac ſpecie, de qua tractamus, uoluit Domi. in dict. cap. ſtatutum, columna 3. ibi, ſed ubi materia. & Corne. dict. conſil.279. columna tertia, uerſicu. & ideo non immeritò.

33 *Si ſequeretur abſurdum.*

Septimò limita non procedere, ſi ſequeretur abſurdum, niſi dies, quo ſtatuitur terminus, computaretur in eo termino: nam tunc ad tollendum huiuſmodi abſurditatem computabitur, ex ijs quæ no. Cy. in d. l. à caligato. C. de nupt. & voluit etiam Bal. conſi.457. reuerendus pater, colum.3. ibi, aut ſequeretur abſurdum, iterumque verſi. ſecunda ratione, li.1. ubi ponit exemplum abſurditatis, ut ibi uidere poteris, quod quidem conſi. repetitur conſi.461. lib.3. & iterum conſi.412. li.5. niſi quòd non eſt omnium idem princ.

34 *Si iungitur actus cum tempore, quod eſt de initio ipſius.*

Octavò limita etiam non procedere, ubicunq; iungitur actus cum tempore, quod eſt de initio ipſius, uerbi gratia, ſi quis inſtituerit nepotem, qui naſcetur intra decem menſes à die mortis filij, nam tunc dies ille mortis computatur in illis decem menſibus. l. Gallus, in princ. ff. de liber. & poſthum. Item in iureiurando ita cõcepto: Iuro ab hoc die eſſe fidelis, nam & dies huiuſce iuriſiurandi continetur c. 1. tit. de no. for. fidel. Similiter ſi quis promittat ſoluere, etiam præſens dies includitur, quia eſt quædam integritas temporis, quæ primum principium non excludit. l. lecta. §. vlt. ff. ſi cert. pet. Hæc propè Bal. conſi.457. col.3. lib.1.

35 *Quãdo ſubiecta materia ſuadet.*

Nonò limita, vt non procedat, quando ſubiecta materia oſtendit tempus ipſum primum includi, ac computari in termino: tunc enim includitur, ut cùm ſcribitur in c. capellanus, extra de feri. Ne celebrentur nuptiæ à tribus diebus Rogationum, vſque ad octauum diem poſt Pentecoſten: nec ſimiliter à ſeptuageſima uſque ad ſeptem dies, &c. Illic enim illi tres dies Rogationum integri, atque integra ſeptuageſima includitur, ſcilicet propter ſubiacẽtem materiam, ut ibi annotat Bal. & bene facit, quod tradit Alb. in l. vlt. §. 1. ff. de Senat. Et ſuper hoc quoque uide quæ dicam infrà, in 10. limitatione alterius opinionis, quæ eſt nu.60.

36 *Cùm ſtatuitur tẽpus ad tollendũ priuilegium.*

Decimò item limita, ut etiam non procedat, cùm ſtatuitur terminus ad tollendum priuilegium contra Ius commune: tunc enim computatur dies termini in ipſo termino, ut uoluerunt Anto. & Imo. in d. Cle. ſicut, de appel. in id ipſum referentes text. ſuprà ſæpius à nobis citatum in d. l. 3. §. minorem. ff. de minorib. Nam & aliàs ſemper uidemus, priuilegia iuraq; ſpecialia reſtringi, iura autem communia extendi. l. quòd uerò. & l. in ijs quæ contra. & l. ius ſingulare. ff. de ll. & l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matri. cum ſimilib.





37 *Cùm ex uerbis diſponẽtium conſtat diẽ computandum.*

Vndecimò limita non procedere, vbi ex uerbis conſtitutionis ſtatuentis terminum apparet eam uelle diem computari, ut in caſu cap. 1. 3 1. diſt. ubi dicitur, à præſenti die nullus Epiſcopus Subdiaconum facere præſumat, niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit. Nam ibi dies includitur ex uerbis legis, ut dicit Domi. poſt Ioan. Andr. in d. c. ſtatutum, col. 3. ibi, aut non apparet quis intellectus. & ibi quoque Philip. Franc. col. 2. de præben. lib.6. Et huc referri poſſunt tex. in d. l. biduum. §. dies. ff. quãd. app. ſit. & in d. Auth. hodie. C. de app. & in §. 1. in Auth. de app. & intra quæ tempora, & in c. propter. 2. quæſt. 6. ſupra à nobis citati, nu.20. nam tempus, quibus expreſsè cauetur, diem termini in caſibus, de quibus loquuntur, computari in termino. Et facit quod dicemus in prima limitatione alterius opinionis.

38 *Cùm & ex alijs quoq; iuribus.*

Dvodecimò limita procedere, niſi etiam ex alijs iuribus conſtaret diem computandum eſſe in termino. verbi gratia, ſcribitur in §. non autem. 76. diſt. à die Dominicæ reſurrectionis vſq; in diem Pentecoſtes non indici obſeruanda ieiunia. In quo tempore comprehenditur is dies reſurrectionis, quia per alia iura dies dominicus ieiunijs eximitur. c. 1. extr. de ob. ieiunio. in hoc quoque annotarunt Domi. & Philip. Franc. in d. cap. ſtatutum. Et generale eſt, vt iura ex alijs iuribus interpretationem mutuentur, etiam contra propriam verborum naturam, ut diximus in noſtra repetitione. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur. num.36. fallit ſecundò. & iterum nu.64. duodecimò fallit.

39 *Extunc, diem includit.*

Decimotertiò limita non procedere, vbi diſpoſitio vteretur hac dictione, ex tunc, ita videlicet, facta uenditione ex tunc conſanguineus habet annum ad retrahendum, quia huiuſmodi dictio, ex tunc, denotat extremitatem illam temporis venditionis, ut ſcilicet continuò incipiat annus, per not. in d. l. Gallus. in princ. & ibi Ang. Fran. Aret. & propè cæteri Recentiores. ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi ijs legatum, quæ eſt. 4. §. 1. ff. de condi. & demonſt. & ibi concor. in glo. Verùm habemus glo. quę relata ad text. apertiſſimè contrarium dicit, ut ſcilicet hæc dictio, extunc, non faciat, ut dies termini non computetur in termino. Ea eſt in c. ſuper eo, el 2. in verbo, receptiſſe, ext. de appell. quam ſequuntur Innoc. Gof. Phil. & Hoſt. ibi, verùm ea gl. poſt eam opin. ſubiungit arg. contra l. 1. §. præſens. & l. continuus actus. ff. de verbo. oblig. quibus ſcilicet cauetur, quòd poſt interrogationem confeſtim debet ſequi reſponſio, ſcilicet antequam partes diuertant ad alios actus. Quaſi etiam hic incontinenti tẽpus computetur. Et illam poſtremam opinionem ſequuntur, & dicunt veriorem Guil. Naſo. Io. Andr. Colle. Bald. Imol. Panorm. & quiſquis eſt, qui addi. in eum fecit, & Card. Alex. & alij recentiores, innixi maxima ex parte vi & natura huius dictionis, extunc. Et benè etiam facit text. in cap. vt ſuper, in uerbo, extunc, de app. lib.6. Et quod ſcribit Archid. in c. cùm in tua, quod eſt vlt. paulò ante fi. de conſuetud. lib.6. ubi nuncupatim dicit hanc dictionem facere, ut tempus currat de momento ad momentum. Et idem quoque nominatim uoluit Guil. à Monte Laud. in extrauag. Ioã.22. incip. ſuſcepti regiminis, quæ ponitur inter extrauagan. communes, ſub titulo ne ſede uacante. in uerbo, extunc. ea autem extrauagan. (ne erres) etiam ponitur inter alias extrauagantes ipſius Ioan.22. ſub titulo de electionibus cum Commentarijs Zenzel. Porrò hac dictione (extunc) vſus & Apuleius, libro ſeptimo Aſini aurei: Extunc (ait) pœnæ reſeruatus.

*Extunc, dictio Apuleiana.*

40 *Cùm tempus appoſitũ ad expirationẽ beneficij.*

Decimoqvartò limita, vt etiam non procedat in tempore appoſito ad expirationem beneficij. Nam huiuſmodi tempus currit de momento in momentum, vt per text. in l. 3. §. minorem. ff. de mino. voluit Bal. ibi, quẽ nuncupatim refert, & ſequitur Matth. Aſſli. in conſti. Siciliæ, incip. appellationum tempora, col. 3. in 4. not.

Decimoqvintò limita, ut non procedat, cùm conſtat de hora aſſignationis termini. nam tunc quoque ſemper fit computatio de momento ad momentũ. hæc enim fuit ſententia Bonifac. Vitel. in tract. maleficio. in tit. forma citationis accuſati. nu.27. vbi generaliter dicit, diem citationis non computari in termino, per d. l. 1. ff. ſi quis cautio. & d. c. ſuper eo, el 2. de app. niſi conſtet de hora aſſignationis. nam tunc fit computatio de momẽto ad momentum. per d. l. 3. §. minorem. ff. de minor. & alia quædã iura ſupra allegata, quibus probatur tempus currere de momento ad momentum: nec tamen in illis declaratur, conſtetne de hora, an non. Nec ego id uerum eſſe puto, per ea quæ diximus. 41 *Cùm cõſtat de hora aſſignationis*

Qvòd ſi poſteriorem partem ſequi malis, quæ aſſerit diem termini regulariter computari in termino, ut tempus illicò currat de momento ad momentum: eam quoque multis modis limitabis. Primò igitur limita, niſi lex aut conſtitutio ipſa tempus ſtatuens, declaret non cõputari, ut in d. c. frequens, de reſt. ſpol. & in d. c. pia. uerſ. ſi quis igitur, de excep. eo. lib.6. & in d. cap. ſtatutum, de præb. eo. quoq; lib.6. vbi & ipſi Domi. Phil. Franc. id expendunt, & Bald. d. conſ.457. col.3. uerſ. dubitatur, lib.1. Nã cùm caſus legis eſt expreſſus, nihil eſt quòd amplius dubitare debeamus. l. ancillæ, & ibi Bald. in 3. not. C. de fur. cum ſimil. Et facit quod diximus ſupra in 11. limitatione prioris partis. 42 *Limitationes ſecũdæ opinionis. Cùm ipſa diſpoſitio id declarat*

Limita ſecundò, vt etiam procedat, niſi ex alijs quoque iuribus appareret tempus termini non eſſe computandum, quia tũc nec computari debet. verbi gratia, ſcribitur in c. in veteri, ad fin. 77. diſt. vt Leuitæ à vigeſimoquinto anno ſuę ætatis conſecrentur: quod debet intelligi, non computato illo vigeſimoquinto anno, quia ex alijs iuribus Leuita ordinari non poteſt, niſi vigeſimumquintum annum peregerit, c. de his 28. diſt. & ita tradit Domi. vbi ſupra. & facit etiam, quod diximus in 12. limitatione primæ partis. 43 *Cùm & alię id declarant.*

Limita tertiò, ut nõ procedat in pœnalibus & odioſis, in his enim dies termini non computatur in termino, vt voluerunt, ſubdubij tamen, Arch. & Ioan. Andr. & eorum auctoritate Phil. Franc. qui id dicit tanquam ſing. eſſe menti tenendum, in c. felicis. §. vlt. de pœnis. li. 6. moti hac ratione, quòd huiuſcemodi diſpoſitiones ſũt reſtringendę, c. ſtatutum, de elect. lib.6. & in cap. odia, de reg. iur. eo. lib.6. & idem uoluerunt ipſe Archid. Domi. & Phil. Franc. in d. c. ſtatutum, el 1. de præben. lib.6. Et facit, quod in ſimili, an ſcilicet dies biſſextilis pro vno, an pro duobus habeatur, ad computationem anni, tradit glo. diſtinguens inter odioſa & fauorabilia, in cap. ſi propter, in verbo, primi anni, ad fi. de reſcript. lib 6. de quo diximus in glo. præcedenti in 22. eademque pen. quæſt. Facit item quod diximus ſuprà, in 6. limitatione prioris partis. 44 *In pœnalibus et odioſis.*

Ex quibus (vt id non intempeſtiuè concludam, ac definiam) potes facilè intelligere, totum id, de quo tractamus, ad fauorem vel odium negocij dirigendum, vt ſcilicet dies termini computetur, uel non computetur, prout fauor uel odium ſuadebit, uel diſſuadebit. Sicut etiam tradunt Guil. Laud. Ant. & Imol. in d. Clem. ſicut. de appell. & Paul. Eleaz. in Clem. cauſam. & ibi quoque ipſe Imol. col.8. ver. ab interpoſitione. & Barb. colum.28. uerſ. in gloſſ. in verbo, de elect. Corne. d. conſ.279. col.2. uerſ. poteſt autem, lib.4. Et aliàs dictiones dubiæ, ſunt uel excluſiuę, uel incluſiuę, prout conſtitutiones ſunt odioſę, aut fauorabiles, ut per glo. & Doct. in d. l. ideſt. ff. de dol. mal. & Oldr. conſ.49. conſueuit, col. 2. verſ. dead. Cyn. & Salyc. in d. l. à caligato. C. de nupt. & Iac. Butr. in Authen. hoc ius. C. de proc. 45

Vide tamen Domi. & Phil. Franc. in c. prouida, in fi. de elec. lib.6. qui ex eo quod uoluerunt Archid. & Ioan. Andr. ibi notat, quòd in pœnalibus fit computatio de 46

momento ad momentum. Sed iidem & præterea Phili. Fran. in d.c. felicis. §. vlti. de pœnis, lib. 6. dicunt è diametro contrarium, vt in pœnalibus dies termini non computetur in termino, nec fiat computatio de momento ad momentũ. Id quod Phil, dicit ſingu. menti tenendum. Sed hæc, quæ videtur contrarietas, ita diſſoluitur, vt in iſtis ſcilicet pœnalibus vel non computetur, pro ut eſt fauor vel odiũ, vt ex illis videre licet. Sed & tu præterea uide hic omnino Alber. in d. Auth. hoc ius, col. 3. ver. quid ergo, cum multis ſeq. C. de proc. & Pe. Anchar. cap. licet Canon, columun. 1. verſicul. item not. quod cùm, de elect. libro 6.

47 *Cùm facit contra eũ, qui terminum ſtatuit.* Limita quarto, vt etiam non procedat, quando aduerſus eum faceret, qui terminum conſtituit, & è contrario cederet eius commodo, cui ſtatutus eſt, vt dies ipſius termini non computaretur in termino: nã tunc non computaretur, aſſumendo ſcilicet eum intellectum, qui contra eum facit, qui potuit legem apertius dicere, per l. veterib. ff. de pact. & alia ſimilia iura ſupra allegata in 6. limit. prioris par. ver. & hoc maximè. Ita enim voluerunt Dom. & Phil. Franc. in d.c. ſtatutum, de præb. lib. 6. & Corn. d. conſ. 279. col. vlt. lib. 4.

48 *Cũ lex vel ſtatutum idẽ ſtatuit quod ius commune.* Limita quintò, vt item non procedat, quando lex vel ſtatutũ idem ſtatueret, quod Ius commune in re quapiam, quæ debet expediri intra certum aliquod tempus, nam tunc etiam ſi de iure communi intelligeretur, vt deberet fieri de momento ad momentum, computato die termini in termino; tamen vt ſtatutum aliquid addat ad Ius commune, ne ſit ſuperfluum, debet intelligi, vt non computetur. Ita voluit, & reſpondit Collegium Paduanum inter conſi. Alex. conſi. 87. in nomine, &c. nos Doctores, ad fi. li. 7. per not. per Bar. & alios in l. 4. §. Prætor. ff. de dam. infe. cum alijs concor. quas afferemus infr. eo. titu. §. 9. in glo. 2. ſuper verbo, *à ſon domicille*, num. 56. cõtrarium tamen. & latiùs in noſtro tracta. cui titulus eſt, nihil fruſtra. Et faciunt etiam ea quæ ſcripſimus in repet. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 44. tertiò fallit, & ſeq. vide tamen quæ nos ſcribemus infra in §. 9. gl. 2. num. 50. quintò item, & multis ſeq.

49 *Cùm diſpoſitio dicit, intra annũ poſt diem.* Limita ſextò, vt procedat, niſi diſpoſitio ita loquatur, intra annum poſt diem contractus, nam tunc is dies contractus non computabitur, glo, in d. cap. frequens, in verbo, proponitur. & ibi Arch. Imol. Dom. & Phil. Fran. de reſtitutio. ſpol. lib. 6. & gl, in c. quod a patribus, in glo. 1. poſt medium. 75. diſt. Spec. tit. de cita. §. viſo. col. vltim. verſi. item nota. & Ioan. Andr. in c. cupientes, col, 1. in verbo, poſt conſenſum, de elect. lib. 6. vbi facit differentiam, an dicatur, poſt conſenſum, an verò poſt diem cõſenſus: primo enim caſu diem computari, ſecundo non computari, vt in ſimili diximus de dictione, à, ſuprà num. 24. ſecundò limita, & ſeq. & dicemus verſicu. ab hinc 2. & alijs quoque ſeq. Nam & hæc dictio, poſt, &, à, eandem habent ſignificationem, vt etiam diximus in d. rep. l. ſi vnquam, in verbo, poſtea, nu. 21. his adde.

50 *Poſt, dictio ſeparatiua.* Porrò hæc dictio, poſt, apertè declarat eum diem, cui adijcitur, non comprehendi, vt probat text. in l. ſi cui legetur, in verbo, poſt biennium, & in verb. præſentib. & ibi Fran. Are. col. 2. ff. de leg. 1. & in l. ſi ita fuerit libertas. ff. de manu. teſta. & uoluit Alber. in ſuo dictio. in verbo, poſt diem ſabbati. Bar. in l. 2. §. creditum, col. 2. verſi. aduerte. & ibi quoque Recentiores. ff. ſi cert. pet. & Salyc. in l. ſi pacto, col. 5. verſ. ad l. nuda. C. de pactis, & patet ex

*Poſtea, quoque.* alijs, quæ diximus in d. repet. l. ſi unquam, in verbo, poſtea. Sicuti & de dictione, poſtea, etiam tradit Alberic, in l. 1. §. qui præſens, nume. 4. ff. de verborum obligat. vbi dicit eam dictionem ſignificare actum perfectum, & nõ pendentem, per l. nam & poſtea. ff. de iureiur. & l. ſi quis poſtea. ff. de iudici. Hincque ſupremus noſter Senatus Pariſienſis cenſuit ordinationem regiam, quam vocamus, quæ ius facit relinquendæ appellationis intra octo dies poſt ſequẽtes, his quidem verbis, *dedans huict iours apres prochains enſuyuans*, non comprehendere diem appellationis, ſed præter eum alios octo dies concedi. Ea autem ordinatio eſt decimaſexta, earum, quas Carolus Septimus ſanxit.

51 *Cùm opponuntur dictiones, à, ab, ex.* Limita ſeptimò non procedere, quando ea diſpoſitio, quæ tempus ſtatuit, præponit huiuſmodi dictiones, à, ab, ex, diei, ex quo terminus ſtatuitur; verbi grátia, à die contractus, ab appellationis die, ex die notificationis: tunc enim is dies non computabitur, vt de primis, ſcilicet à & ab, quæ eundem omninò ſenſum, eandemque vim & naturam habent, voluit gloſſ. in d.c. ſtatutum, in verbo, numerandum, paulò ante fi. ibi, tertium quod non fit, de præben. lib. 6. & ibi ſequuntur Imol. & alij, qui ex hoc dicunt, hanc dictionem, à, regulariter poni excluſiuè. & eſt glo. ſimilis in d. Cle. ſicut, in verbo, à die, in prin. & ibi Archi. Ioan. Andr. & Cardin. Florent. de appel. & voluit idem Ioan. Andr. in addit. Specu. titulo de citat. §. viſo, verſicu. pe. ſuprà à nobis citato, & titu. de dila. §. dilationem, verſi. ſed pone. ipſe Archi. in c. 1. colum. 6. in uerbo, à die, de elect. lib. 6. & in c. aliter, quod eſt vlt. 3. q. 5. Iaco. Aret. Angel. & Alexand. in dict. l. Gallus, in princ. ff. de libe. & poſthum. Alber. in l. vlt. ff. de Sena. Bald. Rom. & Alexand. in d. l. 1. ff. ſi quis cautio. idem Bald. in l. ul. in prin. colum, 2. verſ. ſed illud non eſt. C. de temp. appel. & in l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. & in d. l. eos §. ſi autem. colum. 2. verſ. quæro autem an dies. C. de appel. & in l. ratio. §. ſi per venditorem, in vtraque lect. ff. de act. empt. & in l. à caligato, verſ. ſed pone quòd iudex. C. de nupt. & in d.c. ſuper eo. le 2. col. 1. & ibi Panormita. Car. Alexand. in 3. limitatione, & Phil. Dec. col. 5. verſicu. iſta concluſio fallit, de appell. Ang. d. conſ. 404. in fi. Pet. Anc. conſi. 413. vltra rationes, in fin. Imol. Domi. & Phil. Fran. in d.c. frequens, de reſt. ſpol. idem Imol. & Franc. Are. in l. ſi ex duobus, in prin. ff. de duob. reis. ex quib. ipſe Aret. dicit ſingu. gloſſ. in d. Clem. ſicut, Domi. in c. 1. in ult. no. de elect. lib. 6. Alexand. conſi. 42. in cauſa, col. 2. verſicul. reus autem. lib. 2. & conſi. 114. viſa ſcripturarum, colum. 1. in fi. lib. 5. Collegium Paduanum inter conſ. ipſius Alexand. d. conſ. 87. col. vlt. lib. 7. Fel. in c. 1. col. 2. uerſ. & dũ iſte text. extrà de præſcrip. Ferd. Loaz. in rep. Rub. de iuſt. & iur. col. 9. nu. 68. & ſeq.

52 *A, & ab, dictiones ſeparatiuæ.* Et hoc credo eſſe verius, licet Zenzel. tenuerit contrarium in d. Clem. ſicut. & Arch. in d.c. ſtatutum, colum. 1. in uerbo, à die, de præb. lib. 6. & Raph. Ful. in d. l. 1. ff. ſi quis cautio. Nam hę dictiones, à, & ab, ſuapte natura, niſi aliud obſtet, ſunt excluſiuæ, & ſeparatiuæ, vt pręter ſuprà dictos uoluit glo. in d. l. ratio. §. ſi per uenditorem, in fin. ff. de actio. empt. & in d. l. ſi ex duob. in prin. in uerbo, ab altero. & ibi Ang. ff. de duob. reis. Cy. & Sal. in d. l. à caligato, Bartol. in l. meminiſſe, in princip. ff. de offic. Procon. Oldr. latè conſilio 49. conſueuit dubitari, columna prima Signo. conſilio 101. factum ſic ſe habet, infans, columna ſecunda, verſiculo præterea cùm diffinitio. Baldum qui notanter tamen diſtinguit in l. nuptæ. §. Senatores. ff. de Senato. & in l. militis codicillis. ff. de teſta. mili. & in cap. cæterum, columna penult. uerſiculo item ſcias, extrà de iud. & in cap. 1. columna ſecunda, de ſequeſtrat. poſ. & fruct. & in capitulo excommunicatis, quod eſt pe. & ibi Barb. in 2. not. extrà de offi. lega. & eũdem Baldum in cap. ego N. de iureiuran. & plenè ac pulchrè dicto conſilio 457. columna tertia, libro primo repetito in alijs duobus locis, vt ſuprà diximus, & conſilio 357. nota pro ducę, columna 2. uerſiculo ſequitur, libro 5. Petr. Ancha. in d. cap. ſtatutum, colum. 2. in 5. nota de præben. lib. 6. Lucas Pen. in l. 1. ad fin. C. vt nemo ad ſuum patro. libro 11. Petr. Ferra. in titulo forma. capit. act. in verbo, vſque ad Calend. Ianuar. cum alijs concordan. adductis ab Alexandro in addit. Bartol. in l. patronus. §. Sempronio. de lega. 3. & dict. conſi. 42. lib. 3. & Maria. in c. literę,

col. 12.



col. 12. extra de dilatio. & Corne. conſil. 259. quæritur à me, col. ult. lib. 1.

53 *A, & ab, propoſt.* Qvod & ex eo ſatis probatur, quòd qui rectè ac propriè loquũtur, ijs dictionibus, à & ab, pro dictione poſt, quæ & ſeparatiua eſt, ut diximus in præcedenti limitatione, ſæpè vſurpant, ut de priore Pomponius noſter in l. 2. §. quod ad magiſtratus. ff. de ori. iur. vbi ita ſcribitur, Et veluti ſecundum locum à regibus obtinebat, ideſt, ut annotat Zaſius, poſt reges: neq; enim is rex erat. & Suetonius in Cæſare: Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſſij cum facibus tetendit. Et Plinius lib. 25. cap. 5. Hoc contingere, ſi à conceptu ſuccus continuus bibatur in paſſo. Et paulò poſt: Quarto dic à balneo coire eos. Et latè diximus in repet. l. ſi unquam, in uerbo, poſtea, num. 18. his adde, quod cum. De dictione etiam, ab, eſt illud in eundem ſenſum Plauti in Pœnulo: Iam ab re diuina credo apparebunt domi. Et Columellæ, libro 11. cap. 15. Poſt hæc quæ diximus, ouillum, & ab hoc caprinum eſt. Et Ouidij, Triſtium lib. 4. Elegia 10. eademque ultim.

*Tu mihi (quod rarum eſt) viuo ſublime dediſti*
*Nomen ab exequijs quod dare fama ſolet.*

Vt interim omittam Accurſium, ita hanc dictionem exponentem, in l. neminem, in princ. C. de decurio. lib. 10. Nec interim prætermittam, quoſdam eſſe, qui inter huiuſmodi dictiones à, & ab, diſcrimen faciunt, quantum ad vim excludendi, uel includendi, ut per Alber. in l. 1. §. æſtatem. ff. de aqua quot. & æſtiua.

54 *Ex, dictio, an ſeparatio.* De dictione, ex (ea enim ſupereſt) vt ſcilicet præpoſita diei, eum diem excludat, teſtis eſt Bal. in d. l. vltim. in princ. ubi ſupra allegauimus. C. de temp. app. & in d. l. 1. & ibi Paul. Caſt. & Alex. ff. ſi quis cautio. & idem Bald. in l. vlt. colum. 2. C. de iure domi. impet. ipſe Alexan. in addi. Bart. in d. l. pater. §. ſexaginta. ff. de adult. Felyn. in dict. cap. 1. ubi ſupra, extra de præſcript. Et huc quoque referri poteſt gl. in d.c. quiſquis, in uerbo, ex ea die 4 quæſt. 5. Nam & hæc dictio tempori appoſita etiam poſt ſignificat. Plautus in Perſa: Bonus volo ex hoc die eſſe, quod neque fiet, neque fuit. Et Plinius lib. Epiſtolarum 10 ad Traianum: Athletæ, domine, ea quæ pro Iſelaſticis certaminibus conſtituiſti, deberi ſibi putant, ſtatim ex eo die, quo ſunt coronati. Quod & probat text. in l. 1. §. 1. iuncto §. ſi mulier. ff. de liber. agn. Nam in eodem caſu nunc loquitur per dictionem poſt, nunc per dictionem, ex, quaſi ſint eiuſdem omnino ſignificationis. Sed ſuper hoc text. uide quod dicam infra uerſ. ab hinc 3. Et dicit Bal. conſ. 196. ſtatuto cauetur, paulò ante fin. lib. 4. quòd hæc dictio, ex, eſt ſeparatiua, per l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. naufra. Nec omiſerim tamen pleroſque Grammaticos ſic eas dictiones, à, & ex, ſeparauiſſe, vt a fundo venire ſit non ex intimo ipſo fundo, ſed ex loco, qui proximus eſt fundo, venire. Ex fundo autem, ſit ex intimo ipſo fundo venire. Quæ ſententia ſi vera eſt, vt certè vera eſt, & placuit Tullio in oratione pro Aulo Cecinna, ea quæ diximus hoc verſ. omnino deſtruit.

55 *Verane ſit hæc limitatio, & ſecunda prioris opinio.* Sed vt intelligas, quid interſit inter hanc limitationem, & ſecundam prioris partis: hìc quidem ſtatuitur tempus à die actus: ideò non niſi finito die incipit: illic verò ſtatuitur ab ipſo actu, ideoque & ab ipſo actu finito continuò computatur. Tamen Bart. in d. l. pater. §. ſexaginta. ff. de adulter. affirmat, nihil differre, dicas, ex die diuortij, an ex diuortio. Nam text. ibi dicit, à diuortio: quod text. in l. præcedenti. §. ſex menſium, & § ſequen. dixerat. ex die diuortij, ſicuti in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Senatusconſul. Turpi. Et ſic (inquit) videtur, quòd in vtroque currit tempus de momento ad momentũ, quod dicit eſſe tenendum pro ſtatutis. Cui adde & text. in l. Thais. §. pro hærede. ff. de fideicom. lib. de quo textu & nos diximus in dicta ſecunda limitatione prioris partis, & text. in l. prima, §. ex die quo. ff. de vi & vi arm. ubi primùm dicit, ex quo die quis deiectus eſt, poſteà autem dicit, ex quo quis deiectus eſt: vt etiam intelligas, nihil referre, dicas, ex quo quis deiectus, an ex quo die. Et ſanè planum eſt in caſu dict. §. fructus eſſe reſtituendos, non tãtùm qui poſt diem deiectionis, ſed & qui ipſo die poſt deiectionem percepti ſunt. Et etiam in l. quæſitum eſt. §. ex hoc. ff. de preca. vbi primùm dicit, ex eo tempore, ex quo interdictum editum eſt: & mox ſubdit, ex die interdicti editi. Et in l. Caius ff. de excuſationib. tutorum, vbi his promiſcuè vtitur, ex qua die, & ex tempore negotij, & in l. tempus. ff. de vac. muner. ubi quod primùm dixerat, ex eo die, poſteà dicit, ex eo tempore, & in l. annus. ff. de calumniat. quæ etiam promiſcuè his verbis vtitur ex eo tempore, quo quid factum eſt, & ex die, quo factum eſt.

56 Et hoc quoque confirmat, quod text. in l. 1. §. biduũ. ff. quan. appell. ſit, ſcribit, tempus ad appellandum præſtitutum computari ex die latæ ſententiæ. Et tamen is dies in eo tempore computatur, vt diximus ſuprà, nu 21. nam tempus, inquiunt. Et illic ſcriptis adde text. apertè probantem illud, quod ſcribitur in dict. §. biduum, ſcilicet, illud biduum uel triduum appellationis, intra quod illic iubetur appellari ex die latę ſententiæ, ita debere intelligi, ut is dies ſentẽtiæ in illo biduo vel triduo connumeretur. Is text. eſt in ea ipſa l. §. quod in ſententijs, qui continenter ſequitur dict. §. biduum, cùm dicitur, uel altera die, uel tertia prouocetur, atque etiam in l. eos qui. §. ſi autem in iudicio. C. de appell. Sed illud ſit, quia ita alijs iuribus declaratur, iuxta ea, quæ ſupra diximus in ſecunda limitatione huius partis, & in 12. alterius. Sed & in hanc partem facit text. in l. eius qui iuſtum. ff. ad municip. ubi ita ſcribitur: Eius, qui iuſtum patrem non habet, prima origo a matre: exque eo die, ex quo editus eſt, numerari debet. Nam ridiculum eſſet, ſi is dies in illis verbis comprehenderetur. Niſi diceres, id debere intelligi ſecundum 6. limitationem prioris partis, ut ſcilicet is dies cedat commodo iſtius, tametſi ex uerborum proprietate non comprehendatur.

57 Vt interim non omittas text. in d. l. 1. §. 1. ibi, intra triginta dies poſt diuortium connumerandos, & in §. ſi mulier, ibi, dies autem triginta continuos accipere debemus ex die diuortij. ff. de libe. agn. Nam priori loco dicit, poſt diuortium, non poſt diem diuortij: poſteriori autem, ex die diuortij: tanquam ea ſint eadem, nihilque interſit, dicas, poſt diuortium, ſiue à diuortio: an à die, ſiue ex die diuortij, cùm tamen, à, & poſt, ut ſupra diximus, eandem ſignificationem & vim habeant. Ex quo & Albe. in d. §. mulier, hæc duo loca inuicem conferens aſſerit in eo caſu diem diuortij computari. Et textus, in l. ſi in Aſia. §. vlt. ff. depoſi. vbi apertè ſignificatur, ea uerba ex die quo quid actum eſt, ipſum quoque diem comprehendere. Et ut id quoque comprobemus auctoritate externorum ſcriptorum, Liuius grauiſſimus autor libro 4. Belli Maced. Vt pax, ait, ex auctoritate Senatus confirmaretur, ex qua die ſcriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent, ea dies vt induciarum principium eſſet. Nam & hìc vides his uerbis, ex ea die, eam ipſam diem contineri.

58 *De dilatione expectatoria.* Limita octauò, ut non procedat in dilatione expectatoria, quæ datur parti, ut ueniat, aut ſimile quidpiam faciat. nam huiuſmodi dilationes non includunt diem termini, ut uoluit Bal. in d.c. ſuper eo, el ſecundo, colum. prima, de appell. ita intelligens text. in dict. l. 1. ff. ſi quis caut. Nam (vt ipſe ſubdit) huius dilationis propria ac genuina natura eſt, differre, l. & ſi poſt tres. ff. eodem titul. & cap. conſuluit, extra de offic. delegat. & id ſequitur Cardin. Alex. in d. cap. ſuper eo, colum. 4. uerſ. fallit quartò.

59 Limita nonò, id quoque non procedere in omni

*Quid in dilatione legali.* dilatione legali, quæ ſcilicet à lege vel ſtatuto præſtituitur; nam nec in ea dies termini computatur in termino, ex æquitate illa expreſſa in d.c.frequens, de reſt.ſpo.lib. 6.& in d.c.pia, de excep.eo.lib. quæ quidem æquitas extenditur ad ſimilia, adeoque ad omnes dilationes legales. ita enim uoluit Bald.in d.l.eos.§.ſi autem, colum.2. uerſic, aut non procedit. C.de app.& ſequitur Card. Alexand.in d.c.ſuper eo, colum.4.in 5.limitatione, de app. Et ſi id uerum eſt, multa ex ijs corruent, quæ ſuprà diximus.

60 *Quid ſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.* LIMITA decimò, ut procedat, niſi ex ſubiecto argumento ſuaderetur diem termini non eſſe computãdum in termino. Nam id totum, an ſcilicet computandus ſit, an non, aſſignat ſubiectæ materiæ. Bald.in c.capellanus, extrà de fer. vt etiã diximus ſupra in 9.limitatione prioris partis, quę eſt in num.35. Nam & alias ſemper, & in uniuerſum ſubiecta materia ad ſe veluti trahit ſignificationes interpretationesque verborum, etiam cõtra uim & naturam propriam eorum, l.ſi vno, in prin.& ibi gloſ. Bart.& Bal.ff.loca.cùm alijs multis concor.à me latè congeſtis in repet.l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu.37. incip.& aliàs etiam videmus.

61 *Deciſio principal. queſtionis.* IGITVR) vt redeamus ad ſpeciem noſtrę conſuetudinis) cum res hæc, de qua agimus, vtrum ſcilicet dies termini computetur in termino, ſit admodũ anceps & dubia, & quæ contrarias habeat opiniones, multis rationibus & autoritatibus ſubnixas, recipiatque multas vtrinque limitationes: crediderim noſtram conſuetudinem, aliasque loquentes de anno & die, hunc ipſum diẽ adiecisse, qui annum terminaret eodem die menſis, quo incepit, atque ſic computato die termini: quod idem eſt ac ſi annus ſine adiectione diei ſtatueretur, & dies non computaretur: id eſt (vt facilius omnes intelligant) nihil intereſt annùsne ſimpliciter ſtatuatur, an annus, & dies, eſtque idem per omnia terminus; quia cùm annus ſimpliciter dicitur, intelligitur, non computato die termini: & cum annus & dies, computato. Nec video, quare anno dies adijcitur, niſi ad ſummouendam illam controuerſioſiſſimam controuerſiam, vtrum dies termini computetur in termino.

*Annus ſimpliciter, & annus & dies an differant.*

62 ID quod omnino clarum eſt in caſu noſtræ conſuetudinis, quæ in hoc caſu nunc annum ſimpliciter ſtatuit inf.§.19.20.21.32.& vlt. nunc annum & diem, vt hic, & §.8.11.14.17.27.28.30.31.35. vt hinc neceſſe ſit intelligere, eundem eſſe omnino terminum, qui alicubi annus dicitur, alibi annus & dies: annus ſcilicet, non computato die termini: annus & dies, computato: ne noſtra cõſuetudo eodem in titulo & caſu ſecum diſſideat. Nam & ex multis Franciæ conſuetudinibus aliæ retractui annũ ſimpliciter præſtituunt, videlicet Pariſienſium, Ambianenſium, Monſtrolienſium, & Arteſienſium, Aliæ annũ & diem, ſcilicet Meldenſium, & Meldunenſium, Senonenſium, Trecenſium, Caluimontẽſium in Baſſigniaco, Victriacenſium, Carnutenſium, Aurelianenſium, Turonenſium, Cenomanenſium, Andegauenſium, Bleſenſiũ, Dunenſium, Angoliſmenſium, Rochelenſium, Burgodionenſium, Morinenſiũ. Sed & apud Auxerrẽſes, quos Altiſſiodorenſes vocant, conſuetudo retractus nunc de anno ſimpliciter loquitur, nũc de anno & die, vt noſtra. Nam §.1.huius titu. qui eſt omnium 32. primùm loquitur de anno & die, deinde de anno, & §.3. qui eſt omniũ 34. de anno: & vlt. qui eſt 53. de anno & die. Similiter apud Landunenſes & alios Veromandienſes, part.3.ti.8. §.1. qui eſt 75. eiuſdem 3. part. fit mentio anni & diei. & §.5. qui eſt 79. eius partis, & §. ſeq. fit mentio unius anni ſimpliciter.

*Conſuetudines de tẽpore retractus.*

63 ET quoniam etiam videmus in caſu huic noſtræ cõſuetudini omnino ſimili, videlicet in facultate conceſſa adgnatis retrahendi feudum extraneis venditum, quòd annus ſimpliciter ſine diei adiectione conceditur, ca.ſi Titius. titu.ſi de feu.fue.contr. ex quo multi hunc annũ, à noſtra conſuetudine conſanguineis conceſſum, prodictum exiſtimant: vt latè diximus ſupra in proxima gloſſ. poſt prin. quaſi ſcilicet idem ſit illic annus, quòd hic annus & dies. Et alias quoque videmus, quod c.1.& 2. extra de eo qui mit.in poſſ. loquuntur ſimpliciter de anno, qui datur reo ad reuocandam miſſionem in poſſeſſionẽ, de qua ibi. At c.cùm veniſſent, eo.titu.in eodem caſu loquitur de anno & die, ut etiam illinc intelligas, nihil inter vtrumque differre. Quod tamen non intelligens Bal. in poſtremo loco, colum.2.verſ.item no. quod de anno, dicit, legibus id cautum eſſe, quod de anno ſimpliciter dicitur: ſed de die addito illi anno, nulla lege cautum reperiri, ſed iudices illic diem addidiſſe ex ſua forma. At ſimile eſt, quod tex.in c.puella, 20.q.2.& in c.2. extra de reg. loquẽtes in eodem caſu, illic annum ſimpliciter ſcribant, hìc annum & diem. id quod perceperunt glo. Inn. & Hoſt. in poſteriori loco, ſupplentes ex eo reliquos, nec tamen rationem reddentes.

ET hanc noſtram ſententiam non mediocriter confirmat, quod ad noſtram conſuetudinem priuatim pertinet, ꝙ tex.in c.conſtitutus, extrà de reſt. in integ. qui de hac noſtra conſuetudine expreſſam facit mẽtionem, his verbis vtitur, intra annum & diem à tẽpore contractus: ex quibus verbis, à tempore contractus, apertè datur intelligi, diem ipſius contractus in illo anno & die computari, per ea quæ ſuprà diximus in 2. limitatione prioris partis, quæ eſt in nu.24. Et huc referri poteſt, quod ſcribit Anto. in d.c.2. paulò ante fi. extrà de reg. ꝙ ſi unus teſtis deponit de anno, alter de anno & die, non propterea vitiatur eorum teſtimonium, argum. eius, quod diximus in fi. præcedentis verſ. 64

SVNT tamen, ne hoc prætermittamus, & alij text. loquentes in alijs caſibus de anno & die, nõ quidem in iure ciuili, aut Canonico (quantum ego nunc meminerim) ſed in Vſibus (ut uulgus noſtratium appellat) feudorum, videlicet in c.1.tit. quæ ſit pri.cau. bene. amit. & in c.vlt.tit.de prohib.feud.ali.per Lothar.& in ca.præterea ſi quis, tit.de prohib.feud.ali.per Feder.& in c.1. titu.de cap.Corra. in quibus locis nec glo.ord. nec cæteri Doct. quos hactenus legimus, quãtumlibet oculatiſſimi, nihil omnino loquuntur de hac, quam tractamus, quæſtione, nec quare ille dies ſit anno additus, verbum quidem vllum facinnt: videant cæteri, ſi aliam rationem afferre poterunt: ego autem (quod iam dixi) nullam video. 65

SED quia etiam ſuprà tractauimus, an dictiones q̃dam ſint excluſiuæ & ſeparatiuæ, an verò incluſiuæ, non penitus intempeſtiuum, nec ab hac tractatione alienum erit, ſi de alijs quoque ſaltem remiſſiuè, vt noſtri loquuntur, diſſeramus. Igitur de dictione vſque, vide text. gloſſ. Bar. Alber. latè, & alios, in l.patronus.§. Sempronio.ff.de leg.3. glo.& alios in l.id eſt.ff.de dol.mal. gloſſ. Iac.But. Alber.& Sal.in Auth.hoc ius.C.de proc. glo.Inn. Ioan. And.Colle. [Ægid.Bellame, latiſſimè omnium.] & Pan. in c.1. extrà de ordi.ab Epi.qui renun.epi. gloſſ. in c.quãuis, in verbo, vſque, de præben.lib.6.Old.d.conſ.49. colum.1. Arch.in c.ſi gratioſè, de reſcrip.lib.6.Ioan.Andr. in cap.ſecundò, extra de obli.ad ratio. Paul. Eleaz. in repet.cap.cùm dilectus, in princ. extrà de fid. inſtrumento. Cyn. Baldus Salyc. & alios in d.l.à caligato. C.de nupt. Petr.Iac.titu.ſuper condict.ex moribus, colum.5 verſic. ſed poteſt dici, Bartol.Imol.Franc.Aret. & alios Recentiores in l.eum qui certarum, in princ. ff. de verborum obliga. Ipſum Bartol.& Baldum in utraque lect.in l.meminiſſe.ff.de offic.proconſ. Henric.Boh.in cap. conſtitutus, extrà de reſtitut.ſpoliat. Alber.in l.vlt. §.1. verſiculo vltim.ff.de Senat. Baldum in l. ſi oleum. §. meritò. ff. de dolo malo & in l.filiusfamilias, in princ. & ibi quoque Imol. ff. de legat.1. et in l.poſt duos. C. de aduocat. diuer.iud. et in l.2. columna ſecunda, et ibi Iaſ. colum.57. 66 *Vſque, dictio ſit ne excluſiua, an incluſiua.*

uerſic.



verſic. decimò iuxta prædicta. C.de iur.emphy. & in Authen.hoc amplius, colum.vlt.C.de fideicom.& in c.cùm dilecti, non ſemel, & ibi Pan.col.1. extra de do.& contu. & in c.vlt.col.1. extrà de dilat.& in ca. capellanus, circa medium, extrà de fer.& in c.venerabilis, col.1.verſic.ſed id quæro, eodem titu.& in c. ſignificante, colu.2.verſi. ſed ſi non apparet, de reſcrip.& in c.ſicut, poſt princip. de cohabi.clerico.& mulier.& in c.1.§.& quia vidimus, colum.7.verſicul. extra not.titu.qui feudum dare poſſ.& in c.1.§.ſi quis de Manſo, col.4.verſ. quæro de fluminibus, tit.de controuer.inueſtit. & conſilio 410. uerba dicunt, poſt princip. & iterum ante finem lib. 1. quod repetitur conſi.413. libro 5. & eundem Bal. conſilio 448. conceſſa eſt, libro 3. quod repetitur conſi.375. lib.4. ubi decidit, an ſi fuerit conceſſa emphyteuſis uſque ad tertiam generationem, computetur primus recipiens. Luc. Pen.& Io.Plat.in l.peculiari. C. de proximis ſacr. ſcrin. lib.12. Angel.in §.1.in Authen.ut ab illuſtri, Imol. in l. 1.ff.de conditionibus inſtitutionum, & conſi.10. in caſu præmiſſo. in primo dubio, Mart. Laud. poſt Andr. Iſer. in §.& quia vidimus, colum.penult. verſic. quæro an dictio, & ibi quoque Card.Alex. colum.penult.in ver. eiuſdem initij, titul. qui feud.dar.poſſ. Petr.Ferra. tit. forma cap.quando teſtis prod. ad æter. rei memoriam, in uerbo, uſque ad Calen.Ianuarij. Alexand. conſi. 111. circa primum, colum.5.verſic.& prædicta, lib.3. & conſi.26. conſideratis uerbis, ad fin.lib.4.& conſil. 114. uiſa ſcripturarum, colum.2. lib.5. & conſil.125. attentis verbis, colum.1.& ſeq. eodem lib.5. Barbat.in repet. l.cum acutiſſimi, colum.vlt. uerſic. adde Angel. C. de fideicomm. conſi.25. Dominus Franciſcus, colum.2. uerſicul. quare aſſumo, libro 1. & è Grammaticis Priſcianum, libro 1. & è Theologis Diuum Auguſtinum, in Pſal.13. enarrantem illud, Non eſt, qui faciat bonum, uſque ad unum. Et in Pſal. 112. ſuper illud, A ſolis ortu uſque ad occaſum.

67 *Ad, dictio* DE dictione (ad) vide text.in l.non putabam, & ibi Alb.ff.de cond.& demonſt. & in l.qui filium.§.ult.uerſ. ad annum.ff.ad S.C.Trebell. & in l. qui duos. §. 1. ff.de manu.teſt.& in l. quidam Hyberus, cum glo. in uerbo, ad parietem, & ibi Bart.ff.de ſerui.vrb.pręd. & glo. in l. militis codicillis. in princ.& ibi Bart.& Bal. ff.de teſtam. mil. Archid.in c.presbyter, in princ.78. diſtin. & in cap. eccleſias.13.q.1. Oldr.d.conſ.49.col.2.verſ.de ad, quod includat. Io.And.in d.c.ſi gratioſè, de reſcript.lib.6. Alber.in d.Auth.hoc ius, col.2. C.de proc. & in l. ordinata, paulò ante fi.ff.de liber. cau. & in dictionario, in uerbo, ad Bart.& Bal.in l.ſi cui legetur, in princ. & ibi quoque Alex.& Franc.Aret.col.2.ff.de leg.1. Bald. in rub.ff. ſol.matr. circa medium, & in d.c.ſi quis de manſo.col.4. ubi ſup. tit.de contro. & conſi.31. præſuppoſitis uerbis. lib.4. quod repetitur conſi.356. eo.lib.4. Imol. d.conſil. 10. Flor.in l.item ſic.§.qui habet. ff. de ſerui.ruſti.pręd. Alex.conſ.54. viſo proceſſu, col.3. verſic. itaque pro dimidia. lib.5. & Cæpol. conſi.2. ſuper caſu, col.3. uerſ.5. hoc probat. Petr.Ferra. loco alle. in præce. verſ. [illudq; Horatij lib. Epiſtolarum 2. epiſt. quoque 2.

*-Laſſus, dum noctu ſtertit, ad aſſem*
*Perdiderat.* Ideſt, integrum aſſem, omnes facultates.]

*Ad & in, an differant.* Vt tamen interim non omittas multis Grammaticis hoc intereſſe inter ad, &, in, ut in theatrum ire, ſit theathrum intrare: ad theatrum uerò ire, in locum theatro proximum ire. Nec illud quoque, hanc dictionem, ad, interdum idem ſignificare, quod poſt. Tullius ad Atticum lib.12. Aut neſcio quid interſit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Rurſumq;: Solebat me pungere, ne Sampſicerani merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur, quàm noſtra. Super quo & tu videas è noſtratibus Alex.conſi.137. in cauſa & lite uertente inter Lancellotum, col.3. uer. peccat & in alio, li.2.

DE dictione, ultra, uide text. in l. ſi ultra, & ibi Iac. But.& Bald.& Angel.C.de fideic. omnes propè in c.Raynutius, extrà de teſtam.& ibi præcipuè Bene.in rep.in verbo, Alterochę filiæ impuberi vltra dotem, in princip. gloſſ.in Cle.1.in verbo, facere. & ibi Steph. Guil.Laur. Imo. col.3. ſuper eadem gl.& Card.Flo.in 22.q.de vſur. Io. Mo. in c.1. de temp. ord. lib.6. Bar.in l. qui ita.ff. de dot.pręleg. Bal.in auth.ad hæc, col.2. verſicu.ſed dubitatur. C.de vſu.& in l.poſthumus, col.1. in addi.ff. de inoffic. teſtam.& in l. eum qui.§.qui iniuriarum, col.vlt. uerſicul. & prædicta. ff. ſi quis cautio. & in c. vlt. colum. 1. verſic.& ex hoc no.tit.de fratri.de nouo bene.inue.& cõſil.473. quidam emerunt, in princ.lib.1. quod repetitur conſi.411.lib.5. Imol. in c. vltra tertiam, extrà de teſtib. Raph.Co.conſi.111. ciuis quidam. Flor. col.2. verſicu. pro parte negatiua. Raph. Fulg. conſil.40. Dominic.teſtator, col.2. Ro.in d.l.1.ff.ſi quis cautio. Corn.poſt.Sal. in l.filiam. C.de colla.& conſil.13. quamuis videatur, colum.2.verſic.item ſi obijceremus, & iterum verſicu.nec obſtat, quod ſuprà lib.1. Barb.conſil.74. omnia quę facitis, col.6.lib.3. glo.prag.ſan.titu de friuo.app.§.quodque ante, in verbo, vltrà. Steph.Bertr. conſil.369. ponitur, col.2. lib. 2. & conſi.164. ponitur in princip. lib.4. Phil.Dec.conſi.190. circa primum dubium, col.ult.uerſicul. quartò quod repititio. & conſi.290. domina Blaſia, col.1. poſt prin. iterumq; col.2. & 3. verſ.nec obſtat ꝙ illa dictio. & cõſ. 423. negari, col.1. vbi. & alios citat. 68 *Vltra.*

DE dictione, citra, conſequens eſt dicere: Nam hęc, & illa, ſunt ueluti oppoſita, ut per Bald.in addi.d.conſi. 411.lib.5. & probat illud Horatij: 69 *Citra.*

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.*

Et illud Plinij, li. 10.c.23. Et quamuis vltra citraq; peruolent, nunquam tamen adueniſſe vſquam, niſi noctu exiſtimantur. Sicuti, vltrò citroq;, l. ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ff.de eden.& l.ſeruus meus.ff. manda. & l. quemadmodum.§. vltimo.ff. de condi.indeb. & l.2.in prin.ff.de neg.geſt. & l.Labeo, li.1.ff. de verbo. ſigni.& Tullius in actione in Verrem 7. Monumentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ, veſtibulo Siciliæ, præteruectione omnium qui ultrò citroq; nauigarent. Et in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: Poſteà homines curſare ultrò & citrò non deſtiterunt. Et libr.6.de Repub.in Somnio Scipionis: Multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. Et lib.2.de Natura Deorum: Sic naturis his, ex quibus omnia conſtãt, ſurſum deorſum, ultro citroq; cõmeantibus mundi partium coniunctio continetur. Cæſar libro 1. belli Gallici: cùm ſæpe ultrò citroq; legati inter eos mitterentur. Varro lib.3. de re ruſtica: Piſciculi vltrò citroque commeant. Plin. lib.13. cap.17. Quin & exercitus paſtos accepimus, ultro citroque commeantes per Africam. Suetonius ultrò citrò ſine coniunctione dicit, in Caligula c. 19. Per hunc pontem ultrò citrò commeauit. Igitur (vt redeamus) de dictione, citra, vide [text. glo.& alios in l.vlt.ff.de calumnia.] Bal. in l. falſus, col. 3.uerſ.& no. de iſta dictione, & ibi Angel.in repet, colum.2.& ſeq.C.de fur. Bald.in d.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ, colum.ultim. ff.ſi quis cau.& in l.indicia, ad fin. C.de rei vend.& in l.tranſigere. C.de tranſact. & in ſua Marg. in uerbo, citrà.& dict.conſi.463. in princip.lib.1. Bart.in l. Celſus, colum.vltim.uerſicul.ſed circa huiuſmodi. ff. de vſucap. Luc.Pen.in l.1.colum.2. C. de iure fiſc.libro 10. Domin.conſil.18. Chriſti nomine inuocato, quia copioſè, in ſecundo dubio. Paul.Caſt.conſ.314. ſuper eo quod quæritur, col.3.verſ.tertiò facit, lib.1. Alex.conſ.45. viſis atteſtationibus, col.2.uerſ.ſed illa uerba, lib.2.& conſil. 108. in cauſa & lite uertente inter dominos, col.3. uerſ. ſecundus teſtis, eo.lib.2. & conſ.118. in cauſa & lite vertente inter Antoniũ, col.pen.verſ.& ſimiliter dicunt, eo.

*Vltra citraq;.* *Vltrò citroq;.* *Vltrò citrò, ſine copula.* *Iterum de dictione, citra.*

 lib.2.

lib.2.& conſi.78.quoniam omne datum,ad fin.lib.5.& conſ.98.conſideratis his,etiam ad fin.eod.lib.5.Cardin. Alex.in c.nominationes.§.veniales.2.q.6.& Phil. Dec. in l.certum,in princ.C.vnde leg.

70 *Ante.* De dictione, ante, vide l.qui ante Calendas,& ibi Doct.præſertim Alex.& Franc. Aret.ff.de verbo.oblig. & l.eum qui ita.§.qui ita ſtipulatur,ante,eo.tit.glo.in d. c.anteriorum,in princ.2.q.6.Oldr.d.conſ.49.col.vlt.Io. And.in c.præterea,el 2.col.2.in uerbo,infra 20.dies, extra de app.& Alb.in Auth.hoc ius.col.2. C.de procur.& in dictionario,in uerbo,ante. Et facilè intelligere poſſumus ex ijs,quæ diximus de dictione poſt,ſupra,num. 49.limita ſextò. Nam hæ dictiones,ante,& poſt,ſunt earundem virium & naturæ,ſeq; mutuò reſpiciunt, ut latè docuimus in repe.l.ſi unquam,in uerbo,& poſteà,num, 14.nam & quamuis.C.de reuoc.dona.

71 *Intra.* De dictione, intra, vide text. in l.ſi ſtipulatus fuero decem.ff.de uerbor.oblig.& in l. ſi quis ſic dixerit,& ibi Alc.ff.de verb.ſignif.& in l.1.§.ſi intra, verſ.quod dicimus.ff.de ſucc.edic.& in l.ex facto.§. item quæro,verſi. ſed finis,iuncto præcedenti,& ibi Franc.Aret.colum.vlt. verſ.no.vlt.ff.de vulg.& pup.& gl.in d.c.anteriorum, in princ.2.q.6.Old.d.conſ.49.Iac.Are.Ray.& Bart.in l.qui ita.ff.de dot.præleg.Alb.in d.Auth. hoc ius, col.2. C. de proc.& in dictionario,in uerbo,intra,Bart.in l.1.§. cùm vrbem,ad fin.& ibi Alb.& Bal. in §.in initio.ff.de offic. præfect.urb.eundem Bald. in ſua marg.in verbo, intra, & conſ.115.ſuper primo puncto,lib.1.Ant.in d. ca.præterea.de app.Pan.in c.1.in 2. not. de auto. & vſu pall. Card.in proœmio Clem.§ nec ſanè,in 3.q.Ro.& Franc. Aret.in d.l.qui ante Calendas.ff.de verb. obligat. Alex. conſ.8.videtur fortaſſe,col.2.verſ.præterea etiam, lib.4, & conſ.214.ponderatis uerbis,colum.1. lib.6.& Corn. conſ.244.licet in hac,col.3.uerſ.quia nonnunquam,lib. 1. Soc.conſ.211. breuiter, in princip. lib.2. & ex externis ſcriptoribus,Gellium lib.12. Noctium Atticarum, capit.13.

72 *Extra. Intra & extra.* Nec in hoc omittendum eſt, hanc dictionem,intra, & dictionem,extra, ſibi ex diametro aduerſari : vt patet ex l.1.§.ſiue autem.ff.de aqua quot.& æſti. vbi ita ſcribitur: Siue autem intra vrbem ſit aqua, ſiue extra urbem, huic interdicto locus erit.& glo.in l.ſi fines, in fin.C.de euictio. Ex quo & illud Ennij ex 12. Annalium, apud Priſcianum lib.6.

*Occumbunt multi læto ferroq; lapiq;,*
*Aut intra muros, aut extra,præcipe caſu.*

Atq; illud Horatij lib.Epiſtolarum primo,epiſt.2.

*Iliacos intra muros pugnatur, & extra.*

*Intra & extrinſecus. Intra & poſt.* Sicuti etiam, intra, & extrinſecus, quod ab extra fit. Columella lib.12.Rei ruſticæ cap.44. Hæc vaſa & opercula extrinſecus,& intra diligenter picata eſſe debent. Atque etiam intra,& poſt l.1.in princ. ff. de vi & vi arm. cùm dicitur, Tantummodo intra annum, poſt annum verò,&c.& in l.in honorarijs,in princ.ff.de actio. & oblig.vbi ſcribitur, Hæ etiam poſt annum darentur, cæteræ intra annum.& in l.2.§.ſi primus.ff.de bon. poſſ. ſec, tab. Conſtat autem, has dictiones extra, extrinſecus & poſt,excludere,ut etiam de poſt,nuper diximus.

73 *Præter.* De dictione,præter,quam & ea dictio,extra, repræſentat, ut in eo loco Plauti in Amphitryone: Vt mihi, extra te unum, mortalis nemo corpus corpore contigit, Et Terentij in Phormione:Neque cognatus,extra unam aniculam,quiſquam aderat. Quibus planè conſtat, extrà,ſignificare præter, ut alibi ſæpe apud probatiſſimos autores. De hac igitur dictione, præter, ultra id quod iam ſubolere potes ex eo quod diximus, vide tex.in l. ſi ita legatum,& ibi Bart.Sal.Raph.Com.& Iaſ.ff.de leg.j. & l.Seia.§.uxori,& ibi Dyn.Alber.& Bart.ff.de annu.lega.& l.1.& ibi glo.Bart.Sal.utrumque quidem.in fi.Bal, Alb.& alios.ff.de pig.actio.& in cap.quæſitum,extra de temp.ord.& in c.decet,& ibi Arch.de immu. eccle. li 6. glo.& Arch.in c.Ebron,13.q.2.Innoc.in c.dudum, el 2. in fi.& ibi quoque Ant.& Pan.col. 5.de elect.& in c.literas,& ibi etiam Hoſt.Panor.col pen.Fel.in fi. & alios,de præſump.Oldr.d.conſ.49.col.vlt.Paul.Eleaz.& Recent. in Clem.1.de ſum.trin.eundem Paul.Ioan.Lig.& Imo. in Clem.multorum,de pœnit.Cyn.Bart.Bald. Salycet.& alios in l.actione,C.de tranſact.Collect. in cap. tua nobis,col.2.verſ.præter hæc,extra de deci.Alber.in d. Authen.hoc ius.colum.2.C.de procur.& in dictionario, verſ. quartò collige. ff.de publi. & uectig.& in l.qui bona.§. ſi quis quia. ff. de dam. infect. & in dictionario, in uerbo, præter, Bart.in d.l. ſi quis eum. §. qui iniuriarum, & ibi Bald.colum.ult.verſ.modò veniamus, & ſeq & Recentiores.ff.ſi quis cau.eundem Bart. in d.l.qui ita. ff. de dot.præleg. Azo.à Ramengis in reper. cap. nos in quenquam.colum.6.verſ.cùm quæritur utrum dictio, 2.quæſtion.1.Bald.in l.ſed & hæ §.præter.ff.de procu. & in l.ſi tutor reipublicæ.§. vltim.ff.de tut.& ratio.diſt.& in l.damn,colum.10.verſic. & ſi dicatur. C. qui accuſ. non poſſ. Luc.Pen.in l.ex eo, colum.1. C. de agen. in reb. lib.12. Ang.in rep.d.l.falſus,col.2.& ſeq. C.de fur.& in l. ſi vltra. C. de fideiuſſ.& conſi.294. quoniam in vltimis uoluntatibus,colum.2.verſ. deſcendo ad primum. Ant. in c.2.extra de offic.vic.Pan.in cap.cùm ab omni, in 4. not. de vit.& hon.cler.Raphal. Com. d.conſi.111.ciuis quidam,col.2.uerſ.eò magis.Card.Floren. in clem.in prin. in 1.oppoſ.de ſum.trin.& in clem.1.§. verùm, in 7.not. de hæret.Rom & Iaſ.in d.l.1.illum colum.1.in 2.notab. alterum col. 3. { verſ.quartò pondera. } ff. ſi quis cau. eundem Rom.conſi.328.præſens conſultatio, colum.1. Io.Plat.poſt And.Baru.in l.agentes,colum.2.ver. & no. quòd dictio.C.de ag.in reb.lib.12.Angel.Aret.in §. cùm autem,col.1.uerſ.no.ibi præter bona,Inſt.de act. Barba. in c.ſi quis presbyterorum,col.vlt.extra de reb.eccl.non alien.& d.conſ.74.col.6.lib.3.Franc.Aretin.in l.quicunque,in 2.not.C.de ſer.fug Corne.in Auth.hoc amplius, col.2.C.de fideicom.Card Alex.in c. ſi quenquam. §. in omnibus,num.1.2.q.3.glo.prag.ſan.tit.de elect.§.ſi alter,in uerbo,præter,& iterum tit.de his qui in miſſa.§.1. Franc.Rip.in c.cùm M.Ferr.in 13.no.ſub num.19. extra de conſtit.

74 *In.* De dictione,in, quæ omnino,aut propè eiuſdem ſignificationis eſt,atque dictio intra,de qua nuper dixi,vt ſcribit Gellius eo.ca.13.lib.12. & probat text. in d.l.1.§. quod diximus. ff.de ſucc. edi. & declarat Bart. in l. Gallus.§.ille caſus,colum.2.verſ.vltimò vos videtis. ff.de liber.& poſthu. An igitur ſit excluſia, an incluſiua, vide text. in d. l. ſi quis ſic dixerit, & ibi quoque Alci. ff. de verb.ſign.& Old. d. conſi.49.col. vltim. & Signo. conſi. 16.ſtatuto ciuitatis, in princ.& Alb.in d.authen.hoc ius, col.2.et in dictionario,in verbo,in, et latiſſimè omnium Bar.& Bal.in l. Gallus.§.ille caſus,& vtrumque quidem, col.vlt.& ibi etiam Recentiores.ff.de lib.& poſth. Bart. conſi.109.contra Titium,verſ.ſecundò quia dicit.Bal.in rub.ff.ſol.mat.col.1.& 2.& Imo.in cle.cauſam,co.5.ver. quid autem, ſi in oſtio,& iterum col.9.verſ.gl.in domo, de elec.& Pan.in Cle.vlt.col.2.verſic.aliud importat, de æta. & quali. Pet.Ferra.tit.forma c. quando teſtes prod. ad æter. rei memo, in verbo,uſque ad Calendas,col.1.& omnino Alex. qui alios multos citat, d. conſ.137. lib.2. quo loco ſuprà citauimus,in dictione,ad. Et Alcia.lib. παρέργων 2, c. 23. vbi probat,hanc præpoſitionem cum accuſatiuo caſu,vſque ſignificare;vt apud Virgilium lib. 9.Aeneidos:

*Aequaſſet nocti ludum,in lucemq; tuliſſet.*

[Et Horatium lib.1. Epiſtolarum ad Lollium,
*Dormiet in lucem.*]

Martialem lib.1.
*In lucem ſemper Acerra bibit.*

Cui



Cui adde eundem Martialem lib.7.Epig.9.
*In lucem cœnat Sertorius.*

75 *Circa.* De dictione, circa, (ea enim nonnunquam pro,in,accipitur,vt apud Titum Liuium, lib.9. ab vrbe condita, Nam & circa omnia defecerunt in omnibus.) vide & tu Bald.in l.Rutilia.ff.de contra.empt.& vend.& in c.dilecto,extrà de teſti.& in d.c.vlt.col.1.verſi.& ex hoc ti.de fratri.de no.benefic.inueſt.

76 *Infra.* De dictione,infra,vide Inn.in c.pia,col.1.in verbo, computato,extrà de excep.Old.d.conſil.49.col.2. Ioan. And.in d.c.præterea,le 2.col.2.in verbo, infra 20.dies, extrà de app.Collec.in c.1.in prin.& ibi quoque Pan.colum.1.in 1.no.extrà de cle.coniug. Bald.in ſua marg. in verbo,infra,& d.conſil.115.lib.4.Alb. in d.Authẽ. hoc ius,col.2.C.de procu.& in dictionario in verbo, infrà. Car.Flo.in d.proœmio Cle.§.nec ſanè,in 3.q.& in Clemen.1.§.præfatæ,de ſtat.Mon.Pan.in c.ex parte,in 2.no. extrà de reſt.ſpo.& in c.cùm virum,in 1.no.extrà de reg. Corne.d.conſi.244.licet in hac,col.3.verſ.quia nonnunquam,libr.1.Petr.Ferra.in tit.forma reſpon.rei conuen. in verbo,in termino,colum.2.verſiculo quid ergo ſi per iudicem.

77 *Supra.* De dictione,ſupra,ea enim opponitur illi dictioni infra,& ſeſe utraque mutuò atq; ex oppoſito reſpiciũt: vt patet ex l.peregrè,in fi.prin.ff.de acq.poſ.cùm dicitur, cùm ſupra terram,an infra terram poſſideam,& in l.1.in multis locis.ff.de gradi.affi. & apud Quintilianum libr. 11.c.3. eodemque vlt quo loco tractat de cultu oratoris.Nam infra mulierum eſt,ſupra centurionum.Et Tullium lib.4.Academicarum quæſtionum: *Supra, & infrà.* Supra, infrà: dextra,ſiniſtra:antè.poſt. Et lib. epiſtolarum familiariũ 9.epiſtola poſtrema. Supra me Atticus, infra Verrius. Plinius lib.2.c.31.Et plures ſoles cernuntur nec ſupra ipſum,nec infra. *Super, & infer.* Vt ſuper,& infer,pro ſupra & infra, apud Catonem rei Ruſticæ cap.149. Ex Calendis Septembribus prato ſicco decedat, vbi pyrus florere cœperit prato irriguo, vbi ſuper inferque vicinus permittet, tum decedito. Niſi illic, ſuper inferque vicinus, pro ſupero inferoque vicino accipiatur. Nam continuò ſubdit, vel diẽ certam vtrique facito: vt hæc verba ad ſuperum & inferum vicinum referantur. De hac ergo dictione ſuprà, vide glo.in d.l.Seia, in verbo, ſuprà. ff.de dot.præleg. Iac. Aret.& Bart.in l.qui ita,eod.tit.Bald. in ſua marg.in verbo,ſuprà. Ang.d.conſi.294.quoniam in ultimis uoluntatibus,col.2.verſ.deſcendo ad primum.Ro.in d.l.1. ff. ſi quis cautio.Alex.conſi.194.conſideratis,col.3.verſ.ſatis eſt ergo,lib.2. *Supra pro præter.* Vt tamen interim non neſcias & hanc dictionem pro præter,de qua etiam ſuprà diximus, nonnũquam accipi.Vergilius lib.2.Georg.

*Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras.*

78 *Super.* De dictione, ſuper,uide tex.in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolu.matrim.& Dyn. Albe.& Iaſ. qui exponunt hæc verba tex.ſuper annuam mercedem,id eſt, ultra, ſiue præter. In qua etiam ſignificatione vſurpauit & ipſe Virgilius lib.6.Æneidos:

*Super & Garamantas & Indos*
*Proferet imperium.*

Et Liuius lib.7.Secundi belli Punici: Marcellus ẽt aduerſo rumore eſſe,ſuper quàm primò malè pugnauerat: quia vagante per Italiam Annibale, media æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet, ſuper quàm (inquit) id eſt, præterquam. Et Plinius lib. epiſtolarum 5. ad Maximum: Angit me ſuper iſta caſus iſtius. Idque propè ſolenne fuit [Suetonio & ] Cornelio Tacito. [Ille enim in Tyberio c.55. Super veteres amicos ac familiares, viginti ſibi è numero principum ciuitatis depopoſcerat,veluti conciliarios in negotiis publicis. Et in Caligula c.36.Super ſororum inceſta, & notiſsimum proſtitutæ Pyrallidis amorem, non temerè vlla illuſtriore fœmina abſtinuit. Et in Nerone c.31.Ad hunc impendiorum furorem ſuper fiduciam imperij, etiam ſpe quadã repentina immenſarum & reconditarum opum impulſus eſt.& alibi ſæpe.Tacitus autem] lib.3. Super eas ciuitates, quas memoraui. Iterumque. Super tot Senatores aduerſos. Et lib.4.Super Conſulatum, & triumphalia de Getis,gloriæ fuerat bene tolerata paupertas.& alibi quoque ſæpe.

De dictione, abſque, (nam & de ea quoque circa hanc vim incluſionis & excluſionis à noſtris diſputatur) vide glo. & Arch. in c.non eſt noſtrum.23.q.5. Arch.in c.qui generaliter,in uerſic.nedum, & ibi etiam Io.And. Domi.& Phil.Franc.de procu.li.6.eundem Arch. & Domi.in c.ſtatuto,uerſic.ſanè,de deci.eo.lib.6.Oldr. d.conſil.99.col.vlt.Alber.in ſuo dictionario,in uerbo,abſque. & in d.Auth.hoc ius,col.2.C.de procur.Bald.in l.lata, col.vlt.verſ.& ſi dicatur.C.qui accu.nõ poſ.Lucam Pen. in l.ſi quis,ad fi.C.de fabri.lib. 11. 79 *Abſque.*

De dictione,de,(nam & ea ad hoc examen à noſtris quoque reuocatur,ſit ne excluſiua,an incluſiua) vide Archid.in c.1.13.diſt.Alex.in addi.Bart. in l.ratio. §. ſi per uenditorem.ff.de actio empt.& Fel.in c.quia indicante, col.vlt.extrà de præſcrip. 80 *De.*

De dictione, iuxta, (nam & ea interdum pro intra accipitur) vide gl.& Bar.in l.quidam Iberus.ff.de ſeruit. vrb.prædio.Iac.Aret.in l.teſtamentum.C.de inſt.& ſubſti.in c.venerabilibus.§.vlt.in verbo, iuxta, de ſenten.excom.Nicol.Mat.in l.admonendi.ff.de iureiur. Alb.in d. Auth.hoc ius.C.de procura.& in dictionario in uerbo, iuxta. Ange.in l.militis codicillis,in prin.ff.de teſtamen. milit.Alex.conſ.120.omiſſis, col.1.verſ.nam reſpõdeo, lib.2.& d.conſ.8.uidetur fortaſſe.col.2. verſ.præterea ẽt aſſumendo,& iterum verſ.7.nam præſupponitur, lib.4. & de alijs multis huiuſmodi dictionib. videbis per Oldra.d.conſi.49. 81 *Iuxta.*

## VENIR PAR DEVERS L'ACHEPTEUR. ADIRE EMPTOREM, Gloſſ. XII.

Agitur non ſatis faciunt huic noſtro ſtatuto,qui huiuſmodi oblatione faciũt apud acta,aut coram iudice, eamque poſteà notificari faciunt emptori, eumque citari faciunt proceſſurum in materia retractus, ut iam à multis fieri vidimus.Nam hic dicitur, quòd conſanguineus debet adire ipſum emptorem. Et inf.in §.9. dicitur,quòd ſi conſanguineus non poſſit reperire emptorẽ, debet offerre vxori aut domicil o ipſius. quo in loco in fin. illius §. nos de hac re plenius dicemus, ubi omninò videbis. 1 *Non ſatis eſt,oblationem retractus facere apud acta.*

Sed & ex hoc, quod dicitur conſanguineum adire debere emptorem,& ei offerre precium, ſatis intelligitur,etiam ſi nihil aliud ſuaderet, debere conſanguineum id facere ſuo periculo,per text in l.ult. & ibi Bal.colum. 2.verſ.& nota quòd debitor.C.de condi.inſer. & c.ſignificante,extrà de pig.Quid autem ſi ſemel detulit preciũ ad emptorem,qui recuſauit accipere, ideoque uocatus in ius,victuſque ac condemnatus eſt admittere conſanguineum ad retractum:qui quidem conſanguineus (nec ei tempus curreret) iterum defert precium,ſed in itinere ab hoſtibus uel prædonibus ſpoliatus eſt ſine vlla ipſius culpa: an tunc id cedet periculo ipſius,an emptoris. Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali. Et id quidẽ cognoſces ex ſcriptis à Bar.in l.item illa,in prin.ff.de cõſti.pec.& ex text.in l.qui decem,in prin.ff.de ſol. vbi inter cætera illud ſcribitur.Et enim non eſt æquum, teneri eum pecunii amiſſa,qui non teneretur, ſi creditor accipere uoluiſſet. 2 *Retrahens debet ſuo periculo precium deferre ad emptorẽ. Quid ſi ante emptor erat in mora.*

*L'ACHEPTEVR*, EMPTOREM, Gloſſ. XIII.

1 *An quilibet emptor teneat admittere cõſãguineũ, Indefinita an æquipolleat uniuerſali.*

CONSVETVDO noſtra hîc ſimpliciter loquitur de emptore, tanquam ſcilicet quilibet emptor, quiſquis qualiſuècunque is fuerit, teneatur rem venditam conſanguineo offerenti precium, cedere, per not. à glo. in c. vt circa, in uerbo, aliorum, de elect. lib. 6. & Bart. in l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. in quibus locis tractant, an & quando & quomodo indefinita æquipolleat vniuerſali, de quo etiam per Dyn. in rubr. de reg. iur. lib. 6. & ibi latius Petr. Anch. colum. 3. verſ. tertio quæro, & Philip. Franc. & Old. conſ. 100. in executione, Inno. in c. auditis, in uerbo, exceptionem, & ibi ceteros, præſertim Pan. extra de præſcript. Iac. & Bel. & Sal. in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pig. act. Ray. Forl. in repet. l. omnes populi, char. pen. verſ. quæritur ergo. & ibi Bart. in 6. q. princip. verſ. ut igitur uideamus. ff. de iuſt. & iure. Alber. in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & in l. Cæſar, num. 14. 15. 16. ff. de publica. Bart. in l. qui ædificium, ff. de ſeruit. vrba. præd. & in l. 1. ff. de regul. iuris. Bal. in l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de uerb. oblig. & in l. ſeruitus, & ibi quoque Alber. ff. de ſerui. urb. præd. & in c. ex parte M. col. penul. uerſ. porrò, & iterum verſ. iſta igitur, extra de appell. & conſi. 52. caſus talis eſt, ſtatuto ciuitatis, poſt medium, lib. 1. quod repetitur conſil. 384. lib. 5. & eundem Bal. conſi. 180. ad euidentiam, poſt medium, lib. 2. Ang. in l. pen. C. de impub. & ali. ſubſti. Pan. in c. 2. extra de coniug. lepro. Philip. Franc. in ca. cum in multis, in princ. de reſcript. lib. 6. & Alex. in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. 1. [& conſi. 110. viſis, col. 1. lib. 1.] & conſi. 55. proſpectis, col. 7. num. 13. lib. 4. & conſil. 33. conſideratis uerbis, propè per totum, lib. 7. cum ſim. Et an id & quomodo procedat in ſtatutis, videbis apud Bart. in d. l. omnes populi, char. pen. uerſicul. iuxta præmiſſa quæro, & ibi Alex. in addit. ff. de iuſti. & iur. Et quid in materia odioſa, vide Doct. in l. 2. ff. de libe. & poſthum. Bart. & alios, in d. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. [Et quid in ſtatutis, per Bal. in d. l. ſi ſeruitus, in utraq; lect. ff. de ſeru. vrb. præd. ubi etiam reperies, an æquipolleat ex propria ſignificatione verborum, an ex interpretatione.] Et quid in materia teſtium & probationum, omnes propemodũ negant æquipollere: vt per Innoc. & Pan. in c. auditis, de præſcript. Oldr. conſi. 100. in executione, Petr. Anch. & Imol. in c. quantò, de his quæ ſi à prælat Alex. in l. reſcriptum, in 2. not. ff. de pactis, & conſi. 7. ſuper hac, ad ſi. lib. 1. & conſi. 110. viſis, colum. 1. verſ. quinimò, & uerſ. & expreſſius, eod. lib. 1. & conſi. 113. in cauſa. col. penul. verſ. præterea licet, & ſequen. lib. 2. & conſil. 212. poſt medium, lib. 7. & Carol. Ruin. conſil. 45. habita, col. 2. num. 3, lib. 1. & conſi. 98. viſa renunciatione, col. 3. nu. 5. eod. lib. 1. & conſi. 71. circa proceſſum, col. 3. num. 10. lib. 2. & conſi. 5. viſo proceſſu, col. 3. nu. 6. lib. 4. & conſi. 64. col. pen. num. 13. eod. lib. 4. & conſ. 119. in cauſa, col. pen. num. 9. eod. lib. 4.

2 *An & clericus teneatur.*

SED hîc quæſtionis eſſe poteſt, an clericus emptor ſiue etiam eccleſia hîc comprehendantur, vt ſcilicet ſi emerit, teneatur cedere conſanguineo offerenti. Nam quòd econtrariò clericus conſanguineus hac conſuetudine uti poſſit, minimè dubium eſt, cùm text. ſit in eam rem apertiſſimus in c. conſtitutus, extra de reſti. in integ. & latè diximus ſuprà in uerbo, *le parent*, quæ eſt glo. 8. num. 33. ſed conſequenter quæro. Sed ille text. non definit, an è diuerſo clericus qui emit, cogi poſſit ex huiuſmodi conſuetudine cedere conſanguineo. Tamen vt non intremus in maximum illud pelagus, an & quando ſtatuta laicorum ligent clericos & eccleſias, non eſt mihi dubium, quin clericus aut eccleſia emens fundum teneatur conſanguineo redimenti cedere ex hoc ſtatuto, quod non laicorum tantùm eſt, ſed commune & clericorum & laicorum, ut quod ab utriſque & communi omnium conſenſu conditum eſt & approbatum, ſicuti & alia hoc uolumine conſuetudinum inſcripta. Ideò & omnes, uel clericos ipſos, ligat, ex ſententia Bald. in cap. cùm ueniſſent, colum. 2. uerſic. oppo. dicitur, & ibi etiam Ioan. Ligna. Panor. in 2. not. & ex eo qui mitti. in poſſeſſ. ita intelligentium eum text. in quo Papa iubet decidi cauſas clericorum ſecundum conſuetudinem patriæ, dicitque Baldus, eum text. ad hoc multum not. & idem uoluit ipſe Bald. in cap. imperialem, colum. 3. uerſicul. quæro nunquid ſi ex conſuetudine, & ibi quoque Mart. Laud. tit. de prohib. feud. alie. per Fed. Ioan. Lign. in cap. quod clericis, & ibi Franc. Aret. colum. vlt. de foro compet. [Salyc. in authen. caſſa. colum. 3. uerſic. nunc quæro de ſtatutis, de ſacroſanct. eccleſ. per d. c. cùm ueniſſent.] Anto. & Imol. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. & ibi etiam Felyn. colum. 34. uerſic. ſecundus caſus. & Philip. Dec. propè per totum, de conſtit. Imol. in cap. ad noſtram, per illum text. & ibi Felyn. colum. 2. de probat. Panorm. conſi. 72. circa primum breuiter, colum. 2. uerſic. præterea Papa, lib. 1. vbi etiam dicit ita debere intelligi dict. cap. cum ueniſſent, & dictũ cap. conſtitutus. ut hinc facilè conijcias, quòd & hoc intelligit procedere in caſu noſtræ conſuetudinis, de quo illud cap. loquitur. & allegat præterea cap. cùm cauſa, de re iudic. à contrario ſenſu: vbi & id Panorm. ipſe not. in 3. not. & Alexan. conſ. 311. ponderatis his omnibus, colum. 1. lib. 2. Franc. Aretin. conſi. 45. viſis articulis, poſt princ. Cardin. Alex. in cap. 1. in fin. 10. diſt. & in cap. qui clericus. colum. 1. titul. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. & Rochus Curt. in repet. c. ult. in 1. limitat. 11. quæſt. extra de conſuetud. & hæc eſt communis noſtrorum ſententia, quam nos ſequendam ducimus, quamuis reclamet more ſuo Barbat. conſi. 65. referam in medio, col. antepen. libro 4.

*Statuta cõmunia laicorum & clericorũ, clericos ipſos tenere.*

QVOD ſi hoc ſtatutum eſſet laicorum tantùm, Bald in tract. Protomixeos, col. 5. verſ. ſed pone quòd res fuit uendita, dubitat, an ligaret clericos & eccleſiam, & nihil aliud quàm dubitat. At ipſe conſ. 300. ſtatuto cauetur, in 2. dubio, lib. 1. tenet expreſſim & in hac ſpecie, quòd eos non ligat, imò vero & quòd non habet locum in rebus feudalibus & emphyteuticis eccleſiæ. Quem ita refert, & ſequitur Iaſ. conſi. 152 vera & iuridica, col. vlt. lib. 4. de quo tamen ultimo poſtea dicemus num. 8. ſed vnum & ſequens. Sed & illud de clericis nuncupatim in hoc ſtatuto voluerunt Imol. & Panor. in d. c. conſtitutus. & idem Imol. in d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. & Alexan. clanculùm conſ. 27. viſo themate, in princ. lib. 6. dum dicit, huiuſmodi ſtatutum valere ſaltem quantum ad id, vt laicos liget. & apertiſſimè conſi. 143. uiſo ſtatuto, ver. & dictum ſtatutum, iunctis præcedentibus, lib. 7. & Matthæ. Afflict. in tract. Protomixeos tum in princ. tum col. 11. verſ. item quæro an iſtud ius congrui: ubi tamen loquitur de eccleſia, non de clericis: tum deniq; in uerbo, eſt autem, col. 4. uerſic. ſed quid ſi clericus. ubi etiam de clericis loquitur. [& Maria. Soc. conſ. 1. pro reſolutione, col. 3. uerſ. verùm his non obſtantibus, lib. 2. ubi etiam loquitur de clericis.]

3 *Quid, ſi id ſtatutũ eſſet laicorũ tantùm.*

QVAMQVAM contrarium in clericis expreſsè tenuit idem Affl. in eod. tract. ead. col. 11. ver. item quæro an ſi clericus. & Sebaſt. Neapodanus in tract. Iuris congrui, in procemio, ſuper verbo, tenorem. Et ego quoque auſim intrepidè huic ſententiæ accedere, ſequutus doctrinam Bart. in l. cunctos populos, col. 9. verſ. 5. quæro utrum ſtatuta. C. de ſum. Trin. vbi dicit ſtatuta generalia laicorũ, in quibus ſcilicet nulla ſit mentio clericorum aut eccleſiarum, ſed tamen tendunt aduerſus ea quæ illis competunt non tanquam priuilegiatis, ſed ut cuilibet de populo, illos ligare, dummodò ſint honeſta. & allegat. d. cap. conſtitutus, quod vt iam toties diximus, loquitur de hoc noſtro

4 *Statuta generalia laicorum, an ligent clericos.*



noſtro ſtatuto, vt etiam hinc intelligas Bart. de eodem quoque intelligere, & idem voluit ipſe Bar. in rep. l. de quib. colum. vltim. ff. de ll. Lapus allegat 81. non ualuit actus, col. 1. Barb. in Rub. de reb. eccl. non ali. char. 13. colum. vlt. & ſeq. char. col. 1. & conſi. 14. clementiſſimi, colum. 3. verſi. 2. præmitto, lib. 2. & conſ. 65. referam in medium, col. 11. & ſeq. lib. 4. quibus locis affert concor. Et hanc quoque ſententiam videtur fuiſſe ſecutus Anto. in d. c. conſtitutus, dum ex eo notat, quòd ſtatutum laicorũ ligat clericos, quantum ad eorum patrimonium, apertè ex hoc ſignificãs, clericos hoc ſtatuto ligari. Et hoc quoque in hoc eodem ſtatuto non obſcurè ſenſiſſe videntur Cy. in l. neque. C. de hær. inſt. & ibi quoque expreſsè Bal. in fi. vbi dicit, quòd hæc conſuetudo tanquam prædialis, ligat clericos, per d. c. conſtitutus. & Alb. in 1. parte ſtatutorum, q. 94. quid ſi uendita eſt res. & Alex. apertiſſimè loquẽs in alio ſtatuto huic noſtro ſimili, videlicet quòd conſortes præferantur in venditione domus, conſ. 143. viſo ſtatuto Mediolanenſi, lib. 7.

5 *Statutũ, ne immobilia alienentur in extraneos, an comprehẽdat clericos.*

ET in ſimili item videmus, quòd ſtatutum ne immobilia alienentur in extraneos, comprehendit clericos & eccleſiam, ut uoluit Iacob. Butr. in Auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. & in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. & latè Signo. conſi. 21. ſtatuto ciuitatis Mediolani, ubi in hoc affert 15. rationes, quas ibi uidere poteris. Bald. in rep. l. 1. colum. 8. verſic. ſed quid ſi ſtatutum diſponit. C. de ſum. Trin. & in dict. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 2. verſ. idem videtur dicendum, de conſti. & in c. quæ in eccleſiarum, col. 2. verſ. ſed hic quæritur, nunquid ſtatutum, eodem titu. & in c. clerici, col. 1. verſ. ſed hic quæritur de tali dubio, de iudi. & conſil. 174. præſupponendum eſt, lib. 5. Sali. ut à nonnullis citatur in rep. l. 1. ad fi. C. de ſacr. eccle. ubi dicit id ſe diſputaſſe apud Archiepiſcopum Mediolanenſem, conuocato conſilio Mediolanenſi, & alijs Iuriſperitis, & rurſum in d. Auth. caſſa, col. vlt. eo. titu. ut etiam à quibuſdam citatur, ſed non in lec. ipſius reperi. Cardin. Flor. in c. perpendimus, in 9. quæſt. de ſenten. excom. ubi id dicit conſuluiſſe Franc. Albe. & abundè Barb. in repe. d. Rub. de non alie. reb. eccl. in 2. dubio, & d. conſi. 14. col. 5. & ſeq. lib. 2. & conſi. 46. difficile eſt, colum. ultim. libr. 3. & abundantius conſi. 30. illud in medium afferam, lib. 4. & d. conſi. 65. col. 7. uerſi. ſed iſta verè non ob. eodem lib. 4. ubi id dicit ſingu. & Iaſon in l. filiusfamiliàs. §. Diui, in 2. lectu. colum. 15. verſ. & licet iſta ſit communis ſententia. ff. de lega. 1. Philip. Deci. conſi. 124. Placet mihi & omnibus, col. 3. verſ. 6. ut etiam ſuprà dictum. Ex quibus etiam multi tenent, ualere ſtatutum expreſsè prohibens alienationem fieri in clericos & eccleſiam. Et uidebis multa, hanc ſententiã confirmantia, in noſtro tract. Primogeniorum, q. 39. & in noſtris legibus connubialibus, in glo. vlt. q. 17. quanquam ſunt multi, qui tenent contrarium, ut in illis locis videre licet. Vt omittamus in hoc nonnullos diſtinguere inter clericos & eccleſiam, vt per Angel. conſ. 48. quidam Franciſcus, col. vlt.

6 PRAETEREA cùm Papa in d. cap. conſtitutus, ſtatuerit clericos hoc ſtatuto uti poſſe aduerſus alios, ſatis oſtẽdit & declarat, & alios è diuerſo aduerſus clericos uti etiam poſſe, ut id fiat, quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. quem titulum Vlpian. ita exorditur: Hoc edictum ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dicit, uel dici effecit. Quæ quidem Rhadamanthi lex eſt, teſte Ariſtot. li. Ethic. 5. cap. item 5.

*Rhadamãthi lex.*

*Si quod quiſque facit, idem patiatur & ipſe,*
*Id iuſtum fiet denique iudicium.*

*Aequitas Canonica.*

Quæ ſi in cæteris obtinet, certè etiam magis in clericis & eccleſia, argum. c. 1. §. ſed diuerſum, titu. de alie. feu. & eius quod not. gloſſ. in §. hoc ius, in uerbo, ut plus, 10. q. 2. & Hoſti. Imo. & Pan. in c. 1. ext. de emp. & uend. cum ſi. à me adductis in noſtris ll. connubialibus in 9. lege connu. verſic. ſed tamen ad primæ. Quòd ſi Canoniſtæ id non admittant, uideant, ſi dijs placet, qua fronte, quo pudore ſuam hanc æquitatem Canonicam, quam nobis paſſim & ubique uoce pluſquam Stentorea prædicant, conclamant, intonant, tueri poſſunt, præſertim aduerſus doctrinam illam Chriſtianam, qua vetitum eſt, alijs fieri, quæ nobis fieri nolumus: & præceptum è diuerſo, ut cæteris faciamus, quod nobis fieri uolumus. Thob. 4. Matth. 7. ubi ſcribitur, hanc eſſe legem & Prophetas. & Luc. 6. & meminerunt Decreta Canonica ſtatim in fronte Operis, & in c. dilecti, ext. de maior. & obe. ubi gl. in eam ſententiam affert neſcio quos verſus. Et eam quidẽ Alexan. Seruus Imperator, tametſi Ethnicus, clamabat ſæpius, idque per præconem, cùm aliquem emendaret, dici iubebat: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Autor Aelius Lampridius in uita illius, qui & id dicit illum à Chriſtianis didiciſſe. Ad quam etiam ſententiã pertinet l. 1. ff. de ſolutio. quam Bal. in l. 1. col. 1. C. de his quæ pœnæ no. dicit in id ſingu. ut quis in alio non aliter iudicet, quàm in ſe iudicari uellet. & repetit Roma. qui & eum tex. dicit not. conſi. 55. ſi volumus.

*Alijs non facias, quæ tibi fieri non vis. Alexãder Seuerus.*

VT interim prætermittam, multos eſſe non infimæ doctrinæ, atque autoritatis ſcriptores, ne in hac re autoritate caream, qui in ea ſunt ſententia, ut ſi clerici uti uolunt conſuetudine & ſtatuto contra alios, & aduerſus ſe quoque alios uti patiantur, neceſſe eſt, in quibus eſt Bal. in dict. l. de quibus eſt columna 9. uerſicul. ſexto, quæritur an clerici. ff. de legib. & in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. 1, in 6. quæſt. C. de contrah. empt. & in l. in legatis. C. ad legem Falcid. & in l. vlti. §. ſi verò poſtquam. C. de iu. delib. & in cap. vltim. colum. 2. verſi. quæſtio ſtat, de uita & hone. cleri. & conſi. 227. honeſtus vir, col. 2. verſi. præterea iſte rector, libr. 1. Raph. Co. conſi. 83. quia cauſa, colum. 1. Panor. in dict. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. vltim. uerſi. ſi verò ſtatutum, & ſeq. extrà de conſti. & conſ. 6. caſus ſuper quo, lib. 1. Alexan. conſi. 209. ſtatutis accurate perſpectis, colum. penultim. verſi. 2. princ. lib. 2. & conſ. ſeq. ponderatis his, colum. 1. verſi. confirmantur per id, & ſeq. & Socin. conſ. 97. abundè, colum. 2. uerſ. confirmantur, lib. 1. ubi & alios allegat Philip. Franc. qui id dicit ſingu. in c. poſſeſſor, col 3. uerſ. & idem etiam, de regu. iur. lib. 6. & Franc. Balb. in tract. præſcript. in prima parte 5. partis prin. col. 4. uerſi. quinto fallit. Philip. Deci. conſ. 452. uiſa inſtructione, col. 3. verſ. & idem in ſtatutis. & Fran. Rip. lib. 1. reſpon. c. 4. numer. 5. Quod tamen quomodo intelligant Cano. uidebis apud eos in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. Neque enim hic diutius immorandum ducimus, cùm iſta conſuetudo, vt diximus, iuxta ſit clericorum atque laicorum: ideo omnium conſenſu ac ſine controuerſia utroſque ligat. Ex conſtitutione autem Protomixeos in fine eiuſdem, nuncupatim excipitur eccleſia. Quis autem iudex hoc caſu aduerſus clericum emptorem ſit adeundus, ſecularisne, an eccleſiaſticus, dicam inferius §. 8. in gloſſ. 5. in uerbo, *le iuge qui en peult congnoiſtre*, num. 16. ex his autem.

7 *Clerici utẽtes conſuetudine, aut ſtatuto laicorũ, ea re futare non poſſunt.*

SED unum non omiſerim, quod priuatim ſpectat ad illud, quod ſuprà numer. 3. quòd ſi hoc, diximus ex Bal. & Iaſon. ſententia, hanc noſtram conſuetudinem non habere locum in rebus feudalibus & emphyteuticis eccleſiæ. Nam illud minimè uerum eſſe arbitror, etiamſi hæc conſuetudo non ligaret eccleſiam uel clericos: quod enim dicitur, hos non ſubeſſe ſtatutis laicorum, intelligitur eatenus tantùm, quatenus de eorum præiudicio agitur. Quòd ſi agitur de præiudicio laicorum etiam in rebus eccleſiaſticis: uerbi gratia in emphyteuſi, de qua loquimur, rei eccleſiaſticæ, conceſſa cuipiam laico: is certè ſubijcitur, quantum ad eas res pertinet, legib. laicorum,

8 *An retractũ habeat locũ in rebus emphyteuticis & feudalibus eccleſiæ.*

corum, ſecundum Petr. Anch. conſ. 125. viſis & diligenter, col. vlt. uerſ. per prædicta tollitur, & conſ. 433. poſtquam iſta domina, in princ. verſ. non obſtat quòd bona eccleſiarum. Paul. Caſtr. conſ. 194. viſo ſtatuto communis Florentię, in fi. lib. 1. ubi nuncupatim loquitur de ſtatuto huic noſtro admodum affini. & conſi. 290. uiſa ſuprà ſcripta facti narratione, in fi. lib. 2. Raph. Com. loquens in decima, quam laicus tenet in feudum ab eccleſia, conſ. 83. quia cauſa decimalis, col. 1. Alexan. conſ. 9. ponderatis his, col. 1. lib. 5. Barb. conſ. 14. ſcripſit Propheta, col. ult. uerſ. ad hoc reſpondeo, lib. 1. Felyn. in ca. quæ in eccleſiarum, col. vlt. de conſt. Philip. Dec. in Authen. caſſa. col. 2. uerſ. nota ſecundo. C. de ſacroſanct. eccleſ. & conſ. 139. cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando fœmina, colum. 1. uerſ. nec obſt. quod iſta ſunt. & Soc. inter conſ. Alber. Brun. conſ. 7. reuerendi patres. colum. 2. uerſ. tertiò probatur. & ipſe Brun. in tract. ſtatutorum repellentium fœminas, in 8. membro q. 22. col. 3. uerſ. & prædictam. Et benè facit quod ante hos omnes ſcribit Bal. conſ. 9. factum tale eſt, col. penul. uerſ. ſurgit hìc nouum dubium, lib. 1. & quod etiam not. Panorm. in c. ex tranſmiſſa, in 5. not. per eum text. extra de foro compet. & Steph. Bertran. conſ. 79. *monſieur mon compere*. num. 4. lib. 1. Et quod à pleriſque traditur, minori tẽpore præſcribi aduerſus vaſallos, aut alios habentes cauſam ab Imperatore, vel eccleſia Roman. quàm aduerſus ipſum Imperatorem, aut eccleſiam Roman. vt per Bart. in l. ſi publicanus. §. in vectigalib. ff. de publ. & vectig. Bald. in c. 1. col. 1. tit. quæ ſunt regal. Ang. & Imol. in l. quamuis. ff. de vſucap. cum ſimil.

HOCQVE nuncupatim, & in caſu noſtræ conſuetudinis, vt ſcilicet retractus habeat locum in emphyteuſi eccleſiaſtica, reſpondit ipſe Iaſon palàm hic ſecum pugnans, ſed utrobique clientis partes ſecutus, conſi. 224. principale dubium, col. vltim. lib. 2. vbi & in hanc ſententiam trahit Bald. dict. conſi. 300. ſtatuto cauetur, lib. 1. ſuprà allegato pro contraria ſententia, & quam ipſe alibi, vt ſuprà quoque diximus, pro alia ſententia citauerat, adeò hac in re ſibi malè conſtat. Et idem quoque reſpondit Alexand. à Iaſ. non memoratus, conſ. 27. viſo themate & his quæ egregiè, col. 2. in 2. dubio, lib. 6. Sed & idem voluit Matth. Affli. nullum horum memorans, in tract. Protomixeos, col. 1 [illegible] uerſ. item quæro an ius. vbi & idem dicit ſentire Neapol. in 1. conſuetudine de iure congrui. in verbo, alicuius.

10 HÆCQVE omnia quodammodò confirmat, quòd à Soc. reſponſum eſt, conſ. 45. ſuppponitur in facto, lib. 3. quod ſtante ſtatuto, ne res alienetur in extraneum, & ſi id fuerit factum, poſſit proximior reſtituto precio rem ad ſe reuocare, ſi ex tribus fratribus vnus ingreſſus ſit Monaſterium, ideoque portio bonorum communium in ipſum Monaſterium tranſierit, iuxt. Authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & poſtea fuerit à Monaſterio ea portio in extraneum alienata, poterunt eius fratres vi illius conſuetudinis eam reuocare, per multa illic allegata, quæ ſunt omnibns obuia, habent enim locum, ex quo poſſunt depromere, ſi quid opus ſit. Super eo tamen quod diximus in duobus præcedentibus uerſ. vide Petr. Anch. conſ. 44. primò de uiribus, col. vlt. verſ. ex quibus omnibus. Panorm. in c. quæ in eccleſiarum, in 3. not. ext. de conſtit. Card. Flor. conſ. 2. circa ſtatutum, uerſ. item in hęreditate. & Alex. conſ. 169. viſo themate, col. 1. & 2. lib. 2. ubi videntur ei aduerſari.

11 *An retractus habeat locũ in re uendita à clerico.*

Ex his autem potes intelligere, quòd ſi clericus rem immobilem vendiderit, eius conſanguineus admittetur ad retractum. Quamquam potuiſſet contrarium videri ex ijs quæ reſpondit Franc. Rip. lib. 1. Reſpon. c. 2. clerici, in 1. dubio, ſtatutum illud, de quo ſupra locuti ſumus in præcedenti verſ. non impedire clericos, quin poſſint rem immobilem alienare in extraneos. Sed & col. 3. nuncupatim dicit, ſtatutum retractus non habere locum in venditione facta à clerico. Nam vt hoc illi addas, id per indirectum eſſet contra libertatem clericorum, qui ob id rem ſuam minoris ſunt vendituri, ſcilicet propter onus rei annexum. l. ſi venditor. §. 1. in fi. ff. de ſer. expor. cum ſimil. à me traditis infrà, titu. ſeq. in præfa. nu. 20. quartum quod in ea, & ſeq. Qua ratione Bal. conſ. 31. ſtatutis ciuitatis, circa medium, li. 1. reſpõdit, quòd ſi onus gabellæ ſit annexum contractui, ſtatutum iubens eam ſolui ex venditione à venditore, non comprehendit uẽditiones factas ab eccleſia: nam licet ipſa eccleſia nõ ſoluat eam gabellam, tamen in hoc grauatur, quòd minoris rem uendit, ob id quòd uenditor debet eam ſoluere. & idem tenet ipſe Bal. conſi. 496. punctus quæſtionis talis eſt, ſtatuto ciuitatis. col. 2. uerſ. interdum ſtatutum nõ grauat, lib. 4. Licet (inquit) ſint, qui aliter teneant, quos ipſe aliter non citat.

*Gabella an debeat ex uenditione facta ab eccleſia uel clericis.*

12 ET profectò multi tenent, & eſt communis opinio, emptores rerum eccleſiaſticarum non gaudere immunitate gabellarum ſiue vectigalium ordinariorum, licet eccleſia gaudeat. Ita enim voluit gloſſ. in Cle. vlti. in uerbo, non negociandi. & ibi etiam Paul. Eleaz. & Imo. col. 1. de cenſibus Archi. & Io. And. in ca. quanquam. & ibi etiam Pet. Anch. qui tamen diſtinguit. Domi. & Philip. Franc. eodem titu. lib. 6. Dy. Alber. Bart. & Pau. Caſt. per illum text. in l. locatio. §. mercatores. ff. de publica. Spec. & Bal. in addit. illius titu. de immu. eccle. §. 1. ad fin. Fed. Senen. conſi. 111. quæſtio talis eſt, an diœceſanus. Bar. in §. antenuptiali, in Authen. de non elig. ſecun. nub. Io. Faber. & Sal. in l. uniuerſi. C. de uectig. & commiſ. Bal. conſil. 496. punctus quæſtionis, lib. 4. ubi de hoc pulchrè loquitur Card. Flor. conſi. 12. in dubijs præmiſſis, in 1. dubio. Io. Pla. in l. qui immunitatem, colum. 2. uerſi. & adde. C. de muneri. patri. libr. 10. & in l. Senatorum. C. de digni. libr. 12. Petr. Ferra. in tit. forma ſuper ſolutione pedagiorum, in glo. ultim. colum. vltim. verſic. quid autem dicendum. Alexan. in l. quia tale, col. 3. uerſ. ex prædictis poteſt. ff. ſolut. matrim. Guid. Pap. deci. Delphi. 208. iuxta materiam, in princ. Iaſ. in Auth. quas actiones, col. pen. verſic. & per illum textum. C. de ſacr. eccle. & conſi. 20. Laurentius, colum. 3. ver. moueor in primis, lib. 1. Bertachi. in tract. gabellarum, in 7. parte princ. colum. 5. uerſi. ſed quid in emente. Philip. Deci. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, col. 1. uerſ. & ex iſta regula. ff. de reg. iur. & conſ. 48. cuius ſuperſcriptio incipit, priuilegium immunitatis, in prin. Fran. Rip. libro Reſpon. 3. c. 22. quia conſuetudo, col. pen. Et hanc dicit Bal. d. conſi. 496. li. 4. ubique locorum obſeruari. Et idem de eo, qui emit a fiſco, vt non excuſetur à ſolutione vectigalis. tenet Bar. in l. 1. C. de nauicula. lib. 11. & in d. §. antenuptiali, in Auth. de non elig. Sed quantum ad caſum noſtrum pertinet, cùm & ipſe clericus emens non eximatur hoc ſtatuto, ut diximus, multò minus is, qui emit à clerico.

13 *Si pupillus, aut minor emerint, an locũ habeat retractus.*

QVID autem, ſi emptor ſit pupillus uel minor, an is tenebitur reuendere conſanguineo uenditoris offerenti precium? quod non uidetur, cùm non poſſit rem immobilem ſine decreto alienare: proindeque etiam non poſſit, cùm emit, dare uenditori facultatem redimendi, per text. in l. ſi ad reſoluendam. C. de pręd. mino. & uoluit Alberi. ibi. & Io. Andr. in addi. Spec. in Rub. de pactis, colum. 1. & pau. Caſt. conſ. 112. uiſo tenore, ad fin. lib. 1. Sed nos de hoc ultimo caſu pleniſſimè dicemus infr. tit. ſeq. in fin. num. 2. & multis ſeq. Quantum uerò ad hunc noſtrum retractum municipalem, nos planè credimus, minorem atque etiam pupillum, imò & infantem, uel eorum tutorem, aut curatorem, teneri admittere conſanguineum venditoris ad retractum, atque ei reuendere ex noſtra conſuetudine, per text. in l. ſi ſine. §. Lucius, ff. de adminiſt. tuto. Ex quo probatur, & id Bar. ibi notat, conſuetudinem reſpicientem rem, minores etiam ligare:

*Minores tenentur ſtatutis.*

re:



re: eamque dicit ſing. Bal. c. ult. colum. 3. verſicu. ultimò de materia, extrà de conſuetudine, in id ut conſuetudines quæ ſunt circa res, imponant legem pupillis, & ijs quoque qui in utero ſunt. Ex eoque paſſim notatur à noſtris, minores & pupillos teneri ſtatuto compellente conſanguineos & affines ad compromiſſum, ut per Bal. Saly. Pau. Caſt. & Alex. in l. vltim. C. de in integr. reſt. ex quibus Bald. ipſe negat eos reſtitui aduerſus huiuſmodi ſtatutum, cum alijs multis concord. à me traditis infra, eodem titu. in fin. num. 55. dictus autem §. ubi omninò uide. Sed tamen velim intelligas, minorem ipſum non poſſe conſanguineo tempus ſtatuti prorogare, ut etiam de retractu conuentionali dicemus in fi. tit. ſeq. nu. 17. ſecundò quæro, & ſequen.

14 *Oblatio retractus fieri poteſt hęredi emptoris. Oblatio hęc, an fieri poſſit infanti, aut furioſo, & quomodo.*

QVID igitur, ſi emptor minor eſt, uel pupillus, aut emptor maior mortuus eſt, & reliquit infantem uel pupillum hæredem? nam & hæredi emptoris poteſt hæc oblatio fieri, ut probatur ex c. conſtitutus, de in integr. reſtit. vbi & id not. Pet. Anch. in 10. not. & faciunt quæ dicam infra, titu. ſeq. §. 1. in verbo, *ou ſes heretiers*, in prin. & multis verſic. ſeq. Aut quid ſi ipſe etiam emptor in furorem incidit, & fortè annus eſt fini proximus, ita, ut nõ ſatis ſuperſit temporis ad dandum illi tutorem, aut curatorem: poteritne hæc oblatio retractus fieri ipſi infanti, aut furioſo, ſine tutoris, aut curatoris autoritate? Vide tex. in l. operis. ff. de no. oper. nuncia. quæ dicit, eam nunciationem fieri poſſe infanti, & furioſo: nec tutoris autoritatem exigi, quia in rem fit, non in perſonam. Ac iunge l. vlt. eo. tit. ex qua not. Bar. & alij, illud nunciationis remedium eſſe in rem ſcriptum, quemadmodum etiã hæc retractus oblatio in rem quoque ſcripta eſt, ut dicemus infrà, eo. tit. §. 8. in gl. 5. Ex quib. conuincitur, poſſe & infanti & furioſo, ex ſimili ratione fieri hanc oblationem ſine tutoris aut curatoris autoritate.

15 QVOD & aſtruit tex. in l. ſi dictum §. vlt. ff. de euict. vbi ita ſcribitur, pupillo autem ſine curatoris autoritate poſſe denunciari, ſi tutor non appareat, receptum eſt. Id quod mirabile dicit Bal. in l. libera, colum. vlt. C. de ſenten. & interlo. omn. iud. Et eum text. dicit not. Ang. Aret. in §. actionum autem, colum. 10. verſ. & prædicta procedunt, Inſti. de actio. & Anto. Burg. in cap. vltim. colum. 2. extrà de empt. & uendi. Et per eum tex. dicit Matth. Afflict. in tractat. Protomixeos, in verbo, ut intra triginta dies, colum. 6. verſic. ſed quid ſi ille, quòd denunciatio, quæ ex ea conſtitutione fieri debet conſanguineis ſocijs & vicinis, poteſt fieri pupillo, ſi maior eſt infante. Sed & huc ſpectat text. in l. de pupillo. §. nunciare. ibi, puero uel puellæ. ff. de noui oper. nunciatio. vbi pupillo poteſt denunciari nouum opus, & ita eum text. intelligit Alber. in l. 1. §. 1. col. 2. verſ. in contrarium. ff. de admi. tuto. qui & ex hoc dicit in omnibus actibus extraiudicialibus poſſe denunciari minori. Facit item text. in l. ſi finita. §. ſi pupillus. ff. de dam. infec. ubi ſi pupillus tutorem non habeat, quo autore damni infecti promittat, miſſio in poſſeſſionem locum habebit.

16 *Pupillus ſolus an citari poſſit.*

FACIT denique tex. in l. minor etiam. ff. de minor. & l. hæc autem, in princ. & iterum l. apud Iulianum. §. vlti. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eatur. Cuius autoritate innixus Bar. in l. 1. §. 1. verſic. quæro qualiter fiat. ff. de admi. tuto. & rurſus in l. qui habet. §. ſi pupillus, ad finem, de tute. dicit quòd ſi ſolus pupillus citetur, valet citatio: nam intelligitur, quòd compareat per ſe, vel legitimam perſonam. & quòd (inquit) valeat talis citatio, ex hoc apparet, quia ſi nemo comparet ad defendendum pupillum, fit miſſio in poſſeſſionem bonorum. Et illum ſatis ſequi uidetur, dum ad illum ſimpliciter remittit, Ang. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. ff. de verborum obligat. & idem palàm uoluit ipſe Ange. in l. quique. quæ eſt 4. & ibi quoque Paul. Caſt. qui eam l. legit cum l. 2. ff. de in ius uocan. Et alter Ang. Aretin. id etiam affirmans in infante, in §. neque tamen, col. 3, verſicu. an autem illa, Inſtitu. de auto. tuto. & Panormitan. conſi. 29. in quæſtione præſenti, colum. vltim. lib. 2. Sed & huc pertinet quod tradit Bal. in repet. l. Aemilius, col. 2. verſ. item ad excuſandum. ff. de minor. quod ad excuſandam moram proteſtantis, poteſt fieri proteſtatio pupillo.

17 CONTRARIVM tamen apertè ſuadere videtur text. in dict. l. ſed ſi ex ſtipulatu, de verborum obligatione ubi ita ad uerbum ſcribitur: Sed ſi ex ſtipulatu Stichum debeat pupillus, non uidebitur per eum mora fieri, ut eo mortuo teneatur, niſi is tutore autore, aut ſolus tutor interpelletur. Cuius text. autoritate gloſſ. in l. mora, in uerbo, difficilis eſt, in princip. ff. de vſur. ita moram diffinit, cùm quis maior 14. annis, non habẽs curatorem (quia ſi haberet, æquipararetur pupillo) interpellatus per diei appoſitæ lapſum, vel per litis conteſtationem, & cætera, quæ ibi ſequuntur: ea enim nihil huc pertinent. Et illum quoque textum in hoc expendit Alber. in dict. l. ſed ſi ex ſtipulatu, colum. 2. num. 5. & in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verborum obligationibus quod pupillo ſine tutoris autoritate fieri non poteſt denunciatio, de qua is text. loquitur. Nec obſtat (inquit) l. ſi dictum. §. ultim. de euict. quia ibi fauor erat pupilli, ut ei poſſet denunciari. Id quod etiam dicit idem Alber. in dict. l. mora, colum. 7. num. 26. iterumque col. vltim. num. 31. in fi. Bald. autem in d. l. Aemilius, poſteaquam dixiſſet, quod ſuprà ex eo diximus, numero præcedenti, ſcilicet poſſe fieri proteſtationem pupillo ad excuſandam moram proteſtantis, continuò ſubdit, eam non poſſe fieri ad conſtituendum pupillum in mora, per l. cùm filiusfamilias. §. in hac. ff. de verborum obligationibus. Et idem propè dicit Pau. Caſt. conſi. 240. effectus, col. 2. uerſic. ſuper ſecundo, lib. 1. cùm dicit dict. l. ſi dictum. §. vltim. procedere, cùm agitur de conſeruando iure denunciantis, non etiam cùm agitur de conſtituendo pupillum in mora. Id quod multum eſt notandum ad caſum noſtræ conſuetudinis. Nam conſanguineus volens offerre, eò ſpectat, vt conſeruet id ius ſuum, non ut pupillum in mora conſtituat. Sed & quòd pupillo fieri non poſſit, facit tex. in ea ipſa l. Æmilius, ibi, denunciationibus ut precium ſolueretur, tutoribus ſępè datis. ff. de minor. & l. de pupillo, in princ. ff. de operis noui nuncia. de qua poſtea dicemus nu. 26. ſed vnus. Et facit etiam, quòd oblatio ei fieri debet, cui ſolui poteſt, & debet. l. ſi reus. ff. de procur. & dicemus latius infra eodem tit. §. 9. in fi. nu. 4. ſed & quod. Pupillo autem ſolui non poteſt ſine tutoris autoritate. l. contra, in prin. ff. de pactis.

18 ET certè hæc res admodum dubia eſt. Nam primùm quod de citatione dictum eſt, res eſt adeò incerta, ut Pau. Caſtr. in l. ſi ex legati, cum qua legit d. l. ſed ſi ex ſtipulatu, non auſus ſit quicquam aſſeuerare, quamuis pluries, ut ipſe dicit, viderit dubitari. & allegat Spec. renuiſſe contrarium eius, quod diximus ex Bart. nec tamen locum deſignat: ſed is eſt, in titul. de pri. & ſecun. decret. §. reſtat, verſic. ſed pone quòd pupilli. Bald. autem in dict. l. ſed ſi ex ſtipulatu, ita de hac re loquitur, vt videatur velle, quòd ſi pupillus tutorem habeat, non ſatis ſit ſolum pupillum citari. Et idem dicit in adulto habente curatorem. Secus autem eſſe, ſi pupillus, uel adultus, tutore, vel curatore careat, tunc enim procedit opinio Bar. vt ij ſolicitari poſſint. Item in ſua Marg. in uerbo, citatio. colum. 4. verſicu. citatus etiam minor. dicit quòd minor citatus, debet legitimè comparere, ſcilicet cum tutore, vel curatore, licet in citatione id dictum non ſit, vt dicit velle gloſſ. ſing. in l. ſi minor. ff. de bo. auto. iudi. poſſ. non tamen condemnatur in expenſis, ſi legitimè non comparet ſecundum Inno. in c. ſi aduerſarius, de eo qui mit. in poſſ. Hæc ille.

19 VERVM hæc res (quod iam diximus) multum ambigua eſt. Sed ſi de ea pleniùs ſcire velis, vide Imol. Ro. Alex.

Alex.

Alexand.& omninò Franc.Aret.& Barb. poſt antiquio-
res in d.l. ſi ex legati. Ex quibus etiam cognoſces, an,
quando, & quomodo denunciatio, notificatio, & id ge
nus cætera, poſſunt fieri ipſi pupillo, atque etiam adulto
habentibus, vel non habentibus tutorem, aut curatorẽ.
Super quibus etiam vide Bar.Paul.Caſtr. & Iaſ.in l.2.
C.de cond.fur.Io.Fab.in §.vlt.colum.pen. verſ.de pupil
lis, Inſt.de pœna temerè litigantium, Bal.in d.l. ſi dictũ.
§.vlt.ff.de euictio.& in l.vlt.in princ. C. ſi propter publ.
penſi.& in l.donatarum.C.de acquiren.poſſeſſ.& in l.
non eo minus, in fin.C.de procuratoribus. & in d.l.ope-
ris.& ibi quoque Alber.Imol.Paul.Caſtr.& Recentio
res.ff.de operis noui nuncia.Raph.Co.in d.l.de pupillo.
§.nunciatione.& ibi Alex.col.2.verſ.item not.eodem
titu.Salyc.in d.l.mora.colum.2.verſic. iuxta hoc quæro.
& multis ſequen.ff.de vſur.Card.Floren.in Clemen. reli
gioſus in 5.q.de procurat.Imol.Paul. Caſtren. & Alex.
in l.contra pupillum.ff.de re iudic.eundem Imol.conſil.
110.in cauſa, in tertiò dubio: & omninò Rom. in dict.l.
ſi ex legati, colum.vlt.de verborum obligationibus Ale
xander in l.neque.ff.de in ius voc.Fran. Aret.conſ.26.fa
ctum, ſuper quo conſilium poſtulatur, columm.3.verſ.&
circa primum, & multis ſequen.Maria.Soc.in cap.1.co-
lum.40.uerſic.ſeptimò quæro de pubere.& iterum verſ.
octauò quæro, quid ſi conueniendus eſt furioſus, extrà
de libel.oblat.& eius filium Barto. Socyn.conſi.107.cor
mundum, &c.vt in quæſtione, colum.pen. verſic.tranſeo
ad ſecundum, vſque ad finem conſil.libr.1.& latè etiam
Barb.in cap.Raynutius, colum.32.verſic.nota ibi filios,
extrà de teſta.Matthæ.Afflict. deciſ.Neapo.266.fuit in
conſilio.Philip.Dec.conſil.449.viſis duobus, colum.2.
verſi.3.contra executionem, & conſil.549. requiſitus.&
Anto.Burg.in d.c.vlt.colum.2.verſic.& fortè iſta, extrà
de emp & vend.& Modern.Pariſ.in conſuetud.Pariſ.tit.
1.§.13.glo.11.nume.7.& ſeq.Nec omiſerim, pupillum
in uno caſu haud dubiè citari poſſe, vt ſcilicet ei detur
curator ad litem, vt voluerun Rayn.& Albe.qui id dicũt
ſpeciale, in d.l.qui habet.§.ſi pupillus.ff.de tutel.

20 QVID autem de infante dicendum ſit, præter ea,
quæ ſuprà in princ.huius quæſtionis diximus, videbis a-
pud Bald.in c.1.colum.penultim.uerſic.de citatione in-
fantis, titu.de mili.vaſal.qui contu.eſt.& tex.prohibentẽ
ſimpliciter infantes & furioſos in ius vocari, in d.l.4. in
princ.ff.de in ius uoc.De quo etiam per Ioan. And.in ad
di.Spec.titu.de reo.§.1.in addit.incip.quærit Goffredus.
Et ex ſcriptis in his locis, & verſic.ſuperiori, facilè intel-
liges, niſi omninò cæcutias, vtrum & quomodo poterit
fieri hæc noſtra retractus oblatio infanti, pupillo, adul-
to, habentibus, aut non habentibus curatorem: iunctis ẽt
ijs, quæ dicemus, in quinque ſeq.verſ.Vt tamen non præ-
termittas, infantem etiam cum tutoris autoritate nullũ
actum gerere poſſe, ſed ſolum ipſius tutorem omnia ge-
rere debere.l.1.§.1.ibi, ita tamen, vt pro ijs qui fari non
poſſunt.ff.de adminiſt.tuto.& l.ſi infanti. §.1. C. de iure
deli.& l, reſtituta.§.1.ff.ad Senatuſconſul.Trebellia.& l.
penul.in princ.C.eo.& uoluerunt glo.Bald.& Angel.in
l.donatarum.C.de acquir.poſſ.& quæ dicemus infra nu
me.25.ſed & ex his, in fi.& ſeq.etiam in fi. Ex quo fortè
defendi poſſet, huiuſmodi oblationem infanti, nec cum
autoritate quidem tutoris, fieri poſſe.

21 *An tẽpus retractus currat emptore pupillo nõ habente tutorem.*

QVID denique ſi hic dicamus in caſu noſtto, quòd
ſi pupillus, aut infans non habeat tutorem, non currit in
terim tempus retractus conſanguineo, cùm non ſit, cui
poſſit offerre, ut in ſimili de pupillo dicitur in l.cum qui
dam, §.ſi pupillo.ff.de uſur.Quo in loco gloſ. ueluti ad-
uerſus id pugnans, hæc dicit: Sed nonne poſſum petere
ei tutorem dari, & ſic facere, ut ei poſſim ſoluere? l.qui
poteſt.ff.de regul.iur.& l.ait Prætor.§.1.ff.de mino. Sed
mox id iaculum ita obtundit, ut ſcilicet ille text. loqua-
tur in pupillo, poſterior in adulto. Nec ibi aliquid di-
cunt Doct. præter unum Florian. qui id dicit declaran-
dum ex §.inuiti.Inſtit.de cura. & dict.l.qui habet.§.ſi pu
pillus.ff.de tutel.Ego verò ut tandem interponam meũ
iudiciũ arbitror, his caſibus, vt interrumpatur tempus,
adeundum eſſe iudicem, iuxta l.vt perfectius. C. de an-
na.except. Quanquam Bald.in l.ſi pater.ad fin. C.ne de
ſtat.defunct.dicit citationem factam infanti, aut furio-
ſo, perpetuare iuriſdictionem. Idem autem in Authent.
offeratur, colum.2.verſ.2.caſu.C.de litis conteſta. dicit,
quòd ſi citetur pupillus ſine tutoris autoritate, non inter
rumpitur præſcriptio, quam & ipſe, & cæteri noſtrates
appellant.Sed tu præterea vide, quæ dicam infra verſic.
ab hinc 5.& infrà eo.tit.§.9.glo.vlt.num.17. ſed quid ſi
ignoratur, & ſeq.

22 *Hæc oblatio an poſſit fieri ſoli tutori pupilli.*

ILLVD autem non prætermiſerim, poſſe huiuſmo-
di oblationem fieri ſoli tutori pupilli, vt & cæteras denũ
ciationes, d.l.Aemilius, in princ.ibi, denunciationibus,
vt precium ſolueretur, tutoribus ſæpè datis. ff. de mino-
ri. & in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu, ibi, aut ſolus tutor inter-
pelletur.ff.de verborum oblig. uel pupillo cum autorita
te tutoris, d.l.1.§.1.ff.de adminiſt.tuto.vbi probatur, ni-
hil referre, an tutor pro pupillo, an uerò ipſe pupillus tu
tore autore iudicium ſuſcipiat. Et ſimile dicitur in l.ſi
conſenſit, in princ.ff.quibus modis pig. vel hypot.ſolu.
Et idem quoque in adulto & curatore ipſius ſtatuitur, in
d.l.1.§.1.niſi quòd (vt quidam intelligunt) in illis eſt e-
lectio tutoris, in his è diuerſo actoris. quod non admit-
tunt Iac.Are.& Albe.ibi. De quo etiam latè per Mari.
Soc.in d.c.1.col.40.verſ.7.quæro de pubere, extrà de li-
bel.oblat.

23 *An ſoli curatori minoris.*

EX quibus intelligis, & oblationem fieri quoq; poſ-
ſe curatori adulti.Nam huic etiam ſolui poteſt.l.quòd ſi
fortè.§.quid ergo.uerſi.curatori quoque.& ibi Bar.ff.de
ſolu.& l.1.C.ſi aduer.ſoluti.& facit l.1.§.vlt.ff.quod iuſ
ſu.& quod præterea multis dicitur, curatorem ſine mi-
nore poſſe petere reſtitutionem in integr.gloſ.in l. cùm
poſt mortem.§.1.in uerbo, non petat. & ibi Albe. qui eã
dicit no.in colum.ult.verſic.item quæro, an beneficium.
ff de admit.tut. Nec tamen omnia poteſt tutor ſolus fa-
cere, quæ facere poteſt cum pupillo, vt patet ex l. neque.
C.de procu.& no.per glo.& Doct. in l.iuſiurãdum quod
ex conuentione.§.pupillus.ff.de iureiur. & Alex. conſil.
254.abundè, col.2.ver.nec tunc obſtat, & uer.hoc etiam
probatur, lib.6.

24 *An ſolus tutor poſſit peragere, quod à pupillo cũ eius autoritate inceptum eſt.*

VTRVM autem, ſi pupillo, aut adulto cũ autoritate
tutoris, vel curatoris fuit facta oblatio, & cum illi con-
ſanguineũ non admiſiſſent, fuit & ipſe pupillus, uel adul
tus, ẽt cum tutoris, aut curatoris autoritate citatus, atq;
ſic lis conteſtata: poterìtne poſtea tutor uel curator ſolus
cætera agere ſine pupillo, atque ita ſolus citari ad produ
ctionem teſtium? Et ferè eo iam decurſum eſt, ut poſſit,
ob text.in id expreſſum in l.ſi ideo.ff.de euict. Ita enim
uoluit Bal.in l.ſi quando, col.3.verſic. nonò quæritur.C.
de teſt.ubi eum text.dicit no.& in l.cum & minores, in
fi.C.ſi aduerſus rem iud.& Pau.Caſt.& Alex.in l.ex con-
tractu, poſt princ. ff.de re iudic.ubi & eum text.dicunt
notabilem.

25 *An pupillus ſine tutore, aut minor ſine curatore poſſint hãc oblationem facere.*

SED & ex ijs omnibus poteris etiam intelligere,
an è diuerſo conſanguineus pupillus ſine tutore, aut a-
dultus ſine curatore, poterit huiuſmodi oblationem fa-
cere.Sed tu præterea circa id vide text.in l.pupillus.ff.de
acqu.rer.dom.ubi pupillus, quantum ad acquirendum,
non indiget tutoris autoritate.Quod & probat text.in l.
1.§.1.ibi Offilius.ff.de acq.poſſ.& in l.quamuis.§. ul.eo.
ti.& in l.ſequitur, quæ eſt 4.§.1.ff. de uſuca. & in l.ſeruũ.
rem pup.ſal.fore.Vide item tex.in d.l.non eo minus. C.
de proc.vbi ſnĩa lata pro minore ſine curatore, ualet; mi
norib.n.ætas in damnis ſubuenire, non in reb. proſperè
geſtis obeſſe cõſueuit. Id qđ ẽt intelligit in pupillo gl.in
l.neq;, in uerbo, interueniẽte, uer.ſed qđ ſi citra, eo.tit.&
in l.1.



in l.1.in uerbo, aduerſus te, in princip.C.qui leg.perſo.
Imò, & in infante quoque tenuit Ang.Are.in d.§. neque
tamen, colum.vltim.Inſt.de aut.tut.& iterum in l.furio-
ſo.ff.de re iud.De quo tamen uide Bar.Raph.& Alexan.
ibi.At in vniuerſum pupillus ſine tutoris autoritate con
ditionem ſuam meliorem facere poteſt, lib.1.C. de aut.
præſt.& l.neque.C.de contra.& commit. ſtipul. & om-
nium optimè in §.1.Inſti.de auto.tuto.cum alijs multis
ſimilib.à me collectis in Legibus connubialibus in gl.6.
in 7.q. Quod intellige de maiore infante: nam infans,
nec ad ſuum quidem commodum quicquam facere po-
teſt.l.1.in princ.& l.mulier.ff.de verb.oblig. & diximus
ſuprà nu.20.quid autem.

*An & infans.*

26 SED vnus hic eſt ſcrupulus non modicus ex dict.l.de
pupillo, in princip.ff.de noui operis nuncia.ubi non ali-
ter rata pupilli habetur nunciatio, quàm intercedente tu
tore autore. Sed ex notatis ibi à Bar.Ang.Imol.Alexan.
& Iaſon loquentibus in caſu illius l.potes in hoc caſu no
ſtro dicere, quòd pupillus carens tutore, & non habens
copiam iudicis, poteſt ipſe per ſe offerre: tamen poſtea,
cùm habet eius copiam & tutorem, iterum offerre de-
bet, & ea poſterior oblatio retrahetur ad priorem.argu.
§.ſi quis ipſi Prætori, eiuſdem l. Et reſpondent Alexan.
& Iaſon quibuſdam rationibus Raph.Co.& Hieronymi
Torti, qui ibi tenuerunt contra Bar.& ſequaces. At Mat
thæus Afflict. loquens nuncupatim ex noſtro caſu, in
tracta.Proto.in uerbo, ut intra uiginti dies, colum.6.uer
ſicu. ſed quid ſi ille, in ea eſt ſententia, vt pupillus poſſit
offerre, & ei quoque offerri poſſit ſine tutoris autorita-
te, ſi tutor deſit, modò ipſe pupillus ſit maior infante,
per dict.l.ſi dictum.§.vltim.ff.de euict. Sed ſi adhuc in-
fans ſit, non poſſit, quia ea ætas quicquid uidet, ignorat
l.2.C.de fal.mo.nec aliud dicit.

*Iterum de infante.*

27 *An ſatis ſit vni ex tutoribus aut curatorib. offerre*

EX ſuperioribus autem & illud quoque ſuboritur
dubium: Si plures ſint tutores infantis, ſiue curatores
furioſi, an ſatis ſit unum ex ijs adire, eique offerre. Et id
quidem veriſſimum eſt.l.conſilio.§.vltim.ff.de cura. fu-
rio.& l.ſi ex pluribns.ff.de aut.tuto.& l.2.§.ſi plures. de
cura.bo.dan.& l.1.C.ſi ex pluri.tut.& l.ultim.C. de au-
to.præſtan.cum ſimil. & in illis locis reperies, quomo-
do id intelligendum eſt.Sed non tamen illud prætermit
tam, quòd ſi tutela in multos tutores diuiſa eſt per pro-
uincias, aut aliàs, non ſatis eſſet, oblationem fieri ei,
cui ea prouincia deputata non eſt, ut eſt text.optimus in
d.§.ſi plures.& in d.l.vlt.C.de auto. præſtan.& in l.2. C.
ſi ex pluribus tuto.cum ſimil. Et idem, ſi pluribus datis
tutoribus uni, aut quibuſdam tantùm adminiſtratio cõ-
ceſſa eſt; nec enim alijs offerri poſſet.l. & ſi pluribus. ff.
de auto.tuto. Quomodo autem id intelligatur, uide ibi
per gl.& Doctor.quid autem, ſi quis verus tutor eſt, non
tamẽ gerit tutelam, an hic poterit oblationem retractus
facere pro pupillo, & an ei oblatio fieri poſſit, diſces
ex dict. l. & ſi pluribus. & ibi gloſſ. in uerbo conceſſa
non eſt & ibi Doctor.ff. de autor. tuto. & l.pupillum.&
ibi quoque gloſſ. & Doctor. ff. de acquirend. hæredit.
Ex quibus etiam intelliges, an è contrario unus ex plu-
ribus tutoribus & curatoribus poſſit offerre, & retrahe-
re.De quo & tu uideas tex.in l.decreto.§.1.ff.de admini,
tut.& Spec.titu.de procuratore.§. ratione autem formæ,
verſ.quid ſi duo, & ſeq.

28 *An ſatis ſit vni ex multis emptorib. offerre.*

SED illud eſt quæſtionis, idèmne ſit in duobus em-
ptoribus eiuſdem rei, an ſcilicet ſatis ſit, alteri tantùm
offerre.quod poſſet videri, exemplo eius, quod ſcribitur
in dict.l, de pupillo.§. ſi plurium.ff. de operis noui nun-
cia.cuius hæc verba ſunt: Si plurium res ſit, in qua opus
nouum fiat, & uni nuncietur, rectè facta nunciatio eſt,
omnibuſque dominis videtur denunciatum. & in l.ulti.
C. de duobus reis, ubi interruptio facta aduerſus vnum
ex reis debendi, omnibus nocet. Ideoq; dicunt Doct.
ibi, citationem vnius eorum interrumpere contra alios,
de quo etiam obiter per Ioan.Andre. Anton. Imol. Pa-
normitan.& Felin.in cap.paſtoralis.§.quoniam, extrà de
reſcrip.& Hippo.Marſi.conſi.84.uias tuas, col.3. verſic.
& facit etiam: nam citatio. Et ad hanc quoque partem
facit.l.penultim.ff.eod.de duobus reis, & l.mora.§.vlt.ff.
de vſur. Et quod not.glo.in c.ſi capitulo, in uerbo, factã
ad fin.& ibi quoque Pet.Anc.& alij, de conceſ. præb.li.
6.& quod tradit Rebuff. in concor.titu.de regia ad præ-
laturas nominatione facienda, in uerbo, à die recuſatio
nis ſufficere recuſationem factam à ſummo Pontifice,
eius qui à Rege noſtro fuerit nominatus, notificari uni
ex ſolicitatoribus Regis.Et in tractatu Nominationum,
quæſtione decimaquarta, numer.62. ſatis eſſe, fieri inſi-
nuationem nominationum uni ex Vicarijs collatoris, &
quæ dicemus infrà, in fin.huius tituli, quæſt.duodecima,
verſ.ex quo fit.

EGO verò (vt omittam quod à noſtris in dict.§.ſi plu- 29
rium, diſtinguitur, ſitne denunciatio in rem an in perſo-
nam) putarim, non ſatis eſſe hoc caſu vni offerre, ut alte-
ri oblatum eſſe videatur, eique noceat, cùm ius utriuſq;
ſit diuiduum. Ideoque quod uni factum eſt, alteri non
præiudicat, ſicuti è diuerſo quod ab uno factum eſt, alijs
non prodeſt in huiuſmodi rebus diuiduis, dict.§. ſi plu-
rium, uerſicul. ſi plurium dominorum.& ibi Iaco. Aret.
Bartol.& Ang.Quamuis in rebus indiuiduis ſecus. l. lo-
ci corpus.§.ſi fundus.ff. ſi ſerui.ven. Hincque ſcribitur
in l.1.§. denunciari, qui eſt penultim. ff. de vent. inſpic.
quòd ſi plures ſimul ſunt ſucceſſuri, omnibus facienda
eſt ea denunciatio, de qua in eodem titul.tractatur, & ſi-
militer in l.rem quæ.§.1.ff.de euict.omnibus uenditori-
bus, aut eorum omnibus hæredibus eſſe denunciandũ,
vt teneantur de euictione. & in l.1.ff.de iure delibe. ubi
omnibus dominis unius ſerui hæredis inſtituti, tempus
ad deliberandum præſtituendum eſt. Et hoc confirma-
tur, quia cùm oblatio neceſſaria eſt, ei utique facienda
eſt, qui poteſt recipere, & offerentem liberare.l. ſi reus
paratus.ff.de procu.Bal.in l.acceptam, col.3. in 3. quæſt.
C. de vſur. At hìc unus emptorum non poteſt pro alio
pecuniam recipere, nec ceſſionem rei facere. Et uide,
quod in ſimili datur à gl.in Clem.1. in verbo, facienda,
de renunci.non ſatis eſſe reuocationem mandati, ad reſi
gnandum (vt noſtri appellant) beneficium conceſſi, de-
nunciari uni ex collatorib.quodq; item diſſeritur à Re-
buffo in tract.Nominationum, in 14.q.princ.numer.80.
vtrum ſcilicet, cùm collatio ad duos ſpectat, ſatis ſit alte
ri inſinuare nominationem.

SED hæc intellige, niſi vnus eorum integram rem ip 30
ſam uenditam poſſideret, quia tunc illi fortè ſatis eſſet
oblationem facere, per ea quæ latè dicemus infrà tit.pro
cedente.§.1.gl.6.in verbo, *ou ſes heritiers*, num.41.nunc
autem, & tribus ſeq. Niſi fortè hic diceret, ſe eam rem
poſſidere nomine vtriuſque, ſecundum l.communis ſer-
uus.ff.de acquir.poſ & l.meritò.ff.pro ſocio: ideoq; nec
ſe poſſe ceſſionem rei, non conſentiente ſocio, facere in
illius præiudicium, per l.1.& l.portionem. C. de com.
rer.ali.Sed tunc dicerem, conſanguineum, qui poſſeſſo-
rem ſolum ſecutus eſt, non eſſe in mora, quin ea declara-
tione facta, poſſit & alterum emptorem in ius uocare,
etiamſi tempus tranſierit, modò negligat id ipſum quã-
primùm facere, ſecundum id quod ſcribitur infrà, eo, ti.
§.12.& ibi notauimus.

*Quid, ſi vnus eorum rem totam poßidet.*

AN autem ſit ſatis teſtato conuenire procuratorem 31
emptoris, eique huiuſmodi oblationem facere? Et tra-
dunt noſtri, ſufficere, procuratorem ſpecialem, vel gene-
ralem cum libera, interpellari, per l.procuratoris, in
prin.& ibi gl.ff.de trib.& l.procurator cum libera.ff. de
proc.Secus de generali ſine libera, cuius ſcientia domi-
no non præiudicat.l.apud Celſum.§. quæſitum eſt an de
procuratoris.ff.de dol.excep.Ita enim inter cæteros ſcri-
bit Alber.& Salic.in l.mora, ille col.4. nu. 15.hic col.3.
verſic.

*An hæc oblatio poſſit fieri procuratori.*

verſic.quæro quartò.ff.de vſur.vbi & ita dicunt intelligi l.item veniunt.§.petitam.ff.de dol.excep. qua probatur denunciationem factam procuratori,non nocere domino:nam & id per eam l.voluit Alber.in l.1.§.1.colum.3. verſic.an autem denunciatio.ff. ſi quis ius dicen. non ob temp.Sed tu tamen hîc vide, quæ ſcribam infrà eodem titu.§.9.in gloſſ.vltim.num.7.& ex his quoque, & duobus ſeq.& quæ etiam dixi ſuprà eod. in gl.10.quæ eſt in verbo,*dedans l'an*, nu.100.& ſi quis fortè. Bal.autem in tract.Protomixeos,col.1.verſic.ſed nunquid ſufficit,tradit denunciationem, quæ debet fieri ex conſtitutione Protomixeos conſanguineo venditoris, poſſe fieri procuratori cum libera,non alteri.

32 *Mandatū generale cū libera æquipollet ſpeciali.*

PORRÒ autē ſatis conſtat,paria eſſe habere mandatum ſpeciale,& generale cum libera, tam in contractib. quàm iudicijs.l.nam & nocere.& ibi gl.Bal. qui id dicit no.& Alexand.qui eam l.legit cum §.vlt.l. reſcriptum. ff.de pactis.& l. procurator cui generaliter. & ibi Ricar. & Alber.ff.de procura.& l.mandata.& ibi gloſſ. & Bart. ff.eod.titu.& l.iniurandum,quod ex conuentione.§.vltim.& ibi gl.in uerbo,uniuerſorum.Bart.Alexan. & cæteri Recentiores,è quibus Iaſon in 2.not.ponit ſex limitationes.ff. de iureiur. & l.ſed ſi vnius. §. procuratorem autem.ff.de iniur.& c.qui ad agendum.§.vlt. & ibi omnes,de procura.libr.6.Cy.Bald.qui dicit id valde quotidianum,& Sal.in l.illud.§.1.ff.de min.idem Cy. & Pau. Caſtr.in l.1.C.etiam per procu. Io.Fab.in §.procurator, col.2. Inſti. de his per quos ag. poſ. ubi id declarat Canon.in c.vltim.extrà de dila.Pau.Caſt.in l. per procuratorem in fin.ff.de acqui.hæred.Panor.in ca.petitio, poſt medium,de procurat. Alexan.in l.ſi procurator,col.1. C.eod.titu.& conſi.22.viſo Inſtrumento, col.2. uerſ.attento,lib.1.& conſi.44.viſo & diſcuſſo,col.1.verſ.ſed cõceſſio,lib.2.quod repetitur conſ.28.lib.6.& idem Alex. conſi.143.circa executionem,col.1.eo.libr.6.Iaſ. qui id dicit ſing.in l.indebitum,in 2.no.ff.de cond.inde.Felin. in ca.nonnulli.§.ſunt & alij.ext.de reſcript. Carol.Ruin. conſi.93.uiſis his,col.3.num.6.lib.5.Catel. Cotta in memor.incip.procurator generalis.Matthæ.Afflict.in conſtitu. Siciliæ,incip.ſi quis in poſterum,col.3.in 3. quæſt. & deci.Neapo.305.in cauſa Martini,nu.4. Philip. Deci. conſil.493.uiſo tenore,col.1. & conſi.690.uiſis dubitationibus,col.11.

33 *Quid in procuratore generali cum libera ad lites. Mandatū generale cū libera, quando cēſeatur eſſe conceſſum.*

QVOD tamen intellige, ut non procedat in procuratore generali ad lites etiam cum libera:neque enim is ſolutionem recipere poteſt.l.hoc iure.& ibi DD. ff. de ſol. & no.in l.ſi procurator.ff.de condi.indeb.& Bar.in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de uerborum obligatione. Neque is poteſt interpellare, proteſtari,denunciare,ut diximus ſuprà in glo.10.in uerbo, *dedans l'an*. num. 97. cæterùm ex his. Quando autem, & quomodo, & quibus uerbis cenſeatur quis habere mandatum generale cum libera, uidebis apud Petr. Cyn. & Bart.in l.1.ff.de offic. procu.Cæſa.Pet.Cyn.Bal.Sal.& Raph. Fulgoſ. in dict.l. ſi procurator.C.de procu.Ioan.And.& Panorm.in dict. c.petitio,eod. titu. Bart. in l.creditor.§.Lucius.ff mand. Bal.in c.1.§.nomina,in fin. tit. de pace Conſtan.Domi. poſt alios in d.ca. qui ad agendum,cum concord.adductis ab Alexan.dict.conſ.14.lib.2.repetito conſ.28. li.6. & præterea conſi.52.uiſo primo puncto,colum.2. nu 6. lib.item 6.

34 *An hęc oblatio poſſit fieri cõiunctæ perſonæ.*

SED utrum hæc oblatio poſſit fieri coniunctæ perſonæ emptoris?Et ſanè,quæ requirunt ſpeciale mandatum cõiunctionis ſunt interdicta,niſi & ipſe mandatum ſpeciale habeat.l. patri, iuncta l. illud. ff. de minori.& latè per Recẽtiores,qui multos allegant in l. exigendi.C. de proc.& in dict.c.nonnulli.§.ſunt & alij, extra de reſcrip. & Soci.conſi.120.cum in præſenti,colum.3. uerſic. poſtremò,lib.1.qnod repetitur conſi.231.lib.2.Nec eis ſolutio fieri poteſt,& ſi facta fuerit, non liberatur ſoluens. l.non ſolum,quæ eſt 3.& ibi Bart.colum.2.uerſ. tex.iſte inducitur. Alb.colum.1 Imo.Alexand.in princ. & alij. ff.ſoluto matrimon. & l. 2. & ibi quoque gloſſ. quæ intelligit, etiamſi offerat cautionem rati.Bart.& Alber.ff. ut legat. nomine caueatur.& l. qui hominem.§. ſi gener. ff.de ſol.& l.qui aliena.§.quamquam.ff.de nego. geſt. & l.filius.& ibi DD. C.de pactis.gloſ.in l.vero procuratori,in verbo, adminiſtratio.& ibi Bar.ff. de ſolu. Specu. in titu.de coniuncta perſona,col.vltim.verſic. item coniunctæ.Gul.Cu.in l.ſi autem, in princ.& ibi Bar.& Alb. ff.de nego.geſt.Cyn.in d.l.exigeudi.Bar.in l.hoc iure. ff. de ſol.Alber.in l.2.colum.penultim.verſic.item allegatur.ff.ſoluto matrimon.& in l.ſed & hæ, in princ. col.2. verſ.item quærit ipſe ff.de procur.Bal.in l.1.C.de ſol.& in l.1.verſi.quæro vtrum coniunctæ.C.quibus res iudic. non nocet.& in l.tutori,in fin.ff.de nego.geſt.Pau. Caſt. conſ.165.uiſis & ponderatis.colum.2.verſ. ſed conſtat, lib.2.Alexan.conſ.4.videretur inſpectis,colum.3. uerſ. tamen quia coniunctæ, lib.2.& conſi 37. uiſo dicto Inſtrumento,poſt princ.lib.3.Franc.Aret.conſi.136. clariſſime,colum.1.verſi.ad tertium. Socin.d.conſ.120. ubi ſuprà.Guid.Pap.decil.Delph.526.executio,uer.ſed utrũ Franc.Rip.in dict.cap.cùm Mar.Ferra. numer.60. extra de conſti.Steph.Bert.conſ.238.literæ compulſoriæ,li.1. Et eſt communis opinio vtriuſque illius ſententiæ, tametſi Phil.Dec.ſolus, ni fallor, vtramque euertere conatus eſt.in dict.cap.cum Mar.Ferra.colum.5.verſic.ſecunda concluſio,quibuſdam rationibus motus,quibus ſcitè reſpondet Franc.Rip.ibi. Receptum eſt autem, oblationem ei tantum fieri poſſe, qui poteſt recipere, & offerentem liberare,ut diximus ſuprà, numero vigeſimonono, ego verò, & dicemus plenius infrà eod.titu.§. nono.glo. vltim. ferè per totum, præſertim verò numero quarto, ſed & quod plus.

*Coniunctæ perſonę an ſolui poſſit.*

35 *An filio ꝑ patre, & è diuerſo poſſit fieri hęc oblatio.*

ET ita quidem hæc procedunt, ut ne filio quidem pro patre poſſit fieri hæc oblatio, ut pote cùm nec ei quidem ſolui poſſit, ut uidere eſt ex d.l.filius. C. de pactis. vbi & id Bal.& Phil.Deci. notant. Patri autem pro filio poteſt,vt expreſſim uoluit Ang.in d.l.qui aliena.§. quanquam.ff.de negoc.geſt. nam & is facere poteſt pro filio alia, quæ requirunt ſpeciale mandatum,per l. patri, in princ.& ibi Bal.ff.de mino.cum concord. à me adductis ſuprà eod.in gloſſ.10.in verbo, *dedans l'an*, numer.101. & hæc procedunt. Sed illud de ſolutione intelligit Philip.Deci.in d.l.filius,procedere, quando ſoluitur patri, vt legitimo adminiſtratori bonorum filij, ut ipſe eſt, l.1. C.de bonis matern.Nam uti coniunctæ perſonæ, ſimpliciter ſolui non poteſt,per tex.in d.l.filius. Et ſanè etiam d.l.patri.ff. de minori. ſatis oſtendit, ibi filium fuiſſe in poteſtate patris,cùm dicit,quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur. Et id confirmatur, quia nec matri quidem, aut auiæ ſolui poteſt, non magis quàm cęteris coniunctis,ut expreſſim reſpondit Alexan. d.conſi. 37. in princip.lib.3. Neque enim (inquit) ea eſt legitima adminiſtratrix bonorum filij,uel nepotis.l.filiæ,in prin. ff.de ſol.cum alijs ibi per eum allegatis. Ex quo potes intelligere,tum demum hanc oblationem patri poſſe fieri pro filio, ſi ſit eius legitimus adminiſtrator, alias ſecus, matri nullo modo poſſe.

*An matri fieri poſſit pro filio.*

36 *Si capitulū emerit, cui,& quomodo dēt fieri oblatio.*

NEC vnum prætermiſerim, de quo etiamnum ex facto controuerſia eſt: Si Capitulum alicuius eccleſiæ emi rem quampiam immobilem, poterit ab eo conſanguineus retrahere,ut ſatis ſuprà diximus numer.huius glo. 2.& multis ſeque. an igitur hoc caſu ſatis erit conuenire Prælatum huius Capituli,ut Decanum, aut alium huiuſmodi, aut etiam ſyndicum, & ei hanc retractus oblationem facere. Et idem quæri poteſt in alia quapiam vniuerſitate, quæ quid emit obnoxium retractui. Super quibus uide text. in l.omnes. §. hoc nihilominus.& ibi Bal.qui eum §.legit,cum princ.l.1.C.de epiſc.& cler.& glo.



gl.no.in l.non poteſt dolo,in verſic.item quid ſi citetur. & ibi Bar.& Albe.ff.de regur.iur.aliam glo.in c.ſi capitulo,in uerbo,factam.& ibi latè.Petr.Anch. colum. ult. de conceſ.preben.lib.6.Bar.& Alb.in l.1. illum, in §.& ſi fortè. hunc in §.1.verſicu.vltim.ff.quod ui aut clàm. Eundem Bart.in l.vltim.ff.quod cuiuſque uniuerſi.& in l.1,C.de iure Reip.lib.11. & in extrauag. ad reprimendum,in uerbo,citatum.& Ioan.Fab.in l.de actore, ad ſi. C.quan.tuto.uel curat.& Ang.conſi.196. ex themate,colum.2.& alios,quos citat (ne hîc ſim longior) Alexan.in addi.Bartol.in d.l.non poteſt dolo.& præterea latiſſimè Barb.in Clem.cauſam,colum.17.in paruis, uerſ. quid ſi appellatio,& multis ſeq.de elect.& Gui.Pap. deciſ.221. in cauſis. In ea autem ſpecie, in qua id dubiũ contingit, ſoli Prælato facta fuerat oblatio, & is ſolus citatus erat in materia retractus, & interim transierat annus retractus, dicebatque Prælatus non rectè factam fuiſſe oblationem & citationem,nec deinde admittendum eſſe conſanguineum,anno iam elapſo. Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali.

37 *Quid,ſi emptore mortuo hæreditas iaceat.*

SED quid, ſi emptor mortuus ſit,hæreditaſque eius iaceat, cui & quomodo debet fieri oblatio retractus?Et certè,ſi curator datus ſit hæreditati,ut plerunque fit, ut patet ex toto titu.ff.de curat.bon.dan.& l. debitor, poſt princ.ff.de nego.geſtor.ei offerri debet: ſin minus, ſatis erit, ipſi hæreditati uacanti offerre: nec requiritur, ut prius curatorem conſtituere conſanguineus faciat, ut de denunciatione,quæ fit venditori ob euictionem, reſpondit Pau.Caſtr.conſ.240.eſſectus primi,colum.1.uerſ. ſuper ſecundo,lib.1.per text.loquentem in pupillo, in l.ſi dictum.§.ultim.ff.de euictio. Nam hîc (inquit) agitur de conſeruatione iuris denunciantis tantum, non etiam de conſtituenda hæreditate in mora, uti & in noſtro caſu retractus conſanguineus certat de ſuo iure retractus conſeruando. Sequitur & dicit ſing.Barb.in ca.ult.in fin.de emp.& ven.ubi tamẽ numerus illius conſ. eſt corruptus. Sed tu ſuper hoc uide, quæ ſcribit Fran.Aret.conſ.26.factum ſuper quo,col.3.verſ.nec obſtat,ſi diceretur,& quę nos in ſimili diximus de pupillo hęrede emptoris,ſupra hac ea.gl.nu.14.quid igitur,& multis ſeq.& quæ item dicemus infrà eo.tit.§.9.in gl.ult.verſi.vlti.

38 *Si Rex emerit, an ab eo retrahi poſſit.*

POSTREMÒ illud quæri poteſt,an ſi Rex noſter emerit domum,poterit conſanguineus uenditoris ab eo retrahere.Io.Gallus inter areſta anni 1283.hoc poſuit,cõſanguineis ius non eſſe retrahendi rem emptam à Rege: & loquitur de Comitatu Guynarum empto à Rege, cui filius venditoris oblationem fecerat. Quæ res hinc pendet,utrum Princeps ligetur ſtatutis, aut conſuetudinib. ſubditorum.Et non ligari reſpondit Card.Flo.cõſ.2. circa ſtatutum.& ſequitur Feli.in c.1.col.10.uerſ.quarta declaratio,ext.de conſt.& Rochus Cur.in rep.c.vlt. in 9.q. prin.de conſue.per multa iura illic allegata. Dicitque & id procedere, etiamſi ad talem conſuetudinem induceudam interueniſſet conſenſus Principis,ut ibi uidere poteris.Sed illud prius ante hos voluit Bal. quem nullus illorum citauit,in d.cap.1.paulò ante ſi, ext.de conſt.Nec id quidem mirum, cùm nec Legatus Principis teneatur ſeruare ſtatuta loci,etiamſi eſſet ipſius loci Ordinarius, ut dicit Bal.in c.licet,in ſi.de off.ord.& ſequitur Fel.in c. cũ dilecta,col.19. verſ. limita quartò,in fin.de reſcr. Quod quidem ultimum quomodo intelligatur, intelliges ex Aug.& Alex.in l.hac conſultiſſima.§. ex imperfecto. C. de teſta.& Cano.in d.c.vlti.de conſuet.

39 QVOD tamen intelligendum eſt, niſi ſtatutum, aut conſuetudo naturali ratione nitatur, vt pulchrè dicit Bal.in c.1.§.vlt.col.1.tit.qui feu.da.poſ.Nam potentius, ait,eſt ius naturale, quam principatus.& ſequitur Mart. Lau.in tracta.de Principib.verſ.305. bonæ & naturales, & Rochus,ubi ſup.Cui concinit,quod & idem Bal.ſcribit in l.2,col.7.verſicu, item no,ꝙ ſi Papa,C.de fer.& aqua, nullam autoritatem Principis uel Senatus poſſe id facere, ne Princeps ipſe ſit animal rationale, mortale: aut poſſe eum abſoluere a lege naturę,uel dictamine rectæ rationis,uel legis æternæ.& ſequitur etiam Felyn. in d.c.1,col.10.uerſ.quinta declaratio, de conſtit. Illud autem certum eſt, conſuetudinem regni, Regem ipſum ligare,uel teſtimonio ipſius Bal. in Auth. omnes peregrini,col.2.verſ.conſuetudo feudorum. C. com. de ſucc. & in ca.1. verſ.& not hîc, quòd Princeps,tit.de nat.feud.& Soc.conſ.58.ſup.propoſita,col.1.lib.4. Et ita intelligendus eſt Io.Fab.in l.digna vox.C.de legi.cùm dicit, Principem fortè (ita enim loquitur) ligari conſuetudine terræ,per quædam iura ab eo allegata. Ex conſuetudine autem Protomixeos Fed.in ſi. eiuſdem nuncupatim excipitur Curia, quam expreſſim Interpretes eiuſdem conſtitutionis intelligunt pro fiſco,& Repub. ſed aliud eſſe dicunt in Imperatore,uel Rege, vt per Matt.Afflic. ibi,col. vlt.quem vide.& Ferro. qui & de hoc priuatim loquitur in conſue.Burdig.tit.de feud.§.7.poſt princ.

## *OV EQVIPOLLENT A VENTE, AVT ÆQVIPOLLENTI VENDItioni, Gloſſ. XIIII.*

1 *Sonandi verbum.*

SIMILIA propè verba ſunt infrà eod.tit.§. 17.in fi.ibi, *vente,ou qui ſonne vente*, Et iterum.§.27. ibi, *de vente, ou qui le ſonne*. Ex quibus uerbis clarè datur intelligi, hâc conſuetudinem non in uenditionibus tantùm veris & proprijs locum habere,ſed & in alijs contractibus ęquipollentibus venditoni,& eandem ſonantibus,id eſt, repræſentantibus,effingentibus,referentibus,ut in illo Ciceronis loco lib.3. Offic. Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt:& quidem ſic, vt hęc duo verba inter ſe diſcrepare,ſed vnum,ſonare videantur. Et in eo quoq; Virgilij loco,lib.1.Aen.

*Namque haud tibi vultus*
*Mortalis,nec vox hominem ſonat.* Et iterum lib.6.
*Maiorq; videri, Nec mortale ſonans.*

2 *An retractꝰ habeat locū in datione in ſolutum. Datio in ſolutum uicem uenditiõis tenet.*

HVIVSMODI autem eſt datio in ſolutum, cùm ſcilicet fundus ſoluendi cauſa datur, ita enim loquitur l. vel ſoluendi.ff.de publ.in rem actio.ſiue cùm pro ſoluto datur:nam & ita loquitur l.eleganter, in princ. ff. de pigno. act.Ea enim datio vicem venditionis obtinet.l.ſi prædiũ. C.de euic. Cuius auctoritate ſubnixi Io.Fab.& Alb.ibi, tenent hoc noſtrum ſtatutum retractus, etiamſi de uenditione ſimpliciter loquatur,habere locum in datione in ſolutum. Id quod etiam tradit ipſe Alber. in l.cætera.§. ſed ſi ſeparauit.& ibi Iaſ.col.2. uerſ. item per iſtum text. ff.de leg.1.& idem Alb.in l.ſi vſumfr.ff.de lib.cau. & in 1.parte ſtatutorum, q.88.ſuppoſito ſtatuto prædicto. & iterum in 2.parte q.2.ex prædictis oritur, col.1. verſ.ex prædictis colligi poteſt.Bal.in tract.Protomixeos,col.5. verſ.ſed utrum hæc conſtitutio.Io.Plat.in l.1.col.2.verſ. item eſt arg.C.de fund.patri.lib.11.Ludo.Bolog. conſil. 21 ſtat ſtatutum,& iterum conſi.25.in ampliſſimo, col. 4.Philip.Dec.conſ.160.in cauſa Monaſterij, col.2.& cõſilio 586. in cauſa quæ Mantuæ agitatur, colum.3. Ioan. Crot.& Ferd.Loaz.in repet.l.filiusfamilias. §. Diui. ille col.15.hic 40.num.227.ff.de leg.1.Fab.a Monte S. Seb. in tract.empt.& vend.in 21.q.3.quæſt. princip. Boer. in hoc eodem tit.§.3.col.1.Chaſſ.in eo.tit. conſue. Burgun. §.9.num.5.Alcia.lib.2.de uerborum ſign. char.10. verſ. lex ait rem uenditam. & Moder.Pariſ. in conſuet.Pariſ. tit.1.§.13.glo.5.in 10.quæſt.& Ferro.in conſuet.Burdig. hoc eodem tit.§.25.in princip. Et de hoc eſt conſuetudo expreſſa, Senonenſium cap. 54. & Trecenſium cap.165. & Auxerrenſium ſiue Altiſſiodorenſium, hoc titul.§.22. qui eſt omnium 53.

*Conſuetudines de hac re.*

3 *De eadem re.*

ET pro his,ultra eum text.ſunt & alij multi probantes

tes dationem in ſolutum inſtar venditionis eſſe, videlicet l.eleganter, in princ.& ibi Bart.Bal.&Paul. Caſt. qui dicit eum text.ad hoc ſemper allegari.ff.de pig. act. & l. vlt.ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.& l.ſi plus, verſ.& ſi iuſſu.ff. de euict.& l. ſequitur, quæ eſt 4.§.de illo, verſ.idemque fore.ff.de vſuc.& l.apud Celſum.§.ſi quis autem, verſ.autoris.ff.de do.except.& l.Senatus, in prin.ibi, quamuis nõ vt vendat, detraxit, ſed ut exoluat.ff.de leg.1. vbi probatur & hoc procedere in conſtitutione pœnali. & hoc ibi annotant Alb.& Iaſ.in quinto no.qui eam l. legunt cum d.§.ſed ſi ſeparauit, qui eſt vlt.d.l.cætera.& idem Alb. in d.q.2.ſecundæ partis ſtatutorum, ubi ſuprà citauimus.& And.Barul.in d.l.1.C.de fund.patri.lib.11.

*De eadem re.*

4 Et vbique noſtri illud conclamant, dationem in ſolutum haberi pro venditione, & ex hoc paſſim multas quæſtiones decidunt, & inter cæteros Old. conſi. 37. ad primam quæſtionem, in 3.quæſt. Cyn.Bart.Bald.Sal. & Ang.in l.libera.C.de ſent.& interlo.omn.iudi. Alb.in l. 1.C.com.vtriuſque iud.Bar.in l.1.§. cùm prædium, columna ſecunda, ff. de pig.& in l.à Diuo.§.ſi pignora. ff. de re iud.& in l.ſi quis aliam, col.1.ff.de ſol.& conſ.121. quæſtione domini Cioli, circa medium.& Pet.Iac.titu. de act. ex empto redhib. colum.1. & titul.de act.in rem pro re emphy.colum.8.verſic.item & in datione in ſolutum.& iterum colum.12.verſic.item ſi res detur.ubi loquitur de laudimijs.Bald.conſi.150. Antonia, libr.1. & conſi.300.ſtatuto cauetur, colum.1.eodem lib.1.Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quęſt.207.in aliquibus ciuitatibus.Imol.conſi.8.in caſu præmiſſo, colum.vltim.verſicu.circa tertium. Raph.Com.conſi.4. domina Stella, ad fin.& conſi.29.quidam Gionterius, colum.2.verſi. ad ſecundum.alter Raph.Fulg.conſi.133.in quæſtione verſa, colum.2.verſic.ſed & illud, ubi tamen dicit, hanc nõ veram eſſe & directam emptionem.& conſ.137.quia ex facto, in fin.primi dubij, & conſi.190.uiſis toto proceſſu, colum.2.verſic.ſecundò principaliter.Pau.Caſt.conſ. 266.videtur dicendum, colum.2.verſicu.tertia ratio. & iterum colum.ſequen.verſic.& ſic concludo, lib.1.& cõſil.165.viſis & ponderatis, colum.2.verſicu.ſecundò uidetur, lib.2.& conſ.326. ſuper primo quæſito, ante fin. eodem lib.2.Ro.conſi.450. præſens dubitationis articulus.Franc.Aret.conſi.32.diligenter conſideratis, colum. 2.verſic.nec obſtat ſi dicatur, ubi ex hoc dicit generaliter, quicquid de venditione dicitur, & in datione in ſolutum habere locum.& conſ.148.in quæſtione propoſita, columna ſecunda, verſiculo his tamen non obſt. & conſil.160.longa eſt iſta conſultatio, colum.5.ver.uenio ad quartum.Guid.Pap.qui & ex hoc dicit deberi laudimia domino ex datione in ſolutum, ſicut ex uenditione, conſi.46.in facto præſupponitur, colum.2.verſicu. plus poſſet conſiderari.Phil. Deci. vltra loca ſuprà allegata, conſi.409.viſo conſi.colum.2.& conſi.558. in cauſa magnifici, poſt princip.& conſi.587.coram magnificis, colum.2.& conſ.592.in cauſa dominæ, ad fi.Matth.Afflic. dec.Neap.335.pro deciſ.num.18.& iterum deciſ.358.in cauſa nobilium, col.1.iterum deciſ. ſeq.col.item 1. Ex quibus multi intelligunt, & hoc in ſtatutis procedere, ut apud eos videre licet.

*De eadem re.*

5 Non deſunt tamen, qui in caſu noſtræ conſuetudinis, de qua hìc tractamus, negant eam habere locum in huiuſmodi datione in ſolutum.Hi ſunt Spec.tit.de emp. & ven.§.nunc dicendum.l.2.verſ.ſed pone ſtatutum, ubi & id dicit fuiſſe obtentum.& ibi quoque Io.And. in addit.atque etiam in cap.conſtitutus, colum.vlt.& ibi item Ant.& Pet.Anch.in 3.opp.dum allegat Specu. ubi ſupr. ext.de reſt.in integ.Alb.ſibi contrarius in l.ſtatuliberi.§. Quintus.ff.de ſtatuli.dum dicit poſt Alb.Odof.hoc noſtrum ſtatutum habere locum in uenditione propriè sũpta tantùm, non etiam in cæteris alienationibus.& in l.ſi vſumfru.in princ.ff.de lib.cau.ubi idem dicit, & in l.dum.C.de contrahen.emp.dum ſimpliciter allegat Spe. vbi ſuprà.Lucas Pen.in d.l.vltim.col.1.verſicu. item qui non poteſt.C.de prædi.curi.libr.11.Ioan. Por. in dict.l. Senatus.ff.de legat.1.Alexand.in addi.Bar.in dict.l.litis. ff.pro empt.& conſi.76.uiſis dubitationibus, columm.3. lib.5.dum etiam citat Spec.ubi ſuprà.Franc.Aret.conſi. 124.eximie domine, columm.penultim.ubi dicit ſingul. Corn.conſ.166.quatuor vertuntur, colum.5.libr.2. Gerar.Bago.in ſua repet.retractus, uerſicu. ſecunda concluſio eſt, quòd in re data, ubi hac non vulgari anchora innititur, quòd datio in ſolutum habet uim uenditionis in fauorem eius, cui fit: ideo in eius læſionem non debet retorqueri.Guid.Pap.deciſ.257.cauetur conſuetudine, in fi.Fel.in c.vlt.col pen.uerſ.fallit tertiò, extrà de accuſatio. Firmia. in tracta. gabellarum in tertia parte octauæ partis prin.in 3.quæſt.verſ.in quæſtione tamen propoſita.& iterum in 4.quæſt.Iaſon conſ.150.uideretur prima conſideratione, colum.2. verſ.ſecundò & fortius, libr.4. Sebaſt.Neapoda.in tractatu de Iure congrui. Philip.Deci.ſibi etiam contrarius conſi.18.uiſo puncto, colum.2. verſ. nec obſtat quod dicitur.& conſi.586.in cauſa quæ Mantuæ agitatur, colum.2.Ioan.Crot.in repe.l. filiusfamiliàs.§.Diui.col.16. uerſic. tertiò adducitur.& iterum colum.34.uerſic.tertia ſit concluſio.& ibi quoque Ferd. Loaz.chart.24.nu.485.& Fran.Ripa nu.101.ff.de leg.1. Iac.à S.Georg.in tract.de Roydis, col.9.verſ.item dubitatur an præſuppoſita.Paulus Pariſ.conſ.82.pro ueritate, col.2.num.18.lib.3.

Moventvr hi, præter eam, quam iam diximus, & alijs multis non cõtemnendis rõnibus, quas hìc aſcribere ſuperſedimus, loca deſignaſſe contenti, præſertim cũ res iſta in terminis noſtræ conſuetudinis minimè ſit dubia: quia non de contractu tantùm uenditionis, ſed & alijs æquipollentibus, & uenditionem ſonantibus (ut ſuprà in princip.huius gloſſ.diximus) loquitur noſtra conſuetudo: ideoque habet locum & in improprijs & indirectis uenditionibus, etiamſi aliàs non comprehenderetur datio in ſolutum appellatione ueræ ac propriæ venditionis. De quo etiam uidebis per Rapha.Fulgo.d. conſi.134.in quæſtione uerſa coram domino capitaneo, col.2.uerſ.ſed & illud. 6

*Quid, ſi detur inſolutũ alteri° ſpeciei debitæ.*

Tamen ſi teneas in terminis Iuris communis, ſtatutum admittens conſanguineos ad retractum rei venditę ſimpliciter, habere locum in datione inſolutum, id debes intelligere duob.modis.Primò uidelicet, cùm datur fundus inſolutum pecuniæ debitæ. Nam ſi in alterius ſpeciei debitę ſolutum daretur, nihil eſſet quod ad uenditionem accederet, ut per gl.Cy.Bar.Bal.& alios in d. l. libera.C.de ſent.& interlo.om.iu.gl.in l.ſi quis aliam.& ibi Bar.qui id optimè declarat, col.1.ff.de ſolu. Nam ut dicit ipſe Bar. cùm ſoluitur ſpecies pro ſpecie, eſt quædam permutatio, ſed quando ſoluitur ſpecies pro pecunia, eſt quædam emptio.Ideo in hoc noſtro caſu, cum ſcilicet daturi ſpecies pro alia ſpecie, non eſſe locum retractui ex hoc ſtatuto noſtro, expreſſim tenuit Lud.Bolo. hanc quoque differentiam faciens d.conſi.25. in ampliſſimo, col.4. uerſ. plus uoluit. Quod tamen intellige ſecundum ea, quæ dicam infrà in ead.glo.num.40. ſed & hæc omnia, niſi ſcilicet daretur res mobilis pro immobili, ut ibi uidere poteris. 7

*Quid, ſi ſpecie mobili.*

*Quid in datiõe neceſſaria à iudice facta.*

Secvndò intellige, ut habeat locum retractus in datione in ſolutum uoluntaria, quæ fit ab ipſo debitore creditori: non etiam in neceſſaria, quę fieret à iudice pro executione rei iudicatæ, per l.cùm fidei hæredis. ff. de fideicom.lib. Ita voluit Ioan. Plat. poſt alios Antiquiores in d.l.1.colum.2.uerſ. item eſt argu.C.de fund.patr. lib.11.Maſuer.tit.de execut.& ſubhaſt. §. item in precij diſtributione, ad fi.& Iaſ.in d.l.cętera.§.ſed ſi ſeparauit, col.2.uer.item per iſtum tex.ff.de leg.1.Matth.Afflic.in tract, Protomixeos, in uerbo, licet enim ſuprà diximus, 8

col.6.



col.6.verſ.ſed iuxta prædicta quæro. Ferdi. Loaz. in d.§. Diui.num.228.& iterum nu.485. & Fab. in d.tract.emptionis & venditionis, vbi ſupra.& Dec. d.cõſ.160.col.2. & Ioan.Cora.lib.3.Miſcel.c.3. Nam & quando debitor ſpontè dat creditori rem aliquam pro debito, in id iure appellari ſolet dare in ſolutum, vt patet in iuribus ſuprà allegatis nu.2.& 3.Sed & vendere quoque appellatur, l. in numerationibus, in princ.ff.de ſolut.Cùm verò datur à iudice in cauſam iudicati, vix ita reperies appellari, ſed potius addicere creditori, d.l.à Diuo Pio.§.ſi pignora.& ſæpè alias in ead.l ff.de re iudic.quod annotatum fuit ab Alex.conſ.52.viſo themate & ſtatutis, col.1.lib.1.

*Dare in ſolutum, & addicere creditori, quid differat.*

*Venditionis appellatione, an veniat datio in ſolutum neceſſaria.*

Nec aliàs huiuſmodi datio in ſolutum neceſſaria (ſi
9 datio in ſolutum vocari poſſit) comprehenditur in ſtatutis, loquentibus de venditionibus, vt tenet Alber. in l.Senatus, in princ. ff.de lega.1. & in ſecunda parte ſtatut. q. 2.ex prædictis oritur, tum in prin.tum in verſi. ex prædictis colligi poteſt, quibus locis loquitur de ſtatuto prohibente alienari in extraneos.& iterum q.207.in aliquibus ciuitatibus.& Ro.loquens in ſtatuto huic noſtro non abſimili, ne ſcilicet liceat vendere rem immobilem irrequiſito conſorte, conſ.107.circa id de quo quæritur, per totum.Alexan.loquens in eodem ſtatuto, d.conſi.52.etiam per totum.lib.1.& Iaſon in d l.cætera.§.ſed ſi ſeparauit, col.2.ver.item per iſtum tex.ff.de leg.1.vbi etiam loquitur in illo ſtatuto, prohibente alienationes in extraneos. Philip.Dec.d.conſ.160.in cauſa Monaſterij, col.2.Ludo. Gozad.loquens in eodem ſtatuto, conſ.103.videtur, col. pe.nu.21.cum alijs multis concor. coaceruatis à Boheri. in conſuetudinib.Biturigum hoc eo.tit. *de Retraictz*.§.3.

*An ex ea debeantur laudimia, vide num. 14. in prĩ.*

10 Nec ex ea quoque dominus habet laudimia, quamuis ex venditione habeat, vt uoluerunt Guil.Cu.Bar.Bal. Raph.Fulg.& Pau.Caſtr.in l.ſi ideo.ff. de cond. furt.Iaſ. in l.vlt.colum.12.in 7.q.verſ.iſta deciſio. C.de iure emphyteu.de quo tamen vide infrà, num.ab hinc 4. Nec ea prohibetur fieri ſine conſenſu domini, vt dicit idem Iaſ. poſt alios in d.l.vlt.col.32.verſ. 5.quæro, de iure emphyteu.& in l.voluntas, col.1.C.de fideicõ.Matth.Affli.qui & alios quoque citat deciſ.Neapo.191.Abbas Ruſillus, in 1.dubio.De quo tamen vide, quæ latius de hac re diximus ſuprà, eod.§.in verbo, *ou autres choſes, cenſees pour immeubles*, quæ eſt glo.7.nu.49. quod autem fructus, & quæ etiam dicam inf.ea gl.d.nu.ab hinc 4.

*Alienatio neceſſaria, non continetur in prohibitione alienationis.*

11 Et generale eſt, vt quæuis alia uenditio neceſſaria, non contineatur in prohibitione alienationis.l. Diuus. ff.de pet.hære.& l.peto.§.prædium. & ibi Alber. & alij. ff.de lega.2.& l.pater, in princ.& ibi Alber ff.de lega. 3.& l.2.iuncta gl.& ibi no.à Docto.C.de fund.dot.& l. 1.ff.eod.tit.& l.alienationes.& ibi Albe.ff.famil. herciſ. & l.non ſolum.§.1.ff.de ali.mut.iud.cau fac. & d.l.cùm fidei.ff.de fideicom.liber.& l.1.C de litigio. Bart. in l.ſi ſtipulatus fuerim, in prin.col.1.verſ.videamus rationes. & iterum verſi.ex quo no.ff.de uerborum oblig.Bal.conſil.40. maritus ex delicto, circa med.libr.1.& conſ.248. præmiſſis uerbis cuiuſdam ſtatuti, poſt prin.eod.libr.1. Alber.in l.ſed ſi pecunia.per eum tex.ff.de reb.eor. & in l.ſi aliquis, nu.3.ff.de dona.& in l quoties.col.vlt.nu.12. ff.de pen.& in 1.parte ſtatutorum q.110.ſtatuto Parmæ. & in 2.parte q.2.ex prædictis, colum.1.vbi loquitur de ſtatuto prohibente alienare in extraneos Ang conſ.7.in Dei nomine, amen.ex dicto themate colum.1.Saly in l. vlt.colum.1.C.de reb.alie.non ali.latè Ro.conſ.107.circa id de quo, & conſ.219.ex themate conſultationis, colum.2.uerſ.2.idem euidenter.Paul.Caſtr.conſil.317.ſuper primo quæſito, in 1.dub.lib.2.Alex.conſ.55. ponderatis his, colum.2.verſ.accedit ad confirmationem, libr. 3.& Matth.Afflict. loquens in materia protomixeos in conſtit.ipſius, in uerbo, licet enim, colum.vlti.verſic.ſed rurſus quæro, cum cõcor.quos videre poteris apud Frã. Curt.Sen.cõſ.27.magnificus vir, col.8.verſ.corroborantur prædicta.Ludo.Bol.conſi.43.Ser.Iacobus, columna ſecunda verſiculo tertiò præmitto, & ſequen. verſic.& ſic ex hoc Iaſon in d.l.filiusfam.§.Diui. columna quarta verſicu.octauò, & vltim.cum multis ſequen.in 2.lect. & ibi Ferd.Loaz.nu.216.& Fran.Ripa, num.24.& ſequ. ff.de leg.1.

*Cõſuetudines de retractu dationis in ſolutũ factæ à iudice.*

Et hæc quidem fortaſſis vera ſunt, quantum ad Ius commune pertinet, & ex quibuſdam quoque conſuetudinibus obtinent, vt Turoniæ, hoc tit.*de retraictz*, ca.24. & Morini, ca.18. niſi vt ibi declaratur Loduni, hoc item tit.§.23.Et in Comitatu Burgundiæ, tit.*reachaptz*. §.12. At nos contrariam conſuetudinem expreſſam habemus infrà §. omnium totius huius voluminis cõſuetudinum poſtremo, qua cauetur, & in his quoque venditionibus, quæ fiunt à iudice in cauſam iudicati, locum eſſe retractui. Et habent ſimilem conſuetudinem in Ducatu Burgundiæ, in hoc eodem titulo §.9.vbi Chaſſa. ſatis multa de hac re ſcripſit, vt ibi videre licet oĩbus.Et eadẽ quoq; apud Pariſienſes eſt conſuetudo, c.182. Melodunenſes, c.12. Senonẽſes, c.39.Trecẽſes, c.147. Calumontenſes in Baſſigniaco, c.115.Cenomanẽſes, c.421.vbi tamen id limitatur.Atque etiam apud Andegauenſes, capitu.410. Aruernienſes, tit.*de retraict*, capitulo 37.Engoliſmenſes, capitulo 76. Altimarchienſes, capitulo 279. Marchienſes, capitul. 286. quod eſt 26. huius titul. Altiſſiodorenſes, quos nunc Auxerrenſes vulgò appellant, hoc titulo §.10 qui eſt omnium 41.Niuernenſes, hoc quoque titulo §. 28. & Valeſienſes hoc item titulo §. 5. qui eſt omnium 83. 12

*Factum iudicis, factũ partis.*

Et has quidem conſuetudines, ne ratione defici videamur, hac non omninò contemnenda fulcire poteris. Nam quod fit à iudice rem ipſam adiudicante creditori vel alteri vltimo licitatori, cenſetur fieri ab ipſo debitore, qui primò ſpontè debitum creauit. Ideoque æquè tenetur de euictione, ac ſi ipſe feciſſet. l. ſi ob cauſam. & ibi Bart.Bald.& alij.C.de euict.& l.ſi pignora.ff.eod.tit. & l.eleganter.in princ ff.de pign.act & l.libera.C.de ſenten.& l.profectitia.in princip.ibi, ſed & ſi proponis Prætorem.ff.de iure dot.& l.1. C. ſi in cau. iudic. pign.capt. ſit, & not.gloſſ.in l.1.§.hæc verba, in verbo, exceptione. & ibi Bartol. & Alberic. ff. ne vis fiat ei. & gloſſ. in l.id quod noſtrum, in 2.atque in 5.oppo.ff.de reg. iur. Cyn. in l.emptorem.in 1.oppo. C. loca. Signor.qui & ex hoc dicit, hanc cenſeri alienationem voluntariam, conſi.73. factum ſic præſupponitur, paulò ante fin. Bartol.in l.1. in princ.colum.pen.verſ ſed quid ſi executor. ff.de acq. poſſeſſ.Bal.in Authen.& qui iurat, col.penult.uerſic.modò ego quæro.C.de bon.auto.iud.poſ & in cap.quoniam frequenter.§.vltim.in fin.extra, vt lite non conteſt.vbi ex hoc dicit, quòd cùm iudex dat in ſolutum creditori rẽ debitoris, ex præcedenti contractu debitoris, videtur ipſemet debitor dediſſe, qui eſt caſus noſter. Idem Bald. in cap.1.colum.penult. verſic.ſi verò ſequeſtratio, extrà de ſequeſtr.poſ. & fruc.& conſil.306. verba inueſtituræ, poſt medium, lib 1.vbi & idem dicit. & conſi. 61. in iſta quæſtione, col.2.verſi.ſecundò ex alio fundamento, lib.2. & conſi.257.dicta tenuta, lib.4.vbi ex hoc dicit, quòd ſi non valet factum partis, nec factum quoque iudicis, qui vi illius facti partis proceſſit. & conſilio 227. quoniam pro debito, libro quinto. Angel.conſilio 5. viſis inſtrumentis, col.1.& conſilio 203.ex primo, ad fin.vbi tamen dicit, & oſtendit id per omnia non procedere. Saly poſt Dyn.in l.cùm notiſſimi.§.imò, col.2.ver.ex quo patet. C. de præſcriptio.triginta vel quadraginta annorum. & in l. ordo, in fin. C.de exec.rei iudi.Pet.Anchar. conſilio 86. pro faciliori, col.2.& conſi.27.in qõne, col.1. verſ.ſecundò probo.Alex.conſi.11. viſo proceſſu, poſt princ. lib.5. vbi ex hoc dicit, quòd ſi iudex creditori rẽ feudalem adiudicarit, non poterit vaſallus eam adiudicationem infringere, cùm eam ipſe feciſſe videatur. Et huius ratio 13

optima eſt, nam cùm id à voluntate originem habuerit, vt in ſimili dicitur in l.in commodato.§.ſicut. ff. comm. conſequens eſt, quicquid inde ſequitur, uoluntarium quoque exiſtimari,ut not.in l.1.verſ.quòd ſi exiſtant,iuncta glo.in uerbo,pacto.C.de natur.lib.& Bald. d. conſil. 306.in fi.lib.1.

14 Ex quo Bal.ipſe in hac re ſecum pugnans, & contra quàm num.10.diximus, reſpondit, eo ipſo conſ.306. in hoc caſu,cùm videlicet res à iudice datur in ſolutum, ſiue adiudicatur, æquè deberi laudimia domino, ac ſi ipſe debitor vendidiſſet, & idem voluit Petr. Iac. titul. de act. in rem pro re emphyt.colum. 8.ver.item in datione. & Maſuer.in tit.de execut. & ſubhaſt. d.§. item in precij diſtributione.& iterum in tit.de locat.& iure emphyt. in fi.& nouiſſimè Moder.Pariſ.in conſuetud. Pariſ. tit.1. §. 13.glo.5.num.48. Quibus malo accedere, quàm alteri contrariæ ſententiæ,tum ea,quam iam dixi,ratione, tum & hac: nam qui alienare prohibetur, eo quoque interdicitur,ex quo alienatio ſequitur, etiam ex legis vel ſtatuti diſpoſitione,tanquam nihil interſit alienes, an id facias,ex quo ſequitur alienatio.l.codicillis.§.matre.& ibi Bart.ff.de leg.2.& l.vlt.C.de legi.tut. vt à multis citatur, & cap.1.§.vlt.tit.de inueſti.de re alie.fac.gloſſ. in l. ſi ita quis.§.ea lege.& ibi Bald. qui eam dicit notatu dignam, Raph.Com.Franc.Aret. qui eam dicit notabilem Iaſon, qui & id dicit.ff.de verbor.oblig.Bart.in l.peto. §. fratre. ff.de lega.2.Bal.in l.1.colum.3.in 3.q. C.de inoff. dot.& in l.ea lege, colum.4. verſ.tertiò quæro. C. de condi. ob cauſ.& in l.hac edictali,col.2.verſ. modò hæc incidunt. C.de ſec.nupt.& in Rub.C.qui amit.in fi.& in l.quoties, in princ. C. de fideicommiſ. vbi ad hoc dicit ſing.text.in d.c.1.tit.de inueſti.de re ali.fac. atque etiam glo. in d.§. ea lege.& idem quoque Bal.in Auth.præterea , colum.2. verſ.vlterius etiam not.C.vnde vir & vxor.& in c.qualiter,extra de pact.ubi & ad hoc ſing.dicit d.glo. & in c.1. col.2.tit.an marit.ſucce.vxo. & conſ.127. quidam nobiles receperunt,lib.1.& conſi.284.præmiſſis uerbis, circa med.eod.lib.1.& conſ.52.ſubſtitutio facta, col.1. lib.2. & conſi.26.ſuper puncto præmiſſo, col.1. uerſ. ſecundò videtur,lib.4.& conſi.122.quæſtio formatur,eodem lib. 4.Ang.conſi.7.ex dicto themate,colum.2.verſ. tertius caſus eſt Raph.Com.conſi.2.proponitur,colum.3. uerſ.ad tertium.ubi dicit not.glo.in d.§.ea lege.Panormit conſi. 117.videtur primò quòd maritus,colum.vlt.lib.2. Paul. Caſtr. conſil.348. viſo caſu & alienationibus , colum.2. verſ.& ſi dicatur,li.2.& quisquis is eſt inter conſi.illius, conſi.462.incip.gloſſ.in Auth.col.1.eod.lib.2.Alex. conſil.55.ponderatis,colum.2. verſ. aut prohibitio,lib.3.& conſi.158.circa primum dubium, colum.1.lib.5. Fab.à Monte S.Sab.in tract.empt.& uenditionis,in 4. quæſtio. princip.colum.penult.verſ.prima eſt.Franc. Aret.in l.in duobus.§.ubi duo,in fi.ff.de duobus re.vbi ex hoc dicit, prohibitum alienare ſub pœna,incidere in pœnam,licet immediatè non alienet,ſi præcedit factum ipſius,ex quo ſequitur alienatio.& is rurſum in l.ſi ſeruum, in princip. colum.1.in 3.notab.per illum text. ff. de verborum obligat.vbi idem omninò dicit,& conſi.14.viſo & diligenter,colum.5.uerſ.ex his infertur.Soc.conſ.241. circa primam,colum.14.verſ.ſecunda ratio eſt. & iterum colum. vlt. & conſil.35. viſa narratione facti, in 1.dubio,col.2, verſic.his tamen non obſt.lib.4. vbi & illam glo. admodum extollit,& ex hoc in pulchro caſu conſuluit. & Philip.Dec.in cap.quæ in eccleſiarum, col,13. uerſic.iſta tamen concluſio,extra de conſtit. & conſi.44. cuius ſuperſcriptio incipit , ſtatutum,colum.2. verſ. & ad hoc facit. & conſi.445.viſo caſu,colum.5.verſic. & qui non poteſt, & conſ.479.in controuerſia,colum.1. ad fi.& conſi. 502. ex duobus,colum.1. Et benè facit text.in l.in illa ſtipulatione,per te non fieri,in princ.ff.de verb. oblig. & in l. inter ſtipulantem,in princ.ff.eo.& in l.in lege, ff. locat.& in l.facere.ff.de uerb.ſign. & quæ diximus ſupra , in gl.2. [in verbo,à uendu,] num.52. & hac eadem. & quæ dicemus tit.ſeq.in fi.num.30. & hæc quidem.

*Alienatione prohibita & id ex quo ea ſequitur,prohibetur.*

Et huc quoque pertinet, quod ſcribit Bal.conſil.20. quid importent,libr.2. vbi declarans ea verba teſtatoris, vt non obſtante ſubſtitutione poſſit inſtitutus alienare pro ſuis neceſſitatibus,diſtinguit, an ea neceſſitas ex caſu venerit, vt quia incidit in latrones,an data opera, vt quia ſponte primum contraxit debita , vel commiſit aliquod maleficium,vt ſcilicet hæc neceſſitas alienandi quę ex eo prouenit,quod ſponte facit, non cõprehendatur in illis verbis teſtatoris, tanquã neceſſariũ non dicatur,quod habuit principiũ voluntariũ,per multa iura,quæ ibi allegat. 15

*Alienatio neceſſaria quæ dicatur.*

Et hæc haud dubiè vera ſunt, cùm hæc alienatio neceſſaria fit ex cauſa primùm voluntaria, ſequente prohibitionem alienationis, id eſt, pro debitis contractis poſt ipſam prohibitionem: nam tunc hæc alienatio non propriè dicitur neceſſaria , quæ à prohibitione alienandi eximatur,ſed tum demum,cùm habet cauſam vetuſtiorem. Ita enim declarat text.in dict.l. alienationes.& ibi Albe. ff. famil.heriſcun.& Angel.conſil.243. multi conſortes, poſt princip. Quod tibi admodum notandum eſt, quòd vbi reperies generaliter & indiſtinctè dici , alienatione ſimpliciter prohibita,neceſſariam non cenſeri prohibitam,vt ſuprà dixmus. Nam id tantùm intelligitur, cùm habeat cauſam vetuſtiorem, non aliàs. 16

*Quid,ſi neceſſitas habeat cauſam uetuſtiorem.*

Qvid igitur eſt(ut ad noſtrum caſum redeamus ) ut cùm quis uendere rem immobilẽ non poſſit, quin conſanguineus ipſius eandem poſſit retrahere reſtituto precio, atque etiam dominus ceſſante conſanguineo, aut ex ea uenditione habere laudimia, poſſit tamen id facere , ex quo ſequatur uenditio non obnoxia retractui & laudimijs? præſertim etiam cùm nec indirectè fieri poſſit, quod directè fieri prohibetur.l.ſi duob.& ibi gl.ult.ff.de neg. geſt. & l. ult.C. ſi mancip. ita uene. ne proſtit. & c. deteſtẽda,de pręb.lib.6. Et prohibito aliquo, prohibentur & ea,ex quibus ad id peruenitur, ut etiã optimè probat d.l.ult.ubi ſcribitur,eam,quę ita uenditur, ne proſtituatur, nec in caupona quidem ſub ſpecie miniſtrandi detineri, ne fraus d.legi fiat,oportet. Nam vt dicit Bal.ibi, & uidemus ubique in noſtra Gallia , ſatis uidetur proſtitui,quæ in caupona,ſiue taberna, aut diuerſorio tenetur. hincque gloſſ.ibi , id not. quod nos ſupra diximus, cum quid prohibetur , & id per quod ad illud peruenitur . & allegat etiam l.oratio.ff.de ſponſa.& §.1.Inſt. ui bo.rapt. de quo tu pleniſſimè uide per Cyn.& Bal.in l.1.C.ſi rect. prouin. Ex quo etiam uidemus feudũ dari non poſſe in ſolutum creditoribus, inconſulto domino , niſi id conſuetudo permitteret.Bal.in c.1.colum.3.uerſ.quęro nunquid ſi ex conſuetudine,tit.de prohib.feud.alie. per Fed. Philip.Dec.d.conſi.445.in caſu ad me tranſmiſſo, col.5. uerſ.& ita uidetur. 17

*Nil refert, ſi ne mulier in lupanari, an in caupona, uel taberna.*

Sed antequam hinc abeamus, unum tibi notandum eſt in hac tractatione dationis in ſolutum , quod pauci animaduerterunt, illud ſcilicet , quòd ſi fundus,à iudice factis ſubhaſtationibus,adiudicetur creditori:id quidem eſt , ut noſtri uocant datio in ſolutum , quæ neceſſaria ab his dicitur. Quòd ſi alteri adiudicetur , fortè plus offerenti,id non eſt datio in ſolutum, ſed mera uenditio, ut not.tradit Bal. conſ.300. ſtatuto cauetur quòd liceat,col. 1.lib.1.per tex.in l.ordo. C.de exec.rei iud.Ideo(inquit) ſtatutum loquens de datione inſolutum,non haberet locum in hoc caſu,quia nullo modo poteſt adaptari uerbis ſtatuti,arg.l.ult.C.de præd.curi. lib.10. Loquitur autem Bald.in ſtatuto huic noſtro ſimili, ut ſcilicet conſanguinei poſſint reluere rem in ſolutum datam. Ex quo illud not. ꝙ licet ſtatutum loquens in uenditione habeat locũ in datione inſolutum,ut multis placuit: tamen è contrario ſtatutum loquens in datione in ſolutum , non habet locum in uenditione. 18

*Quid ſi res tertiò adicatur à iudice.*

Simi-



19 Similiter permutatio æquipollet venditioni, cũ pro fundo datur alius fundus æſtimatus . Imo verus eſt contractus venditionis,vt uoluit glo.in l.1.in uerbo,taxata.& ibi etiam Nicol.Mat.qui id aſſignat propoſito vẽdendi & emendi.Bar.Bal.& Sal.C.de rer.permutat.Paul. Caſtr.in l.1.col.2.verſ.adhuc oppono.ff.eod.vbi id dicit procedere etiam in ſtatutis,& ijs quidem odioſis. Nam ſi ſit(ait) ſtatutum , vt de contractu venditionis ſoluatur gabella,ſoluetur de huiuſmodi permutatione , & ſequitur Phil.Dec.d conſ.160.in cauſa Monaſterij,columñ.2. & Lud.Bol.conſ.21.ſtat ſtatutum & iterum conſ.25.in ampliſſimo, ubi id dicit ſingu. & vtrobique etiam dicit ſtatutum hoc noſtrum loquens de retractu rei venditæ, habere locum in tali contractu.

*Retractus an habeat locũ in permutatione ſi fundus datur æſtimatus.*

20 Nam & alias æſtimatio regulariter & in dubio facit uenditionem.l.1.§.æſtimatarum.& §.æſtimatas. C.de rei uxor.actio.& l.3.& ibi Bar.ff.loca. & l.plerunque.§.ſi ante.ff.de iure dot.vbi dicitur , quòd ſit uera uenditio.& l.quoties. eodem quoque titu. vbi dicitur re huiuſmodi euicta competere actionem ex empto.& l.quoties. & ibi Bald.ad fi.C.eod.item tit.& gloſ.in l.ſi inter. & ibi quoq; Bal & Io.Fab.eo.quoque ti.& glo.in l.in rebus,in prin.in verbo,æſtimatæ.& ibi etiam Doctor. C.eod.tit. Bal.in l. cùm dotem,in princ.eod.quoque tit.& in l.ex conuentione.colum.1.ver.3.caſu. C.de pact. ubi id pulchrè declarat Barto.in l.ſi ut certo.§.nunc uidendum,colum.ult ff. commo & in l.1.§.1.colum.2.ff.de æſtima. acti. Alexan. conſil.79.eleganter,col.2.uerſ.tamen hoc non obſt.libr. 5.& conſ.156.viſo inſtrumento,colum.1. uerſ.2.libro 6. Franc.Aret.conſ.84.diligenter,colum.2.uerſ. uidendum ergo,ubi & id optimè declarat Franc.Cre.ſing.18 habebis.Corn conſ.1 pro deciſione,colum.4.uerſ. itaque fuerunt,lib.1.Soc.conſ.289.difficultas, col.1.uerſ. ſed præmiſſis,lib.2.& Steph.Bertr.conſ.235.adeò , col.1. nu.2. lib.1.& conſil.158.ſi prætextu num.1.lib.4. & Phil.Dec. conſil.682. in cauſa dominę, columñ.2. uerſiculo tertiò non obſtat.& Anto.Rub.conſ.5.pro fundamento, col.1. Io.Lup.in repet.Rubr.de donatio. inter uirum & uxor.§. 17.col.3.uerſ.iſtud tamen & Pau.Pariſ.qui alios adducit, conſ.81.in præſenti,nu.10.lib.3.

*Aeſtimatio in dubio facit venditionem.*

21 Ex quo etiam dicit Imol.in cap.potuit,colum.9.uer. tangit etiam hic,extra de loca.quòd ſi emphyteuta dedit in dotẽ bona emphyteutica ęſtimata,uenditio eſt, in qua requiritur conſenſus domini,ut in cęteris meris uẽditionibus,licet non requiratur in ſimplici datione in dotem. Quod & ante eum voluit Spec. titu. de locat.§.nunc aliqua,uerſ.110.& alij quos infra aſſeremus, nume.108.ex his autem.Et facit text.in l.precij.C.de reſcin.uend.& qđ ſcribit gloſſ.in l.naturalis.§.ſed ſi ſcyphos.ff. de præſcrip. uer. Et hæc quidem, niſi natura principalis contractus repugnaret.Cy & Bald.in l.1. ille colum. vltim. hic 3.verſ. tertiò quæro.C.commo.Pet.Anc.conſ.72.tantàm, paulò ante fin.

*Quid ſi natura principalis contractus repugnat.*

22 Et hæc maximè procedunt, ſi is , cui datur fundus, æſtimatus,ſuum,quem pro eo tradit,venalem habuerat, & expoſuerat,vt nuncupatim tradit ipſe Nicol.Mat.in d. l.1.C.de rer.permu.& Ang.in l.ſecundum. §.1.ff.de ædi. edict.per text.quem dicit ſingul.in d.l.1.Nam & propoſitum præcedens illius,qui quęrit emptorem,& declarat ſe velle vendere,multum facit ad præſumendum venditionem fuiſſe poſtea factam , licet inſtrumentum loquatur de permutatione, vt ſatis patet ex eo, quod in ſimil. ſcribunt Hoſti.Ioan.Andr.Collect.Anto.Panorm. Barb. & Anto. Burg. in c.ad noſtram , de empt & vend.vbi dicunt,quòd ſi probetur,debitorem prius quæſiuiſſe pecuniam ſuper tali fundo, & poſtea eum fundum vendidiſſe eodem precio, quod quærebat,præſumitur contractus ita factus in fraudem vſurarum, & vt ſit potius cõtractus pignoris,quàm venditionis.& ſequitur Paul.Caſt conſil. 109.viſa petitione prædicta , col.1.lib.2.Laur.Rodul.in tract.vſurarum,q.60.in prin.& latè alter Laur.Calca.qui affert concor.conſ.25.Titius nobilis,col.ult. & conſ.ſeq. prima facie, columñ.9.verſic. & eſt maxima coniectura. Steph.Bertrã.conſ.236.viſo proceſſu cauſæ,col.2.nume. 7.libr.2.

*Quid,ſi is, qui dat,antè venale habuerat.*

Et idem penè uoluit ipſe Hoſt.in Summa, tit. de uſur.§.qualiter contractus , in prin & Bart.Bal.Paul.Ca.& alij in l.pacta nouiſſima.C.de pact.Bal.Ang.Imo.& alij in l.ſi quis cùm aliter.ff.de uer.ob.Fran.à Cappolis.inter cõſ.ipſius Bal.conſ.299.in quæſtione,colu.1.lib.4.Ange. & Im .in l.quoties §.ſed ſi cùm primum.ff.de hær.inſt.& Iaſ.in l.Titia. §. idem reſpondit.ff. de verb.obl.qui dicit, de hoc eſſe tex.no.in l.4.§.ſi ab ignoto.ff. de manu.Et facit etiã.quod poſt Odof.ſcripſit Bal.in l.emptione, poſt prin.C.plus val.quod agit.& cõſ.114.ſecumdum ea,lib. 3.& Phi.Dec.conſil.167.in cauſa quæ coram reuerendo, col.vl. uer. nec obſt.quòd nonnulli.Et quod item in ſimili tradit Bart.in l.qui in aliena.§ ſi is qui.ff.de acq.hær.& Bald.in l.ſi literas.C.manda.& Ro.conſ.91. uiſis ac percontatis,col.3.verſ.ſecundò idem. 23

*De eodem.*

Et id propè perpetuum eſt,vt contractus ſimulatio, & fraus declaretur detegaturque ex tractatu præcedenti. Et id quidem magis.quàm ex ſequenti , ſecundum Iaco. Aret.in d.§.ſi ab ignoto,Iaco.But.in d.l.pacta nouiſſima, & ibi Barto.col.1.Bald.col.2.& Recentiores. C.de pact. Bal.in l.1.in 10.q.C.ſi ſer. exter. & in rubr.extrà de pact. col.3.verſ.tranſactio ſimulata.& conſ.299.in quæſt.uertente,lib.4.Paul.Caſt.in l.cùm ſeruus,col.2.ff. de cond. & demon.Alex.conſ.29.clariſſime , col.7.verſ. præterea ad hoc,lib.7.Barb.conſ.25.ſcribitur ſapientiæ, col. 2.lib. 1.Iaſ.in l.3.§.filiusfamilias,col.3.ff.de lib.& poſth. & in l.ſi ita ſit adſcriptum,col.2.uerſ.3.facit.ff.de leg.1.& cõſ. 217.immunitas,in fi.libr.2.& conſ.12.in capitulis, col. 2.verſ.ſed præmiſſis non obſt.li.2.ubi id dicit ſing. & Catel.Cotta,in memor.contractus ſimulatus. 24

*Tractatus præcedens fraudem et ſimulationem detegit magis, quã quod ſequitur.*

Nam & clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad declarationem ſequentium,quàm è conuerſo.gl.in l.quiſquis,& ibi Bart.ff.de leg.3.idem Barto. in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initiũ, col.1.& ibi Iaſ.ff de edẽ.& in l.auia, in prin.ff de cond.& demon.& in l.filium.ff quan.dies lega.ced. Rom. conſilio 104. pater reuerende, columna 2.verſicu.præterea & ſi & conſ.503.diligenter inſpectis , colum.1.Rapha.Fulg.Paul.Caſtrẽ. & Iaſ.in l.1.C. de lib. præte. Alexan.in l.patris & filij.ad fin.ff.de vulg. & pup. ſubſt & conſ.51.uiſo themate, col.1.li.3.Mattheſ.qui id dicit ſing.notab.151.nota ſing. dictum. Corne. conſilio 242.circa primum,quæſitum,col.4.uerſicu.& ſolet dici, lib.4.Franc.Are.in l.cum filiofa.col.4.verſ.in glo. poſita ſuper uerbo,relictus,& ibi quoque Iaſ.col.ult.ff de leg.1. idem Iaſ.in d.l.ſi ita ſit,col 2. verſ.ſecundò in cõtrarium facit.ff.de leg.1.& conſ.64.in primis videretur , col.pen. ver.nec obſtat.ſi huic,lib.1.& conſ.198.conſului,colum. 2.lib.2.& d.conſ.217.ante fi.lib.2.& iterum conſ.6.exhibentur duo,colum.5.uerſ.quartò principaliter,lib.3.turſumque d.conſ.12.in capitulis,ubi ſuprà, eod.libro tertiò,& conſ.79. ſuper uſufructu , columna prima eod. libro 3.Card.Aleand.in cap.1 colum.2.titu.de uaſ.decrep.ætat.& Philip Dec.conſ.339.conſului aliàs, colum. vlt.& conſ.500.in cauſa quæ Mantuæ, col.3.verſ. & quia clauſula. 25

*De eodem.*

Qvod ex hoc patet, quòd conditio poſita in inſtitutione intelligitur repetita in legato poſtea facto , l.duos, & d. l. auia, & ibi Bartol. ff. de condit. & demonſtra.non autem in legato ante facto, dicta l.filium, in princip & ibi gloſſ. in verbo, peti poſſe.& ibi quoque Bartolus, & alij.ff. quan. dies legat. ced. & uoluerunt multi , ex ijs, quos ſuprà citauimus . Et facit , quod ſcribit Baldum in l.quoties, la 2.in fin. per textum ibi. C. de fideicommiſ. quòd antecedens non ſapit naturam ſequentis : contrà verò ſequens ante- 26

*De eodem.*

 ceden-

cedentis ſapit. Et quod tradunt Panor. & Io. Ana. in c. in tantum, in tertio notab. per illum text. extra de ſimo. quòd fortius declaratur uenditio, quando precium præcedit traditionem rei, quàm è contrario. Quin plus uidetur uoluiſſe Paul. Caſtren. conſi. 173. præſuppoſitis, in princip. lib. 2. ea quæ poſt venditionem perfectam fiunt, eam non facere præſumi ſimulatam, per quædam iura ibi allegata. De quibus tamen vide text. qui videtur probare contrarium, in cap. inquiſitionis. de appellat. & quod per eum text. uoluit Corne. conſi. 313. aliàs, col. 4. verſ. non obſt. quòd clauſula, libro 4. & quod tradit ipſe Corne. conſ. 4. diu poſt conſilium, col. 3. verſ. ſed repetitio, iunctis præcedentibus, lib. 2. & Philip. Dec. conſ. 14. cuius ſuperſcriptio incipit, utrum valeat aditio, colum. 3. uerſ. & probatur ulterius, & iterum verſic. non obſtat quòd potius.

27 *An tractus præcedens in id ſufficiat.*

AN tamen, & quando, ſufficiat retractus præcedens, ad præſumendam fraudem, uel ſimulationem contractus ſequentis, uide eleganter Bald. in l. multum, col. 2. C. ſi quis alte. uel ſibi. & latè conſi. 21. punctus quæſtionis, in 2. dubio, lib. 4. & d. conſi. 299. eo. lib. 4. Bart. in l. pacta nouiſſima, ver. & per hoc dicebat. C. de pact. Ang. conſ. 273. tunc præſupponitur, ante fin. & omnino Iaſ. in d. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uerbor. oblig. & Chaſſ. conſi. 25. ex multis præſumitur, per totum, ubi loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis, de quadam permutatione facta in fraudem conſanguineorum, & quæ diximus ſuprà, in præfat. huius tit. num. 78. hæc tamen intelligenda, & ſeq. uſque ad fi. ipſius præfat. & quæ item dicemus infrà tit. ſeq. in fi. in 4. quæſt.

28 *Retractus an habeat locũ in ſimplici ac mera permutatione.*

QVID autem in alia permutatione ſimplici, & pura, & ſine ſequenti rei permutatæ vẽditione, aut promiſſione venditionis, de qua loquitur Lud. Bolog. d. conſil. 25. vtrum habeat locum hæc noſtra conſuetudo. Et ſanè locum habere reſpondit Alex. conſil. 197. in cauſa uertente inter Ser Sulimanum, col. 1. lib. 7. hac ratione motus, quòd id ſtatutum eſt fauorabile. Cuius ſententiam confirmat, quod in ſimili tradit Bald. conſi. 171. iſtud ſtatutum. lib. 4. Et id quidem poſſet videri uerum, præſertim in iſtis terminis noſtræ conſuetudinis, quos nunc commentamur, videlicet, *ou equipollent à uente*. Nam permutatio vicina eſt emptioni, l. 2. ff. de rerum permut. imò & vicem emptionis obtinet, l. 2. C. eod. tit. & l. Titia, & ibi Bal. ff. de iur. dot. & l. apud Celſum. §. ſi quis autem, verſ. autoris. ff. de dol. except. Et qui rem permutatam accepit, emptori ſimilis eſt, l. vltim. ff. qui. ex cau. in poſ. eat. & l. ſciendum. §. deinde. ff. de ędil. edi. Ex quo & permutatio pro uenditione a probatiſſimis ſcriptoribus vſurpatur, ut dicemus infra eod. tit. §. 30. glo. 1. num. 19. incip. ex hac autem. Conſuetudo autem noſtra hìc nominatim loquitur de contractibus æquipollentibus uenditioni, ut diximus.

29 VT iam nihil hìc obſit, quòd multi aduerſus illam Alex. ſententiam negant ſtatutum permittens conſanguineo retrahere rem venditam, habere locum in permutatione: videlicet Goffre. Ioan Andr. Ant. & Petr. Anchar. in c. conſtitutus, [& ibi quoq; Aegid. Bellamera colum. 20. verſ. vigeſimo nunquid.] extra de in integ. reſt. & idẽ Io. Andr. in addit. Spec. tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, l. 2. verſ. ſed pone, ſtatutum. Bal. in tract. Protomixeos, colum. 4. verſ. & iſta conſtitutio. & conſil. 174. ſtatutum prohibens, lib. 4. dum allegat Spec. ubi ſupra, Luc. Pen. & Ioan. Plat. in l. vlt. hic colum. 1. alter 2. C. de prædi. curia. lib. 10. Paul. Caſtr. qui huius rei optimam reddit rationem, in l. 1. col. 1. C. com. vtriuſque iud. Alexan. dum allegat Io. And. ubi ſuprà, conſ. 76. viſis dubitationibus, col. 3. lib. 5. Seba. Neapolitanus in tractatu de Iure congrui, in uerbo, emit. Girar. Bag. in ſua diſput. retractus, verſ. 3. concluſio eſt, ꝙ in permutatione. Matthæ. Afflic. in trac. Proto. in uerbo, licet enim ſupra diximus, col. 4. uer. no. ex tex. ibi, Io. Igne. in rep. l. dudũ, col. antep. verſ. ſed an is qui prohibetur. C. de contrah. empt. Ferd. Loaz. in rep. l. filiusfam. §. diui, in 8. quæſt. ff. de lega. 1. & & Ferr. in conſuetudines Burd. c. 25. huius tit.

30 *Statuta de uenditionibus non habẽt locum in permutationib.*

VT interim eos taceam, qui generaliter dicunt, ſtatuta loquentia in uenditionibus, non habere locum in permutationibus, quos uidere poteris apud Alex. d. conſ. 76. col. 3. uerſ. pro hoc bonus, lib. 5. & Fab. in trac. empt. & uend. in 2. q. prin. col. 2. uerſ. quinimò & ultimò fallit, cum multis ſeq. Barba. in rub. extra de rer. permut. col. 2. uerſ. vtrum autem ſtatutum, Iaſ. in l. dedi, la 2. col. 2. verſ. nota tertiò. ff. de condi. cau. data. & in l. 1. col. 4. verſ. an autem lex. ff. de rer. permuta. & in §. actionum, nu. 123. Inſtit. de act. & Franc. Purp. in l. 2. col. pen. ff. ſi cert. pet. Sed ita ne omnino prætermittas Bald. in d. l. dedi, col. 1. verſ. extra hoc not. in lec. noua, & iterum in antiqua, poſt medium, & in l. 1. col. 2. verſ. quid ſi ſtatutum. C. de rer. permut. & d. conſ. 174. lib. 4. & Alb. loquentem in ſtatuto præferente dominum in ven. rei, & id limitantem niſi fraus interueniret, in 1. parte ſtatutorum, q. 110. ſtatuto Parmæ.

31 NAM & ſemper aliàs venditio propriè ſumpta (ut ſumi debet in ſtatutis) nõ comprehendit permutationem, ut patet ex text. in c. 1. vbi id nuncupatim notat Panor. in 1. not. extrà de his quæ fi. à Præla. & uoluit etiam Bal. in l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de tranſactio. in 1. lect. Nam hæc (quod iam diximus) non uidentur obſtare, quominus comprehendatur permutatio in noſtra cõſuetudine, quæ non ſimpliciter loquitur de uenditione, ſed & de alijs contractibus æquipollentibus venditioni, vel eam ſonantibus. Permutatio autem ei æquipollet, ut diximus. ergo & ipſa comprehendi in ea videtur.

32 VERVM aliud eſt in noſtra conſuetudine, quod ipſam permutationem ab ea ſecludit, declaratque eam non eſſe obnoxiam retractui: videlicet reſtitutio precij: quæ non poteſt habere locum in vera ac propria permutatione: ideò nec ipſa conſuetudo, quia cùm uerba legis vel ſtatuti locum non habent, nec lex quoque ipſa, aut ſtatutũ, l. 4. §. toties. ff. de damn. infec. cum multis ſi. & concor. à me adductis in l. ſi vnquam, in uerbo, libertis, poſt princ. C. de reuoc. dona. Et ubi fit mentio precij, intelligitur tantùm uenditio propriè ſumpta, l. ult. & ibi glo. Bart. C. de prædi. curi. lib. 10. cum concord. ſuprà, à me collectis in verbo, *a vendu*, quæ eſt gl. 2. in prin. Et licet cõſuetudo addat contractus æquipollentes venditioni: tamen debet intelligi, ut ſit precium, aut aliud æquipollens, vt poſtea dicemus. Et quia deniq; ſecundum communem uſum loquendi, qui attenditur etiam contra propriam ſignificationem, l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 1. cum ſi. uenditio non comprehendit permutationem, ut nos ipſi apertè uidemus, & uoluit Panorm. in d. c. 1. in 1. not. in fi. de his quæ fi. à Præla. & Corn. conſ. 73. quamuis videatur, col. 1. uerſ. cùm precium, lib. 4.

33 *Cõſuetudines de retractu permutatiõis.*

ET ne de hac re, quantũ ad noſtros Pictoniẽſes pertinet, dubites: habemus de hoc expreſſam conſuetudinem declarantem non eſſe locum retractui in mera permutatione, infra §. 30. ubi uidebis, quid ſi mera non ſit, quia ſcilicet pro ſpecie datur alia ſpecies & precium. Suntq; & aliæ in eam expreſſæ conſuetudines, ut apud Meldenſes, c. 108. & ſeq. Melodunenſes, c. 43. Senonenſes, c. 33. Ambianenſes, c. 47. in fi. Aurelianenſes, c. 284. Turonenſes, hoc tit. de retractu, c. 19. Cenomanenſes, c. 358. Andegauenſes, c. 46. Bleſenſes, c. 203. Marchienſes. §. 8. huius tit. qui eſt omnium eius gentis, 297. Altimarchiẽſes, c. 254. Niuernienſes, hoc item tit. c. 19. Valeſienſes hoc quoq; tit. §. 4. qui eſt omnium 85. Altiſſiodorenſes, ſiue Auxerrenſes, hoc tit. *de Retraict*, §. 2. qui eſt omnium 33. Senlites, ſiue Syluanectenſes, hoc tit. §. 4. Laudunenſes, & alios Veromandienſes, huius titul. §. 16. qui eſt totius 3. par. 90. Lodunenſes, hoc titul. §. 17. Et aliæ, quas paulò poſt deſignabimus.





34 ATQVI ſi ea expreſſa conſuetudo non fuiſſet, res non erat omnino indubitata: quandoquidem licet ubi fit mẽtio precij, intelligatur de venditione propriè ſumpta, vt dictum eſt, tamen id non obtinet, cùm ſtatutum non ſimpliciter loquitur de venditione, ſed & de alienatione: tunc enim licet fiat mentio precij, non intelligitur de propria venditione, ſed & de permutatione: & id quod pro ea datur, tenebit locum precij: ut intelligi poteſt ex Ioan. And. & alijs poſt eum, in c. potuit, extrà de loc. dum dicunt l. vltim. C. de iur. emph. habere locum in permutatione, cùm vtatur uerbo, alienandi: licet etiã de precio loquatur. Et id expreſsè & in ſtatuto huic noſtro ſimili, ex facto conſultus, reſpondit Alex. conſi. 63. in cauſa, colum. 1. verſic. confirmo, lib. 7. Igitur cùm noſtra conſuetudo loquatur de contractu æquipollenti venditioni, videretur permutationem in ea comprehendi, non obſtante illa mentione precij. Sed cùm habeamus conſuetudinem expreſſam, nihil amplius, quantum ad nos dubitandum eſt.

35 NEC hìc tamen omiſerim, quòd Io. Ign. in repe. d. l. dudum, col. antepen. verſ. ſed an is qui prohibetur, & multis ſeq. C. de contra. emp. ita variè de hac re loquitur an ſcilicet conſuetudo retractus, loquens de uenditione, habeat locum in permutatione, ut uideatur dubius in hac remanſiſſe. Nam primùm aſſeueranter tradit habere, autoritate Guli. Cu. in l. 2. C. de vſuc. pro empt. & Nicol. Spinel. in d. l. vlt. C. de prædi. curi. li. 10. Tandem tamen poſt multa videtur in hoc ſtare, ut ſi permutatio fuerit ſine fraude, (quod cognoſcitur, inquit, cùm res permutatæ remanent apud contrahentes ſecundum contractum) non habet locum retractus: aliàs habet. Cui haud ægrè accedo, quia & maior pars eorum, qui tenent retractum non habere locum in permutatione, id intelligunt, modò fraus abſit, ut per Ioan. And. in addi. Spe. vbi ſuprà allegauimus, numer. 29. & Matth. Affl. in d. trac. Proto. loco etiam ibi alleg. Et quod Ign. dicit de re permutata, quæ remanet apud eum, qui eam ex permutatione ceſſerat: illud ſemper aliàs procedit, ut cùm poſt alienationem res manet apud alienantem, præſumatur fraus, & ſimulatio aduerſus tertium, l. ſicut. §. ſuperuacuum, & ibi Bar. ff. quibus mo. pig. vel hyp. ſol. & idem Bar. in l. poſt contractum. ff. de don. & dicemus in trac. Conſtituti. in 9. limi.

*Quid ſi res permutata manet apud priorẽ dominum.*

36 *Quantum temporis in id requiratur.*

QVANTVM autem tempus requiritur, ut poſſideat alienans ad præſumendam eam fraudem & ſimulationem, videbis apud ipſum Bart. in d. locis, ubi poſt alias opp. concludit, id relinqui arbitrio iudicis. De quo & tu vide Bald. conſil. 70. apparent, col. 2. verſ. ſuper ſecundo, li. 1. & Ang. conſ. 48. ex dicto themate, poſt prin. & Barb. in c. ille vos, col. 2. de pigno. Ex ijs autem ſatis intelliges, non in id ſufficere modicum quodpiam tempus, uti etiã cenſuit Spec. tit. de dona. §. 1. ver. item pone, aliquis. Imo. in d. c. illo vos, col. 10. extrà de pign. & conſ. 55. in caſu præmiſſo, col. 1. verſic. in contrarium, & Alex. conſi. 161. viſo ac diligenter, ad fin. lib. 6. & Iaſ. conſi. 36. factum ſic ſe habet, col. vlt. li. 1. Conſuetudo autem Borboniorum, cap. 459. loquens expreſſim de hoc caſu noſtro, huic rei annum præſtituit.

*Cõſuetudo.*

37 SED & ſi poſſeſſio poſt contractum tradita fuerit, ſed poſteà non longo interuallo fuerit retradita permutanti, qui fortè eandem rem, quam tradiderat, ex permutatione aut aliter recuperauit: præſumitur etiam fraus & ſimulatio, tanquam id ab initio fuerit conuentum: ut nuncupatim uoluit Mod. Pariſ. tit. conſue. Pariſ. titu. 1. §. 23. in 22. q. & ante eum Manſuer. tit. de emp. & uend. colum. 1. §. item & dicitur contractus, per notata per Bart. in d. l. poſt contractum. Cui adde eundem Bar. conſi. 65. Pet. Nicol. colum. 2. uerſ. ſecundo modo dicitur. ubi ſcribit contractum dici ſimulatum, fictitium, aut imaginarium, quando modico tempore durat, quia emptor uẽditori citò reuendit, per d. l. 4. §. ſi ab ignoro. ff. de manumiſſio. cum ſimi. adductis à Soc. conſi. 127. quoniam in præſenti, colum. 5. verſi. præterea arguitur, & iterum verſic. comprobo & quartò, li. 3. Sed quibus adde, quod in ſimili tractat Bald. in l. per diuerſas, in 20. eademque vltim. q. C. manda. an ex reſtitutione precij, facta à uenditore, præſumatur venditio ſimulata: & diſtinguit, vtrùmne ſtatim reſtitutum fuerit, an ex interuallo, per l. ſi ventri §. vlt. ff. de priuil. cre. & ſequitur Cæpo. in tract. Simulatorum contractuum, in 2. caſu princ. De quo & per eundem Bald. conſil. 298. inter Dominicum, poſt med. lib. 3. cum alijs ſimi. quæ videbis ſuprà in præf. huius titu. verſic. ultim. & iterum in gloſſ. huius §. 7. in uerbo, *ou autres biens immeubles*, numer. 76. præſumitur item, & ſequen. [Sed ita tamen, ne prætermittam quod à Cornelio Tacito libr. 15. ſcriptum eſt. Percrebuerat (inquit) ea tempeſtate prauiſſimus mos, cùm plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſq; & prouincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia ſenatum adeunt: ibi naturæ munus, labores educandi aduerſus fraudem & breuitatem adoptionis enumerant, & cætera quæ ſequuntur.]

38 *Cõſuetudines de ea re.*

DE hoc autem ſunt expreſſæ plurimæ huius regni conſuetudines, declarantes, cùm alter permutantium emit poſtea rem à ſe datam cauſa permutationis, locum eſſe retractui rei, quam accepit ob eam permutationem, tanquam eandem emiſſe uideatur: videlicet Melduni, cap. 44. Aurelijs, ca. 304. ubi tamen id intelligitur, cùm res permutata emitur intra annum. Et idem in Caluimonte, in Baſſigniaco, cap. 38. & Montargij apud Lorrienſes, hoc eodem titu. c. 25. Et in Turonia, niſi quòd præterea datur optio conſanguineo retrahendi utram rem malit, vt cauetur hoc eodem titu. *de Retraict*, capit. 20. Et idem quoque in Cenomania, cap. 412. & Loduno, hoc titu. §. 18. & Andegauia, cap. 401. & Borbonia. cap. 454. quæ ſimpliciter loquitur ſine anni aut alterius temporis præfinitione. Poſtea autem, ca. 459. ſcribitur, contractum permutationis præſumi ſimulatum & fraudulentum, ſi alter permutantium reperiatur intra annum poſſeſſor eius rei, quam in permutatione alteri reliquerat. In comitatu autem Burgundiæ, titul. *reachaptz*, §. 14. ita cauetur, in permutatione non eſſe locum retractui, niſi ſubſit fraus, quæ ex eo detegitur, quòd ſtatim poſt permutationem alter contrahentium rem à ſe datam redemit. Quantum autem temporis huic rei de Iure communi ſtatuendum ſit, ut fraus ob id præſumatur, iudici arbitrandum relinquit Angel. in d. l. ſi ventri. §. vltim. ff. de priuil. credito. Ro. in l. 1. ff. de verborum obligatione Cæpolla in tracta. ſimulationis contractuum, in 2. caſu princ. verſicu. quando autem dicatur. Barbat. in cap. illo vos, colum. 2. de pig. Phil. Dec. conſi. 235. in cauſa magnifici, column. 2. verſicu. quintò præſumitur. & diximus in ſimili caſu ſuprà numer. ab hinc 2. Quædam autem conſuetudines huic rei annum præſcribunt, ut iam diximus, & præterea conſuetudo Victriacenſis, c. 30.

*Quantum tẽporis in eã rem requiratur.*

*Conſuetudines.*

39 *Quid, ſi in ipſo contractu, aut mox, dicatur, vt poſſit recuperare.*

EX ijs autem, quæ diximus potes intelligere, quòd non tantùm cùm permutans rem à ſe ex permutatione relictam recuperat, ſed etiam cùm ſimpliciter in ipſo contractu permutationis, aut incontinenti poſt, (nihil enim inter utrumque refert, ut latè dicemus tit. ſeq. §. 1. in verbo, in limine contractus) conuenit inter ipſos contrahentes, vt alter poſſit rem, quam tradit, recuperare, reſtituto aliquo precio, ea permutatio cenſetur eſſe facta in fraudem conſanguineorum. Ideoque & ij admittuntur tanquam ex ſimplici ac meram uẽditione. Quod & ex facto in hac eadem ſpecie reſpondit Ludo. Bolog. conſ. 25. in ampliſſimo, per totum, ubi in id allegat multa, quæ tu ipſe videre poteris, atque etiam Chaſſe. conſi.

item 55. ex multis præſumitur, & id apertè probatur in d. §. ſi ab ignoto, cum ibi not. Et de hoc quoque eſt expreſſa conſuetudo apud Andegauos. c. 453. cum ſeq. Et ad hæc omnia faciunt, quæ ſuprà diximus ex Alber. nu. 30. vt interim, & quæ etiam dicemus infrà tit. ſeq. in præfat. num. 9. & vt hæc poſtrema, & ſeq. & in fi. eiuſdem tit, nu. 27. quibus proximè.

*Conſuetudo.*

40 *Quid de pmutatione, quæ fit de immobili cum mobili.*

40 Sed & hæc omnia, quibus diximus non eſſe locum retractui in permutatione vera, & non fraudulenta, intelligenda ſunt, cùm ea fit de re immobili cum re etiam immobili. Quòd ſi pro re immobili datur mobilis, etiam inæſtimata (id quod dico, quia ſi eſſet æſtimata, eſſet venditio, l. quoties. C. de iur. dot. & ſupra diximus num. 20. nam & aliàs æſtimatio.) Si igitur, ut repetam, datur res mobilis, etiam ſi inæſtimata, pro immobili, eſt locus retractui eius rei immobilis, ac ſi uendita ſimpliciter fuiſſet, ex multis noſtræ Galliæ conſuetudinibus vt apud Meldunenſes, c. 56. Senonenſes c. 43. Trecenſes, c. 158. Cenomanenſes, c. 358. & c. 363. & c. 369. & ſeq. Aurelianenſes, c. 287. Turonenſes, tit. *de retraictz*, cap. 11. & iterum c. 18. ibi, *deniers, ou equipollent en meubles*. & c. 21. ibi, *deniers baillez, ou l'equipollent*. Andegauenſes, cap. 346. & cap. 352. & c. 359. Aruernienſes, tit. *des retraictz*, c. 30. Borbonienſes, cap. 352. & ſeq. Altiſſiodorenſes, ſiue Auxerrenſes, hoc eod. titul. §. 14. qui eſt omnium 45. Lorrienſes in præfectura Montargij, hoc quoque titul. §. 9. & ſeq. Lodunenſes hoc tit. cap. 1. ibi, *deniers, ou autres meubles*. Niſi ſi uinum detur, ut ibi ſtatuitur: nec tamen video, cur in hoc vinum a cæteris mobilibus ſeparauerunt.

*Conſuetudines de ea re.*

41 *Precium largè ſumptum.*

41 Qvod non ſine ratione a tot conſuetudinibus ſtatutum videri poteſt. Et ſanè pro his facit, quòd precium largè dici poteſt, quicquid pro re datur, licet non ſit in pecunia numerata, ut patet ex l. ſeruorum. §. 1. ff. de ſtat. homi. & l. ſi quemquam, poſt princip. C. de epiſc & cler, & id per illos text. uoluit Petr. Iacob. id trahens ad ius retractus feudalis, & laudimiorum, tit. de act. in rem pro re emphy. colum. 8. verſic. item precium. Vide tamen quod ſtatim poſteà ſcribit in eadem col. uerſ. item fortè etſi non ſit, ubi diſtinguit, utrum ea res mobilis, quę datur pro immobili, conſiſtat in genere, an in ſpecie. Sed & col. 12. uerſ. item ſi res detur, id intelligit, cum res ipſæ mobiles conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. Huiuſcemodi enim res recipiunt functionem in ſuo genere, ſicut pecunia numerata, l. 2. §. 1 ff. ſi cert. pet. & in illis eadem ratio eſt, ut in pecunia, ergo & idem ius, l. vlt. C. ad legem Falc. & cùm ratio diuerſitatis reddi non poteſt, nec diuerſum quoque ius, l. à Titio. ff. de uerbor. oblig. Hæc ille.

42 *Precium largè ſumpta.*

42 Cvi adde, quòd pecunia largè ſumpta, non ſolùm pecuniam numeraram comprehendit, ſed & frumentũ, vinum, oleum, atque id genus cætera, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, d. l. 2. §. creditum, & ibi glo. in uerbo, pecunia, & Doct. ff. ſi cert. pet. & l. talis ſcriptura; in princ. ff. de leg. 1. & l. 1. in princ. iuncto fi. ff. de calum. ubi & id probatur procedere in materia pœnali, uti & ex eo expendit Ant. in ſua diſp. incip. Bononien. Sed tu vide de hoc Phil. Dec. in d. §. creditum, in 2. notab. Ariſtoteles autem ſtatim in princ. lib. 4. Ethicorum, pecunias appellat res omnes, quarum æſtimatio ponderatur nummo. Et facit etiam text. in l. ſed Iulianus. ca. mutui. ff. ad S.C. Maced. Adde prætereà, quòd huiuſmodi res mobiles, quæ facilè vſu conſumuntur, præſertim quæ pondere, numero, menſura conſtant, cenſentur datę æſtimatæ, etiã ſi non æſtimatæ datæ ſunt: vt uoluit glo. in l. æſtimatæ. ff. ſol. matr. per l. res quæ. ff. de iur. dot. vti eam nuncupatim ſequitur Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter virum & vxo. §. 17. col. 3. verſ. item dicendum eſt.

43 Vide etiam Boer. qui indiſtinctè tenet, hoc caſu eſſe locum retractui rei immobilis, quæ permutata eſt cum re mobili, in conſuetudinibus Biturigum, hoc eo. tit. *de Retraictz*, §. 1. in glo. 1. colum. 4. verſ. quid ſi permutans, nec tamen aliquid allegat. & Chaſſ. idem omnino tenentem in conſuet. Burg. hoc eo. tit. §. 1. in verbo, *le pris*, col. 1. uerſ. quæro quid veniat, ubi in id illud allegat, quòd nomine precij continetur, quicquid datum eſt, etiam ſi non ſit pecunia. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & ibi Bald. qui multa allegat. Super qua ratione vide, quæ dicam infrà tit. procedente, *de Retraict conuentionel*, in præfat. num. 21. & id quidem credo. Sed & idem quoque tenuit Sainxon in conſuet. Turoniæ hoc eod. titul. §. 10. & quiſquis is eſt, qui librum eum edidit, cui tit. eſt, *le grand coſtumier de France* hoc ipſo tit. *de Retraictz*, col. pen. vbi nec ipſe quicquam allegat. & nouiſſimè Moder, Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. glo. 5. num. 49. vbi tantùm loquitur de donatione in ſolutũ rei immobilis pro rebus mobilibus: ubi tamen limitat, niſi eſſent res mobiles precioſæ, tanquam & hæ pro immobilibus habeantur: & nihil allegat. Sed nos de hoc latè diximus ſuprà, eo. §. in glo. 7. in verbo, *ou autres choſes*, num. 100. quid verò de mobilibus, & ſeq.

*Quid, ſi res immobilis detur pro mobili precioſa.*

44 Porrò vti hæc non eſt propriè venditio, cùm preciũ non ſit, niſi in pecunia numerata. §. item precium, & ibi not. Inſtit. de empt. & uend. nam & precium propriè refertur ad ipſam numeratam pecuniam, ut dicit Bal. conſ. 98. Bectonus, col. 2 uerſ. in contrarium, lib. 1. quod repetitur conſ. 385. lib. 5. per l. vlt. C. de pręd. curi. lib. 10. Sed & ipſe Bal. in l. 1. col. 2. verſ. reuertantur. C. de rer. permu. dicit, quòd pecunia eſt forma, & materia precij. & bene facit glo. in l. 2. ff. de contr. emp. ex quo & idem Bal. in l. ſi domus. §. vlt. ff. de leg. 1. dicit, quòd cùm l. ult. C. de iure emphyt. loquatur de precio, non habet locum, ſi pro re emphyteutica non datur pecunia numerata, ſed frumentum aut aliud quidpiam ſimile; quod eſt contra illam Petr. Iacob. deciſionem. Et ita quidem quod diximus, procedit, vt etiam ſi quis emeret pro marcha, aut libra auri, uel argenti, non tamen eſſet emptio; ut uoluerunt Io. Fab. & Angel. Aret. in d. §. precium. Sicut igitur (vt repetam) hęc non eſt propriè venditio, ita nihil propius ad eam accedit: vixque dici poſſet non ei æquipollere: quod ſatis eſt vt habeat locum retractus, ſecundum hanc noſtram conſuetudinem, in ijs uerbis, quæ nunc commentamur. Aliàs autem, ſi contrarium diceretur, in facili eſſet, ut quotidie fieret fraus retractui, non dando precium, ſed uel aurum, uel argentum infectum, uel uaſcula, catenas, monilia, & alia huiuſmodi ornamenta aurea, aut argentea, uel aliud quidpiam, quod tam facilè & expeditè expendi poſſet, quàm pecunia numerata. Et aliàs videmus, latam eſſe differentiam inter permutationem, quæ fit de re immobili, cum re etiam immobili, & eam quę fit cum re mobili, quantum ad ius & commoda familiæ. In illa enim, licet una res immobilis exeat è familia, tamen in eam alia, quæ & ipſa immobilis eſt, ut prior, ingreditur, quæ eandem naturam & vim ſortitur: vt diximus infrà eod. tit. §. 32. nu. 26. neq; enim hic caſus. Ex hac autem permutatione rei immobilis cum mobili, nihil tale manet in familia; ideo multùm læderetur, niſi ius eſſe retrahendi. Quid autem, ſi permutetur res immobilis cum annuo reditu, & quid ſi is reditus ſit redimibilis, cognoſces ex ijs, quæ dicam infrà, nu. 119. ſecundò intellige, & ſeq.

*Quid, ſi p marcha, aut libra auri.*

45 *Quid, ſi p pecunia exiſtente in arca.*

45 Ex quibus & illud minus dubium eſt, ſi res quæpiam immobilis tradita ſit pro ſacco quopiam præcipuè exiſtẽte in arca, licet huiuſmodi pecunia ſpeciei locum obtineat, non quantitatis, l. planè vbi, §. 1. & l. ſed & ſi certo, & l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. & l. in oratione. §. diligenter. ff. ad leg. Falc. & l. ſi certos, ff. de uerb. oblig. glo. in l. hæc uenditio. §. huiuſmodi. ff. de contrah. emp. cum ſi. Verùm Io. Igne. in l. 3. §. ſi conditioni. uerſic. & ſi aliud, numer. 26. & iterum 30. & ſeq. ff. de S.C. Sylla. multis nititur oſtendere, hanc eſſe venditionem, nec cõtrarium probare text. qui pro alia parte citantur: ideoq; & ex huiuſmodi contractu tanquam ex venditione deberi laudimia domino. Nam etiam (inquit) aliter pateret via apertiſſima fraudibus. Ego verò non neceſſarium nunc exiſtimo determinare, ſitne huiuſmodi contractus venditio, an alius contractus. Satis enim eſt, vt æquipolleat venditioni: nec intereſt, an ea pecunia ſit cenſenda ſpecies, an quantitas. Sufficit enim, vt detur res mobilis pro immobili, vt ſit locus retractui, per ea quæ ſuprà diximus. Si quid tamen plenius vis videre de huiſmodi pecunia ſic data, vide gloſſ. in l. cùm fundus. §. ſeruum, in verbo vendicare, & ibi Barto. colum. 3. verſic. venio, ad verſi. & alios. ff. ſi cer. pet. & Imo. in c. bona fides, colu. 5. verſicu. ſed iuxta prædicta, extrà de depoſi.



46 *Si ſit cõtrouerſia inter emptorẽ & conſanguineũ de ſpecie cõtractus, an venditor ſit teſtis idone⁹.*

46 Sed hoc in loco quæſtionis eſt, quia ſuprà diximus, retractum nõ habere locũ in permutatione, niſi ea facta fuerit in fraudem conſanguineorum: cùm ſcilicet inter contrahentes actum eſſet, vt fieret venditio, tamen conficeretur inſtrumentum tanquam permutationis: quid, ſi de hac re lis eſt inter conſanguineum volentem retrahere, aſſerentemq́; hanc fraudem ita initam fuiſſe, & emptorem defendentem nullam fraudem ſubeſſe, ſed veram eſſe permutationem: vtrum venditor, quem conſanguineus in teſtem fraudis producit, ſit teſtis idoneus. Super hoc nuncupatim Alex. d. conſ. 167. in cauſa vertente inter Ser Sulimanum, col. 2. uerſ. nec obſtat. quod allegatur. lib. 7. reſpondit illum eſſe teſtem idoneum: nec ob id repellendum, quòd ſit vnus ex contrahentibus, & quòd videatur ſuam turpitudinem allegare, cùm nullum ex hoc commodum ſentiat, l. omnibus, cum ibi no. C. de teſtib. & l. nullus, cum glo. ff. eo. & plenè per Doct. in c. inſuper, & c. cùm nuncius, extrà eo. tit. & alia quæ allegat.

47 *An ſolius venditoris teſtimonio credẽdum ſit. An ſit credẽdum vnius teſtimonio de ſuo facto.*

47 Imò vt ſubdit Alex. cùm iſte de ſuo ipſius facto teſtificetur, videtur eſſe ſtãdum eius ſolius teſtimonio, ut not. decidit Sal. in l. ſi quis Decurio, col. 1. in 4. oppoſ. per illum text. cum ibi not. C. de falſ. & Paul. C. in l. ſeruos. C. de teſtib. in quibuſdam lect. per l. quæro. §. vlt. ff. de ædil. edict. vbi tamen dubitat, ſed id aſſeueranter tradit ipſe Paul. conſi. 368. viſis actis & actitatis, in fin. prout illum citat Alex. & alij quidam. Sed illud reperire non potui. Verùm ultra ea quæ ipſe Alex. allegat, idem uoluit ipſe Paul. conſi. 34. ego Paulus, colum. 2. lib. 1. quod repetitur conſ. 293. eo. lib. 1. & idem Paul. conſ. 84. viſa dicta facti narratione, col. 3. uerſ. ſuper ſecundo, eod. lib. 1. per d. l. quæro, in fi. & iterum conſi. 277. quia per primum, in fi. eodem quoque lib. 1. per illum ipſum tex. atq; etiam per l. cùm probatio. ff. de proba. rurſumq́ue conſi. 399. priuſquam iura fierent, col. 2. eod. lib. 1. itemq́ue conſil. 109. viſa petitione prædicta, col. 1. lib. 2. & in l. quicunque, ad fi. C. de ſeruis fug. vbi tamen requirit alia quædam indicia. & in l. ſi debitorem, in fi. ff. de noua. & Firmia. in ſuo fœcundiſſimo indice, in uerbo, teſtes duo. & Soc. conſil. 28. viſis teſtamento, col. 2. uerſi. tertiò quia illi ſacerdotes, lib. 3. & conſil. 49. in cauſa Epiſcopi, colum. 1. uerſic. quinimò fortius, eo. lib. 4. dum allegat Sal. vbi ſupra Carol. Ruin. conſi. 105. in cauſa uertente, colum. 2. nume. 4. lib. 4. Phil. Dec. conſi. 56. in cauſa appellationis, colum. 2. verſ & hoc maximè, & conſi. 342. in cauſa partus, col. 1. uerſic. prima eſt, & conſi. 650. in cauſa, ut vulgò dicitur, colum. 2. ubi dicit, quòd ſi etiam id non eſſet verum, negari tamen non poteſt, quin talis probatio ſit potentior. Alc. in l. 1. §. ead. colum. 2. ff. de uerb. oblig. Matth. Afflic. in deciſ. Neapol. 369. Alphonſus, colum. 2. verſi. fuit conclusum. Hipp. Marſil. in pract. cauſa. crimi. §. diligenter, num. 131. vbi id dicit ſingul. & iterum conſil. 111. clementiſſimi Dei, colum. 2. verſi. item dicta confeſſio. Zaſius conſi. 2. tametſi, num. 30. libro 2. ubi id tamen relinquit arbitrio iudicis & ante hos omnes Oldr. cuius nullus horum meminit, conſ. 95. ex forma iſtius, columna pen arg. l. Theopompus. ff. de dot. præleg. & l. interrogari. C. de quæſt.

48 *Prælato an credatũ in præiudicium ſuæ eccleſiæ.*

48 Et facit, quod uoluit glo. in c. vlt. in fi. & ibi Panor. colum. pen. uerſ. ego ſoluendo, extra, de præſcript. quòd licet Prælato confitenti non credatur in præiudicium eccleſiæ, c. 2. & ibi glo. in uerbo, conuentum, de teſti. lib. 6. cum ſimil. hoc tamen fallit, cum confitetur de eo, quod ipſemet facit, argum. ca. poſtquam, 25. q. 2. & idem quoque uoluit gloſſ. in cap. dudum, el 2. in uerbo, de ueritate, verſ. ſed non credo, ibi, reſpondere de eo quod ipſe fecit, extra de elect. quam & in hoc expendit Barbat. conſ. 54. à Ioue, col. pen. lib. 4. & quod etiam ſcribit Bart. in l. cum filius, in princ. colum. vlt. ff de uerb. oblig. & in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, per nuncium. in fin. Innoc. in cap. non ſine, quod eſt 2. de arbit. Et quod prætereà tradit Paul. Caſt. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex nox. cauſ. aga. quòd ubi quis non eſſet teſtis integer, & ita non faceret ſemiplenam probationem: quia eſſet uilis uel infamis infamia facti: tamen ſi teſtificaretur de ſuo facto, faceret ſemiplenam probationem. Et hoc ſequitur Phil. Dec. conſ. 363. in cauſa quæ agitatur, colum. 1. Et quod item non obſcurè ſentit Bald. in l. is qui putat, in fi. & ibi quoque Ang. Imo. Pau. Caſt. & Fran. Are. ff. de acqui. hęr. quòd teſtis etiam de negatiua facti ſui deponens, ſolus probat, per tex. ibi, & in l. & è contrario, & in l. nec is, quę eam l, cõfeſtim ſequuntur. Vide tamen, quid dicam uerſ. ab hinc 3. Et aliàs ſemper magis creditur ei, qui de ſuo facto deponit, aut confitetur, quàm qui de alieno: ut uoluit Inno. in c. inquiſitionis, in verbo, ſe aſſerunt. in fi. ext. de accu. Fed. Senen. conſ. 119. nulli dubium eſt, col. vl. Io. Fran. inter conſ. Io. Cal. ti. de teſti. conſ. 2. an ſi opponatur & Ant. in c. cùm cauſam, de teſt. Fran. Are. conſ. 71. diligẽter & maturè, col. 2. verſicu. ſecundò conuincitur. & Lud. Gozad. conſi. 23. in hac cauſa, col. pen. nu. 60.

*Teſti non integro, an credatũ de ſuo facto.*

49 *Papę an, quomodo, credatur, de ſuo, aut alieno facto.*

49 Cæterùm tex. in Cle. 1. de prob. qua verbis narratiuis Papę omnino creditur, intelligitur, cùm de ſuo ipſius facto agitur, non ſi de alieno, vt ſatis conſtat ex verbis ipſius, ibi, feciſſe narramus: vbi gloſſ. ſuper ijſdem verbis, & Imo. col. 2. ſuper eadem gl. & Card. Flor. in 8. q. & alij, & idem Card. conſi. 128. in q. col. 1. uerſ. item etiam principi. Old. conſ. 258. Inno. col. 2. uerſ. item non obſt. c. literis. Alb. poſt Oldr. in Auth. ſi quis in aliquo, num. 7. & iterum 8. C. de eden. Fed. Senen. conſi. 117. caſus talis eſt, Ioannes. Lapus alleg. 7. diſceptat. & alleg. 67. clemen. Ang. conſ. 368. ſereniſſimus, in prin. Rom. conſ. 180. ſi admittimus, col. 1. uer. tertiò quia Domi. conſ. 53. Gregorius, col. pen. verſic. ſed quia. Alex. conſil. 112. uiſa copia, col. 2. uerſ. accedit. Franc. Aret. conſ. 165. ſicut, col. 3. verſ. ſed adhuc. Nico. Mil. in ſuo repertorio, verſ. probationem faciunt. Iaſ. conſ. 34. ad motiua, col. antepenul. verſ. & primò dico, li. 1. & Steph. Bert. conſ. 112. uiſis quibuſdam, col. vlt. nu. 36. lib. 2. & Phil Dec. conſ. 373. uiſo conſi. col. 2. uerſ. tertia conceſſio. & conſi. 543. ſereniſſimus, colum. 2. verſ. circa primum. Ex quibus intelliges non admitti probationem in contrarium, cùm Papa ſuũ factum narrans ſuper eo ſe fundat: ſed admitti, cùm alienum narrat. Quid autem, ſi agitur de facto ſui prædeceſſoris, uidebis apud Imo. in d. Clem. 1. col. pen. & ibi Card. Flor. in 9. q. & Alex. conſi. 15. uiſis narratis, col. 1. verſ. ſufficeret etiam. lib. 5. & Franc. Rip. lib. 1. Reſpon. c. 1. defuncto, nu. 28.

*Vtrum de facto prædeceſſoris.*

50 *Vnius dicto etiam de ſuo facto, nõ credendum.*

50 Ego vero huic Alex. dicto in hoc caſu noſtro accedere vix poſſum: quando & ipſe alibi generaliter tradiderit, non eſſe vnius dicto credendum, etiam de ſuo ipſius facto. Ita enim uoluit in d. §. ſi abſens, & ibi quoque latè Iaſon per multa, quæ uterque allegat, quæ illic in promptu ſunt omnibus, & iterum idem Alex. & Iaſ. in d. nec is. ff. de acq. hær. & ipſe quoq; Alex. etiã late cõſ. 192. perſpecta facti narratione, col. 5. verſ. & quamuis. libr. 6.

vbi poſt alios, à ſe ibi relatas reſpondet ad d. l. ſi quis Decurio, & ipſe item Iaſ. in l. admonendi, char. pen. verſ. vltra alia ſcripta. ff. de iureiur. & Fran. Curt. Senior in tract. de teſtib. in 66. eademque vlt. concluſione. Car. Ruin. ſibi contrarius, conſ. 161. quoad primum, col. 4. nu. 8. li. 4. & conſi. 19. videtur, col. 2. nu. 6. lib. 5. & conſi. 65. quamuis eleganter, colum. 1. nu. 2. eod. lib. 5. [& Maria. Soc. iunior, conſi. 62. pro iuſtificatione, col. 3. nu. 6. lib. 1.] imò & ipſe quoque Paul. Caſtr. ſibi contrarius, conſi. 337. primò quæritur, poſito quòd de vero mutuo, verſ. item non obſtat, quòd hæc confeſſio, lib. 1. & ante hos omnes Cy. in d. l. ſi quis Decurio, in 14. oppo. dum dicit ibi ſpeciale eſſe in officiali. & Ant. in c. cùm a nobis, col. pen. verſic. octauus caſus, de teſtib.

51 Tvm quoque, quod idem ipſe Paul. Caſt. in d. §. ſi abſens, ad id quod ſuprà, verſ. ab hinc 3. diximus, videlicet quòd teſtis non omnino idoneus, ſi deponat de ſuo facto, facit ſemiplenam probationem, addit, id ipſum non procedere, ſi is teſtis haberet affectionẽ ad cauſam: quia illi nihilo magis tunc crederetur, quòd de ſuo facto deponeret. Et huic conſentiens Phil. Dec. d. conſi. 56. hoc etiam nuncupatim intelligit, cum nihil illius intereſt, qui de ſuo facto deponit. Hìc autem ſumus in eo caſu. Primùm, quia iſte eſt conſanguineus, ideo ſuſpectus propter affectionem, vt ſi omnino nõ repellatur, eius tamen fides plusve minusve minuatur, prout proximior eſt, aut remotior, per not. in l. parentes. C. de teſtib. Deinde, quia eius quodam modo intereſt, ut res maneat in ſua ipſius familia, ob ſpem fortè ſuccedendi in futurum, at etiam retrahendi ac recuperandi rem ipſam, ſi ab eius conſanguineo retrahente, vel eius hæredibus, iterum vendatur. Vel item, quia noſtra intereſt & priuatim, & publicè, ut ſalua ſit noſtræ familiæ dignitas, l. 1. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de vent. inſpi. quæ quidem abſque diuitijs conſeruari non poteſt. Bal. in id multa allegans inter conſi. Angel. conſi. 68. repetito conſ. 281. Mart. Io. de Flor. col. 2. verſ. ſecundò ratione. & Alber. in 2. parte ſtatutorum, q. 107. item an ſtatutum loquens de filijs, col. 1. verſ. item inſpicienda eſt, cum infinitis ſimil. & concor. à me alibi copioſiſſimè collectis.

52 Et expreſſim quòd noſtra interſit, nòſtris conſanguineis, & in familia noſtra bona immobilia conſeruari, ne auctoritate hac in re careamus, tenuit Angel. conſi. 244. multi conſortes, col. 1. per l. ſi in emptionem. ff. de min. & alia iura. & Soc. conſil. 131. in præſenti conſultatione, col. 5. verſ. ſubſequenter ſequitur, lib. 1. per l. ſi cui fundus. ff. de leg. 2. & d. l. ſi in emptionẽ, & l. & ſi æquo. ff. de leg. 2. atque etiam Iaſ. conſi. 41. omiſſis, col. 3. lib. 3. cuius dictum retulimus ſupra in rub. num. 40. deniq; ex illa, & Phil. Dec. conſi. 461. iuridicam, paulò ante fi.. Sed hæc ratio haberet tantùm locum in retractu municipali, de quo tractamus, nõ etiam feudali, ſcilicet ſi Dominus contenderet eſſe contractum uenditionis, & non permutationis; ideoq; peteret ſibi rem cedi reſtituto precio, aut laudimia: quia tunc nulla eſſet affectio venditorum, quãtum ad id de quo diximus.

53 *An deferẽdũ ſit iuſiurandum ex uenditoris teſtimonio.*

Nec interim omiſerim, quod in eam noſtram ſententiam ſcribit Matth. Affli. in tract. Proto. in verbo, niſi ſi quis, col. vlt. verſ. ſed quid ſi dato. quòd ſi uenditor fateatur ſimulationem contractus, quam tamen neget emptor: facit uenditor ſemiplenam probationem, ita quidem, ut ſit locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis, ſecundum l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eod. tit. Niſi ſi (inquit) emptor probaret, venditorem eſſe inimicum ipſius, aut aliud quidpiã, quod eius fidem aut tolleret, aut minueret, ex ſententia glo. in l. 1. C. qui & aduer. quos, & nihil aliud allegat, & ſimpliciter ſequitur Chaſſ. in conſuet. Burg. hoc tit. §. 12. in verbo, *ou par le ſarment des contrahens*, col. 3. uerſ. ſed quæro, pone. Ex quorum ſententia vides venditorem ſolum non facere in hac re plenam ac integram probationem ſimulationis. In qua re mihi cum illis conuenit, ſed non video quòd conſanguineo in hoc caſu deferendum ſit iuramentum in ſupplementum probationis ſimulationis, niſi fortè ea eſſet de facto ipſius conſanguinei. Nam de facto alieno aliũ iurare iniquum eſt, l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amot. & ibi concord. in gloſſ. Idq; etiã in iureiurando ſuppletiuo, ut probat text. in l. iuſiurandũ & ad pecunias, in princ. & ibi glo. in uerbo, certioretur. ff. de iureiur. glo. in d. l. in bonæ fidei, in glo. magna, & in d. l. admonendi, in uerbo, exacto, & ubique Doc. Et facit, quod in ſpecie non admodum abſimili, & in caſu retractus ſcribit Arn. Ferro. in hoc tit. de retractu, §. 17. col. 1. in conſue. Burdig.

Sed & illud quoque hic ſcias in contraria ſpecie, ꝙ ſi is, qui contraxit & dicitur vendidiſſe, quamuis inſtrumentum loquatur de permutatione, in teſtem adductus, dicat ueram permutationem, ut in inſtrumento continetur; id multum ponderis & momenti habet ad eius rei probationem, etiam ſi ſint indicia & coniecturæ ſimulationis: adeò quidem ut Bald. conſ. 389. quòd dictus contractus, lib. 4. reſponderit, quòd ſi unus vẽditorum dicat contractum eſſe ſimulatum & pignoratitium, ſintque in eam rem præſumptiones validæ & efficaces: tamen ſi alter venditorum in iudicio agnoſcat contractum eſſe uerum, ei omnino ſtandum eſt: isque contrarias præſumptiones ueluti delet, tollit, abolet, per l. vlt. C. de duob. re. quod eſt multùm notandum, quia vix alibi reperies. Tu autem adde & text. in l. duobus. §. ex duobus. ff. de iureiur. 54

*Si uẽditor concordet cum inſtrumento, an id purget ſuſpicionẽ fraudis & ſimulationis.*

At hic conſequenter quæri poteſt, Emptor & uenditor, extra iudicium conſanguineo abſente, confeſſi ſunt contractũ ſimulatum, & in fraudem conſanguineorum factum: an huiuſmodi confeſſio fidem faciet? Quod videtur: nam huiuſmodi confeſſiones, licet non inducãt obligationem, glo. in l. cum de indebito. §. vlt. & ibi Doctor. ff. de probat. cum ſimil. ſufficiunt tamen ad probationem, l. Publio. §. ult. ff. depoſi. & latè Cyn. in l. generaliter, in 1. 2. & 4. q. C. de non nume. pec. Bald. in l. cùm falſa, in 5. opp. C. de iuris & facti ignor. ubi & ex hoc dicit, has confeſſiones transferre onus probationis in confitentes. Omnino autem probant, cùm agitur de declaratione actus cuiuſpiam dubij ab eo facti, qui confitetur: ut voluit Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicillis, colum. 2. uerſic. prædicta uerò. ff. de legat. 3. per text. in l. vxori. §. vlt. ubi & idem Bart. ff. eod. titul. & l. ſi auia. C. de iure deliber. 55

*An ſtetur confeſſioni extraiudiciali cõtrahẽtium de ſimulatiõe cõtractus.*

Præterea per huiuſmodi confeſſiones alijs factas probatur animus fraudandi, ut voluit glo. not. in l. Fulcinius. §. quid ſit autem, in uerbo, animus, poſt princip. ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. ea. & ibi Bart. qui id dicit probari ex l. Labeo. ff. de ſupel. lega. cum l. quæro. §. vlt. ff. de ædil. edi. Idq; dicit eſſe menti tenendum. Et ex his, & alijs quibuſdam, Matthæ. Affl. loquens in hoc noſtro caſu, in tract. Proto. in uerbo, niſi quis, col. 2. verſ. ſed quid de cõfeſſione, tenet huiuſmodi confeſſiones ſatis eſſe ad probandam fraudem, & ſimulationem contractns, factam aduerſus conſanguineum. Et ei accedo, præſertim ſi ſint aliæ fraudis coniecturę etiam leuiuſculæ, ſecundum ea, quæ in ſimili latè diximus in repet. l. ſi vnquàm, in uerbo, donatione largitus, num. 100. ſed vtcunque ſit. C. de reuoc. donat. 56

Nec tamen interim dubium relinquit ipſe Matthæ. verſic. continenter ſequenti eum, quem ſupra deſignauimus, huiuſmodi fraudem & ſimulationem poſſe probari teſtibus aduerſus inſtrumentum, poſt gloſſ. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præſid. & in §. ſi uerò tale, in Authen. de inſtru. cau. & fid. Bald. in l. 1. colum 2. verſicul. denuò quæro. C. plus val. quod agit. Ioan. Fab. in §. item uerborum, col. 4. verſ. vnde vt hoc, Inſt. de inutil. ſtip. & Imol. 57

*Simulatio cõtractus, an poſſit probari teſtibus contra inſtrumentum.*

*An duo teſtes ſufficiant.*

in c. ad



in ca. ad noſtram, extrà de empt. & uend. & alios ubique. Satisque ſunt (vt ipſe Matth. ſubdit) ad eam rem duo teſtes, vt tradit Specu. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat, verſiculo ſed pone. & Bald. in l. in exercendis. C. de fi. inſtrum. Tametſi glo. in d. §. ſi verò tale, teneat quatuor in hoc exigi. Sed ea poſſet procedere, cum quis directo uellet probare contra inſtrumentum: hic autem nihil tale probare volumus, ſed nec indirectè quidem, cùm fatemur inſtrumentum ita fuiſſe cõfectum, uti eſt: ſed aliud fuiſſe verè actũ à contrahentib. aliud ſimulatè ſcriptũ, ſcd̃m illũ tit. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. Sed ad primum adde Pet. Ancha. 226. ad corroborationem, in 3. dubio, poſt Cyn. Nico. Mat. Bart. & Bal. in d. l. 1. plus val. quod agi. latè tractantem, & quando admittatur probatio teſtium de ſimulatione contractus aduerſus inſtrumentum.

58 *An hæ ſimulationes poſſint probari cõiecturis.*

*Et quibus.*

Imò verò & huiuſmodi fraudes & ſimulatione contractuum non tantum veris & apertis probationibus deteguntur, ſed & coniecturis & præſumptionibus, & indiciis, l. dolum, in verbo, indiciis C. de dolo malo. & c. illo uos. de pig. & c. ad noſtram, de empt. et uend. Idque perpetuum eſt in omnibus his, quæ clàm et fraudulenter fiunt, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re iudic. cum alijs multis à me collectis, infra, titu. ſeq. in præfat. nume. 34. nonum quod ad probandum. Quibus autem coniecturis id fiat, reperies apud Bart. & Recentiores in l. poſt cõtractum, ff. de donat. & eundem Bart. conſ. 65. Petrus, Nico. Angel. conſi. 48. ex dicto themate, in 1. dubio. Raph. Co. conſ. 155. Antognolus, in 3. dubio. Cæpollam in tractat. ſimulat. contractuum. Matth. Affl. loquentem in caſu noſtræ conſuetudinis in tract. Proto. in verbo, niſi quis, colum. 3. verſic. ſciendum, & multis ſeq. Alcia. in l. ſi maior. C. de tranſact. Chaſſe. in conſuetud. Burgundiæ, titul. *des Retraictz*, §. 9. in verbo, *ſi la fraude eſt trouuée*. & nos quoque nonnulla poſuimus ſupra, in gloſſ. 7. in uerbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu. 75. ex multis; & ſequentibus.

59 *An ſatis ſit in genere dicere contractum ſimulatum.*

At in hac fraudis & ſimulationis mentione illud nõ prætermittendum, non ſatis eſſe, conſanguineum in genere dicere contractum eſſe, ſimulatum, fraudulentum, fictitium, niſi & ipſe ſpecies, ac modos ſimulationis, aut fraudis ſigillatim edat, præſertim ſi id reus uocatus in ius in cauſa retractus petat, vt proinde ſciat cederène an contendere debeat. Quod nos aliquãdo, cùm id ex facto contigiſſet, diximus, ſecuti Bart. d. conſ. 65. col. 2. vbi multis iuribus probat, & in agente, & in excipiente, allegantibus fraudem, aut ſimulationem procedere. & Bald. in l. ab Anaſtaſio, in fin. per illum text. C. manda. Petr. Anch. conſil. 226. ad corroborationem, in 2. dubio. Paul. Caſtr. in l. iuriſgentium. §. dolo. & ibi Alex. qui eum §. legit cũ §. pactorum. ff. de pactis. ubi & ipſe Alex. id dicit diligenter eſſe notandum. & idem Alex. conſil. 112. viſo ſuperiore, col. 1. lib. 3. & conſ. 28. in cauſa, col. 3. modò ſic, in fin. libr. 5. Ex quibus etiam intelliges, præſertim ex Paul. & Alex. in d. §. dolo, non ſatis quoque eſſe, probare contractum ſimulatum in genere.

60 *An retractus hẽat locum in trãſactione.*

*Vaſallus an poſſit tranſigere de feudo uide infrà 66.*

Sed vt ad alia tranſeamus, quæro, an hic retractus noſter habeat locum in tranſactione? Et certè ex conſtitutione protomixeos, non habet locum, vt ſcribitur in eadem conſtitutione, verſ. in cauſa verò dotis, vbi Matth. Affl. in verbo, licet enim ſuprà diximus, colum. 8. verſic. decimò no. id eo argumento confirmat, quòd licet feudũ vendi non poſſit ſine conſenſu domini, poteſt tamen de eo liberè tranſigi, c. ſi vaſallus, tit. ſi de feud. fuer. controuer. & c. 1. tit. de contr. inue. inter vaſal. & ali. de benef. & voluit. Spec. tit. de arbit. §. reſtat. verſ. ſed nunquid vaſallus, licet (vt ſubdit) ſecùs ſit in regno Siciliæ per conſtitutionem, cuius caput eſt, diuæ memoriæ. Hæc ille, & nihil præterea. Sed & idem, vt ſcilicet retractus locum non habeat in tranſactione, tenuit Ferro. in conſue. Burd. hoc e. titulo §. 25. iterumque §. 28. quibuſdam alijs rationibus, quas ibi uidere poteris. & Ioan. Corraſ. lib. 3. Miſcel c. 3. nu. 5. niſi inquit, in fraudem, conſuetudinem tranſactionis factam eſſe conſtaret.

Qvibvs adde, quòd tranſactio non eſt propriè cõtractus, vt dicit glo. in l. contractus, in princ. C. de fide inſtru. Ex quo Bald. & Sal. ibi, negant ex tranſactione deberi gabellam, quam uocant, quæ ex ſtatuto debetur ex quolibet contractu. Ex quo & illud ſequitur, nec conſuetudinem noſtram, quæ nuncupatim hic loquitur de contractu, cùm dicit, *par contract de vente*, vti & aliæ propè omnes, habere locum in tranſactione. Id quod apertè declarat conſuetudo Turonum hoc eo. tit. *de Retraictz*, cap. 24. & Cenomanorum c. 370. Lodunenſium, hoc quoque tit. §. 23. Niſi (inquiũt) facta fuerit in fraudem, declaratque poſterior, quomodo poſſit dici facta in fraudem, de quo etiam ne id prætermittamus, per Bal. Mar. Laud. Card. Alex. & alios in d. c. 1. tit. de controuer. inueſt. inter vaſal. & ali. de benefi. & in c. 1. in princ. col. 4. uerſ. quæro an uaſallus, tit. de prohib. feud. ali. per Fede. & Fran. Cur. iuniorem in tract. feud. in 4. part. prin. in 7. q. etiam prin. quæ eſt in 42. charta. 61

*Trãſactio an ſit contractus, uide infra, num. 65.*

*Cõſuetudines de ea re.*

Verum videri poſſet, inſpiciendum eſſe, vtrùmne fundus ex tranſactione ei dimittatur, qui antè non poſſidebat, dato ab eo aliquo precio, an uerò apud eum maneat, qui poſſidebat, multum enim inter utrumque intereſt, ut uidere licet ex l. ſi pro fundo. & ibi Bartol. & Bald. C. de tranſact. glo. Bart. & alijs in l. ex cauſa. C. pro emp. glo. Albe. & Bart. in l. 1. ff. eodem tit. quorum ea eſt ſententia, vſucapionem pro tranſacto habere locum in re, quæ traditur nomine tranſactionis, non etiam in re petita, quæ dimittitur apud poſſeſſorem. & glo. in l. ſtipulatio iſta, in prin. in uerbo ſucceſſores, & ibi Angel. paulò poſt medium, & Recentiores. ff. de uerborum obligat. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. 3. uerſ. pro declaratione, & ibi Recentiores poſt eum. ff. de acquir. poſſ. & in l. eius rei. in prin. ff. de rei uend. Bal. in l. 1. col. 1. uerſic. ſed nunquid poteſt. C. de bonis mater. & in l. cùm ij. §. ſi cum lis, in 2. lect. ff. de tranſact. Sal. poſt Petrum, & alios in l. ſiue apud acta, colum. 6. verſ. ſed extra gloſſ. oppo. C. de tranſact. Alexan. conſ. 168. requiſitus, colum. 2. verſ. & pactũm, lib. 2. quod repetitur conſ. 20. libro 5. Ang. Aret. in §. ſi quis poſtulante, colum. 3. uer. in eadem, ibi, quo caſu. Inſt. de actio. & Corne. conſ. 196 circa præſentem, colum. 3. verſ. quinimò titulus, lib. 2. & Stephan. Bert. conſil. 1. uiſo conſultationis themate, in 10. dubio, lib. 1. Ex quibus cognoſces, in primo caſu acquiri titulũ, transferri dominium & vſucapiendi conditionem produci, & euictionem deberi, in ſecundo minimè. 62

*Quid ſi res maneat apud poſſidẽtem.*

Ex quo etiam per conſuetudinem expreſſam Andegauorum, cap. 360. ex tranſactione, ex qua is qui poſſidebat, relinquit rem alteri, eſt locus retractui. At ſi ea remaneat apud poſſeſſorem, non eſt ei locus, etiamſi pecuniã alteri refundat. Et fortè ea conſuetudo cæteris æquior eſt, & rationabilior. Conſtat autem, cùm res datur ex trãſactione accepta pecunia, deberi laudimia, vt dicit Petr. Iacob. tit. de act. in rem pro re emphyt. colum. 12. verſ. itẽ ſi res detur ex cauſa tranſactionis. Licet ſecus ſit, ſi relinquatur apud poſſidentem, ut placet Sanxonio in conſuetudinibus Turoniæ, tit. *comme hommage ſe doibt offrir à ſon ſeigneur*, §. ult. colum. 1. & Chaſſe. tit. *des cenſez*. §. 1. in uerbo, *retenue*, col. 3. uerſ. aduerte ad cautelam. & ante hos Stepha. Bert. conſ. 321. viſo caſu, in prin. lib. 1. Et facit, quod & ipſe Chaſſ. tradit in tit. *des fiefz*. §. 8. eodemq; ult. in gl. 1. col. 4. uer. nũquid aũt. Sed & idem in ti. *de Retraictz*. §. 1. in uerbo, *vẽdu*, col. 2. uer. q̃d ſi dimittat. tenet nuncupatim retractum non habere locum, cùm ex tranſactione dimittitur res penes poſſidentem aliquo dato vel recepto. 63

*Cõſuetudo.*

Ego verò & tunc quoque, cùm res manet apud ipſum 64

ſum

ſum poſſeſſorem, dato aliquo precio, arbitror locum eſ-
ſe retractui, non ipſius quidem rei, ſed iuris, ſiue actio-
nis tranſigentis, qui à ſe rem omninò abdicauit, habet
enim ea tranſactio ſpeciem quandam venditionis illius
iuris, d.l.1.ff.pro empto. vbi poſſeſſor, qui litis æſtima-
tionem obtulit, pro emptore incipit poſſidere, & expreſ-
ſius in l.litis, eodem titu. ubi litis æſtimatio eſt ſimilis
emptioni, & idem propè tex.eſt in l.ſed & ſi.§.ſi lis.ff.de
publi.in rem actio. & vbique concord.in glo. Et ſi ſcio
nonnullos facere diſcrimen, an quid ſit datum cauſa trā
ſactionis.an pro litis æſtimatione, ut not.in d.l.1.pro em
pto. Sed id mihi nunquam placuit, ſicut nec Io. antiquo
gloſſatori: & vtrumque etiam confundit tex.in d.l. eius
rei.ff.de rei vend.ubi glo.& Bart.non uidentes, qua ela-
berentur, dicunt ibi tranſactionem impropriè poni, &
exponunt tranſegiſſe, id eſt, receſſiſſe à lite. Et quanquam
hæc non ſit propriè uenditio, ut ſatis probant illi tex.ta-
men ſatis eſt in caſu noſtræ conſuetudinis, ut ſit ſimilis
venditioni, cùm ea loquatur de contractu uenditionis, et
æquipollente venditioni. Si tamen amplius ſcire velis,
quid ſit lis æſtimata, vide Tullium in oratione pro Au
lo Cluentio habita.

65 *Trāſactio, contractus eſt.* Et quicquid ſuprà dictum eſt, tranſactio ipſa contra
ctus eſt, ut probant multa iura & inter cætera, d.l.contra
ctus, in prin.C.de fide inſtr.quamuis gl. ut diximus, aſſe-
rit id intelligi impropriè, atque etiam tex.in l.cùm te trā
ſegiſſe.ibi, ſi de fide contractus.C.de tranſact. & in l.ult.
C.de litigio.dum à generali regula loquente de contra-
ctu, excipit tranſactionem.& in l.ſi donationis, in fin.C.
quod met.cauſ.vbi Bal.ſecum ipſe diſſidens (quod pro-
pè ei perpetuum eſt) affirmat ex tranſactione deberi ga-
bellam, quam ſtatutum iubet ſolui ex contractu, quod
ipſe dicit eſſe notandum, & eum ſequitur Alexan.in d.
l.ſiue apud dacta.column.pen.C.de tranſact. & Firm. in
tract.gabellarum, in 3.parte 8.partis princ. in 11.q. Sed
& quòd contractus ſit, tenuit Bar.in l.ſiue apud acta, co-
*Trāſactio alienationis ſpecies.* lum.4.verſ.his præmiſſis.Pau.Caſt.conſi.379.primò ui-
dendum eſt, poſt princip.& libr. 1. Sed & alienationis
quoque ſpecies eſt, ut etiam probat tex.in l.1.§.utrum au
tem, ibi, at ſi tranſegit.ff.ſi quid in frau.patro. quem in
id nuncupatim expendit ipſe Bal.in l.1.poſt princ.& ibi
quoque Sal.C.ſi aduer.tranſact.& uoluit etiam ipſe Bal.
in c.contingit, col.1.in 2.locis, ext.de tranſact.& Fed. Se
nen.conſ.94.caſus talis eſt, Prælatus, non ſemel, & Sign.
qui alios tex.& DD.citat, cõſ.71.factum ſic ſe habet, do
minus Epiſcopus, col.2.ver.circa primum, & multis ſeq.
Alex.conſ.129.ponderatis, col.1.uerſ.nec etiam obſtat.
lib.1.& Iac.à S.Geor.in l.nulli, in priori lect.ff. de tran-
ſact. Ideò ſi ſtatuto debeatur gabella ex alienatione, aliàs
contractus ſit nullus: debetur & ex tranſactione, ex qua
alienatio ſequitur, vt pulchrè reſpondit Ang.conſ.215.
thema tale eſt, colum.vl. Imò verò idem Ang. conſ.230.
inſtrumentum, dicit appellatione emptionis comprehen
di & tranſactionem, ex eaque ſimiliter deberi gabellam
atque ex propria emptione.

66 Et licet Bal.ipſe in d.c.1.ad fin.titu.de contro.inue.
inter vaſal.& ali.de benefic. quærens, an vaſallus poſſit
tranſigere de feudo, diſtinguat, vtrum tranſigat dimit-
tendo feudum poſſeſſori, an id ipſum non poſſidenti tra
dendo, ut primo caſu poſſit, quaſi non uideatur alie-
nare: ſecundo non poſſit, per tex.quem dicit unicum, in
d.l.ſi pro fundo.C.de tranſ.& eum ſequuntur Mar.Lau.
Alua.& Car.Alex.ibi.& idem uoluerit ipſe Bal.in ca.1.
columna 4.verſ.caueat tamen, titu.de prohib. feud.alie.
per Fed.& Alua.in d.cap.ſi vaſallus, titu.ſi de feud.fuer.
contro.Ro.conſi.166.uiſo diligenter, in 1.dubio. Alex.
conſ.41.uiſo themate & his, poſt medium, lib.6. quod
duplicatur conſ.95.eod.lib 6.& Franc.Aret. qui tamen
in ſecundo membro contradicit, conſ.14.uiſo & diligē-
ter, colum.7.uerſ.præterea poſito.& Iacob.à S.Georg.in
tract.feud.in uerbo, & cum pacto de non alienando, co-
lum.3.ver ſubſequenter.& Iaſ.loquens etiam de emphy.
teuta, in l.vlt.char.pen.uerſ.decimò quæro.C.de iure em
phy.& Chaſſ.titu.*des fiefz*.§.8.in verbo, *en alienation &
tranſport*, colum.4.uerſ.nunquid autem.& ſeq.& Ferro.
in conſuet.Burdig.titu.de feud.§.16.in princip. Tamen
ego illis non omnino accedo, quando & aliàs, qui rem
dimittit apud poſſidentem, cenſeatur transferre & alie-
nare.l.quædam mulier.ff. de rei uendicat.& l.ſi ſponſa-
libus.§ ſi mulier.ff.de iure dot.& l.qua ratione.§. inter-
dum.ff.de acqui.rer.dom.& §. interdum.Inſt. de rer. di-
uiſio.& declarat Sal.in l.1.ad fin.C.de act.& oblig.& ſa-
tis eſt è mente Dyn.in c.poſſeſſor.de reg.iur.li.6. & Bar.
in l.ſi culpa.ff.de rei vend.

67 Nec eſt, quod ſpeciale ſit in tranſactione, ut nonnul-
li contendunt, & inter cæteros Bal.in d.c.1.tit. de contro
uer.inueſt.inter vaſall.& alie.& Alexan.in d.l. ſi pro fun
do, col.2.uerſ.ultimò nota.& Steph.Bert.conſ.321.uiſo
caſu, lib.1.& conſ.255.quæſitum eſt, lib.3.& alij multi
ex his, quos ſuprà citauimus, numer.62.uerum uideri:
refragantibus tamen Sal.in d.l.ſi pro fundo, Ang.Rom.
& Iac.Puteo.in d.§ nihil commune. Quibus ego malo
accedere rationibus ab illis adductis, & quia etiam quā-
tum ad caſum noſtrum priuatim pertinet, eadem eſt om
nium ratio. Et habemus gl. ſing.in l.cùm ij. §. ſi uni. in
verbo, tranſactione.ff.de tranſact. quæ not. eum qui ob
tranſactionem rem poſſidenti relinquit, alienare: ideo-
que & hoc caſu requiri decretum iudicis, quod aliàs re
quiritur in alienatione rei. Et eam ſequitur Iaſon ibi in
fin.& Bart.& ipſe Iaſ.in d.l.nulli, eo. titu.atque per eam
dicunt prælatos, cæteroſque adminiſtratores non habe-
re facultatem etiam per tranſactionem relinquendi rem
immobilem ei qui eam poſſidet, ſine decreto. Id quod
dicunt perperuò Franc.Curt.iun.in tract.feud.ubi ſupra,
citauimus, qui ob id dubitat de eo, quod ſuprà dictum
eſt de uaſallo tranſigente, & dimittente feudum apud
poſſeſſorem.

68 Nam & Doct.ubique tenent procuratores principis
non poſſe ita tranſigere, ut res maneat apud aduerſariū,
nec diſtinguunt, poſſidebat antè, necne, nec enim (in-
quiunt) id magis facere poſſunt, quàm minor aut cura-
tor ipſius.l.non ſolum.C.de prædi.mino. Secùs (inquiūt)
ſi rem ipſam retineant, quia id agentes conditionem
principis faciunt meliorem. Ita enim uoluit gloſſ. not.
in d.l.nulli.ff.de tranſactat. quam ſequuntur Bart.& alij
ibi. & Pano.qui idem dicit de prælatis in ca. contingit.
colum.2.uerſicu.concluderem ſic, extrà de tranſact. ubi
eam gloſſ.dicit not.& iterum in c.ueniens, colum.1. eo.
titu.& conſ.56.uidetur primò, circa medium, libr.1.&
iterum conſ.62.illud de iure quæritur, col.1.eo. lib.1.&
Rom.conſ.50.idem in præfata.Carol.Ruin.conſ.11.ui-
ſo compromiſſo, col.2.num.4.lib.4.& Doct.ubique. Et
idem quoque de patre adminiſtratore filij famil. dicit
Bald.in d.l.1.col.1.verſ.quæro an pater.per illum tex.C.
de bonis mater.

69 Nam vt dicit Philip.Deci.in l.cùm te proponas, quæ
eſt 2.C.de tranſact.tranſactio alienatio eſt, cùm res per
eam abdicatur, ſecus ſi retinetur. Ex quo illud fit, quod
tradit Ioan.Ray.in c.imperialem.§.habito, column.24.
in paruis, uer.quæro an per iudicium, tit.de prohib. feu.
alie.per Fed.ex tranſactione ſi res dimittatur, deberi lau
dimia, per gl.in d.l.ex cauſa.C. pro empt.non, ſi retine-
tur, per l.dedi.§.ſubtilius.ff. de cond.ob cauſ. quia tunc
potius uidetur redimere uexationem.cap.dilectus, extra
de ſimo.& ita dicit tenere Old.alicubi, nullo alio certo
loco citato. Et id nuncupatim ſequitur Steph. Bertran.
d.conſ.321.lib.1.& Ferro.in conſuet.Burdig.titu.de feu-
dis.§.16.in prin.

70 Quid, quòd gloſſ.in d.l.non ſolum, in uerbo, de-
diſti.C.de præd.mino. in ea eſt ſententia, ut minor per
tran-



ſactionem non ſolum non poſſit rem à ſe poſſeſſam
dare, ſed nec alteri poſſidenti dimittere? Nam cum text.
ibi ita dixiſſet. Igitur & tu, ſi fratribus tuis per tranſactio
nem fundum dediſti, uendicare eum potes. Accurſius in
d.uerbo, dediſti, hæc ad uerbum ſcribit. Secus ſi fundū,
de quo litigabat minor, dimiſit, aliquo dato nomine trā-
ſactionis, arg.l.præſes.C.de tranſact. Imò idem l.cùm ij.
§.ſi cùm lis.ff.de tranſact.& Saly.ibi, poſteaquam retulit
eam Accurſ.ſententiam, ſubiunxit. Sed licet quis, Hic nō
alienat, quia ſimpliciter admittendo, non dicitur velle
transferre dominium, vt not.in dict. l.ſiue apud acta.C.
de tranſact.& d.l.ex cauſa.C. pro empt. & probatur
in l.ſi ſuper poſſeſſione.C.de tranſact. Et ego reſpondeo,
quod contra ſe parat exceptionem, qua obſtante, vendi-
care non poſſet, ſi tranſactio teneret. Et ſic in effectu vide
tur alienare, & circumueniretur Senatuſconſultum. Hæc
ille, cæteri autem Doct.præter Ioan.Fab.nihil de ea gl.di
xerunt, tanquam eam tacitè approbantes, ſecundū l.item
quod Sabinus, in fin.ff.de hær.inſt.& dicemus infra eod.
tit.§.25.glo.4.num.45.nam minores. Ipſe autem Ioan.
Fab. in d.l.non ſolum, nuncupatim tradit, opus eſſe de-
creto in tranſactione facta à minore, ſi relinquit rem im
mobilem, non ſi retinet.

71 In eadem quoque ſententia fuit & alio gloſ.in d.l.1.
in verbo, vteris.C.ſi aduer. tranſact.& illam ibi expreſ-
ſim ſequuntur Barto. Bald.Sal.& alij. Nam, ut dicunt ipſi
Bal.& Sal.licet res, quę ex cauſa tranſactionis dimittitur,
propriè non dicatur alienari, per d.l.ſi pro fundo. C. de
tranſact. tamen quia exceptio perpetua ad eam rem de-
fendendam paratur poſſeſſori, cenſetur eſſe quædā ſpe-
cies alienationis, per text.in l.1.verſic. at ſi tranſegit.ff.ſi
quid in frau.patr.& argum, l.vlt.C.de rebus ali. non ali.
Et ſic (inquit) Sal.paria ſunt, alienare, vel perpetuam ex-
ceptionem contra ſe parare. Sed & illam quoque gl. ſequi
tur Alber.in Auth.hoc ius, colum.4.verſ. ruſus ſi eccle-
ſia.C.de ſacroſanct.eccleſ.

72 Deniqve qui per tranſactionem dimittit ius, ſiue
actionem, quam habet in re immobili ab alio poſſeſſa, &
ipſam quoque rem remittere vel cedere videtur, l.qui a-
ctionem.ff.de regul.iur. Et cùm id faciat accepto precio,
quid dubitandum eſt, quin id habeat vim venditionis
iuris, ſiue actionis, quæ ad rem immobilem competit,
ideoque & immobilis cenſeatur, ſecundum ea, quæ latè
diximus ſupra, eodem, in glo.7.in verbo. *ou autres choſes
cenſe es pour immeubles*, nume.1.& ſeq.vndè & conſequēs
eſt, & hoc reſpectu competere ius contractus, vt ea ipſa
verba apertè declarant, & ibi diximus num.30. ſed vt tā
dem, & etiam in gloſſ.2.in verbo, *à uendu*, nume.51.tum
quia licet, Vt omittam, ſi aliter diceremus facillimè frau
dem retractui fieri, relinquendo primum poſſeſſionem,
& poſtea ſuper proprietate tranſigendo. Et ſecundum
hanc noſtram ſententiam vidi areſtum ſupremi noſtri Se
natus Pari.pro domino de Puyrobert Engoliſmenſi, ſu-
per domino *des Vmbrayes*, quod ego ab eodem Senatu
delegatus executioni demandaui.

73 Porrò autem, ne id Lectores fallat, ſunt, qui hac
in re ita diſtinguunt, an ſcilicet quis ſimpliciter litem ſi-
ue controuerſiam remittat, & is nihil dare cenſeatur, an
verò ius ſuum ſiue actionem remittat, & is dare cenſea-
tur. Hæc enim fuit ſententia eius, qui vbique omniū pro-
pè ſententiarum fuit, ſcilicet Bald.in d.l.1.column.1.verſ.
ſed nunquid poteſt.C.de bonis mater. Et idem propemo
dum voluit ipſe Bald.in l.inter vos. C. commu.vtri. iud.
cùm dicit d.l.ſi pro fundo, habere locum quando cele-
bratur contractus ſuper inſtantia litis tantùm: ſecùs ve-
rò, quando concernit rem ipſam, vt in eo tex. & ſequitur
Iaſon in d.l.ſi pro fundo, colum.vlt. verſ. vnde alibi dicit
& Bertran.d.conſ.255.quæſitum eſt.lib.3.& Anto. Rub.
conſ.152.videretur primo, colum. 2. verſ. non obſtant
modò. Sed vt libere dicam, quod ſentio, nihil hic video,
præter verborum quandam diuerſitatem, rerum nul-
lam video.

74 *An ex trāſactione admittatur conſanguineus ad retractū rei, an actionis.* Haec autem quæ dicta ſunt, retractum habere locū
in hoc caſu, intellige ſecundum ea quæ diximus, & ſpe-
cialiùs hìc dicenda ſunt, ne quis erret, vt ſcilicet conſan-
guineus admittatur ad retractum, non rei quidem ipſius,
de qua tranſactum eſt, ſed iuris, quod ipſe tranſigens re-
miſit, nec enim plus conſequetur conſanguineus ex ipſo
retractu, quàm habebat tranſigens. Et ſic, ſi tranſigens
poſſidebat, & ipſe quoque conſanguineus poſſidebit, ſine
præiudicio iuris ab alio prætenſi. Si non poſſidebat, nec
retrahens poſſidebit, ſed poterit proſequi ius, quod tran
ſigenti competebat, & quod idem remiſerat. Vt in ſimili
dicimus de minore reſtituto, ut ſi læſus fuerit in venden
do tantùm, non in transferendo poſſeſſionem, quia eā em
ptor poſſidebat, tunc ei non reſtituetur poſſeſſio, ſed tan-
tum actio, quam ad rem habebat. l.qui proprio. & ibi gl.
Bart.Alber.& alij.ff.de procur.vt ſcilicet id fiat, quod ibi
dicit Bart.uice prouerbij apud nos iactari, Illud reddit re
ſtitutio, quod abſtulit læſio.& uoluit idem Bart.in l.ſi qui
dem.C.de præd.mino.& in l.quod tempore, colum.1.C.
de reſtit.milit.& in l.ult.col.3.uerſ.uenio ad ultimum.C.
de ſent.paſſ.& Albe.in l.ſi res æſtimata.§.1. poſt princ. ff.
de iure dot.Bald.in repet.l. Æmilius.colum.9. uerſ.nunc
ad propoſitum.ff.de minor.& Paul.Caſtr.conſ.248.uiſis,
paulò ante fin.libr.2.& Ange.Aret.in §.ruſus, colum.3.
uerſ.quartò præmitte. Inſt.de actio. Quod & probatur in
l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minorib. ubi ita fit reſti
tutio, ut unuſquiſque integrum ius ſuum recipiat. Et fa-
cit etiam optimè text.in l.1.C.ſi aduer.tranſact.ubi ſi mi
nor reſtituitur aduerſus tranſactionem, competunt vete-
res actiones, quæ ſcilicet ante tranſactionem cõpetebant,
quaſi ſcilicet partes in eundem ſtatum reponātur, in quo
erant tempore tranſactionis, & in l.ſed etſi per Prætorem
§.ſi feriæ.ff.ex qui.cau.maior.cum dicitur, Sed cum feriç
repentinæ eximant, reſtitutio duntaxat ipſorum dierum
facienda eſt, non totius temporis, cum ſim. quæ dicemus
infrà §.32.glo.1.num.69. adde & tu. Et faciunt not.in c.
ex ratione, de appell.& quod tradit Angel. conſ.310.in
propoſita, colum.ult. Et ita quoque dictum eſt eo areſto,
ſupra à nobis citato, ut ſcilicet conſanguineus admitte-
retur ad retractum iuris & actionis, non rei.

75 Illvd tandem non omiſerim, quod Baldus vbi-
que malè ſibi conſtans (quod ægerrimè de tanto uiro p-
nuncio) in d.c.tit.de contro.inter uaſal.& alium, poſtea-
quam dixit ea quæ ſupra, nume.67.nec eſt, ex eo retuli-
mus, illud confeſtim ſubdit, quod omninò ſuperioribus
contradicit. Et nota (inquit) quòd in omnibus alijs con-
tractibus, is qui dimittit, transfert, & alienat, per d.l.quæ-
dam mulier.& d.l.ſi ſponſalibus.ſuprà allegatis. Tamen
ſecùs eſt in contractu tranſactionis, quòd eſt (ut ipſe di-
cit) notatu dignum, Et uidetur ſequi Card. Alexan.ibi,
colum.2. Sed hoc (ut iam diximus) è diametro omnibus
ijs, quæ ſuprà dicta ſunt, aduerſatur, & expreſſim repro-
bat Firmi.in tract.de Epiſcop.in 4.parte, libro 4.colum.
36.uerſ.dubitari poſſet, an prohibitus. Quid autem de
his ſentiat Chaſſ.uidebis apud eum in commentarijs Bur
gund.tit.*des fiefz*.§.8, eodemque ult. in uerbo, *en aliena-
tion*.nu.21.& iterum *des Retraictz*.§.1. in uerbo, *uendu*,
paulò ante fin.iterumque in tit.*des cenſes*.§.1.in uerbo, *re-
tenue*, etiam paulò ante fi. Et uide etiam Modern. Pariſ.in
conſuet.Pariſ.tit.1.§.22.in 21.q.

76 *Retractus an habeat locū ex diuiſione, ſi ad licitationem pro ceſſum ſit.* Caetervm & hæc ſpecies in queſtionem uoca-
tur: Duo ſocij in re quapiam communi, cùm eam diuide-
re uellent, nec fortè commodè poſſent, ad licitationem
rem deduxerunt, & ei qui licitatione uicit, integra res
fuit adiudicata, uel per iudicem ſuper hoc aditum uel
etiam communi conſenſu partium iuxta l.item Labeo.§.
1.ff.fam.hercii. cum ſim.adductis à Soc.conſ.160.in prę
ſenti, colum.ult.in ult.dubio libr.2. utrum igitur conſan-
guineus

guineus eius, qui ex ea licitatione precium accepit, poſſit partem illius ab eius ſocio, cui tota res adiudicata eſt, ui huius ſtatuti retrahere. Et huius certè quæſtionis ſub me iudice lis eſt: ideò nunc non definio, ſed mihi & cæteris cogitandū relinquo: ſed ita, ut interim videas, quid in re non admodum diſſimili reſpondit Paul. Caſtren. conſi. 1 44. dubium videtur facere, lib. 1. & not. per Bar. in l. & ideò. ff. de cond. furt. & Guid. Pap. dec. Delph. 48. eſt etiam in ſi. & deciſ. 411. dominus directus. verſi. ſed an ex remiſſione. & Iaſon poſt alios multos in l. ult. col. 32. verſ. ſextò quæro. C. de iure emphyt. ubi tractat, an emphyteutæ & uaſalli poſſint, & quomodo, inter ſe diuidere emphyteuſim & feudum.

77 *Diuiſionē habere uicem emptionis.* Sed & tu vide text. loquentem in hoc caſu in l. communi. §. ſi debitor. ff. commun. diui. in illis uerbis, quam per adiudicationem emit, ex quibus intelligis, hanc emptionem quoque appellari, diciturque ibi actionem ex empto ex huiuſmodi adiudicatione oriri: Nam etiam ſcribitur in l. 1. C. commu. vtr. iudi. diuiſionem prædiorum vicem emptionis obtinere, ibiq; declaratur à Doct. quomodo intelligatur. Eiuſque l. auctoritate dicunt Spec. & Io. And. tit. de feud. §. quoniam. verſ. 33. vaſallum non poſſe cum alio feudum diuidere. De quo tamen vide Bal. in c. 1. in princip. col. 3. verſ. quæro an uaſallus, tit. de prohib. feu. alie. per Feder. cum alijs multis citatis à Iaſ. in d. l. ultim. de iure emphyt. quo loco tractat ipſe multos. & præterea Steph. Bert. conſ. 304. viſis duobus, in 4. eodemq; vlt. dubio, lib. 1. Sed & per illum text. Petr. Ferra. in tit. forma libel. pro hære. uel re ſingul. diuid. in uerbo, domum unam, tradit, quòd ex huiuſmodi diuiſionibus, quibus tota res emphyteutica uni tribuitur, debentur laudimia pro partibus cohæredum. Quod & idem tenet Ioan. Rayn. in cap. præterea ducatus, char. 4. in paruis, uerſic. quæro an pro diuiſione, tit. de prohib. feud. alie. per Feder. de quo & tu vide Corſet. deciſ. Tholoſ. 75. item fuit quæſitum ſi ex diuiſione, & ibi Aufre. qui multos allegat, & Steph. Bertr. conſi. 112. puto, in fi. lib. 1. & conſ. 78. ex caſu, in 2. dubio, libro 4. & Iaſ. in d. l. vlt. col. 12. verſ. ſeptimò quæro. C. de iure emphyt. An autem debeatur collecta, ſiue gabella (quam vocant) ex diuiſione, quæ à ſtatuto iubetur ſolui ex alienatione, uide Alber. ſtatutorum parte 1. q. 110. ſtatuto Parmæ. & Rom. conſ. 182. in caſu propoſito, in 2. dubio. & Barbat. conſ. 14. clementiſſimi, col. 3. lib. 4. Sed & utrum is, cui reſtitutio facienda eſt, tenetur ſtare diuiſioni rei commu nis ſubiectæ ei reſtitutioni, an non teneatur non magis quàm venditioni, vide ipſum Alber. in Authen. res quæ, num. 7. C. commu. de leg.

78 Et ſi de ea re plura ſcire uelis, vide Matth. Afflic. in tract. Proto. in verbo, licet enim, col. 9. ſed dubitatur, & ſeq. & Chaſſ. hoc tit. *de Retraict* §. 9. verſ. item quæritur quid in diuiſione, & Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 22. in 22. q. vide item text. qui neceſſariam uocat huiuſmodi adiudicationem, quæ fit in diuiſione rerum cōmu. in l. ſi pignori. ff. fam. hercis. Dubium enim eſt, utrū retractus habeat locum in alienationibus neceſſarijs, de quo latè diſputauimus ſuprà, hac gl. num. 8. ſecundo, & multis ſeq. Quid autem, ſi ita diuidatur hæreditas inter hæredes, ut alter omnia mobilia habeat, alter omnia immobilia. An hîc cenſeatur emiſſe partem alterius in huiuſmodi immobilibus: vide Guid. Pap. conſ. 46. in facto præſupponitur, per totum, præſertim uerſic. plus poſſet conſiderari.

79 *An retractus habeat locū in locatione longi temporis.* Quæstionis quoque eſt, An retractus habeat locū in locatione, ſaltem ad longum tempus. Nam ex ea transfertur & poſſeſſio, & utile dominium, vt de poſſeſſione uoluit gloſſ. in l. 3. §. ex contrario, & in l. ſi quis ante, & ibi Alexan. col. 4. verſ. glo. ſuper verbo, nouiſſimè. ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculū. ff. commo. & probatur in l. ſciendum, in princip. uerſ. ſed & etiam. ff. qui ſatiſdar. cog. ubi Bald. & poſt eum Alex. dicunt, in huiuſmodi poſſeſſione verificari (vt ipſi loquū tur) ſtatutum loquens de poſſeſſione: tanquam ſcilicet huiuſmodi conductor ad longum tempus, cenſeatur propriè & verè poſſidere. & idem Bal. conſi. 325. dubitat primò, ad fin. lib. 1. [Ang. in l. quamuis. §. 1. ff. de acq. poſſ.] & Maſſue. titul. de locat. §. item iſte conductor. Imol. in Clem. 1. col. 3. num. 21. de reb. eccleſ. non alien. & Alex. conſ. 120. uiſis narratis, ad fin. lib. 3. & conſ. 1. ponderatis his. col. 2. lib. 4. Barb. conſ. 8. illud afferam, col. 8. libro 4. vbi multa iura in id allegat. *Ex ea locatione tranſit poſſeſſio.*

*Et utile dominium.* 86 De utili autem dominio notatur in l. 1. & l. ſeq. ff. ſi ager uect. & uoluit Fed. Senen. conſil. 123. quæritur, an inſtitutio circa medium. Bar. poſt Cyn. in l. 1. §. quod autem ait. ff. de ſuperfi. & l. penul. §. inſtituto, & ibi quoque Bal. ff. de leg. 2. ipſe Bal. in rubr. C. de iure emph. Sal. in l. vlt. col. vlt. verſ. quæro an prohibita. C. de reb. alien. non alien. Angel. in §. ſcire autem, in Authent. de non alien. Imol. in d. Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. & conſil. 68. in caſu præmiſſo, col. ult. Panor. in c. ex literis, col. 2. uerſ. in glo. 1. extrà de iure patro. Raph. Fulgoſ. conſilio omnium primo, illuſtris, col. 1. ubi dicit procedere etiamſi locator vtile tantùm dominium habet. Flor. in l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat, ff. commu. diuid. Mart. Laud. & Card. Alexan. in c. 1. §. donare, ſtatim poſt princ. tit. qualiter olim feud. pot. ali. Franc. Aret. conſil. 55. in caſu mihi propoſita, Alex. conſil. 68. uiſis duobus, col. 2. libro 1. quod repetitur conſi. 165. lib. 2. & idem Alex. conſ. 112. uidetur in præſenti conſultatione, colum. 2. eod. lib. 1. & conſi. 105. viſo themate colum. 2. lib. 3. & d. conſi. 1. col. pen. lib. 4. & conſil. 17. viſo inſtrumento, colum. 2. eod. lib. 4. & conſi. 117. viſo proceſſu, colum. pen. eod. lib. 4. & conſi. 69. circa primum, ad fin. lib. 5. & conſil. 122. uiſo proceſſu, colum. 1. eod. libr. 5. Corne. conſi. 243. circa primum. col. 2. lib. 4. Soc. conſi. 5. ſubtiliter, col. 2. lib. 4. Iaſ. in l. vlt. col. 34. verſ. quarto quæro. C. de iur. emphyt. Iacob. à ſanct. Georg in tract. feud. in verbo, & cum pacto de non alienando, colum. 5. ver. quæro vlterius, nunquid. Stephan. Bertrand. conſ. 126. locatio, in prin. lib. 2. & Doct. vbique.

81 *Hæc locatio alienatione prohibita, cenſetur eſſe prohibita.* Et ita quidem, ut prohibita alienatione, cenſeatur & hæc locatio prohibita, ut uoluit glo. in l. vltim. & ibi Bald. & alij. C. de pact. pign. & glo. in Clem. 1. in uerbo, locationes. & ibi Card. verſ. vlt. de reb. eccleſ. non alien. Dyn. Bart. Bal. Imol. & omnes in d. l. pen. §. inſtituto, contra glo. ibi. ff. de leg. 2. Bal. in cap. 1. in prin. colum. 4. verſ. & an nomine, tit. qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. §. aut ſi libellario, in fin. tit. quibus modis feud. amit. & conſi. 357. reuerendus pater, poſt princip. li. 1. cum multis concor. traditis ab ipſo Alexand. in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium, colum. vltim. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi domus. §. ſi fundus. colum. vlt. ff. de leg. 1. & Barb. in repet. rubr. de reb. eccleſ. non alie. in 1. q. princip. verſic. octauò limita, qui eſt in col. 6. & Felin. in c. quæ in eccleſiarum, col. 30. verſicu. ubi autem fieret, extrà de conſt. & Philip. Dec. conſi. 142. cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando alienatio, col. 2. verſ. ſed prædictis. & copioſiſſimè à nobis ſuprà, tit. omnium huius volum. 3. §. 12. qui eſt omnium eiuſdem voluminis 36.

82 *Et uenditione quoque ſimpliciter prohibita.* Imò verò prohibita ſimpliciter uenditione, etiam nulla alienationis mētione generaliter facta, prohibita eſt & hæc locatio, ex ſententia Rofre. Bened. quæſt. Sabba. 8. Viterbienſis, & Bald. in Authen. & qui iurat. colum. antepen. verſicul. vlterius quæro. C. de bonis autor. iud. poſſ. Alexan. d. conſi. 1. colum. 4. libr. item 4. Firmia. in tractatu gabellarum, in 4. quæſt. princ. in 22. eademq; vlt. q. colum. eiuſdem 2. verſ. & aduerte, ubi id dicit ſing. & iterum in 3. parte 8. partis princip. colum. 2. verſ. nec omitto. Iaſ. in d. l. vlt. vbi nuper citauimus. C. de iure emphyt, & conſi. 29. nunquam putaui, colum. 1. lib. 1. ubi id dicit



dicit multum not. Phil. Dec. conſi. 204. in cauſa reuerendiſſimi. & Fran. Ripa in l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 100. ff. de leg. 1. Ex eaque debentur laudimia, vt ex venditione, uti uoluit Spec. titu. de locat. §. nunc aliqua, uer. 123. cum duobus verſic. ſeq. Pet. Iac. tit. de acti. in rem pro re emphyt. col. 8. verſ. item precium. Imol. in ca. potuit, col. 9. verſi. item quæri poteſt an emphyteuta poſſit locare, extra eo. tit. Alex. d. conſi. 68. col. 1. verſ. ſed ita in propoſito, quod repetitur conſi. 165. libr. 2. Philip. Deci. dict. conſi. 204. Et ſicut emphyteuta non poteſt vendere domino inconſulto, ita nec hic conductor longi temporis. Bart. in d. l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfi. quem ſic intelligit. & id dicit ſingul. Franc. Aret. d. conſi. 55. colum. 1. verſic. quid plura. Ideoque ex huiuſmodi locatione res cadit in commiſſum, vt ex uenditione, ut reſpondit Bald. conſilio 415. præmittendum eſt ad euidentiam, quòd titulo. in princ. libr. 1. Ex hisque fit, vt l. æde, & l. emptorem. C. loca. non habeant locum in huiuſmodi locatione, ut ſing. reſpondit Angel. conſ. 2. certum eſt, col. vlt. verſi. item actio. Tu tamen ſuper eo, quod diximus in princ. huius verſ. vide Barb in rub. de reb. eccle. non alie. col. 7. nu. 40. *Ex ea locatione debentur laudimia.* *Conductor lōgi temporis non poteſt vendere incōſulto domino.* *Ex ea locatione res cōmittitur.*

83 Ex quibus ſatis apparet, hanc locationem ad longum tempus haberi pro venditione, magis quàm pro ſimplici locatione, aut certè ipſi uenditioni adæquari, aut æquipollere, quod ſatis eſt, ut locum habeat retractus ex noſtra conſuetudine, in iſtis uerbis, *ou equipollent à vente.* Nam & ſimplex ipſa locatio ad non longum tempus proxima eſt venditioni, iiſdemque iuris re gulis conſiſtit, ut ſcribitur in l. 2. in princip. & iterum in §. 1. ff. loca. & §. 1. & §. adeò. Inſt. eod. Hincque lex loquens in venditione, trahitur ad locationem. §. precium, in fi. Inſtit. de emp. & vendit. vbi & hoc tradit Ang. Aret. in l. vlt. notab. ad ſtatutum, etiam exorbitans & correctorium, per gl. in l. quod verò. ff. de legib. & in l. ſi quis ſeruo, & ibi Bar. & alios. C. de furtis.

84 *Retractus an habeat locum in locatione perpetua. An locatio perpetua per omnia habeat vim emphyteuſis.* Ego tamen contrarium arbitror, quia etiamſi locatio eſſet perpetua, non videretur eſſe locus retractui: nā huiuſmodi locatio eſt uiribus & effectu quædam conceſſio in emphyteuſim: & idem de utroque iudicandū, ut dicit Ang. in d. §. ſcire autem, in Auth. de non alienan. Imol. in cap. nulli, colum. 3. verſicu. non etiam & iterum in capit. ad audientiam, col. 1. verſ. item aduerte, de rebus eccle. non alienan. & Raph. Fulg. conſi. 240. pro euidentia. & Franciſ. Are conſilio 110. conſideratis diligenter, colum. 1. verſicul. item etiam in priuato, Carol. Rui, conſilio 156. quia de pluribus, colum. 2. numero 6. li. 1. & Stephan. Bertran. conſilio 311. adhærendo, colum. 2. verſic. quòd autem, libro 1. & conſilio 129. locatio. in princip. libr. 2. Et ſatis probatur ex text. ea æquiparante in Authent. qui rem, ibi, conductam uel in emphyteuſim acceptam. C. de ſacroſanctis eccleſ. vbi Decius id dicit procedere, cùm eſt eadem vtriuſque ratio. & eſt ſimilis text. in l. omnes. C. de fun. patri. lib. 11. ibi emphyteuſim vel conductionem quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerint. Sed & hoc clarius probat text. in l. 1. C. de offic. Comi. ſacr. pal. ibi, totius perpetua rij, hoc eſt, emphyteuticarij iuris. Nam ius perpetuariū id certè eſt, quod ex conductione perpetua competit. Et hinc perpetuarij dicti conductores, qui in perpetuū rem ipſam conduxerint, ut conſtat ex l. 1. & 3. atque etiā vlt. C. de locati. prædi. ciuil. libr. 11. Ideoque æquè hac perpetua conductione cadit is perpetuarius conductor, ob ceſſationem ſolutionis triennij, atque ex vera illa emphyteuſi, ut ſentit Bart. in l. vectigalia. §. 1. ff. de publica. & apertè voluit Bald. in capit. querelam, ad finem, extra de iureiuran. & Angel. in §. ſcire, in authen. de non alien. & Panormit. in capit. propter ſterilitatem, in vltim. notab. extra de locat. & Raph. Fulg. & Philip. Dec. in d. authen. qui rem. Soc. conſi. 167. non inutilis, col. 2. uerſicu. quibus iam declaratis, lib. 2. & alibi ſæpe in eodem conſil. tradit, minimum differre huiuſmodi locationem ab emphyteuſi. & uoluit etiam Pet. Ferra. titu. forma libel. ad ficti præſtationem, in gloſſ. 1. in princ. ubi dicit, quòd quando fit hæc locatio ad longum tempus, ea tranſit in emphyteuſim. & Fulgo d. conſi. 240. ubi illud quoque dicit, quòd huiuſmodi conductor alienare non poteſt inſcio domino: ſicut nec emphyteuta. & Iaſon, qui & idem voluit in l. vlt. col. 1. C. de iur. emphyt. & id quoq; ante hos voluit Bar. in l. 1. §. quod autē, l. 2. ff. de ſuperfic. De quibus tamen, ne decipiaris, uide Alber. in d. l. vl. ver. ſed nunquid hæc lex. C. de iur. emphyt. & omnino Fran. Aret. conſi. 55. in cauſa mihi propoſita, propè per totum. Sed vt id tandem caput concludam, in emphyteuſi non eſt locus retractui, ex alia conſuetudine infrà eo. tit. §. 34. de qua re ibi dicemus. *Perpetuarij qui dicantur.*

Sed & quod ad locationem ad longum tempus nec tamen perpetuum, priuatim pertinet, ſatis conſtat, in ea locum non habere rationem retractus, quæ eſt, ne res exeat de familia, vt iam ſæpius diximus. Nam finito tempore locationis, res omnino redit ad locatorem, & ſic in familiam. Imò verò non deſinit eſſe in familia, cùm locator maneat dominus directus. Nam vtile dominium tantum (quod iam diximus) ex huiuſmodi locatione transfertur: verum ob id proprietas non cenſetur eſſe translata, ſed manet apud locatorem, d. l. 1. §. 1. ff. ſi ager vectig. & l. ſi domus. §. vltim. ff. de leg. 1. Ex quo fit, vt nec per talem locationem ad longum tempus cenſeatur ademptum legatum, ut adimitur per venditionē, aut aliam alienationem, ut notanter conſuluit Alex. conſil. 168. ſtantibus his, lib. 6. 85 *Iterum de locatione ad longum tempus.*

Sed id intelligendum poſſet videri, cùm precium ſiue penſio huiuſmodi locationis longi temporis, ſoluitur ſingulis quibuſque annis, ut fieri communiter ſolet. Sed ſi ita fieret, vt pro vniuerſo illo longo tempore locationis conductor vnum tantum precium ſoluat: uerbi gratia, mille aureos pro viginti aut triginta annis, poſſet dici, & eam locationem eſſe retractui obnoxiam, nihil enim videri intereſſe inter huiuſmodi locationem & uēditionem temporalem fundi, ſiue fructuum multorum annorum, de qua per Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de pub. & vectig. & in d. l. 1. §. 1. paulò ante fin. ff. de ſuperfi. & in l. 1. & ibi quo Sal col. 2. in 2. oppo. & Rapha. Fulgo. C. de iure emphyt. & eundem Bart. copioſiſſimè in ſua diſputatione incip. publicanus, & Bald. in l. licet, in 5. quæſt. & ibi quoque alios. C. locat. & in addit. Spec. eod. titu. §. 1. colum. 2. Angel. conſi. 15. quæcunque, colum. 1. Paul. Caſt. in l. 2. quam legit cum 1. §. adeò. ff. loca. Petr. Anchar. Imol. & Barb. in c. propter ſterilitatem, ad fin. extrà eo. quoque titu. & eundem Petr. conſil. 402. pluribus rationibus. Alex. conſ. 3. uiſo inſtrumento, col. 1. lib. 1. & conſ. 108. perſpectis verbis, col. 2. verſ. corroboratur, & ſeq. li. 3. & conſ. 84. ponderatis his, col. 2. verſ. & tantò fortius, lib. 6. Corne. latè conſi. 38. quamuis in præſenti, col. 1. & 2. lib. 2. & conſ. 12. licet diffuſè, col. 1. lib. 4. Barb. in rub. extra de empt. & vend. col. 1. & in ca. propter, col. vlt. de loca. & Fab. à Monte S. Sab. in tract. emptionis & venditionis, in 5. q. prin. colum. eiuſdem 6. verſicu. circa tertium. Socin. conſi. 88 conſiderata. col. 1. & 2. libr. 1. & conſi. 156. pro fundamento, in princ. lib. 2. Phil. Dec. conſ. 4. cuius ſuperſcriptio incipit, an augmentum, in fin. 86 *Quid de locatione ad longum tēpus, cuius vnicū eſt precium.*

Et quamuis partes ita contrahentes, nuncupatim vtantur verbis locationis & conductionis, non propterea locatio eſt & conductio, ſed potius emptio & uēditio, conſiderato ſcilicet, & inſpecto rei ipſius effectu, non verborum prolatione, l. ſi uno, in princip. ff. locati. & l. inſulam. ff. de præſcript. verb. aut pone is quod uoluit Bald. in l. 2. verſic. ſed iuxta hoc quæro. C. commo. & in rub. C. de iure emphyt. in 1. q. & Alex. de hoc noſtro caſu 87 *De eadem re.*

ſu loquens in addit. Bart. in d.l. cotem. §. qui maximos. ff.
de publ. & vectig. cum aliis multis ſimil. & concordan. à
me latè congeſtis infrà eod. tit. §. 30. nume. 11. & hæc qui
dem, & iterum. §. 32. gl. 1. nu. 34. contrarium videtur. Sed
ita tamen, vt videas Ang. d. conſ. 2.

88 NISI hic quoque diceres, quòd etiam ſi huiuſmodi
*Quid in uẽditione tẽporali.* locatio habeat vim venditionis, non tamen perpetuæ,
ſed temporalis, cuiuſmodi ea ipſa eſt. Statutum autem
noſtrum, aut aliud quodpiam, loquens de venditione, in-
telligendum eſſe non temporali, ſed perpetua, arg. l. 1. §.
vlt. cum ll. ſeq. ff. ſi ager vectig. cum ſimil. Præſertim cùm
propria uenditionis natura eſt, vt ſit perpetua. l. de contra
ctu, & l. non eſt. C. de reſcin. vend. atque etiam domi-
niorum, quorum gratia ipſæ uenditiones fiunt. l. cum ma
nu. §. vlt. ff. de contrah. emp. vt & eadem dominia ſint ppe
tua, vt dicit Bal. in c. 1. col. 2. verſ. dicit Iac. tit. de eo qui ſi
bi & hæredi. Ex quo fit, vt venditio temporalis fundi, ve-
luti facta contra propriam peculiaremque ipſius naturã,
cenſeatur eſſe facta in fraudem vſurarum. Bald. in rubr.
C. de vſur. ad fin. & Ro. in l. ſi quis cùm aliter, in 8. fal. ff.
de verbor. obl. Quanquam ne fallaris, huiuſmodi uendi-
tio temporalis, id eſt, ad uſque certum tẽpus, fieri poteſt,
vt cæteri contractus aliàs perpetui, vt probatur in l. vlt.
C. de leg. & voluit Bart. in l. ſeruitutes, quæ eſt 4. colum. 2.
verſ. quæro & modo. ff. de ſerui. & Bal. in l. ea lege, col. 3.
verſ. ego do aliam cautelam. C. de cond. ob cau. & in cap.
1. col. 2. uerſ. quæro de quibuſdam, tit. de feud. dato in ui-
cem legis commiſſoriæ.

89 IGITVR non ſine ratione Gerald. Bag. in ſua diſputa-
tione retractus, & poſt eum Boher. in conſuet. Biturigũ,
hoc tit. §. 1. verſ. item non habet, tenent retractum non ha
bere locum in re data ad uitam, & non in perpetuum. Cu
ius & alia, eaque optimà ratio eſt, licet non dicant, quia
tunc res aliquando reditura eſt in familiam venditoris,
finito ſcilicet tempore ipſius locationis, de qua nunc lo-
quimur, aut ſi etiam venditionis dicere maluimus. Ideò
uidetur ceſſare ratio noſtræ cenſuetudinis, vt ſupra dixi-
mus. Sed his obſtare etiam videntur, quæ diximus de vẽ
ditione annuorum redituum ad longum tempus, ſuprà
eodem §. in gl. 5. quæ eſt in verbo, *rentes*, nume. 7. ſed hæc
primò. Ideò & tu ſuper his cogita. Et ſi ſcire vis, quæ &
quando dicatur locatio ad longum tẽpus, vide quæ ſcri-
pſimus. in d. §. 12. tit. 3. Cæterum ex conſuetudine Brito-
*Conſuetudo.* num, hoc eo. tit. §. 16. in locatione excedente quatuor an-
nos, habet locum retractus proximitatis. Ex antiqua aũt
conſuetudine eius gentis ſatis erat vt annum excederet, c.
antiquarum conſuetudinum 120.

90 SED & ſi ſcire velis, an in donatione inter viuos, aut
*Retractus an habeat locũ in donatione inter uiuos, aut cauſa mortis. An in legato. An in compẽſatione.* cauſa mortis, legato, compenſatione, & alijs huiuſmodi
multis, ſit locus retractui, vide Matthæ. Afflict. in tracta-
tu Proto. in verbo, licet enim ſupra diximus, colum. 8. in
10. notab. uerſi. ſed an in compenſatione, & ſequẽ. & poſt
eum Chaſſe. in hoc tit. §. nono, alioſque conſuetudinum
interpretes, præſertim verò Boe. Et præterea, quantum
ad donationem pertinet, Alber. & Benedict. Plumb. in l.
ſi uſumfructuct. in princ. ff. de liber. cauſ. ubi etiam tra-
ctant de donatione in dotem: uti etiam facit Matth. Affl.
vbi ſupra, colum. 3. in quinto notab. Sed & vide de ipſa
donatione, quæ dicam infra eodem tit. §. 25. in gloſ. 2. in
princ. & Petr. Anchar. qui contra tenet, in ea locum nõ
habere, in cap. conſtitutus, col. vlt. in tertia opp. extrà de
reſtit. in integr. & Paul. Caſtr. loquentem in ſtatuto huic
noſtro ſimili, conſ. 194. viſo ſtatuto communis Floren-
tiæ, libr. 1. & Gerald. Bag. in ſua diſputatione retractus,
verſ. quæro præſuppoſita q. ubi etiam in 4. concluſione
eius q. & in q. ſeq. tractat, an retractus habeat locum in cõ
ceſſione in emphyteuſim. de quo & nos dicemus infra,
eo. tit. §. 33. Vide item de donatione conſuetudinem Lau
dunenſium, & cæterorum Veromandenſium, huius titu.
§. 16. qui eſt totius 3. par. 90. Et quid de donatione remu-
neratoria vel mutua, dicemus etiam infr. §. 25. Et quid
item de donatione & uenditione ſimul factis, cum ſcili-
cet uendens id donat, quod pluris eſt, dicemus infra hoc
eo. §. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, quæ eſt glo.
*An in donatione in feudum.* 18. nu. 11. ſed in hac, & multis ſeq. Et quid denique in do
natione in feudum, colliges ex notatis per glo. Iacob. Bel.
& alios Recentiores in c. 1. §. 1. tit. per quos fiat inueſt. &
Alber. in 1. parte ſtatutorum, q. 92. ſed nunquid prædi-
ctum, & quæ ſcripſimus in l. ſi unquam. in uerbo, dona-
tione largitus, in 20. q. qua tractamus, an ea lex habeat lo
*Cõſuetudo.* cum in feudi conceſſione, & nuncupatim in caſu retra-
ctus, per Arn. Ferro. in conſuetu. Burdig. hoc titu. cap. 25.
colum. 2. verſ. ſi autem res, ubi dicit, non eſſe locum retra
ctui in huiuſmodi feudali conceſſione. Et de compenſa-
tione, uide conſuetudinem Auxerrenſium, ſiue Altiſſio-
dorenſium, hoc quoque tit. qui eſt omnium 53.

91 SED & illa mentio dationis dotis, de qua ſuperiori
*An retractus habeat locũ in dote; pro qua cõſtituitur annus reditus, vel fundus aſſignatur.* uerſi. locuti ſumus, hanc ſpeciem in memoriam reuocat,
quam non ſemel uſu euenire uidimus: Pater cum filiam
nuptui dat, pro dote illius tradit uiro mille aureos, quos
uir ipſe promittit reddere intra duos annos à ſoluto ma
trimonio: & ſi id non fecerit, conſtituit ſponſæ quinqua-
ginta aureos annuos perpetuò ſoluendos, aut etiam cedit
fundum quempiam pro ſolutione illius dotis. uir mori-
tur, nec hæredes ipſius intra illud tempus duorum anno-
rum reddunt illos mille aureos: ideoque mulieri quæſi-
tum eſt ius illius annui reditus, uel penſitationis, aut etiã
fundus ille eius manet. Ideò conſanguinei uiri mortui
petunt retractum eorum intra annum cedentis conditio-
nis: neque enim ante currit illius tempus, ut diximus ſu-
prà in uerbo, *dedans l'an*, in 8. q. Mulier contradicit, negãs
ius eſſe retrahendi ex hoc contractu dotali, & qui eſt ue-
luti quædam dotis ſolutio. Leges enim, aut ſtatuta, aliqd
generaliter diſponentia non habere locum in dotibus, ni
ſi de eis ſpecialis facta ſit mentio, ex ſententia Sal. in l. ul.
in princ. in 4. notab. per illum textum. C. de iure dotium.
& facit l. promittendo, in princ. ff. eodem titu. cùm dici-
tur, promittendo dotem, omnes obligantur, cuiuſcunque
ſexus conditioniſque ſint, tanquam ſcilicet ea l. ita uni-
uerſaliter loquens, uideatur derogare aliis legibus, quæ
perſonas inhabiles redderent ad ſe obligandum. Atque
ita Saly. ubi ſupra ſequitur Bald. Nouellus, in tractatu do
tium, in ſexta parte. in 47. ſpeciali in fi. & in ſeq. etiã ſpe-
*Leges generales an habeant locũ in dotibus.* ciali. Vbi & ex hoc dicit, ſtatutum exigens conſenſum,
aut præſentiam conſanguineorum, aut aliorum in con-
tractu mulieris, non habere locum, cùm mulier ſe obli-
gat pro dote alicuius mulieris. Sequitur etiam Socy. qui
id dicit ſing. inter conſ. Carol. Ruin. in ſubſcrip. conſilio
26. uidetur, colum. 2. eiuſdem ſubſcript. numer. 26. libro
3. & ipſe Ruin. conſ. 137. uiſo inſtrumento, colum. 2. nu-
me. 5. lib. 1. & conſ. 194. in hac cauſa, col. 2. num. 4. eodem
libr. 1. & conſ. ſeq. quamuis, colum. 3. uerſ. præterea ubi,
eodem libro 1. & conſ. 61. ex themate, colum. 2. numero
3. lib. quoque 3. Ioan. Lup. in repet. Rubr. de donat. inter
uir. & uxo. §. 16. col. 3. uerſi. & ideò non eſt. ubi & ex hoc
dicit, generalem alienandi prohibitionem non cenſeri
prohibere ob cauſam dotis. & Lud. Gozad. conſ. 43. uide
tur, colum. 2. num. 12. & conſ. 97. prima facie, col. 2. num.
7. [Pau. Citadi. in tracta. de iure patro. in 3. parte, in 12. q.
2. cauſæ, & Cæſar Lamberti. in eodem tract. in 8. artic.
5. q. princ. in 1. partis 1. libr. in 24. priuilegio.] Ex quo &
Bald. conſil. 359. quemadmodum Imperator, libr. 3. pul-
chrè reſpondit l. bene à Zenone. & l. omnes. C. de quadr.
præſcr. quantumcumque generaliter loquantur, non ha-
bere locum in præiudicium dotium.

92 *De e. re.* ET utrumque illud dictum Sal. & Bald. ſequitur &
commendat Iaſ. conſil. 171. uiſo inſtrumento dotis, co-
lum. ultim. libro 4. ubi & ex hoc reſpondit. l. ſi unqnàm.
C. de reuocan. donatio. non habere locum in donatione
dotis, & idem Iaſon in lib. 1. colum. 3. uerſ. confirmatur.
ff. ſolut.



ff. ſolut. mat. vbi illud dictum Bald. dicit ſing. Ex eoque
dicit, quòd ſtatutum generale aliquid requirens pro ſo-
lennitate actus, non habet locum in inſtrumento dotis.
Et ipſe Iaſon in l. ſi conſtante. col. 31. verſicu. quid tenen
dum, eod. lib. 1. vbi & illud dictum Bald. dicit ſingu. &
in l. quod dicitur. in 2. notab. ff. de verborum obligatio-
ne. vbi & illud dictum Salyc. dicit ſingu. vti etiam facit
idem Iaſon, in l. filiusfamiliàs. §. diui. colum. 9. verſicu.
ſeptimò facit, in prima lectu. & ibi quoque Ioan. Crot.
colum. 17. verſic. ſextò pro iſta parte. ff. de leg. 1. & conſi.
90. dubitatur, col. 1. libr. 3. vbi & id dicit ſingu. & Catel.
Cotta memor. dos habet. Sed & illud item ſequitur
idem Iaſon in Authen. res quæ, col. 7. verſic. tertio facit.
C. commun. de lega. Et illud quoque dictum Bal. ſequi-
tur Socin. conſi. 121. præmittenda eſt, col. 5. verſ. poſtre-
mò, lib. 4. & Hippo. Marſil. ſing. 442. vulgata. Sed & ipſe
Bald. conſi. 126. vxor agens, lib. 2. reſpondit, ſtatutum di
ſponens emptorem ad cridas (vt ipſe loquitur) non poſ-
ſe inquietari, non procedere in cauſa dotis. & ſequitur,
& dicit ſingu. Catel. Cotta memo. ſtatuto vel decreto,
verſicu. non omitto. Denique Barb. in addit. ipſius Bal.
in c. 1. §. donare tit. qualiter olim feud. pot. ali. tradit, ſta-
tutum prohibens bona alienari in forenſes, non compre
hendere cauſam dotis. Et huc pertinet, quòd generalis
renunciatio non trahitur ad dotem, vt latè probauimus
in repeti. l. ſi vnquàm. in verbo, & ſuſceperit liberos, nu.
115. & in vtraque. C. de reuocan. donat.

93 ET generale eſt, vt lex aliquid nouiter ſtatuens, nõ
*Lex noua non procedit in caſibus ſpecialibus.* procedat in caſibus ſpecialibus & priuilegiatis, cuiuſmo
di eſt cauſa dotis, niſi de eis expreſſa fiat mentio. l. in te-
ſtamentis. & ibi Raph. Fulg. C. de teſtam. iuncta l. hac cõ-
ſultiſſima, in princ. & ibi gloſſ. Ro. Corn. & alij recentio
res. C. qui teſta facere poſſ. & l. ſi adulterium. §. liberto. ff.
de adulte. vbi diſpoſitio Galli, generaliter permittens
occidere adulterum, non trahitur ad patronum à liber-
to inuentum, qui ſpecialiter prohibetur occidi, quam
ad id, quod diximus, expendit, & dicit not. Iaſon in l.
cohæredi. §. qui diſcretas, in 4. not. ff. de vulga. & pupil.
Et facit gloſ. in l. ſciendum. in princ. & ibi Barto. & Do-
cto. ff. qui ſatiſd. cog. & gl. in l. ex teſtamento, & ibi Bapt.
à Sancto Seuer. & Philip Dec. C. de libe. & gl. in Auth.
de hære. quæ ab inteſt. defer. in prin. in verbo, uacanti-
bus. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, non
obſtantibus. Paul. Caſt. conſi. 427. inhærendo, colum. 1.
lib. 1. Pan. in ca. verum. col. 5. verſi. nunc quæro de pote-
ſtate. extrà, de foro competen. Domin. in c. vlt. colum. 1.
de immu. eccleſ. lib. 6. Franc. Aret. in l. Pantonius, col. 5.
ff. de acqui. hæred. Bapt. à S. Seueri. in l. omnes populi,
char. 31. verſic. decimò quæritur. ff. de iuſti. & iure. Iaſon
in l. ſi fideiuſſor. §. 1. ſi ſatiſdatum, colum. 3. verſic. ſecun-
dò eam regulam. ff. qui ſatiſd. cog. in l. iuſiurandum. &
ad pecunias, in fi. ff. de iureiuran. & in l. 1. §. ſed & ſi mi-
hi, colum. 4. ff. de verbor. oblig. & in d. l. 1. col. 3. verſ. ter-
tiò notandum. ff. ſolut. matri. & in l. poſtquàm liti, in fi.
C. de pact. & in l. fratres, col. 2. C. de inoffic. teſtam. & in
l. quoniam in priorib. in prin. col. 2. C. eo. tit. & in Auth.
ex cauſa, col. 6. C. de libe. præt. & alibi ſæpè, & Felin. in
c. 1. col. 7. verſ. ſecunda diſpoſitio. extra, de reſcript. vbi
& alios multos concor. affert.

94 ET hęc maximè debent procedere in conſtitutioni-
bus odioſis, qualis hic retractus à maiori parte noſtro-
rum eſſe cenſetur, vt diximus ſuprà in præfat. num. 60.
quamobrem. Cùm è diuerſo dos ſit ſemper & vbique
præcipua & fauorabilis, d. l. 1. ff. ſol. mat. cum ſimilibus
odia autem reſtringenda ſunt, & fauores ampliandi. c.
odia. de reg. iur. lib. 6. cum ſimi. Hincque doti in dubijs
fauendum eſt. l. in ambiguis. ff. de iure dot. & c. vlt. de re
iudic. Ex quo nec dos ipſa comprehenditur ſub generali
renunciatione, ſecundum Imol. in c. 2. & ibi quoq; Do-
mi. colum. pen. & apertius Phil. Franc. col. 4. verſic. quid
autem ſi filia, & Georg. Nat. in repe. col. 7. verſ. tu adde
ad hęc, de pact. lib. 6 cum alijs multis concord. à me tra-
ditis in repe. l. ſi unquam. in uerbo, ſuſceperit liberos.
num. 115. & in utraque. C. de reuoc. don. Cuius rei argu-
*Dotem nõ comprehẽdi ſub generali renunciatione.* mento Matth. Afflict. deciſ. Neapo. 111. fuit dubitatum
numer. 10. tradit in generali reuocatione contractuum,
non contineri contractum dotis. Ex quibus & illud con-
ſequens ſit, non debere dotem comprehendi in generali
diſpoſitione.

95 ET hanc ſententiam non mediocriter adiuuat, quod
*Dotis datio non requirit conſenſum domini.* in non longè diſſimili Petr. Iac. Doct. apud nos celeber-
rimus, in titu. de actio. in rem pro re emphy. colum. 9. in
paruis. uerſicu. item excepta datione in dotem, excipit
dationem dotis rei in æſtimatæ à generalitate. l. ulti. C.
de iure emphyt. ut ſcilicet in ea non requiratur conſen-
ſus domini, cùm res eſt emphyteutica, quæ datur in do-
tem: nec ex ea quoque debentur laudimia, quamuis ſit
titulus oneroſus, nempe, ut ipſe dicit propter fauorem
*Nec ex ea debentur laudimia.* dotis, per d. l. 1. ff. ſolut. matri. cum ſimi. Et idem quoque
tenuit Spec. titu. de locato. §. nunc aliqua. uerſic. 110. &
Salyc. in d. l. ult. colum. 3. uerſic. ſed an dominus. C. de
iure emphy. Ioan. Ray. in c. 1. §. habito, char. 4. in paruis.
uerſ. quid autem ſit in re emphyteuticaria, titu. de pro-
hib. feud. alien. per Feder. & Guid. Pap. deci. Delphi. 48.
eſt etiam aduertendum. & Ioan. Berbe. in ſuo uiato. titu.
de loca. ad fin. Imò nec ſi dicatur æſtimata, debentur lau
dimia, ſi credimus Iaſ. in d. l. ulti. col. 11. in 9. q. C. de iure
emph. & Steph. Bertran. conſi. 380. duo ſunt, in 2. dubio,
lib. 2. De quo tamen uide infra nu. 108. ex his autem, &
ſeq. Ex conſtitutione autem protomixeos nuncupatim
ſtatuitur, ius congrui non habere locum in contractu
dotis. De quo latè per interpretes illius conſtitutio-
nis, & Paulum Pariſ. conſil. 31. in præſenti, columna. 1,
& 2. libr. 2.

96 EGO uerò hoc in caſu cenſeo locum eſſe retractui.
*Deci. prin. quæſtionis.* Hæc enim eſt aut uenditio facta pro pecunia dotali, aut
certè ipſius dotis in re immobili in ſolutum datio: quæ
& ipſa habet uim uenditionis: & in ea locum habet re-
tractus, ut latè diximus ſuprà, in hac eadem glo. num. 2.
huiuſmodi autem eſt, & multis ſeq. Nec conſuetudo no
ſtra excipit cauſam dotis, ſed generaliter loquitur in uẽ-
ditione, aut alio contractu uenditionem ſonante, & ei
*Statutũ generale comprehendit perſonas et cauſas priuilegiatas.* æquipollente: ex quo ſequitur & eam noſtram conſue-
tudinem includere cauſam dotis. Nam ſtatutum gene-
rale comprehendit etiam perſonas & cauſas priuilegia-
tas, qui in caſu illius non reperiuntur habere priuile-
gium, per text. nota. in l. in fraudem. §. vltim. ibi, quia
generalis eſt iſta determinatio, ubi id notat Bald. ff. de
teſta. milit. & idem Bald. in l. omnes populi, ante fin. uer-
ſicu. item not. quòd generale ſtatutum. ff. de iuſti. & iure
& Philip. Deci. qui propè ubique eum text. dicit not. in
l. 1, colum. 2. uerſic. & ampliatur. ff. de reg. iur. & in l. ne-
mo poteſt, in princ. eod. tit. & in l. quo tutela. §. 1. in prin.
eod. quoque titu. & in l. 1. col. 2. in 3. not. per illum text.
C. de eden. & in d. l. ex teſtamento. C. unde lib. & in l. 1.
col. 4. uerſicul. ultimò nota. C. de ſent. quæ pro eo quod
inter. & in c. cùm ordinem, colum. 2. extrà, de reſcript. &
in c. ſedes apoſtolica, col. 5. uerſ. & in tantùm hoc proce-
dit, eod. tit. ubi dicit, ex hoc ſe aliàs conſuluiſſe Floren-
tiæ, ſtatutum ſimpliciter concedens iuriſdictionem qui-
buſdam perſonis, habere locũ etiam in cauſa dotis, quæ
in eo caſu non reperitur ſpecialiter priuilegiata. Et id
verè ita conſuluit conſ. 5. in cauſa dominæ Mariæ, ubi &
ex hoc reſpondit, diſpoſitionem quãdam ſtatuti, de quo
ibi loquitur, includere cauſam dotis. dicitq; eum text. ad
*Dotem cõprehendi in generalib. diſpoſitionibus.* hoc eſſe notandum, & eum quoque in id not. idem Dec.
conſi. 48. cuius ſuperſcriptio incipit, priuilegium. col. 2.
& conſ. 61. an vaſallus cogatur, col. 1. & conſi. 131. reuo-
catur in dubium, colum. 3. ver. non obſtat, quod dicit, &
conſ. 301. in cauſa quæ Ferrariæ, per totum, ubi & illud
de

de dote nuncupatim dicit, trahitq; ad quoddam ſtatutum Ferrariæ,& conſil.531. accuratè,col.1.uerſ.nec obſtat.& conſ.536.in cauſa quæ agitatur, col.2. uerſ. tertiò principaliter, vbi & illud item de dote aſſerit, & Franc. Ripa,in l.1.col.4.nu.14.& ſeq.ff.ſol.matr.& iterum in l.1.col.8.nu.60.ff.de vulg.& pup.& Lud.Gozad. conſ.97. prima facie,col.2.nu.7

97 *De eadem re.* NAM ſpecialia, quæ uocamus, ſiue priuilegia, non ſunt amplianda, nec ad alios caſus trahenda, l.quod uerò.& l.ius ſingulare.ff.de legib.cum ſimil.Ideoq; ſi quid ſit ſpeciale in uno caſu, nō ſequitur ſpeciale eſſe in alijs, vt dicit Alex.in l.ſi pecuniam,col.1.C.de nego. geſt. nec in dubio à regula diſcedendum eſt,glo. in l. omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& in Rubr.eiuſdem tit. lib.6. cum ſimilib.à me latè congeſtis ſuprà,in glo.9.in uerbo, *ou lignagier*,num.210. quibus adde. Et hinc videmus (ut id quod de dote ſpecialiter diximus, noſtris iuribus comprobemus) quòd in diſpoſitione generali.l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcript.30.vel 40.anno. qua ſcilicet actionibus perſonalibus præſcribitur ſpacio 30.ann. includitur cauſa dotis, utpotè cui eodem ſpacio præſcribitur. l. in rebus.§.vlt.C.de iure dot.Bald.conſil.4. factum tale eſt, quidam Lucius,lib.3.& conſ.231.actioni,in princ.lib.4. De quo latè per Corn.conſ.56.in hac conſultatione, per totum,lib.4.& conſ.93.quia cauſa,col.2.uerſ. & conſtat. eo.lib.4.& Franc.Balb.in tract. Præſcriptionum, in 1.q. 4.partis princ.in princ.

98 *De eadem re.* VIDEMVS item,quòd etiam in caſu dotis non debent ſolennia iudiciorum omitti.l.ult.C.de ſen. quæ ſine cer. quant.quam ad hoc dicit not.Bal. conſ.172. incip. Dyn. in l.curator,col.ult.verſ.& licet verum ſit,lib.2. Et ex ea not.Bal.ipſe ſuper eadem l. quòd licet cauſa dotis ſit priuilegiata, tamen in ea non ualet ſententia incerta & obſcura, uti nec in cæteris. Et quòd à ſententia lata in fauorem illius poteſt appellari, & de illius nullitate agi, ſicut & in alijs cauſis. quod nō ob aliud eſt, quàm quòd in his rebus non reperitur priuilegiata. Cui conſonat.l. ſi cùm ea,quæ eſt 3.C.de dot.promiſ.ibi, iure iudiciorū, ex qua etiam probatur,in cauſa dotis procedendum eſſe, *More iudiciorum.* vt in cæteris,iure iudiciorum,& ad hoc eam l.not.Imol. in l.1.& ibi quoque Franc.Aret.col.2.ff.ſol.matr. quamquàm illic malo legere,more iudiciorum, ut aliàs ſæpè legitur,videlicet in l.ſi pater. C. de pact. & in l.ſi mancipia.C.ſi quis alteri uel ſibi.& l.2.C.de probatio.& l. ſi is quem.C.ne ſtat.def.& l.quamquàm. C.de excuſ tut.quæ verba accommodatiora ſunt ad hanc noſtrā ſententiam, quàm ſi dicam,iure iudiciorum.

99 *De eadem re.* ET facit etiam text.in l.ait Prætor. §.ſi cùm mulier, & in l.hac in factum,rurſumq; in l.omnes.§.ſi vir uxori, iterumque in l.vlt.ff.quæ in fraud.cred: vbi patet dotem in caſu illius tit.non eſſe magis priuilegiatam, quàm cæteras cauſas. Et l.de diuiſione.& ibi Bald.Imol. & omnes Recentiores.ff.ſol.matr.vbi ex ſolo contractu,nec in dote quidem, ſine traditione transfertur dominium, ſicuti nec ex alijs contractibus.l.traditionibus. C. de pact. Et dicit Bal.conſi.7.punctus talis eſt,domina A in fi.li.3. quòd dos extra ſuos caſus ſpeciales, remanet ſub regulis iuris. Hincq; Petr.Anchar.conſ.94.iſta domina Ioanna, trahit ſtatutum, requirens certam formam in obligatione minorum,ad contractum dotis, tanquam ſcilicet ſtatutum generaliter loquens,includat cauſam dotis.

100 *De eadem re.* QVÆ omnia etiam confirmat text. in l.vlt. C.ad ſenatuſconſ. Velleian. vbi dicitur, conditores legum ſæpè fauore dotium ſeueritatem legum mollire, vt hic intelligas,non ſemper,& in omni caſu id procedere. Et vt aliter eum text. ad noſtram hanc ſententiam inducas. illic nouiter ſtatuitur,illud ſenatuſc.non habere locum, cùm mulier ſe pro dote obligat: veluti ante illam nouam conſtitutionem etiam cauſa dotis includeretur in generali diſpoſitione illius ſenatuſcon. aliàs ea l. eſſet ſuperflua.

Et ſimile eſt in fiſco,qui doti æquiparatur,ut dicit glo in l.2.C.de iure fiſci,& probat text.in l.2. C. de priuil.fiſci. & voluit Bart.in l.1.col.pen ff.ſol.matr.& Doct. ubique. Nam is non eſt priuilegiatus,niſi quatenus expreſſim reperitur.glo.in l.item veniunt.§.in priuatorum. in verbo, publica.ff.de peti.hæred.Raph.Fulg. conſ.227. quidam nomine,col.2.& Doct.vbique.

ET aliàs generalis diſpoſitio legum, uel ſtatutorum, includit omnes caſus,licet in vno maior ratio eſſe videatur,quàm in alio.l.1.§.quod autem. ff.de aleat.& facit.l. ult.§.uxori.ff.de auro & arg.leg.& l.1.§.& generaliter.ff. de lega.præſtan & uoluit Philip.Dec.in multis conſi. ſupra numero ab hinc 5.citatis.& præterea conſi.20.in cauſa iſtorum,col.2.verſ.quartò, vt ſupra dixi.& conſil.29. cuius ſuperſcriptio incipit, an detur reſtitutio,colum.2. verſ.primò hoc probatur.& conſ.104.an creditor, col.2. verſ.ſecundò quia text.& conſ.503. ſuperioribus, col.1. & conſ.669.viſo & perlecto,col.1.& Lud.Gozad. conſil. 35.breuiter,col.2.num.6.& conſ.51. in hac cauſa. col.7. num.24.& conſ.103.videtur primò,num.3. & alibi ſæpè in ſuis conſi. Nam è diuerſo ſicut verba generalia comprehendunt actus fauorabiles, ut diximus, ita & uerba arctatiua, ſiue reſtrictiua eoſdem reſtringunt: quamuis maior in eis ratio ſit, ut reſtringi non debeant, ut not. in §.manifeſtum.in Auth.de reſtit. fideicom. & uoluit Bal. conſ.456.recolo,paulò ante fi.lib.5. 101 *Generalis diſpoſitio oēs caſus includit & in quib. eſt maior rō.*

SED & hæc procedunt in odioſis.ut ſcilicet generalis diſpoſitio odioſa generaliter intelligatur, ex ſententia Ang.in l.vlt.colum.vlt.verſ.tertiò quæritur. ff.de conſtit. princ.cum concord.à me adductis in l.ſi vnquam, in prínc.num.115. & hæc etiam. Sed quibus adde Phil. Dec.in cap.ſedes,col.2.in 3.not.extra,de reſcript.& Lud. Gozad.conſ.59.prima facie, col.3. num.13.& conſ.ſeq. quod eſt eiuſdem initij.col.vlt.nu.23. Imò uerò in odioſis,ſimul & pœnalibus,ex glo.notab.in cap.contra Chriſtianos.in uerbo,procedenti,de elect.lib.6.quam citat,& ſequitur Imol. in Authent. ex teſtamento. & ibi quoque Alex.col.3.C.de colla.& Lud.Goz.conſ.19. dubitatum, col.9.num.17. ubi & ad hoc citat l.cum lege. ff.de teſta. & iterum d.conſ.51. 102 *Etiam in odioſis.* *Et ſimul pœnalibus.*

RESTAT nunc reſpondere ad contraria. Nam quòd primo loco adducitur dictum Salyc. in d.l.vltim. C. de iur.dot. certè is ibi illud non dicit, quod ex eo ſupra dictum eſt, & ad quod illum multi allegant, videlicet conſtitutionem generalem non comprehendere caſum dotis: & ſi id diceret,toto cœlo erraret, ut liquido patet ex ſuprà dictis. Sed is loquitur in caſu particulari, & ſecundum ſpeciem propoſitam in d.l.vlt. in prin. qua cauetur in cauſa dotis non requiri inſinuationem. Ex quo notat ipſe Salycet. quòd ſi ſtatutum diſponeret,vt inſtrumentum inſinuetur, id non habet locum in inſtrumento dotis,quia illa ſtatuti generalitas debet reſtringi ſecundum Ius commune, quod in eo caſu dotem priuilegiat, ſi ita mihi loqui permittam. Et ita illum declarat & intelligit Philip.Dec.in l.1.col.2.ff.de regu.iur.& in l.ex teſtamento,in vlti.not.C.vnde libe.& in d.c.ſedes, de reſcrip.& d.conſi.5.& conſi.496. in cauſa domini operarij, colum.2.verſ. quia reſpondetur.& d.conſi.536. ubi ſuprà,& Catel.Cotta,memori.dos habet,in fin.& Fran. Ripa,in locis ſuprà alleg. 103 *Reſponſio ad contraria.*

ET id quidem iure optimo. Nam per conſtitutiones generales non cenſetur auferri priuilegium in eo caſu à Iure communi conceſſum.l.decurionibus:& ibi gl. Bart.& Ioan.Plat.C.de ſilentia.lib.12.quam ad id ſæpè expendit, & extollit Bal.vt in l.1.ante medium.C.de nouo Codi.confir.& in l.non plures,in fin.C. de ſacro. eccleſ.& in l.vlt.in fin.C.ſi cont.ius vel util.publ. & in l.1. col 1.verſ.& ideò princeps.ff.de conſti.prin. & in cap.1. col.3.verſ.pone princeps,de reſcript.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.2.verſicu.item generalis,extrà, de conſti. 104 *Per conſtitutiones generales non cenſet auferri priuilegiū eo caſu conceſſum.*

vbi



vbi eam l.dicit ad hoc eſſe ſing.& in c.1.verſ. niſi iuſta. & ibi quoque Mart.Laud.& Card.Alex.tit. quo tempo. mil.vbi etiam omnes dicunt ſing.& idem Bal.conſ.112. de generali,col.4.verſ.ſed poſito,libr.2.vbi & eam dicit not.& conſ.132.caſus,quidam vocatus Rufinus,col.vlt. lib.3.cum alijs multis & eiuſdem, & aliorum concord. latiſſimè congeſtis ab Alex.aut,quod magis puto,Barb. inter conſ.illius,conſ.123.ſcripſit Eccleſiaſticus, col.5. verſ.facit,quod voluit gl. & multis ſeq.libr.4.& eodem Barb.conſ.56.ſapienter,col.antepen.verſ.præterea adduco,lib.2.& conſ.23.à Ioue,col.2.lib.3.& conſ.7.illud afferam,col.pen.lib.4.& Fel.& Decio,in d.c.1.de reſcrip. illo quidem, col.8.verſ.ſecunda diſpoſitio. hoc colum. antepen.verſ.ſecunda concluſio.ſed à me latiùs ſuprà ti. proximo, qui eſt, *des preſcriptions.* §.1.qui eſt omnium vniuerſi voluminis 235.quæ eſt in verbo, *ne autres perſonnes priuilegiées*, ibi enim eius rei eſt ſedes propria ac peculiaris.

105 ET ſic ex ijs,quæ.tam latè ſuprà diximus,facilè,niſi omninò cæcutias, illud potes intelligere (vt id tandem ſummatim dicam) diſpoſitionem generalem comprehēdere etiam caſus quantumuis priuilegiatos,& fauorabiles,niſi in eo tamen caſu, in quo ea generalis diſpoſitio ſtatuit,habeant priuatum propriumque ac ſpeciale priuilegium,ſicuti ſcienter & doctè,vt ſemper aliàs, ſcribit & declarat Bal.omnium noſtrorum ingenioſiſſimus, in d.l.omnes populi, quo loco ſuprà deſignauimus. ff. de iuſt.& iur. Aliàs enim eſſet ex vno priuilegio in certo quopiam ſpeciali caſu, infinita alia in omnibus caſibus producere,immenſumq; aliorum ſuper alia aceruatorū priuilegiorum cumulum facere: quod de legib. Liuius ſcribit lib.3.ab Vrb. condi.

106 ET ita quoque diluuntur ea omnia, quæ dicta ſunt & adducta pro priori parte. Quanquàm & illud quoque dici poteſt,quantum ad dictum Bald.in d.l.bene à Zenone,illic eſſe alia,præter fauorem dotis, quæ eum mouerunt,vt diceret in caſu de quo loquitur, non eſſe locum d.l.vt patet ex d.Bal.conſ.359.libr.3.Quod autem dictū eſt de odio retractus,ſi odioſus eſt, quod multi negant, vt etiam diximus in d.præfa.num.56.ex his autem. tamen id nihil impedit,quin,vt generalis eſt retractus cōſuetudo,etiam generaliter intelligatur,quantumcunque odioſa ſit,ex ſententia Ange.in l.vlt.col.vlt.verſ.3. quæritur.ff.de conſt.prin.cum alijs concor.à me adductis in repe.l.ſi vnquàm.in præfat.nu.115.& hæc quoq; procedunt in odioſis.C.de reuo.dona.

107 QVOD & poſtremò dictum eſt, in ambiguis fauendum eſſe dotibus,id quidem fateor: ſed nihil hic ambiguum eſt, cùm verba generalia generaliter intelligantur,etiam in caſibus aliàs fauorabilibus,& priuilegiatis, & in quibus maior eſt ratio,vt non debeant comprehendi,etiamque ſi diſpoſitio ipſa odioſa ſit, vt ſuprà diximus.Vt interim illud taceam,quod tollit omnia contraria,videlicet ex hoc retractu,qui in hoc caſu fit,nihil fieri præiudicij doti mulieres: quando & talis reſtituatur à conſanguineo retrahente, qualis viro data fuit: & ſic non deteriore loco dos eſt, quàm antè eſſet, vt vtar verbis l.cùm maritus.ff.de pactis dot.Et interim tamen bona illa immobilia, quæ ex familia exierant, in eandem redeunt:& ita ſua mulieri dos, ſuumque familiæ ius ſaluum manet.Sicque ſuum vtrique ius tribuitur, quæ vera eſt & germana iuſtitia,l.iuſtitia,in prin.ff.de iure nat. gen.& ciuil.Sed tu interim vide, quid de his ſtatuat cōſuetudo Aruernorum,tit. *des achaptz,lotz,& ventes*,ca. 16.Borboniorum,c.405.& 467.& Burgundionum, tit. *des droictz apartenans à gens mariez*,ca.24. *Conſuetudines.*

108 *An retractꝰ habeat locum in datione dotis æſtimatæ.* EX his autē, quæ in præcedenti quæſtione diximus, potes intelligere, quòd ſi res immobilis æſtimata data fuerit in dotem,locus erit retractui,non obſtante quocūque fauore dotis: præſertim cùm dos æſtimata ex hoc non minuatur, faciatque æſtimatio cēſeri venditionem, libereturque maritus ſoluto matrimonio reddendo precium.l.quoties,ibi glo.& Docto.C.de iure dot.& l.plerunque.§.ſi ante. ff.de iure dot. vbi dicitur quòd eſt vera venditio. Ideoque Petr.Iac.qui tanti fecit dationem dotis,vt eam exemerit à laudimiis, & iure retentionis domini emphyteutici,cùm dos data eſt æſtimata, vt ſuprà diximus.Si tamen ea æſtimata fuerit, cenſet & laudimia. & retentionem habere locum, in eodem titulo de act. in rem pro re emphyteu.col.8.verſ.item & in datione in dotem.& idem voluit Spec.titu.de locat.§.nunc aliter. verſ.110. Albe.qui id declarat,in l.ſeruos.ff.famil.ercis. Sal.in d.l.vlt.col.3.verſ.ſed an dominus. C. de iure emphyt.Imol.in c.potuit,col.9.verſ.tangit etiam hìc, eo.ti. Ioan.Rayn.in d.c.1.§.habito,char.4.verſ.quid autem ſit in re emphyteuticaria,tit.de prohib.feud.alie.per Fede. Maſſuer.tit.de empt.& vend.§. item ſi res detur, Guid. Pap.dec. Delphi. 48.eſt etiam aduertendum, Aufre.in deci.Tholo.q.278.item ſi aliquis dat.& quæ diximus ſupra hac eadem gloſſ. numero decimonono, ſimiliter permutatio.

QVANQVAM huic receptæ propemodum ſententiæ non accedit Iaſon, non quidem fretus fauore dotis, ſed alia quadam non vulgari anchora innixus,quòd ſcilicet dos eſt neceſſaria alienatio. Ita enim tenuit in d.l. vlt.col.12.in 9.q.C.de iure emphyt.& Stepha. Bertran. d.conſ.380.in ſecundo dubio,lib.2.& Arn. Ferronus in conſuet.Burdigal.tit.de feudis.§.19. Et quòd hoc caſu, dotis ſcilicet æſtimatæ,retractus locum habeat, nuncupatim probat Matthæ.Afflict.in tracta.Protomix.in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.3. verſ.item ſi res q.d ſi datur. Cuius deciſio admodum notanda eſt, quia loquitur in caſu conſtitutionis expreſſim ſtatuentis, vt in dote non habeat locum hic retractus. Et tamen dicit habere locum,ſi ea æſtimata data fuerit. 109

SED & illud quærendum ducimus, quod & nos ex facto contingere vidimus: Emphyteuta, aut vaſallus renunciat domino emphyteuſim,aut feudum,non quidem ſimpliciter,ſed accepto precio, aut alia re mobili, quæ in hoc caſu habet vim precii,vt ſuprà diximus in hac eadem glo.nu.40.ſed & hæc omnia: vtrum igitur hoc caſu locus ſit retractui. Quod non videtur, quia id fit ex natura contractus feudi,vel emphyteuſis, quibus renunciari poteſt, illi quidem de Iure communi feudorum, ſecundum communem opin. Et vtrique de conſuetudine, vt ſcribitur infra eodem titul.§.34. vbi de hoc latè ſcribemus.Ideoque hæc eſt potius naturalis quædam reuerſio, ſiue conſolidatio,aut etiam reunio, vt noſtri loquuntur, dominii vtilis cum directo, quàm venditio, aut aliud æquipollens venditioni. Sicuti dicimus,quòd ſi res reuertatur ad venditorem ex pacto oppoſito in contractu, non eſt locus retractui,quin præfertur is,ad quem reuertitur, conſanguineis,vt expreſsè cauetur infrà tit. procedente.§.1.Nam & hìc ex pacto tacitè aut ex diſpoſitione legis,aut ſtatuti intellecto, reuertitur. Velit enim nolit dominus,ex natura contractus poteſt vaſallus & emphyteuta renunciare,vt diximus. 110 *An retractꝰ habeat locū in renunciatione feudi, uel emphyteuſis,accepto precio.*

HINCQVE videmus, quòd huiuſmodi renunciatione,de qua tractamus,facta, & ita re ex ea renunciatione reuerſa ad dominum,extinguunturque ſeruitutes,hypothecæ, pignora & alia quæuis onera huic rei ab emphyteuta,aut vaſallo prius impoſita. c.1.§.rurſus.& ibi Bal.Aluar.Mart.Laud.& Card.Alexan.ti.quibus mod.feud.amit.qui quidem tex. nuncupatim loquitur de renunciatione facta domino à vaſallo. Et dicunt illi Docto. ideò id quod diximus, procedere, quòd ea facultas renunciandi inerat iam ſtatim a principio contractus ex natura rei.Et ne de hac re dubites, eſt ſententia Bald.conſilio 300. ſtatuto cauetur quod licet, libro primò, quòd ſi emphyteuta uendiderit domino rem 111 *Renunciatione feudi facta domino, an reſoluatur hypothecæ, vide nume.ſeq.* *Retractꝰ an habeat locū ſi em-*

L em-

*phyteuta uendiderit domino. vide 113.*

emphyteuticam, non poteſt proximior ab eo retrahere. & idem voluit Maſſuer.tit.de loca.& iure emphyt.§. itẽ ſi emphyteuta. Quod quidem ſi procedat in venditione, multò magis in hac renunciatione.

112 VERVM cùm aliquando hæc controuerſia coram me ageretur, pronunciaui conſanguineum eſſe admittendũ reſtituendo precium, aut aliud loco precij datum, uel remiſſum. Nam in ea ſpecie remiſſæ fuerant quædam reliquiæ penſionis, quas vulgò arreragia vocamus. Neque enim ea renunciatio ita facta ea eſt, quę ex natura rei conceditur, cùm pro ea facienda dominus dat precium, vel aliud loco precij, uel etiam remittit reliquias præteritas. Id enim faciens, non ut dominus, ſed ut extraneus facit: idque fit ex utriuſque conſenſu, & tanquam nouus contractus. Ea autem, quæ fieri permittitur ex natura rei, ſimplex eſt, teneturque dominus velit nolit, eam admittere, modò renuncians ſoluat ipſas reliquias ſiue penſiones præteriti temporis, ut ſcribitur ſuprà tit. omnium 5.§.2. qui eſt omnium huius voluminis 42. & uoluit etiã Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua. verſic. 11. & ibi Bald. in addit.illius. Ergo ut concludam, ſi dominus dat precium, uel etiam remittit, cum non cogatur id facere, ut dominus, ſequitur neceſſariò eum id facere, ut extraneũ. Proptereaque nec tunc reſoluuntur iura ſeruitutis, hypothecæ, & alia onera à uaſallo uel emphyteuta ante impoſita, ut nuncupatim in hoc caſu voluit Petr.Iac.tit.de act. in rem pro re emphy.col.11. verſic. item eſt notandum, rurſumq; col.19. verſ.& eſt notandum.& Ioan. Rayn. in c.1 §.habito, char.10. in paruis, uerſ. quæro an uaſallus poſſit imponere, tit.de prohib.feud. alien. per Feder. & Maſſuer.tit.de loca §.item utilis dominus & Guid. Pap. dec.575. emphyteuta poteſt, cum alijs concord. à me traditis infra tit. ſeq. qui eſt *de retraict conuentionnel*. §. 3. in gl.1. num.12. quid autem de feudo.& dicemus etiam infra eodem titul. §.33. [gloſſ.1.] numero 7. ſed ex his, & ſequen.

113 NEC his obſtat d.§. rurſus, in priori parte allegatus, quia loquitur de ſimplici renunciatione, quæ fit ex natura prioris contractus, nulla re à domino data aut remiſſa. Nec magis obſtat quod dictum eſt de conſolidatione, quia ea non facit, quin res conſolidata, cenſeri debeat alio iure, quàm ea, cui conſolidatio fit. l.Mæuius. §.fundo.ff.de leg.2.& ʃ.ſi cui. Inſtit.tit.de legat.& ibi Io. Fab. qui & id trahit ad feuda à domino conſolidata. de quo & nos dicemus infra eod.titul.§.32. glo.1. num.72. quin & illud dubium eſt. Quod autem dicit Bal.d.conſi.300.lib.1.& Maſſuer.d.tit de empt.& uend. verum eſt de Iure communi, ex quo dominus ſemper præfertur conſanguineo in reuocatione alienationis emphyteuſis, vt latè dicemus infra eod.tit.§.21. non mirum igitur, ſi ipſe dominus emerit, non audiendum eſſe conſanguineum. At de conſuetudine Franciæ emphyteuta non habet ius retrahendi rem emphyteuticam, quod ei de Iure communi competit, ex l.ult. C. de iure emphyt. Imò verò etſi id ius haberet, tamen conſanguineus ei præferretur ex conſuetudine noſtra & generali huius regni, ut videbitur infrà d.§.21. vbi etiam docebimus, id & de Iure communi procedere in feudo, ut ſcilicet conſanguineus vaſalli venditoris domino præferatur. Vide tamen hìc, quæ ipſi nos ſcripſimus ſupra eodem §. gloſſ.7. in uerbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu.60. ego verò vt tandem. Vt interim non omittamus D.Ferro. in conſuetud.Burdig. hoc tit.ʃ.28. in ea fuiſſe ſententia, ut in ſimplici ceſſione facta domino pro cenſu & reliquijs, locus ſit retractui proximitatis.

*Retractus an habeat locũ, cùm res creditur, ut creditoribus ſoluatur.*

114 ILLVD quoque quæri poteſt, An ſi quis cedat rem quampiam ea lege, ut ceſſionarius æs alienum cedentis ſuſcipiat, ideſt (vt omnes intelligant) cum eo onere, ut ipſe ceſſionarius ſoluat debita cedentis, ſiue ipſius creditoribus ſatisfaciat. Vtrum iſte contractus habet uim venditionis, ut in eo locum habeat retractus. Ioan. Fab. in §.precium, in princip. Inſtit.de empt. & vendi. tractat quæſtionem non admodum diſſimilem de venditore, qui rem cedit pro modico precio, ea lege, ut emptor ſatisfaciat creditoribus quibus res obligata erat. Vtrum illud onus cenſetur eſſe de precio. Et dicit primùm ita videri, per l.mortis cauſa capitur.§.vltim.ff.de donatio. cauſa mortis. Et id quidem indubitatum eſt, cùm debita ſunt certa & ſpecificata. Subditque facere l. cùm is.ff.de fideiuſſ. Et ea quidem iura (vt dicam quod ſentio) non hìc admodum conuenire uidentur. Quin idẽ in §.item precium, circa medium, eod.titul. quærit, an ſi rem tibi concedam, ea lege, ut ſatisfacias creditoribus, vtrum ea ſatisfactio erit de precio, ut de eo ſolui debeat ventæ uel laudimia domino. Et dicit non uideri, quia non eſt precium certum, per d.§.precium, dicitque etiã facere l.hæreditatem.ff.de donatio. quæ nec mihi in hoc multum arridet. Vtrumque tamen Fab. dictum ſequitur Boer. in hoc eo.tit.§.3. colum. item 3. uerſ.& pro hoc facit. Sed huic, quod dictum eſt de laudimijs aduerſantur Corſet. & Aufre. in deciſ. Tholoſ.q.279. item ſi aliquis dat omnia.

115 ILLVD autem ſcio, ad venditionem requiri precium, & id quidem certum, d.ʃ.precium.& ibi gl. in verbo, ſed & certum. Sed nec illud ignoro, onus venditori appoſitum, ſiue ſit certum, ſiue incertum, eſſe tanquam partem precij. l.fundi partem. & ibi Bald.ff.de contra.emp.& l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.de act.emp. & dicemus latiùs infrà tit. ſeq. in pręf.nu.19.& id quidem credo. At in noſtra conſuetudine nullum omninò eſt precium, cuius id onus ſatis faciendi creditorib. pars eſſe poſſit. l. tenetur. §.1. in verbo, non intelligitur. ff. de act.empt. Sed quærimus de ceſſione, quæ fit ſimpliciter cũ eo onere ſatisfaciendi; quo caſu ſi debita ſint in pecunia numerata, & ſint certa, haud dubiè venditionis vim habet, per ea quæ diximus; nihil enim referre video, an vendenti ſoluas certum precium, an creditoribus illius, eo mandante, tantùm pecuniæ. Et id quidem eſt, quod voluit dicere Io. Fab. Sed ſi debita ſint incerta, aut etiam non conſiſtant in pecunia numerata, tunc ea res pendet ex eo, quod ſuprà dixmus in eadem gl.nu.40. ſed et hęc omnia, & ex ijs quoq;, quæ dicemus inf. eo. tit.ʃ.25. vbi tractabimus de donatione ob cauſam, & donatione remuneratoria, ex quibus facilè intelliges, quid hic dicendum ſit. Et tu tamen vide tex. qui huiuſmodi conuentionem, venditionem appellat, in l.Stichus, § Titius.ff.de cond.indeb. Et vide etiam conſuetudinem Cenomanorum, c.369.& Andegauorũ, c 359.& Auernorum, tit. *des achaptz, lotz & uentes*, qui eſt omnium ti.16.c.3.

116 SI autem ſcire vis (vt id in tranſcurſu dicam, quod ſcire admodum tua intereſt) vtrum creditores poſſint recta via, & ſine ceſſione debitoris, agere aduerſus huiuſmodi emptorem, vt ſibi ſoluat, vide, ne te hic diutiùs teneam, Bald. Ang.& Sal. in l.quoties. C. de dona. quę ſub modo.& Soc.conſ.236. placet concluſio, in princip. lib. 2. Et quod in ſimili tractat ipſe Bald.conſil.315. ponitur quòd antiquitus, lib.3. vbi comperies, an hic emptor nihilominus poſſit opponere præſcriptionem præcedentis tẽporis: quod admodũ notandum eſt: vix enim alibi reperies. quamuis ſæpè vſu euenire poſſit. Et vide etiam text. in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.& ibi notata.ff.de leg.j.

*Creditores an recta poſſint agere aduerſus eum cui debitor rem ceſſit ea lege, ut creditorib. ſatisfaceret.*

117 NEC tamen illud pręteremittemus, quòd habemus conſuetudinẽ expreſſam ſupr tit. noſtrarum conſuetudinũ.2. qui eſt, *des droictz de ventes & honneurs, & de prendre la choſe par puiſſance de fief*. ʃ.6. qui eſt omnium conſuetudinum 19. quod ſi in ſolutum, ſiue aſſignationẽ (vulgò *aſſiete* dicimus) annui cuiuſpiã reditus uel penſitationis gñalis (vulgò uocamus *rente generale*) detur res quępiam immobilis, conſanguineus ius habet retractus huius rei immobilis, tanquam ſi ab initio, id eſt, tempore venditionis

*An retractus hẽat locũ in aſſignatione fundi pro annuo reditu.*



illius reditus, fuiſſet ea res vendita eodem precio, quo reditus ille venditus eſt. Et niſi ea conſuetudo idipſum expreſsim ſtatuiſſet, aliter fuiſſet dicendum, per ea quæ diximus ſuprà eadem gl.num. 7. tamen ſi teneas, iũctis præcedentibus: pręſertim cum hic detur res immobilis pro alia immobili. Nam iſti reditus cenſentur inter bona immobilia, vt latè diximus ſuprà eo.titu. gloſſ.6. in verbo, *rentes*, ideò perinde eſt, ac ſi fieret permutatio rerum immobilium cum mobilibus, vt etiam latè diximus ſuprà eadem gloſ.num.40. ſed & hęc omnia, cum tribus ſeq. iunctis etiam præcedentibus, quibus de permutatione loquuti ſumus.

*Quid, ſi ſtatim poſt uẽditionẽ annui reditus id fiat.*

118 SED hęc duob. modis intelliges, primò, niſi intra breue aliquod tempus poſt uẽditionem huiuſmodi annui reditus, fuiſſet hæc datio in ſolutum, ſiue aſsignatio, facta: quia tunc videretur ab initio actum fuiſſe, vt id fieret. l. ſi ventri. §.vltim. ff.de priuileg.credito. cum multis concord. à me traditis ſuprà eo.titu.§.1. glo. 7. in verbo. *ou autres choſes cenſées pur immeubles*, nume.76. præſumitur item, & ſeq. Et id quidem tempus arbitrio iudicis intelligitur, ſecundum Angel. in d. l. ſi uentri, cum alijs concord. à me quoque traditis ſuprà eadem gloſ. nume.38. de hoc autem. Antiqua autem conſuetudine, quæ obſeruabatur ante reformationem, in id præſtitutum erat tempus vnius anni, vt ſcilicet ſi intra annum dabatur illa datio in ſolutum, ſiue aſſignatio, eſſet locus retractui, ac ſi ab initio res fuiſſet vendita, nõ etiam ſi poſt annum. Sed in reformatione illud tempus fuiſſet ſublatum, & ſimpliciter ſtatutum, vt ſcribitur in d.§.19.

*Sed quod tempus in id intelligatur.*

*Quid ſi is annuus reditus erat luibilis.*

119 SECVNDÒ intellige, vt ſcilicet non eſſet locus retractui, ceſſante ea conſuetudine, ſi modò is annuus reditus eſſet perpetuus, & non luibilis, vt ſic loquar, ideſt, qui redimi ex lege venditionis non poſſet. Quòd ſi redimi poſſet, & intra tempora redimendi fieret hæc datio in ſolutum, videretur locus eſſe retractui huius rei traditæ in ſolutum: cùm reditus non perpetuus non cenſeatur immobilis, ſed mobilis, vt diximus ſuprà in d. gloſſ.6. nume.7. ſed hæc primò. & ita in hac ſpecie retractus tenet Moder.Pariſ. in conſue.Pariſi.titu.1.ʃ.13. glo. 5. in 10.q. in fi. Et in id facit, quod ſatis videtur eſſe, vt redimi poſſit, etiamſi poſtea non redimatur, ar. l. cùm in ſecundo, verſicu.vlt. ff.de iniuſt. rup. & irri.teſta. Et huius quoque ſententiæ ſatis eſſe videtur D.Ferro. in conſuetud.Burdigal. titu. de feud.§.20. Et his ſuccinit conſuetudo Altiſſiodorenſium, aut vt nunc vulgò appellantur, Auxerrenſium, titu. *de rente fonciere, uolages & hypoteques*. §.3. qui eſt omnium 155.

*Conſuetudo.*

120 QVANQVAM contra id facit, quòd reditus in perpetuum conſtitutus non videtur ob id minus cenſeri perpetuus, quòd redimi poſſit, per l.ſufficit. (& ibi Barto.) ff.de condi.indebi.& ibi concordan. per Iaſ. Cui adde gl. in cap.vlt paulò ante fin. extrà, de ſolu. & in capit. vlt. in verbo, perpetuas. & ibi Ioan. And.& Domin. de reſcript. lib.6.& Carol. Ruin. qui expreſsè loquitur de reditu annuo conſilio 82. circa primum, colum.1. numero 3. lib.2. & dicam plenius, titu. ſequen.§.2.nu.38. quid quòd cenſetur, & ſeq. ideoque nec is mobilis etiam cenſendus eſt, quòd redimi poſſit, donec redemptus fuerit, vt latè dicemus infrà in fi huius tit. in 3.q. Et ſi quis diceret, id ex futuro euentu pendere, ſecundum ea quæ ibi dicam, poſſet reſponderi, conſiderandum eſſe præſentem ſtatum rei, quo ſcilicet res nondum redempta eſt, vt ſcilicet res ſit cẽſenda, cuiuſmodi nunc eſt, ut in ſimili ſcribit Cyn. in l.vl. col.2. in 1. oppo.C.de ſen.paſſis. Ideò hic paulò ampliùs cogitandum relinquimus. Nam & ipſe Moder.Pariſ. ſibi in caſu non abſimili propemodum contrarius, in illis ipſis conſuetud.Pariſi.titu.1.§.23. in 23. ead. vlti. q. dicit, quòd in permutatione rei immobilis cum alia etiam immobili, ſed redimibili, & quæ verè etiã redempta fuit, nõ eſt locus retractui, niſi ſint aliæ fraudis coniecturę. Idem quoque in eadem glo. in 18. quæſtio. eadem propè ſpecie diſtinguitur inter reditum annuum, quem generalem vocant, & inter reditum funciarium, quem etiam appellãt, vt ille cùm redimibilis eſt, vicem obtineat pecuniæ, hìc minimè. Dom. autem Igneus in l.3.§.ſi conditioni, uerſi. & ſi aliud, numero 46.ff.de Senatuſc. Sylla. tradit ſimpliciter uenditionem cenſeri, ſi fundus permutatur cum annuo reditu redimibili. Ex conſuetudine autem Laudunenſium in Veromandia, titu. 1.ʃ.3. annuus reditus etiam redimibilis cenſetur immobilis; ſed ſi redimatur pecunia hinc redacta, cenſetur mobilis. Tametſi eadem uidetur dicere contrarium, quantum ad primum caſum, 2. partis, titu.1.§.8.

*An retractus hẽat locũ in permutatione rei immobilis, quæ redimi põt, & poſtea redimitur.*

121 SED hæc fortè obtinerent, niſi ſi haud dubiè, aut certè ueriſimiliter atque euidenter certum eſſet, rem ipſam redimibilem, redemptum iri. Quid enim ſi res ipſa multò pluris ualet, quàm uendita eſt, multumque incommodi allatura eſt ei, qui poteſt redimere, niſi redimat, iſq; iam habet paratam pecuniam ut breui ſperetur rem redimi, uertiq; in pecuniam: id enim fortè habendum eſt, ac ſi iam factum eſſet ut in ſimili tradit Bal. in l.ſi pro ea, in 6.q.C.mandat. & in c. 1. col. ulti. uerſ. ſed quid ſi nondum. tit.quib.mo.feud.amit.l.1.& Ange. in l.mulier. §.1.ff.ad S.C.Velleia. Panor. in c.eccleſiæ. in 3. notab. extrà, de immuni.eccleſ.& Fel. in c.eam te, colum. 17. uerſi. alia eſt dummodò. extrà, de reſcriptio. Et nonnihil facit, quod a Cœpolla ſcriptum eſt in tranſactu ſimulationis contractuum, in 15. præſumptione, de fundo uendito cũ pacto de reuendendo, qui huiuſcemodi eſt, ut uenditor ueriſimiliter ſit redempturus, & quæ dicemus infrà, tit. procedente.§.3. glo.1. num.17. tamen ſi eam, & quatuor ſequ.& iterum num.23. conſtat. & iterum.§.5. gloſſ.4. in uerb. pro rata temporis, num.15. illud quoque.

*Quid, ſi veriſimiliter res redimi debet.*

*Conſuetudo.*

122 ILLVD autem pro certo habemus, ſi alius, quàm debitor det rem quampiam immobilem pro reditibus annuis: verbi gratia, is cui debetur huiuſmodi reditus, eum permittat cum alio, quàm debitore, cum re immobili: non eſt locus retractui huius rei immobilis, his rationibus, quas ſuprà diximus in prin. huius quæſt. Nam tunc vera eſt permutatio rei immobilis, cùm immobili, nec ad hunc caſum trahendus eſt d.§.19. cùm ſit exorbitans à regulis iuris retractus. l.quod verò. ff. de legib.& l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr. cum ſimil. Nec etiam huic caſui conueniunt verba illius. §. cũ dicit in eo caſu perinde haberi, tãquàm ſi ipſe debitor, & qui annuum illũ reditum cõſtituit, eam rem, quam poſtea dat in ſolutum vendidiſſet. Ideò nec diſpoſitio illius.§. poteſt habere locum. l.4.§ toties.& ibi Bar.& alij ff.de dam.infect. cum multis ſi.& concor. à me traditis in repet l.ſi vnquàm. in verbo, libertis. num.2. præſertim vero, ſi ille annus reditus non poſſet redimi. Nam ſi redimi poſſit, & verè redimeretur, reſtituto eius precio, tunc eſſemus in dubio, de quo in præcedenti verſic.

*Quid, ſi alius quã debitor, det annuũ reditum pro fundo.*

*Et quid ſi is reditus ſit luibilis.*

123 SED nec omiſerim aliam ſpeciem ad hunc locum pertinentem: An ſi quis vendat fundum certo aliquo precio, quod ipſum remittit ſiue donat emptori, habeat locum retractus. In qua re illud mihi dicendum videtur poſt Moder.Pariſ. in conſuet.Pariſ.tit.1.ʃ.13. gl.5. in 13. q. vt ſi ex interuallo remiſſio facta fuerit, maneat venditio, vt de locatione ſcribitur in l.ſi tibi habitationem. ff. de locat. Ideoque locus eſt retractui, & conſanguineus reddet id precium, quod cedet lucro emptoris. Si verò incontinenti, etſi donationis cauſa id factũ fuerit, is cõtractus cenſetur eſſe donatio, l.cũ in venditione.ff.de cõtrah.empt.l.empti.C.eo.& gl. vtrobique.& præterea in l.5.§.ult. in fi.ff.pro ſocio. Ideoque non erit locus retractui. Si autem alia cauſa, vt propter remunerationem: tunc dicendum cenſeo, vt in donatione remuneratoria: nam & hic contractus cenſetur eſſe donatio remuneratoria, per iura poſtremo loco allegata. Quid autem dicen-

*Si uẽditor remittit p̃cium emptori, an ſit locus retractui.*

*124 [illegible]*

dicendum ſit in ea donatione, an ſcilicet retractus locũ habeat, dicemus infra §. 25. Idem ſi ſit alia cauſa quæ faciat cenſeri venditionem. Quid enim, ſi uenditor remittit precium, ut emptor ſatisfaciat creditoribus? de quo & nos ſuprà diximus hac eadem glo. num. 114. illud quoque quæri, & ſeq. Et idem dicendum eſt per omnia, ut ſcilicet inſpicienda ſit ea cauſa, ob quam remittitur precium, per eadem iura: quamquam in hoc non omninò idem dicit Molend. ubi ſupra.

124 *Retractus an locũ habeat in uẽditione facta poſt obligationẽ præcedentem de uẽdendo.*

Illud item quæſierim: Ego eram ex tranſactione tibi, (vt aliquando fieri vidimus) aut aliàs obligatus ad vendendum tibi fundum, & poſtea me ea obligatione liberans eum tibi vendo: an tunc habeat locum retractus. Et poſſet videri locum non habere, per id quod in ſimili ſcribit Bartol. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. Falcid. quòd ſi ſtatutum diſponit, deberi gabellam ex quolibet contractu, ex quo ius alicui quæritur, præterquam de inſtrumento ſolutionis: ſi quis alteri promiſerit rem vendere, & poſtea uolens ſe ea obligatione liberare, uendit: non debetur gabella ex ea uenditione: quia licet ex ea videatur ius quæri, tamen etiam cauſa liberationis & diſſoluendæ obligationis concurrit, quæ principalis cauſa eſt, & potius inſpicienda, uti de Falcidia ibi notatur. & ſequuntur ibi Nic. Neapo. Alber. & Paul. Caſt. in lect. Bonon. & idem Alber. in 2. parte ſtatutorum, q. 221. quid ſi ſtatuto. & de hac re ita loquitur Alber. in utroque loco, tanquam ſtatuto ſimpliciter cautum. ſit, vt de omni contractu ſoluatur gabella, præterquam ex cõtractu ſolutionis, ſine illa adiectione, ex quo ius quæritur. & utrobique etiam addit illam rationem, quòd cauſa originalis debiti inſpicienda eſt. l. qui id quod. ff. de donat. Secundum quam rationem videtur nec locũ eſſe retractui, vtpote cùm locum nõ habeat in originali contractu, ſcilicet in promiſſione vendendi, ut diximus ſupra eod. tit. & §. 1. in gl. 2. quæ eſt in uerbo, *à uendu*, num. 55. illud quoque quæri.

125 *De eadem re.*

Adverte tamen, quòd in illa ſpecie Bart. non omnes conueniunt. Ang. enim in d. l. ſi pupillus, negat Bar. ipſum, id quod diximus, aſſeueraſſe, ſed tantum eum text. in arg. induxiſſe, putatq; contrarium eſſe dicendũ: aliàs facilè fieret fraus ſtatuto, primùm promittendo, deinde vendendo: quia tunc gabella non deberetur, nec de promiſſione, nec de uenditione: quod minimè dicendum eſt, & id dicit ita ſeruari. At Imol. eodem in loco, diſtinguit, an ſtatutum dicat, ex contractu, ex quo ius quæritur, ſoluendam gabellam, & tunc ea ſoluenda eſt ex promiſſione vẽdendi: quia per eam quæritur ius, quo ſcilicet obligatur promittens. An verò dicat, ex contractu, ex quo ius in re quæritur, & tunc poſſet teneri opinio Bart. ſi de fraude non appareret. At Paul. licet in lect. Bononienſi ſecutus fuiſſet Bart. vt iam diximus, tamen in lectu. Padua. dicit eam fraudem non debere prodeſſe, cùm fieret fraus de cõtractu ad contractum. l. fraus. ff. de legib. Subdit tamen, quòd ſi ex promiſſione ſoluta fuerit gabella, non amplius debebitur ex venditione, vt not. Bart. in l. vlt. §. quoties. ff. de public. vti etiam uoluit Paul. Caſtr. conſi. 266. Videtur dicendum quòd dictus, in princ. lib. 1. Denique Alex. in d. l. pupillus, tradit, quòd ſi aliter non apparet de fraude, ſtaret cum Bartol. cum eo temperamento Imol. Nec obſtat (inquit) d. l. fraus, quia de alio caſu loquitur, vt per glo. in l. contra legem. ff. de legib. & in l. non dubium, col. 4. verſic. redeo ad oppo. C. eod. tit. de quo & tu vide Firmia. in tract. gabel. in quinta parte princip. q. 5. & in 3. parte 8. q. princ. q. 14.

126 *Deciſio quæſtionis*

Ego verò, vt tandem meum iudicium in noſtra ſpecie retractus interponam, illud opinor, vt quemadmodum ex ſimplici promiſſione vendendi, ſi venditio non ſequatur, non eſt locus retractui: ita haud dubiè locus eſt in uenditione, quæ ex promiſſione ſequuta eſt. Statutum enim loquitur de venditione. Quis autem dubitat, hanc eſſe venditionem, & eam quidem propriam, licet præceſſerit promiſſio? Nec quicquam intereſt, quantum ad rationem noſtræ conſuetudinis pertinet, præceſſeritne promiſſio, an non. Igitur cùm verba noſtræ conſuetudinis, ratioque ſiue mens & ſententia ipſius in hoc concurrunt, qua fronte poſſet quis dicere, nõ eſſe ei locum? l. miles. §. quidem. ff. ad l. Iul. de adult. ubi ita ſcribitur, Opinionem tuam & uerba legis, & ſententia adiuuant. & in l. diui. ff. de iure patro. in illis uerbis, Magis viſum eſt nepotem neque uerbis, neque ſententia legis excludi. cum ſimil. Ideò Bald. in tract. Proto. colum. 3. verſicul. quid ſi teſtator, conſtanter aſſerit locum eſſe huic iuri Protomix. ſi teſtator hæredi mandauerit rem quampiam uendi, & poſtea hæres vendiderit: quãuis conſtitutio protomixeos loquatur de contractu, non de teſtamento. Sed nos de hoc caſu Bald. pleniſſimè tractabimus infra in fin. titul. in 2. quæſtio. ubi videre poteris.

127 *An retractus habeat locum in datione pignoris.*

Quid verò de re tradita pignori, an retractus locum habeat, id quod nuncupatim tractauit D. Igneus, Præſes celeberrimus, in l. 1. §. ſeruus, num. 3. ff. de S. C. Sylla. diffiniuitque locum non habere, cùm ſemper debitor maneat dominus, per text. ibi, & l. generaliter, in princip. ff. qui & à quib. vbi dicitur, quod pleno iure res ipſa debitoris eſt, & l. 1. §. per ſeruum. ff. de acq. poſ. & l. ſtatuliber, ff. ad leg. Falc. Et ita quidem, vt hoc illi addas, ut uel inuito creditore eam poſſit in alium transferre. l. ſi debitor. C. de diſtrac. pign. & ibi concord. in glo. Sed & illud quoque addes, non prohiberi pignus accipere, qui emere prohibetur. l. in quorum. ff. de pign. Ideò (inquit Bar. ibi) extraneus à ſtatuto prohibitus emere immobilia, nõ prohibetur eadem pignori capere, quem ſequitur Barbat. in Rubr. de reb. eccleſ. non alien. col. 1. Sed hoc intelligit Igne. niſi tanti ſit pignorata, ut nulla ſpes ſit luitionis, per l. qui habebat, in prin. ff. de leg. 3. & notatur à Iaco. Ra. & alijs poſt eum in d. l. 1. §. per ſeruum. ff. de acqu. poſſ. Cui tẽ adde, quæ late tradidimus ſuprà eod. in præfat. nu. 36. & vt. gloſ. Sed ita, vt non prætermittas, contra id, quod dictum eſt in principio, eſſe gloſſ. in l. quemadmodum, in verbo, vendi. haud multò poſt princ. C. de argi. & cenſi. lib. 11. quæ dicit, prohibita venditione cuiuſpiam rei, eiuſdem pignus cenſeri prohibitum, tanquàm ſcilicet venditionis appellatione contineatur pignoratio. Et in hoc eam dicit notab. Bald. in margar. in verbo, venditio, circa medi. ſed eam videri eſſe contra tex. in l. ſi pupillorum. §. ſi. prætor. ff. de reb. eorum. vbi permiſſa venditione non cenſetur permiſſa oblatio, nec contrà.

*Quid ſi res tanti ſit pignorata, ut nulla ſpes ſit luitionis.*

128 *An retractus habeat locũ in venditione facta pecunia reprobata.*

Sed illud dubitari poteſt: Si tibi fundum vendiderim pecunia à Principe reprobata, an erit locus retractui? Ioan. Fab. in §. itẽ precium, verſicu. quid ſi eijcit. Inſtitu. de empt. & vendit hanc dicit nõ videri emptionem, quia pecunia debet habere publicam auctoritatem l. prima, ff. de contrahend. empt. Cui in hoc adde, quod in ſimili dicam infrà eodem. §. in glo. 18. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſté*, in 5. quæſtio, & iterum in glo. 20. in uerbo, *d'or ou d'argent*, num. 11. at illud, & 4 ſequen. Subdit autem Fab. & Angel. Aret. poſt eum, fortè hunc contractum tenere, vt nominatum. l. cùm manu. §. vltim. ff. de contrahen. emptio, & l. empti. C. eodem tit. & alijs iurib. ibi allegatis. Et ego ſanè, licet hæc non ſit propriè emptio & venditio, tamen ſatis æquipollet venditioni, vt in ea locum habeat retractus, iuxta ea quæ latè diximus ſuprà, glo. 14. [*ou equipollent à vente.*] num. 40. ſed & hæc omnia, & quatuor ſequen.



*ET LES DOIBT DECLARER QUEL QUE SOYT EN GENERAL.*

## EASQUE SALTEM GENERALITER deſignabit, Glo. XV.

1 *Conſanguineus uolẽs retrahere, an debeat rem declarare, & quomodo.*

Nota hæc verba, quia multi decipiuntur, dum in oblatione mentionem faciunt eorum, quæ emptor acquiſiuit à tali, ſine alia declaratione rerum: nam id non ſufficit, vt patet ex his verbis, iunctis præcedentibus, quibus ſit ea mentio rerum acquiſitarum à tali. & tamen ſubiungit conſuetudo, eas debere declarari ſaltem generaliter: quaſi non ſatis ſit, loqui de rebus à tali acquiſitis, niſi aliter declarentur ſaltem generaliter: ita videlicet, *Telle meſtayrie auec ſes apartenances, Les dommaines ſis en tel lieu, Vne maiſon ſiſe en la ville de Fontenay, Vne piece de pré ſis en la prayrie de Fontenay*, & id genus cætera. Et hæc nota, quia hæc noſtra conſuetudo, cùm dicit, *& les doibt declarer, &c.* loquitur verbo neceſſitatis. l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iur. glo. ordinaria in l. 3. §. 1. in verbo, oſtẽdere. ff. de exhib. & in cap. propoſuit. in verbo, non debet. & ibi Panorm. circa medium. extrà, de appellat. & gloſſ. in Clem. attendentes, in verbo, debeant. & ibi Cardin. Flor. qui eam dicit ſingu. in nono notab. & Panorm. col. 2. qui & illam dicit ſingu. de ſtat. mona. & gl. in Cle. diſpendioſam, in verbo, valeat. de iudic. & in capit. ſi aliquis. in verbo, reuocari debet. & ibi etiam Bald. tit. apud quem, vel quos. Alber. in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legat. 2. & latè Barto. in l. 3. col. 1. C. de pign. & Pan. in cap. intelleximus, col. 2. de iud. & in cap. 1. col. 2. verſi. 2. etiam. extrà, de dolo & contuma. & in ca. cùm locum, col. 2. de ſponſalibus. & in cap. 1. in fi. de deſpon. impub. quibus locis dicit glo. in d. Clem. attendentes eſſe not. & ſemper menti tenendam. Ana. in cap. 3. de adult. Fel. in c. nam concupiſcentiam, col. 2. ver. de verbo, debet. de cõſtitu. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni, col. 2. num. 8. ff. de iuriſdi. omn. iud. Carol. Ruin. conſ. 110. circa caſum, colum. vlt. libr. 2. Philip. Dec. conſ. 340. pro reſolutione, in princip. & Stepha. Bertran. conſ. 211. punctus, nume. 6. lib. 4. Ludo. Gozad. conſ. 51. in hac cauſa, poſt princ. Fort. Garc. in repet. l. Gallus, in princ. colum. 24. verſ. item hoc clarè. ff. de liber. & poſthum. Quibus in locis, aut eorum maiori parte, videbis, an id ſemper procedat. De quo etiam vide gloſſ. in cap. 1. in 25. quæſt. 1. & Alex. conſ. 223. viſis, in fin. lib. 2.

*Debet, uerbum neceſſitatis.*

*DECLARER LE LIGNAGE.*

## ATQUE ETIAM GENUS SUUM ac venditoris recenſere. Gloſſ. XVI.

1 *Conſanguineus uolẽs retrahere, debet declarare gradus cõſanguinitatis.*

Non abs re debet cõſanguineus ſigillatim ſingulos conſanguinitatis gradus clara computatione diſtinguere, vt de teſtibus ſuper conſanguinitate deponẽtibus, dicit tex. in cap. licet ex quadam, verſ. teſtes autem. & ibi Panor. colum. vlt. extrà, de teſtibus. Cuius text. autoritate Pet. Anchar. conſ. 52. pro clariori deciſione, colum. 2. verſ. vlterius q̃ritur, reſpondit in caſu ſtatuti iubentis fideiuſſionem præſtari à conſanguineis offenſi, conſanguineis offendentis, ad probationem conſanguinitatis neceſſe eſſe gradus diſtinctos probari: nec ſatis eſſe, ſi probetur, quòd ſe pro conſanguineis habuerunt, & tractauerũt: quia huiuſmodi probationis genus non reperitur in iure proditum in alijs quàm in patre & filio, viro & vxore: nõ etiam inter alios, ac ne fratres quidem, vt per Cyn. in l. non epiſtolis. C. de probat. Nam quãdoque quis fraterna charitate diligitur & nominatur, licet frater non ſit. l. nemo. ff. de hæred. inſtit. vnde tales nominationes conſanguinitatis nõ concludunt probationem illius: nec ea cadit in aliquem ex quinque ſenſibus corporis, ex quibus debet reddi ratio ſufficiens depoſitionis, aliàs nõ probat, vt dicit Inn. in cap. cùm cauſam. extrà, de teſtib. Sed aduerte tamen, quod Petr. Anchara. malè allegat Cyn. in dict. l. non epiſtolis. vt qui eius, quod ſupra ex eo dictum eſt de fraternitate, contrarium ibi teneat, poſt Petr. & eos ſequitur Alberic. & Paul. Caſtrenſ. in eodem loco. Verum eſt tamen, Iac. Raph. illam priorem opinionem tenuiſſe, vt refert ipſe Cyn.

*Probatio cõſanguinitatis p̃ tractatum & alia id ge- ...nus, an habeat locũ in alijs q̃ in patre & filio.*

Tu tamen ad Petr. Anchar. quantum ad eam ipſius rationem pertinet, addere, maximam atque apertiſſimam eſſe differentiam, cur aliter ſit iudicandum inter alios, quàm inter patrem & filium. Hanc ſcilicet, quia nominatio filiationis poteſt multum præiudicare patri, cùm teneatur filios alere. l. 1. & per totum tit. ff. de libe. agno. & filias dotare. l. vl. C. de dot. promiſ. & l. qui liberos. C. de rit. nupt. Item tenetur filios inſtituere, vel exhæredare, aliter ipſius teſtamentum ruit. l. inter cætera. ff. de hæred inſtit. quod quidem non eſt in alijs. Ideò non eſt veriſimile, quempiam adeò facilè & leuiter alium nominare filium, qui non ſit, quàm fratrem aut conſobrinum, aut aliàs cõſanguineum: cùm maius ex illo, quàm ex hoc, ſit incommodum accepturus. arg. l. cùm de indebito. ff. de probat. cum ſimilib. 2

*De eadem re.*

Sed quod multò plus eſt, ea nominatio filiationis probat in præiudicium ipſius patris tantùm ita nominantis, non etiam alterius tertij, ſi credimus Iaſ. qui ita ex facto ſingu. reſpondit conſ. 106. ſpectabilis & clariſſimè, colum. 1. verſiculo ſecundo & adhuc, libr. 1. ad id quidẽ adducto, ex communi regula, res inter alios acta alijs non præiudicat: & quia ſpeciale eſt, vt ſententia de hac re lata inter patrem & filium, faciat fidem, quo ad omnes. l. 2. §. planè, & ibi Bart. ff. de libe. agno. & per Cano. in c. cauſam. le 2. extrà, qui filij ſint legit. & in ca. pen. & ibi glo. extrà, de re iud. Ergo nec trahendum eſt (inquit) ad nominationem. l. ius ſingulare. ff. de legib. cum ſimilibus. Quod ſi verum eſt, notabile quidem eſt, ſed nunc non aliter examino. 3

*Filiationis nominatio an præiudicet alijs q̃ patri.*

Sed & huius noſtræ deciſionis alia quoque eſt ratio, Nam (vt diximus ſuprà in verbo, *lignagier*, quæ eſt gl. 9. nu. 23. ſed & id intelligendũ) non oĩs cõſanguineus admittitur ad retractũ, ſed is tãtũ qui poſſet ſuccedere, ſi eſſet oĩum proximus, id eſt, qui intra decimũ gradũ eſt. Igitur aſſerendo & probando ſimpliciter ſe eſſe conſanguineum, ſine certa graduum computatione, incerta eſt probatio, quæ poteſt includi, vel non includi intra eum decimum gradum: ideò non releuat. capit. in præſentia. extra, de probatio. & vt dicit glo. ibi in verbo, dubium. & poſt eã Inn. in fi. Hoſti. in illo eodem verbo, Pan. & Imol. talis incerta probatio interpretatur cõtra producentem, quam glo. ad hoc dicit ſingu. Bald. in l. quoties. §. ſi quis ita. ff. de hære. inſtit. & notabil. eam dicit Iaſon conſi. 36. in cauſa mota, col. 3. verſic. præterea, lib. 3. & voluit etiã Bart. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. & in l. inter ſtipulantem. §. 1. col. vlt. ff. de verbor. oblig. & D. à Rota, deci. 194. no. quòd verbum, in antiquis, Alex. conſ. 181. in cauſa & lite, col. 1. verſic. ſed teſtes, lib. 2. & Iaſ. in l. 2. colum. 2. uerſic. ſecundò adde. C. vnde legi. & Doctò. vbique, & Philip. Dec. in l. in contrahenda, haud multò poſt princip. ff. de reg. iur. 4

*Probatio dubia ad uerſus producentem*

Et ex illa quidem gloſ. in dicto cap. in præſentia (ne & id prætermittam) potes intelligere, id etiam procedere in caſu fauorabili, vt quæ & in caſu fauorabili loquatur. & ad id eam expreſſim expendit & ſequitur Alex. 5

*Etiam in fauorabilibus.*

Alex.conſi.152.viſo proceſſu cauſæ,col.1.lib.5.& Philip.Dec.conſi.321.in cauſa quæ Alexandriæ, col.3. verſi. venio ad ſecundum. & conſi.461. in cauſa quæ nomine, poſt princ.& conſ.524.viſis his,col.ult. & conſi.531. accuratè & diligenter,col.1.in fi. Quamuis in hoc ult. contrarium videatur uoluiſſe Bal.in c.1. in uerbo, die lunæ tit.de pac.Conſtan.Sed prior opinio verior eſt, cùm propter cauſam fauorabilem, alteri non debeamus iniuſtitiam facere,cap.ex tenore,de foro comp.

6 Illi autem Petr.Ancha.ſententiæ in d. conſi.52. reſpondet & alia Alex.conſi.82.in cauſa uertente inter Petrum,col.1.& 2.libro 1.vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto,ut cauſæ conſanguineorum uſq; ad quartum gradum compromittantur,non ſatis eſt,ſi teſtes interrogati ſuper conſanguinitate, dicant eſſe eos conſanguineos, niſi gradus declarauerint. Et utramq; Petr.Anch.& Alex. deciſ. ſequitur Phil.Dec.d.conſi.321. per totum, maximè uerò col.3.& ſeq.& iterum d.conſ.524.col.1.& d. conſi.531. col.2.& Alc.in tract.præſump.reg.1.præſumpt.28. nu.9. Sed & illud Alex.quoque ſequitur idem Dec.in cap. poſtremò,colum.2.extra,de appell.& conſ.13.cuius ſuperſcriptio incipit, an appellatione, colum.2. verſ. ſecundò non ſufficit,& conſi.222.viſo puncto, colum. vlt. uerſic. ſextò hoc idem confirmatur, vbi loquitur in caſu noſtri retractus. Et bene faciunt not.à Panorm.in ca. tua nos. in 2.not.& ibi Cardin.Alex.in 1.not. extra, de conſang. & affin.& Bened.Cap.conſi.156. cùm ut mihi præſupponitur,in 1.dubio.& Lanfranc.Oria.in repet. ca. quoniam contra falſam, in materia depoſitionis teſtium, colum. penultim. verſicul. ſubſequenter eſt videndum. extra de probat.

7 *Conſanguinitas, & filiatio quomodo probari pot.*

Alias autem quomodo probanda ſit conſanguinitas, uel etiam filiatio, & vtrum ſufficiat probare quaſi poſſeſſionem, & quòd quis pro tali ſit habitus & nominatus:& vtrum hoc caſu ſufficiat teſtimonium de auditu,uel de fama, aut verba enunciatiua inſtrumentorum in antiquis,vide per gloſſ.& Doct.in cap.Michael, de fili. presbyt.& in c. tranſmiſſæ,qui fil. ſunt legit. & omnes in d.cap. licet ex quadam,& in cap. per tuas. & ibi maximè Bald.col.2.& Panor.de probat.& in l.non nudis. C. eod. tit.Iac.Butr.Alber.Bal.in lect.antiq.& Angel.in l.1.ff.eo. quoque tit.Cyn.& alios in l.ſi vicinis, C.de nupt.Bart.in l.2.§.idem Labeo,col.2.verſ.quæro qualiter poteſt. ff. de aq.plu.arcē.& in l.1.§.idem per contrarium, & ibi quoque latè Alb.ff.de libe.ag.& in l.filium. ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris.& in l.1.§.1.& ibi item Alb.ff.de quęſt. Signorol.conſ.55.ſi quæratur, Bald.in l.non poteſt. ff.de adopt.& in l.1.col.11.verſ. quo ad ſecundum. & iterum in l.non ignorat.colum.1.& ibi quoque Ang. C. qui accuſ.non poſſ.& in l.neque profeſſio, & ibi item Angel.& Recentiores.C.de prob.& in l.non epiſtolis.& ibi etiam Ang.Sal.& Paul.Caſt.C.eod.titu.& in l. ſi poſthumus. §. vlt.& ibi alios.ff.de libe.& poſthu.& in l.ſed & hæ,paulò ante fi. princip. ff. de procur. & conſi.74. verba domini, lib.1.& conſi.133.in primo teſtamento,col.1.eod.lib.1. & conſi.180.mortuo filio,lib.3.Iacob.Butr.Salyc. & Floria.in l.quidam.ff.de proba.Sal.in l.1.ff.de teſtib.Ang.in l.vxorem.ff.de manuu.teſta.& conſilio 87.pro deciſione, in fin.& conſi.136.in quæſt. colum.2. in ſecundo dubio, Lap.alleg.54.factum.colum.2.Anton.& Petrus Anchar. in Clemen.ſi ſumus,de ſenten.excommun.eundem Ancharan.conſi.225.videtur prima facie, & ipſum Anton. Panormit.& alios in cap.cùm dilectus, de ſucceſſ. ab inteſta.Raphal.& Corne.in l.lege. C.de legi.hære. Fulgoſ. conſi.138.viſis præcepto, in ſecundo dubio, & conſilio 184.viſis quodam proceſſu.Panormi. in d. cap. tua nos. in 2.notab.de conſangui.& affinit.& cap. ſeries. etiam in 2.notá.de teſtib.Paul.Caſtr. conſi.56. ſuper primo quæſito,colum.2.verſic.item non obſtat, libro 1.& conſil. 151.viſo puncto. eodem lib.1. & conſil.434. reſpondeo per ordinem.in 1.dubio,eod.lib.1.Barbat.conſi.27.ſcripſit doctiſſimus,in primo dubio. & iterum colum. antepen.verſic.capio aliam,libro 1.& conſilio 14.Deum.colum.7.verſic.reſtat nunc videre,libro 3. & conſi.68. omnipotentem,in primo dubio, libro 4. Corne. conſil.1.in præſenti,colum.10.verſic.& modò deueniendum. lib.3. & conſi.68. viſo proceſſu,propè per totum,eodem lib.3. Alex.conſil.51.viſo & diſcuſſo,per totum libr.1.& conſil.25.in cauſa vertente,colum.penult. lib.4. & conſi.90. in cauſa & lite,colum.2. numero 7.& ſequen. libro 6.& conſil.181. viſo proceſſu, libro 7. & conſ.195. reddito, eodem lib.7. Franc. Aret. conſi. 37. ſequendo ordinem, in ſecundo dubio. Lanfranc.Oria. in repetit. d.cap. quoniam contra falſam, in teſtium depoſitionibus, col. antepen.verſic.ſubſequenter quæritur,& ſequen.Socin. conſi.89.in cauſa agitata,colum.2. verſ. ſecundò principaliter,libro 1.& conſi.120.cùm in præſenti, colum.6.verſi. ſed hic cadit,eod.lib.1.quod conſi. repetitur conſi.231. lib.2.& eundem Socin.conſi.47. in præſenti conſultatione.colum.2.verſic.poſtremò, lib.4. & Iaſ. conſil.106. ſpectabilis,lib.1.& conſi.114.ad obiecta,col.4.verſi.nec ad hoc obſt.& multis ſeq. eodem libro 1. & conſil. 102. Ser.Benedictus,ferè per totum lib.4.Philip. Dec. conſil. 13.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione,colum.2. verſ.ſecundò principaliter. & conſi. 54. in cauſa domini, per totum.& conſi.153.in effectu.quæritur, colum.2.verſicu.& ita patet.& d.conſil.321. & conſil.595. pro reſolutione.& Matt.Afflict.in conſtit.Sicilię,incip.exceptiones filiationis,in 1.notab.& dec.Neapol.25. in cauſa petitionis.& Alciat.in tract.Præſumptionum, regul.tertia, præſumptione 38.numero 5.& ſequen. Anton. Rube. conſil.16.in cauſa Ioannis,colum.penult.verſic.præmiſſis.& Ludo.Gozad.conſil.12.in hac cauſa ex ciuitate, & ſequen.

Sed hìc non omittendum eſt,quòd ea quę ſupra diximus,non ſufficere probare conſanguinitatem,niſi probetur gradus,qui ad aliquid admittitur,confirmat,quod in ſimili dicitur,non ſatis eſſe,aliquem probare ſe appellaſſe,niſi etiam probet intra decem dies appellaſſe.Nam id apertè probatur in cap. Romana. verſic. ſi uerò, & ibi apertiſſimè Ioan. Andr. de appell. lib.6. & uoluit etiam Specu.tit.de appell.§.de officio,uerſi.pen.& Dom.à Rota dec.94 nota quòd vbi aliquis accepetauit,in antiquis, vbi ex hoc inferunt,non ſufficere,probare aliquem acceptaſſe beneficium, niſi probetur intra menſem acceptaſſe,in caſu Clem.1.de conceſſ.præb.& ijdem Dom.à Rota,deciſ.125. ſufficit appellanti, in nouis. Compoſt. qui ita dicit obtinuiſſe,in c.cùm dilecti.& ibi Anto.in fin.de elect.Paul.Eleaz.in repet.c.tertio loco,colum.2.de proba.Philip.Franc.in.c.1.colum.pen.verſic.extra gl. extrà, de appel.cum alijs multis concor.adductis à Felyn. in c. quod ad conſultationem,colum.antepen.verſ.2. concluſio.extrà,de re iudi. 8

*Appellans debet docere ſe intra decem dies appellaſſe.*

*Acceptās beneficiū debet probare intra menſem ſe acceptaſſe.*

Nec tamen me latet,Maſſuer.in titu.de proba.§.item ſi fiſcus poſſidet,in ea videri opinione fuiſſe, cùm eſt controuerſia inter fiſcum, qui bona mortui occupauit, tanquàm vacantia, & alium, qui ſe dicit hæredem illius defuncti: ſatis eſſe, hunc probare, ad excludendum fiſcum, quòd ipſe & defunctus publicè & cōmuniter exiſtimabantur eſſe conſanguinei ſiue cognati, & quòd ita ſe inuicem mutuoque vocabant. Verùm idem poſtea ſe declarans in §.item & ſi defunctus,ita de hac re loquitur, ut videri uelit,neceſſe eſt probare lineam gradumq; conſanguinitatis, incipiendo à primo ſtipite, aut certè à primo gradu,qui eſt fratrum,per d.cap.licet ex quadam, de teſti.& alia quæ ibi allegat. 9

OFFRANT



## OFFRANT LEDICT RETRAYANT PAYER.

## OFFERENDO SOLVERE, Gloſ. XVII.

1 *Conſanguineus an ultrò offerre debeat precium,& etiamſi non petatur. Offerendi verbū, an ultroneā oblationē requirat.*

Ergo non debet conſanguineus expectare,vt precium petatur ab emptore, ſed id offerre debet vltrò & ſpontè non petenti, non interpellanti, laceſſenti, prouocanti, roganti, per glo.in Clem.ſæpè, in verbo, neceſſariò. poſt princip. de verborum ſignifica.quæ dicit id propriè offerri, quod nō petenti offertur,per l.fideicommiſſa.§.ſi rem, ff.de leg.3. & cap.literas, ad fin. extrà, de reſtitutio.ſpoliat. & capit. interpoſita, in fi.extrà, de appellatio. quam glo. ad hoc expendit,& ſequitur ibi Panormitan.colum.2. & Georg. Nat.in repet.colum.75.& ipſe Panormi.in cap.peruenit, in fi.extrà,de deci. vbi & hoc dicit notari in Authen. offeratur.C.de li.conteſt.Petr.Ferrar.titu.forma lib. in act. rea.in gloſ.1.colum.3.verſicu. quid ergo ſi pars. & Phil. Deci. in l.filiæ licet. C. de collat. Et hoc quoque voluit Luc.Pen.in l.2.columna quinta,in verbo,offerri.C.quando & quib.quar.pars. libro decimo. & in l. prima, circa medium. C. de greg. domini. libro 11.& in l. vltim. columna quarta, in verbo, voluntate. C. de re mili. lib.12. & in l.vlt.in verbo,offerre.per tex.ibi.C.de agen. in reb. eorum.libr.12.

2 Et eſt optimus quoque tex. prçter ſuperiores in l. 2. §.1.ff.quor.lega.cùm dicitur, non debet offerre ſatiſdationem,ſed petenti moram non facere. & in l. ſi fundus. §.vltim.ff.de leg.commiſ.ibi,utrum tunc habeat locum, ſi interpellatus non ſoluat, an verò ſi non obtulerit. & in l.1.§.non exigit, ff. vt in poſſ.leg.ibi, non tamen ſatisfactio debet offerri legatario, ſed ſufficit, ſiue deſiderauerit,&c.Et facit quod tradit glo.in capit.cupientes.§.ſi verò. in verbo, contempſerint,de electio.libro 6. Et probat item illud Tullii in oratione pro Roſcio Amerino: Quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti? Et iterum ibi: Incredibile eſt mortem oblatam eſſe patri à filio. Item, illud quoque Valerii Maximi libro quinto,capite 9 ad finem: Ac mortis oblatæ,quàm datæ vitæ,felicius beneficium. In quibus verbis vides offerri inuito,& volenti. Quod & probat illud ipſius Tullii in illa ipſa oratione pro Sexto Roſcio: Atque os tuum non modò oſtendere, ſed etiam offerre: quaſi diceret, oſtendere poſtulantibus, offerre non poſtulantibus,immo & inuitis. Et apertiùs in Epiſtol.1.libri decimiquinti Epiſtolarum familiarium,cùm oblatum metum ſcribit. Et illud Terentii in Hecyra, Offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum eſt. Et alibi in eadem fabula: Nam vitium oblatum eſt virgini. Vbi Donatus interpres. Quaſi (ait) non expectanti & nolenti. Rurſusque in ea ipſa fabula: Illis fors obtulerat aduentum meum. Vbi & ipſe Donatus; Offerri (inquit) dicuntur tam bona, quàm mala, ſi inſperata obiiciantur aſpectibus. Moxque ſubdit: Oblatum dicitur in vtranque partem, quicquid expectationem præuenit. Sed & idem, enarrans illud eiuſdem Terentii in Adelphis; Quando uitium oblatū eſt. Oblatum (ait) dicitur, quod offertur inuito.

3 *Emptor agēs, an teneatur offerre precium, ſi nō petatur.*

Ideoque ſunt, qui in caſu l.Iulianus. §. offerri. ff. de actio.empt.tenent debere precium offerri, etiamſi nō petatur,ut agi poſſit ad rem uenditam.in quibus eſt Pet. Anch.conſi.331.viſis diligenter,col.1.& Ro.aliud tamē agens,conſi.204. pro diſcutienda ueritate, col.pen.uerſi. & hęc de ſecundo. Et id quoque non obſcurè ſentire videntur Bal.Raph.Fulg.Fran. Are. & Phil. Deci.in d.l.filiæ licet.C.de coll.& Imo.in l.ſtipulatio. §. ſi quis autem. ff.de ope.no.nunc.& Alex.conſ.173.viſo & diligenter cōſiderato,in fi.lib.6. & Petr.Ferra. in tit.forma libel. in cāvend.in verbo, ſuprà ſcriptum precium. & Philip. Deci. conſi.421.plenè & ſubtiliter.col.2.

At ſunt quoque,qui contrà in caſu d.§.offerri,negāt neceſſe eſſe,vt offeratur precium, ſed tantùm exceptionē competere precij non ſoluti, aſſerunt; quaſi verbum offerendi,nō inducat neceſſitatem,niſi petatur. Inter quos eſt Bar.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit,ante fi.& ibi Iaſ.col.2.ff.de iureiu. & Bald. ſibi contrarius in l.ſi traditio,col.2.in 3.q.C.de act.emp.& in l.1.col.vlt. verſ.quæro quid ſi eſt legatus. C. de vſu & fruc. leg. & in l.1.in fi. C.de ijs quæ ſub mod.leg.& in l.1.col.2.verſ.hic occurrit dubium,ibi,breuiter dico.C.ne lice.in vna eademque cauſa ter. prouoc.Rapha. Com.in l.eum qui ita ſtipulatur.ff.de verbo.obliga.& non obſcurè Pau.Caſt. conſ.81. viſo quodam proceſſu, colum.2. uerſicu. nam in primis, lib.1.Ro.& Alex.ſibi contrarii,in d.l.filiæ licet. C.de collatio.ipſe Alexan.in additio. Barto. in d. §.offerri. Franc. Aret.ſibi quoque contrarius in l.ſi mora. colum.2. verſ. ſed dubium remanet. ff.ſolut. matrim. Felin.in cap. tantum,col.vlt.extrà,de ſimo.Iaſ.in l.admonendi. colum.5. ff.de iureiuran.& in l.iuriſgentium, in princ. in 3. notab. ff.de pact.& in d.l.ſtipulatio,in 1.not.ff.de no.ope. nunc. & in l.uniuerſa.C.de preci.impe.offer. & in §.actionum, colum.18.verſic.an autem ſi emptor. Inſtitu. de actio. & Stepha.Bertr.conſi.104. alienatio, paulò ante fin. lib.2. & Philip.Deci.conſi.298.viſo inſtrumento,poſt princip. Et vide Pau.Caſt.loquentem in caſu retractus, conſ.146. nulli dubium eſt, in fin.libro 1. De quo dicemus in gloſſ. ſequ.numero 13.ego tamen. Nam & aliàs, ubi dicitur actionem non dari,intelligitur ope exceptionis, non ipſo iure,vt per Barto.in l.1.§.ſublata, & ibi quoque Socin. & Iaſ.vtrunque in 1. no. ff.ad Senatuſconſultum Trebellianum, cum aliis multis concordant. à me collectis in repet.l.ſi unquam.in verbo,reuertatur. num.214. quid autem,& ſeq.C.de reuocan.donat.

Verum in caſu d. §. offerri. aliud eſt, quod ſuadet illud verbum,offerri, intelligendum eſſe, ſi petatur, ob ſubiectam materiam, & contra propriam uim & naturam eius verbi, ut ſæpe aliàs fit,vti latè diximus in repetitione l.ſi unquam, in uerbo, reuertatur, numero 31. & aliàs etiam uidemus. C. de reuocandis donatio. & in caſu d §.offerri.voluerunt ii, quos in poſteriori parte citauimus. Quod quidem non eſt hic in caſu noſtræ conſuetudinis, in quo ideò debemus ſequi propriam ac peculiarem vim & naturam illius verbi, quod ultroneam & ſpontaneam exhibitionem ſignificat, non petitam, non fortuitam,ut diximus, & probat illud Tullii in Oratione ad Pontifices: Domus ardebat in palatio,non fortuito, ſed oblato incendio. & lib.11. Epiſtolarum ad Brutum,in ea Epiſtola,cuius initium eſt,eo tempore:Romæ delectus habetur,totaque Italia: ſi hic delectus appellandus eſt, cùm vltrò ſe offerunt omnes. (Et in Oratione pro M.Cęlio: Cùm aliquid eos velle arbitrentur, vltrò ſe ſe offerre ſoleant. Et in oratione pro Cn.Planco:Vltrò, me Hercule, ſe mihi etiam offerentes.) & Mimus ille Publii Syri: 5

*Bis eſt gratum,quod opus eſt,ſi vltrò offeras.*

Et illud quoque Virgilii Ecloga tertia.

*Ad mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas.*

Et libro 2.Aeneid.

*-Qui ſe ignotum venientibus vltrò*
*Hoc ipſum vt ſtrueret,Troiamq; aperiret Achiuis,*
*Obtulerat.-*

Et libro 8.eiuſdem operis:

*Talibus affata eſt dictis, ſeque obtulit ultrò.*

Et Ouidius libro 14.Metamorph.

*-Quem poſtquam Romulus ultrò*
*Obtulit.-*

Iuſtinus lib. 15. Elephantus ferus infinitæ magnitudinis vltrò ſe obtulit. Et antiquus ille Poeta Lucilius apud

L 4 Nonium

Nonium Marcellum: Homines ipſi hanc ſibi moleſtiã atq; ærumnam offerunt. ducunt vxores. Et ſimilis text. apud nos in d.l.fideicommiſſa. §. ſi rem ſuam, ibi. debitor vltrò pecuniam obtulerat. ff. de legat. 3. & in l. ſi quis rogatus, ibi, vltrò is qui eam debet offerre. ff. de fideicõ. lib. & in l. qui hominem. §. ſi nullo. ff. de ſolutio. vbi eſt ſimilis text. & in l. 1. §. ſed ſi maritus. ibi, ultrò cuſtodes offerat. ff. de libe. agno. & in l. ſemper. §. conductores. ibi, vltrò ſe offerant. ff. de iure immuni. & in l. 2. ibi, vltrò ſe offerre. C. de iure emphy. [& in l. 2. C. de his qui latro. oc.] & in d.l. vlt. §. vt autem. C. de re mil. lib. 12. cùm dicitur, ſpontanea voluntate offerentibus, & in d.l. deuotũ, in fi. ibi, ſi quid ſpontè contra præceptum noſtrum probati fuerint obtuliſſe. C. de meta. & epid. eodem. lib. 12. Quamquam & ij vltimi loci in contrariũ flecti poſſent, tanquam fruſtra eæ dictiones, ultrò, & ſpontè, additæ fuiſſent, ſi intellectæ eſſent in verbo, offerendi. Et hoc quoq; apertè videtur probare tex. in l. ſi debitor. ff. de ſolu. cùm dicitur, ſi debitor offerret pecuniam, quæ peteretur. Et ita id verbum nuncupatim intelligit Card. Alex. in c. cùm in tua, in 2. notab. extra, de ſpon.

6 Vervntamen vix quiſpiam negabit, id verbum ex propria ac genuina vi ſua intelligi de ſpontanea oblatione, vnde conſequens eſt, & ita in noſtro ſtatuto intelligendum: tum, quia verba ſtatutorum propriè intelligenda ſunt. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. cum ſimili. tum, quia hęc oblatio eſt de forma & ſolennitate, ut declarat. §. 8. infra eod. tit. ideò adamuſſim obſeruanda eſt, per notata pleniſſimè in l. 1. ff. de lib. & poſthum. tum denique, quòd cùm quis vult aliquid nouiter conſequi, ad quod quidem conſequendum neceſſe eſt aliquid fieri, id debet ſpontè offerri, vt voluit Bald. in c. licet. tit. ſi de feud. defunct. ſit contro. inter dom. & agna. per text. in l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pign. & ſequitur Iaſ. in prælud. feudorum. col. 22. verſ. quartò ad idem adduco. & Phil. Dec. d. conſi. 421. col. 2. Et facit quod voluit glo. in l. ædiles. la 1. §. vlt. per illum text. ff. de ædil. edict. & Angel. in §. ſi verò, col. pen. uerſ. quæritur ulterius, in Auth. de exhib. reis. Alex. in addi. Bart. in d.l. ſtipulatio. §. ſi quis autem. ff. de oper. nou. nun. & conſi. 205. viſis ijs quæ narrantur, col 2. verſic. quinimò & ſi nulla, lib. 2. cum multis alijs, quæ tibi affatim collegimus ſupra, tit. noſtrarum conſuetudinum, 7. §. 10. in glo. 1. ubi omnium abundantiſſimè tractaui, an quis teneatur ſpontè offerre, quod facere ipſe tenetur: an verò poſſit expectare, ut petatur, de quo ibi omninò vide.

*Ad aliqd nouiter cõſequẽdum opus eſt ſpõtanea oblatione.*

7 Nec illud tamen denique prætermiſerim, id verbũ offerendi non tantùm ſpontaneam atque ultroneam oblationem propriè ſignificare, ſed & gratuitam quoque & liberalem: ideoque cùm quis quid offerre debet, intelligitur, ut proprijs ipſius offerentis ſumptibus & impenſis id faciat, & non illius cui ea oblatio fieri debet, ut uoluit nuncupatim glo. in Clem. 2. in uerbo, oblatos. & ibi quoque Imol. col. vlt. & Cardi. Flor. in verſ. verùm, in 3. not. de appel. & Petr. Ferra. d. tit. forma libel. in act. real. in glo. 1. col. 3. verſ. quid ergo ſi pars. De quo tamen, ne id pro re omninò iudicata accipias, vide Georg. Nat. in repet. Clem. ſæpe, verſ. non ſic tamen, in gl. ſuper verbo, formam. de verb. ſignif. quibus locis multas ac pulchras quæſtiones ex hoc decidit, vt apud eum quiſque videre poterit. Sed & tu vide, quos allegaui ſuprà, in uerbo, *dedans l'an*, in 19. quæſt. ad fi. Nemo autem negabit in caſu noſtræ conſuetudinis, quin conſanguineus ſuis ipſius ſumptibus teneatur hanc oblationem facere.

*Offerendi uerbũ gratuitam oblationẽ ſignificat.*

8 Sed quæſtionis eſt, an iſte conſanguineus, qui venit ad retractum, debeat in promptu exhibere preciũ, idque offerre: an verò ſatis ſit, ſi dicat ſe paratum ſoluere. Et ſanè c. conſtitutus. extrà, de reſtit. in integ. de hoc caſu retractus loquens, his verbis vtitur, precium ſint offerre parati, hincque occaſione ſumpta, Pet. Ancha. in 11. not. ex eo. notat, ſufficere, agentem ad retractum, dicere ſe paratum ſoluere precium. Et ſic (inquit) l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. quæ dicit emptorem agentem ad rem, debere offerre precium: debet ita intelligi, vt ſatis ſit dicere, ſe offerre paratum, etiamſi nõ tradat: idque faciens dicetur ſatis offerre: verùm ante condemnationem debet is, qui ita obtulit, facere quod obtulit. Ad quod dicit optimè facere l. fundus. ff. de reſcind. vendit. Subdit tamen, quod Bartol. in l. Prætor ait. §. ſi paratus. ff. de oper. noui nunciat. in ea eſt ſententia, vt iura loquentia de parato ſoluere, intelligantur, vt ad manum habeat pecuniã, per l. ſeruus ſi hæredi, in fin. ff. de ſtatulibe. & l. qui decem. § idem reſponſum. ff. de ſolut. Et facit (inquit) quod not. Ioan. Andre. in capit. vt circa, in gloſſ. ſuper verbo, præſtito. de electio. libro 6. Hæc ille. Nos autem de hoc latiùs dicemus infrà, eodem. §. in gloſſ. 19. quæ eſt in verbo, *luy deuement acertené du pris*, num. 4. ſed et illud, & ſequen. Sed quantum ad nos pertinet, habemus conſuetudinem, quæ ſuper hoc priuatim diſponit infrà eodem tit. §. 3. quem tu vides.

*An conſanguineus ueniens ad retractũ, debeat offerre pecuniã admanum paratam.*

*LE PRIS QVE LA CHOSE AVRA COVSTE.*

## PRECIVM QVO RES CONSTITIT, Gloſſ. XVIII.

1 Hic nuncupatim exprimitur, eſſe reſtituendum id precium, quod ab extraneo emptore datum eſt: ſiue id magnum ſit, ſiue paruum. Ideò non ferendum eſſe conſanguineum, qui minus precium offerret, cauſatus id quod offert iuſtum eſſe ac verum rei preciũ: neque è diuerſo emptorem, qui à conſanguineo peteret maius precium, quàm dedit, quia ſibi maius illud preciũ ab alio offerretur. Quòd ſi id ſtatutum non expreſſiſſet, de eo potuiſſet dubitari: nam cùm ſtatutum ſimpliciter præfert conſanguineum extraneo in venditione rei familiæ, videtur conſideraſſe iuſtum rei precium: quod non ideò dici aut cenſeri debet huiuſcemodi, quòd ab uno & altero fuerit datum aut oblatum, quoniam precia rerum non conſtituuntur ex affectione ſingulorum. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. & l. ſi ſeruus, ff. ad leg. Aquil. Ideoque Accur. in l. 2. in gl. magna, in vlt q. C. de reſcin. vend. dicit iuſtum precium eſſe æſtimandum non unius aut alterius licitatione, ſed communi regionis æſtimatione, ex rei qualitate, & quantitate redituum, per multa iura, quæ illic allegat. Cui & tu potes addere, quod & in hoc attendi debet, quanti res vendi poſſet in loco publico, in quem omnes conueniunt, per cap. 1. ibi, carius vendat, quàm in mercatu vẽdere poſſent. extra, de empt. & vend. & uoluit Bart. in d.l. precia rerum. §. 1. ff. ad leg. Falcid. & in l. ſeptem, per illum text. C. de erog. mili. an. lib. 12. ſi is eſt, qui ibi ſcripſit, nam de hoc à quibuſdam dubitatur.

*Precium venditionis offerri debet, non aliud minus.*

*An autem maius poſſet emptor petere, ꝙ dicat id eſſe iuſtum preciũ, uide infr. 9.*

2 Hvcqve etiam pertinet text. in l. locatio, in princ. ff. de pub. & vect. ubi locatio quæ calore licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inflauit, non facilè eſt admittẽda. & in l. ad officium, in fi. cum ibi not. C. com. diui. vbi non admittitur animoſior licitator ad impediẽdam adiudicationem fieri conſorti, iuſto precio. Ex quo no. Bal. & Sal. ꝙ ſi conſors offerat iuſtum & æquum precium, nõ admittitur animoſus licitator extraneus: dicuntq; eum tex. eſſe ad hoc ſing. Facit & text. in l. 1. in fi. C. de metallar. & metal. lib. 11. Ex quo not. Bart. ꝙ ſi colonus velit uendere partem ſuã fructuum, debet alijs pręferre dominum emere volentem, ſi modò iuſtum precium offerat. quod dicit menti tenendũ, tanquam ſcilicet non conſideretur id precium, quod ab alijs reperitur: ſed tantùm,

quod



quod iuſtum eſt. Et tex. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe. ff. de lega. 1. vbi damnatus uendere, intelligitur iuſto precio. & ita eum text. intelligunt glo. Bar. Bald. Imol. Rapha. Co. & Recentiores ibi. & tex. in l. ſi poſſeſſor hæreditatis. §. vlt. ibi, verum precium debet pręſtari. ff. de peti. hæredit. & in l. cùm quaſi. §. ſi plures. & iterum l. ſeq. §. ſi is cuius. ff. de fideicom. liber.

3 Facit & quod in caſu fermè huic noſtro ſimili uoluerunt Ang. Raph. Co. Paul. Caſt. & Iaſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. per multa iura ex ſuprà dictis, quòd ſi quis ex pacto teneatur vendere aliquid conſorti, ſi velit emere, magis quam alij extraneo, ſufficit, ut conſors offerat iuſtum precium, etiamſi alius quiſpiam maius offerat. & ita dicit ipſe Ang. fuiſſe diſputando determinatum à Mar. Franc. Addunt Raph. & Pau. hanc rationem: quia ſi conſors teneretur tantum precium dare, quantum ab alio reperiretur, facilè poſſit fraus fieri, ſubmittendo à venditore extraneum, qui multò plus offerret, quàm iuſtum precium, & tamen nollet emere. Et idẽ quoque tenuit Matt. Affl. in conſtitutione Siciliæ, incip. ad ſubiectorum, in 4. eodemq; vlti. not. vbi & id trahit ad ius congrui, quod huic noſtro retractui ſimile eſt.

4 Contrarivm tamen, videlicet vt cùm quis teneatur ex pacto vel ſtatuto præferre conſortem, aut conſanguineum, intelligatur, ſi tantum precium dare velit, quantum ab alio reperitur, etiamſi iuſtum excedat, ut voluit Ioan. And. in addit. Specu. titu. de empt. & vend. §. nunc dicendum. l. 2. verſic. ſed pone, ſtatutum eſt, in fin. illius verſicu. & Bald. in d.l. 2. in fin. & ibi nouiſſimè Pãtal. Cal. in repe. etiam in fin. C. de reſcind. vend. & Saly. in l. dudum, colum. 2. verſi. quæro ſtatuto cauetur. Imol. Alex. Franc. Aret. & Socin. in d.l. qui Romæ. §. cohæredes, Ro. in l. ſi eum, in prin. ff. ſi quis cautio. Alua. & Car. Alex. in ca. 1. § ſed & res, titul. per quos fiat inueſt. Franc. Aret. in d.l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe, in prin. ff. de leg. 1. Iaſ. ſecum hic pugnans in l. vlti. col. 6. verſ. ſeptimò principaliter. C. de iur. emphy. & Fab. à Monte San. Sab. in tracta. de emp. & vend parte 3. q. 20. ver. ſed tunc quæro. & iterum parte 5. col. 7. verſ. ſed quæritur an ualeat, & Guid. Pap. ſingu. 780 in emptione. D. Boer. deci. 143. & quo ad ſecundam, col. vlt.

5 Ab his ſtat text. in d.l. vlti. de iure emphy. ibi, tantã quantitatem, quantam ipſe re vera ab alio accipere poteſt. ex quo not. Sal. ibi, col. 1. & Iaſ. ubi ſuprà, quòd domino volente emere rem emphyiteuticam, non tenetur emphyteuta aliquid minuere ex precio, quod ab alio reperitur, niſi aliter conuentum fuerit. Et ita quoque eum text. expendit Old. conſi. 34. quæſtio talis eſt, quidam tenens, ante fin. & poſt eum in eadem quæſt licet non alleget, Io. And. in addi Spec. titu. de loca. §. nunc aliqua, ver. 72. & vtriuſque nomine ſuppreſſo Alb. in l. per fundum, col. 2. verſic. vltimò facit. ff. de ſerui. ruſt. præd. & ſimilis text. quem mirum eſt effugiſſe omnes, qui de hac re loquuntur, in ca. potuit. ibi, quantum ſibi ab alijs offertur. extrà, de loca. Et facit etiam text. in d.c. 1. §. ſed & res, titu. per quos fi. inueſt. ibi, pro æquali precio. Ex quo not. Bald. Aluar. & Card. Alex. quòd agnatus qui cæteris præfertur in uenditione feudi, debet dare id precium, quod ab alijs reperitur. Quod & idem tenet per eum text. Iac. à S. Georg. in tract. feud. in uerbo, & cum pacto de non alienando, col. pen. verſ. uerùm quia dixi. & Franc. Curt. iunior, in eodem tract. in 4. parte prin. char. eiuſdem partis pen. uerſ. quintò & vltimò. Et facit item text. in c. porrò. ibi, æquali precio, titu. qual. olim feud. ali. pot. ubi dominus qui poteſt redimere feudum alienatum, debet reddere idem precium. quod & ibi not. Bald. Mart. Lauden. & alij id limitantes, niſi appareret de fraude: multi enim (inquit Bal.) precia confingunt in fraudem aliorum.

6 Similiter & tex. in l. pen. iterumque in l. vltim. & utrobique Barto. aut quiſquis is eſt. C. de loc. præd. ciui. lib. 11. ubi antiquior colonus fiſci debet præferri extraneis in noua conductione, dummodò idem precium offerat, quod & cæteri. Quos text. expendit & dicit not. Bart. in l. cotem. §. agri, quem legit cum initio ipſius l. ff. de publi. & uectig. Et text. in l. in fundo, ibi, ſi paratus eſt dominus tantum dare, quantum habiturus eſt poſſeſſor. ff. de rei uendi. ubi eſt optimus text. quòd qui alij præfertur in uenditione alicuius rei, debet tantum dare, quantum alius eſt daturus. Et in l. Prætor. §. in eum. ibi, quantum perciperetur, ſi diſtracturus eſſet, ff. de bon. aut. iud. poſ. Et in l. ſi quis uxori. § ult ibi, tanti æſtimandus eſt, quanti emptorem poteſt inuenire. ff. de furtis & in l. ſeruus fugitiuus, in prin. ibi, quanti emptorem inuenerit. ff. de cond. furt. Ex quibus fit, quòd cùm res ueditur ad haſtam, debet offerẽti dari, l. 2. & 3. C. ſi propter publi. pẽſi. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. Idque dicitur & cenſetur eſſe iuſtum precium, ut dicit d.l. 2.

Prætерea uenditor debet ſeruari indemnis, ne ex eo quod ipſe tenetur alteri uendere, damnum indebitè patiatur, coactus ſcilicet minus precium accipere, quàm ab alijs poteſt habere, arg. d.l. ad officium. C. commu. diuid. Nam priuilegium ſiue facultas illa prælationis, debet intelligi ſine damno tertij, ſcilicet ipſius uenditoris, l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. cum ſimil. Et facit etiam, quod ſcribit Bal. in l. 2. C. de com. re. alie. quòd licet fiſcus poſſit ratione communionis, totam rem uendere, ut ſcribitur in ea l. tamen putat, quòd id debet facere requiſito conſorte. Nam ſi is vult tantum dare quantum alius, debet præferri, per l. 1. ff. de priui. cred. quæ quidem l. loquitur de cognatis. 7

Et hæc maximè debent procedere in caſu noſtræ conſuetudinis, nihil enim peccauit emptor extraneus emendo, neq; enim cõſuetudo eum prohibet emere, ſed tantùm facit ius conſanguineo retrahendi, atq; ad ſe ueluti uenditionem reuocandi, ſeq; ita in locum uẽditoris collocandi atque ſubrogandi, ut plenè diximus ſupra in pręfatione ſiue rub. Nihil eſt igitur, quare non idem precium reſtituere debeat, tum quòd ſubrogatus eiuſdẽ eſt naturæ, cuius is, in cuius locum ſubſtituitur, & ſuccedit, l. Imperator. §. ult. cum l. ſeq ff. de leg. 2. & c. eccleſia, el 1. extrà ut lit. pen. & ibi concor. in gl. in uerbo, ſucceſſerũt tum quòd ipſe quoq; emptor, ut uenditor, debet manere indemnis, l. debet, in fi. ff. de ædi. edi. & l. intra utile. §. uendentib. ff. de minorib. ex quo Bal. in c. cauſam, col. 1. extrà de teſt. dicit, quòd emptor, à quo res retrahitur, debet ſeruari indemnis. & eum tex. ad hoc dicit not. 8

Nam & alioquin in caſu noſtro ipſe emptor duplici afficeretur iniuria: primùm quidem, quòd cogeretur inuitus reuendere conſanguineo, contra l. dudum. C. de contrahen. emp. ſecundò quòd partem precij à ſe dati ſine ulla ipſius culpa aut peccato amitteret, contra c. ſine culpa, de reg. iur. li. 6. & ibi concor. Eſt autem receptum non debere quempiam duplici onere aut damno affici. l. nauis §. cum autem. & §. cùm ergo. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad S.C. Treb. & l. iure. ff. de iur. dot. & l. ſi cùm dotem. § ſi pater. & ibi gl. ff. ſolut. mat. & l. pen. ff. de dot. præleg. & c. at ſi clerici. §. ult. extrà de iud. & ibi concor. in fin. & pleniſſimè diximus ſuprà, titu. huius uoluminis conſuetudinum 2. §. 10. qui eſt omnium eiuſdem uol. 24. 9

Et hanc quidem poſtremam ſententiam in caſu noſtri retractus ſequor. Licet Franc. Ripa aliter diſtinguat in d.l. 1. in fi. ff. de priui. cred. Nam aut (inquit) ſtatutũ dicit, quòd agnatus poſſit retrahere ſimpliciter, & intelligitur pro iuſto & cõmuni precio: aut dicit, quòd agnatus præferatur cæteris. & intelligitur pro precio, quod ab alijs reperitur. Nam & ipſe Ripa in eadem ipſa l. col. 3. n. 13. dicit, id quod dicitur, emphyteuſi finita, præferri hæredes emphyteutæ, petentes eam renouari, extraneis: de 10

quo

quo latiſſimè diximus ſupra, in præfat. huius titu. nu. 41. huc item pertinet, & ſeq. ita intelligi, ſi modò ipſi hæredes tantum precium offerant, quantum ab alijs extraneis reperitur. Super eo autem, quod de fraude ſupra diximus, vide quæ dicam infra. §. ſeq. in verbo, *ſans fraude*. Sed interim vide Ar. Ferro. in conſuet. Burd. hoc eo. titu. §. 7. in fin. vbi id dicit, quod ſupra in prin. diximus, ſcilicet non audiendum emptorem, petentem à conſanguineo ſibi reddi maius precium, quàm quod dedit, quia id ab alio ſibi offeratur.

11 *Si uēditur res certo precio, & donatur quod plu ris eſt, qđ reſtituere debeat con ſanguine° retrahens.*

Sed in hac tractatione precij, quæro primò, Petrus vendidit Franciſco fundum centum aureis, & id quod pluris valet, ei donat. Conſanguineus vult tantum retrahere, reſtitutis tantùm illis centum aureis, venditor vult præterea ſibi reſtitui precium eius quod pluris valet, qđ ſibi fuit donatum. Aut etiam dicit non eſſe locum retractui, quia quod excedit precium centum aureorum, pluris valet, quàm illi centum aurei: ideo non eſt iſte cōtractus cenſendus venditio, ſed donatio, cōſiderato ſcilicet eo, quod prævalet, iuxta ea quæ dicemus infrà. §. 30. Aut denique paratus eſt cedere rei venditæ vſque ad concurrentiam illius ſummæ, reliquum autem vult retinere tanquam donatum, & ſic non obnoxium retractui. Quid hic dicendum eſt? Bald. in tract. Proto. in vltima q. hanc nuncupatim quæſtionem poſuit, ſcripſitq́; Id tantum reſtituendum eſſe, quod numeratum eſt, & nihilominus integro fundo cedendum, quia videmus (inquit) in ſimili, quòd victus victori non ſoluit ſalarium aduocati, qui gratis patrocinatus eſt, Bar. in l. ſtipulatus. ff. de fideiuſ. Et quia etiam quando partim aliquid venditur, partim donatur, & ita fit mixtio contractuum, præſumitur fraus, & reuocatur res vendita, vt no. Guil. Cu. in l. ſi tibi decem, in prin. ff. de pac. Et quia illa generalis & indiſcreta clauſula donationis eius quod pluris eſt, nihil aut certè modicum operatur, ideoque non impedit remedium l. 1. C. de reſcin. vend. Hæc ille.

*Quid ſi eo caſu emptor dicit non eſſe locum retractui.*

12 *Quid ſi cedere velit uſq; ad cōcurrētiam precij tantùm.*

Cvi adde in prima ratione, de aduocato gratis patrocinante, quod de ea re latè dicemus infra. §. 29. glo. 4. num. 5. & ſeq. Et in 2. ratione adde item Cy. Albe. Bart. ipſum Bald. & Ang. in d. l. ſi tibi decem, in prin. & eundem Bald. conſi. 149. proponitur, quòd ex cauſa, colum. 1. libr. 1. & quæ not. in l. ab Anaſtaſio. C. mand. Et in poſtrema ratione adde etiam, quòd idem voluere Alb. Bar. ipſe Bald. Ang. & Sal. in d. l. 2. Barto. in l. ſi quis donationis. ff. de contrah. emp. idem Bart. Imol. Raph. Co. Paul. Caſtr. Alex. Franc. Aret. & Iaſ. in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verb. obl. Bald. in l. cùm filius. §. pater, per illum tex. ff. de lega. 2. Pano. & Recentiores in c. cū cauſa, extra. de emp. & vend. Imo. in c. cùm contingat. col. 56. uerſ. item aduerte in quantum dixi, extra. de iureiur. Corn. conſil. 11. in præſenti conſultatione, col. 2. lib. 3. Ang. Aret. in §. actionum autem, colum. 9. uerſic. quid ſi in inſtrumento, Inſt. de actio. ubi ponit quibus uerbis in hoc utendum ſit ad excludendum remedium d. l. 2. Sed & quod plus eſt Alber. in l. donari, in princ. ff. de do. tradit huiuſmodi donationem nullius eſſe momenti, quia uidetur non ſpontanea eſſe, ſed ex neceſſitate uenditionis, tanquam ipſe uēdens non poſſit maius precium habere, ideoque quod pluris eſt, donat.

*Donatio eius, quod pluris valet, an impediat l. 2. C. de reſcin. uend.*

13 Ego tamen in caſu huius conſuetudinis reperiri in primo uolum. conſ. Pau. Caſtr. in fi. conſil. 146. incipientis, nulli dubium eſt, ſpeciem quandam alterius conſil. nihil omnino ad ipſum præcedens conſil. ſed nec ad ſequens quoque pertinentem, ſed hunc caſum noſtrum proſus reſpicientem. Quo in loco Pau. ipſe, aut quiſquis is fuerit, aſſerit conſanguineum, qui ui huius ſtatuti vult retrahere rem certo precio uenditam, & in eo quod pluris valet donatam, debere reſtituere precium partis donatæ, nedum id quod numeratum eſt, nec tamen eum debere ſuccumbere, ſi à principio non obtulerit, dummodò poſtea lite pendente obtulerit, l. ſi rem. §. ultim. ff. de pign. act. Et quia etiam ſi non obtulit, poterat pro eo ferri ſententia ſub conditione, ſi ſoluat, per not. à Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideic. & per l. 4. §. illud. ff. de ſi deic. liber. Hæc ibi.

14 *Quid ſi ſciens pluris ualere, id donet.*

Verum ego priori ſententiæ accedo, ſi vēdens ignoranter donet, quòd ſi ſciat rem ſuam pluris valere, ſciēſque ac prudens donet, quod pluris eſt, vera eſt in eo pluri donatio: nec habet locum d. l. 2. de reſcin. vendit. ut dicit Bart. ibi, & Bal. in q. 2. Sal. in 8. q. & Ange. col. 3. & idē Bart. Imol. Raph. Co. Ro. Alex. Franc. Aret. & Iaſ. in d. l ſi quis cùm aliter. Bald. in d. l. cùm filius. §. pater, per text. ibi. ff. de lega. 2. & in repe. l. & ſi poſt tres. colum. 10. verſ. ſed quid ſi quis uendit. ff. ſi quis cautionibus. & conſ. 3. caſus talis eſt, quidam Petrutius, li. 3. & conſi. 194. ſuper primo puncto, in fin. libr. 4. Pet. Ancha. Imol. & Panor. in d. c. cùm cauſa, & ibi quoque Ant. Burgos, colum. 7. uerſicu. circa ultimam. Maſuer. tit. de empt. & uendi. §. item ſi uenditor. Alex. conſi. 125. viſis & conſideratis, colum. 6. uerſ. non obſtat igitur primum, lib. 1. Ang. Aret. in d. §. actionum autem, ubi ſupra, de actio. Soc. conſi. 215. uiſa prædicta, col. 1. lib. 2. quod repetitur conſ. 22. libro 4. ubi & illud dicit, l. ſi unquam. C. de reuoc. donat. habere locum in huiuſmodi donationibus ita factis. & rurſum cōſil. 48. uiſo inſtrumento uenditionis, col. 2. uerſ. 4. poteſt defendi, lib. 4. Steph. Bert. conſ. 103. nihil, in fin. lib. 1. & conſ. 169. uiſis dubijs, colum. 1. eod. lib. 1. & conſ. 168. illud, paulò ante fin. eod. lib. 1. & conſ. 191. nihil. nume. 2. eodem lib. 1. & conſ. 227. uidi, numero quoque 2. eo. lib. 1. & conſ. 328. multa, eod. lib. 1. & conſ. 4. parum refert, col. 2. in prin. lib. 2. & conſ. 69. recordor. num. 1. lib. 2. & conſ. 107. etiamſi prætendi. in princ. eod. lib. 2. conſ. 91. ex propoſitis, ad fin. lib. 3. & conſ. 284. ponitur. num. 6. & 7. eodem lib. 3. Iaſ. conſ. 151. contra conſultationem, colum. 2. uerſ. item in dicto, libr. 4. Alcia. poſt Ro. in l. 2. in prin. num. 16. ff. de uerb. oblig. & eſt de mente Guil. Cu. & Barto. in d. l. ſi tibi decem. in princ. Et ita intelligi debent nonnulli, qui ſimpliciter tenent non eſſe locum d. l. 2. cùm uendens donat, quod pluris eſt, ex quib. eſt Pet. Iac. tit. de act. ex uend. col. 2. uerſ. attamen.

15 *Donatio eius, quod pluris eſt, requirit inſinuationem.*

Ideoqve tunc, cùm ſcilicet ſcienter donatur, quod pluris eſt, illud ipſum quod pluris eſt, requirit inſinuationem, ut alia ſimplex donatio, ut tradunt ipſi Pet. Anchar. & Imol. in d. c. cum cauſa, & Ro. in l. 2. in princ. col. 4. & ibi quoque Alc. num. 16. ff. de uerbo. obl. per l. cùm hic ſtatus. §. penul. uerſ. idem reſpondeo ff. de dona. inter uir. & uxor. & l. ſi quis donationis. ff. de contrahen. empt. & idem quoque uoluit Alex. in d. l. ſi quis cùm aliter, colum. 4. uerſ. item quæ ſunt. ff. de uerb. obl. ubi tamen ſubdubitat. & Firmia. in tract. gabel. in 3. parte 8. partis principi. in 12. q. in fin. Soc. d. conſ. 215. col. 1. libr. 2. Et reprobat Rom. ubi ſupra, Calde. aliter tenentem conſ. 2. tit. de empt. & uendit. hac ratione motum, quòd inſpicitur id quod principale eſt, argu. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. quæ ratio etiamſi quid ponderis habet, nihil tamen ad caſum noſtrum pertinet: & de ea latè diximus in rep. d. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, numer. 4. id quod primo loco, & ſeq. C. de reuoc. donat. & dicemus etiam inf. eo. tit. §. 30. in gl. 1. nu. 2. & ſeq.

16 In hoc autem, de quo principaliter tractamus, illud animaduertēdum eſt, quòd ſi illa clauſula ſit perfunctoriè, & ueluti ex more & ſtylo notariorum poſita, ut in multis locis fieri aſſolet, & propè ſemper, ut atteſtatur Ang. expreſſim de hoc ipſo loquēs, in d. l. 2. C. de reſcin. uend. crederem eam non eſſe magni momenti, tum per ea, quæ ſcripta ſunt ab ijs quos citauimus: tum & per ea quoque, quæ latè diximus in d. l. ſi unquam, in princ. nu. 122. ad huius tamen poſterioris. At ſi ex animo, non leuiter, neglectim, non oſcitanter, fuerit appoſita, quod ex uerbis & forma eius donationis apparere poteſt, & ex qua-



qualitate & conditione contrahentium, vt et videtur intellexiſſe Bar. ubi ſupra, & Moder. Pariſ. de hoc retractu loquens, in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13 gl. 5. in 12. q. certè ſcienter videtur appoſita, vt donationem eius quod pluris eſt, operetur. Id quod totum arbitrio iudicis relinquēdum eſt, vt etiam tradit Fab. à Monte S. Sab. tractat. de emp. & vend. in 8. parte prin. in 4. quæſt.

17 *Quid ſi ea donatio fiat pro meritis.*

Vt tamen te non fugiat, quod ſcripſiſſe dicitur Azo ille, vbique à noſtris laudatus, in Summa, titu. de reſcin. vendi. quòd ſi venditor dicat ſe donare quod pluris res vendita valet, pro meritis & ſeruitijs emptoris, non eſt locus d. l. 2. de reſcin. vend. Ita enim eum refert, & ſequitur Bal. in l. ſi quis donationis. ff. de contrahen. emptio. quaſi ſcilicet propter eam mentionem meritorum id videatur fuiſſe ſeriò & ſcienter factum, quamuis Azo in meo Codice nihil dicat de meritis. Et facit etiam quod ſcribit idem Bal. in l. per diuerſa, in 3. q. C. mand. & Alexan. conſi. 28. in cauſa, col. 2. verſ. tertiò reſponderi poteſt, lib. 5. Multi autem ex ſuprà dictis, aſſerunt non inutilem eam eſſe donationem, ſi facta fuerit cum dictione vniuerſali, videlicet, id totum quod pluris valet, ſiue quantuncunque, & cæt.

*Quid ſi fiat cum dictione uniuerſali.*

18 *Deciſio princ. q.*

Igitvr vt concludamus caſum, qui ad noſtram conſuetudinem pertinet, ſi is, qui uendit, donat quod pluris eſt ſcienter & ex animo, ut ſic donatio ſit exiſtimanda in eo quod excedit precium, tunc vt ſciamus, an ſit locus retractui, id certè ſequi debemus, quod de permutatione ita facta, ut alter contrahentium precio ſuppleat quod pluris eſt, latè dicemus infrà eod. titu. §. 30. vbi inſpicitur, vtrum maius ſit precium, an ſpecies. Id quod etiam in hac ſpecie, de qua hìc tractamus, ſecuta eſt conſuetudo Aruerniæ, titu. *de retraict.* cap. 35. & ſeq. Borboniorum autem conſuetudo, cap. 451. cenſet rem ita venditam eſſe obnoxiam retractui, reſtituto tantùm precio venditionis, nulla omninò huiuſmodi donationis ratione habita. Idemque in ſimili caſu ſtatuit eadē conſuetudo, ca. 401. Verùm apud Aruernienſes, hoc tit. *de retraict.* cap. 35. aliter ſtatuitur, ut ibi uidere poteris. Porrò Chaſſan. hoc eodem titu. *de retraictz.* §. 1. in uerbo, *le pris*, colum. 1. verſic. ſecundò quæro, tradit ſimpliciter hanc donationem eius quod pluris eſt, eſſe partem precij, idque proinde eſſe reſtituendum à proximiore retrahente venditori, per l. fundi partem, & ibi notata per Alber. ff. de contrahen. empt. quod non omnino uerum eſſe ſatis conſtat ex præcedentibus: ideoque illum in hoc carpit D. Boër. deciſ. 143. & quo ad ſecundam, vbi & in hanc ſententiam iudicatum dicit in Curia Burdigalenſi. Et idem quoque quæri poteſt in retractu cōuentionali, ſi nihil aliud dictum ſit, quàm vt uenditor poſſit redimere. Et ex his quoque intelliges, quid dicendum ſit, ſi res vendita ſit certo quopiam precio, ex quo venditor donat vel remittit emptori portionem, an ſcilicet conſanguineus debeat integrum id precium reddere, an verò poſſit deducere, quod donatum eſt, uel remiſſum. De quo etiam per Modern. Pariſ. in conſuet. Pariſ. titu. 1. §. 13. glo. 8. in 1. quæſt. iterumque in 3. videre poteris.

*Conſuetudines de ea re.*

*Quid ſi uēditor donat partē precij.*

19 *Si is qui emit, dnat aliquid ul tra precium, an retrahens id reſtituere debet.*

Qværo ſecundò, quid è diuerſo, ſi is qui emit, etiam donat: verbi gratia, Titius emit fundum centum aureis, & in eodem inſtrumento, vel paulò pòſt donat alios centum aureos venditori propter merita, quod & ego vidi ex facto aliquando contingere, & interrogatus an iſte emptor debeat ſoluere laudimia, non ſolùm ex prioribus centum aureis, impoſitis in precium venditionis, ſed & ex alijs quoque donatis, & utrum etiam cōſanguineus, qui vult eum fundum retrahere, teneatur ſoluere & vtroſque centum aureos, an alteros tantùm: (& idem etiam quæri poteſt in retractu conuentionali) reſpondi, quantum ad laudimia, cùm ea donatio facta eſſet in contractu venditionis, uel ſtatim poſt, quod idē eſt, ut latè dicemus infrà, tit. procedente. §. 1. in uerbo, in limine contractus, quæ eſt glo. 5. ferè per totum, uidetur eam eſſe factam contemplatione & cauſa ipſius uenditionis, eſſeque veluti acceſſionem precij eius venditionis, ut quæ ei inſit, l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pactis, cum multis ſimil. à me congeſtis in rep. l. ſi vnquam, in uerbo, donatione largitus. numer. 101. ſed & hoc tamen, & ſequen. Ideoque ſoluenda eſſe laudimia ex utroque precio, eamque donationis appellationem in fraudem domini uideri appoſitam, niſi emptor probaret ea merita interueniſſe, quæ huiuſmodi donationem mererentur, argum. l. qui teſtamentum. ff. de prob. cum ſim. In huius tamen rei reputatione conſiderandam eſſe ac inſpiciendam fundi venditi ueram æſtimationem, an ſcilicet ei conueniat illud primum precium, ſine additamento alterius, arg. eius quod in ſimili tradit gl. notab. in l. 1. §. 1. in uerbo, agendo, & ibi Barto. qui eam dicit ualde not. ff. de ſuperfi. & Bal. in l. ex conuentione. C. de pactis, cum ſimil.

Qvantvm autem ad retractum, nihil eſt quod emptor queri poſſit, ſi conſanguineus vult tantùm ſoluere 20
illos centum aureos pro precio inſcriptos, non etiam alios, quos ipſe iam aſſeruit donauiſſe pro meritis, uel ſimpliciter in eo ipſo contractu, ex quo ius eſt quæſitum conſanguineo, in cuius præiudicium retractare non poteſt, quod à ſe factum eſt. l. vlt. ff. de pactis, cum multis concord. à me collectis infrà titul. proximo, in verbo, *ſeront preferés*, quæ eſt gloſſ. 7. numer. 20. neque id quidem mirum, & ſequen. Nimis enim indignum eſt, ut quod is ſua uoce dilucidè proteſtatus eſt, id poſtea infirmet, teſtimonioque proprio reſiſtat. l. generaliter, in fin. C. de non nume. pecun. Quam enim ob rem, ſi Diuis placet, is dicet partem illam precij in titulum & appellationem donationis conuertiſſe, niſi ut fraudem domino faceret, minuſque laudimiorum ei ſolueret. Sed ille mox audiet, fraudem feciſti, fraudem patere, ut id fiat, quod ſcribitur in l. ſed & partus. §. 1. ff. de eo quod metus cauſ. quod fecit, paſſus eſt. Atque illud Auſonianum in Trimetris,

*Fraudē feciſti, fraudem patere.*

*— Compedes*
*Quas ipſe fecit, ipſius vt geſtet faber.*

Illud quoq; Gellij, ex antiquioribus, lib. 4. Noctium Atticarum, c. 5.

*Malum conſilium conſultori peſſimum.*

*Malū conſilium, conſultori peſſimum.*

Quod & è noſtris aduocat Maria. in repe. ca. ad audientiam, in 77. q. 7. q. princ. extrà de homi. & in Clem. 1. de foro compet. Et ut ſcribit Eccleſiaſticus, cap. 27 Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur. Et diuinus ille Poëta Pſal. 7. Incidit in foueam, quam fecit. Nam nec auditur fraudem ſuam allegans, Bart. in l. poſt contractum, col. 3. verſic. ſed an uenditor. ff. de donat. & conſi. 65. Petrus Nicole, in princ. Bald. in l. emptione, circa medium. C plus ualere quod agit. Per. Anc. conſ. 226. ad corroborationem, colum. 1. Scribitur enim in l. cùm profitearis. C. de reuocan. don. cum profitearis te in fraudem alterius te donaſſe, profeſſionem inhoneſtam continere intelligis. & in l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. dat. manu. vbi ita ſcribitur. Nam ipſe manumiſſor, ſi fraudē ſe feciſſe creditoribus ut reuocet libertates, audeat dicere, audiri non debet, nec hæredes eius. Et optimè facit l. tranſactione finita. C. de tranſact. & l. filios. C. de reuocā. his, quæ in fraudem credit. & ca. inter dilectos, extrà de donat. cum concord. ubique à gl. adductis.

*Fraudem aut turpitudinē ſuā allegās, an audiatur, vide 24. 25. & 72.*

At dicet quiſpiam, quomodo aſſumemus diuerſā interpretationem in eadem re, vt ſcilicet quantum ad dominum, non ſtetur ei donationi, quantum autem ad cōſanguineos, ſtetur? cùm vna eademque res non poſſit diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ædes. ff. de vſucapi. & l. 1. verſic. nec ratio patitur. ff. de rei permut. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & l. Titiæ. ff. de condi. & demon. 21

*Eadem res an diuerſo iure cēſeri poſſit.*

mon.& c.cognouimus.12.q.2.& c.cùm in tua,de decim. & cap.quia circa,de priuil.& Clem.1.de elect.cum multis concord.à me adductis in repet. l.ſi unquam, in uerbo,donatione largitus.num.284.tertia ratio. Nec poſſit quoque eadem res contrarios effectus operari, cap.ſi quis cùm in ægritudine,58.diſt.& c.2. verſ. ſed adhuc, & ibi glo.in uerbo,incompatibilis, extra de Baptiſ. Contraria autem ſunt, vt ſtetur, & non ſtetur eidem donationi, vt videre eſt ibidem.

22 *Verbum vnū eodē loco diuerſimodè accipi.* CVI confeſtim illud reſpondeo,non eſſe nouum,aut mirandum, ut etiam idem uerbum eodem in loco diuerſis reſpectibus diuerſimodè accipiatur, gloſſa in l.2. in uerbo, manumitti. ff. de offic. Proconſ. quæ id multis iuribus probat.& in l.Plautius,in verbo, procuratorem. ff.de procur.& in l.certi condictio,in princ.in uerbo, nō potero.& ibi Alber.colum.4.verſ.ſecundò notandum.ff. ſi certum pet.& in l.contractus,in princ.C.de fide inſtru. & in l.1.in glo.vlt. C.de pœna iud. qui malè iudica. & in c.1.§.callidis,in uerbo.reuertatur,tit.de prohib.feud.ali. per Feder.in ca.Raynaldus,in verbo, legauit, de teſta.& in cap.auditis,in verbo caſſatam,in princip. de elect. Et probatur etiam in l.pater Seuerinam.§.conditionum, & ibi glo.Bart.& alij.ff.de cond.& demonſt. & in l.1.& ibi Iaſ.in 2.notab.C.de Carb. edicto. & in l.1. & ibi glo.in verbo,cadere.Oldr.& Alber.C.de reſtit.in integ. mino. & in c.cùm dilectus,& ibi glo.in uerbo, electio, Card. & Panor.col.5.ſuper eadem gloſſ. extra de conſuet.& in c.magne.vbi & idem Pan.in 4.nota. extra de voto. & in c.quod in dubijs, iuncto c.inter alia, quod illud conſeſtim ſequitur.vbi & ipſe Panor.& Felyn.de ſent.excom. & uoluit item Hoſt.in cap.plerunq;.poſt princip. de reſcript.Archid.in c.presbyterum,in uerbo, præcipimus, 28.diſt.& in c.ſic viue,in uerbo elegerit.16.q.1. Angel. in l.Papinianus.§.ſed neç impuberis, in fine. ff.de inoff. teſt.Rom.conſi.480.in caſu,col.1. & latè Barb. qui propè ubique text.in d.c.cùm dilectus,dicit ad hoc ſing. in l.1.in princ.col.3.verſ.dicunt hìc Doct. ff. de verb.obli. & conſi.27.ſcripſit,col.15.& ſi dicatur quòd una, lib.1. & conſil.64.ſcribitur libro Heſter, col.8. uerſ.item poteſt etiam dici,eod.lib.1.& conſi.17.clementiſſimi,col. 6.uerſ.præterea pondero,lib.2.& conſi.34 præclare,colum.14.uerſ.nec obſtat,cùm allegatur eod.lib.2. & conſi.42.ſempiterna, col.pen. eo. lib.2. quibus locis & alia ad hoc allegat.& Phil.Dec.in l.in teſtamento, colum.3. verſ.tertiò regula,poſt Alex.ibi.C.de teſta. & in c.quoniam Abbas,in princ.de offic.deleg.

23 *Diuerſis reſpectib. eadem res diuerſo iure cēſetur.* NAM & eadem res ex diuerſis cauſis & rationibus poteſt diuerſo iure cenſeri,ut probatur in l.miles. §.pro parte.ff.de leg.2. ubi in prælegatis pars habetur iure hæreditario,pars iure legati. Et uoluit Bald. per eum text. in l.filium quem,col.3.in 4. oppoſ. C. famil. herciſc & Panorm. in d.c.cùm in tua,paulo ante fin. de dec. Quin duo contraria ex re eadem poſſe procedere diuerſis reſpectibus,tradit glo.in c.2.in uerbo,lex Ciuilis. de arbitr.lib.6.Anto.in c.ult.in lect.col. pen. & ibi Panorm. ſuper glo.in uerbo,rationabilis, in fin. & Rochus Curt. col.24.uerſ.limita tertiò,extra de conſue.& Domin.qui multa eius rei exempla poſuit in c. illud 12. diſt. Quibus concinens Ariſtoteles libro 3. Phyſicorum, tradit eandem cauſam interdum eſſe contrariorum effectuum diuerſis rationibus. Cui concinens Galen.lib.3.de ſimplicibus Medicamentis,c.13. & ſeq. oſtendit ſimplicia medicamenta uires nonnunquam contrarias obtinere, diuerſis rationibus: quod & noſtri admittunt, ut per Bart.in l.ſi pupillus. in princ.in 2. oppoſ. & ibi quoque Angel.& Paul.Caſtr. ff.ad legem Falc. Hincque reprobare poſſumus,quod approbau imus, diuerſo reſpectu. l.Pomponius.ff.de neg.geſt.& l.3.§. vlt. ff.rem rat. hab. & l.cùm interdictæ.C.arbit. tut. & per eos text. uoluit Bald.in c.cùm Vintonienſis, paulò ante fi.de elect. Et quis ex eodem facto poteſt conſequi præmium & damnum diuerſis reſpectibus,ut patet ex c.inter opera, extr. de ſponſ.iuncto c.maritum.23.diſt.et declarat Io.And. in c.imputari.de reg.iur.lib.6.in Mercu.& Collect.in c.dilectus. extra de reſcript. De quo et nos multa ſcripſimus in noſtro tractatu Nobilitatis, quo loco diſſerimus de nobilitate iudicum, [ſcilicet c.28.num.10.illud mox reſpondero,et ſeq.] vbi omnino vide.

SED & aliud eſt, quod in hoc noſtro caſu facit pro emptore, quia id quod ſuprà diximus, non licet allegare ſuam turpitudinem, intelligitur agendo: excipiendo autem id licet, vt dicit Bald.in l.poſt mortem,ad fi.ff.de adop. Imò verò & replicando quoque, ſiue adiuuando ſuam intentionem, id etiam actori licet facere, ex ſententia Bar.in l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.procurator.col.penul.& vlt.ff.de iureiur.& ipſius Bal.in l.1. col.2.verſicu.quæro hìc utrum iſte.& iterum in l.2.C.de cond.ob tur.cau.& Phil.Deci.qui id dicit no.conſ.14.cu ius ſuperſcriptio incipit, vtrum ualeat aditio.col.vlt. & conſi.587.coram magnificis,col.vlt.verſ.ad hoc reſpondetur.& Io.Bapt.Caſtel.in ſua diſput.incip.magnificus, charta pen.verſ.item & tertiò. Nam exceptio & replicatio à pari procedunt,l.2.ff.de excep.Io.And.& alij, in c. 2.extrà eo.Hic igitur cùm emptor reus ſit,& excipiat de fraude precij, nihil eſſe uidetur, quod impediat huiuſmodi allegationem excipiendo. 24 *Allegans turpitudinem.*

SED hoc certè non eſt perpetuum,ſed multas declarationes,reſtrictiones,& diſtinctiones recipit, ut uidere licet apud Bart. vbi ſuprà,quem ad hanc rem uidere poteris,& Albe.in l.tranſactione finita.C.de tranſact.Imo, & Card.Flor.in c.inter dilectos,& ibi quoque latè Barb. col.1.2.& 3.de donatio.Panor.poſt Ant.in c.cùm ſuper. col.vlt.de conceſ.præben.& Cæpol.cauſa.criminal.conſil.59.Franciſcus col.1.verſ.nec obſtat,dum dicitur, & multis ſeq.& colum.2.verſicul.tertio, & verſic. quarto. Barb.in repet.cap.cùm M.Ferra.col.40.numer.11.& ſequen.& ibi Fran.Rip.nu.61.de conſtit.& Fel. poſt alios, in cap. lator. colum.1. et 2.extrà de re iudic.Soc.conſi. 264.viſis inſtrumentis,in 5.q.Carol.Rui.conſil.125.viſo themate,col.2.num.4.lib.1.conſil.142.caſus de quo, col.3.num.7.eod.lib.1.& conſil.78.proſequendo,col.3. verſ. contra prædicta, & 3. ſeq.libr.4. & conſil.132. uiſa cōfeſſione,col.4.num.10.eod.lib.4. & conſil.72. prima, colum.1.num.2.libr.5. Et dicemus aliquid infrà in hac eodem glo.in 8.quæſt.num.72.aut etiam. Sed unum interim nō omiſerim,Barb.conſil.8.illud afferam,colum. ultim.lib.4.poſt alios ab eo citatos,in ea fuiſſe ſententia ut liceat contrahenti dicere contractū uſurarium, etiāſi ſuam turpitudinem alleget. Sed hoc utique uerum eſt in eo qui dat,ut hinc lucrum aut commodum percipiat, ut uidere licet apud omnes qui de ea re locuti ſunt. 25 *De eadem re.*

QVÆRO igitur & tertiò,quid ſi precium eſt mille aureorum ſolarium, quorum ſinguli tempore uenditionis ualebant 45.ſolidis noſtris, ut nūc cùm hæc commentamur,ualent noſtri Principis edicto, mox autem à Principe augetur precium,ut ſæpe fieri uidimus,ut cùm conſanguineus uult retrahere, ualeant 46.ſolidis, aut è contrario eorum precium minutū eſt,utrum horum precio-rum inſpiciendum ſit, cùm ſit retractus. an prius illud, quod fuit tempore contractus,an poſterius,quod currit tempore retractus,uide gloſſ.in capit.quis ignorat.32.q. 4.et in c.loquerētes,in uerbo, ſolidos,extra de offi.ord. Doct.in l. cùm quid. & in l. uinum. & in l.quod te. ff. ſi cer.pet.et in ca.olim.& in c.cum canonicis extrà de cenſib.& in Clem.2. de dec.Innoc. Hoſt.Io.Andr.Collect. Bald. Henric.Boh. Ant.Imol.& Panor.latè in c.quanto, de iureiur. Hoſt. in ſumma, tit. de cenſib. §. ex quibus, uerſ.quid ſi moneta mutetur.Spec.& Ioan.And.in tit.de oblig.& ſolut.§.nunc aliqua,uerſ.vltim.Oldr.conſi.13. cùm quæſtio eſſet,& cōſ.31.thema tale eſt,quidam con- 26 *In retractu an precium monetæ venditionis, an ipſius retractus inſpiciatur.*

dens



dens teſtamentum. Andr.Iſern.in cap.1.tit. quæ ſunt regal.Cyn.in l.minorum,in 9.q. verſic. reſtat modò.C. in quibus cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſ. Collect. in c.indicante,colum.1.verſicu.quid ſi teſtator, extra de teſta. & in cap.Odoardus,colum.2.uerſ. ſed quam pecuniam, de ſolu.Bart.Bald.Alber.Ang.& Raph. Co.in l. Paulus, la 1.ff. de ſolu.Bart.in l.cum certum.ff. de auro & argēt. le.& in l.nummis.ff.de in litem iuran.& in l.res in dotē. ff.de iure dot.Bald.in l.illud,colum.vltim.uerſicul.ultimò quæro.C. de ſacroſ.eccleſ.& in l.acceptam, in 17. q. C.de vſur.& in l.vltim.in princ.colum.1.verſicu, item quæro quid ſi aurei.C. com.de leg. & in l. ſi quis argentum,in princ.colum.2. uerſic. conſului pauci ſunt dies, poſt Cyn.ibi.C.de donat.& conſi.499. quæſtio iſta,li.1. & conſi.ſequen.quod eſt vlt.eius lib. incip. in quæſtione qua quæritur.& conſ.269.ſuper eo quod quæritur,li.2. & conſi.213. punctus quæſtionis talis eſt, dati fuerunt, lib.5.Alber.in l.2.colum.pen.verſicul.deinde quæro, ſi emphyteuta, & ibi Iaſon colum.26. in 36.q.C. de iure emphy.Ioan.Fab.in d.§.1.Inſt.quibus mod.tol.oblig.& in Authen.hoc niſi.C.de ſolu.Imol.in l.in ratione.§.diligenter.ff.ad legem Falcid.Paul.conſi.56.quòd ſolutio, lib.2.Rom.conſi.123.circa primum.Ioan. Ana.in ca. 1, colum.1.verſic.utrum autem,extra de Iudæis.Pet.Ferra. titu.for.libel. in actio. hypo.in uerbo, relaxandum iure pignoris,colum.1.uerſi.quid ergo ſi miſſo, & multis ſequen.vſque ad fin.huius glo.Franc.Aret.conſil.11. procedendum eſt.& conſi.84.diligenter,colum. 1.& conſ. 111.conſideratis,colum.1.Calca. conſi.14.Manfredus, & conſi.ſequen.uiſo inſtrumento, colum.12.verſicu. & pro vera declaratione. Corn.conſi.287.in hac conſulta tione,colum.pen.ver.deueniendum,& ſequen.uſque ad fin.conſil.lib.1.& conſil.181.uiſis nonnullis, charta penul.colum.ultim.uerſic. reſtat ut deueniam ad tertium, lib.2.& conſi.282.de pluribus,colum. penul.uerſ. reſtat vt deueniam ad dubitationes.& ſequen.lib.3.Barb.conſil.19.clementiſſimum, per totum lib.4.Iorda.Bricium in tract.monetæ, qui eſt inter tractatus Ioan. Ray. ferè per totum.Guid.Pap.deci. Delph.493. ſi fiant monetæ. Maria.Soc.conſi.6.prædicta conſultatio,lib.1.& conſil. 298.pro fundamento, per totum lib.2. Hiero. Cag. loquentem de retractu conuentionali, in repe.l.2.in 31.q. C.de pact.inter empt. & venditorem Matthæ. Afflict. deci.Neapol.90.hoc tempore.& iterum deci.194.filius-famil,Stephan. Bertran.conſil.168. illud eſt certum, in princip.lib.1.& conſi.261.viſo themate,in 2.dubio, eodem lib.1.

27 *Quid,ſi moneta bonitate intrinſeca facta eſt deterior.* EX quibus etiam, aut certè bona eorum parte, intelliges,quid dicendum ſit,ſi ea moneta,quæ ſolui, aut reddi debet,ſit deterior,non quidem æſtimatione communi & vſuali, ſed bonitate intrinſeca: verbi gratia, aurei qui tempore uenditionis ualent 45. ſolidis, eodem ſunt valore,cùm ſit retractus,tamen ex edicto principis facti ſunt aurei huiuſmodi,auro nō adeò puro puto,uti erant: utrū tūc cōſanguineus cogetur accipere hos nouos aureos. De quo, ut iam diximus,comperies apud multos ex ijs, quos citauimus in precedenti verſicu. Sed præter eos uide Corn.conſil. 109.uiſo puncto,in princip. lib.4. vbi dicit hanc eſſe omnium propè ſententiam, ut ſi poſt contractum pecunia fiat deterior bonitate ea intrinſeca, debet ſolui ac reddi ſecundum bonitatem temporis contractus, non ſolutionis: etiamſi nulla mora eius,qui reddit pecuniam, interceſſerit. De quo etiam per Signo.conſil.74.quæſtio talis ponitur, quidam colonus.& Stephan.Bertran.conſi.312.viſis & diligenter,colum.1. lib.1.& Nicol.Mil.in ſuo repertorio, verſic pecunia. & latè per Anto.Rub.qui & alios citat,conſ.17.præſupponitur in facto,ubi etiam loquitur de retractu conuentionali. & iterum conſi.48. viſo inſtrumento, ubi & in eadem ſpecie loquitur.

QVARTÒ quæro, quia ij, quos citauimus, in præcedenti quæſtione,loquuntur,cùm ſimpliciter facta mē tio eſt certæ ſpeciei monetæ ſine adiectione ualoris ipſius,vt ſi quis emerit centum aureis,ducatis, nobilibus, & cæteris huiuſmodi. Quid igitur ſi adiectus fuerit ualor, ut ſi dictum ſit, rem emptam centum aureis ſolaribus,quorum quilibet tempore uenditionis ualet quadra gintaquinque dozanos, ut vulgò uocamus. Nam ſæpe apud nos ita fiunt uenditiones, *pour le pris de cent eſcus ſol, valent à preſent chacune piece quarante cinqſolz*: utrum tunc idem dicendum ſit, ac ſi id adiectum non fuiſſet, tanquam ſcilicet eius expreſſio, quod tacitè ineſt, nihil immutet conditionem iuris,l. non rectè.C. de fideiuſſ.& l.aliquando.ff.de condit.& demonſtr. An uerò ea res faciat perpetuam eius monetæ æſtimationem, licet poſtea ualor immutetur,argum. eius quod dicitur æſtimationem facere uenditionem, remque ita æſtimatam manere periculo ſiue damno uel lucro eius, qui eam accepit,l.1.§. æſtimatarum, & §.æſtimatas C.de rei uxor. actio.cum concord.à me traditis ſuprà,eod.§.glo.13. in uerbo, *ou equipollent à vente*, numer.20.nam & aliàs.& iterum nu.108.ex his autem.Sed tu de hac noſtra quæſtione priuatim uide Barbat.conſi.19.clementiſſimum, lib.4.& etiam Fran.Aret.conſ.84.diligenter, col.ultim. uerſ.uenio igitur. 28 *Quid,ſi moneta in cōtractu uenditionis ſit æſtimata.*

QVINTÒ quæro, quid ſi uenditio facta ſit precio centum ducatorum, & poſtea intra annum retractus id genus monetæ à Principe eſt abolitum,atque interdictum utrum emptor tenebitur à conſanguineo ueniente ad retractum, & centum ducatos nunc prohibitos offerente, eoſdem recipere, & ſic eum admittere ad retractum: an uerò audietur poſtulans ſibi reddi precium in alia moneta,cuius uſus non interdictus eſt.uide Cyn. poſt Petr. Iacob.& Odof.in d.l.in minorum,in 9.quæſt.ubi ſuprà. C.in quibus cau.in integr.reſtitut.non eſt neceſ. & Collect.in ca.1.colum.2.uerſ.ſed quid ſi mutuaſti, extrà de commod.& Barto.in d.l.quod te.ff.ſi certum petatur, & ibi pleniſſimè Alex.qui alios multos citat.col.2.uerſi. iuxta hic tradita,& multis ſeq.& ibi quoque Fran. Ripa num,24.ff.ſi certum petatur,ubi omninò uideas. & præterea Bald.in l.ult.col.1.uerſ.ſed pone iuro.C.de non numerata pec & Card.Flor.poſt alios multos ab eo allega tos,in Clem.2. in 13. quæſt.de deci. & Io.Fab.in l.acceptam,ad fin.C.de uſur.Et quæ dicemus infrà, eodem §. glo.20.in uerbo.*d'or ou d'argent*,in ult.q.& ſeq.titul. §.4. gl.2.nu.] Et id quoque intelliges ex multis,quos citauimus in tertia quæſt. 29 *Quid,ſi moneta à Principe ſit abolita.*

SEXTÒ quæro, ſi precium uenditionis eſt centum aureorum coronatorum, an audiendus eſt conſanguineus,qui vult reſtituere precium in moneta argentea,aut etiam aurea,alterius formæ,ſcilicet aureorum ſolarium aut ueterum, quos uocamus.uide text.Barto. Angel. & alios in l.Paulus,la 1.ff.de ſol.gloſſ.Bal.Franc. Aret.Iaſ. & Phil.Dec.in l.2.§.mutui datio.ff.ſi certum petatur.Io. And.in c.peccatum,ad fin.1.art.in Mercu.de reg.iur.lib. 6.Barto.in l.quæ extrinſecus.ff. de uerborum obligatione.Ioan.Fab.in d.§.1.Inſtit.quibus modis tol.oblig Bal. in d.l.ſi quis argentum,col.2.uerſic.quærit glo. quid in pecunia.C.de dona.& conſi.130.quia obligationes,li.5. Maſuer.tit.de ſol.§.item ſi ſis obligatus.Io.Plat.in l.1.C. de collat.æris,libr.10. & in l.1.C.de ueter.numiſ.pote. lib.11.Maria.Socin.conſi.6. prædicta conſultatio, colum.1.& 2.Fran.Curt.ſeniorem in tractat.monetarum, in 9.queſt.& ex ſcriptis in ijs locis,facilè intelliges quid hìc dicendum ſit. 30 *Si precium uēditionis ſit in auro, an oblatio fieri poſſit in argento, aut moneta alterius ſpeciei uel formæ.*

EX conſuetudine autem expreſſa Borboniorum, cap. conſuetudinum eius loci 432.ſatis eſt precium reddi in moneta aurea uel argentea, etiam ſi non ſit eiuſdem ſpeciei. Et id quoque in omni caſu obſeruari conſuetudine tradit Bar.in l.diuortio.§.ob donationes,circa medium. 31 *Conſuetudines,de eadem re.*

ff.ſol.

ff.ſol.matr.& in l.1.§.vltimo. in fin.ff.de aur. & arg. leg. Huius autem rei conſuetudinem eſſe obſeruandam, tradit ipſe Bart.in d.l.quæ extrinſecus, & Bal.in d.l.ſi quis argentum,vbi ſuprà,& Ioã. Plat.in d.l.1.C. de collatio. æris lib.10.& in l.1.C.de arg.preci.eod.lib.10.& omnes paſſim de hac re loquentes. At ex conſuetudine Niuernienſi tit.*deretraictz*.§.14.non refert, ſoluatur precium in auro,aut argento,etiam ſi non ſit eiuſdem ſpeciei,cuiuſmodi precium erat,niſi interſit emptoris. De hac aũt quæſtione nuncupatim tractat Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ.tit.1.§.13.gl.8.in 2.q.

32 *Si in uenditione nõ fuerit ſolutum integrum preciũ, an conſãguineus id ipſum nihilominus ſoluet.*

SEPTIMÒ quæro, Si in ipſa venditione non fuerit ſolutum integrum precium,ſed vel totum ipſum,vel partem eius promiſit emptor ſoluere intra aliquod tẽpus,& interim conſanguineus vult retrahere, & offert id tantũ precium,quod ſolutum eſt, & promittit, cùm dies reſidui ceſſerit,idipſum ſoluere,& liberare emptorem. At emptor poſtulat ſibi integrum precium ſolui,cùm in id ſit obligatus.Cæpolla conſ.cauſarum ciuilium 46. circa dubia, colum.2.nuncupatim de hoc caſu loquens, in ea eſt ſententia,vt ipſe conſanguineus debeat totum ſoluere,quia ſtatutum(inquit)non diſtinguit, ſolueritne emptor totum precium,an partem:ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de precio.ff.de publi.in rem actio. Cuius hæc verba ſunt,maximè ad hunc locum pertinentia: De pcio nihil exprimitur,vnde poteſt coniectura capi,quaſi nec ſententia Prætoris ea ſit, vt requiratur,an ſolutum ſit precium,an nõ.Et etiam ſuadet(inquit)ratio,ne emptor duplex dãnum patiatur: vnum,ꝙ ab eo auocetur res empta,contra l.dudum.C.de contrah.empt.alterum,ꝙ non ſit ſecurus de precio.Hæc Cæpolla.

33 CVI, quantum ad rationem duplicis damni, adde quæ diximus ſupra in eadem gl.num.9. nam & alioqui. Quantum ad rationem ſecuritatis, adde etiam multum intereſſe,an apud te habeas precium, quo tu te poſſis illico cedente die liberare ab ea obligatione ſoluendi precium:an verò actionem tantùm aduerſus alterum, vt id faciat,arg.l.minus ff.de reg.iur.& l.ſi debitor,in fi.ff.de furt.& §.furti autem.Inſt.de oblig.quæ ex dilect. naſc.& eorum,quæ dicemus infra,eod.tit.§.19.in glo.2.num.3. nec ſatis facit.Nec ideo obſtare videtur, ſi cõſanguineus offerat emptori cautionem de reſtituendo precio die cedente,quia ſatius eſt ſuam ſibi rem ſaluam fore, quàm tabulas cautionis habere,atque incertum illius euentum ſpectare,l.ſuſpectus.ff.de ſuſpect. tuto. & l.pupilli.ff.qđ fal.tuto.auto.& facit l.cogi.§.ſi pater.in fin.ibi,ſub incerto cautionis.ff.ad S.C.Treb.& l.qui ita in inſtitutus.§.1. ibi,propter fragilitatem cautionis, eo.tit.& plus cautionis eſt in rem,quàm in perſonam,l.plus cautionis. ff. de reg.iur.& melius eſt poſſidere,quàm in perſonam experiri,l.1.§.1.ff.de ſuperfi.Et facit etiam in hãc partem bonus text.in l.ſi cui legetur.§.vltim. ff. de leg.1.cùm dicitur,intereſt enim fideiuſſoris ſolui potius mihi, quàm ipſum conuentum mandati actionem intendere,nec intereſt,ſoluendo ſit necne.

*An opus ſit cautione, vide 43.44.45 56.*

*Cautionis fragilitas.*

34 EGO tamen (neque enim diſſimulabo iudicium in hac re meum) diuerſum cenſeo, videlicet conſanguineũ non teneri ſoluere precium non ſolutum, & cuius ſoluẽdi dies nondum ceſſit,non magis quàm ipſum emptorem,in cuius locum ille ex noſtra conſuetudine ſubſtituitur,atque ſubrogatur. Ideoque non deterioris debet eſſe conditionis,quàm ipſe emptor. l.1.§.hæc actio. ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.& c.eccleſia.l.1.extrà ut lit.penden. cum ſim.præſertim cùm mora ſolutionis ſit quædam veluti diminutio precij,vt eſt text.optimus, in l.circa legẽ. ff.ad legem Falci.cùm dicitur,quia interuallum temporis & interuſurium huius ſpacij minorem facit quantitatem,& iterum in l.in quantitate.§.in diem.ff.eo.titu. ibi, tantò,minus erogari ex bonis intelligendum eſt,quantũ interea,donec dies obtigerit, hæres lucraturus eſt ex vſuris.& idem penè text.in l.qui quadraginta.§.vlti.eodem quoque titu.& facit text.in l.1.§.quis creditori, ibi, propter repræſentationis commodum,eod.titu.& in l.in lege Falcidia non habetur,eod.item titu. ibi, medij enim temporis commodum computatur. & in l. ſi mandauero tibi, vt pro me.ff.mand. & l.generaliter. §. ſi cui legatum,verſ.planè ſi fortè.ff.de fideicom.libe.& l.ſi conſtãte.§.quoties.ff.ſol.mat.vbi cum quis ſoluit ante tempus, debet ei deduci interuſurium medij temporis. & in l.eũ qui.§.melior.ff.de in diem addict. ubi ſi ſolutio facilior aut maturior offeratur, melior conditio afferri videtur, etiam ſi precio nihil ſit additũ.& in l.melior. §.ſi hæres. ff.ad Trebel.& in l.ait Prætor.§.ſi cum in diem. & §. pactum.& l.omnes.§.vlt.ff.quæ in fraud.cred.

*Mora ſolutionis, precij diminutio eſt.*

*Interuſurij habẽda ratio.*

*Commodũ repræſentationis et ſolutionis ante tempus conſiderandũ.*

35 *De eadem re.*

EX quibus fit,vt qui ante vel poſt diem ſoluit, plus vel minus dicitur ſoluere,l.eum qui.ff.de ann.leg.& l.ſolidum.ff.de ſolutio.& l.ſi cui.§.miuns.ff. de verb. ſignif. & §.fideiuſſores.Inſt.de fideiuſſ.& §.tẽpore. Inſt.de acti. & c.1.extrà de plus petiti.& Bald.conſ.211.licet vos,colum.1.lib.5.Et dicitur fieri commodum creditori, ſi ante diem ei ſoluatur,eiuſque ſolius reſpectu valet legatũ, l.1.§.ſi quis creditori.ff.ad leg.Falc.& l.debitor, in prin. ff.de leg.2.Et facit l.cùm quis vxori,in princ.& iterum l. mulier. ff de dot. præleg. cùm ſit mentio de commodo prælegationis,& repræſentationis,& l.ſi prædio. §.1. in fin.ff.de in diem addi.Cuius autoritate Bart. in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iud.dicit, vendere rem non præſenti pecunia,ſed ſolutione precii in tempus dilata, eſt vendere minori precio.& poſt eum Bald.in l.in ciuile,circa medium.ff.de rei vend.& in l.& ſi inſtrumenta, poſt medium.C.de fid.inſtr.& iure haſtæ fiſca.libro 10. & Cæpol.conſ.cauſarum ciuilium 10.factum. colum.1. & Iaſon conſ.36.tota dubitatio, colum. vlti.verſ.non video,lib.1.Et quod ſcribit Signo.conſ.35. caſus talis eſt, quidam Iac.colum.4.num.10.Bal.conſi.185. quod poſt mortem.lib.1.& conſ.297.& ſi prętermittere,poſt prin. lib.2.& Ang.conſ.127.viſis,in fi.vbi dicit, quòd non eſt veriſimile debitorem ſoluere ante tempus,quia ſic donaret commodum medii temporis.& Corn.conſil. 258.in hac conſultatione,colum.pen.verſ.tum quia fortè,libro 1.& conſ.11.in præſenti,colum.4.hic tamen minimè, libro 3.& conſ.303.videtur prima facie,colum.4.verſ.ex quibus patet,eo. lib.3.& conſ.32. licet ſecundum, col. pen.verſ.prout alias,libro 4. & Otho Lapus inter conſi. Soc.conſil.151.conſideratis, colum.1.verſicul.ſecundò conſidero,libr.1.

36 *De eadem re.*

VT tamen interim non omittam,quod pulchrè ſcribit Bal.in Auth.& qui iurat,col.12.verſ.quæro, mulier eſt miſſa.C. de bonis auto. iud. poſſ.per d.l.ſi conſtante. §.quoties,vbi etiam Iac.ff.ſolut.matr.quòd ſi hæredes viri volunt ſtatim poſt mortẽ ipſius reſtituere dotem conſiſtentem in re mobili,cuius tamen reſtituendæ actio nõ niſi poſt annum competebat, ſecũdum l.1.§. exactio. C. de rei vxo.act.igitur ſi non expectato eo anno,vt id repetam,reſtituant dotem,poterunt detrahere interuſurium medii temporis. Quod dictum dicit mirabile, & ſequitur Alex.in l.diuortio,in prin. col.6.verſ. plus autem & mirabilius.ff.ſol.matr. & dicit etiam ſingul. Iaſ.in l.qui Romæ,in princ.in primo not.ff.de verb.oblig. & Catel. Cotta memo.dos ſoluto matrimonio.et idem voluit ipſe Bal.in l.in omnib. in ſecunda lect. in fi.ff. de iud. dum ſimpliciter allegat Iac.in d.§.quoties.

37 *De eadem re.*

QVIN alias ſemper,ſi quando quis cogitur ſoluere ante diem,intelligitur detracto interuſurio medii temporis,vt voluit glo.not.in l.1.in glo.vlt.et ibi Cy.Bal.Angel.et Sal.C.de cond.ex lege, per d.l.ſi conſtante.§.quoties.Et quis ignoranter ante diem ſoluerit, poteſt repetere id medii temporis commodum. gl.vti à multis expenditur,in l.cùm quis.et ibi Iac.But.Bald.ad fin. Raph. Fulgo.in repe.char.vlt.et Iaſon colum. vlti. C. de iur.et fact.



ignor.Mart.Sil.Iacob.Butr.Alb.Fulg.& Iaſ.in d.l.in diem.ff.de condic.indeb.Bart & Imol.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolu.matr.Imol.in cap.vltim.extrà de ſol.licet & alij teneant contrarium, quos videbis apud Iaſ. in d.l, cùm quis,& in d.l.in diem.

38 *Dies ſolutionis pars cõtractus.*

SED & hinc dicitur,quòd dies ſolutionis,ſicut ſumma precij,eſt pars contractus,l.1.§.editiones.ff.de eden. & Bart.in l.1.colum.vlt.verſi.an autem tale debitum. ff. de cond.indeb.& in l.lecta.colum.pen.verſ.aduerte.ff.ſi certum petatur.& Bald.conſ.48.inter cętera,poſt princ. lib.1.& Maria,Soc.conſ.15. viſis prædictis, col.vlt. ubi & per eum §.dicit,dilationem eſſe partem precij.& Philip.Dec.conſ.46.viſo puncto,col.1.uerſ.accedit & iterũ column.2.uerſ. quarto, Ita tamen, ut ſuper hoc uideas Pau.Caſt.conſ.234.dubium ſtat in eo,in fin.lib.1.Sicuti & è diuerſo dicimus, aliud quoduis pactum,quod apponitur in contractu ad commodum uenditoris, eſſe adiectionem & partem precij,l.fundi partem.ff.de contrahen.emp. ubi ita ſcribitur: Nam hoc ipſius precium fundi videtur,quòd eo pacto uenditus fuerat.& l. ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.de act.emp. cum ſim. à me collectis infrà tit.procedente,*de retraict conuentionel*, in præfat. nu. 28. quartum,quòd in ea,& ſeq.& in noſtris Legibus connubialibus,in gl.6.in 9.q.ubi uidere poteris,ne hìc repetã. Igitur(vt id caput concludam) ſi conſanguineus redimẽs cogitur reddere id precium, cuius dies nondum ceſſit, carius pluriſq; redimet, quàm emptor emerit,cùm tamen æquali precio poſſit redimere, ut ſignificant hæc verba,quæ nunc interpretamur.

39 *Qui rẽ cogitur cedere, manet liberatus onere reali Ex eo, qđ quis inuitus facit, nullũ ſibi debet parari præiudicium.*

NEC dici poteſt, emptorem manere obſtrictum, ac obligatum uenditori poſt ceſſionem à ſe factam conſanguineo,ui iſtius ſtatuti,quia cùm id faciat ex neceſſitate, videtur eſſe liberatus ea obligatione ſolutionis precij, ad quod tenebatur ratione fundi ſibi uenditi,quem iam non tenet, ſed alij coactus à ſtatuto ceſſit, nec ideo ratione illius debet cogi ſoluere, arg.l. ex his.& l, ſi poſt perfectam.C.de euict.& l.habitationum.§. ante preciũ. ff.de peri. & commo. rei uend.& optimi text.in l.1. in princ.ff. ad Treb. ubi omnes actiones, quæ in hæredes competebant, transferuntur in fideicommiſſarios, quibus hæreditas ex neceſſitate reſtituta eſt. Aliàs autem hoc ſtatutum eſſet omnium nequiſſimum,quod cogeret emptorem rei ſibi uenditæ cedere, aliumque in ſui ipſius locum reponere, & nihilominus precium eiuſdem rei ſoluere, cùm ex eo, quod quis inuitus facit, nullum ei debeat parari præiudicium.l. & ideò, in ſecundo reſponſo.ff.de cond.furt.& l.ſi pignori,circa fi.ff.fam.herciſc.& in l.peto.§.prædium.ff.de leg.2.& l.qui autem.§. apud Labeonem.ff.quæ in frau.cred.& l.interdum. & l. nouiſſimè.§.1.ff,quod fal.tut.aut. & l.ſi quis quaſi. ff. de Senatuſconſul.Sylla & cap.vlt.& ibi gl. in uerbo,inuita, 5.diſtin. & uoluit Barto. qui & alia iura allegat,in 2. q. ab eo diſputata, incip. Piſanæ ciuitatis,colum.1.uerſic. tertiò hoc probat, & dicemus infrà eodem titu. §.29. in gl.2.nu.2.ego verò.Et hic uide,quæ dicam infra, nu.47. tandem verò.

40 *Res minoris eſtimatẽ ob conueniendi difficultatẽ.*

QVÒD ſi venditor cauſetur, queraturque ſe huius conſanguinei fidem ſecuturum non fuiſſe, ſi cum eo ab initio contraxiſſet,quòd fortè nõ ſatis eſſet idoneus aut facultatibus,aut conuendi facilitate, iuxta l.2. in princ. ff.qui ſatiſd.cog.aut etiam eſſet rixoſus, potens,& cauillator.(Hæc enim tantum habent uirium, ut nomen debitoris ob ea minoris æſtimetur, ut per Bart.Pau.Caſtr. & Franc.Aret.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.ſi quis ita ſtipulatus.ff. de verborum obligat. cum alijs multis ſim.adductis à Iaſone in l.2.colum.6. uerſicu. in eadem glo.ibi,ſi rixoſus.ff.ſolut.matr.) Ab hoc igitur conſanguineo vix, nec ſine magno negocio & certamine, ius ſuum ſe obtenturum,id eſt, precium uenditionis conſecuturum,cùm è diuerſo emptor,cum quo contraxit, ſit vir bonus,& qui illico fidem ſuam liberare ſoleat: ideoque ei diem ad ſoluendum facilè & libenter conceſſiſſe. Quibus adſtipulatur text.in l.eum qui.§.melior.uerſicu. idem ait.ff.de in diem ad.ibi, & ſi perſona idoneior accedat ad emptionem.

41 *Sibi imputet,qui cogitare debuit.*

HVIC ita reſponderi poteſt, Quid enim ſi uenditio ea lege facta fuiſſet,ut uenditor poſſet rem intra aliquod tempus reſtituto precio redimere?nònne eo prætextu poterit venditor impedire, ne conſanguineus offerens precium,admittatur?quaſi non ſit facile,ab eo, fortè litigioſo, potente, cauillatore, intra dictum tempus redimere ex lege uenditionis, nec ideo cum ipſo conſanguineo vnquam contraxiſſet, uti cum emptore contraxit, uiro quidem bono,& lites execranti. Et certè non propterea intercedere poterit, ne conſanguineus admittatur, cùm ab initio ſciret ius ei eſſe ex ſtatuto uenditionem ſibi auocandi,atque ita ſe in locum & ius emptoris ueluti transfudendi,per text. optimum in l.ſi quis domum, §. idem quærit.ff.locat.cùm dicitur: ſi ſumptus fecit in fundum,quaſi quinquennio fruiturus,an recipiat?& ait,nõ recepturum,quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit.& l.ſi creditores.ff.de priuil.credit. & l.2.ff. ſol.matri. & l. qui bona.§.cum inter,& §.de illo,& l.in hãc. ff. de dam. infect.& l.ſi idem cum eod.§.vltim. & ibi gloſſ. & Bart. ff.de iuriſd.om.iud.& l.ult.§.ſed quia noſtra,& ibi Cyn. & Bald.colum.2.verſ.deinde no.C.commu.de legat. & Bart.latè in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.colum. penult. verſ.oppo.dicitur hic.ff.de verborum obligatione.Bald. Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex in c.rurſus ſi fidelis,tit. quib.mod.feud.amit.Alber.in ſecunda parte ſtatutorũ, q.232.ſed pone ſtatuto,in fin.& Pau.Caſt.conſi.65. uiſo quodam libello,col.2.verſ.item narrari debebat, lib.1. & Alex.conſi.52.uiſo primo puncto,col.3.lib.6.& conſ. 65.quoniam omne datum,column.4.uerſic.tertiò quotieſcunque.lib.6,

42 *De eadem re.*

ET præſertim,cùm id quod euenire poteſt,ſit ex diſpoſitione legis aut ſtatuti,tunc enim haud dubiè id euenire poſſe,cogitare debuit,nec ei ſubuenitur, niſi id proſpexerit,l.ſed & ſi per Prætorẽ.§. ſi feriæ.ff.ex quib. cau, maio.& Cy.in d.l.ult.§.ſin autem ſub conditione. & facit l.Seruius.ff.quod ui aut clam,& l.diuortio.ff.de neg. geſt.& l.ſi uina,quæ in dolijs.verſic.planè. ff. de peri. & commo.rei uend.& quod ſcribit glo.in c. ult.in uerbo, terminum,in fin.& ibi Doct.extrà,ne Præla.vic.ſuas.Archid.in c.alienationes,col.ult.12.q.2.Bald.conſi.182.locata fuit,col.ultim.lib.1.& conſi.255.Abbas fecit, circa medium, eodem lib.1.& Floria. loquens in caſu noſtræ conſuetudinis,inter conſ.Pet.Anchar.conſ.171,quòd dicta domina.

43 *Conſuetudines de hac quæſtione noſtra.*

VERÙM apud Trecenſes,c.161.conſuetudo eſt,cõſanguineum retrahere volentem,debere ſoluere integrũ precium,etiam non ſolutum, nec cuius ſoluendi dies adhuc ceſſit,aliàs non admittitur.Apud Senones, c.48.de hac re in hæc uerba ſcribit,quæ libuit huc tranſcribere, *Item ſi aucuns acheptent heritages, à payer à certains termes,le retrayant aura leſdictz termes,mais qu'il donne bonne ſeurtè an vendeur de payer audict terme. Car le vendeur ne changeroyt ſon debteur,ſ'il ne luy plaiſoit. Et ſi ledict retrayant ne le faict, ne ſera receu, ſ'il ne baille argent ou gaiges à l'achepteur, ou au vendeur*, Quæ omnia verba id ſummatim ſonant, hoc in caſu non eſſe admittendum conſanguineum, niſi ſoluat, aut det fideiuſſores, uel pignus. Et eadem conſuetudo eſt apud Borbonienſes, cap.470. & Victriacenſes, cap.126. & Auxerrenſes,ſiue Altiſſiodorenſes, hoc eodem tit.§.18.qui eſt omnium 49,

44 PRO quibus facit, quod in diuiſione ſocietatis non poteſt alter ſociorum,qui debita contraxit in cauſam ſocietatis,deducere pecuniam,quam debet in diem creditoribus: ſed ſufficit,vt ei præſtetur cautio ſoluendi,cùm dies

dies ceſſerit, l. omne, & l. ſi ſocij ſumus, quæ confeſtim ſequitur.ff.pro ſocio.& l.cum ſocij.ff.commun.diuid.& voluit Ang. qui id trahit ad fratres diuidẽtes peculium, in l.frater à fratre,col.3.uerſic.in text.ibi, & ſi per illum text.in uerſ.igitur & ſi iuncta glo.in uerbo,indemnis,& ibi Crotus in repet.col.6. verſ.tertiò no. ff.de condic.indeb.& Rapha.Fulg.conſi.209.duobus,col.2. uerſ. ex ea quoque.& quod tradunt Cy.& Bart.in l.certum. C.fam. herciſ. Et id quidem in caſu noſtro ſeruari ſatis æquum eſt,& eſſe ſeruandum tradit Maſuer.in tit. de empt.& vend.§.item ſi aliquis,in fi & benè facit text.in ſimili, in l.ſi poſſeſſor hæreditatis. §. ſed & ſi ob uenditionem . ff. de petit.hæred.

45 *Quando cautio danda ſit, aut non dãda, iudicantis religioni relinquit.*

Ego uerò intercedente venditore(nihil enim intereſt emptoris) id iudicis arbitrio relinquendum cenſeo, fretus auctoritate Bald.qui in c.ſignificauit, circa medium, extra de teſtib. ſcribit, non ſemper eſſe cauendum, ſed demum quando iudex arbitratur id faciendum, per l.ſi creditores.ff de priuil.cred.& l.3.in princip. ff. de cond. cau.dat.ubi text.eſt,ut ipſe dicit, optimus. & facit etiam text.in l.fideicommiſſa.§ ſi quis illicitè.ff.de lega.3.& in l.in omnibus.ff.de iud.& d.l.inter omnes. ff. qui ſatiſda. cog. Et his duabus poſterioribus motus Franc.Aret. in l.2.in princ.col.4.ff.ſolut.matr.dicit regulariter non eſſe cauendum,niſi ex iuſta cauſa,& gl. quoque in d.l.in omnibus, in fin. id etiam relinquit arbitrio iudicis. Quid enim,ſi conſanguineus admodum ſuſpectus eſt, ut non tutum ſit ei rei venditæ cedere non numerato precio,ſaltem ſine cautione,exigendane ea erit? iuxta ea , quæ tradit glo.in d.l.inter omnes, in fin.& Bal.in Auth.hoc niſi debitor,in fin.C.de ſolutio.cum ſimil. Quid è diuerſo, ſi conſanguineus eſt admodum vir bonus, nec tamen poteſt reperire cautionem,quia fortè extraneus eſt:num ob id priuabitur beneficio retractus? & id iniquum eſſet,vt in ſimili dicit Bartol.in l.ſeruum.§. ait Prætor, verſ.præterea ſequeretur.ff.de procur.& Rom. conſ.61.Florentina,col.1.uerſ. tertiò quia ſequeretur. Et facit quod ſcribam infra eo.tit.§.5.num.1.

46 *De eadem re.*

Vt tamen non omittam quod ſcribit Paul. Caſtr. in l.ſtipulationum,la 2.in princ.ff.de verbo.oblig.iudicem poſſe ex arbitrio,cùm ſibi æquum videbitur, cauere, iubere etiam in caſu,in quo id iure ſcriptum nõ reperitur. idque ex arbitrio ſibi à lege dato,per l.quòd ſi Epheſi.ff. de eo quod certo loco.& idem videtur voluiſſe Io. Fab. in §.Prætoriæ,col.2.verſ.quid ergo. Inſtit.de diuer. ſtip. At Alex.in d.l.ſtipulationum,poſt princip.putat,quòd ſi æquitas reperitur ſcripta in Iure, licet non in ſpecie, ſed vel in genere,vel etiam in ſimili, tunc iudex procedens de ſimilibus ad ſimilia, poteſt compellere ad cauẽdum, per l. non poſſunt. ff. de legi. At ſi moueretur æquitate quadam,nec in eo caſu ſcripta,nec in ſimili, neminẽ eſſe cogendum,per l. placuit. C.de iudic. & cap.ult.extra ut de tranſact.

47 Tandem verò poſt hæc reperi Guid. Pap.hunc caſum aut certè non diſſimilem tractaſſe conſ. 161. Claudius Martini,de emphyteuta, qui uẽdidit emphyteuſim non præſenti pecunia, ſed certis temporibus ſoluenda: dominus autem vult retinere rem iure prælationis, an teneatur ſoluere precium,non expectatis illis ſolutionis temporibus. Et credo(inquit)quòd non teneatur, ſed ſatis eſt,ut ſoluat temporibus adiectis in uẽditione,quia ſi emptori integrum precium confeſtim ſolueretur, conſequeretur maius commodum, quàm emphyteuta, cui per terminos ſolui debet. Subdit tamen id uerum eſſe, ſi ſit facilis conuentu ad conſequendum precium temporibus præſtitutis, iuxta dict. l.2. ff. qui ſatiſdar. cogan. Quòd ſi is primis temporibus non ſoluerit, ſubueniretur emptori aduerſus emphyteutam agentem ad ſolutionem precij condictione ſine cauſa, quia licet dictus emptor teneretur actione ex vendito emphyteutę ad huiuſmodi precium,ea tamen cauſa, ob quam precium ipſum petitur,reducta eſt ad non cauſam, cùm res ab emptore fuit per dominum iure prælationis auocata: quo etiam caſu competit condictio indebiti,& ſoluti repetitio.l.ſi fullo.ff.de cond.indeb.& quod ibi not.Bart. Subditque de hoc eſſe caſum apertum ſecundum vnam lecturam gloſſ.in l.Iulianus. ff. de condi.indeb.& ita tenere Angel.Aretin.in l.ultim.in fin.ff.a quib.app.non lic. Et ideo(inquit) ad vitandum huiuſmodi circuitum,putarem uerius dicendum, dominum debere ſe obligare, & cum fideiuſſoribus ad ſolutionem precij faciendam emphyteutę temporibus conuentis. Hæc ille propemodum.

Novissime autem Mod. Pariſ. in ſuis conſuet. Pariſ. commenta.tit.1.§.13.glo.8. num.5.hanc eandem quæſtionem adſcripſit in retractu feudali, ſimulque in hoc retractu proximitatis, dicitque ſimpliciter, quòd ſi ſit tempus ſolutioni appoſitum in ipſo contractu venditionis, vel etiam ſeorſum:ſed per modum reformationis aut renouationis contractus,tunc prodeſt retrahenti, vt uenditori profuiſſet ceſſante retractu, quia omne cõmodum & incommodum contractus transfertur in retrahentem. Si verò tempus datum ſit ſeorſum à uenditione, & ex liberalitate uenditoris, uel alia diuerſa cauſa, non prodeſt retrahenti,cùm huiuſmodi dilatio nihil habeat commune cum uenditione, nec ideo cum retrahente. Ideo tenetur retrahens ſtatim ſoluere.Sed ſi quęratur, an debeat ſoluere emptori,an uenditori: & idem dicẽdum eſt, ac ſi precium eſſet purè debitum,nondum tamen ſolutum. Ideò retrahens non tenetur illud ſoluere emptori:& ſi id fecerit,non liberabitur à uenditore,à quo in ſubſidium, emptore non ſoluente, poſſet conueniri hypothecaria, & fortè rei uendicatione, ſi fides de precio non ſit habita, vel fraudulenter extorta. Niſi ſi venditor conſentiat ſolui emptori, quia tunc illi præcisè ſolui debet intra tempus à conſuetudine præſtitutum aliàs conſanguineus cadet retractu. At ſi non conſentiat venditor, tamen conſanguineus ſoluens emptori, euitabit periculum amiſſionis retractus, non tamen liberabitur à uenditore, quin ab eo conueniri poſſit. Poteſt autem omne periculum euitare, & liberationem conſequi conſignando, per notata in l.acceptam. C. de vſur. & in l.obſignatione. C. de ſolu. Hactenus Molend. qui & in ſeq q.quæ eſt in num.7. dicit retrahentem debere cauere ſe ſoluturum uenditori, cùm dies ſolutionis ceſſerit, & alia quædam ponit,principalem quæſtionem tangentia,quæ uix,ut uerum fatear, intelligo. Sed ſi uis ſcire, an,& quando aliàs debitor in diem teneatur cauere ſe ſoluturum die cedente,uide tex.gl.& Doct.præſertim.Bal. in 2.lect.in d.l.in omnib.ff.de iud.& Cy.& eundem Bal. l.vniuerſa.C.de precib.Impe.offer. 48

Sed dubium eſſe poteſt, an cùm hoc caſu conſuetudo requirit cautionem, aut ſi etiam Iure communi tenetur dare,vti placuit Guid.Pap.ſatiſne ſit conſanguineo, dare cautionem iuratoriam,ſi aliam dare non poſſit(neque enim noſtris tantùm Pictonibus, quod ſæpe aliàs diximus, ſed alijs quoque ſcribere, quantum locus atque occaſio permittere poteſt, ſtatuimus.) Id quod intelligere poteris ex notatis à glo.Cyn.Bar.Bald.Angel.Paul. Caſt.& cæteris, in l.vſufructu,quæ eſt 4.C.de vſufru. gl. & Doct.in c.qua fronte,extrà de app.& in c.vltim. extrà de pig.& in c.ex parte,el 1.de verb.ſign. Bal. in Authen. cui relictum,col.2.uerſ.ſed quid de eo,& uerſic.attende hic,& ibi Iaſon,col.vlt.C.de indic.vidui.eodem. Bal. in l.1.§.1.in fin.C.de aſſer.tol.& in l.1.& ibi Paul. Caſtren. Alex.Soc.& Iaſon.latiſſimè in l.1.ff.qui ſatiſ. cog.Rom. conſ.437.circa primum,in ult.dubio.& Franc.Aret.in l. 2.in princ.colum.4.ff.ſolu.matri. cum alijs multis concord.adductis ab ipſis Alexan.Socin.& Iaſ.ibi. Quibus adde Cardin.Alexand.in c.qua fronte,colum.3.verſ.gl. 49 *Cùm cautio danda eſt, an & quãdo ſufficit iuratoria.*

in



in uerbo,cautione, extrà de app. & Guid. Pap. Deciſio. Delphi.189.circa materiam, & dec.250. ſed ſi non poteſt,& ipſum Iaſ.in l.1.col.vlt.C.de procura.

50 *Si emptor ſuppleuit preciũ an id conſanguineus reſtituere debeat.*

Octavò quæro,Emptor poſt uenditionem ſuppleuit primum precium in ipſa uenditione appoſitum,tanquam id non ſatis iuſtum fuiſſet: utrum conſanguineus redimens ſoluere debeat emptori, non ſolum primum ac principale precium, ſed & hanc precii acceſſionem, ſiue ſupplementum.Quod uidetur, per id quod in ſimili ſcribitur in l.debet.ff.de ædil.edict. ubi is, qui redhibet,non ſolum debet recipere pecuniam, quam dedit: ſed & ſi quid acceſſionis nomine dederit. Et in l.in tantum.ff.de lib.cau.ubi is qui in libertatem proclamat, cũ ſe antè uenundari paſſus eſſet,non ſolum precium,ſed & quod precio acceſſit,reddere tenetur,

51 *Augmentum an ſit eiuſdẽ naturæ,ac id cui additum eſt.*

Nam & hæc acceſſio precij, ſiue malis dicere augmentum,ſiue ſupplementum,ſiue additamentum, eſt eiuſdem naturæ,& eodem iure regitur,ut primum, cui additum eſt l.etiam,& ibi Bald. qui id trahit ad multas quæſtiones,& alii.C.de iure dot.& l.inter.§. cùm inter. & ibi Albe.ff.de pact.dotali.& l.1.& iterum l.ſi conſtante.& ibi Bald.C.de dona ante nup.& l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.& ibi Bart.Bald.& Paul.Caſt.ff.de pig.actio. & l.ſi ex toto,in prin.& l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff. de lega.1.& ibi concord.in glo.cum alijs multis ſim. & concord.à me latè collectis in repet.l.ſi unquam, in uerbo, donatione largitus,nume.226.uerùm quantum ad text. Quibus addere potes text. in l. ſi proprietati. ff. de iure dot.ubi augmentum dotis dicitur eadem dos,non noua. & hoc ibi not.Bald.Ex quo fit,ut ſicut ualet donatio patris in filiumfamilias pro dote.l. Pomponius. ff. famil. herciſ.ita & pro augmento dotis, ut uoluit Fran. Are.in l.placet,colum.2.uerſ.extrà gl.ff.de acquir.hæred.Iaſ.in rubr.ff.ſol.matr.Adde(inquam) & tex.in c.1.extra ne ſede uacan.& in c.quanto,de cenſib.& in §.poſtquam.15. q.1.Quibus innixus Corn.conſ.302. licet in propoſitione,colum.5.verſ.confert etiam,libr.3.dicit ſupplementum legitimæ,& aliud quoduis,aſſumere naturam eius, cui ſuppletur,ſiue adiungitur, & allegat etiam quædam ex ſuprà dictis iuribus.

52 *De eadem re.*

Adde etiam tex.in c.ult.§.1. & ibi Dom. de conceſ. præb.lib.6.& quod tradit Abbas Doct.antiquus, in ca. per tuas,extrà de donat.quòd alienare de nouo non dicitur,qui iam factam donationem ſupplet.Quem refert & ſequitur Bald.in ſua Marg.in uerbo,alienatio, uerſic. ult.& Bertha.in tractatu gabellarum,in 3. parte 8. partis prin.in 9.q.Atque etiam quæ ſcripta ſunt à Ioan.Mona. in c.diſpendia,colum.1.de reſcri.libr.6.Oldr.conſ.240. ſuper eodem colum.2.uerſ.ſecundò tale ius.Signo.conſ. 65.quidam nomine Martinus, paulò ante finem.Alber. in l.de quibus, colum.41. numero 165.ff.de legib. & in l.quia actionum.ff.de præſcript.uerbis.Bald.in capitulo primo.§.ſi quis de manſo.column.2.verſicu.oppo. nam lege cauetur,titu.de contro.inueſt. Salyc.in l.ſcimus, in princip.C.de inoffic.teſtament.Rapha.Fulgoſ. conſilio 40.dominus,colum.2.Card.Floren.in Clem. ſtatutum, in 3.oppo.de elect.Imol.conſ.34.uiſis & ponderatis, in fin. Cæpol.conſil. cauſarum criminalium 8. dicendum eſt,colum.prima Socyn.conſilio 154.pulchra.columna 9 verſic.reſpondeo quod minus, libr.2.& conſilio 254. viſa colum.vlt.poſt princip.eodem libr.2.& conſil.296. in præſenti,colum.2.verſ.confirmatur, eod.lib.2.Franc. Curt.ſeniorem conſ.57.ſuper eod.col.5.uerſ. his ſic pręmiſſis,& multis ſeq.Philip.Dec.conſil.141.ad plura, colum.1.in 2.dubio.

53 *Quid ĩ ijs, quæ ſunt ſtricti iuris.*

Et ita quidem hæc procedunt,vt etiam ea,quę ſunt ſtricti iuris,ad augmentum trahantur. Nam d.l.etiam. C.de iure dot.& d.l.inter.§.cùm inter.ff.de pactis dota. loquuntur de contractibus,qui ſunt ſtricti iuris.l. quicquid.ff.de verbor.oblig.Sed & de ſententia iudicis,vt ea trahatur ad augmentum,patet ex l.ſi opus, vbi id nuncupatim not.Albe.ff.quod vi aut clàm.& l.quamuis,iũcta gl.in verbo,perinde,ff.de bo.auto.iud. poſ. & l.ſed cum patrono.§.quamuis.in fi.1.reſpon.ff.de bono.poſſ.Et de priuilegio quoque probatur in c.ex parte, extrà de dec. & voluit ipſe Albe.in d.l.ſi opus.Conſtat autem ſententiam & priuilegium eſſe ſtricti iuris,vt de ſententia traditur in l. Paulus, la 2.ff. de re iud. & priuilegio. in l.ſi quando.C.de inoffic.teſt.& alibi latius diximus. Et horum eſt optima ratio. Nam & aliàs acceſſio cedit principali,l.& ſi non ſint.§.perueniamus. ff.de auro & argent. lega.& acceſſoriũ ſequitur natura. ſui principalis. ff. de reg.iur.& c.acceſſorium,eo.tit.lib 6.& c.cùm dilectus, extrà de fi.inſtru,cum concord. vbique adductis à gl. & Doct.Et vide quæ dicam infra tit.ſeq.in fi.in 38.q. [nu. 168.] tum etiam quia.

Contra quoque videtur ex tex.in l.pacta conuẽta,in fi.prin.ff.de contrah.empt.vbi ſcribitur quòd ſi omnibus integris manentibus,de augendo precio rurſus cõuenit, receſſum à priori contractu, & noua emptio interueniſſe videtur,& quod per eam l.tradit Bal.in l.item quod dictum eſt.§.1.ff.de in diem addi.& ſimilis tex.in l.2.ff.de reſcind.vend.vbi ita ſcribitur, ſi quam rem à te emi,eandem rurſus à te pluris minoriſùe emero, diſceſſimus à priore emptione. Super quo tamen vide Angel. Paul.Caſt.& Recentiores in l.iuriſgentium.§.adeò.ff.de pactis.& Alex.conſ.79.circa primum, colum.pen.in 7. dubio.atque etiam in 10.lib.1. Et facit etiam text. in l. qui fundum.§.1.ff.pro emptore, vbi fundus emptus, & quod ei poſtea adiectum eſt,cenſentur eſſe diuerſæ naturæ,& noua præſcriptione, quantum ad id opus eſt. Et quod etiam tradit Cyn.poſt Pet.in l.1.verſ.ſecũdò quæritur.C.de fideiuſſ.mino.quòd ſi minor vendiderit prædium, & dederit fideiuſſores, poſtea vero petierit ſibi ſuppleri,quod deerat ex iuſto precio,committitur ſtipulatio aduerſus fideiuſſores,quamuis res non exeat è manibus emptoris, quia propter illud ſupplementum cenſetur eam habere ex noua venditione,per text.in l.ſi fundus.§.1.verſic.igitur.ff.de euict. 54 *De eadem re.*

Et quod etiam dicimus,quòd cùm quid additur vel detrahitur, id rem nouam efficit. l.ius Ciuile, & ibi Guil.Bar.Bal.& Alb.ff.de iuſt.& iure.& l.cùm in plures. §.lege dicta.ff.loca.& l.Valerianus. ff. de Prætor. ſtipul. & l.vlt.C.de nouatio.& voluit per ea iura Bal. conſ.426. quæritur ſi factum fuit,circa medium. lib.1. Cui adde & tex.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter,verſ.cùm adijcit. & ibi Ang.& alios.ff.de verbor.oblig.& in l.tribunus.§. vlt.ff. de teſt.mil & glo.in cap.hi qui autoritate,& ibi Pet. Anchar.de præben.libr.6.Bartol.Bald.& omnes in l.edita, dum loquuntur de emendatione libelli.C.de eden. Alber.in l.ſæpe.colum.2.ff.de offic.Præſid.Bald.in l.pen.ff. de excu.tut.& in l.ſi conſtante, circa medium.C.de donat.ante nupt.& in l.ſi à te, poſt princ.C. de pactis inter empt.& vend.& in l.non dubium,column.4.verſ.ex hoc infertur,quòd ſi ille.C.de legi & conſ.327.pridie, col. 4.verſic.videtur igitur,libr.1.& conſ.348.factæ fuerũt, colum.3.verſic.item ille qui adijcit,libr.1. & conſ.142. quidam dominus Paſinus,colum.1.lib.2.& conſil.215. proponitur quod inueſtituræ.colum.3.quæſtio eſt, eod. lib.2.Ang.in l.& quia,col.vlt ff.de iuriſd.om.iud. Pet. Anch.conſ.54.apparet,col.1.Ro.conſ.45.ſuper eo.Ale. conſ.151.in cauſa Bartolini.in prin.libr.6. Soc.conſ.87. penſatis his,col.vlt.lib.4. Ex quo etiam fit, vt ſi ueteri inſtrumento aliquid addatur,debetur noua gabella,quã vocant tanquam de nouo inſtrumẽto,vt voluerunt Ant. & Io.Ana.in c.Iudæi,quod eſt 3.p gl.ibi, extra de Iudæ. De quib.tamen vide,quæ dicam inf.tit.ſeq.in fin.q.38. 55 *Adiectio vel detractio rem nouam efficit.*

Constat autem,nouum contractum alteri non pꝛiudicare,cum quo initus non eſt, l.vlt.ff de pactis. Bart. in l.in diem.ff.de aqua plu.arc.Bal.cõſ.371.Matthiolus, 56 *Contractus diſceſſio nõ pręiudicat*

M lib.1.

*ijs quibus eſt ius quæſitum.*

lib.1.cum ſim.nec item contrahentes poſſe perfecto contractu ab eo diſcedere, in præiudicium eorum, quibus ex eo ius eſt quæſitum, ſine eorum conſenſu, l. ſicut.§.vlt. ff. de nouati. & l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. cui regulę tanquam firmamento, debere nos inhærere, affirmat Bal.conſi.327.pridiè, col. vlt. lib.1. Idque etiam ſi id ius ex eorum contractu manarit, vt probat d.l.vltim. de pactis.& l.ſi poſt mortem.§.vlt.ff.de bon. poſſ. contra tab.& d.l.ſi conſtante.§.exceptis. C. de donat.ante nupt. vbi Bal. not. quòd quando ex contractu, uel occaſione contractus per diſpoſitionem legalem eſt ius quęſitum alicui tertio re vel ſpe, non poteſt ab illo contractu recedi, in eius non conſentientis præiudicium. & l.apud Iulianum,& quæ ibi not.Bal. Ang.Imol.Paul.Caſtr. & Recentiores.ff.de leg.1.& quod not.glo. & Doct. in l. certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet. & latè Corne.conſ. 65.& col.2.& ſeq.lib.3.& Iaſ.conſ.213. in præmiſſa,col. 4.verſ.confirmantur prędicta,lib.2.& dicemus latius infra tit.procedente.§.1.in uerbo, *ſeront prefrez*, num.20. neque id quidem mirum, & ſeq. Nec alteri per alterum iniqua conditio afferri debet,l.non debet.ff.de reg.iur.

57 Qvid plura? nam ut proprius accedamus ad hunc noſtrum caſum, Guil. Cun. cuius quanta ſit auctoritas, vbique videre poſſumus apud Bart. & Alb. qui ad illum paſſim tanquam ad ſacram anchoram,confugiunt. Gui, (inquam) Cun.in d.l.iuriſgentium §.adeò.ff.de pact.quęſtionem ponit, huic noſtræ tam ſimilem, quàm ouum ouo. Quidam (inquit) emphyteuta uendidit fundum, poſtea vult minuere vel augere precium, an id poſſit in præiudicium domini, Et refert, quoſdam diſtinguere, dominusne ſciebat huiuſmodi venditionem, necne; vt primo caſu poſſit,ſecundo minimè,per l.ſequitur.§.Labeo.ff.de uſucap. Verùm id ſibi non placet,per quædam iura ibi allegata. Subiungit,alios dicere,non poſſe præiudicari domino in augendo precio, in minuendo contrà. Sed nec hoc ei placet,per l.ſi dubitetur, 1.reſpon.ff. de fideiuſſ. Tandem uerò cõcludit, neutro caſu fieri præiudicium domino,cui iam ius erat quæſitum, etiam ſi id fiat ante rei traditionem, per quædam ex iuribus ſuprà à nobis citatis.& cum nuncupatim ſequitur ipſe Alber.in d.§.adeò. col. ult. Nihil autem magis ſimile eſt, quàm retractus proximitatis retractui rei feudalis, & ferè ſemper æquo paſſu procedunt.

58 *Augmentũ non ſortitur natu ram principalis, ſi ſit præſũptio fraudis.*

Nec obſtant allegata in cõtrarium, quia loquuntur & intelliguntur, quantum ad eos qui contraxerunt, non autem quantum ad alios, quorum intereſt, quibus ipſi contrahentes poſtea præiudicare non poſſunt, ut diximus. Alioquin enim hoc in noſtro caſu liberum eſſet contrahentibus,tantum precium,quantum uellent, præter primum adijcere, & ita conſanguineum à contractu repellere, tanto ſcilicet precio deterritum, quod iniquũ foret,arg.l.in fundo.ff.de rei vend.& l. ſi ſeruos. ff. de pigno.act.& l.ſed an vltrò.§.1. ff.de neg. geſt. & quæ dicemus infrà,tit.ſeq.*de retraict conuentionel*.§.7.in glo.1.nu. 5.ſecundò declara. Nam & aliàs augmentum non ſortitur naturam principalis, cùm eſt præſumptio fraudis aduerſus tertium,glo.in Auth.ſed iam neceſſe. C.de donat.ante nupt.Bart.in l.ait.§.1.quem legit cum princ. ipſius. l.ſ.quæ in fraud.cre.& in l.1.col.vlt. C.de iure fiſci, lib.10.Paul.Caſt.conſil.290.viſis his,quæ ſuprà narrantur,col.4.uerſ.item allegatur,lib.1.

59 *Nec cùm eſt diuerſa ratio.*

Vt interim omittam ea, quæ diximus, augmentum, ſiue ſupplementum eſſe eiuſdem naturæ & iuris, ut principale,procedere,cùm eadem eſt ratio, non cùm diuerſa eſt,ut per d.l.qui fundum.§.1.ff.pro empto.uoluit Corn. conſi.240.in præſenti conſultatione,colum.ult.uerſ.nec obſtat quòd augmentum, lib.3. Et generale eſt, vt acceſſorium non ſequatur naturam principalis, cùm ratio vtriuſque diuerſa eſt,l.& ſi is.& ibi Bald.C.de præd.minor.& l.ſi tibi.§.de pignore. & ibi quoque Bal.ipſe. ff.de pact.[& in l.in his reb.ſ.mancipia.& ibi Roman. qui eũ ſ.legit cum princ.illius l.col.2.uerſ.no. in eadem.ff.ſolu. matr.& l.ſi mancipia.de iur.dot. & l.unic. §. itaque partus.C.de rei vxor.act.] & voluit Bart. in l. ita ſtipulatus, in 12.oppo.C.ff.de verbo.obliga.Bald.in l. non dubium,in 14.oppo.C.de legib.Alex. conſ.4. circa primum quæſitum,col.6 uerſ.nec mirum,lib.1.Soc.conſ.41.in præſenti conſultatione,col.6.uerſ. poſſet quis ad prædicta, lib.4. & latè Philip.Dec.in d.l.cùm principalis. ff.de regul.iur.

60 *Quid, ſi ſupplementũ fuerat factũ incõtinenti,rebus integris.*

Vide igitur Lector, an hic ſit diſtinguendum, vtrum ne id ſupplementum factum fuerit incontinenti,omnib. adhuc integris manentibus, & tunc infecta cenſeatur prior uenditio, adeòque poſterior conſiſtat, quaſi nulla præceſſerit,vt nuncupatim ſcribitur in d.l.2.ff.de reſcin. uendi. a quibus uerbis non admodum diſtant uerba d.l. pacta conuenta ff.de cõtrah.empt. quæ nos adſcripſimus ſuprà nu.54. contra. Præſertim quia quod incontinenti factum eſt,ineſſe cenſeatur ipſi contractui, d.l. iuriſgentium.§.quinimò.ff.de pactis.& l.lecta. ff. ſi cert. pet.cum multis concord.à me adductis infrà tit.proximo. §.1.gl. 5.in uerbo.in limine contractus,nu.1.& ſeq. & in repet. l.ſi unquam,in uerbo,donatione largitus,num.117. ſed & hoc tamen. C.de reuo.donat. Ideòque hoc caſu haud dubiè conſanguineus teneatur reddere precium, quod poſtremò placuit.

61 *Quid, ſi factum fuerit per ſententiam iudicis.*

An uerò rebus non integris, quo caſu infectam emptionem facere non poſſumus, ut eadem l.2.ſcribitur.Et tunc intereſſe,utrum hæc adiectio precij fiat ex ſententia iudicis, cùm ſcilicet emptor intentaſſet remedium. l. 2. C.de reſcind.uend.aut aliud competens: iudexque pronunciaſſet,ſupplendum eſſe precium, & id quidem ſine colluſione partiũ, & tunc debeat conſanguineus id cum priori precio reddere, cùm ſententia in conſequentiam ei obſit,vel inuocato, arg.l. autore.C. de euic.& l. Papinianus.ſ. ſi ex cauſa.ff.de inoff. teſta. & l.contractu.ff.de re iudic.& quod not.Ang.in l.in cognitione, in fi. per gl. ibi.ff.de Senatuſcon.Sylia.& idē Ang.Imol.Raph.Alex. & Iaſ.& cæteri Recentiores, qui afferunt concor.in l. ſi luſfamilias.§.diui ff.de leg.1.& Alex.qui concor.quoque adducit, conſil.156.puto eſſe verum,per totum lib. 2.& Philip.Deci.conſil.342.in cauſa partus,col.vlt.Quibus adde Mart.Laud.Iac.Alua.& Card.Alex.in cap.1 §. quid ergo. tit. de inueſt. de re ali. fac. ex quibus intelliges,id verum eſſe,niſi probaretur colluſio,quod iam diximus.

*An conſanguineus ad id ſit uocandus.*

62 *Quid,ſi nõ eſſet ſnia, ſed erat læſio ultra dimidium iuſti precij. Sponte nõ facit, qui cogi poſſet etiam ſi aliter non cogatur.*

Idemqve ſi in ius vocatus, non expectata ſnia ſuppleuerit, cùm verè læſio eſſet vltra dimidiã iuſti precij, neque enim tenetur temerè litigare, & malã iniuſtamq; cauſam tueri,& defendere,per not. à Bart.Bald.in l. Herennius.§.1.ff. de euict. Bald. in l. emptor. & in l.ſi cùm quæſtio.C.eod.tit.Ioan.Andr.& alios in ca.ſi venditori, extrà de emp.& vend.& quæ ſtatim dicemus.Nec ſponte id feciſſe videri poteſt, quia ad id à iudice cogi potuiſſet, licet aliter coactus non fuerit,vt pulchrè voluit Petr. Ancha.conſil.159.rationes, col.2.verſic quartò hoc probo, & poſt eum Franc.Aret.conſil.24.quatuor dubia, in ſecundo dubio. verſicul. preterea ad hoc, vbi et ex hoc dicunt, conſanguineos, qui nullo præeunte iudicis præcepto,compromiſerũt, id videri feciſſe coactos cùm ad id tenerentur ex ſtatuto, & in id multa allegant, & inter cæterea optimum text.in l.nouiſſimè.§.1.ff.quod fal.tuto.auto.in illis verbis.quid enim ſi compulſus,aut metu ne compelleretur,autoritatē accommodauerit? & quod ibi not. Bald. paria eſſe aliquid fieri coactè, aut timore coactionis,per eum text.Quibus adde alia multa ſim.collecta à Fel.& Philip. Dec.in c.cùm M.Ferra.illo,col.11. verſic.an autem liceat hoc col.12.verſi.ſecundò.Alb.extrà de conſtit.& eodem Deci. in l.1.col. vlt.C. de eden. & in l.velle, poſt princ.ff.de regul. iur.& conſil.178.in cauſa quæ proponitur,col.vlt.

At



63 *Quid,ſi læſio fuerat infra dimidium.*

At ſi ſponte ipſe emptor ſuppleuerit,& tunc aut res ipſa non exigebat ſupplementũ, quia nulla interuenerat læſio: & hoc caſu nemo non negabit conſanguineum non teneri ad reſtitutionem huius ſupplementi omnib.modis ſpõtanei.Aut verò læſiore vera interuenit, & emptor ſpontè bonam fidem agnoſcens ſuppleuit.Et videri poſſet,non id ſibi fraudi futurum,arg.l.at qui natura.ſ.cum me.& ibi Alb.ff. de neg geſt. & l.emptorem,in princip. & ibi gl.in uerbo,poſſe.Doct.ff.de act.emp.& l.Quintus, et in prin.ff.mãd.Nã & q̃libet tenet̃ bonã fidē agnoſcere, etiam rei alienæ adminiſtrator,l.quoties.§.ſicut.ff.de admi.tut.& l.qui ſolidum.ſ.etiam.ff.de lega.2.& Alber.in l.præſes, in fin.C.de trãſact.& in l.properandum. in princip.col.12.uerſi.item tutor. C. de iud. cũ his, quæ latiùs diximus in repet.l.ſi vnquam,in uerbo,donatione largitus.nu.202.intellige & quintò.Quib. adde gl.ī l.2.in uerbo,inſtantia.& ibi Cyn.in 9.quæſt. C.de iur.calum. emptorem poſſe bonam fidē agnoſcere, & nihilominus agere de euictione, quod etiã adſtruunt ij, quos citauimus in prȩcedenti verſic. & quod etiã tradit[Bald. conſil.40. maritus,circa medium lib.1.] Pet. Anch.conſ.154. quia primò,col.1.& quod latè tractat Panor. in c.vlt.col.pen. verſic.quartò gl.extrà de præſcript. an prælatus teneatur bonam fidem agnoſcere.

*Bonæ fides an & a quibus agnoſci debeat, vide.65.*

64 *Rurſus de læſione infra dimidium.*

Sed in hoc illud animaduertendũ eſt, quia aut læſio eſt ſupra dimidium iuſti precij,quo caſu actio de iure cõpetit,& poſſunt ideò habere locũ,quæ diximus. Aut eſt infra illud dimidiũ & tunc licet actio in foro contentioſo nõ competat, cũ liceat intra eos limites contrahentib. ſeſe decipere,l.in cauſæ.§. penul. ff de minori. id tamen non obtinet in foro,quod conſcientiæ appellant, ſecũdũ Innoc. Ant.Pan.Io. Ana. & Fel. in c.in ciuitate, extrà de vſur. cũ multis concord. à me latè adductis in noſtris Legib.connubialibus in l.9. verſicul. ex quibus palàm eſt, cum multi ſeq.Quid igitur faciet emptor, quem conſciētia huiuſmodi læſionis exagitat, atque eius cura remordet; expectabitne annũ retractus? An fortè interim morietur. An ſatis erit admonere conſanguineos;atquos cùm fortè numerus,vt aſſolet, ſit infinitus. nam agnatio, genus,& familia cuiuſq;, eſt veluti quædam ciuitas,vt ex Ariſtotele dicit Bald. conſil.50.in primis videndum eſt, col.2.lib.4.Ideoq; is numerus emptori certus eſſe nõ poſſit,propter difficilē numerationem,vt uidere eſt, & in ſimili dicit l.vſuſfructuarius venari.ſ.ſi uiuarijs.ff.de vſufr. & Bal.loquēs de pauperib.vnius ciuitatis,in rep.l.1.col.4. ver.ſed q̃ritur quare pauperes, ff.de leg.1.& Paul. Caſt.loquens de repræſalijs, conſil.78. ſuper eo quod primo loco.col.2.verſi.breuiter,lib.1. & facit etiã tex.in l.in ratione.§.ſi filio,ibi,propter calculi confuſionē.ff.ad leg. Falc. & in l.1.§.prȩtereà,ibi, ita ſint permiſtæ,vt impoſſibilem ſeparationem effecerint. ff. de ſeparatio. & in l. ſi alieni. ff. de ſolut. Nec ſi omnes admoniti fuerint, fortè ſatis facient.

*Difficultas numerãdi & ſeparãdi.*

65 *Rurſus de bona fide agnoſcenda.*

An igitur ipſemet ſatisfaciet? At nõ tenebitur cõſanguineus reddere iure fori,nõ magis quã ipſe emptor tenebatur:nec licuit emptori in præiudicium alterius bonã fidē agnoſcere,vt dicit Bald.conſilio.249.lib. 1. repetito conſil.400.lib.4. cuius in utroq; loco initiũ eſt, in libris theſaurariæ,col.2 per tex.in l. ſi quis ex argentarijs, in illis uerbis, humilis & deploratus. ff. de edendo, & d. l. Quintus.ff.manda.Nã nec officialis publicus poteſt agnoſcere bonam fidē, etiam ſi eius arbitrio negocium relictũ ſit,niſi ea iũcta ſit obligationi,per notata à Bart.in l.1.§. hęc verba.ff.ne vis fiat vnde nec vnum quidē nummum poteſt ſoluere ex æquitate capitis ſui,l.ſi is cui.§. Flauius. ff.de ſolut.vt tradit Paris Pute.in tract.de Syndicatu, in verbo,arbitrium,col.vlt.verſ.officiales.

66 *Culpam luat, qui culpam commeruit.*

Sibine igitur emptor inputabit? q̃ ab initio nõ iuſto precio emerit,vt ſic ſolus culpam luat, qui & ipſe ſolus culpam commeruit;& ibi tantùm ſit pœna,vbi & noxia eſt,l.ſancimus.C.de pœnis,& c.quæſiuit,extrà de his quæ fi. à maio. par. capit. & ibi. concord. Quibus adde optimũ tex.in l. ſi communis.ff. de noxa. act. vbi qui ſui facti nomine pœnam meruit, ab alio etiam ſocio quicquam non debet conſequi. Sed id obtinet, ſi dolo ipſius aut aliàs ex propoſito ea lęſio interuenerit. At ſi re ipſa, eo nec ſciente,nec impellente, ſed incogitãte lęſio interuenerit, nihil eſt quod timendum ſit in foro conſcientiæ, ſi credimus Calde. in repetio. capit.nauiganti. colum. 5. verſicu.tertiò oppon.contra duos, & ibi Panorm.colum. ult. extrà de uſur. cum alijs multis concord. à me adductis,in dict.9.lege connubiali,uerſicu. illud tamen quod diximus.

*Iterum de bona fide.*

67 *De eadem re.*

Praesertim cũ ſi nõ niſi petita reſtitutione, aliquid auocari à me poteſt, nõ teneor in foro cõſcientiæ, ſi non ea petatur,ex ſentētia Inno.in c.quia plerique, col.2.uerſic.ſed qui dices,de immunitate eccleſia. & in c. cũ olim & ibi quoq; Hoſt. & Ioan.And.& omnes in uerbo,deductiones,extrà de cenſib.& Alex.conſil.66.viſa facti narratione,col.2.verſic.& poſito,lib.6.Sed id quomodo intelligatur,uidebis,ne erres,apud eundem Inno.in d.c.quia plerique. Quanquam Imol. in c.Apoſtolicæ, ſuper gloſ. in uerbo,præſcriptione,de dona. tradit ſimpliciter, emptorem qui ſcit cõtractũ poſſe reſcindi, eſſe in mala fide, nec poſſe rem præſcribere,per l. in cauſæ,la 1.ſ. ult.ff. de minori.& ſequitur Alex.ſecum ipſe pugnans, conſil. 54. circa primum,col.ul.eo.lib.6. ubi nuncupatim loquitur in caſu d.l.2.C.de reſc. uend. licet Ant. in dicto capitu. Apoſtolicę,dicat ſe non recordari,vbi id ſit deciſum,nec decidat.

68 *Conſuetudines in caſu noſtræ quæſtionis.*

Vervm,vt id caput finiam, apud Cenomanenſes cõſuetudo eſt in hunc caſum noſtrum expreſſa, conſuetudinũ eius loci 375 quo cauetur, id ſupplementũ factũ ſine fraude ante citationem factam in cauſa retractus,aut manus iniectionem, id eſt, ſaiſimentum, ſiue ſaiſinam, vt vulgò loquimur, appoſitam in rem venditam, donec emptor reperiatur accedere precio uenditionis, debereque conſanguineum retrahentem id reſtituere. Quo in loco commentarij nihil omnino dicunt. Et eadem eſt apud Andegauenſes, capitulo trigenteſimoſexageſimoquinto. niſi quòd addit autoritatem iuſtitiæ: & Borbonienſes capitulo quadringenteſimotrigeſimoprimo. & Niuernenſes hoc titu.capitulo duodecimo.niſi quòd nõ loquitur de manus iniectione, ſed tantùm citatione. Et de hac quoque quæſtione aliquid tetigit Moder. Pariſiē. in conſuetud.Pariſien.titu.primo.§.13.glo.8. in 1.quæſt. vbi videbis.

69 *Si emptor mutuauit, an conſanguineus id mutuum reddere debet.*

Nonò quæro, quid ſi emptor vltra precium venditionis in ipſo contractu, & eodem veſtigio, mutuauit uenditori viginti aureos, (id enim aliquando factum vidimus) vtrum conſanguineus veniens ad retractum, teneatur reddere illos viginti aureos, ſaltem actione ſibi ceſſa ab emptore in uenditorem. Quod videtur: nam id mutuum, quod factum eſt contemplatione uenditionis,eſt pars precij. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio.& cap. cùm Ioannes, extrà de fide inſtrumen. cum alijs concordan. adductis infra titu. ſequen. *de retraict conuentionel*, in præfatio.nume. vigeſimo,quartum quod in ea,& ſequen.Nam & hinc fit, uenditio non debeat cenſeri facta fuiſſe eo tantùm precio, quod uenditioni attributum eſt, ſed & poſſit reſcindi ob eam rem, cuius contemplatione facta eſt,l.cùm te.C.de pactis inter emptio. & uend.fac.Et in hac ſententia fuiſſe Petr. refert Gerar. Bago.in ſua diſputatione retractus, verſi.quæro quidam fœnerator,per quædam ex dictis iuribus & rationibus. & mox ſubdit, Pet.Ra. tenuiſſe, conſanguineum non teneri mutuum reddere,ſed utilitatem ipſius,ſcilicet,quanti intereſt emptoris non mutuaſſe:illud enim eſſe partem precij,l.ratione. §.uendere, qui eſt.1. ff.ad leg. Falcid. Et nihil præterea dicit.

 Qvid

70 QVID tamen, ſi aduerſus hæc quis ita dicat; Aut mutuum illud non eſt factum contemplatione venditionis,& nullo illius reſpectu,& tunc nihil ad uenditionem pertinet,nec propterea ad retractum: aut fuit factum illius contemplatione,quod præſumitur, cùm ſimul vtrũque factum fuerit,per ea quæ dicta ſunt,& quæ dicemus infra tit.procedente, *de retraict conuentionnel.* §.1.in uerbo,in limine contractus, & diximus etiam in repet. l. ſi vnquam,in uerbo,donatione largitus, num.117, ſed & hoc tamen,& ſeq.C.de reuoc.dona.& probat etiam tex. in l.ſi venditor.§.vlt.in fin.ff.de ſer.expor.& gloſſ.in d.l. fundi partem,in verbo,vendidiſti, ff. de contrah. empt. Sed aduertendum, quòd ea gloſſ. malè collocatur ſuper primo uerbo,uendidiſti,quod eſt in princ.eius l. ſed debet poni ſuper ſecundo,cùm dicitur, fundum uendidiſti,ut clarè liquet. Si igitur (vt repetamus) id mutuum factum eſt ob uenditionem, tunc videtur eſſe uſurarium, cùm debeat eſſe merè gratuitum, iuxta illud Lucæ 6. Mutuum date,nihil inde ſperantes.& not.gl.Bart. & alij in caſu ſimili in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.petat.& Bald. poſt alios Antiquiores,in l.cùm allegas,col.2.verſic. ſed hic dubitatur. C. de vſur. cum ſimil. Quomodo igitur emptor poterit allegare ſuam turpitudinem, ut id mutuum à conſanguineo,aut quod eius intereſt, exigat.l.cũ profitearis. C.de reuo.dona.& c. inter dilectos, extra de dona.cum ſim.allegatis ſuprà in eadem glo. in 2. quæſt.

*Mutuum date, nihil ſperantes.*

71 NISI dicas,id quod intereſt etiam ex mutuo, non haberi pro uſura,ut not.glo.& Doct.in l.1. C.de ſum. trin. & in l.curabit.C.de act.empt.& in l.2. C.de uſur.& in c. conqueſtus,extra eo.& glo.in c.quoniam multi. 14.q.4. & Bal.conſi.479.factum ſuper quo,colum.2.uerſ.in contrarium videtur,libro 1.& conſil.395. ius naturale,poſt princ.lib.5.Cardin.Floren.conſi.78.amice. Alex.conſi. 147.perſpectis inſtrumentis,colum.1.lib.5.Corn.conſi. 113.viſa petitione,ante fi.lib.3.& Socin.conſi.133.profecto,colum.1.lib.1.quod repetitur conſi.174.li.2.cum alijs concord.collectis ab Alexan conſil.222.ſuper tit. quæſtionis,colum.1.lib.2.& Iaſ.conſilio 151.contra conſultationem,in fin.libro 4.& Steph.Bertrand.conſi.109. etiamſi uerum ſit, libro 3.Author.Melanth.in Epitome moralis Philoſophiæ, Idque etiam ſi ſolum interſit ratione lucri ceſſantis,ſaltem in ijs qui negotiari ſolet, per text.in l.non utique.§.vltim.ff.de eo quod certo loco.& voluit Innoc.in c.ſacr.de ſenten.excommun.Cyn.in Authen.ad hæc,in penult.quæſt.& ibi Bald.colum.2. uerſi. ſed quid in vſura.& Salyc.C.de vſur.Ioan.Calder.in ca. nauiganti.in 3.q.extra eod.titul.Bartol. in l.1. colum.9. verſic. venio ad ultimam partem. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.Petr.Anchar.Panor.& Ioan.Ana.in d.cap. conqueſtus,eundem Petr. in Clemen. 1.§. ſanè, de vſur. & in cap.peccati uenia,in 6.quæſtio.princip.de regul.iuris,libro 6.& conſi.118. in quæſt.quæ vertitur, colum.2. Panor.in cap.p.& g.in princip.de offi.deleg.& in cap.dilecti,in ultim.notab. de foro competen.& in capit. cùm venerabilis,colum.3.verſic.aduerte an vſura, de except. & conſi.64.uenio ad primum,colum.4.uerſic.ualuit inſuper,lib.1.Raph.Com.conſil.139. P.laicus,colum.vlt. Franc.Aret.qui alios allegat, conſil.9. eleganter & verè, colum.vlt.Alexand,d.conſi.222.colum.1. & iterum ult. lib.2.& conſi. 141.viſo themate cum dubijs, colum.1, lib.5.& conſ.31.viſo themate prædicto,col.1.poſt princip.& iterum colum.3.verſ ſecundò non obſtat, lib.6.& conſilio 52.viſo primo,colum.tertia, eodem libro 6.& conſi.77.viſo proceſſu,colum.vlt.eodem lib.6. & conſi. 200.perſpectis,col.1. eodem lib.6. Corne. d.conſ. 113. colum.vlt.lib.3.Guid. Pap. in tract. de contractibus illicitis,colum.2.uerſ.ſed circa hoc quæro. Philip. Dec.qui & alios quoque citat,conſi.39.iuridicam,col.2. uerſ.nec obſt.ſi dicatur, & conſi.111. cuius ſuperſcriptio incipit, de illo qui vendit, colum.3. verſ. tertiò generaliter. De hoc tamen ultimo uide omnino eundem Dec. qui id nõ admittit,in dict.cap.cùm venerabilis. colum.5.verſicul. & iſtud intereſſe, de except.& ante eum Socin. in l.de diuiſione,colum.vlt.uerſic. aliquando & ſextò. ff.ſoluto matrimonio.

*Quid in lucro ceſſante.*

72 AVT etia, niſi dicas hunc emptorē poſſe allegare ſuã turpitudinem excipiendo, cùm tractet de damno vitando, ex ſententia ipſius Philip. Deci. conſil. 587. coram magnificis,col.vlt.verſi.ad hoc reſpondetur. Sed id parũ tutum eſt, quia non ita ſimpliciter intelligitur, vt dicit Deci.ſi is eſt,ſed tum demum,quando ea turpitudo allegatur aduerſus participem ipſius turpitudinis,non aliàs: vt voluit Ioan,Andre.in additio. Specu.titu. de donatio. §.1.verſi.item pone aliquis,Bart.in l. iuſiurandum quod ex conuentione.§. procurator. colum.pen. verſic. & pro huius declaratione.ff. de iureiur. Sal.in l. aliàs, col. pen. eo.titu.Anto.& Panor.in c. cùm ſuper.extra. de conceſ. preben.Alexan.poſt alios Antiquiores,in l.de tutela,colum.2.C.de in integ.reſtit.& conſil.59.viſo.inſtrumẽto, ad fin. lib. 1. quod repetitur conſil.39. lib. 5. niſi quòd huius initium eſt, viſo ſtatuto, & Cæpolla cauſarum criminalium conſil.58.Franciſcus,col.2.verſic.ſecundò reſpondetur. Franc. Aret. conſil. 65. in præſenti conſultatione,col.vlt. verſi. amplius ſi hæres & latè Feli. in c.lator,col.1.extrà,de re iud.An aũt, & quando, & quomodo aliàs quis poſſit allegare ſuã turpitudinem, aut fraudem, vide omninò [Bald.in repe.l.2.col.29.verſi. ad ſolutionem iſtius quæſtionis. ff. de iureiur. Roman. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. colum.2.verſic.ſecundò quando quis,& ſeq.ff de iureiur.] Panor.in d. c. cùm ſuper. & Socin. conſil.264. viſis inſtrumento,columna 3.verſ. circa primum,et multis ſeq. per 4. aut 5. colum. libro 2. prẽter eos, quos tibi ſuprà ciuitamus hac eadem gloſſ. numero 24. ſed aliud eſt, & ſequen.

*Allegatio turpitudinis.*

73 DECIMÒ quæro, res vendita fuit centum libris, nec additũ fuit Pariſienſibus, aut Turonenſibus:conſanguineus autem retrahens,vult dare Turonenſes,quia minoris valent,emptor petit Pariſienſes:quis iuſtius induit arma? Et ſanè text.habemus in l.ſemper in ſtipulationibus. ff.de regu.iur. quòd ſi non apparet in contractibus, quid actum ſit, id ſequi debemus, quod in regione, in qua id actum eſt, frequentatur. Quo in loco Accurſius ponit ſpeciem huic noſtræ omninò ſimilem: Si vendo (inquit) tibi rem quampiam decem libris & tu dicas ſenſiſſe de Veronenſibus, ego de Imperialibus, ſi non conſtet quid actum ſit,mos regionis ſpectandus eſt.Si autem in ea regione vtraque moneta æqualiter in vſu eſt, minor ſpectabitur: nam ibi ea l. ſubiungitur, q ſi mos regionis non appareat,quia varius eſt, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. Id quod etiam optimè probatur in l. nummis.ff.de legat.3.vbi ita ſcribitur,numinis indiſtinctè legatis, hoc receptum eſt, vt exiguiores legati videatur, ſi neque ex conſuetudine patris familias, neque ex regione vnde fuerit, neque ex contextu teſtamenti poſſit apparere. Hæc ibi. Quæ ſi obtinent in teſtamentis,multò magis in contractibus:cùm in teſtamentis plenior fiat interpretatio.l. in teſtamentis.ff. de reg.iur. & c.cùm dilecti.in fin.extrà,de dona.Et ita etiam tenet Pet. Iac. titu. de cert.cond.gener.ex ſtipul.§.1.verſicul.ſed quid ſi non fuiſſet,

*Si res uendita ſit cẽtum libris ſimpliciter an conſanguineus reddet Turonenſes, an Pariſienſes.*

74 SED hæc ita intellige,vt tamen ante omnia inſpiciẽdum ſit,quod veroſimilius eſt,per l.obſcuri,ff.de regul. iu.vbi ita ſcribitur, in obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt:aut quod plerumque fieri ſolet. Quo etiam loco ipſe Accurſ. eandem ſpeciem pro exemplo poſuit, aſſeritq; quod diximus, ſcilicet id primo loco inſpiciẽdũ eſſe,quod veriſimilius eſt. Si enim(inquit)res vendita digna erat, quæ venderetur decẽ libris Imperialibus, aut maiori precio, nõ eſt veriſimile contrahentes de vili moneta

*Veriſimilitudo in primis inſpicienda.*



moneta egiſſe,nec è contrario. Id quod etiam dicit in d. l.ſemper in ſtipulationibus,ibi, item actum intellige.& Gul.à monte Laud.in c.inſpicimus,de regu.iur.lib.6.& Alex.conſ.33.conſideratis verbis,col.2.lib 6.Ad quod etiam facit,quod in ſimili dicit glo.nota.in l.1.§.in verbo,agendo.& ibi Bart.ff.de ſuperfi.de qua re & nos diximus ſuprà in 2.q.huius gl.verſ.1.in fi.Et facit etiam alia gl.quæ veriſimilitudinem anteponit cæteris cõiecturis, & rationibus,quibus rem dubiam interpretamur, in l. veterib.in l.magna,ante fi.& ibi quoque Barto. Bald. in addi.& Ang. ff.de pac.cum alijs concord.à me adductis in repet.l.ſi vnquam. in præfat. num.54.ex hoc albo. C. de reuo.donat.

75 CÆTERVM ſi plura ſcire velis de hac noſtra quæſtione,vide Oldrad.conſi.168.ad primam quæſtionem, in 1.2.& 3.dubio.& Petr.Iaco.tit.de certi condic generali ex ſtipulatione,colum.1.verſ.ſed quid ſi non fuiſſet, & Sal.in l.quicunque,colum.2. verſ.ſed pone quòd ſtatutum.C.de ſeruis fugi.& Alex.conſ.21.viſis his, per totum,lib.1.quod repetitur conſ.37.lib.5.& omninò Maria.Soc.ſcriptorem copioſiſſimum, vbi ſemel animum ad ſcribendum appulerit,conſ.6. prædicta conſultatio, column.pen.verſ.quæritur quid iuris,& Barto. Socyn.dignum tali patre filium,conſ.147.circa primum,colum. 3.ver.circa ſecundum,libr.2.vbi & id abundantiſſimè tractat,an legatum quodpiam ſex millium florenorum intelligatur de largis, an de groſſonib. vt ipſe appellat, an & de minimis: & multa allegat in omnem partem, q huc non minimum pertinent,atque etiam Corne.conſi. 244.videtur prima facie, col.6.verſ.viſo hactenus,li.2. ex quibus etiam locis intelliges,an potius inſpiciendus ſit mos regionis, in qua contractus celebratur : an verò originis contrahentium : an denique eius,quam frequẽtare ſoliti ſunt.An verò cùm ad regionem ſpectare debemus,ad locum contractus an autem ad eum,in quo res, quæ venditur,ſita eſt.Et certè Gui.Suz.Albe. in l.ſi fundus.ff.de eui.loquentes de diuerſis menſuris, dicũt eam potius,quæ eſt loci contractus quàm ſituationis rei,eſſe inſpiciendam,per eam l.& l.an in totum.C. de ædi. priuat.& l.venditor.§.ſi conſtat.C.com.prædi.

*Si ad regione ſpectatur, vtra ſpectanda ſit, an contractus,an ſituationis rei.*

76 VNDECIMÒ conſequenter quæro, an ſaltem ſtandum ſit aſſertioni uenditoris qui ſimul cum emptore affirmat, intellectum & actum fuiſſe de Pariſienſibus id eſt de maioribus. Quæ res decidi poteſt e eo, quod ſcribit Ange.in l.petens,colum.3.verſ.in ea glo ibi, alij, & ibi poſt eum Raph.Ful.C. de pac. quòd quando contrahentes declarant ſuam intentionem circa precium, non refert,quo tempore id faciant, incontinenti ſcilicet, an ex interuallo,cùm tractatur de ipſorum præiudicio. Sed ſi agatur de præiudicio tertij,non ei quicquam præiudicat declaratio facta ex interuallo.Verbi gratia,ſi vendidi librum decem libris,quo caſu ex ſtatuto debetur gabella fiſco pro ratione precij : ſi incontinenti cõueniat inter contrahentes,quòd intelligatur de libris minorib. de illis tantùm debet ſolui gabella:quia tale pactum incontinenti appoſitum dat legem contractui. l. iuriſgentium.§.quinimò.ff.de pac. Secùs, ſi ex interuallo id fiat, quia non nocebit fiſco aut publicano , cui eſt ius quæſitum.

*An de hac re credatur contrahentibus.*

77 VERVM, Philip.Dec.in ea ipſa l.petens, colum.2. conſtanter aſſerit,id demum procedere,ſi à principio in contractu eſſet expreſſum de libris maioribus: quia à tali contractu non poſſunt partes poſtea recedere in præiudicium fiſci,vt uoluit Bald.in l.ſi conſtante, colum.2.C. de don.ante nup cum alijs multis concor. à me traditis infra titu.ſeq.§.6.ſuper verbo, *les loy aux couſtemens*, nume. 10.ex ijs autem,& alibi ſæpè in ea glo. At in terminis(inquit Angel.)cùm in contractu fuit ſimpliciter dictum de decem libris,videtur quòd etiam ex interuallo poſſit a contrahentibus declarari, quòd de minorib.intelligebant.Nam declaratio ſemper fieri poteſt, vt uoluit ipſe Ang.in l.cùm proponas,colum.1.verſ.quid autem ſi non appelletur C.de bonis auto.iudi.poſſid. cum aliis concor.ab eodem Decio traditis in ca.paſtoralis,in fin.de excep.& in c.paſtoralis §.verum in 3.notab. de appel.nec enim ipſa declaratio quicquam noui inducit. l. hæredes palam.§.ſed & ſi notam.ff.de teſta.Ideò non poteſt dici,ius eſſe quæſitum tertio,ut declarat Pau.Caſt.in ea ipſa l.hæredes palam.§.ſi quid. cum quo legit d.§.ſed & ſi notam,colum.1.in fin.Ego verò in caſu noſtro arbitror,contrahentes ex interuallo non poſſe declarare,contra id quod uerisimile eſt:aut ſi id ceſſat,contra morem regionis,aut utroque ceſſante,intellexiſſe ſe de maiorib. in præiudicium conſanguinei, cùm de minoribus cæteris ceſſantibus,intellectum videri Ius commune ſtatuerit,vt diximus & probauimus in præcedenti quæſtione. Et vide,quæ dicam infrà eo.tit.§.2.in gl.1.nu.24.at maius dubium,& 2.ſeq.

*Declaratio ſemper fieri poteſt.*

*Deciſio quæſtionis.*

78 DVODECIMÒ quæro,fundus venditur centum aureis,è quibus emptor in ipſo contractu ſoluit quinquaginta,alios autem quinquaginta fatetur venditor ſe antè recepiſſe, nec tamen aliter conſtat de receptione ſiue numeratione eorum: quæritur,an conſanguineus teneatur ſtare illi confeſſioni, & ita reddere centum illos aureos,an verò quinquaginta,quos conſtat fuiſſe numeratos,& traditos in contractu. Hæc res profectò quotidie vſu euenit.nam propè maior pars uenditionum ita facta eſt:& tamen id unquam uidi in dubium reuocari, quin ſemper conſanguinei uenientes ad retractum, totum illud precium ſponte offerant & perſoluant:quamuis hęc res non ſit abſque dubio: nam cùm in inſtrumento non continetur vera numeratio,ſed tantùm confeſſio numerationis præſumitur fraus,nec ſtatur huic confeſſioni.l. per diuerſas,ibi, tantummodo ſolutarum pecuniarum. & ibi,glo.in verbo,ſolutarum.& Bart.colum.2. poſt Iaco.Butr.& Ray.Forli.C.mandat.& in l.ab Anaſtaſio,ibi quæ præſtitit & ibi,pecuniis acceptis , & rurſum ibi , re ipſa perſoluit,atque item ibi,quod datum eſſe comprobatur.C.eo.tit.quod dicit Bart.vbi ſuprà,procedere quã tum ad tertium non contrahentem,eum ſcilicet, contra quem fit ceſſio,non verò,quantum ad ipſum cedentem: & id dicit ſe pluries conſuluiſſe, & Franc. Piſa. & alios multos Doct.

*Si venditor in inſtrumento venditionis cõfiteatur ſe precium vel partem ipſius recepiſſe, an idipſum cõſanguineus reddet.*

*L. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, intellect. vide 85. 86.*

79 ET idem quoque voluerunt Sal.Ang.& Paul.Caſtr. in d.l.per diuerſas.ille col.4.verſ.quæro tũc quintò.alter col.1.hic in fi.Iacob.Aret.in ſuo tractat.de ceſsio. act.& Iaco.Bel.in §.aliud,in Auth.de æqua.doti.idem Sal.in l. 2.col.2.ver.ſed ultra iſtos.C.ne lice.pot.vbi reſpõdet ad allegata quædam in oppoſitum.Bal.in l.Deo nobis, col. 2.verſ.5.notandum.C.de epi.& cler.& in l.vl.col.2.ver. in hac lege.C.de ſponſa.& in c.quia veriſimile,col.2.extra,de præſum.& conſ.285.caſus coram R.col. vlt.libr. 2.& conſ.438.an poſſeſsio,col.2.lib.5.& D.à Rot.deciſ. 177.ceſſio,in addit.ver.deinde quęro,in nouis. Panor. in c.vlt.col.3.verſ.5 præſumitur, de ali. mut.iu. cau.fac. Imol.dum allegat Barto.ubi ſuprà in l.Titia,in princ. ff. de verb.oblig.& conſ.55.in caſu præmiſſo,col.2.ver.nec obſtat,ſi dicatur,q dictus Ioan.Plat.in §.item ſi quis, in fin.Inſti.de inuti.ſtipu.Rapha.Co.conſil. 68. in præſenti quæſtione,colum.3.Paul.Caſt conſil.252.viſo quodam, col.2.uerſ.reſpondetur,li.2.Nic.Mil.in ſuo reperto.uer. ceſſio actionis præſumitur.Cor.qui hanc dicit eſſe communem opinionem nec ab ea diſcedendum,cõſ.230.uidetur prima facie,lib.1. Cępo. cau. ſecundum ultimam computationem 21.pater.& Gui.Pap.dec. Delphi.567. an compenſatio,uer.circa hanc,& in tracta. Præſumptionum,colum.25.uerſicu. in contractu ceſsionis. & Socy. conſi.90.in cauſa magnifici, colum.4.uerſ.2. in primo, lib.3.Et dicit Bal.in d.l.2.ne lice. potenti. ſæpè pro hac parte fuiſſe iudicatum.

*De eadem re.*

80 Et hanc partem mirum in modū confirmat quod à Spec. & Ioan. Andr. in addi. illius, ſcriptum eſt, tit. de confeſſis. §. nunc videndum verſ. ſed nunquid patris confeſſio, quòd ſola patris confeſſio de recepto, etiam cum iuramento, non præiudicat filio in legitima, niſi aliter conſtet de reali numeratione pecuniæ confeſſæ. Neq; enim poteſt pater filium priuare legitima, c. Raynutius. & cap. Raynaldus. extra, de teſt. vtpotè cum filius ipſe in ea ſit tanquam creditor. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſtam. Et idem non obſcurè voluit Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. col. 1. verſ. præterea teſtator, & ibi quoque Alber. circa medium. ff. de lega. 3. & apertiſſimè Ant. qui Spec. nuncupatim citat, in c. j. pen. col. 2. & ibi etiam Panor. col. vlt. in princ. extra, de re iudic. & Rapha. Com. conſi. 31. teſtator, col. 1. & Ioan. Plat. in d. §. item ſi quis, ad fin. Inſtit. de inuti. ſtipu. Cepolla d. cautela 21. Alex. in l. vlt. col. pen. verſi. ex prædictis. ff. de re iudi. & conſi. 45. habita ſuper his, col. vlt. lib. 1. & conſi. 26. viſo & conſiderato, col. 1. lib. 2. quod repetitur conſilio 143. lib. 5. & rurſum idem Alex. conſi. 18. non minuitur legitima, in fi. lib. 4. & conſi. 57. viſa breui, in princ. lib. 5. Barbat. in d. cap. Raynutius, colum. 59. uerſicul. ſecundò conſidero, quòd licet. & ibi quoque Benedict. in uerbo, ſi abſque liberis moreretur. l. 1. num. 27. de teſtamen. & idem Barbat. conſi. 17. clementiſſimum, colum. 2. lib. 4. Lancel. Dec. in l. ſi conſtante, in princ. colum 8. ff. ſolut. matr. Iaſon in l. ſi arrogator, colum. 10. verſ. not. tamen perpetuò, & ſeq. ff. de adop. & in l. 1. col. 2, verſi. quintò & fortius. ff. de eo per quem fac. erit. vbi id dicitur ſin. & in l. nam poſteaquàm, quam legit cum l. ait. Prætor, la 2. §. ſed & ſi quis, col. 1. ff. de iureiur. & in Auth. vnde ſi parens, col. 1. C. de inoffi. teſta. Steph. Bertran. conſi. 71. pro faciliori, col. vlt. lib. 4. & Alcia. in c. cùm contingat, nu. 26. extra, de iureiu. & Chaſſe. in tit. *de ſucceſſions.* §. 2. in gloſ. vlt. col. pen. verſic. prima eſt, & nouiſſimè Beron. Fernan. in repet. l. in quartam, in 3. præfatione. 3. artic. 2. concluſ. verſic. intellige primò. ff. ad leg. Falcid. Quod maximè notandum eſt, cùm omnium ſit maximus parētum affectus in liberos, vt latiſſimè docuimus in repe. l. ſi vnquam. in præfa. C. de reuo. donat. nec tamen is tantus effectus tollit ſuſpicionem fraudis, quæ ex ſola confeſſione oritur.

*Patris confeſſio de recepto, an præiudicet legitimæ filij.*

81 Et ita quoq; obſeruandum fore in hoc noſtro caſu, ſuadet hęc ratio: nā ſi cogerentur cōſanguinei ſtare huic confeſſioni numerationis, ſine alia ipſius probatione, liberum eſſet contrahentibus eos fraudare, & inuicem colludere, vt ab eis fortè cupidis (vt ſolent eſſe) retrahendi, plus nummorum, quàm ſolutum ſit, corraderent, & ſibi cōmunicarent. l. repetita. & ibi not. ff. de fide inſtru. & c. ſuper eo. extra, de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ, & dicemus latiùs ad aliud propoſitum infrà eod. tit. §. 2. in gl. 1. nu. 23. at maius dubium. Fraudibus autem & malitijs occurrendum eſt, nec eis debet via aperiri. l. cùm hi. §. ſi cùm lis. ff. de tranſact. & ca. vlt. de elect. lib. 6. & vtrobique concor. in glo. Et bene facit, quod expreſſim in noſtro caſu retractus voluit Aegidius Bellamera conſi. 1. factum eſt tale, Epiſcopus, colum. 6. verſ. ſed utrum teſtes, poſt Iaco. Aret. & Pet. à Bella Pertica, quos & ipſe citat, in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig.

82 Nam & hinc etiam videmus, quòd confeſſioni mariti de receptione dotis, non ſtatur in præiudicium creditorum, niſi conſtet de uera numeratione, glo. in l. aſſiduis. in uerbo, datæ. & ibi Bald. ante fi. C. qui pot. in pig. hab. cum alijs multis concord. à me abundè collectis infrà titul. ſeq. *de retraict conuentionnel.* §. 4. gloſſ. 6. in uerbo, *conſigner*, nume. 24. ſed ex illo tamen. & eſt optimus text. in l. ſi quis poſthac, in princip. C. de bon. dam. ubi confeſſio dotis receptæ non præiudicat fiſco, cui bona mariti ſunt confiſcata: niſi uerè conſtet de numeratione. Sicuti nec confeſſioni procuratoris, tutoris, executoris, & aliorum huiuſmodi de recepta pecunia, uti etiam latè diximus in eod. §. 4. glo. 6. num. 11. & huius optima. Nec etiam confeſſioni debitoris in præiudicium creditoris, vt per Socin. conſ. 78. viſis actis, colum. 2. verſ. uerum eſt quod non arbitror. lib. 4. & dicemus infra tit. ſeq. §. 1. in verbo, *feront preferez*, quæ eſt gl. 7. num. 47. & pro priori. Ideoque creditor poſterior, de cuius uera numeratione conſtat, præfertur priori, qui tantùm habet confeſſionem debitoris. l. Titius. ff. quæ res pigno. oblig. poſ. quam ſic intelligunt glo. Bal. & Ang. in l. diuerſis. C. qui poti. in pig. habe. & ad hoc quoque allegat ipſe Bald. d. l. aſſiduis, cum gloſſ. & etiam gloſſ. in d. l. ſi quis poſthac, in princip.

*Confeſſioni mariti de receptione dotis, an ſtetur in præiudicium creditorum. Itē, an confeſſioni procuratoris, et aliorum huiuſmodi. vide 90.*

*An debitoris in præiudicium creditoris.*

83 Verùm pro contraria parte facit, quòd confeſſio partium de receptione & numeratione, probat ueram & realem numerationem. l. pecuniæ, & ibi Bald. C. de ſolutio. & l. vlt. ff. de inſtitor. act. Adeò, vt ſtatutum loquens de ſolutione, procedat in confeſſione, vt voluit Bald. in l. ſi non ſortem. §. indebitum, colum. 2. verſ. quid de except. fictæ ſolutionis. ff. de condi. indeb. per optimum text. in l. ſi acceptilatum. §. 1. ff. de acceptila. & ſequitur Philip. Dec. in l. 2. §. vltim. colum. 5. verſic. poſtremo. Bar. ff. ſi cert. petat. Ideoque & huiuſmodi confeſſio æquè præiudicat alijs acceſſorijs, conſequentibus, ſiue conſectaneis, atque ſuccedaneis, ut fideiuſſoribus, mandatoribus, creditoribus confitentium, ſicut ipſis confitentibus. quod hinc clarè probatur, quòd illis, vt confitentibus ipſis competit aduerſus huiuſmodi confeſſionem exceptio non numeratæ pecuniæ. l. tam mandatori. quæ loquitur de creditoribus. C. de non nume. pecun. & ad id eos text. extendit Raph. Fulgoſ. ibi, & conſi. 133. proponitur probatum, colum. 1. verſ. cæterùm ſi lapſa, & conſi. 205. Raynaldus, ubi trahit ad omnes, quorum intereſt: tanquam ſcilicet non opus eis eſſet exceptione non numeratæ pecuniæ aduerſus huiuſmodi confeſſionem, niſi ea ipſi obſtricti eſſent. nec enim leges ſuperflua remedia impartiuntur. l. in cauſæ, in princip. ff. de mino. & l. 1. C. de theſaur. lib. 10. & ibi concord.

*Confeſſio ſolutionem probat. Etiam in ſtatutis.*

*Et alijs quoq; conſectaneis nocet.*

84 Hincque etiam videmus, ſatis eſſe fideiuſſori, aut alteri, qui alium promiſit ſeruare indemnem, probare ſolutionem à ſe factam per ſolam confeſſionem creditoris, ſine alia probatione numerationis, vt poſſit agere aduerſus debitorem, ut uoluit noſtratium Doct. facilè princeps Bart. conſi. 160. Titius promiſit, Paul. Caſt. qui ita etiam dicit ex facto conſuluiſſe Franc. Tigri. in l. duobus. §. 1. colum. 1. & ibi quoque Alex. colum. 2. ff. de iureiur. & idem Paul. Caſtr. conſ. 64. quæritur utrum fideiuſſori, lib. 1. & ipſe Alex. conſ. 25. uiſo inſtrumento contractus, colum. 2. verſ. ſecundò oportet, libro 2. & conſilio 123. quoniam abundè, libro 6. Cæpol. conſil. 12. dubitatur, ubi alios multos citat Phil. Dec. in dict. l. 2. §. ultim. vbi ſuprà, ſi cert. pet. & conſ. 493. viſo tenore, colum. 1. & Matthæ. Afflict. deciſ. Neapol. 91. iterum in cauſa Alexandri, num. 3. rurſumque dec. 94. ſunt duo ſocij, & deciſ. 150. Rex Alphonſus, colum. penult. de quo nos alibi quoque dicemus.

*Fideiuſſor ex ſola confeſſione creditoris agit contra debitorē.*

85 Quod autem dictum eſt de d. l. per diuerſas, & d. l. ab Anaſtaſio, non ob aliud fit, quàm quòd ibi eſt præſumptio fraudis, ob legis in illis caſibus prohibitionem, Ideoque non ſtatur confeſſioni, ſicuti nec aliàs in caſibus prohibitis. l. qui teſtamentum. ff. de probatio. & l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. cum multis concord. à me collectis in repet. l. ſi unquam. in verbo, donatione largitus, num. 77. ſed contrarium & ſeq. C. de reuoc. dona. Quam rationem in caſibus dictarum legum inter cæteros adducunt Sal. & Paul. Caſt. in d. l. per diuerſas. & Raph. Co. d. conſi. 68. vbi id dicit generaliter procedere in caſibus, in quibus poteſt cadere ſuſpicio fraudis.

*De d. l. per diuerſas, et l. ab Anaſtaſio.*

86 Quamquam ſunt & qui in caſibus dd. ll. tenent etiam cōfeſſionem numerationis ſiue receptionis facere fidem,

*De iiſdem.*



fidem, hac ratione, quòd præſumitur bona fides tam reſpectu contrahentium, quàm eorum, quos in conſequentiam contractus ipſe attingit, & in quos vi illius obligatio deſcendit, arg. l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de minoribus. Ita enim poſt Nico. Mater. voluit Bald. ſibi cōtrarius in d. l. per diuerſas, col. 1. C. mand. atque in d. l. 2. circa medium. C. ne lice. potenti. & conſ. 261. quidam Laurentius, lib. 2. Rapha. Fulgo. d. conſ. 205. id tamē intelligens, modò tempora exceptionis nō numeratæ pecuniæ lapſa ſint. & iterum conſ. 217. viſo exemplo, col. vlt. & cōſilio 242. Conſtilius. & Paul. Caſtr. ſibi item contrarius, conſ. 393. pro euidentia, in fi. lib. 2. & Fran. Aret. ſubdubius, conſ. 136. clariſſime, col. 2. & Petr. Ferra. qui hanc opin. dicit eſſe æquiorem, in tit. forma libel. in cau. vendi ti, in verbo, ceſſit & mādauit. col. 3. verſ. poſtea quæritur. Quotquot autem de ea re loquuntur, vel expreſsè, vel certè tacitè, declarant quòd in cæteris caſibus, in quibus nulla alia eſt fraudis ſuſpicio, ſtandum eſt confeſſioni.

87 Nam & quod poſtea dictum eſt de confeſſione patris ex Specu. & alijs, ſi id verum eſt, id quoque eſt propter interdictum legis, quæ ſcilicet, vt iam diximus, non permittit patri præiudicare filio in legitima. Quāquam, vt dicam quod ſentio, non poſſum illi ſententiæ adhærere. Quis enim vnquam crediderit, patrem, niſi omnis naturæ expertem, habere animum & conſilium fraudandi liberos? eoſque externis in legitima poſtponendi, contra omnem iuris præſumptionem. l. cùm auus. ff. de condi. & demon. & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. cū alijs multis & ſimi. à me collectis in repe. l. ſi vnquam. in præfat. C. de reuocan. donatio. Niſi quantitas rei & qualitas perſonæ huic præſumptioni adſtipularetur. Quod etiam in hoc caſu expenderunt Anton. & Panor. in d. ca. pen. de re iud. & facit, quòd dicam verſ. ſeq. Nec tamen id omninò placuit Alex. in d. l. vlt. eo. tit. cùm dicit, nolle ſe circa id inſiſtere.

*De cōfeſſione patris.*

88 Sed & quod mox dictum eſt de confeſſione numeratæ dotis, non ob aliud quoque fit, quàm ob fraudis ſuſpicionem, & interdictum legis, vt nuncupatim tradit Bald. conſ. 251. duo rei debendi, col. 2. in princ. libr. 3. in id allegans eadem iura, quæ ſuprà citauimus. & alii quoque multi eorum, qui de hac re loquuntur. Quanquàm & in hoc quoque caſu multi tenuere contrarium, vt ſcilicet ſtandum ſit confeſſioni viri, præſertim ſi renunciatū ſit exceptioni non numeratæ pecuniæ: aut ſi tempus huic exceptioni præſtitutum, ſit tranſactum, vt plenè videre poteris apud Bart. in d. l. aſſiduis, col. vlt. vbi id dicit obſeruari: quod multum eſt notandum. & ibi quoque Alb. col. 1. & Sal. col. vlt. in 8. q. Raph. Co. qui hanc dicit eſſe communem opi. eamque etiam in practica obſeruari, d. conſ. 31. teſtator, in ſecundo dubio, vbi & alios multos in id allegat. & alterum Rapha. Fulg. d. conſ. 133. col. 1. & d. conſ. 205. Imol. in c. ex literis. extra, de pig. & Alex. d. conſ. 123. colum. 2. non ſemel. lib. 6. & Socy. omnium latiſſimè in l. 1. col. 10. ver. poſtremò Doct. hic, cum multis ſeq. propè vſque ad fin. l. ff. ſolu. matri. & Iaſon in d. l. duobus reis, col. 2. ff. de iureiur. Guid. Pap. ſing. 589. verſ. vtrum lex. & Anton. Rub. conſ. 78. præſupponitur, col. 3. verſic. vltim. facit. apud quos & videbis alios multos id tenuiſſe.

*De cōfeſſione viri.*

89 Sed quibus addere potes Bald. conſ. 352. quæritur an confeſſio, lib. 3. vbi & idem conſtanter tenuit: niſi ex qualitate perſonarum & quantitate aliter eſſet dicendū, ex notatis in l. 3. C. de dot. promiſ. Cui accedit & Raph. Co. d. conſ. 31. cùm dicit, ſtari huic confeſſioni etiam aduerſus creditores, niſi ex aliis qualitatibus poſſit eſſe ſuſpicio. Et ego ſimiliter idem dicendum eſſe in noſtro caſu cenſeo, vt ſcilicet conſanguineus teneatur ſtare huic confeſſioni venditoris: niſi ex qualitate perſonarum, & rerum, & quantitate precii, aut aliis coniecturis ſit veriſimilis ſuſpicio fraudis, huic enim ſententiæ adſtipulātur & alii multi, quos ſupra citauimus.

90 Quod autem de procuratore, & cæteris continenter dictum eſt, non caret ſcrupulo, quando multi tenent cōtrarium, vt videre poteris apud Fed. Senen. conſ. 54. eodē modo, in fi. Bald. in l. nam & nocere, ad fi. ff. de pact. Rapha. Co. d. conſ. 31. in 2. dubio, in fi. Paul. Caſt. conſil. 34. ego Paulus, lib. 1. & alios multos, vt videbis tit. ſeq. §. 4. gl. 4. nu. 12. & hæc quidem. Et vtrumcunque ſit in eo caſu, tamē parum facit ad ſpeciem, de qua tractamus. Illic enim tertius confitetur in præiudicium domini, hic dominus ipſe in ſuum ipſius præiudicium, & conſequenter aliorum: quod longè abeſt ab eo caſu.

*De confeſſione procuratoris.*

91 Nec interim tamen omiſerim iura, quibus innituntur, qui ſupra aſſeuerauerunt creditorem poſteriorem, habentem inſtrumentum de vera numeratione, præferri priori habenti inſtrumentum de confeſſione, non id probare. Nam quantum ad d. l. Titius. ff. quæ res pign. obl poſ. ibi conſtabat ex ſubſequenti numeratione confeſſionem præcedentem veram non fuiſſe. d. autem l. aſſiduis, cum glo. loquitur de priuilegio prælationis: nec tamen negat, quin mulier præferatur poſterioribus pro dote confeſſā, nec tamen eum intellectum (vt iam diximus) omnes admittunt. Quod denique dictum eſt in d. l. ſi quis poſthac, facit fauor fiſci: vti etiam hęc ſcitiſſimè expendit Franc. Ripa in l. priuilegia, col. 4. num. 23. ff. de priuileg. credi. quanquàm illam ſententiam eſſe æquam dicit. Sed tu præterea potes dicere eam l. ſi quis poſthac, debere intelligi, ſi fiſcus ſit intra tempora proponendæ exceptionis non nume. pecu. ita enim intelligit gloſ. ibi, in verbo, dotalium. cùm dicit fiſcum ſicuti & cæteros, quorum intereſt, poſſe excipere de non numerata pecunia, per d. l. ſi cui. C. de non nu. pec. Ex quo apertiſſimè uides glo. in ea eſſe ſententia, vt d. l. ſi quis poſthac, intelligatur ſecūdum d. l. ſi cui, de qua & nos ſuprà diximus, num. 83. verùm pro contraria. Et ita eam glo. expendit uidetur Barto. in d. l. aſſiduis. column. ultim. in pen. q. C. qui potio. in pign. hab. & Fulg. d. conſ. 133. & d. conſilio 205. & d. conſ. 217. & Paul. Caſtr. in l. ſi marito. in princ. ff. ſolut. matrimo.

*An creditor, poſterior, probans verā numerationem, præferatur priori probanti confeſſionem, uide ſupra 82.*

*Legis, ſi quis poſthac, intellectus.*

92 Et quod de ſimplici confeſſione diximus, idē quoque dicendum videtur, ſi de illo precio ante ſoluto conſtabat tantum ex ſchedula præcedente, ut item ſæpè contingit. Nam poſſet videri hanc non maioris eſſe momenti, quantum ad id, de quo tractamus, quàm ſimplicem & verbalem venditoris confeſſionem, appoſitam in cōtractu: cùm ea ſchedula ſit priuata ipſius confitentis ſcriptura, & quam potuit repetita atque anticipata die conficere, & oſtendere notarijs inſtrumentum uenditionis conficientibus, vt de ea mentionem facerent in ipſo inſtrumento, atque ita ex compoſito conſanguineos circumuenerit, ſecundum ea quæ latiſſimè dicemus inf. tit. procedente, *de retraict conuentionnel.* §. 1. glo. 7. quæ eſt in verbo, *feront preferez*. nume. 42. nunc autem in mentem venit, & multis ſeq.

*Quid ſi de precio ſoluto ante vēditionem conſtet ex ſchedula.*

93 Verum maior eſt ratio, vt credatur huic ſchedulæ, quæ ultra confeſſionem producit obligationem, quā literarum uocamus: vt patet in rub. & nigro. Inſtit. de litera. obli. Vnde obligato ipſo principali, obligātur quoque acceſſorij, & alij qui in conſequentiam ueniunt, per d. l. tam mandatori. & d. l. ſi cui. C. de excep. non nume. pecu. Id quod etiam ſcitiſſimè expendit Cor. d. conſilio 230. paulò ante fin. lib. 2. Prætereaque habemus text. in l. Lucius. §. tutelę. ff. de admi. tuto. quòd creditur apochę tutoris, de ſolutione debiti pupillaris ſibi facta durante tutela: etiamſi ea producatur finita tutela. & ibi gloſſ. in verbo, apochæ, quę intelligit de apocha confeſſionis, & Raph. Co. conſ. 24. teſtator filio, col. 2. vbi reprehendit Barto. in d. §. tutelę, id aliter intelligentem. & idem Rapha. conſ. 31. teſtator, in teſtamento, col. 2. in fi. 3. dubij.

*Apochę tutoris creditur, etiam finita tutela.*

& Barbat.conſi.18.difficile,col.5.uerſ.quartò facit, lib.3.& conſ.54.à Ioue,col.antepen. lib.4. vbi & ipſe reprehendit Bartol. licet idem ſibi contrarius, eam ſequatur conſ.17. clementiſſimum, col.4.uerſ.nec obſtat. Sed is vtrobique ius ſuæ partis,magis,quàm legum,ſequitur,ut ſæpiſſimè facit. Quod ſemper intellige, niſi probabilis ſit ſuſpicio fraudis,iuxta ea quæ ſuprà diximus. Et vide hìc præterea,quæ latè dicemus in d.ſeq.tit.§.4.in verbo, *conſigner*, num.8.ſed in hac tractatione, cum multis ſeq. vbi tracto pleniùs, an confeſſio de receptione pecuniæ alijs præiudicet.

CÆTERA autem, qnæ ad rationẽ precij venditionis, de quo hic priuatim loquimur, pertinent, ne tu in hac tractatione prætermiſſa putes,videbis infrà eodem titul. §.29.in gloſſ.3,quæ eſt in verbo, *& autres ſemblables*, vbi diſſerimus,an reddendæ ſint emptori gabellæ, quas vocamus,& tributa, & ea, quæ proxenetis data ſunt.& domino,cuius res vendita fuit, vt ratum venditionem haberet, & alia quoque huiuſcemodi. Illinc igitur poteris aſſumere,quæ tibi videbis eſſe hìc neceſſaria. Sed & tu præterea vide infrà tit. ſequen. §.6. in verbo, *les loy aux couſtemens*: vbi & alia multa huc quoque pertinentia tractauimus.

### *LVY DEVEMENT ACERTAINE' DV PRIS.*

### DVM VERE DE PRECIO CERTIOR factus fuerit, Glo. XIX.

1
*An conſanguineus ſit in mora ſoluendi precij,cuius incertus eſt.*

NEQVE enim, dum incertum ei eſt preciũ, in mora ſoluendi eſſe poteſt, Omnia enim debent eſſe certa & liquida,ut quis in mora conſtituatur.l.in fideicommiſſi in prin. ff.de vſur.quem text.ad hoc not Bald. ibi, in lect.antiqua,quòd mora contrahi non poteſt, niſi debitum ſit liquidum. Ad quod etiam dicit facere text. in l.cùm fideicommiſſum.ff.de confeſſ.& idem Bal. in l.acceptam,in 6.oppoſ.C.de vſur.per glo.ibi,in uerbo, cum vſuris.& text.in l.2.C.de vſur.& fructi.lega.& idem Bal. in l.reſiduum.C.de diſtract.pigno.per text.ibi,& in l.ſtatuliber.& l.ſeruus ſi hæredi.ff.de ſtatulib. & Angel. in l.4.§.ait Prætor.ff.de re iudic.vbi ad hoc dicit ſing.text.in dict.l.ſtatuliber.idem Angel.in l.Prætor.§. ſi quis paratus. & ibi quoque Imol. & Roman.ff. de noui ope.nunc. & ipſe Angel. in l.ſi mora,ff.ſolut. matri.& Raph. Fulg. conſi.201.domina, colum.2.Petr. Anchar. conſil.235. prima facie,verſic.præterea.Alex.in l.inſulam, colum.8. verſic.octauò fallit.ff.de verbor. obligat. & conſi.49.inſpectis & ponderatis,colum.1.verſ. & præſertim, lib.2. & conſ.130.in cauſa Straxarolorum,colum.3. verſic. & ſic etiam,lib.4.& Iaſ.in l.quod te,colum.3. ff. ſi cert.pet. Aliàs autem hoc in caſu eſſe in facultate contrahentium fraudandi conſanguineos,celando precium, dum annus abiret.

2
*An neceſſe ſit offerre fideiuſſores de non liquido.*

AT illud non omittendum,quòd de Iure communi, cùm id offerri debet,non eſt liquidum, aut omninò, aut partim,debet offerri quod liquidum eſt:at pro eo,quod non eſt liquidum,neceſſe eſt uerbo offerre ſe ſoluturum, cùm liquebit: & de eo offerre fideiuſſores, per textum notab. in dicta l.ſtatuliber, vbi Dyn. cùm in id eſſe ſing. dicit,licet ſit ſimilis in dicta l.ſeruus ſi hæredi, in fin. ff. de ſtatuliber.& uoluit Bartol.in l.ſi finita. §. item uideamus.ff.de damn.infect.& Bal.& Ang.in d.l.ſi reſiduum. & idem Bald.in cap.quoniam frequenter.§.in alijs, paulò ante fin.extrà,ut lit.non conteſta. vbi ad hoc dicit notab.priorem illum text.Angel.& Imol. in l.4. §. ait Prætor.ff.de re iudica.& in l.ſi mora.ff.ſolut.matr.& in dict. l.Prętor.§.ſi quis paratus.& ibi quoque Rom. ff.de oper. nou.nuncia.& in l.ſi inſulam,in 7.fal.ff.de uerbor. obligat.& ipſe Angel.qui & illum priorem.text.dicit ſingul. in d.l.2.in fi.C.de vſur.legato. quam primam legit illius titul.& Florianus in l.1.§.Papinianus, circa medium.ff. de vſur. vbi dicit in id ſing. text. in d. l. ſtatuliber Paul. Caſt.conſi.270.viſo puncto, colum.2.verſic. & videtur, lib.2.Cępolla, qui illum quoque text. dicit ſingu.caute. 51.ſecũdum priorem computationem, incip. nota quòd vbi Alexan conſilio 24.inſpecto proceſſu,colum. vltim. verſic.poſſet etiam dici,libro quarto,& dict. conſil.130. vbi ſuprà.& Barbat.in l.2.§.& homini, colum. 9. verſic. ego allego.ff.de uerbor. obligat. & conſil.36. ſapienter, colum.14.num.28.lib.2.& Socin. qui id multum commendat,in l.1.col.2.uerſ.quam concluſionem. ff. qui ſatiſd.cog.& conſ.80.in quæſtione,col.3. uerſ. præterea & ſecundò,lib.3.cum alijs multis concor. adductis à Boer. in conſuet.Biturig.hoc eod.tit.c.4.

3
*Quid,ſi cõſanguineus diues ſit.*

QVOD tamen intellige in debitore inope, aut ſuſpecto: nam in ſeruo loquuntur iura ſuprà allegata. Secùs autem in eo,qui idoneus eſſet,vt per multa probat Alex. in d. l.ſi mora,col.2.uerſ.tertiò fallit.ff.ſol.matr. & in d. l.4.§.ait Prætor.ff de re iud.ubi & id alio modo limitat. tu eum ibi omninò uide. At Franc. Ripa in d.l.ſi inſulã, col.14.nu.67.ex ſententia Franciſ.Are.conſ.163. uerum eſt,aliter hanc rem diffinit. Nam aut (inquit) offerens vult aduerſarium conſtituere in mora, ut conſequatur aliquod lucrum, & tunc tenetur debitor offerre fideiuſſores:& ita loquitur d.l.ſtatuliber.aut vult tantùm ſe excuſare à mora, ut euitet pœnam uel intereſſe: & ſufficit ſimplex oblatio ſine fideiuſſore, utrumque omninò uide,ne diutius te hìc teneam.

4
*An aute præſentes fideiuſſores offerri debent.*

SED illud tamen non prætereundum, quòd eo caſu, quo fideiuſſores quis offerre debet, non intelligitur, ut eos præſentes offerat:ſed ſatis eſt,ut dicat paratum ſe ſtatim offerre:ut voluit Imol.in l.ſi dubitetur,in princip.& ibi Paul.Caſtr.col.1.ff.de fideiuſſ.arg.l.ſi is a quo.ff.ut in poſſ.lega & ſequitur Alex.qui id dicit not.in d.l.4.§. ait Prætor. ff.de re iud. Et huic ſententiæ ſuffragantur uerba d.l.ſtatuliber,ibi,ſatiſdare paratus eſt. Nam multùm intereſt: an quis offerat ſe paratum ſoluere, aut dare fideiuſſores,uel aliud quippiam facere:an verò rem ipſam in præſentiarum offerre,ut per glo.Bart.& Bald.in l.fundus,in princip ff.de reſcin.uend.& glo.in cap.ut circa,in uerbo,præſtito.de elect.lib.6.& Feder.Senen. conſil.18. quæſtio talis eſt,an uſurario,poſt medium,& clarius cõſi.22.an uſurario,col.pen. Et pro hac ſententia non obſcurè facit text.in d.l.fundus,in illis uerbis, profeſſus eſſet paratum ſe eſſe uectigal exoluere ſolidum,iunctis illis uerbis,non priuſquam emptori &c. Et text.in l.ſi debitori.ff.de iudic.cùm dicitur, ſi paratum dicat ſe ſoluere,audiendum eum,dandumque diem,cum competenti cautela ad ſoluendam pecuniam.& in l.de die.§. planè. ff.qui ſatiſdare cogantur,ibi, paratumque ſe dicat in municipio cauere. nam ea uerba non poſſunt intelligi de præſenti cautione. Et text.in cap.an ſit.extra, de appell. cum dicitur,paratus eſt incontinenti conuincere. Nam ſi illud (incontinenti) intelligatur ſine interuallo, ut multis uideri poſſet, per quædam iura ad id citata per gloſſ. ibi,continuò ſequetur,eam dictionem (paratus) nõ eam uim per ſe habuiſſe,ſed opus fuiſſe ea adiectione (incontinenti) fruſtra enim ea dictio adiecta fuiſſet, ſi intellecta fuiſſet. Quòd ſi intelligatur, intra quodpiam certũ tempus,uel arbitrio iudicis,ut nonnulli contendunt,tũc ex eo ſumitur eam dictionem (paratus) recipere interuallum. Et facit item quod tradit glo.in dict.cap. cupientes.§.ſi uerò,in uerbo,contempſerint,& ibi Domin.& Philip. Franc.de elect.lib.6.& Bald.in capit.1.colum.2. verſic.quæro, nunquid proteſtatio. extrà. de eo qui mit. in poſſ.

*Paratus quis dicat.*

5
*De eadem re.*

QVAMQVAM ſunt & alij multi in ea ſententia, vt text.in d.l.ſtatuliber,& alij loquentes de parato ſoluere, aut dare fideiuſſores, aut aliud facere, intelligantur, ut in præſentia ſoluant, aut dent fideiuſſores, aut quippiã aliud faciant: videlicet Bart. in d.l. Prætor ait.§. ſi quis paratus.& ibi Ange. cùm utitur ijs verbis, & ecce fideiuſſores.Imol.ſibi contrarius, & Paul.Caſtr. qui id dicit not.& Iaſon qui eum §. legit cum §.ſiue autem, ante fi. ff.de oper.no.nunc.idem Bart.in l.item liberatur.§.1. ff. quibus modis pig.vel hypo. ſolu. ubi & text.id innuere videtur. Angel.in d.l.2.C.de vſur. dum utitur his uerbis,offero tibi hunc fideiuſſorem. & expreſſius in d. l. ſi mora,colum.1.ff.ſol.matr.ubi nuncupatim dicit, non ſatis eſſe,ſi debitor dicat offerre ſe paratum,ſed debere eũ habere fideiuſſorem ad manum.& ibi Paul. Caſt. col.2. verſ.aduertendum. & Alex.col.2.verſ.quartò fallit. ubi id declarat Petr. Anchar. loquens in caſu retractus.& in c.conſtitutus.in 11.notab.extrà,de reſtitu.in integr.& in d.c.cupientes.§.ſi verò, quem legit cum §.ad hæc,in fin. de elect.lib 6.dum ſimpliciter allegat Barto.in dict.§. ſi quis paratus. & idem Anchara.conſi.86. pro faciliori, colum.2.& iterum conſi.235.prima facie, in princip. & conſi.331.viſis diligenter,col.1.& Rom.conſ.163.conſtitutio,colum.vlt.verſ.vltim.& Alexan.ſibi contrarius, d.conſi.130.col.3.uerſ.& ſi diceres,lib.4.& conſ.66. uiſa facti narratione,col.vlt.lib.6.& Petr.Ferrar.quid id dicit ſingu.titu.forma libel.in cauſa venditionis,in uerbo, ſuprà ſcriptum precium.

6
*De eadem re.*

ET hæc ſententia text.quoque fulcitur, ſcilicet in d. l.ſeruùs ſi hæredi,in fin. de ſtatulib.& l.qui decem.ff. de ſol. in id allegatis à Bar.in d.§.ſi quis paratus. & l.ſi peculium,in fi ff.de ſtatulib.& d.l.fundus.de reſcind.uend. etiam allegatis ab eodem Bart.in d.l.item liberatur.§.1. Sed poſtremus tex.facit pro priori ſentẽtia,ut diximus. Verùm poſteriori illi ſententiæ adſtipulantur alij text. videlicet in l.quærebatur, quæ eſt pen ff qui pot. in pig, hab. ibi. finge, Seium paratum eſſe offerre, iunctis illis verbis, & oblata ab eo ſumma: ex quibus intelligis, ea verba, paratum eſſe offerre, idem eſſe, atque ſimpliciter offerre,& in d.l.item liberatur.§.1.ubi ſcribitur, qui paratus eſt ſoluere,meritò pignus uidetur liberaſſe. Nã conſtat,eum non conſequi liberationem, niſi ſolutio re ipſa fiat:nec in id ſatis eſſe, ſi dicat paratum ſe eſſe ſoluere.Vbi enim facto opus eſt,verba non ſufficiunt, ut dicere veluti prouerbio ſolemus.Ad quod pleriq; omnes citant d.l.qui decem.§.1.verſ.Idem reſponſum, de ſol. & cap.1.& ibi gl.extrà, de eo qui mit.in poſ.cum ſi.& nos quoque aliquid de hoc dubio diximus ſuprà, in glo.17. in verbo, *offrant*, etc.in fin.& uide etiam interim conſuetudinem Auernienſium hoc titu. *de retraict*, qui eſt 23.§.10.& Boë.ubi ſup.citauimus n.2.in fi.An autem & quando,paratus,dicatur de ſimplici verbo,uide Bald. diſtinguentem in d.§.ſi quis paratus.

*Vbi opus eſt facto, uerba non ſufficiunt.*

*Cõſuetudo de hac re.*

### *D'OR OV D'ARGENT.*

### AVRI AVT ARGENTI, Glo. XX.

1
*An conſanguineus offerre debeat pecuniã ſignatam: aut aurum uel argentum non ſignatum.*

HIS verbis, ſiue appellatione auri & argenti,non continentur nummi,ſiue pecunia ſignata.l.cum aurum, in princip.& l.Quintus Mutius libro,§.1. ff. de auro & argent.leg.quibus cauetur, auro & argento legato pecuniã ſignatam,ſiue nummos,nõ contineri, & in poſteriore loco id notant Dyn.& Alb. Et alibi pecunia, atque aurum & argentum,ut diuerſa ponuntur in l.Prętoriæ ſtipulationes.ff.de prętor.ſtipu.& in l.ſi pro mutua. C.ſi cer.pet & in l.ſi quis ſepulchrum.§.vlt.ff.de relig.& ſump.fune.Petr.Ferra.titu.forma libel.pro leg. rei ſing. in princ.col.31.in paruis,verſ.nunc uenio.& Phil. Deci, qui ex eo in pulchro caſu reſpondit, conſ.381. uiſis his quæ accuratè, in princ. [Nam & aliàs probati ſcriptores argentum ſimpliciter pro infecto poſuerunt. Martialis lib.6.Epigram.49.

*Argentum, menſas, prædia ſolus emit.*

Et lib.11.Epig.71.

*Si te delectat numerata pecunia, vnde*
*Argentum,menſas, myrrhina, rura, domum.*]

Ideoque poſſet uideri, hìc offerendum eſſe aurum & argentum in maſſa,vel in lamina,uel in uaſculis,annulis ornamentis,& alijs huiuſmodi rebus.

2
*Auri et argenti appellatio. De eadem re.*

SED id mihi non placet,tum quia ex vulgari & communi vſu loquendi,(qui inſpiciendus eſt.l.librorum. §. quod tamen Caſſius.ff.de leg.3. etiam in ſtatutis & alijs ſpeciebus ſtrictis,ut dicemus in §.ſeq.in gl.1.nu.5.& ex communi,& ſeq.) ex communi (inquam) vſu loquendi per aurum & argentum vulgò intelligimus nummos aureos,atque argenteos.Sicut etiam Hebręi,& antiqui Romani, ea appellatione pecuniam ſignificabant: ut dicemus infrà eodem §.nu.5.& ſeq.Tum,quia negari nõ poteſt, quin huiuſmodi nummi aurei & argentei ſint aurũ & argentum;tamen legato auri & argenti non contineri,ob id,quòd tempore Iuriſcõſultorum non facilè quiſquam auri aut argẽti numero nũmos computabat.Ideò, & ſi appareret contrà ſenſiſſe teſtatorem,ij eo legato cõprehenderentur,ut nuncupatim ſcribitur in dict.l. Quintus.§.1.Hìc autem ſatis conſtat noſtram conſuetudinẽ intelligere de moneta ſiue pecunia ſignata, propter cõem vſum loquendi,atq; etiam propter ſubiectam materiã, cùm agatur de ſolutione precij,cuius appellatio propriè ad pecuniam ſignatam refertur.§. item precium, & ibi no.Inſti.de emp.& uen.& voluit Bal.conſ.98. Bectonus, col.2.lib.1.quod repetitur conſ.383. li.5. id autem facit ſubiecta materia, ut ob eam uerba impropriari debeant l.ſi uno.ff.locat.& abundè diximus in repet. l. ſi vnquã. in verbo,reuertatur,nu.37.& alias etiam uidemus.

3
*An neceſſe ſit offerri unũ nũmum aureum, & alterum argenteum. Conſuetudines.*

IN quibuſdam autem locis, hæc verba,quæ nunc cõmentamur,coniunctiuè ponuntur, ita uidelicet, *d'or & d'argent*, vt Rochellæ,c.conſuetudinum eius loci 29. & Burdigalæ,c.17.& ſeq.iterum ca.25. & apud Lorrienſes in Præfectura Montargij,hoc tit.§.1. ut tunc uideri poſſit neceſſarium eſſe utrũque offerri, unum ſcilicet nummum aureum, & alterum quoque argenteum. l. ſi hæredi.ff.de cond.inſt.cum concor.ibi à gl.adductis.Sed ego libens quærerem, quid ſi res quæpiam ſit uendita tam uili precio,ut nullus ſit nummus aureus infra id precium; verbi gratia, precium eſt decem ſolidorum noſtrorum: certè apud nos nullus eſt nummus aureus, qui id precium non excedat. Cogetur ergo conſanguineus tunc & nummum aureum præter argenteum offerre? Et abſurdum eſt quidem, vt quis plus teneatur offerre, quàm quod reddere debet.Item,quid ſi uendita res eſt centum aureis, quo caſu ex multorum ſententia debent & centum aurei reddi, nec cogitur quis monetam argenteam recipere:vt uidere licet apud multos, quos citauimus in glo.præcedenti in 6.q. Quid igitur cauſæ eſt,ut ueniens ad retractum neceſſe habeat offerre monetam argenteam,quam emptor, cui fit oblatio recipere non tenetur? An igitur intelligemus ea verba, *d'or & d'argent*, diſiunctiuè, vt ſcilicet ea copulatiua (&) pro diſiunctiua (vel) intelligetur, ut aliàs fieri ſuadet ſubiecta materia.l. ſæpè. & ibi pleniſſimè Alciatus.ff. de verborum ſignificatione.& per Barto.in l.1.in princip.ff.de iuſti. & iur.& in l.ſi is qui ducenta.§.utrum, & ibi quoque Recentiores.ff de rebus dub.& Raph.Com. aut quiſquis is fuit,inter conſ.illius,conſ.7.uiſis compromiſſo, col.14. verſ.item non obſtat,quòd arbitri. Panor.in ca.2. col.2. extrà,de reſcri.cum ſimi.Et id non obſcurè ſenſit Ferronus,qui duos illos poſteriores.§.conſuetu. Burdig.à nobis

bis ſuprà citatos, Latinè interpretans, coniunctiuam illam vertit in diſiunctiuam.

4 *An ſatis ſit æream monetam offerre.* Sᴇᴅ quid ſi offeratur non quidem argentea aut aurea moneta, ſed ærea, ſatiſne erit; Quod nõ videtur, cùm hæc conſuetudo nuncupatim mentionem faciat auri & argenti, quæ haud dubiè ab ære ſeparata ſunt: vt ſatis ex ſe patet, & probat tex. in l. 2. §. deinde ff. de orig. iur. dum loquitur de Triumuiris monetalibus, ęris, argenti, auri flatoribus, & in l. ęquiſsimum. §. vnde vſufr. quęſitum. ff. de vſufr. cùm dicitur, auri, argenti, æris fodinas, & in l. ſi id quod aurum. ff. de verbo. oblig. & in l. ſi cùm aurum. ff. de ſol. & in l. 1. in prin. & iterum §. 1. ff. de pigno. actio. & in l. qui tamen. ff. de contrah. emp. & in l. in venditionibus, e. ti. & in l. 1. ff de pig. vbi Alb. hinc occaſione ſumpta, diſſerit, an ars alchimię ſit licita, & in l. Titia. §. vlt. ff. de aur. & arg. leg. & in l. 1. ff. ad leg. Iul. pecu. & in l. 1. & ibi gl. C. de collati. æris, lib. 10. atque etiam illa verba duodecim tabularũ, apud Tulliũ, ſtatim poſt principiũ libr. 3. de legibus aſſcripta: *TRIBVNI AES, AVRVM, ARGENTVMVE PVBLICE SIGNANTO.* Et illud (eiuſdem Tullij lib. 1. Officiorum, Nec aurum, æs, argentum effoderentur penitus abditum. Et lib. 7. Epiſt. fam. epiſto. 13. Mallem aurei auro, argento, ære eſſent.) Homeri lib. 2. Odyſſeæ:

ὅθι νῆτος χρυσός, καὶ χαλκὸς ἔκειτο.

Et lib. 5. iterumque 13. & 14. & 22. & 23. eiuſdem operis. Et lib. 6. Iliados:

χαλκόν τε, χρυσόν τε, & cætera.

Et lib. 13. Odyſſ.

ἄσσον παντ' ἐφόρει χρυσὸν καὶ ἀτειρέα χαλκόν

Et lib. 9. Iliados non ſemel,

νῆα ἅλις χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ νηησάσθω.

Et lib. 22. eiuſdem operis,

ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις, χρυσόν τε δέδεξο.

Et alibi ſæpe. Et id quoque videre licet ex ſacris libris, Exod. 25. & iterum, 31. Ex quibus etiam potes intelligere, horum differentiam eſſe & in pecunia ſignata: vt omittam quod ſcribit Plinius lib. 34. cap. 1. in prin. Proxima dicãtur æris metalla, cui & in vſu proximum eſt precium; imo verò & ante argentum, ac penè etiam ante aurum Corinthio. Eam autem differentiam ſatis oſtendũt antiquæ illæ notæ, A. A. A. F. F. id eſt, ære, argento, auro, flando, feriundo, ſiue flauo feriunto.

5 *De eadem re.* Eɢᴏ tamen cenſeo ſatis eſſe, offerri monetam æreã, vt ſatisfiat noſtræ conſuetudini loquenti de auro vel argẽto, quoniam ex communi vſu loquendi, quem ſequi debemus, vt diximus ſtatim in princ. huius glo. appellatione auri & argenti omne genus monetæ, cuiuſcunque materiæ ea ſit, intelligimus. *Hebræi aurum & argentũ omnem pecuniam vocabant.* Quod ab Hæbræis profectum videri poteſt, qui & ipſi ea appellatione auri & argenti omnem pecuniam ſignificabant, ut tradit Diuus Auguſtinus lib. 7. quæſtionum in libros Iudicum, cap. 17. huc referens illud Eſaiæ 52. Gratis venditi eſtis, & non cum argento redimemini. Et illud Diui Petri priore epiſtola cap. 1. Non enim auro & argento redempti eſtis, ſed precio ſanguinis agni immaculati. Cui addere potes & illud eiuſdẽ Eſaiæ, c. 43. Nõ emiſti mihi argento calamũ. Et cap. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argẽtum, properate, eruite, & comedite. Et rurſum: Venite, emite abſque omni argento. Atque iterum: Quare appenditis argentum non in panibus. Et prouerbi. 3. Melior eſt acquiſitio eius, negotiatione argenti. Et lib. Eſdræ 1. cap. 7. Omne argentum & aurum, quodcunque inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, libere accipe, & ſtudioſè eme de hac pecunia uitulos, arietes, &c. Vides enim ibi, id quod primum aurum & argentum vocarat, mox pecuniam appellari. Et Actorum capit. 3. Argentum & aurum non eſt mihi. Et iterum, c. 20. Argentum & aurum aut ueſtem nullius concupiui. Et talia ſunt alia multa, & prope infinita loca ſacrorũ Bibliorum. Sed nullus locus eſt in id apertior, quàm Geneſ. 23. cap. cùm primùm illic ſcribitur, Dabo pecuniam pro agro. & mox: Terra, quam poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet. Et iterum: Appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ.

6 *Romani item argẽtum pro pecunia.* Vᴇᴛᴇʀᴇꜱ quoque Romani pecuniam numeratam argenti appellatione continebant, vt patet ex illis verbis Tullij in Topicis: Nam quid intereſt, cùm hæc ſumpſeris, Pecuniam numeratam mulieri deberi, cui ſit omne argentum legatum: vtrum hoc modo concludas argumẽtum: Si pecunia ſignata argentum eſt, legata eſt mulieri: eſt autem pecunia ſignata argentum: legata igitur. An illo modo: Si numerata pecunia, & cætera quæ ſequuntur. Sed & idem Tullius in eodem libro hæc ſcribit: A genere ſic ducitur argumentum: Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ei pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Forma enim à genere, quo ad ſuum nomen retinet, nunquam ſeiungitur; numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur videtur. Hæc ille: qui formam eam vocat, quam alij ſpeciem appellant, vt ipſe alibi eodem libro teſtatur, & declarat Boethius eodem in loco, cùm dicit: *Formam Tullius vocat, quam alij ſpeciẽ dicunt.* Cùm igitur omne genus, id eſt, omne argentum legatum ſit, nulla ſpecies excipitur: at numerata pecunia argentum eſt: fit igitur, vt numerata quoque pecunia legati vocabulo poſſit includi. Et ita quoque Terentius argentum pro pecunia accepit in Phormione: Argentum inuentũ eſt Phędriæ. Et iterum: Argentũ accepi, tradidi lenoni. Et paulò pòſt: Ne cùm hic non videant me, conficere credant argentũ ſuum. Et in Adelphis: Dabitur à me argentum, dum erit commodum. Et Saluſtius libro ſecundo Hiſtoriarum apud Priſcianum libro decimo: Argentum mutuum arceſſiuit. [Et Martialis libro 14. apophor. 12. cui eſt titulus, Loculi eburnei:

*Hos niſi de fulua loculos implere moneta*
*Non decet, argentum uilia ligna ferant.)*

Et ante hos Plautus in Aſinaria ſtatim in initio argumenti:

*Amanti argento filio auxiliarier*
*Sub imperio uiuens volt ſenex vxorio.*

Et in locis propè infinitis eiuſdem fabulæ. Nam & apud Græcos ἀργύριον, qua voce argentum, quod Latini vocant, ſignificatur, pro pecunia quoque accipitur, vnde interpres diui Matthæi, cap. 25. quod ſic Græcè ſcriptũ erat, ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, ita vertit, Oportuit ergò te committere pecuniam meam numulariis, &c. (Imò verò ſæpe in noſtris legibus aurum & argentum pro pecunia aurea vel argentea poni videmus, ex quibus nunc ſuccurrit. l. ſerui. C. de adult. & l. 1. C. de canon. larg. lib. 10. & l. 1. C. de apo. public. eo. lib. 10. & l. hac lege. C. de aquæduct. libro 11. Hincque eſt, vt Liuius 4. decadis libro 3. argentum bigatum dicat pro eo genere nummi, quod bigatum vocant. de quo Plinius libro 33. cap. 3.)

7 *Aes omne genus monetæ dictũ* Sᴇᴅ etiam vulgò, & ex communi vſu loquendi noſtrorum Gallorum, monetam æream ſimpliciter argentum vocamus. Quod videtur longè diſſidere à propria, aut certè recepta iam à multis ſeculis ſignificatione. Nã omne genus monetæ antiqui æs vocare ſunt ſoliti. Cato in re ruſtica: Fundum æribus tribus emptum poſſidebat. Plautus in Aulularia: Ibi ad poſtremum redit miles, æs petit. Terentius in Phormione:

*-Ancillam ære emptam ſuo.*

Et Horatius lib. Sermonum 2. Saty. 2.

*Et fruſtra mortis cupidum cùm deerit egenti*
*Aes laquei precium.-*

Et Virgilius Ecloga 1.

*Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.*

Vbi Landinus interpres id annotauit. Et apud noſtros Iuriſconſultos in l. 2. ff. ad legem Aquil. ubi ita ſcribitur: Qui ſeruum alienum, quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantum æs dare domino damnas eſto. & in l. tertia. ff. de alimen. & cibar. lega. ubi legitur, minimi æris, pro minimo precio. & in l. ſi quis in pignore. §. primo. ff. de pignor. actione. ubi fit mentio de re ampla ad modicum æris pignorata, & alibi ſæpe in noſtris legibus.



8 *Aerariũ. Obærati. Aes alienum. Aes militare. Tribuni ærarij. Quæſtores ærarij. Adærare, Aerariæ annonæ.* Ex quo etiam ſcribitur in l. etiam. ff. de uerborum ſignifica. aureos quoque nummos æs dici. Et hinc quoq; vt ſcribit Plinius lib. 33. capite 10. & iterum lib. 24. c. 1. ærarium, obærati, æs alienum, æs militare, tribuni ærarij: de quibus illud eſt Ciceronis Epiſto. ad Atticum, lib. 1. Epiſtol. cuius initium eſt: Quæris ex me Tribuni non tam ærarij, quàm ut appellantur ærati. Quæſtores ærarij. De quibus & aliquid traditur à Varrone ad finem lib. 1. & iterum in libro tertio de Lingua Latina. Et Ærariæ annonæ, in l. 1, C. de collatio. don. lib. 10. & in l. ſpeciebus. C. de cohor. lib. 12. & in l. ijs ſcholaribus, & iterum in l. annonas. C. de eroga. mili. anno. eo. libr. 12. quæ ſcilicet ære, ideſt, pecunia, taxabantur. Et hinc item Adærari, in eadem l. (ſic enim ſcribendum eſt, non, adhærere, ut admonuit Lælius Taurellus in lib. de militijs ex caſu) pro eo ſcilicet, quod eſt ad precium redigi, taxationeque adhibita æſtimari: quod nos vulgò in Gallia liquidare vocamus, & Gallicè *adenerer*. Et in hac quoque ſignificatione ponitur (adærentur) in l. ſeptem, eod. titu. de erogatio. mili. anno. ubi tamen Accurſius aliter intelligit. Hincque adæratio, in l. militaris. C. de mi-

*Aeruſcare. Adærari. Auarus. Prodigus æris. Aes mutuum.* li. veſte, lib. 12. Et item Aeruſcare, Feſto Pompeio dicitur, æra undique, id eſt, pecunias colligere. & Auarus Nigidio lib. vndetriceſimo, commentariorum, tanquàm auidus æris, quod tamen non placet Gellio lib. 10. ca. 5. Sed & hinc Aes mutuum Salluſtio in Bello Iugurthin. Prodigus æris, Horatio in arte poëtica.

*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.*

*As.* Et aſſem quoque ab ære dictum, prodidit Varro li. 2. Enalogiæ, & eius autoritate Priſ. lib. de ponderibus & menſuris.

9 *Argẽteus nummus primùm ſignatus. Aureus nũmus primũ ſignatus.* Hᴀᴇ autem hinc fluxiſſe videntur, quod apud priſcos Romanos nullus vſus fuerit monetæ aureæ uel argẽteæ: ſed æs ſolùm eſſet in precio habitum uſque ad primum propè bellum Punicum. Quinque enim annos ante id bellum Q. Fabio Maximo conſule, argentum eſt primo ſignatum bigarum & quadrigarum nota, anno urbis cõditæ quingenteſimo octogeſimo quinto. Atque anno pòſt ſecundo & ſexageſimo, aureus nummus primùm percuſſus eſt, autore Plinio, dict. lib. 33. c. 3: Eutropius autem Romanæ hiſtoriæ lib. 2. tradit primo bello Punico, quo Regulus à Xantippo Lacedæmonio, duce Carthaginenſium, captus eſt, argenteum nummum in urbe figuratum eſſe. Primus autem Ianus æs ſignauit, ſi credimus Draconi Corcyræo in ſuis commentarijs de lapidum generibus, & illius autoritate Athenæo, Atque Macrobio, lib. 1. Saturnaliorum, cap. 7. *Pecunia unde dicta* Aut etiam Seruius rex Romanorum, ut ex autoritate Timæi retulit Plinius, ubi ſuprà proximè: & id quidem, ut dicit, nota pecudum: unde & pecunia dicta eſt, cùm antea rudi ære vterentur.

10 *χαλκὸν ἀχαλκεῖ.* Vɴᴅᴇ ortum eſt (quod iam diximus) ut quamcunque pecuniam æris appellatione intelligamus, Græcorum etiam imitatione, qui χαλκόν, id eſt, æs pro qualicunque pecunia accipiunt.

Vnde ἀχαλκεῖ apud Lucillium li. 2. Epigrammatum;

ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον, εἴ τις ἀχαλκεῖ.
μηκέτι παντὶ τῷ θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Quod ita tranſtulit Alciatus noſter in d. l. etiam. ff. de verbor. ſignific.

*Hermodoti hoc dogma eſt, quiſquis miſer indiget ære,*
*Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.*

Et ex ijs, quæ diximus, exijt illud Ouidij libro Faſtorum primo:

*Aera dab ant olim: melius nunc omen in auro eſt:*
*Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ,*

Cæterùm text. eſt in l. quæ extrinſecus, iuncta glo. in verbo, denario. ff. de verbor. oblig. probans, quòd interroganti de pecunia aurea, ſi reſpondeatur de ærea, uel è diuerſo, ualet ſtipulatio, quamuis aliàs rerum diuerſitas eam uitiaret. §. ſi de alia, Inſtit. de inuti. ſtipu. & ita eum tex. cum gl. expendit Bal. in l. ſingularia, col. 4. uerſ. decimò eſt ſpeciale. ff. ſi cer. pe. Sed tu uide Alex. ibi col. 6. verſ. aliud etiam ſpeciale, ſecundum eum.

11 *An nummus reprobus poſſit offerri. Nummus reprobus. Adulterinus, Nequam. Falſus. Falſa pondera. Falſus denarius non denarius. Iudex. Iuſtitia. Tutor. Teſtamentum. Modius. Statera.* Aᴅ illud quoque quæſtionis eſt, quid ſi conſanguineus offerat nummum reprobum, vt vocat Vlpianus in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. action. ſiue adulterinum, vt appellat Tullius lib. 3. Officiorum, & Plinius lib. 33. c. 9. & Imperator. in l. 1. in prin. C. de fal. mo. & in l. 2. C. quibus ex cau. ſer. pro præ. liber acci. & ipſe Vlpianus in l. lege, in princip. ff. ad leg. Cor. de fal. & in l. ſacrilegij §. qui cum in moneta. ff. ad le. Iul. pecu. Apuleius autem li. 10. Metamor. adulterum & nequam aureum vocat. Ex quo & Adulteratores monetæ dicuntur, in l. aut facta. § euenit. ff. de pœn. Nos vulgò falſum dicimus, ut in ea rub. de fal. mone. & in l. vix certis. ff. de iudi. & in l. qui falſam. ff. de fal. & apud Plinium, ubi ſupra. Sicuti, Falſa pondera, in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dol. mal. Nam & falſum, & adulterinum, pro eodem ponuntur in l. ſi quis legatum, in princ. ff. eod. titu. Quid igitur, ſi offeratur nummus reprobus, ſiue adulterinus, aut falſus, Dic nihil agi, quia falſus denarius non eſt denarius, gloſſ. in l. omnes, per illum tex. loquentem de falſa fide. C. de hæret. quam ſequitur Ioan. Plat. in l. circa medium. C. de uete. numiſ. pote. lib. 11. & eam ualde elegantem dicit Alexan. conſi. 104. ſtatutum loquens, colum. 2. verſicu. pro hoc hìc ego, lib. 1. & ſingularem Bar. conſi. 43. præclarè ſcribitur, colum. 9. numer. 16. libr. 1. Licet ſit & alia ei ſimilis in ca. vera, 45. diſtin. quæ prætereà dicit, falſum iudicem non eſſe iudicem, nec falſam iuſtitiam eſſe iuſtitiam, nec falſum tutorem eſſe tutorem, l. Paulus. ff. de verborum ſigni. ex qua etiam probatur, falſum teſtamentum non eſſe teſtamentũ, & modium iniquum, id eſt falſum, ut interpretatur Accurſius, non eſſe modium. Quod & de ſtatera modio proxima, tradit Galenus lib. περὶ εὐεξίας, ideſt, de bona habitudine: Statera (inquit) falſa, ſiue iniuſta, non eſt ſimpliciter ſtatera, ſed ſtatera falſa. Sed & illud de teſtamento falſo probat l. 2. §. 1. ff. quemad. teſtam. apert. Et illud quoque de falſo denario, dicit Ioan. Ana. illam tantum poſteriorem gloſ. allegans, in cap. quàm graui, colum. vlt. extrà de falſis. & Georg. Nat. in repet. ca. quamuis, colum. 45. ſub numer. 143. de pactis, lib. 6. *Falſum inſtrumẽtũ.* Et ſimile eſt, quod de falſo inſtrumento tradit Bald. in l. ſi non ſortem. §. 1. poſt princip. ff. de cond. indeb. nempe id non eſſe inſtrumentum. Ideò ſi ex ſtatuto nulla exceptio poſſit opponi contra inſtrumentum guarentigiatum, poterit tamen contra illud opponi, quod eſt falſum, per d. l. *Falſus teſtis.* Paulus, de verb. ſig. Per quam etiam atque d. l. 2. §. 1. quẽad. teſt. ape. idem Bal. in c. licet cauſam, colum. 5. extra de proba. dicit falſum teſtem non eſſe teſtem.

12 *De iiſdem rebus.* Iɢɪᴛᴠʀ (vt concludam) conſanguineus, qui falſum nummum offert, is nummum offerre non cenſetur, nam nec huiuſmodi nummus liberat ſoluentem, d. §. qui reprobos. Ex quo etiam dicebat Vbertus Bobi, quem refert & ſequitur Ioan. Andr. in addi. Spec. titu. de crimi. fal. quòd ſi qui ludunt ad par & impar, non debet computari nummus falſus in numero cæterorum, quibus luditur: niſi ludentes illum eſſe falſum reſciuiſſent. Quod & ſequitur Alexan. d. conſi. 104. column. 2. uerſ. accedat ad

ad prædicta, libr. 1. & Georg. Nat. in d. ca. quamuis, ubi ſuprà, & Matth. Afflic. in conſti. Siciliæ, incip. adulterinam, in 1. q. Sed & Dyn. in l. cuiuſque. ff. ad leg. Iul. maie. dicit per illum tex. in ʃ. 1. quòd qui pecuniam reprobam conflauerit, uel adraſerit, non incidit in pœnam ſtatuti punientis falſificantem, uel abradentem pecuniam. Et ſequitur Alber. ibi, qui ita dicit fuiſſe iudicatum à rege Franciæ. & allegat prætereà in arg. l. fundi, in princ. ff. de acq. poſſ. Sequitur item, & dicit not. Phil. Dec. in l. quod te, col. 3. uerſ. ſed quæritur an iſta. ff. ſi cert. pet. Denique glo. in l. lecta, in verbo, proba. ff. eod. tit. dicit ſimplicem promiſſionem factam de dandis nummis, intelligi de probis. Et ſequitur Bart. ibi. in 1. oppoſ. Angel. col. 2. in fi. & Sal. col. quoque 2. verſ. nota ex iſta glo. & Recentiores. Hincque reſpondit Stepha. Bertr. conſi. 213. Chriſti, &c. viſo caſu, lib. 1. manus munitionem (quam vocat) factam ex pecunia reproba, non impedire clamorem, de quo ibi loquitur, quin is fieri poſſit, tanquam ſi nulla munitio facta ſit, per d. §. qui reprobos.

13 *Quid ſi offeratur nũmus non legitimi ponderis.*

Qvid autem, ſi nummus eſt probę quidem materię, ſed non legitimi ponderis? Dic nec illius oblationem ualere, quando & is nummus falſus quoque dicatur, vt apertè probat text. in c. quanto, extrà de iureiur. in illis verbis, monetam aut falſam, aut legitimam eſſe credebas, iunctis illis verbis præcedentibus, quę tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. & ibi etiam no. Hoſt. & Ioan. Andr. vterque in uerbo, legitimo pondere, & ibi quoque Bal. col. 1. uerſ. ibi falſata. Nam vt etiam ibi dicit glo. 1. in uerbo, patris, tria requiruntur in moneta, ut ea proba ſit: videlicet quantitas ponderis, materia, & publica forma, per l. 1. ff. de contrah. empt. & ſequitur Bal. in eod. c. quanto, quo loco ſuprà citauimus: ubi dicit, quòd quantitas requiritur ad ſubſtantiam, forma ad auctoritatem, & Sal. in l. 2. C. de falſa mo. Rapha. Co. conſ. 138. hoc maximè propoſitum ad fin. & latè Io. Ana. poſt alios in cap. falſariorum, extrà de crim. falſ. & Fab. à monte S. Sab. in trac. emptionis & venditionis, in 5. quæſt. princ. colum. 1. & 2. & Matth. Affl. in d. conſtit. adulterinam. in 4. q. Et facit text. in d. l. 1. C. de uete. numiſ. pote. lib. 11. & ibi Andr. Barul. Bart. & Io. Piat. qui & ipſe ad veram monetã requirit illa tria, quæ diximus: dicitque vnum, quod admodum eſt notãdum, quòd creditor non tenetur recipere monetam probæ ſpeciei, ſed illegitimi ponderis, etiam pro tanto, quanti ualet, per eũ textum à contrario ſenſu. & quia etiam huiuſmodi moneta falſa dicitur, per l. quicunq; ff. de falſis, quæ illud nõ dicit: ſed apertè probatur in d. c. quanto.

14 *Quid ſi nõ vſualis ſit.*

Qvid denique, ſi offeratur nummus & probæ materiæ, & legitimi ponderis, ſed qui apud nos non ſit uſualis & expendibilis, ut cum noſtris loquar. Dic nec hìc quoque oblationem ualere. Nam ſtatutum loquens de moneta, intelligitur de vſuali & expendibili, in loco ſtatuti, vt ex facto reſpondit Alex. d. conſi. 104. ſtatutum loquẽs, col. 1. lib. 1. per text. in Clem. 2. ibi, ad monetam currentem, & ibi glo. Gul. à monte. Laud. Paul. Eliaz. Petr. Anchar. Card. Flor. Pan. & pleroſque omnes, de decim. & alios multos Doct. ab ipſo Alex. in illo conſ. allegatos, quos ibi uidere poteris, ne hìc iterum inculcem. Et ſubdit ipſe Alexan. colum. eiuſdem conſ. 2. uerſ. nec obſtat ſi quispiam, non ſatis eſſe, ſi quis hunc nummum nõ uſualem poſſet dare cuipiam campſori, qui ſaltem aliquid minus daret, ut in regionem extraneam tranſmitteret, in qua uſualis eſſet. Nam lex (inquit) conſiderat, quod frequẽtius accidit, l. 1. ʃ. ſi quis. C. de Lati. liber. tol. &c. quia ſæpe, de reſt. ſpol. cum alijs concord. ibi ab eo adductis. Super quo ultimo dicto uide Roffre. Bene. quæſt. Sabba. 15. Æmilius, dum tractat, an pecunia reproba, ſoluta per debitorem ſecundum arbitrium campſoris, liberet ſoluentem.

*Quid ſi ꝑ tanto offeratur, quãti apud cãpſores ualet.*

15 Sed & tu ad principale dictum Alex. adde tex. optimum in c. ult. in fi. ibi, quinque ſolidorum uſualis monetæ extra de maled. ubi gl. in hoc dicit inſpiciendam eſſe conſuetudinem regionis, per l. ſi ſeruus. §. ſi numerus. ff. de leg. 1. & l. nummis. ff. de leg. 3. & l. cum de lanionis. §. aſinã, in fi. ff. de fund. inſtr. Et Hoſt. quoque in d. ca. vlt. in uerbo, vſualis, qui & ad hoc pręterea allegat l. imperatores. ff. de contrah. emp & l. 1. in prin. ff. de flumi. & c. ex literis, el 1. extra de ſponſ. Et hos ſequũtur Pan. & Io. Ana. in d. c. ult. Adde (inquam) Hoſt. & Io. And. in d. c. quãto, in uerbo, legitimo pondere, de iureiur. ubi dicitur monetam tribus modis reprobari, ex materia, pondere, & curſu, quia ſcilicet non currit, nec recipitur, ut conſueuit. Et faciunt etiam ſcripta ab Oldr. conſi. 31. thema tale eſt, quidam concedens. & Corn. conſ. 287. in hac conſultatione, col. 4. ver. deueniendum eſt, li. 1. & conſ. 321. de pluribus, col. penult. verſ. reſtat, lib. 3. & Fab. à monte S. Sab. in tracta. emptionis & uenditionis, in 5. quæſtio. prin. col. 4. verſ. vlterius eſt notandum. & Phil. Dec. conſ. 668. ſecundum ea: ubi reſpondit, non ualere depoſitionem factã ex pecunia non vſuali. & D. Coſ. Guy. in prag. ſancti. in tit. de annatis. §. item fuit, in uerbo, vſuali. Et vide etiam, quæ dicam infrà tit. procedente. §. 4. in uerbo, *faire ſon offre,* quæ eſt gl. 2. *De moneta item non vſuali.*

### *EN TELLE QVANTITE' QV'IL VOVDRA.*

### EAM QVANTITATEM QVAM VOluerit. Gloſſ. XXI.

1 *An ſatis ſit hic unũ nummum offerre. Quantitatis uerbũ, an numerũ ſignificet. Vnus non eſt numerus.*

Qvidam hinc trahunt, non ſatis eſſe vnum nummum, id eſt, vel quadrantem, quem liardum Galli appellant, vel Caroleum quẽ vocamus, uel alium vnum, ſed plures neceſſario eſſe offerendos, tanquam ea verba, *en telle quantitè*, numerum ueluti ſignificent: vt probatur in l. ſi ita legatum, in princ. & ibi Iac. Aret. Bart. & alij. ff. de lega. 1. & in l. hæc nunciatio. ff. de verbor. ſignific Qui quidem numerus in uno conſiſtere non poteſt, unum enim non eſſe numerum, ſed principium numeri ſcribit Macrobius lib. de Somnio Scipionis, non ſemel & è noſtris Accur. in l. ſi quis ante. ff. de ac. poſſ. & in §. affinitatis, Inſtit. de nuptijs. & Bald. in c. cum in iure, circa medium, extra de elect. & Ang. conſ. 56. quæ reformatio, ante fi. Et ſcribit Priſcianus li. 5. in tit. de numero, quòd in uno propriè numerus non dicitur, ſed abuſiuè Et optimè facit tex. in d. l. ſi quis ante, ubi unus nummus, & precium, ſiue in eo non poſſit conſiſtere.

2 *Iterum de quãtitate.*

Vervm diſpeream, niſi iſti, licet ſint ex primis noſtræ Galliæ Iuriſconſulti, toto (quod aiunt) cęlo errant. Nam etſi quantum & quantitas ad numerum quandoq; referuntur, ut ſuprà diximus, non tamen ad id tantùm, ſed & amplitudinem, ideſt, menſuram atque pondus, ut apertè probat l. quiſquis. ff. de lega. 3. & voluit gl. 1. in l. 1. & ibi Bar. poſt princ. C. de act. & obl. & in l. generaliter, in verbo, partem. C. de epiſcop. & cler. quæ quidem de vno æquè dicuntur, atque de multis, ſicuti etiam qualitas, latitudo, longitudo, & alia id genus. Nam & qualitas & quantitas idem ſubiectum propemodum reſpiciunt, l. qui bonis. ff. qui bon. ced. poſ. vt & illa alia, uti videre licet.

3 *De eadem re.*

Dicimvs enim, qualis quantusque vir, equus, ager, fundus, nam & in l. certum. ff. ſi cer. petat. dicitur qualis quantaque, de re quapiam, & in l. cùm ſoluta. ff. de cond. ind. & in l. ſtipulationum quædam. ff. de verbor. obligat. & iterum in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. fit mentio quantitatis, & æquè in uno tantùm procedunt, ac in pluribus, ut omnibus uidere licet. Plautus in Amphytrione, de vno tantùm loquens Obſecro hercle, quantus & quàm validus eſt? Et iterum in eadẽ fabula, Quãtus



tus amator, dicit. Et Plinius in Panegyrico: Sæpe ego mecum, P. C. tacitus cogitaui, qualem quantum eſſe oporteret, cuius ditione nutuq; maria, terrę, pax, bella gerantur. Et Virgilius lib. 2. Aeneid.

*-- Qualisq; videri*
*Cælicolis, & quanta ſolet. --*

Et iterum libro tertio:

*Nam qualis quantusq; cauo Polyphemus in antro.*

Et Homerus lib. 22. Iliados de Achille:

ὅπος εἰ πυρ, οἷος τε, θεοῖσι γὰρ ἄντα ἐώκει.

*Quantus erat, qualisq;, deis enim contrà ſimilis erat.*

Et è noſtris Specu. in titu. de fructibus & intereſſe. §. viſo, colum. 1. verſicu. ſed quomodo, dicit quantitatis appellatione comprehendi quamlibet rem ſingularem, per dict. l. quiſquis. ff. de legat. 3. Ideoque vix poſſum accedere Alciati ſententiæ, qui in libro primo eius quod intereſt, fecit in hac re diſcrimen inter quantum & quantitatem. *Sitne differẽtia inter quantum, & quantitatem.*

3 *Quantitas inter prædicamẽta.*

Sed vt hæc lucidius intelligas, Ariſtote. in lib. κατηγορίας, in quolibet ſubiecto decem prædicamenta conſtituit, inter quæ & quantitatem repoſuit: ex quo potes intelligere, & de vno dici. Et id quoque poſt eum aſtruxerunt è noſtris Azo, in procœmio Summæ, & Bald. in l. de quibus, colum. antepen. & ſequen. ff. de legi. Et bene etiam facit text. in d. l. quiſquis, & quod ibi ſcripſerunt glo. Bart. ff. de leg. 3. & in l. aut facta, in princip. ff. de pęn. vbi delicta ſeptem modis conſideranda ſunt, inter quæ reponit qualitatem, & quantitatem. Poſtea autem in ʃ. quantitas, ſcribitur quantitatem diſcernere furem ab abigeo. Nam qui vnum (inquit) ſuem ſurripuerit, ut fur coërcebitur. Et in l. 1. §. quod autem ait. ff. ne quid in flu. publico. quæ loquitur de quantitate aquæ. Ex quibus uides, & quantitatem de vna re dici.

5 Qvid quòd ipſe Ariſtoteles lib. Politicorum primo, c. 6. ſcribit, nummum ſigno quopiam primùm fuiſſe impreſſum, ad demonſtrandam illius quantitatem. Ex quo etiam clariſſimè omnium intelligis, quantitatẽ de vno nummo dici, eamque pro æſtimatione nummi accipi, vt etiam apertiſſimè probat l. cum affirmes. C. de libe. cau. vbi dicitur, dato nummo certæ quantitatis: ut hinc liquidò cognoſcas hæc verba, *en telle quantitè*, ſignificare, talis æſtimationis, ponderis, magnitudinis, quam conſanguineus offerens uoluerit, ita ſcilicet ut nihil interſit, an ſit denarius ſimplex, an duplex, an liardus, an item ſolidus æreus, aureus, argenteus.

6 *Quantitas duplex.*

Nam vt id clarius declarem, ſcire debes, duplicem eſſe quantitatem, unam quam continuam appellant, alteram diſcretam: illã dici de re vna, & ad numerum nihil pertinere: hanc autem de pluribus, & ad numerum referri, ut tradit Ariſtote. in eod. lib. κατηγορίας cap. 6. & colligitur ex no. à Bart. & alijs in l. qui quartam. ff. de legat. 1. eodem Bart. in trac. de teſtib. c. 27. incip. qualitas. Bald. in Auth. hoc amplius, ante fin. C. de fideicom. & in l. data, colum. 7. verſic. dicit teſtis falſum. C. qui accuſar. non poſ. & in l. 1. colum. 3. verſi. modò ego quæro. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. & clarius in c. cùm cauſam, colum. 5. verſic. ſecundum prædicamentum, extrà de teſtibus, ubi ſcienter dicit, quantitatem continuam eſſe augmentum ſubſtantiæ, l. inficiendo. ʃ. infans. ff. de furtis quæ loquitur de infante, qui ita creuit, ut adoleſcens fieret, & ita in eo eſt quantitas continua, id eſt, augmentum ſubſtantiæ. Quantitas autem diſcreta eſt augmentum numeri. Hæc ibi, ex ſchola Philoſophorum. Nam & Galenus non minùs philoſophia, quàm medicina, illuſtris, in libro de differentijs morborum. Neque, ait, cuipiam obſcurum eſt vtramque paſſionem, tam quę ad numerũ, quàm quæ ad magnitudinem pertinet, in prædicamento quantitatis poſſe locari. Si quidem quantitatis aliud continuum, aliud diſcretum, quod & quantum propriè, ſicuti & continuum, πηλίκον apud Græcos appellatur. Ex hiſque illud eſt Quintiliani, lib. 2. c. 4. Quantitatem quæ dupliciter à poſterioribus diuiſa eſt, quàm magnum, & quàm multum ſit.

7 *In uno nũmo cõſiſtit mutuum. Idem iudicandum de principio actus, ac de ipſo actu.*

Qvin & ſi hæc non ſubſiſterent, neceſſarioq; quãtitas ad numerum tantùm referretur, non tamen concluderet, unum hìc nummum non ſatis eſſe ad oblationem. Nam ſcribit Alber. poſt Pet. Cy. & Old. in l. 2. ʃ. mutui datio, col. pen. verſ. item quæro, & ibi quoq; poſt eos Phi. Dec. in vtraq; lect. ff. ſi cer. pet. quòd in uno nummo conſiſtit mutuum, quia vnus eſt principium numeri, & idem iudicamus de principio actus, quod de ipſo actu, per l. non ideò. C. de hę. inſt. Et idem quoque uoluerunt Cy. Bal. Angel. & Corne. in d. l. non ideò, ubi ex hoc dicunt, emptionem poſſe fieri uno nummo. & rursũ idem Cy. in l. maritus, & ibi quoque Pau. Alex. & Iaſ. C. de procu. Bar. in d. l. ſi quis ante. & ibi quoque Alexand. Franc. Are. & Iaſ. ff. de acqui. poſ. Colle. in c. ut menſurę, extrà de emp. & uend. Bal. in d. §. affinitatis, Inſti. de emptio. Pau. Caſt. in l. 1. col. 1. C. vnde vir & vxor. & conſil. 190. nouiter reuocatur in dubium, col. 1. lib. 2. vbi & ex hoc dicit, idem iuris eſſe de vnitate, ac de numero: ſicut quod iuris eſt in affinibus, idem eſſe in uiro & vxore: qui ipſi non ſunt propriè affines, ſed principium affinitatis, ut per d. l. maritus, & externis ſcriptoribus Laurentius Valla lib. 1. Dialecticæ, c. 2. ubi fortius tenet, & probat, vnum eſſe numerum, uti etiam è noſtris uoluit Ioan. And. in procœmio 6. & Philipp. Deci. in d. §. mutui datio, in priori lectu. Nam & quodammodo vir & uxor affines etiam dicuntur, d. l. non ideò, & l. quod Seruius, & ibi gl. Bart. & Bald. ff. de condi. cauſ. da. Et facit, quod de vno tradit Bald. in c. 1. §. & quia uidimus, ad fin. titu. qui feu. dar. poſ.

8 *Numerus pluralis an in uno procedat.*

Et hæc haud dubiè procedunt, cùm eadẽ eſt vtriuſque ratio. Sicuti etiam in ſimili dicemus, numerum pluralem, in vno quoque procedere, ſi eadem ſit ratio, ex ſẽtentia Archi. Ioan. And. Dom. & Recentiorum in c. 1. de rer. permu. lib. 6. Bal. & Paul. Caſt. in l. 1. C de condit. inſer. cum alijs concor. à me collectis, in repe. l. ſi unquam, in verbo, ſuſceperit liberos, nu. 115. ſed utrumque ſit. Vt amplius (ni fallor) non ſit dubitandum, quin ſatis ſit vnum nummum offerri. Id quod etiam apertè indicat §. huius tit. 3. in verbis, *& la piece d'or, ou d'argent, qu'il aura conſignè.* & rurſus §. ſeq. ibi, *& perdra la piece d'or ou d'argent qu'il aura baillè*, ſed apertius in §. 7. ibi, *mais ſuffit faire offre d'vne piece d'or ou d'argent:* quæ uerba cùm clara ſint, nullus iam eſt dubitationi locus relictus, quantum ad noſtram conſuetudinem pertinet.

9 *Quantitas iuncta pecuniæ, an ſemper numerum ſignificet.*

Sed vnum tamen non omiſerim, quod admodum adſtipulatur priori illi ſententiæ: illud ſcilicet, quòd quãdo hæc dictio quantitatis adiungitur pecuniæ, ſemper numerum ſignificat, l. hęc venditio. §. huiuſmodi, & ibi gl. & Bal. ff. de contra. emp. idem Bal. in d. l. 1. col. 2. verſ. ſed immediatè. C. de actio. & oblig. & Fabia. à monte S. Sab. in tract. emp. & vend. in 5. q. princ. colum. 5. verſ. circa ſecundum. Sed an is tex. id probet, videant cæteri. Super eo autem text. & gl. illius, uide Bar. in l. ſeruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. & Rom. in l. ſi certos nummos. ff. de verb. oblig. At huius contrarium ſuprà probauimus ex Ariſtotele, qui quantitatem dicit eſſe in uno nummo: quod & noſtræ leges, ut diximus, adſtruunt. Et ſatis videmus eandem rationem eſſe, ſiue quis unum nummum, ſiue plures offerat.

10 *An ꝑ duabus oblationib. diuerſarum vẽditionũ ſatis ſit vnum nummũ offerre.*

At maius, perplexiusque dubium eſt, ſi conſanguineus faciat duas vel tres oblationes ſimul, ſcilicet duorum aut trium contractuum diuerſorum: verbi gratia, emiſti à me vnum fundum certo precio, poſtea alio contractu emiſti alterum: an ſufficiat conſanguineo meo venienti ad retractum harum duarum venditionum, offerre vnum nummũ, qui plures minores ualeat, ſcilicet Caroleum, qui decem denarios valet. Poſſet videri hoc caſu

caſu non ſatis eſſe, ſed tot eſſe offerendos, quot ſunt contractus, ad quorum retractum venit conſanguineus. Nã pro quolibet contractu vnus ad minimum nummus offerendus eſt. Si ergo ſunt diuerſi ac ſeparati contractus, etiam diuerſi ac ſeparati nummi ſunt offerendi, vt ſuus cuique nummus ſit attributus: præſertim cùm hæc à cõſuetudine pro forma & ſolennitate ſint obſeruanda, vt declarat. §. 7. & 8. infra eod. tit. & in d. §. 7. expreſsè cauetur offerendam eſſe vnam peciam, vt vtar verbo Gallis peculiari, quo etiam vtitur conſuetudo noſtra. Qui fit ergo, ut una pro duobus, aut tribus ſeparatis cõtractib. ſufficiat, cùm forma præciſè ac ſpecificè adimpleri debeat, vt no. Bal. Ang. Pau. Caſt. & Recentiores, qui afferunt concord. in l. 1. ff. de libe. & poſthu.

11 *Formæ omiſſio ĩ minima parte vitiat.* ITA quidem, vt eius omiſſio in qualibet, vel minima parte, actum vitiet. Ant. & Pan. in c. Piſanis, quod eſt vlt. extrà de reſti. ſpol. cum corcord. adductis a Fely. in c. cum dilecta, col. 26. verſ. amplia decimò, extra de reſcri. & Phil. Dec. in c. prudentiam, in 4. not. de offi. deleg. & dicemus etiam in ti. ſeq. §. 4. gl. 6. nu. 30. & quia etiam. *Etiã in actib. fauorabilib. & pijs cauſis.* Idque etiam in actibus quantumuis fauorabilibus, l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. Bald. in l. teſtamentum. C. de teſta. & conſi. 250. conſiderandum eſt, lib. 5. & Iaſ. conſ. 191. placet mihi, col. 1. lib. 2. vbi etiam dicit procedere in cauſis pijs, ne quis interim cauſetur retractum eſſe fauorabilem: de quo tamen diximus latè in præfat. *Formæ nil addi põt, nil detrahi.* Sed nec ei aliquid addi aut detrahi poteſt. Bald. in l. vlt. col. 2. C. de ſuis & legit. & alibi latius diximus. *Forma per æquipollẽs adimpleri non poteſt.* Nec ea quoque poteſt per æquipollens adimpleri, glo. in Cle. 1. in verbo, tertiò, de vita & honeſt. cleri. Bart. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homin. cum concor. adductis ab Alex. in d. l. 1. col. vlt. ff. de libe. & poſth. & Fel. in d. c. cum dilecta, extrà de reſcr. & Hipp. Marſil. conſ. 27. ſolennem, colum. 2. & 3. li. 1. ne quis etiam cauſetur, vnum maiorem nummum multis minoribus æquipollere. De eo tamen, quod diximus de omiſſione in minima parte, vide quæ dicam infra titu. procedente. §. 4. glo. 6. num. 31. & duobus ſequen.

12 *Forma indiuidua.* SED & ea res indiuidua eſt, l. hæredes palàm. §. ulti. & l. ſi is qui, & ibi Bal. in 1. no. ff. de teſta. cum ſi. Nam diuiſio formam corrumpit, vt dicit Bald. in l. ſi ſeruus, circa medium, in addi. ff. ſi quis caut. & vt idem quoq; ſcribit in l. Pedius, poſt prin. in addi. ff. de arbit. forma eſt de genere indiuiſibilium, cùm quælibet mutatio in forma totum vitiet, ſecũdum Iac. Bu. in l. certi conditio. §. quoniam, & ibi quoque Alb. colum. vlt. ff. ſi cer. pet. quo etiã in loco Bal. ipſe colum. 3. verſ. oppone quod vtile eſt, dicit formam eſſe indiuiſibilem, vt & dicit in d. l. teſtamentum. C. de teſt. vbi etiam eam dicit inſeparabilem, quod idem eſt: *In forma, vtile per inutile vitiatur.* ideoque in ea vtile per inutile vitiari. Quæ etiã fuit ſententia Bar. in l. Græcè. §. illud, per illum tex. ff. de fideiuſ. Ang. Imo. & Recentiorum, in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. At idem Bal. in c. cùm adeo, col. 2. verſ. contenti ex paruo, extrà de reſcr. dicit, quòd forma ex integritate conſiſtit. Sed & ipſe in l. ſi veritas, in 2. not. per illum text. C. de fideicom. dicit, quòd omnis ſolennitas eſt indiuiſibilis, *Solennitas omnis indiuidua.* ne quis etiam hîc cauſetur hanc rem non formam eſſe, ſed ſolennitatẽ. & Alex. in l. is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad leg. Fal. & Phil. Dec. conſ. 532. pro vera reſolutione, col. 1.

13 *Cõditio nõ ſcinditur.* HINCQVE fit, ut conditio diuidi ſcindique non poſſit. l. qui duobus, & l. cui fundus. ff. de cond. & demon. & l. fiſtulas. §. per fundum. ff. de contrah. emp. & l. ſi ita fuerit, in prin. ff. de manu. teſta. & voluit Cyn. in l. ſi plures. C. de cond. inſer. Albe. in l. ſtatuliberos. §. 1. in prin. ff. de ſtatulibe. & Ange conſ. 168. teſtator in omnibus, col. 1. Alex. conſ. 75. in cauſa & lite, paulò ante fi. li. 7. & Doct. vbique. *Cõditio formam inducit.* Nempe quia conditio formam inducit, & ſolennitatem, Bald. in Auth. vt liceat matri & auiæ. col. 1. C. quando muli. tutel. offi. fung. poſ. cum aliis multis concord. adductis à Recentioribus in l. 2. §. vlt. ff. de vul. & pup. ſubſt. & à me copioſius infra, tit. procedente. §. 2. nume. 2. & eo quidem magis, & ſeq. Vt hinc intelligas, nihil hîc obeſſe, ſi quis diceret, quòd ſi liardus, qui tres denarios ualet, fuerit oblatus pro tribus contractibus, ita diuidetur, ut quilibet denarius eius liardi cuilibet etiã contractui aſſignetur. Nam id poſſet procedere in rebus diuiduis, non in forma, quæ indiuidua eſt. Super eo tantùm quod de cõditione diximus, vide l. cui vſusfructus. in prin. ff. de vſu & uſufr. lega. & l. qui putat, in prin. ff. de acqui. hæred.

PORRÒ nummus ipſe in partes diuidi, aut ſcindi non poteſt. 14 *Nummus ſcindi non poteſt.* Si enim ita fieret, ab eo auferretur forma publica, quæ neceſſariò in eo requiritur, iuxta l. 1. ff. de contrah. emp. & l. 1. & ibi Doct. C. de uete. numiſ. pote. libr. 11. & gloſſ. in c. quanto, in uerbo, patris, extrà de iureiu. & Bald. conſ. 494. ſciendum eſt, quod moneta, poſt prin. lib. 1. & conſ. 276. caſus talis eſt, dominus, colum. 1. libr. 3. & Raph. Co. conſi. 138. hoc maximè, column. vlti. vbi etiam dicit, quòd autoritas monetæ non ex materia tribuitur, ſed ex forma, qua perempta, perimitur & ipſa rei ſubſtantia, ut in ſimili tradit glo. in l. qui uſumfructum, in uerbo, facta. ff. de vſufruct. & alia, quæ in id allegat. Ideoque pecunia communis multorum non per ſciſſionem, aut diuiſionem ſingulorum corporum condicitur, ſed per numeros totius, l. nam & ſi fur, & ibi glo. Iac. Bu. Alb. Ful. Pau. Ca. & Recentiores. ff. ſi certum pet. & l. cũ Stichus. ff. de ſoluti. gl. in l. ſingularia, in 6. ſpeciali, pecuniæ, & ibi Bar. Alb. Ful. Ro. Ale. & Iaſ. ff. ſi cer. pe. ex qb. Alex. rationem reddit, quia ſi corpus ipſum cuiuslibet nummi diuideretur, redderetur inutile.

ET ſanè, ſi quis nummum ſcinderet, perinde faceret, ac ſi naues ſingulas diuideret, quod feciſſe dicitur Quintus Fabius Labeo, 15 *Naues ſectæ.* qui cùm à rege Antiocho, quem bello ſuperauerat, ex fœdere icto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuit, vt eum tota claſſe priuaret. Autor Valerius, lib. 7. ca. 3. & è noſtris retulit Flor. in l. ſi familiæ, quæ eſt antepe. ff. fami. erci. vbi & hoc improbat, & allegat d. l. nam & ſi fur. §. vlt. qui loquitur de nummis, ex quo apertè intelliges, illum idem intelligere de nummis ipſis. *Caſellij iocus.* Hinc & iocus Caſellij Iuriſcõti, qui mercatori cuipiam interroganti, quonam modo nauem cum ſocio diuideret, reſpondit, Nauem ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebis. Autor Macrobius Satur. libro 2. c. 6. [Simile autem traditur de Campanis, qui cũ fœdus cum hoſtibus pepegiſſent, ea lege vt eis dimidiã partem armorum traderent, diſſectis armis dimidium eos recipere iuſſerunt. autor Polyænus lib. 6. Stratagematum.] Nam & hîc, ſi Caroleus inter duos diuidatur, neuter ſociorum Caroleum habebit. In ea autem l. nam & ſi fur. §. vlt. Ia. Bu. & Alb. ex eo inferunt ad quæſtionem de vetula, quæ vendidit dimidiam partem ficuum, quas emptor petebat medias omnes etiam diuidi, volens ſcilicet facere locum prouerbio Σῦκα μερίζειν, id eſt, ficos diuidere. *σῦκα μερίζειν. Prouerbium.* Cuius meminit Martialis lib. 5. epigrammatõ in Calliodorum. Adeò autem nummus omnino ſcindi non poteſt, vt nec radi quoque impune poſſit, l. quicunque. ff. ad legem Corn. de falſis. *Indiuiduũ quid dicatur.* Illud autem indiuiduum dicitur, cuius partes ſeparatæ mutant diffinitionem totius, & cuius integritas minui non põt, ſtante realitate ipſius ſubiecti, vt ſunt uerba Bald. in c. 1. §. 1. col. 2. verſ. ſed quare dicitur, ti. de contro. inue.

QVÒD ſi quis aduerſus hæc dicat, quòd licèt nummus re ipſa diuidi non poſſit ſine corruptione ipſius, 16 *Intellectu diuiditur alias indiuidua.* tamen intellectu & commoditate poteſt: uti & ſeruus cõmunis, qui quidem corpore ipſo diuidi non poteſt, intellectu poteſt, ut expreſſim dicitur in l. ſeruus communis. ff. de ſtipul. ſer. ut ſic ex ipſo intellectu & mente ſingularitas diuidatur reſoluaturque in pluralitatem: ut in ſimili dicunt Guil. Cu. & Alb. loquentes de equo, in l. ubi au-

tem,



tem. ff. de cond. ob turp. cau. & Bald. in l. cùm inter, per illum tex. C. de fideicom. libert. Nam intellectus poteſt alio modo res conſiderare & metiri, quàm ſint ſecundum corpus, vt per Bart. in l. ambitioſa, colum. 4. verſic. ſed contra opinionem. ff. de decre. ab ord. fac. & quod not. in c. præter eã, de appel. & per Pau. Caſt. conſ. 245. videtur dicendum dictam ſeparationem, lib. 1. quod repetitur conſ. 315. eo. lib. vbi ex hoc dicit, quòd licet iura incorporalia non patiantur commixtionem, neque ſeparationem corpore, intellectu tamen patiuntur: vt probatur in l. ea quæ. C. familiæ erciſcundæ, vbi ipſo iure & ex lege, & ſine diuiſione nomina diuiduntur, licèt aliàs non recipiant diuiſionem, quod huc proximè accedit. *Pluralitas vel ſingularitas formalis, non reſoluuntur vtrinque.* Huic ſtatim illud reſponderi poteſt, quòd cùm pluralitas, vel ſingularitas eſt de forma, non fit reſolutio unius in alterum, ex ſententia gloſſ. not. in l. 3. §. hoc autem à ſuperiore. ff. de itinere actuque priuato, prout illam intelligit, & dicit ſing. Nicol. Euerar. vir certè legalis doctrinæ peritiſſimus in locis legalibus, in loco à numero, vbi & de hoc dicit eſſe text. in l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſactio. Et facit etiam ad prædicta, quod in ſimili dicitur in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de ope. no. nunc. quòd ſi in pluribus locis opus fiat, non ſufficit vna nunciatio pro omnibus, ſed ſunt plures neceſſariæ, & conſequenter plures remiſſiones. Ibique dicit Bart. in prin. id procedere, etiam ſi ea loca adeò ſint propinqua, ut in omnibus ſimul exaudiri poſſit vnica nunciatio. [De quo & tu vide Ang. & Roma. ibi.]

17 *Vna autoritas an multis actibus ſufficiat.* VERVNTAMEN contrà facit text. not. in l. accipienti. ff. de auto. tuto. cuius hæc verba ſunt: Accipienti, & edẽti iudicium, idem tutor autor vtrique fit. Sed hoc vtrũ ita eſt, ſi bis autor factus eſt, an & vna autoritas ſufficiat, eo animo, vt ad vtrũque pertineat, dubitat quidem Pomponius: ſed fortiter defenditur ſufficere vnam autoritatem. Et eum tex. Bar. ita ſummat, vt cum noſtris loquar: Vna voce poteſt interponi autoritas duobus diuerſis actibus. Et ſic vides Bart. intelligere eum text. etiam in diuerſis actibus, vt & intelligunt gl. & Albe. ibi. quod magis mirum eſt, cùm autoritas pro forma interuenire debeat, vt per Doct. in d. l. 1. ff. de lib. & poſth. & Fran. Are. in l. Gallus, in prin. col. 3. ver. ex quibus iuribus, eo. ti. cũ ſi. Et tamen vna (vt vides) autoritas, id eſt, vna verborum conceptione prolata, ſatis eſt pro duobus actibus. Quanquàm eum tex. malo intelligere in vno eodemque actu, eodemq; iudicio, ſiue cauſa, in qua ſcilicet alter pupillorum actor eſt, alter reus: vt etiam intelligi poſſe contendunt gl. & Bar. ibi, & ita non admodum obſtat his, quæ pro contraria parte dicta ſunt. Tu tamen cogita: nam ſi Pomponius, vnus ex præcipuis noſtris Iuriſconſultis, dubitabat quid hîc dicendum eſſet, quis noſtrum non dubitabit? Sed quòd multum mireris, nec Accurſius, nec alij hoc in loco declarauerunt, quam ob rem potiſſimùm illic eſſet dubitandum, ſed iam ex ijs, quæ diximus, planè intelligis.

18 *Vna aquæ infuſio & verborum prolatio, an pluribus baptizãdis ſufficiat.* FACIT item contra illam ſententiam gloſ. not. in ca. propriè, in verbo, trium milium, de conſe. di. 4. quòd vnica aquæ infuſione & verborum prolatione poſſunt plures baptizari, per eum text. quod traditur Petrum Apoſtolum vno die tria millia hominum baptizaſſe: neque enim id aliter, quàm ſuprà diximus, fieri potuiſſet, & idem quoque voluerunt Hoſt. & Ioan. And. in cap. 1. vterque colum. 2. & ibi quoque Ant. etiam colum. 2. extrà de baptiſ. idem Hoſt. in ſumma eiuſdem titu. §. quæ ſit eius forma. colum. 2. verſ. licet autem Ioan. Andr. in ca. delictum, & ibi quoque Alb. num. 7. & 8. de regu. iur. lib. 6. nam vt id ſcias, Alb. etiam in quædam c. illius titu. commentaria edidit Lap. alle. 8. Præſentatus, paulò ante medium: & è Theologis Dinus Thomas in 4. ſentent. diſt. 3. q. 1. art. 2. Id quod multum hîc notandum eſt, cũ ex omnium Theologorum & Cano. ſententia, nihil magis ſit è forma, quàm illa aquæ immerſio, & verborum prolatio. Tamen Hoſti. & Ioan. Andre. in dict. ca. 1. dicunt tutius eſſe, vt ſinguli baptizentur, per quædam iura ab his allegata. Thomas autem, vbi ſuprà, tradit eum peccare, qui ſic vniuerſim multos baptizat.

TV autem interim ad comprobationem prioris ſententiæ, qua dictum eſt, videri neceſſe eſſe duos nummos offerri ad retractum duorum contractuum, uide textum 19 *Teſtamentum patris et filij unũ cenſeri, vnamq; in eo ſatis eſſe ſolennitatem.* in l. patris & filij ff. de vulga. & pupil. ſubſt. vbi quia patris & filij impuberis teſtamentum pro uno eodemque teſtamento habetur, ut etiam dicitur in l. qui plures liberos. §. 1. ff. eodem titu. & in l. penulti. ff. quemadmodũ teſtamen. aper. & in cap. ſi pater, de teſta. lib. 6. Ideo etiam ijdem teſtes eademque ſigna ſufficiunt, id eſt, vna pro omnibus ſolennitas, tanquam ſcilicet à contrario ſenſu contrarium videatur, ſi non vnum idemque teſtamentum cenſeretur: quia tunc ſolennitas in vno appoſita, in altero repeti iteratique deberet, vt etiam clarius aperit text. in l. ſi quis eum. §. 1. eodem titu. de vulgar. & pupil.

SED quod ad poſteriorem ſententiam facit, Barto. 20 *Teſtamentis plurib. an una ſufficiat ſolennitas.* in dict. l. patris, ad fin. aſſerit, & poſt eum cæteri Recentiores, quòd ſi in eadem charta ſcripta ſint plura diuerſaque teſtamenta, ſufficiunt ijdem ſeptem teſtes omnibus his ſimul adhibiti, atque etiam una uoce, argum. l. 4. ff. de duobus reis. Quin plus voluerunt Iacob. Aretin. *An teſtes cenſentur adhibiti omnib. teſtamentis eiuſdem chartæ.* Iac. Ra. Petr. Cyn. in addit. Alber. Bald. Angel. Imol. Alexand. & Franc. Areti. ibi, ut etiam id procedat, ſi ſimpliciter fuerunt teſtes adſcripti in ea charta, continente ſimul plura teſtamenta, nec expreſſum eſt, quòd pro omnibus ſint adhibiti: tamen illi pro omnibus eſſe cenſentur, & ſufficiunt, per tex. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi initium. ff. de eden. Quo in loco idem voluit Barto. column. 12. verſicul. ſeptimò dixi. & Bald. poſt Nicol. Mate. in l. omnium, column. 2. verſicul. ſed Nico. C. de teſtam. vbi tamen dicit, hoc non eſſe dubium, in teſtamentis connexis, dict. l. patris & filij, quaſi dubitet de alijs. & Steph. Bertr. conſi. 44. venditio, colum. ultim. ante finem lib. 2.

TAMEN in hoc ultimo caſu, in quo ſcilicet id expreſſum non eſt, contrarium uoluerunt Rapha. & Paul. 21 *De eadem re.* Caſtren. in dict. l. patris & filij, requirentes ſcilicet expreſſam omnium teſtamentorum mentionem. & ſequitur Ange. Aretin. in §. igitur, in fin. Inſtit. de pupil. ſubſti. & Viglius Zuichemus Phryſius, uir & eloquentia, & legum peritia clarus, in eodem loco, & latius in §. ſed & unum, qui eſt penult. Inſtit. de teſta. ordi. Nam ſpẽle eſt (inquiunt) in teſtamento patris & filij, ut una pro omnibus ſolennitas ſufficiat, ut ſatis declarat dict. l. patris & filij, ex hoc ſignificans in alijs alteram tãtùm requiri, argument. l. quod uerò. ff. de legib. Quod & Ioan. Fab. ibi, in fin. ſenſiſſe uidetur, cùm dicit, loquens de hoc caſu. Caue tamen, quòd teſtes pro vtraque parte rogentur, & aliæ ſolennitates obſeruentur.

SED pro alia ſententia rurſum facit, quòd traditum eſt à Bal. & Salicet. in l. eò quòd à multis, per illum text. 22 *De eadem re.* C. ſi certum petat, quòd una ſubſcriptio, unumque ſigillum tabellionis poteſt authenticare, ut ipſe Bald. loquitur, id eſt, authenticos efficere mille contractus præcedẽtes, quibus ſcilicet ſubeſt una ſubſcriptio, atque unum ſigillum. Ideo, ut & ipſe ſubdit, quod de tempore dicitur in dict. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. habet locum & in ſubſcriptione, & in ſigno tabellionis, quemadmodum eſt not. & idem propè uoluit ipſe Bald. in Rub. C. de fide inſtrumen. colum. 7. uerſicu. modò incidit hîc quæſtio. & Ang. in dict. §. ſi initium, in princip. & in l. Lucius. ff. de teſtam. milit. Rapha. Fulgoſ. conſil. 56. quæritur quomodo, in fin. Steph. Bertr. conſi. 200. uiſo caſu, colum. 1. lib. 1. & dict. conſi. 44. uenditio, colum. 2. in princ. lib. 2.

FACIT

FACIT etiam tex. in l. Titia. §. vltim. ff. de verborum obligat. vbi ita ad uerbum ſcribitur: Quoties pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio vna ſubijcitur, quamuis vna interrogatio, & reſponſum vnum ſubijciatur, tamen perinde haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent. & alia quoque multa ſimilia, quæ nos colligemus infrà tit. procedente, §. 2. num. 67. quod autem hìc adducitur. Ex quibus vnum non prætermittam, huic loco accommodatiſſimum, quod tradunt Ang. & Franc. Aret. in l. duo rei, per illum tex. ff. de duobus reis, ſufficere pluribus libellis vnicam conteſtationem litis vna oratione complexam, per tex. in dict. l. accipienti. ff. de auto. tut. & ſequitur Barb. in c. illo vos, col. 1. extrà de pigno. Nam conſtat litis conteſtationem eſſe de forma & ſolennitate iudicij.

*Vna pluribus libellis conteſtatio*

24 ILLVD autem, quòd ſuprà in priori ſententia diximus, de nunciatione operis, quæ fit pro pluribus locis, ideo fit (neque enim id omittendum) quia in re præſenti fit nunciatio, vt dicit tex. in dict. l. de pupillo. § ſi in pluribus. ff. de operis noui nuncia. & vt dicit Bar. ibi, quilibet locus debet nominari & demonſtrari. Idcircoque debent fieri tot nunciationes, quot ſunt diuerſa loca. l. ſcire debemus. ff. de verb. obli. Ex qua ratione refellitur, quod idem Bar. dicit de locis vicinis, ex quibus una nunciatio exaudiri poteſt, vt non ſatis ſit: quia data tali vicinitate, diceretur in re præſenti omnibus nunciari. Et ita dicebat Iac. Aret. ibi, quem (licet reprehendat ipſe Bar.) ſequuntur tamen Rapha. Com. Paul. Caſt. & Iaſ. ibi.

*Vna nunciatio pro plurib. locis aut operibus, an ſufficiat.*

25 ET ex his redditur admodum dubia ac perplexa hæc noſtra quæſtio. Tamen omnibus introſpectis, in eam potius ſententiam inclinarem, vt ſatis ſit pro multis retractibus, multorum ſcilicet contractuum, ſimul factis, vnum tantùm nummum offerri, qui æſtimatione minorum nummorum diuidi poſſit: hancque quæſtionem eſſe de bono & æquo, in quo genere plerunque ſub autoritate Iuris ſcientiæ pernitioſè erratur, vt poſt Celſum adoleſcentem ſcribit Paulus in l. ſi ſeruum. § ſequitur. ff. de verborum obligationibus. Quanquam huic ſcio reſponderi poſſe, retractum non eſſe ex bono & æquo, ſed potius ex ſummo ſtrictoq; iure, vt dicemus infrà, eodem titulo. §. 35. eodemque penultim. in verbo, *d'eſtroict droict*.

*Queſt. princip. deciſio.*

# DE RETRAICT LIGNAGIER, §. SECVNDVS.

ETSI l'achepteur reſpond, qu'il luy plaiſt recepuoir ledict retrayant audict retraict: il peut prendre & recepuoir ledict offre en deduction & rabat du pris. Et doibt declarer par ſerment le pris, que la choſe luy couſte, & monſtrer ſon contract *a*. Et ſi le retrayant veult, il luy peult faire faire ſerment, *b* que c'eſt le loyal pris, qu'il à payè ſans fraude *c*.

*ETSI emptor reſponderit velle ſe retrahentem admittere, poteſt recipere oblatam pecuniam in precij deductionem, debetq; ſacramento declarare precium, quo res ſibi empta eſt, contractumq; ſuum exhibere:* a *eumq; cognatus ſi velit iureiurando adiget,* b *ſit ne illud verum precium, quod ſine fraude ſoluit* c.

## *MONSTRER SON CONTRACT.* CONTRACTVMQVE SVVM EXHIBERE, Gloſſ. 1.

1 QVID hìc vult dicere noſtra conſuetudo his verbis, oſtendere ſuum contractum? Qua in re illud te ſcire oportet, aliud eſſe Contractum, aliud Inſtrumentum, ſicut aliud continens, aliud contentum. l. rerum mixtura. & l. eum qui ædes. ff. de vſuc. Et id quidem ſatis ex eo liquet, quod noſtris legibus ſtatuitur, valere contractum ſine Inſtrumēto. l. cùm res. C. de probat. & l. cum inſtrumenis. C. de fide inſtrum. Eſt igitur Inſtrumentum ſcriptura Notarij de conuentione partiū. Contractus uerò eſt ipſa conuentio, ut declarat Bart. in l. ſi quis legatum, col. 2. verſ. aduerte appello. ff. ad legem Cornel. de falſis. & Bal. in l. ult. C. de falſa cau. adiect. lega. vbi facit differentiam inter contractum dotis, & inſtrumentum dotis. & conſi. 444. ad euidentiam, in princ. lib. 1. Anto. & Pan. in Rub. extrà de fide inſtrum. Pet. Anch. in repet. c. 1. chart. 42. in paruis, uerſ. ſequitur alia quæſtio, extrà de conſtit. Alex. conſil. 122. viſo proceſſu utriuſque, col. 1. uerſ. quod etiam alia, libro 2. Firmia. in tract. gabel. in 6. parte princip. quæſt. 2. & iterum in tertia parte octauæ partis princ. in 25. quæſt. & Soc. conſ. 32. in præſenti, col. 2. ver. quibus non obſtat, li. 3 & Doct. ſæpè.

*Aliud contractus, aliud inſtrumentum.*

2 ET, vt magis differentiam hanc intelligas, qui renunciat Inſtrumento, non intelligitur renunciare contractui in eo contento, ſed tantùm probationi ipſius inſtrumenti, vt uoluit Bal. in l. Labeo. §. 1. ver. quid ſi quis. ff. de pact. per l. 3. C. de fide inſtru. Et vitiato annullatoque inſtrumento, non uitiatur annullaturque contractus, ſi modò de eo aliàs appareat. Imol. Raph. Co. Paul. Caſtr. Alexand. & Iaſ. in l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de legat. 1. idem Rapha. in l. huiuſmodi. §. ſi ita, eodem titu. Paul. Caſtr. conſil. 44. videtur dicendum dictum compromiſſum, colum. 1. verſic. conſtat autem, lib. 1. & latius conſi. 60. notandum eſt primò quòd licet, col. 1. lib. 2. & iterum conſi. 75. notandum quòd præfatum ſtatutum, in primo dubio, eodem libr. 2. & Firmia, vbi ſuprà. Alexand. conſ. 170. viſis ſtatutis, colum. 1. verſic. pro hoc facit, lib. 7. & Soci. conſ. 2. in cauſa teſtamentaria, poſt princ. lib. 3. & conſi. 92. in cauſa domini Antonij, col. 6. verſic. primùm probatur, eodem lib. 3. Fel. qui alios citat, in c. capitulum, col. 14. uerſ. & pro iſtis facit, extrà de reſcrip. & Steph. Bertr. conſ. 270. perſeuerando, nu. 2. & 3. li. 3. & conſ. 34. etiam ſuppoſito. in prin. lib. 4. & Phil. Dec. conſ. 169. cuius ſuperſcriptio incipit, diſpenſatio, col. 1. & ante hos, licet nullus memorarit, Ang. loquens, de Inſtrumento mandati, conſi. 292. uiſis omnibus, col. 2. uerſ. ſuper ſecundo. Nec item è conuerſo uitiato contractu, uitiatur inſtrumentum: quod magis mirum eſt, ſed id tamen uoluit Signo. conſi. 145. in quæſtione uertente inter Iulianum, colum. 1. uerſic. nec obſtat ſi dicatur. & Pau. Caſt. duobus locis poſterioribus. Quanquam huius ultimi contrarium tenet Bal. in l. ultim. colum. ulti. C. de litigio.

*Renuncians inſtrumēto, non renunciat cōtractui. Inſtrumento uitiato, non uitiatur cōtractus.*

*Nec è diuerſo.*

3 PORRÒ idem Bal. in d. l. ult. C. de fal. cau. adiect. leg. dicit, quòd ſtatutum loquens de uno, non habet locum in





*Statutū de uno loquēs non habet locum in altero.*

in altero. & ſequitur Phil. Dec. conſ. 17. viſo puncto, col. vlt. Ideoque & Imol. conſil. item 17. in cauſa, paulò ante fin. reſpondit, ex ſtatuto iubente ſolui gabellam ex quolibet inſtrumento, eam non deberi ex contractu facto ſine inſtrumento: aliud enim (inquit) inſtrumentum, aliud contractus. Et in ſimili etiam dicimus, aliud eſſe ſtatutū, aliud quod in eo continetur. Ideoque ſi quis iurauerit ſeruare id, quod ſtatuto continetur, non liberatur iureiurando, etiamſi ſtatutum reuocetur. Aliud verò, ſi iuraſſet ſeruare ſtatutum, vt nuncupatim dicit Bald. in præludijs feudo. colum. 5. verſ. item nos dicimus. & poſt eum Phil. Dec. in c. cùm venerabilis, col. 15. verſ. 2. iſtam concluſionem, de except.

*Aliud ſtatutū, aliud contentum in eo.*

4 VERVM tamen hæc noſtra conſuetudo hic contractum vſurpat pro inſtrumento, vt ſatis indicant ea verba (*monſtrer ſon contract.*) Neque enim contractus ipſe oculis monſtratur, ſed inſtrumentum, ſiue ſcriptura ipſius. & apertius declarat §. 22. huius titu. qui loquens de hoc eodem caſu, & alio ſimili vocat literas, quas hìc contractum appellat. Nam & literas probatiſſimi Scriptores pro inſtrumentis vſurparunt. Tullius in Oratione pro P. Quintio: P. Quintius Galliam ad te ipſum venit in agrū communem: eodemque, vbi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Et rurſum ipſa noſtra conſuetudo ſupra, tit. 2 §. item 2. qui eſt 16. totius volum. conſuetudinum, & alijs ſeq. vocat etiam contractū in alio caſu ſimili. Quin in noſtris legibus nōnunquam reperimus emptiones pro inſtrumentis emptionum, vt in l. 2. C. quæ res pigno. obli. poſ. vbi glo. id expendit, vti etiam facit in l. 1. § 1. in verbo, habitationem. C. commo. Et alias ſæpè in ſtatutis inſtrumentum appellatur contractus, vt videre licet apud Pau. Caſt. d. conſ. 44. colum. 1. libro 1.

*Contractu pro inſtrumēto interdum ſumi. Literæ pro inſtrumentis, Ciceroni. Emptiones pro inſtrumentis emptionum.*

5 ET ex communi quoque vſu loquendi apud Gallos ita inſtrumentum uocare ſolemus, nomine ſcilicet contractus, ſecundum quem loquendi conſuetum morem & ſtatuta noſtra intelligere debemus. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & l. Labeo. & ibi Bar. ff. de ſupel. leg. & c. ex literis, le 1. extrà de ſponſa. & c. quamuis. & ibi Ant. & Panorm. de verb. ſignif. & c. quanquam. & ibi Dom. 2. q. 7. glo. in c. nonnulli, in verbo, duas dietas, in prin. extrà de reſcrip. Bar. loquens in ſtatutis, in l. 1. in prin. ff. de ſuis & legi. Bal. conſ. 139. factum tale eſt, D. A. ante fi. libr. 2. vbi etiam id nuncupatim dicit procedere in ſtatutis. & conſilio 184. ſtatuto ciuitatis Veronæ, poſt medium, eodem lib. 2. vbi ex hoc dicit, quòd appellatio vulgi pro iure habetur. & conſi. 414. quædam ſunt locutiones, ante fin. lib. 4. Rapha. & Paul. Caſt. expreſſim quoque de ſtatutis loquentes, in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Raph. Fulg. qui & ipſe de ſtatutis loquitur, conſi. 119. proponitur, colum. vlt cum ſim. collectis à Fel. in procemio Decretalium, & Alex. & Recentioribus in Rub. ff. de ope. no. nun. & Barba. conſ. 34. præclarè, colum. 16. verſ. ſtat modò, lib. 2. & conſ. 57. præclarè. colum. pen. eodem libro 2. & conſ. 88 ſapiēter, col. 3. verſ. capio modò, lib. 4. & Phil. Fran. in c. 1. col. 1. de iniur. & damno dat. lib. 6. vbi id dicit procedere & in ſtatutis, & ĩ diuinis ſcripturis, & in priuilegiis, & ĩ reſcriptis. & in c. quàm ſit. §. 1. col. 2. de elect. libr. 6. vbi & id prætere a docet procedere in contractibus, & in ultimis voluntatibus. & in c. cupientes, colum. 2. eodem titu. & libr. & Phil. Dec. conſil. 146. cuius hæc ſuperſcriptio eſt dubia, de quibus colum. 2. & conſ. 540. quęritur in effectu, col. 2. & Steph. Bert. conſil. 180. viſis, nume. 2. lib. 4. Ex quibus etiam intelliges id procedere in materia exorbitanti & correctoria, aut alias ſtricta & odioſa, vti etiam expreſsè voluit Ang. Aret. in §. 1. in fin. Inſt. de legit. agnato. ſucceſſ. & Matth. Mattheſ. notab. 96. vnum mirabile. & Philip. Dec. conſ. 440. quæritur, col. 2. verſ. & ad hoc facit, cum alijs concord. adductis à Fel. in d. procemio, col. 2. verſ. ex quib. & col. 4. uerſ. & adde Do. & alibi ſæpè in eo procemio.

*Ex communi uſu loquendi cōtractus p inſtrumento. Communis vſus loquēdi ſeruandus in ſtatutis.*

*Et in diuinis ſcripturis. Et in priuilegijs. Et in reſcriptis. Et in contractibus. Et in vltimis voluntatibus.*

6 VT tamen interim non omittam, quod dicit Barto. conſil. 58. Annarellus, circa medium, quod communis vſus loquendi & intelligendi præualet omni propriæ ſignificationi. Quod & repetit conſil. 138. hæc eſt copia, ad fin. vbi & ex hoc dicit, quòd id procedit in ſtatutis. & rurſum conſil. 141. ſtatuto vrbis veteris, & conſi. 159. viſa quadam conſtitutione, colum. 1. vbi & illud præterea dicit, ipſum communem uſum loquendi præualere omni regulæ, omniique conſtitutioni in intelligēdis ſermonibus. Quod & ante ipſum dixerat Oldr. conſ. 168. ad primam q. in 3. dubio. Et quod etiam tradit Panormita. alios citans, in d. c. nonnulli, column. 1. extra de reſcript. in interpretatione cuiuſcunque diſpoſitionis, primò recurrendum eſſe ad communem vſum loquendi. Cui ſimile eſt & quod Alexand. ſæpiſſimè ſcripſit, omnes diſpoſitiones recipere interpretationem ab hoc communi uſu loquendi, ut conſ. 9 uiſis uerbis teſtamenti, column. 1. uerſicu. nec obſtat ſi diceretur, libr. 1. & conſil. 5. circa primum, colum. ult. in prin. libr. 3. & conſ. 26. uideretur fortaſſe, poſt prin. eodem lib. 3. & conſ. 49. uiſo proceſſu, in fin. eodem lib. 3. & conſ. 124. ſuper primo, in fin. lib. 4. At Panorm. ipſe in cap. 1. colum. pen. uerſic. ad unum tamen aduertas, extra de iudi. ſcribit communem uſum loquendi in quacunque materia ſemper præferri proprio ſignificato, ſiue id eliciatur ex definitione, ſiue ex etymologia, ſiue ex iuris autoritate. Idem in capi. 2. col. 1. in 2. notab. extrà de arbitr. dicit id procedere in omni materia, quantumlibet odioſa & reſtringibili. & ſequitur Phil. Dec. conſil. 472. teſtator, colum. 2. uerſicul. in ſecundo dubio. Denique hæc procedunt, etiam ſi ſtatutum ſit, ut intelligantur ſtatuta ad literam, ſiue ut iacent. Nā nihilo ſecius in ijs ſequendus eſt communis uſus loquēdi ex ſententia Iac. But. in 1. conſti. ff. & Bald. in l. omnes populi, colum. pen. uerſ. 3. nota ff. de iuſti. & iure. Ant. in procemio Decretalium, & ibi quoque Panorm. column. 3. & Fel. qui & alios allegat, colum. 5. uerſicu. 2. amplia. Sed quibus adde Alex. qui id dicit no. conſil. 211. ponderatis, poſt princ. libro 6. Iaſ. conſ. 205. in occurrenti, col. 5. uerſ. item eſt aduertendum, lib. 2. Imo uero Raph. Fulg. conſ. 27. propoſita, col. 1. dicit communē uſum loquendi dare propriam ſignificationem uocabulo, per quædam ex iuribus ſuprà allegatis.

*Communis vſus loquēdi præualet omni p priæ ſignificationi. Et omni regulæ & omni cōſtitutioni.*

*Et in quacunque materia.*

*Etiā ſi ſtatuta dēant ĩtelligi ad literam.*

7 EST igitur hic, oſtendere ſiue exhibere cōtractum, idem quod inſtrumentum ipſius contractus. Quod intellige, ut non ſatis ſit chartam, ſiue membranam, ſiue papyrum, ſiue etiam pergamenam, aliàmue materiam, in qua contractus ſcriptus eſt, oſtendere, ſiue exhibere conſanguineo, niſi eius legendi copia fiat, ſi id petat, ut proinde certior fiat de contractu & precio ipſius, per id, qđ in ſimili tradunt D. à Rota, deciſ. 168. ſi in cauſa beneficiali, in nouis, & Fel. in c. cùm contingat, colum. pen. uerſicu. non obſtat ratio, extra de reſcript. De quo & nos abunde diximus ſupra eodem tit. §. 1. in verbo, *de dans l'an*, in 18. q. ubi omninò uide. Cauſa enim huius oſtenſionis ſiue exhibitionis eſt, ut conſanguineus certò ſciat (ut diximus) ipſum contractum & precium eiuſdem, ut intra tempus octo dierum, ut ſeq. §. ſubiungitur, curet reſtituendum ipſum precium, alioquin excludendus à retractu, niſi id faciat, ad quam rem nihil efficeret ſolius chartæ oſtēſio ſiue exhibitio. unde & in ſimili ſcribitur in l. Ariſt. in prin. ff. de iure delib. hiſq; copiam inſpiciēdorum inſtrumentorum facere, ut proinde inſtruere ſe poſſint. Nam & aliàs uerba ſunt cum effectu intelligēda. l. ſi p aliū, q̃ eſt pen. §. docere. ff. ne quis eū q in ius uocat. eſt. & ibi cōcor. in gl. Et ut ſcribit in l. locū. §. hoc interdictū. ff. de tab. exh. exhibere eſt materiæ ipſius apprehēdēdæ copiā facere. Et in l. qđ & lex. §. ait Prætor. ff. de libe. hom. exhi. Exhibere, eſt in publicū producere, & uidēdi

*An ſatis eſt, chartā, ſiue membranam cō ſanguineo oſtendere.*

tangendiq; facultatem prębere,remque ipſam extra ſecretum habere. Et in l.2.§.inſpectio.ff.quemadmodum teſt.ape.ita ſcribitur, inſpectio tabularum etiam lectionem earum indicat. Id quod eò dicere voluimus,quòd aliquando vidimus emptorem, qui volebat repellere conſanguineum,cui offerenti chartam emptionis oſtenderat, iurauerátq; contractũ preciumq; eius eſſe verũ, & ſine fraude,vt hic fieri ſtatutum eſt; & tamen noluerat cõſanguineo petenti eius legendi copiam facere,tanquam ſatisfeciſſet ſtatuto huic noſtro; poſteaque octo dies effluxerant, intra quos conſanguineus precium nõ obtuleat. Et cùm lis coram me ageretur, admiſi nihilominus conſanguineum.

8 *Quid, ſi cõſãguineus ſe ſubducat, ne ei contractus legatur.*

Qvid autẽ, ſi cùm emptor offerret, exhiberetq; inſtrumentum emptionis conſanguineo, is aut videre aut legere noluit,& abijt; an nihilominus ei curret tempus octo dierum, de quo in §. ſequen. Quod verum eſt, ut in ſimili tradit Card.Flor.in Clem.cauſam, in princ. in 13.q.de elect.Perinde enim habendum eſt,ac ſi illud legiſſet,cùm per eum ſteterit, quod non legerit. l. Labeo. ſcribit ſi mihi. ff.de contrahen. empt. cum multis ſimilib.& concord.à me collectis infrà eodem tit §.15. glo. 2.in verb.*de puys la litiſconteſtation*,num.7. idque perpetuum eſt. Quibus adde glo.in cap.ſi capitulo,in uerbo, factum,de conceſ.præb.lib.6.quæ dicit, quòd ſi quis impedit,ne ſibi fiat præſentatio,ea pro facta habetur.

9 *Citatio pro facta habetur,cùm citandus facit,ne citetur.*

Et idem dicit ea glo.de citatione, & eã in hoc quoque ſequitur ipſe Card.Flor.in clem.1.in 5.oppoſ. de foro compet. De quo eſt text.in cap.quoniam.§.porrò. & ibi Bal.latè Maria.poſt alios,col.3. extr. vt lit. non conteſt.& uoluit etiam Innoc. in cap. cùm inter, el 2. extrà de elect.& Bart.in l.1.§.ſed & ſi quis,uerſi.ſed & Ariſto, & ibi quoque Alber in uerſic.quòd ſi ui, ff. quod ui aut clàm,per text.ibi & D.à Rota deciſ.271.ſi de mandato, in nouis.& Paul.Caſtr.in l.4 §.Prætor ait, circa mediũ. ff.de damn.infect.& Ang.Aret.in § pœnales col.2.uerſ. in glo. corrupiſſet, Inſtit. de actio. & bene facit text.in Clem.1.uerſ.quia uerò,de iudic. & in Clemen. 2. ut lit. pend.

*Idem de denunciatione.*

Et ſimile de denunciatione,quam emptor de lite ſibi mota facere debet venditori,tradit tex. in l.ſi dictũ. §.ſi præſente.ff.de euict.cùm dicitur, ſimili modo tenetur,qui curauit, ne ſibi denunciari poſſit. & eſt ſimilis text.in l.ſi ideo.§ præſenti.ff.eod.tit.& voluit etiam glo. 1.in cap.vlt.& ibi Io.Andr.Card.Fioren.& plerique omnes,extra de empt.& uend.

*Idem de interpellatione.*

Et idem de interpellatione probat text.in d.l.1.§.ſed & ſi quis, verſic. ſed & Ariſto. iuncta gloſſ.in uerbo,poſſit. ff. quod vi aut clàm. quem tex.in id dicit ſing.Bal.in ſua marga,in uerbo, interpellatio, uerſ.2.

*Idẽ de exhibitione.*

Et item de exhibitione nominum & inſinuatione gradus & nominationum,tenuit D. Coſ. Guy. in prag.ſanct.tit.de collat.§.ſtatuit,in uerbo,ſpectat.

*Idẽ de prohibitione.*

Et idem de defenſa,quam Neapolitani uocant,tradit Matthæ.Affl.ct.in conſtit.Siciliæ,incip.iuriſgentium, col.7. verſ.iuxta hanc quæſtionem. Et de quacunque prohibitione & nunciatione Alber.in d.l.1.uerſ.quòd ſi ui, per eum text. Et vide,quæ diximus ſuprà,eodem tit. §. 1. in uerbo,*dedans l'an*,in 18.quæſt.uerſ.ex quibus poteſt,qui eſt in num.105.

19

Illvd quoque non omittendum eſt, quod aliquando ex facto contingere vidimus,non ſatis eſſe, oſtendere exemplum inſtrumenti, per text.in ſimili, in l. ſancimus.C.de diuerſ.reſcri.vbi in hæc uerba ſcribitur.Sancimus, ut Authentica atque originalia reſcripta, non exempla eorum inſinuentur. & eſt idem text. in §. ſancimus, 25. quæſt.2, neque enim conſanguineus tenetur credere huiuſmodi exemplo,Auth.ſi quis in aliquo. C. de eden. Et generale eſt,ut in omnibus huiuſmodi intimationibus Auth. inſtrumenta neceſſariò ſint exhibenda,per text.in clem.cauſam,de elect.in illis uerbis,porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura Authẽ. &c. iuncto fine eiuſdem,ubi ita ſcribitur. Idem quoque in alijs caſibus obſeruari uoluimus, in quibus requiritur intimatio facienda. Et uoluit Rom alia quædam allegans, conſil. 336.circa propoſitum,col.2.uerſ. cæterùm nec ſufficit. & Alex.qui alia multa citat, conſi.95. viſis proceſſibus, col.pen.uerſ.ſupereſt,lib.2.

11 *Si nullũ factũ eſt inſtrumentũ venditionis, quid hic fieri oportet. Et an ſatis ſit, teſtibus fidem facere.*

Sed quid, ſi nullum confectum eſt inſtrumentum de uenditione,nam,ut ſuprà diximus,non neceſſariò requiritur.Quid igitur hìc fieri debet,ut currat illud tẽpus octo dierum conſanguineo? Satisne erit,fidem teſtibus de uenditione & ipſius precio facere conſanguineo? vt in ſimili tradit Bart. loquens in proteſtatione, in l. non ſolùm.§.morte, col.11.verſic.circa primum.ff.de operis noui nuncia. Nam & pares vires obtinent teſtes & inſtrumenta.l.in exercendis, C.de fide inſtru. & c. cùm Ioannes de fide inſtr.Imò,& appellatione inſtrumẽtorũ teſtes veniunt.l.1.ff.eo.titu. & c peruenit, el 1.de teſtib. cog.Spec. tit. de dilatio. §. vltim. quod cùm datur, cum multis alijs ſimilib.& concord.ibi collectis à Recentioribus Idq; propriè,ſi credimus Bart.& Alcia.in l.notionem.§.inſtrumentorum.ff.de verborum ſign.

12 *De eadem re.*

Et ſi magis credendum eſſet ijs, qui dicunt id non verè,ſed ex interpretatione procedere,inter quos eſt Accur.in d. §. inſtrumentorũ. & Alb. in dict.l. in exercendis & Raph.Co.cõſi.97.ſtante dicto ſtatuto,col.3.verb. itẽ licet. Imol.in Rubr.de fide inſtru. & alij multi, quos videbis apud Feli.in dict. cap.peruenit. & in Rub. extrà de fide inſtrum.& ibi quoque Phil Deci.& Matthæ. Afflictum. in conſt. Siciliæ, incip.iuriſperitorum, col.5. verſi. quærit hic And. Tamen cùm hic ſit eadem ratio in vtriſque,nihil prohibet, quin alterum ſub altero comprehendatur,etiam in conſtitutionibus odioſis, vt probatur in l.filium habeo, in princ.ff.ad Macedo.iuncta l. iuſta interpretatione.ff.verborum ſignificat.& notatur à Bar.in l.liberũ,in 2 quæſt.prin. eodem titu. cum multis alijs concord.à me traditis in l.ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 145. ſimiliterque renunciatio.

*Arg. de inſtrumentis ad teſtes, & è diuerſo.*

Præsertimqve id debet procedere in caſu noſtræ conſuetudinis, quæ videtur vſa fuiſſe verbo inſtrumenti (nam,vt diximus,ita intelligitur) quoniam frequentius venditiones rerum immobilium (de quibus hic agitur) fiunt per inſtrumenta. Ideoque non videtur excluſiſſe eas,quæ ſine inſtrumentis fierent, modò teſtibus probentur per ea quæ latè dicemus infrà, eodem tit.§.20.nu.4. propterea hæc conſuetudo, & ſeq. Et aliàs valet argumentum de inſtrumentis ad teſtes,& è conuerſo gloſſ.& Doct.in l.1.C.de vſu.gloſſ.in cap. Abbate.§.ult. in uerbo,cenſeretur.& ibi Domi.col.vlt.de re iud.lib.6.Iaſon conſi.136.viſo accuratè,col.1.lib.4.quod ſatis probatur ex d.l.exercendis.

13 *Lex vlt.de ed diui Adr. toll. an hẽat locũ in teſtamẽto nuncupatiuo.*

Et huic ſententiæ concinit,quod voluit glo. notab. in l.vltim.in verbo,depoſitionibus,in fin. C.de edict.diui Adria.toll. quod beneficium eius l quod datur hæredi oſtendit teſtamentum non cancellatum,nõ abolitum, nullaq; parte vitiatum vt, ſcilicet mittatur in poſſeſſionem hæreditatis, habet locum in hærede inſtituto in teſtamento nuncupatiuo. cuius nulla eſt ſcriptura facta, ſed de quo conſtat teſtibus: tanquam eorum atteſtatio à iudice accepta & in ſcriptis redacta habeat vim teſtamenti in ſcriptis conditi,& eam gloſſ. ſequuntur Iacob. Butrig.Guil.Cun.Bart.Bald.in 3.quæſt.Angel. qui dicit ſingul.Salyc.Alex.Corn.et Philip.Dec.ibi, idem Iacob. Butrig.in l.vltim.et ibi Bal.colum.3.verſi.idem ſi dicta. C.de fideicom.Alex.conſi.93. repetitus, colum.ultim. lib.6.Philip.Dec.in cap.2.colum.ult. uerſic.14. extra de probatio.

*Statuta de inſtrũis, habẽt locũ in teſtib. quorum dicta in ſcriptu-*

Ex quibus Alexan.dict. conſi. 93. reſpondit, quòd ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum donationis debet inſinuari intra menſem, alioqui donatio irrita eſt; ſi de donatione non eſt factum inſtrumentum, ſed ea teſtibus probata eſt, & eorum atteſtatio publicata, debet



debet donatarius intra menſem ab ea publicatione inſinuare donationem, aliàs ea irrita manebit, ac ſi poſt inſtrumentum de ea donatione factum, ea non fuerit inſinuata. Quæ res nõ ab hoc caſu noſtro longè diſtat. Ang. autẽ in dict.l.vltim. aliud vnũ ex ea gl. dicit, quod dicit etiam ſingu. & mirabile, quòd ſi ex ſtatuto inſtrumenta publica habeant executionẽ paratã,& de debito non fuit confectum inſtrumentum,ſed de eo poſtea fuit facta probatio teſtibus,quorum dicta in ſcripturam redacta ſunt, ea ſcriptura nõ ſecus habebit executionẽ, ac inſtrumentũ ſi quod confectum fuiſſet. & ſequuntur Recentiores ibi, præter Iaſ.Sequitur etiã Alexand.d.conſi.93. li.6.& Matheſ.notab.5.nota quòd contractus. & Fel.latè in c.ſicut, col.3.in 1. declaratione, extra de re iudic. Hipp. Marſi. ſing.484.ſi vera loqui.

15 *Teſtes non dicuntur inſtrumenta ex communi vſu loquendi.*

Qvòd ſi hæc non placeant in caſu noſtro, quia ex communi vſu loquendi,qui in ſtatutis inſpicitur, vt diximus ſuprà in eadem glo.num.5. & 6. teſtes non dicuntur inſtrumenta,ut dicunt Bar.& Alcia. in d.§.inſtrumentorum.Imó.Felin.& Phil.Deci.in Rub. de fide inſtrum. Franc.Aret.conſi.51.ſi detur,poſt medium, & Firmia.in tract.gabel.in 3 parte 8.partis princ.in 35.quæſtio Ideo nec in ipſis ſtatutis teſtes comprehenduntur appellatione inſtrumentorum,ex ſententia Imol.in dict.Rub. & Iaco.Bu.in d.l.1.ff.de fide inſtrum. Igitur fortè dici poſſet, nec quidem abs re,in hac quæſtione noſtra nos eſſe extra caſum noſtræ conſuetudinis,ſi deſit inſtrumẽtum, ideóque nec ſi teſtibus facta fides fuerit,currere illud tempus octo dierum conſanguineo. Nam ubi verba ſtatuti non conueniunt, nec ſtatutum quoque ipſum habet locum. l.4.§.toties.& ibi Bar.& alij.ff.de damn.infect.cum multis ſimilib.à me adductis in repet.l.ſi unquam,in uerbo, libertis, in prin.C.de reuo.don. Nec enim à verbis ſtatuti recedendum eſt.l.quod conſtitutũ.& ibi Bar.in prin. ff.de teſtam.mili. Et quod ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruum. §.non dixit Prætor. ff. de acq. hæred.Bal.in l.omnes populi,paulò ante ſi. ff.de iuſti. & iure, cum multis aliis concordan. a me latè coaceruatis, in d.l.ſi unquam,in uerbo,libertis,num.4.uerba enim legis. Et quod omiſſum eſt à ſtatuto, id pro omiſſo habetur,nec in eo locum habet ſtatutum, ſed ius commune, c. pen.de iureiu.& c.in noſtra,de iniur.Bal.in l.ſi plures, colum.8. verſ. iuxta prædicta formatur. C. de condi. inſer. cum aliis concor.à me quoque congẽſtis ſuprà, omnium noſtrarum conſuetudinum tit.5.§.4.in glo.1.

16 *Probatio inſtrumentalis multis caſibus de iure requiritur. Statutũ requirẽs probationem inſtrumentalem, valet.*

Nec nouum aut mirum eſt, quòd conſuetudo noſtra requirit probationem ſiue oſtenſionem inſtrumentalem, quãdo & in multis caſibus de Iure communi idẽ quoque requiritur,ut in l.ſi alterius,ad fin. C. ſi minor ſe maio.dixer.& Auth.ſed nouo iure. C.ſi certum petatur, & l.teſtium.C.de teſtib.& l.generaliter. C de non nume. pecu.& c.porrò, extra de priuileg. & c.1.de cenſib. lib.6. cum aliis multis ſimil. illic adductis à gloſſ.in verbo, in ſcriptis,& aliis Docto.ibi atque etiam à glo.in l. contrahitur.ff.de pig.& Spec.tit.de inſtr. edi. §.reſtat, uerſic.ſed quid ſi unus. & Guid. Pap.deciſ. Delphi. 582. reperitur, verſ. ſed quæ ſunt illa. Hincque valet ſtatutum aut conſuetudo, hanc probationem inſtrumentalem requirens, omnemque aliam reijciens.Ray.in l.cum quædam. ff. de iuriſd.om.iud.Iac.But.Bar.Bal.Rom. Soc.& alij Recentiores in l.certi condict.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.Spec.de probatio.§.videndum, uerſic.ſed pone. Io.And.in addit. eiuſdem tit.de fructib. & intereſ.§ vlt.col.pen.verſi. Do. Iac.Butr.diſputauit.Bal.in rep.l.2.ad ſi.ff.de leg.2. & conſil.133.caſus talis quidam fuit,ad medium, lib.5.Ange. in §.1.in ſi.in Authen.ut ſine prohib. mat. Salic.in Anth. caſſa,columna penult.C.de ſacroſanct.eccle. Petr.Anch. in repet.cap.1.in 14.q.princ. uerſicu. circa iſtam extenſionem,qui eſt in charta 57.column. 1.extrà de conſti.& in cap.acceſſoriũ, char. antepenult. uerſicu.quartò quæro,de regu.iur.lib.6.Imo.in cap.auditis, extrà de in integr.reſtitutio.& in c.2.& ibi Ant. & Pan.de probat. Barb. conſ.19.ſcripſit Propheta, col. 2. lib.1. Alex. conſil. 68. viſo proceſſu,col.1.lib.3.quod duplicatur conſil.57.lib. 6. cum alijs multis concord. quos uidebis apud Feli. & Phil.Deci.in d.c.2.de probat.

17 *Similiter & pactũ.*

Et hæc eſt communis opinio,quãquam ſcio nõnullos id non admittere,& inter alios Bald.conſil.317.punctus ſuper quo conſilium petitum fuit, in ſi.lib.4.Et priorem confirmat,quod valet pactum in eandem rem,vt reſpondit idẽ Bal.conſil.33. verba inſtrumenti,columnn. 1. lib. 1. & Albe.poſt alios multos Antiq. in l. ſi quis in cõſcribendo,col.3.num.12.C.de epiſco.& cleri.Raph. Fulgo. cõſi.120.ſuper eo quod primò,col.2.verſi.ſuper ſecũdo, & conſ.208. proponitur quòd quidam,per totum. Quãuis huius item contrarium teneat gloſſ. in dict. Authen. vt ſine prohib.mat. in verbo,ſenatus. & ibi Ang. de quo & tu vide Alex.in Authent.iubemus, verſicu.quæ autem poſſit,poſt Ang.ibi.C.de iudi.& in l.quod de bonis. §.j. in prin.ff.ad legem Falcid. & Soc.in d. l.certi condictio. §.quoniam.col.ult.in ſi.ff.ſi cer.pet.& Matth. Afflict.qui & id atque illud de ſtatuto tractat in prooemio conſtitutionum Siciliæ,in 12.q.col.eiuſdem 5.verſic ſextum exemplum,quibus locis & alios multos allegant.

18 *An hoc caſu princip. iudex ſtatuet tempus.*

Igitvr (vt redeamus) cùm citra oſtenſionem inſtrumentalem nullum ſit à noſtra conſuetudine ſtatutũ tempus ſolutioni precij, in id vt excludatur conſanguineus, ſed hic caſus ſit ab ea omiſſus:nec ius quoque commune aliquod tempus in id præſtituerit,cùm de ea re nihil omnino loquatur: conſequens eſt, vt id ſequamur, quod ius ipſum commune generaliter ſtatuit in iis caſibus, in quibus ſpecialiter de certo tempore non diſpoſuit, vt ſcilicet id tempus arbitrio iudicis ſtatuatur. l. 1. in ſi. ff.de iure deliberan. nec ſtandum ſit huic octo dierum ſpacio: quod poſt oſtenſionem inſtrumenti noſtra conſuetudo ſtatuit. Nam & aliàs iudex ſtatuit tempus, intra quod quid faciendum eſt: aliàs tempore tranſacto is, cui præſtituitur, non audiatur, ne res diutius in pendenti maneat cum alieno diſcrimine, vt in l. mancipiorum.ff.de opt.lega.& in l.ſi quis hæreditatem. §. planè.ff.de perit.hæredit. & l.ſi ſeruus,quæ eſt. 4. ff. de bon. autor.iud.poſſi & l.ſi quis inſtituatur. §.1. ff.de hæredib. inſtit.& alibi ſæpe.

19 *Omiſſum non cenſetur, in quo eſt eadem ratio.*

Nisi tamen diceres, hunc caſum, quo ſit fides teſtibus de venditione & ipſius precio, non cenſeri omiſſum à conſuetudine, cùm ſit par eademque ratio inſtrumenti & teſtium,ut diximus: ergo pro expreſſo & comprehenſo habendum eſt, ex ſententia Bal. in c.inter corporalia,col.1.ext.de transla præla. per no.in l.vlt. C. de indicta viduitat. toll. & Sign.conſil.14.ſuper infra ſcriptis,col.ult.per multa quæ illic allegat,quæ tu videre poteris.& dicemus plenius infra, eod.tit.§.20.glo. 1. num. 11.eodemque vlt.

*Nec quod ſimile eſt expreſſo.*

Et aliàs omiſſum non cenſetur, quod ſimile eſt expreſſo. l.ſi extranens. ff.de condic.ob cauſ. & l.vlt.§.vlt.ff.manda. & l.ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandaui,& ibi Bald.& Recentiores,ff.de acquiren hæred. & voluit glo.in l.ſi cum dotem,in verbo,mulieri,poſt prin. ff.ſolu.matr.& in l.Gallus §.& quid ſi tantùm, in verbo, emancipatus. ff. de liber. & poſthum. Oldr. aut alius neſcio quis, apud illum, conſi.224. iſtæ ſunt allegationes, colum.8.verſic.non obſtat,quod dicebatur.Bald.in l. ſed ſi mors.ff.de donatio. inter virum & uxor. & in l. mater, per illum tex.C.de inſtit.& ſubſtitut.cum ſimilib.

*Nec quod omiſſum ẽ ob rariorem vſum.*

Sed & quod omiſſum eſt propter rariorem vſum, non cenſetur omiſſum in eo,quod expreſſum eſt ob frequentiorem, ut ſuprà diximus,& patet ex multis,quæ dicemus infra, eo. tit.§.20.num.4.& multis ſequ.

20

Vervm his non obſtantibus adhæreo priori ſententiæ, quia conſuetudo ipſa, quæ retractum contra, aut ſecundum alios, præter Ius commune induxit, nõ excluſit


con-

conſanguineum hoc octo dierũ tempore, niſi poſt oſtenſionem inſtrumenti, quod ex communi vſu loquendi, vt diximus, teſtes non comprehendit. Igitur quod non dicit cõſuetudo, nec nos dicere debemus, vt & diximus. Præſertim verò, cùm non ſit tam prompta, tam expedita, tam probata, ut ſic dicam, probatio, quæ fit teſtibus, quàm quæ inſtrumentis. Nam haud dubiè prompta eſt, & præſens, & vt ſic dixerim, in numerato probatio inſtrumentalis, ex ſententia Bald. in l.2. C. de edict. diui Adr. toll. cùm dicit, quòd quis dicitur incontinenti probare, cùm habet iuſtrumentum in manibus, idque oſtendit ſine alia dilatione & ſequitur Philip. Dec. conſ. 424. proponitur, col. 2. Eſtq; realis probatio, ut tradit Soc. poſt alios conſ. 59. in cauſa mobilium, col. 2. ver. primũ clarè patet, lib. 3. Sed & ipſe Bal. ſæpè appellauit inſtrumentum, probationem probatam, ut in l. quoties, in fin. C. de iudic. & in l.2. col.1. verſ. ſed iuxta hoc quæro. C. quan. fiſc. vel priua. & in l. ult. C. de vſur. pup. & in l. intereſt, in 2. notab. C. de ſolu. & in Authen. qui ſemel, col. vlt. C. quo. & quand. iud. & in Authen. qui contra, col. 1. verſ. ſed hìc quæritur. C. de non num. pecu. ubi loquitur generaliter de ſcriptura. & in c. conſuluit, col. 2. in fi. ver. ſed nunquid ad videndum, extrà de offic. deleg. & conſ. 454. quidam Ioannes, col. 1. ibi, in contrarium, lib. 1. vbi dicit, inſtrumentum eſſe ius probatum. Et alleg. idem Bal, illud idem probationem probatam dixiſſe, in l. Imperator, la 1. in 1. lect. col. 2. ver ſic. ſed an poterit. ff. de ſtatu hom. quòd inſtrumentum eſt ueritas apparens, probatio probata, non probanda, nec quę indiget diſcuſſione, ſiue diſceptatione fori: nihil enim poteſt allegari cõtrà, quando ueritas eſt notoria. Ita enim eum allegat Iaſ. in rep. l. admonendi. col. 53. verſ. ſucceſſiuè Bart. ingreditur, qui eſt ſub num. 154. ff. de iureiur. & in l. 1. in princ. col. 5. verſ. circa primam, qui eſt ſub num. 10. ff. de nou. oper. nunc. & conſi. 124. factum ſic ſe habet, in princip. lib. 1. & conſi. 137. viſo & accuratè, col. 3. verſic. ſed præmiſſis, lib. 4. Verùm Bal. in eo loco, vt videre licet, non loquitur de inſtrumento, ſed de ueritate apparente, quam dicit eſſe probationem probatam, & c. vt diximus ex eo. Sed illud primum ex Bal. & alijs, omnes vbique citant, & ſequuntur, & inter cæteros Maria. Soc. in clem. 1. de procur. & conſi. 12. quoniam, ad fi. Philip. Dec. conſi. 36. cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum, colum. 1. & conſi. 118. viſo, colum. 1. & conſi. 183. in controuerſia, in princ. Hippo. Marſ. in l. ſi quis, num. 140. ff. de quæſt. Et id quoque ante eos omnes uoluit Io. And. in addit. Spec. tit. de procuratore, § ratione autem formæ, col. 1.

*Inſtrumentalis probatio prõpta, expedita, præſens, in numerato, realis. Inſtrumentum probatio.*

21 *Euidens.*

ATQVI hanc probationem inſtrumentorum euidẽtem eſſe probat text. in c. cùm dilecti, ibi, ex tenore inſtrumenti euidenter appareat. & hoc ibi not. Panor in 1. notab. & Barb. col. 2. extra de donat. & in ca. cùm inter, extra de re iud. quem ad hoc annotat Barb. ibi. & in ca. ad noſtram, col. vlt. extra de empt. & uend. & in ca. cùm contingat, de reſcr. ubi etiam eſt text. ibi, ex ipſorum tenore deprehendens euidẽter. & in c. auditis, de in integ. reſtit, & in c. euidentia, de accuſ. & Paul. Caſtr. conſilio 257. in cauſa quæ vertitur Parmæ, colum. 1. lib. 2. & ipſe Barb. qui alia iura allegat, conſi. 18. clementiſſimi, col. 4. verſ. ad hoc eſt aduertendum. & col. pen. verſ. & eſt ponderanda, lib. 1. & conſi. 44. ſcribitur, col. 7. verſ. & illud dicitur, eo. lib, 2. & Soc. conſi. 127. quoniam, col. 3. verſ. præterea de tali. lib. 3. vbi & ad hoc allegat cap. cùm acceſſiſſent, ibi, propter quod euidenter apparet. Sed & euidentiſſimam alius text. in ca. licet cauſam, ibi, ex priuilegijs euidentiſſimè colligatur, extra de probat. & ibi id quoq; not. Ant. col. 7. verſ. nota hìc in duobus. & iterum col. 9. ver. uenio ad uerſ. ex præmiſſis. & Panor. col. 4. in decimotertio notab. Felyn. & Phil. Dec. qui concor. aſſerunt, uterque col. 8. ille in undecimo notab. hic in decimotertio.

*Euidentiſſima.*

22 *Manifeſta*

SED & hanc eſſe manifeſtam dicit gloſſ. in d. l. vlt. in verbo, manifeſtum. C. de reb. cred. & Paul. Caſt. d. conſi. 257. lib. 2. & Alex. conſ. 37. uiſo, col. 4. in fi. verſ. attento, lib. 2. & conſil. 135. circa primam dubitationem, col. 2. nu. 5. lib. 6. & conſi. 62. in cauſa, col. 2. uerſ. ſecundò fortificatur, lib. 7. & Soc. d. conſ. 127. vbi ſuprà. libro 3. vbi etiam allegat text. in d. c. cùm contingat, de reſcrip. in illis uerbis, ſi uerò ex literarum inſpectione manifeſtè tibi conſtet, & in c. accedens, el 1. ibi, & manifeſtè pateret, & ibi, cùm manifeſtum eſſet, extra ut lite non conteſt. & facit etiam text. in cap. cùm olim, ad fi. extra de uerbor. ſign. & idem uoluit Phil. Dec. d. conſ. 36. & 118. Sed & manifeſtiſſimam dicit Franc. Aret. in l. ſi duo, colum. 2. ver. primum etiam dictum. ff. de acq. hæred. & eſt bonus tex. quem non allegat, in l. ſi pluribus, ibi, ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſſet. Et liquidam quoque Alexand. d. conſ. 137. lib. 6. & Barbat. conſ. 16. præclarè, col. 10. ver. modò in propoſito, lib. 2. Et patentem Panor. in c. cùm olim, in vlt. notab. per illum text. de cenſib. Et certam etiam non obſcurè voluit Bar. in l. 1. in princ. col. 2. verſ. venio ad quæſt. ff. de ope. no. nun. cùm dicit, certum id eſſe, quod conſtat ex inſtrumento. & ſequitur Barba. in d. c. ad noſtram, col. vlt. de emp. & vend. & in d. c. cùm dilecti, col. 2. de donat. & in omnibus propè locis ſuprà citatis. Et indubitatam Phil. Dec. conſi. 389. viſa longa. ſerie, col. 4 uerſ. ſecundo in dicto Et notoriam Bald. loquens in vniuerſum de ſcriptura in l. generali, col. 1. in vlt. not. C. de ſacroſan. eccleſ. & Ang. conſ. 49. de dictis, poſt med. & conſ. 301. viſis, col. 1. & Panorm. in d. c. cùm olim, de cenſib. Paul. Caſt. d. conſ. 257. lib. 2. & Philip. Dec. conſ. 423. negari, col. 2. uerſ. quibus tamen non obſtat. Et talia multa congerit Iaſ. in locis ſuprà allega. Et Phil. Dec. conſi. 682. in cauſa dominæ, in princ. Sed quibus & iſtud adde quod ſcribit Bal. conſil. 233. ſi per inſtrumenta, paulò poſt princ. lib. 1. inſtrumentum habere vim diffinitionis, & conſi. 249. ſuper liberis. ad fi. lib. 1. repetito conſi. 400. lib. 5. de ipſo inſtrumento illud dici poſſe: Noli me tangere. quod item ſcribit idem Bald. conſi. 215. proponitur quòd inueſtituræ, colum. 2. lib. 2. quod vbi eſt caſus inſtrumenti, non videtur dubitãdum, ſicut nec de caſu legis.

*Manifeſtiſſima. Liquida. Patens. Certa. Indubitata. Notoria. Inſtrumentum habet vim diffinitionis. Inſtrumentum: Noli me tãgere.*

23 *Efficacior probatio, q̃ fit inſtrumentis.*

VT iam non mirum ſit, ſi in multis caſibus potentior ſit & efficacior hæc probatio, quæ fit inſtrumentis, vt ſupra diximus, num. 16. nec nouum, & ſeq. & etiam affirmat gl. in Rub. ff. de fid. inſtr. ob id dicens, tit. de fide inſtrum. pręcedere titul. de teſtib. & Fed. Senen. conſ. 148. caſus talis eſt, aliqui ſunt, col. 1. Vide tamen quę in ſimili propè caſu huius noſtræ conſuetudinis ſcribit Moder. Pariſ. in cõſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. in gl. 12. Ex cõſuetudine autem Marchiæ, hoc tit. §. 10. qui eſt omnium 269. iuncto præcedenti, ſi emptor non habet literas, emptionis tempus, quod inibi datur ad ſoluendum precium, currit à tẽpore notificationis & affirmationis factę ab emptore coram iudice, vocato conſanguineo.

*Conſuetudo.*

24 *Quid, ſi nec inſtrumentũ, nec teſtes ſunt de uenditione.*

AT maius dubium eſt, ſi nec inſtrumentum, nec teſtes ſint de contractu, ſed contrahentes ſoli citra Notarios, teſtes, arbitros, huiuſmodi emptionẽ & venditionẽ confecerunt, confiſi vterque de fide alterius, Credètne igitur illis conſanguineus, præſertim cùm de eorum facto agitur? l. quæro. §. vlt. ff. de ædil. edict. & quæ latè diximus ſuprà, eo. tit. §. 1. gloſſ. 14. in verbo, *ou equipollent à vente*, numer. 47. imò vt ſubdit, & ſequ. An potius non eis credetur in ſui fauorem, & in pręiudicium cõſanguineorũ? l. Seia, in princip. ff. ad Senatuſconſ. Velleian. & l. ſi quis in graui. §. 1. ff. de Senatuſconſult. Sylla. & quod in ſimili tradit Ang. in l. petens, columnn. 3. C. de pact. & diximus ſuprà in gloſſ. 18. numer. 76. vndecimò conſequenter, & ſeq. Nam & ipſi potuerunt inuicem colludere in damnum alterius, & maius preciũ inter ſe cõfingere, vt vel conſanguineos repellant, vel ab eis plus nummorum corradant, argu. l. repetita. & ibi not. ff. de fide inſtr. & eſt opt. text. in ca. ſuper eo, extra de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ.



25 *De eadem re.*

IDEO & Paul. Caſtr. conſil. 74. in cauſa mota per dominam, col. 2. verſ. ſed dubium eſt, lib. 2. loquens in caſu noſtri ſtatuti, dicit, ꝙ ſi contrahentes aſſeuerant contractum venditionis eſſe ſimulatum ad repellendum conſanguineum, qui vult retrahere, non illis creditur in præiudicium ipſius conſanguinei, niſi de ſimulatione appareat ex ueriſimilibus coniecturis, præſumptionibus, & indicijs. De quo & nos diximus ſuprà, in gl. 2. in verbo, *à vendu*, nu. 17. an autem. Et facit quod ſcribit Cyn. in l. 1. C. de contrah. & commit. ſtip. ubi in caſu retractus cõpetentis conſanguineo, tractat, quid dicendum ſit, ſi producitur inſtrumentum venditionis ſine certo precio. Nam & hìc fecit emptor, vt non certò poſſit conſtare de precio. Et ita nuncupatim in noſtro caſu voluerunt Iac. Aret. & Petr. à Bel. Pertica in l. ſciendum. ff. de uerb. obl. prout eos citauit, & ſecutus eſt Aegid. Bellamer. conſ. 1. factum eſt tale, Epiſcopus, col. 7. uerſ. ſed utrum teſtes.

26

QVOD autem dictum eſt, illis magis eſſe credẽdum, quòd de eorum facto hìc agitur, id ſanè procederet, ſi nulla eſſet ſuſpicio affectionis, nec eorum quicquam intereſſet, ut tradit Paul. Caſt. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. aga. & Phil. Dec. conſi. 56. in cauſa appellationis, col. 2. uerſic. & hoc maximè. & etiam diximus in eadem glo. in uerbo, *ou equipollent à vente*, num. 5. tum quoque quod idem. Aut ſi non eſſet etiam ſuſpicio ſiue præſumptio fraudis aduerſus alium, ut hìc eſt, ex eo quòd cõtrahentes omiſerunt facere, quod fieri ſolet ad cautionem & ſecuritatem ementium, ſcilicet inſtrumentum conficere. Qua enim de cauſa, ſi dijs placet, id omiſerunt, præſertim emptor, quod ſibi profuturum erat ad iuris ſui tutelam & probationem, niſi alterius ſui ipſius commodi gratia, arg. l. cùm de indebito ff. de proba. cum ſim.

*Deciſio q̃ſtionis.*

QVID igitur hìc fiet? ego arbitror, ſi conſanguineus nolit ſtare contrahentium aſſertioni de precio, quòd dicat maius precium ex compoſito fuiſſe ab illis confictũ ſui fraudandi cauſa, id certe arbitrio iudicis ex iuſto ualore rei eſſe conſtituendum, tanquam emptor id effeciſſe videatur, ut cùm ſua culpa aliter de precio verè certoque conſtare non poſſit, ad arbitrium boni uiri ſit confugiendum, arg. l. vlt. C. de contrahen. empt. & §. precium. Inſtit. eod. & l. ſi fundum. ff. mand. & not per Cyn. in d. l. 1. de contrah. & commit ſtip. & Bald. in l. 1. col. 1. verſ. denuò quæro quid ſi iuro. ff. de iureiur. Alber. in l. hæc venditio. §. huiuſmodi, in fi. ff. de contrah. empt. Rapha. Com. & Recentiores. in d. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Alex. in addi. Bar. in l. quod ſæpè. §. 1. ff. de contrah. emp. & conſ. 18. uiſo proceſſu cauſæ uertentis inter Ant. col. 1. lib. 1. & Matth. Afflict. deciſ. Neap. 83. in cauſa antiqua, nu. 6. & in tract. protomixeos, in uerbo, ut intra triginta dies, col. 7. verſ. ſecundò not. Nam & aliàs, vbi precium eſt incertum, locus eſt arbitrio iudicis, l. 1. & ibi Bald. C. de com. ſer. manu. & l. officio. ff. de contrah. emp. & l. ult. in fin. C. de iur. do. impet. Et uide ſuper hac quæſt. quæ ſcripſimus ſup. §. 1. in d. gl. 18. nu. 76. vndecimò, & ſeq. & quæ etiam dicam infra, in fi. huius tit. in 18. d.

28

QVID verò, ſi confectum fuerit inſtrumentum de uẽditione, ſed quod non atteſtatur precium fuiſſe numeratum, ſed tantùm uenditorem fuiſſe confeſſum ſe antea id precium aut partẽ ipſius recepiſſe, vt ſæpè fit: ſtabitne conſanguineus huic confeſſioni, vt ſic cogatur illud precium dare, ſi uelit retrahere, non aliter probata numeratione? Nam & tunc peræquè eſſe videtur, quantum ad ipſum precium pertinet reſpectu conſanguinei, ac ſi inſtrumentum confectum nõ fuiſſet. Nihil enim hìc aliud eſt, quod probet precium, quàm partium confeſſio, ut not. per gl. & Doct. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pecu. Ergo nihil etiam diſtare uidetur hoc dubium à pręcedenti. Sed hanc rem abundè tractauimus ſuprà, eod. tit. §. 1. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, in 12. quęſtio. ubi videre poteris.

29 *Quid, ſi de venditione facta ſit ſchedula priuata.*

POSTREMÒ illud quæritur, ſi de venditione non factum fuit publicum inſtrumentum, ſed tantùm priuata venditoris ſcriptura, qua profitetur ſe eum fundum vendere tali precio: an emptor ſatisfacit huic noſtræ conſuetudini, eam oſtendendo conſanguineo offerenti, & affirmando iureiurando, eſſe veram, & precium in ea contentum, ita, ut ipſe conſanguineus teneatur intra octo dies precium reſtutuere. Quod uidetur: nam (vt iam ſuprà diximus) noſtra conſuetudo loquẽs de contractu, intelligit de inſtrumento ipſius contractus. Appellatione autem inſtrumenti continetur (& id quidem propriè) ſcriptura priuata, ut notatur in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de uerborum ſignific. ita, ut ſi ſtatutum ſit tempus ad producenda inſtrumenta, debeant & intra id tẽpus produci priuatæ ſcripturæ. Bald. autoritate Specul. innixus, in l. 1. columnn. 2. verſic. iuxta hoc quæro. & ibi etiam Paul. Caſtr. colum. quoque 2. verſ. in gloſſ. 2. C. de iuramen. cal.

*Inſtrumẽti appellatione, an contineat priuata ſcriptura.*

Ex communi tamen vſu loquendi, vt & ipſe dicunt, & Bar. ante eos, priuata ſcriptura non continetur appellatione inſtrumenti. & uoluit etiam Rom. conſil. 23. neſcio, in 2. dub. & Fran. Aret. conſi. 51. videtur dicendum, circa medium. & Fel. in prooemio Decretalium, col. 3. in fi. Cui quidem vſui adſtipulatur text. in d. l. 1. dum ſeparatum loquitur de literis, & inſtrumentis. Et ibi glo. interpretatur literas pro priuata ſcriptura, inſtrumenta pro publicis. Suprà autem num. 4. huius gloſſ. oſtendimus noſtram conſuetudinem literas alibi uocare, quas hic appellat contractum ſiue inſtrumentum. Ex quo & illud liquidò declaratur, hanc conſuetudinem etiam intelligi de priuata ſcriptura. Et ſimilis eſt text. in Clem. 1. de procu. quæ ſic incipit, inſtrumento vel literis. Et ex hoc quoque Imol. ibi in prin. dicit in ſtricta ſignificatione inſtrumenti non comprehendi ſcripturam priuatam, quod dicit eſſe notandum, propter ſtatuta. Quod & latiùs tractant Fel. & Dec. in Rub. de fide inſtr. Sed id noſtrum principale dubium ex eo pendet, an huiuſmodi ſcriptura faciat fidem in pręiudicium conſanguinei, pręſertim quantum ad veritatem precij, de quo nos diximus ſu. §. 1. in gl. 18. in verbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, nu. 92. & quod de ſimplici, & ſeq. iunctis pręcedentibus in q. 11. eiuſdem gl. Et licet ſuprà ead. gl. num. 24. at maius & duobus ſeq. oſtenderimus multum eſſe dubij, an aſſertioni venditoris credatur de precio. Tamen non adeò dubitandum eſt in ſchedula, ex ijs quæ diximus in dict gl. 18. vbi ſuprà citauimus. 30

### *IL LVY PEVLT FAIRE FAIRE. ſerment.*

### EVMQVE COGNATVS, SI VELIT, iureiurando adiget, Gloſ. II.

1 *Emptor an prӕter inſtrumentũ teneatur preciũ iureiurando affirmare.*

QVID hoc rei eſt, vt poſteaquam emptor oſtenderit inſtrumentum venditionis, quod facit plenam fidem de precio: cogatur tamen, ſi id petat conſanguineus, iureiurando ipſum precium affirmare, contra l. vltim. §. illo. C. de non numer. pecu. & c. 2. extrà de probat. quod expreſſim damnat conſuetudinem, quæ vltra probationem inſtrumenti vel teſtium requirit iuſiurandum partis. Ex quo Bald. ibi, columna ſecunda, verſicul. item in iſto, dicit quòd ſi pars iam perfectè ſuam intentionem probauerit, non tenetur ampliùs iurare de calumnia, licet etiam dicamus, id iuſiurandum præſtari debere, quandocunque placuerit iudici, ſi præſtitutum non fuerit in conteſtatione litis, ca. 1. de iura. calum. lib. 6. & voluit Bal. in l. 1. §. ſed quia veremur. C. eod. titu. Et illud prius dictum Bald.

Bal. pro ſuo ſing. commendat Iaſ. in repet. l. admonendi, col. 41. verſ. condeſcendo. ff. de iureiur. dicitque mirandum eſſe, quòd nullus Can. ipſius meminerit. & rurſus ipſe Iaſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. qui iuſiurandum, in 1. notab. eo. tit. vbi tamen nonnihil dubitat. & Catel. in memor. incip. iuramentum calumniæ, verſ. ſed hæc omnia. At hæc in vniuerſum quomodo intelligantur, videlicet vt facta probatione, iuſiurandum non exigatur, videbis ampliſſimè per DD. in d. cap. 2. præſertim Panormitan. Felyn. & alios Recentiores, quos omninò videbis.

2 *An hæres emptoris teneat poſſitq; id iuſiurandum præſtare. Multa de iureiurando hæredis.*

SED quæſtionis eſt, an & hæres emptoris iam mortui teneatur, poſſitque id iuſiurandum præſtare, & quomodo, ut conſanguineó currat tempus octo dierum, ſecundum. §. ſeq. Et ſanè quòd poſſit & debeat, præbet argu. text. in c. 1. §. ſi quis ſe. & §. ſeq. qui eſt vlt. tit. ſi de inueſti. inter dom. & vaſ. lis oria. ubi vaſallus iurat ſe uel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum, & ita de facto patris & ibi gloſſ. reddit duas rationes: nam perſona (inquit) patris & filij vna eſſe intelligitur. l. vlt. C. de impub. & ali. ſubſt. & §. ei qui tuo, Inſtit. de inutil. ſtip. Et unum eſt ſacramentum defuncti & hæredis. §. 1. In Authen. de iureiuran. à mori. præſti. Et id quoque expendit Bal. in d. §. ſi quis, dicitq; eam glo. eſſe notandam. & ibi etiam Mart. Laud. & Cardi. Alex. Sed & idem Bal. in §. 1. eiuſdem tit. in princ. in uerbo, ſucceſſorib. dicit per tex. ibi, quem ad hoc quoque dicit notandum, quòd ius probandi per ſacramentum, tranſit ad ſucceſſorem.

3 *De eadem re.*

QVIBVS adde glo. in l. penult. § vlt. qui incipit, hoc iudicium. ff. ne quis eum, quæ & ipſa dicit facultatem iurandi in litem contra eum, qui vi exemit in ius vocatum, tranſire ad hæredes, & eam gloſſ. not. & ſequuntur Bald. Ang. Ro. Paul. Caſt. Alex. Soc. & Iaſ. ibi, qui & ipſi magna ex parte & id trahunt ad iuramentum, quod defertur cõtra doloſum, ut contra tutorem, qui non conficit inuentarium, iuxta l. alio. C. de in lit. iurand. & ſimile, ut ſcilicet tranſeat ad hæredes minoris, quamuis è diuerſo non tranſeat contra hæredes doloſi. l. ult. eodem tit. & uoluit Bart. in l. in actionibus. col. vlt. & ibi quoque Salyc. Ro. & Alex. ff. eod. Sed & hoc trahunt Paul. Alexan. Soc. & Iaſon in dict. §. hoc iudicium. ad iuramentum, quod defertur contra violentum. ex l. ſi quando. C. vnde vi, & c. vlt. extra quod met. cau. quod etiam uoluit Alex. in l. qui bona. §. qui damni, in fi. ff. de damn. infect. & Barbat. aut quiſquis is fuit, in addi. Bal. in d. §. 1. tit. ſi de inueſt. inter dom. & uaſal. lis oria. & Iaſ in d. l. ſi quando, col. pen. & Paulus Pariſ. conſi. 75. ad victoriam, col. ult. lib. 1. Et id generale eſſe in omni iuramento à lege vel ſtatuto delato, uoluerunt Rom. & Alex. in d. §. hoc autem iudicium, [idem Rom. in l. ait Prætor, quæ eſt 3. §. iurari autem, col. 2. uerſ. ſed quid ſi damnum paſſus. ff. de iureiur. vbi dicit illam glo. ſing. & eam generaliter procedere in omni iuramento delato à lege vel ſtatuto.] & Phil. Dec. in l. edita, colum. 12. verſ. non obſtat, quod ſuprà. C. de eden. & Matth. Afflict. deciſ. Neap. 169. in dicta cauſa. & Zaſius in l. ait Prætor, la ſecunda. columna ult. ff. de iureiur.

4 *De eadem re.*

QVIBVS etiam concinit, quod magna auctoritate cenſuit Bar. omnium huius ordinis noſtrorum Interpretum facilè princeps, in l. gerit, col. 2. uerſ. his viſis. & iterum col. 4. verſ. venio ad quartum, rurſumq; col. 6. verſ. quædã ſunt, in quibus non eſt hæc præſumptio. ff. de acq. hæred. quod cùm dubitatur, an quod quis fecit, fecerit animo adeundi hæreditatem necne, ſtandum eſt in indifferentibus, quibus ſcilicet potuit adire, aut non adire, iuramento illius qui fecit, ſi viuit: aliàs hæredis illius, qui eius uoluntatem certius nouit. l. ſi quis a filio. §. ſi quis plures. ff. de legat. 1. Cuius quidem, quantum ad hæredem pertinet, cæteri Doctor. ibi non meminerunt, nec in l. pro hærede, eod. tit. ubi & hoc ipſum tractarunt. Sed totum id recenſuit, & ſequutus eſt Alex. conſil. 126. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioannem, col. 2. lib. 7. & Phil. Dec. in d. l. edita, col. 12. uerſ. his tamen non obſtantibus, ubi ex hoc tenet contra Bart. ibi, & alios quoſdam, qui dicũt libellum ab ipſo actore tantum, non etiam ab hærede eius poſſe declarari.

5 *De eadem re.*

IN diuerſum tamen mouet, quòd non debet quis de alieno facto iurare, l. Marcellus. §. 2. ff. rer. amot. & l. videamus, in princip ff. de in lit. iur. & quòd hæres certò non ſcit, quid defunctus egerit. l. qui in alterius ff. de reg. iur. & c. cùm quis, eo. tit lib. 6. Cuius rei arg. Bal. in l. in bonæfidei, col. vlt C. de iureiuran. tradit iuramentum neceſſarium, quod defertur à iudice in ſupplementum probationis non deferri hæredi, qui veriſimiliter ignorat iura eius, cui ſucceſſit, & ſequitur Alex. conſi. 39. vertitur lis, col. ult. li. 5. & Iaſon, qui id dicit not. in repet. l. admonendi, col. 111. verſ. ſecundus caſus clarus eſt. ff. eo. & Socin. in d. l. pen. §. hoc iudicium, paulò poſt medium. ff. ne quis eum. & conſi. 194. ſubtiliter, col. 2. verſ. confirmatur hoc idem, lib. 2. & Steph. Bertr. conſ. 288. illud exiſtimo, in princ. lib. 1. Nam nec aliàs id iuramentum defertur, niſi ei, qui rem verè & certò ſcit, ut per glo. in l. in bonæfidei, in verbo, exacto, & ibi Doct. & in d. l. admonendi, in glo. ult. circa medium. & ibi Bart. col. vlt. & alios. Et Lap. alle. 86. in cauſa, col. ult.

6 *De eadem re.*

ET alibi idem Bal. videlicet in l. 3. in fin. princ. eod. quoque titu. de iureiur. negat ſtatutum de ſtando iuramento damnum paſſi, intelligi de hærede ipſius, nec ſimiliter promiſſionẽ ſiue conuentionem ſtandi iuramẽto alterius. Et primum dictum, ſcilicet in ſtatuto, ſequitur Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infect. Secundum autem in conuentione vel promiſſione, ſequuntur Ro. & ipſe Alex. Soci. & Iaſon in d. l. pen. §. hoc iudiciũ. ff. ne quis eum. & idem quoque voluit Guil. Cu. in l. cùm debitoris, ad fi C. de iud. et ipſe Bal. in Rub. ff. de iureiur. in fi Qui & ibi generaliùs dicit facultatẽ, aut iuſiurandi non tranſire ad hæredes. Quod & idem dicit in l. 1. ff. de condi. indeb. & conſil. 314. vtrum dictus contractus, in quarto dubio, libr. 5. & vbique ferè allegat ipſe Bal. l. generaliter, in princp. C. de iureiur. vbi iuramentum alicui à iudice vel parte delatum, non tranſit ad hæredem, vt etiam not. Io Fab. ibi in princip. Et facit c. veritatis. extrà eod. vbi iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, nec egreditur illius perſonam. De quo & nos latè diximus ſuprà titul. omnium 9. qui eſt, *de tenir noblement en fief.* §. 3 qui eſt omniũ huius volum. 90. quo loco pleniſſimè diſſero, vtrum filius vaſſalli, qui iurauit domino fidelitatem, teneatur & ipſe iurare, & quare.

7 *De eadem re.*

QVID ergo hic dicemus? Rom. ad ſedandam harum ſententiarum controuerſiam, ſæpè ita diſtinxit, an ſcilicet iuramentum deferatur à lege, vel eius miniſtro, id eſt iudice, legis ipſius autoritate. & hoc caſu tranſeat ad hæredes, quoniam lex ſemper loquitur, l. Arriani, C. de hæret. & ſic æquè tunc reſpiciat perſonam hæredis, atque olim defuncti, & ita procedat gl. in d. §. hoc iudicium. An verò iuramentum deferatur ab homine, et ſic ex voluntate partium: & tunc non tranſeat ad heredem. d. l. generaliter, nam alia eſt conſcientia defuncti, de qua confiſus eſt is, qui iuramentum detulit: alia hæredis, quam is non approbauit, argumen. l. cuius bonis. ff. de cura furio. Ita voluit ipſe Rom. in d. §. hoc iudicium, & in d. §. qui damni. in nouis addit. vbi dicit ſing. gl. in d. §. hoc iudicium. & rurſum d. l. 3. §. vlt. ff. de iureiur. & in l. iuſiurandum quod ex conuentione, in fi. prin. eo. tit. & pleniùs conſil. 290. in caſu propoſitæ conſultationis, col. 2. verſicu. præterea tunc quæritur. & Soc. qui id dici not. in dict. §. hoc iudicium. & ibi latè Iaſon colum. vltim. & idem Iaſon in l. ſi quando, col. penult. verſic. quæro ſucceſſiuè. C. vnde vi.

8 *De eadem re.*

Ex quibus videtur, non rectè dixiſſe Bald. in d. l. 3. de iureiurand. ſtatutum de ſtando iuramento damnum paſſi,



paſſi, non intelligi de hærede, cùm à lege uel ſtatuto deferatur, & ita eum in hac ſpecie nuncupatim reprehendit Roma. ibi. & Iaſ. in d. §. hoc iudicium. nec item uerũ dixiſſe Io. Fab. in d. l. generaliter, in prin. C. de iureiu. cũ tradit, ſubdubitans tamen, & per uerbum. fortè, loquẽs, quod iuramentum conuentionale, ſi uidelicet inter contrahentes conuentum ſit, ut credatur iuramento eorum ſuper eo quod intereſt, tranſit ad hæredẽ contrahentis, p §. ex cõditionali, Inſt. de uerb. obl. qui nihil omninò loquitur de iuramento, ſed de ſtipulatione conditionali, quã dicit ad hæredes tranſmitti, quod nihil huc ptinet.

9 *Quid, ſi hæres veritatem non nouerit.*

SED quod dictum eſt de iuramento delato à lege uel ſtatuto, ut tranſeat ad hæredes, intelligẽdum eſt, modò ipſe hæres certò nouerit ueritatem negocij, id eſt (ut cum noſtris loquar) ſit benè in formatus de ueritate, ut expreſsè uoluerunt Bal. Mart. Laud. & Cardin. Alexand. in dict. §. 1. tit ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oria. dum ita eum tex. intelligunt, ex quo notauerant ius & facultatem iurandi tranſire ad ſucceſſorem, vt ſuprà diximus. Et ſequitur, & trahit ad omnes caſus, in quibus iuramentum tranſit ad ſucceſſores. Iaſ. in duobus illis locis proximè deſignatis. & Soc. d. conſ. 194. vbi ſuprà li. 4. & Caro. Rui. conſ. 35. quod eſt ſententia, col. 3. nu. 10. lib. 5 & Catel. Cotta, qui id ſing dicit, memor. incip. iurandi facultas. & ſentit Ro. d. conſ. 290. & Steph. Bertran. conſ. 100. viſis, in 5. dubio, nu. 25. lib. 1. Et hoc quidem probabile eſt, ne hæres ſubeat anceps periurium, quod ne fiat, iudex debet proſpicere. l. videamus, poſt princ. ff. de in lit. iur. cũ ſi. & benè facit quod dicit gl. in l. maritus, in prin. & ibi Bar. in 1. oppo. ff. de quæſt. & ipſe Bar. in l. admonẽdi, colum. vlt. verſ. his præmiſſis. ff. de iureiur. & Bal. in c. vlt. col. vlt. verſ. ſecundo caſu, extrà de offi. dele. & Paul. Caſt. conſ. 296. viſis actis, col. 3. verſ. ſed ſubeſt vnica, li. 1. Et quod etiam ſcriptum eſt ab Albe poſt Iaco. Bel. in l. vlt. col. 2. verſ. item ſi fuiſſet. C. de fideic. eum tex. qui iubet hæredem iurare, intelligi, ſi is ſcit negocium, de quo illic agitur, non aliàs.

10 *An hæres teneatur iurare de veritate, an tãtum de credulitate. Iuramẽtũ credulitatis in quibus ſufficiat.*

ET ego quidem in hoc caſu noſtro, quo quis iurare cogitur, ſatis eſſe arbitror, ſi hæres iuret, credere ſe, id verum eſſe precium, quod in inſtrumento continetur. Et ita faciens, ſatisfaciet ſtatuto, vt in ſimili traditur in c. 1. §. ult. tit. de not. feud. & ibi no. Bal. Marti. Laud. Aluar. & Card. Alex. Nam & alias videmus in his, quorum certa non eſt ſcientia, vt in peritis cuiuſpiam artis, & cæteris huiuſmodi, ſufficere iuramentum de credulitate, etiam in teſte. l. 1. in prin. ibi, renunciauerunt videri. & ibi glo. & Bar. ff. de vent. inſpi. & in cap. literis, ibi, ea vt credebant intentione, & ibi quoque gl. Ant. col. 2. & Panor. in 2. notab. extra de præſumpt. & iterum in ca. tertio loco, ibi, dixerunt ſe pro certo credere. & in ſimili hoc quoque idẽ Ant. eo. tit. quos text. ad hoc annotat & dicit not. Bal. in l. ſolã, colum. 2. in 5. q. C. de teſtib. Quibus adde alium tex. optimum in cap. quoties, in fin. ibi, & credere ita eſſe, extrà eod. tit. de teſtib. & ibi latè Anto. Imol. Panormi. & Fel. column. 3. verſ. limita tertiò, vſque ad fin. propemodum eius c. & in c. licet ex quadam, paulò ante fin. in iiſdem verbis, eo. tit. de teſtib. & in c. quoties. & ibi gl. & Doct. & c. de teſtibus. & c. vlt. in fin. extra de purg. Cano. Et quod ſcribit Ioan. Andre. in c. fraternitatem, col. 5. ſuper gloſſ. 2. extra de frigid. & malefi. & in addi. Spec. tit. de teſte. §. opponitur, ver. item quod depoſuit de credulitate. Bart. in proœm. ff. in prin. col. vlti. & in l. in ſumma. §. Labeo, in fin. ff. de aqua plu. arcen. & in l. 3. ad fin. ff. de adulter. Bal. in l. data, col. 7. verſ. nec excuſatur. C. qui accu. non poſ. & in l. 2. §. quod obſeruari, colum. 2. C. de iur. cal. & in c. dudum il. 2. col. 2. ext. de elect. & in cap. quia indicaſte, poſt prin. extrà de præſcrip. Ang. in §. hinc nobis, col. pen. ver. ſuper gl. eadem, ibi, de credulitate. In Authen. de hæred. & Falc. & in §. 1. in Authent. vt hi qui obli. ſe. Ant. & Imol. in c. propoſuiſti, & ibi quoque Panorm. colum. pen. & Fel. colum. 3. in 3. concluſione, extra de probatio. idem Anto. in c. quoſdam, extra de præſump. & in c. 1. per illum textum de ſeruri. Alua. in c. 1. §. hoc quoq;, colum. 2. tit. qui feud. dar. poſ. Alex. conſ 24. animaduerſis his, colum. 4. uerſ. nec obſtat ſi iſtæ mulieres. & paulò poſt uerſ. benè facit, lib. 2. Cæpol. cauſarum crimi. conſi. 28. magiſter Ia. colum. 5. verſic. nec quod dicant & conſ. 62. magnifice. colum. 2. verſ. ſed prædicta. Iaſon in Rub. ff. de iureiur. colum. 3. verſ ſupra dictam regulam, & verſic. ſecundò limita. & iterum colum. 4. verſiculo octauò & vltimò limita Hippol Marſi. in repe. Rubr. C. de proba. columna quarta, in princip. & ſingul. 19. tu ſcis clarum eſſe.

11 *Tertius poſſeſſor an in noſtro caſu teneatur iurare.*

EX quibus etiam potes intelligere, quid dicendum ſit in tertio poſſeſſore, cui ſcilicet primus emptor vendidit, & cui quidem tertio poſſeſſori, conſanguineus primi venditoris fecit oblationem retractus, vt facere potuit, vti cautum eſt infrà §. 12. huius titul. Nam & videmus, quòd ſuper alieno facto defertur iuſiurandum iudiciale, & ſi is, cui defertur, dicat ſe dubitare, aut ei remittitur iuſiurandum, aut datur ſpacium, vt certioretur. l. iuriſiurandum, & ad pecunias, in prin. ff. de iureiur. Sic & tutor adigitur ad iuſiurandum ſuper fideicommiſſis à patre pupilli relictis. l. cum etiam. C. eod. tit. Et contra mulierem iuratur ab aduerſario, eam non eſſe prægnãtem. l. 3. §. quacunque, verſ. denique. ff. eo. quoque tit. Ex quibus Imol. conſ. 147. in cauſa inter Franc. colum. 2. verſicu. ne dicat quis, reſpondit iudicem poſſe deferre iuramentum parti de facto alieno, cuius veritatem ſe ſcire profitetur. At Bald. conſ. 225. quæſtio eſt de terra, ante fi. lib. 1. reſpondit, partes teneri reſpondere per verbum credit, uel non credit, non ſolùm ſuper facto ſui prædeceſſoris, ſed etiã penitùs alieni, ſi poſitio facit ad cauſam, quod vix alibi reperies. Et hic vtique putarim etiam hunc tertium cogendum eſſe ad iurandum, credatne id eſſe verum precium, quod in inſtrumento continetur, uti de hærede diximus.

12 *An incurrat in periurium, qui iurauit de credulitate.*

AN autem hoc caſu hæres, vel hic tertius, incurrat in periurium, ſi id quod ſe iurauit credere uerum eſſe, ſit falſum, uel non credere, ſit verum, vide glo. in c. requiſiſti, in verbo, hi qui iurauerunt, 22. q. 1. Fed. Senen conſi. 23. Titius electus in Prælatum. & Alex. neſcio quem, inter conſ. eiuſdem Fed. conſ. 255. domine. Alex. in reſponſione. Bald. in d. §. quod obſeruari. in 3. notab. & Pet. Anchar. in c. 2. de iura. cal. li 6. Panorm. in ca. ex literis, col. vlt. extra de iureiu. Ioan. Ana. poſt Card. Flor. in ca. cùm oporteat, colum. pen. extrà de accuſ. & Fel. in c. 1. col. ult. extrà de litis conteſt. Et vide etiam, quod in ſimili dicit Imol. in c. propoſuiſti, ſuper gl 2. extra de probat.

13 *An primus emptor, qui alteri vendidit teneatur iurare.*

SED illud in dubium vocari poteſt in illo caſu, de quo num. ab hinc 2. locuti ſumus, cùm videlicet primus emptor alteri tertio rem vendidit, vtrum nihilominus primus ille emptor teneatur præſtare id iuſiurandum, de quo tractamus, ſi id conſanguineus petat. Quid enim ſi contrahentes in inſtrumento ementiti ſint precium, & ne emptor cogatur iurare, vendit aut aliter cedit alteri amico neſcienti uerum precium, interpoſita inter nos fide tacite reſtituendi rem eandem primo emptori, cum ei libitum fuerit (id fiduciam antiqui vocabant, vt dicemus titul. ſeq. in præfat. nume. 39. & ſeq.) ſicque erit aperta uia fraudandi conſanguineum, eumque grauandi exceſſu veri precij, quod utique ferendum non eſt. l. in fundo ff. de rei vendi. & c. vt circa, in princ. & c. auaritiæ, de elect. libr. 6. cum ſimilibus. Et certè, ſi probabilis eſſet fraudis ſuſpicio, poſſet dici, & eum primum emptorem cogendum, non obſtante ceſſione ab eo facta, argumen. eorum quæ dicimus de ali. mut. iud. cau. fac. per totum eum titu. præſertim verò in l. 3. §. opus. & ibi Bartolus, qui eum dicit multum eſſe menti tenendum, trahitque ad alium caſum, vt ibi videre poteris. & dictum

illius dicit multum ſingu. Iaſ. in §.ſed iſtæ, column. 3. verſ.vnum tamen. Inſti.de act.& quod etiam in ſimili dicitur in l. ſi bonæ.ff. de noxa.act. & quod tradit Bal.poſt Odofr.in l.quoties,column.2.verſic.iuxta iſtam partem. C.de rei vendic.

14 *Cedentis cõfeſſio an noceat ceſſionario.* At ſi nulla ſit alia fraudis ſuſpicio, tunc incidimus in illud dubium, an cedentis confeſſio noceat ceſſionario, de quo per Dy.Ray.& Bartol.in l.ſeruum filij.ſ.1.ff. de leg.1.eundem Bar.poſt ipſum Dy.in l.facta.§.ſi hęres, col.2.verſic.quæro vtrum confeſſio. & ibi Imol.& Paul. Caſtr.ff. ad Trebel. & eundem Bart.in l. ſi actor, col.2. verſ.ad horum declarationem.ff.de procu. & in l.ſi cum emptore, in fi.ff.de pact. & in l ſi partem. & ibi Flori.in §.1.ff.quemadmo. ſeruit. amit. Spe.Ioan. And. & Bal.in addi.ipſius, tit.de ceſſ.act. §.1.col.2. verſi. ſed nunquid ſola.Cyn.& Sal.in l.vlti.C.de procur.vbi etiam tractant, an cedẽs teneatur iurare. Pet. Iac. titul.de rei vend. vtili, quæ competit ex ceſſ.col. pen. Ant. in c.quamuis, col.2. extrà de re iudi. [Aegid.Bellame. latè in c. ex parte, col. 7.verſi.quintò quæritur, de alie.iud.mut. cauſ. fac.] Rapha.Co.conſ.155.Antognolus, col.3.verſic.ad id autem Pau.Caſt.in l.per diuerſas,col.1.verſic. item quando per procuratorem.C.manda.& conſil. 79. ad id de quo. lib. 1.& Corn.conſi.139. licet, col.1.verſi. nec obſtat. lib.1. Alexand. conſ.46.circa primum, col.2.verſic. ſuper ſecundo,lib.5.& Lud.Gozad.conſi.3. in cauſa mihi tranſmiſſa, col.2.num.8. Nam ſi confeſſio non obſit, fruſtra quærimus de iureiurando illius,quod nihil profuturum ſit conſanguineo,nihilq́; obfuturum ſecundo emptori. Ideo ſufficiet iuſiurandum ipſius ſecundi emptoris, vt dicimus de procuratore in rem ſuam,cuius ſolius in negocio,cuius eſt procurator, vertitur commodum & incommodum. Ideo & eius quoque ſolius exigitur iuſiurandum calumniæ,& non domini, vt not.per.gloſſ.& alios in l.non ſolùm, in prin.ff.de procur. & Bart.in d.l.ſi actor,eod.titu.cùm ſimil.

15 *An audiatur conſanguine⁹, uolens probare contrarium eius, quod iuratum eſt.* Sed & an in caſu noſtræ conſuetudinis, cùm ſcilicet emptor iurauit verum eſſe id preciũ, quod in inſtrumẽto emptionis continetur, admittetur conſanguineus ad probandum contrarium, videbis poſtea latè hoc eo. tit.§.4. vbi multa de ea re ſcripſimus, & dicemus etiam aliquid infrà, eod.titu.ſ.5.nume.5.vtrum autem, vbi allego Chaſſe. qui hęc latiſſimè diſputat in Cõmentarijs conſuetudinum Burgundiæ hoc eod titu. *de retraictz*. §. 12.in verbo,*ou par ſerment des contrahens*,col. 3. verſicu. item iuramentum,& ſeq.illum videri poteris.

16 *Quid, ſi emptor recuſat affirmare precium. Conſuetude.* Qvid deniq́;, ſi emptor requiſitus à conſanguineo precium iureiurando affirmare, id nolit facere. Et ſanè ex conſuetudine Marchienſium hoc eod.tit.§.11. qui eſt 170.omnium conſuetudinum illius gentis,is priuatur re ipſa ab eo empta eaq́; cõſanguineo adiudicatur. Quod de iure vix obtineret, niſi ſi fortè emptor à iudice iuſſus id facere, ſub pœna priuationis rei, idipſum recuſaret. Sed tu hic vide omninò notata in l. 1.§.1. & iterũ §.hoc autem iudicium.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe. & in l.qui reſtituere.ff. de rei vendic. & ex ibi ſcriptis intelliges, quid hic dicendun ſit.

*SONS FRAVDE.*

SINE FRAVDE. Gloſſ.III.

1 *Conſanguineus an teneatur reddere aliud precium, quàm uerũ ipſum.* Neqve enim teneretur conſanguineus reddere,niſi precium,quod reuera & ſine fraude fuit traditum, ex eo quod in ſimili tradit Bald.in l.ſecunda, in fin. C. de reſcind. venditio. quòd ſtante ſtatuto, vt conſors præferatur extraneo in venditione, ſi extraneus offerat viginti, conſors quindecim tantùm, id dicens eſſe iuſtum precium, certè non auditur ipſe conſors,niſi tantum det, quantum ab alio offertur: dummodò id fit ſine fraude, & colluſione, & pactis æqualibus, per l.vbi.ff.de in diem addic. ſed credo, quòd voluit allegare.l.ſi uenditor precio,eodem titul. quæ multum ad hoc facit,cùm prior nihil huc ſpectet. & ſequitur Sal. in l.dudum,colum.2.verſicul.quæro, ſtatuto cauetur. C.de contrah.empt.& Roma. in l.ſi eum, in princip. ff. ſi quis cautio.Iacob.Aluar.& Card.Alexan.in ca.1.§. ſed & res, titul. per quos fiat inueſtit. Rapha. Com. Franc. Aretin. Socin.& Iaſon in l.qui Romæ.ſ.cohæredes. ff. de verborum obligat.ubi & ipſe Aretin. dicit, quòd in hoc multum ſolers & prudens iudex eſſe debet, vt videat ſi poſſit perpendere fraudem, in qua (inquit) deprehendenda multum facit enormis læſio precij, cum alijs coniecturis, quia ad hoc coniecturæ ſufficiunt. l. apud Celſum, in princ. cum gloſſ. ff. de dolo mal. except. cum ſi.

Et de hoc eſt textus in emphyteuta, qui vult vendere rem emphyteuticam,in l.vlt.C.de iur.emphyt. in illis 2
verbis, quantum precium ab alio reuera accipi poteſt.& iterum ibi,tantam præſtare quantitatem, quantam ipſe reuera ab alio accipere poteſt. Nam cùm dicitur, reuera,planè datur intelligi,omnem fraudem, colluſionem, mendacium abeſſe debere,vt etiam ibi not.Salyc. col.2. verſic.quæro,emphyteuta uolens vendere, ubi & ad hoc allegat text.in l. eum qui, uerſic. cùm igitur, ibi, falſus emptor. ff.de in diem addi. & idem quoque voluit Spec. tit.de legat ſ.nunc aliqua uerſicu.92. & Collect.in capitul.potuit,col.4.verſ.ſed quid ſi retulit, eodem titul. Et huc quoque pertinent,quæ ſcribunt Bald. Martin. Laud. Aluar.& Card.Alex.in cap.porrò,poſt princip. tit. qual. olim feud. alien. po. quòd cùm ibi dicitur, quòd dominus poteſt æquali precio redimere feudum alteri venditum, illa uerba, æquali precio, ponuntur ad excludendam fraudem: multi enim (inquit Bal.) confingunt precia in fraudem aliorum. nam (vt cæteri dicunt) ſi emptor & uenditor colludant de maiore precio, id quidem precium non attendetur,per dict.l.vltim. C.de iure emphyteut.

§. TERTIVS.

Et leſdictes choſes ainſi declarèes. *a* ledict retrayant n'a que huyt iours *b* à payer. *c* ou paracheuer de payer ledict pris. Car ſi dedans les huyt iours il n'a paye, ou parachevede payer le dict pris, il ne ſera plus receu *d* au dict retraict. Et pert ladicte piece d'or ou d'argent, qu'il aura conſigne ſeulement, en faiſant ledict offre de retraict.

*Rebvs autem ita declaratis,* a *conſanguineo octo tantùm dies* b *perſoluendo precio* c *conceduntur, intra quos niſi perſoluerit, amplius non admittetur* d *ad huiuſmodi retractum, perditq́; nummum aureum vel argenteum duntaxat, quem conſignauerat offerendo retractum.*

ET



*ET LESDICTES CHOSES DECLAREES.*

REBVS ITA DECLARATIS, Gloſ. I.

1 *Quid requiritur, vt cõſanguineo prȩcludatur via retrahẽdi.* Ergo ex noſtra hac conſuetudine conſanguineus non eſt in mora ſoluendi precium venditionis,niſi primùm emptor oſtẽderit exhibueritq́; ipſi conſanguineo ſuum contractum, id eſt, inſtrumentum, vt declarauimus in præcedenti §. prætereaque precium ipſius iureiurando affirmauerit.Quod non diſſimiliter apud Pariſiẽſes ſtatuitur, cap. conſuetudinum eius gentis 177. atq́; etiam apud Meldenſes, cap.102.Engoliſmenſes,c.57. & Sanctonenſes Angeriacos,c.46. niſi quòd hìc non loquitur de inſtrumenti oſtenſione,ſed tantùm quòd emptor debet facere fidem de vero contractu & precio, ad hoc ut conſanguineus debeat ſoluere intra ſtatutum tempus.

*N'A QVE HVYT IOVRS.*

OCTO TANTVM DIES. Gloſ. II.

1 *An hic §. procedat, ſi emptor nõ ſpõtè ante citationem conſanguineum admiſerit.* Id tu ſanè intellige procedere, in caſu, de quo loquitur noſtra conſuetudo, uidelicet cùm emptor oblatione à conſanguineo facta, eum libens & citra controuerſiam admittit. Quid enim, ſi recuſet, ideoq́; in ius vocatur, ibique fortè diutius litigat, tandemque videns fortè conſanguineum longius abeſſe à loco iudicij, aut etiam illum eam pecuniam, quam in principio paratam habebat, in ſumptus litis conſumpſiſſe, aut aliter ea decidiſſe, dicit ſe eum ad retractum admittere, exhibetque ſuum contractum, eumque & precium eius iureiurando firmat. Iam ſumus extra caſum noſtræ conſuetudinis, ideoque cùm in hoc caſu non reperiatur ſtatutum tempus, iudex arbitrabitur, intra quod tempus conſanguineus precium afferret.l.1.§.vltim.ff.de iure deliber. vbi ita ſcribitur. Cùm dicit tempus, nec adijcit diem, ſine dubio oſtendit, eſſe in ius dicentis poteſtate, quam diem præſtituat.& l.continuus.§.cùm ita, in princip.ff.de verbor.oblig.& l.ſi domus.ſ.pecunia.ff.de leg.3. Alioquin enim in hoc caſu eſſet paratiſſima apertiſſimaq́; uia emptoribus fraudandi conſanguineos, dum id agerent, qđ diximus.Quod minimè ferendum eſt.l.in fundo. ff. de rei uendic.cum ſimilib.Et veriſimile eſt, ſtatuentes, ſi de hoc cogitaſsẽt, aut interrogati fuiſſent, ita ſtatuturos fuiſſe, ideoq́; pro ſtatuto habendum eſſe, ex ſententia glo.in l.tale pactum.§.vlt.ff.de pactis,cum infinitis propè ſimilib.& concor.à me adductis in repe.l.ſi unqnam,in prȩfat.nu.56.inter tam multa.C.de reuoc.donat.

2 *Creditor an conſtituat debitorẽ in mora, eum interpellãdo poſt recuſationem accipiendi.* Et aliàs videmus,quòd ſi creditor oblatam pecuniã noluit accipere,& poſtea debitorem reperiat, eumq́; nõ valentem tunc ſoluere interpellat, non eum conſtituit in mora,tanquam id agendo,in dolo verſari cenſeatur.l. ſi & per emptorem.ſ.vltim.in fi.iuncta gl.vlt.ff. de action. empt.& l.illud,ibi cùm omnia integra eſſent.ff. de peri. & commo.rei vend.& voluit Spec.titu.de arbit.§. vltim. verſi.pone igitur.& Pau.Caſtr.qui illam gl. dicit ad hoc notab.in l.ſi reus paratus,colum.2.verſic.in glo.ibi, qui præſente.ff.de procu.& in l.Prætor ait.§. ſi quis paratus. ff.de ope.no.nuncia,& Alex.in l.ſi ſeruum Stichum.ſ.ſequitur,col.1.ff.de verb.oblig.

3 Et facit quod ſcribit idem Paul.Caſtr.in l. de pupillo.ſ.ſi is cui.ff.de oper.no.nunc.& tex.in l.3.§.ſi quis hæredi.ff.de ſtatulib.cùm dicitur,ſed quid ſi data opera traxerit,an ob id ſtatim, ut adita eſt hæreditas,ad libertatẽ perueniat? quid enim,ſi tunc habuit,poſt aditam hæreditatem habere deſijt? Et facit etiam text. in l. aut qui aliter.ff. quod vi aut clàm, qui loquitur de eo qui arctat aduerſarium, & quod in ſimili tradit Alber. poſt Rayn. in l.mora,colum.vlt.nume.32. ff. de vſur. Et ita nuncupatim, & in hoc caſu ſtatuit conſuetudo Aurelianenſis, cap.290. Nam cùm cap.procedenti ſtatutum fuiſſet conſanguineo tempus 24. horarum ad ſoluendum emptori precium venditionis, cùm ſponte ipſe conſanguineus ab emptore admiſſus eſt ad retractum, mox eodem c.290. quod confeſtim ſequitur, ſubdit, quòd ſi ſuper retractu lis oriatur poſt conteſtationem, eſt in arbitrio iudicis tẽpus ſoluendi præſtituere. Et eadem proprè eſt conſuetudo apud Senones, cap.56.& Lorrienſes in Præfectura Montargij,hoc titu.§.12.Et uide etiam quæ dicam infrà, in fin.huius tit.q.5. *Conſuetudines.*

Et hæc quidem vera ſunt in ea ſpecie, de qua locuti 4
ſumus, cùm videlicet emptor iniuſtè recuſat. Quid enim, ſi nulla ipſius culpa interuenit, ſed fortè è diuerſo conſanguineus diem captauit, qua emptor domo abeſſet, & ei oblationem facit ad domum, eumque citat in cauſa retractus ad longum diem, quo emptor adeſt iudicio, agnoſcitque retractum, & ſuum contractum exhibet, illumque iurat verum eſſe? Vel etiam conſanguineus emptorem ipſum conuenit, qui eum continuò admittit ad retractum,& confeſtim vterque iudicium adeunt pro liquidatione impenſarum, & liquidatione facta emptor contractum exhibet,& eum iurat verum eſſe, vt dictum eſt. Et tunc crederem eſſe locum huic noſtræ conſuetudini, nec iudicem poſſe id tempus octo dierum producere, quin ſi id fecerit, curret tamen id tempus conſanguineo: per id, quod in ſimili voluerunt Guli.Cun.& Alber.in l.cùm poſt mortem.ff.quan. actio. de pecu. eſt anna.quòd ſi ei, cui competebat exceptio non numeratæ pecuniæ, & ex biennio reſtabant 15. dies tantùm, iudex prȩſtituerit tempus vnius menſis ad eam proponendam, is tamen poſt eos quindecim dies, qui biennium integrum conficiunt, non admittetur, argumen.illius l.& l. propter litem.§.1.ff. de excuſ. tuto. Et illud in uniuerſum conſtat, iudices non poſſe tempora à lege vel ſtatuto ſine miniſterio iudicis præfinita producere, nec mutare in præiudicium partium, per l.ſi verò ſolum, in fin. in Authent.de nup.Dyn.in cap.indultum, column.4. de regu.iur.lib.6.& Alber.in l.in Senatuſconſ.§.vlt. num.2. ff.ad S.C.Turpil.cum concor. à me traditis infrà §.8. gl. 2.num.14.ſed & pro ea. Et vide etiam quæ diximus ſup. 1.in gl.10.in uerbo,*dedans l'an*, numer. 31. præſertim. & ſeq. Ego tamen hoc caſu appellandum à iudice tutius cenſerem in noſtra Francia, in qua omninò parendum eſt ſententiæ, vel appellandum, nec locus eſt nullitati, quã vocamus, in ſententijs. *Quid, ſi ſine mora aut culpa emptoris in iudiciũ vocat⁹ eſt.*

Vtrvm autem in hoc octo dierum ſpacio ſtatuto 5
præfinitoq́: ſolutioni precij comprehẽdatur is dies, quo emptor poſt oſtenſionem inſtrumenti & affirmationem precij admiſit conſanguineum, vt ſic iſtud tempus currat de momento in momentum. An verò præter eum diẽ erunt & alij octo dies planè intelliges ex his quæ generaliter ſuper huiuſmodi dubijs latiſſimè tractauimus ſuprà huius tit.§.1.in verbo, *& iour*, vbi videre poteris. *An in hoc tẽpore octo dierũ comprehendatur dies oſtenſionis inſtrumenti, & iuriſiurandi.*

Sed quid ſi id tempus octo dierum incidat in diem 6
biſſextum, an is cõnumerabitur pro duobus, an pro vno tantùm? Et certè ſi de anno ageretur, id biduum pro vno haberetur in fauorabilibus: & pro duobus, in odioſis, ut diximus ſuprà eo.tit.§.1.glo.10. in verbo, *dedans l'an*, num.123. vigeſimotertio. At hìc non de anno, ut illic, ſed de diebus agitur, ſcilicet de octo diebus, quo caſu ſemper id biduum biſſexti pro duobus diebus computatur. Ita enim uoluit Iac.Rauen.& poſt eum Alb.in l. 3.§.minorem.ff.de minor.& eſt opt.text.in l.2.in poſtremo caſu illius. ff. de diuer. & tempor.præſcript. uti eum text.intelligit Hugo, relatus ab Accurſio: quanquam aliter intelligunt Io.& Bulg.uti & is retulit. Verùm ſententiam Hugonis Bart.ibi,& omnes, ut ipſe dicit, ſequuntur. *Quid, ſi id tempus cadat in biſſextum.*

APA-

## *A PAYER*, PERSOLVENDO, Gloſſ. 3.

1 *An emptor teneatur conſanguineo cedere, habita fide de precio.*

HOC in loco in mentem venit glo. notab in l.1.in verbo, neceſſitatem.C.de com.ſer.manumiſ.quæ hanc nobis doctrinam præſcripſit, quòd cùm quis à lege vel ſtatuto cogitur alteri vendere (vt in eo caſu, & aliis multis collectis à gl.in l.Iulianus.§.idem Celſus.ff. de actio.emptio. & in l.nec emere. & ibi quoque Guil. Cu. Alb.& Iaſ.C.de iur.delib.& in aliis, quos adduximus ſupra, in præfat.huius tit.nu.15. imò & quod etiam in fi.) his igitur caſibus, & aliis, ſi qui ſunt, quibus quis cogitur, tum demùm is cogitur, ſi priùs ſoluatur precium: neque enim tenetur habere fidem de precio, vt ibi (inquit ea gl.) innuitur, & per d.l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti. Et ad hoc illam glo. expendit, & ſequitur Bald.ibi.

2 *An conſanguinens poſſit compenſare. Compenſatio habet uim ſolutionis.*

SED quæſtionis eſt, àn hic ſufficiat compenſare debitum: quod videtur, cùm id vim ſolutionis habeat. l. ſi debitor.ff.qui pot.in pign.hab.vbi ſcribitur, cùm creditum compenſatur, perinde haberi, ac ſi creditori pecunia ſoluta eſſet: nec enim intereſſe ſoluerit, an compenſauerit. Ex qua Alb.ibi.& noſtri DD. vbique annotat, eum ſoluere, qui compenſat, ut per Bart. Brix. q.venerab. 33.quæritur, vtrum excommunicatus, Bart.in l.aufertur. §.qui compenſationem.ff de iure fiſci. & in l.diuortio. ſ. ob donationes, in 2.opp.ff.ſolu.matrim.Alb. in l. ſi quid à fideiuſſore, poſt princ.& in l.quòd Labeo. ff.de compé. Bal.in l.2.poſt princ.C.de compen.& in l.tam mandatori, col.2.uerſic. ſed hic dubitatnr. C. de non num.pecun. Ang.conſi.259.quædam domina, col.2.Rapha.Fulg.cōſil.131.Gaſpar.col.pen.& conſi.141.Nannes.paulò ante fin.Pau.Caſt.qui & id dicit procedere in ſtatutis, conſilio 328.quod Nannes, col.1.lib.1. & Corn.conſi. 111. videtur, col.2.in.litera E, lib.4. & DD. vbique. Et id quoque probat tex.in l.uel permutauit.ff.de libe.cau. vbi dediſſe intelligendus eſt, qui compenſauit, & l.dediſſe. ff.de ver. ſign.vbi eſt ſimilis tex.& facit l.amplius.ff.rem rat. hab.

*Etiam in ſtatutis.*

*Etiam in implenda cōditione.*

Idque intantum, ut licet conditio debeat impleri in forma ſpecifica, vt noſtri loquuntur, nec poſſit per æquipollens impleri. l.Mæuius. & l.qui hæredi. ff. de conditio.& demonſtra.habeatque uim ſolennitatis, & eius quidem non leuis.Bal.in Auth.matri & auiæ, col.1. C.quan.mul. tut offi.cum multis concordan. à me adductis infra titu. ſeq.§.2.num.3.& eo quidem. Et formæ, vt tradit Philip. Dec.conſil.11.quoniam, col.6.uerſic.ſolùm contra teſtamentum. Tamen conditio ſoluendi impletur per cōpenſationem. l. ſi peculium. ſ.de illo.ff.de ſtatulibe.quam & in hoc expendunt Doct. vbique.

3 *Etiam in iuramēto, vide infra num.6. Et eo quoque de ſoluendo vere, & non per fictionē iuris.*

ET huius quidē l. ar. Bar. in l. amplius, col.vl. & ibi quoque Ang.Raph.Co.& Alex.in addi.Barto.ff.rem ratam hab. tradunt eum, qui iurauit ſoluere, non incurrere in periurium ſi compenſat. Quod & idem voluit Ioā. Fab. in §. in bonæ fidei, colum.4. uerſic. quid ergo dices. & ibi etiam Ioan.Plat.col.1.ad fin.Inſtit. de actio. Bald. in c. ad noſtram, le 1. verſic. quæro an qui iurauit, & ibi quoque Pan.col.vlt.uerſic.ſed contrarium, extra de iureiuran.ubi & ipſe Bal.dicit id procedere, etiam ſi quis iurauerit ſe ſoluturum verè, & non per iuris fictionē: quia iſta actio realiter idem eſt quod veritas; & eandem habet vtilitatem, ideò exorbitat ab omni regula fictionum. l.ſingularia.ff.ſi cer.pet. & idem Pan. in c. cum dilectus, colum.8.verſic.alium caſum, extrà de ordin.cogni. & in c.cum inter, colum.pen.uerſic.ad hoc quod no. extrà de excep.Imo.in l.Iulianus.la 1.ff.de condit.& demon. Ro. l.eum qui.§.1.in prin.ff.de iureiur.Alexan.conſi.12.uerſ. viſo themate antè ſcripto, col.ult. uerſic.non obſtat ſextum arg.lib.2.Soc.qui hanc rem latè examinat in d.l.Iulianus, col.pen.uerſic.ultimò quærit. ff. de condit. & demō.ubi tamen in fi.id intelligit procedere in debito poſt iuramentum contracto. Tynda. qui ſimiliter intelligit in tract.compenſationis, col.26. verſic. redeamus ad materiam, vbi & id latiſsimè differit, & Steph. Bert.conſi.1.in fi.lib.1.& conſil.94.puto, col.2.nu.7. lib.2. & cōſil.153. exiſtimo, col.2.nu.11.eod.lib.2.& conſ.44.pro pleniori, col.2.lib.4.Aufer. deci. Tholo.1.& primò fuit quæſitū, & iterum deci.139.item fuit quæſitum, ſi ego.

*Etiam in debito poſt iuramētū contracto.*

4 *Emphyteuta compenſans, nō cadit emphyteuſi.*

ET hinc quoque videmus, quòd emphyteuta, qui non ſoluit penſionem biennio uel triennio, cùm dominus tātundem ei deberet, non cadit emphyteuſi, ſi ſit paratus compenſare, vt poſt alios Antiquiores voluerunt Spec. & Ioan.And.in addi. illius ti.de loca.§. nunc aliqua, verſicu.79.Abb.antiquus in c. bona fides, & ibi Ant. in ult. notab.& Imo.col. 6.& Panor.colum.vlt.& Barba.col.itē vlt.extrà de depoſi.Odofr. & Rapha. Fulgo. in l. ſi conſtat.C.de compenſat.Alberic. in l. cum aliter. ff.eod.tit. & in l.2.colum.5.verſic.ſi dominus erat, qui eſt ſub nume.16.& ibi Iaſ.col.16.verſic.decimononò.C.de iur.emphyt.Ioan.Fab.in §. bonæ fidei, & ibi quoque Ioan.Plat. & Iaſ.charta vlt.Zaſius colum.penult. Inſtit. de actio. in ſua Marga.in verbo, emphyteuta, col.2.uerſic. emphyteuta poteſt.Ro.dum Spec.vbi ſuprà, allegat, conſi.204.pro diſcutienda, col.2.uerſic.nec refragatur. Soc.conſi.99. in cauſa eximij, colum.2.uerſic.ſecunda dubitatio, lib.1.& Franc.Cur Senior, qui id dicit in palatiis obſeruari, conſil.71. ſuper controuerſia. colum.pen.uerſicu.tranſeo ad tertium. Et neminem hactenus legi, ſi me non fefellit memoria, qui contrarium teneat præter Guil.Cu. & Pet.Iacob. qui eum citat in tit. de actio. in rem pro re emphyt. col.3.uerſic.item eſt notandum, quòd ſi prædicto. Et facit etiam quod ab Angel. reſponſum eſt conſil.132. quidam nomine Nicolaus, quòd ſi ex ſtatuto non poteſt opponi, niſi exceptio ſolutionis, poterit tamen compenſationis.& ſequitur Alex.d.conſi.12. col.ult. verſi.non obſtat ſextum, lib.2.& Guid.Pap.deci.Delphi.171.reperio, col. ult. & iterum deci. 174. vlterius, in fi. rurſusque in commentariis ſtatuti de literis compulſoriis, vbi id dicit vidiſſe ſe ſemper obſeruari.& Iaco. Rebuf.in l.nemo carcerem, in addi.C.de exact.trib.lib.10.Anto.Bauer. in tracta.de Virtute iuramenti, nume.33.& Steph, Bertran.conſil.289.colum.1.lib.2.

*Quid ſi ſtatutū tollat omnē exceptionē, præter ſolutionem.*

5 *Dominus compenſat ī retractu feudali.*

ET nuncupatim in caſu retractus feudalis admittendum eſſe dominum ad compenſandum, tenuit Mod. Pariſien.in ſuis conſuetud.Pariſ.commentariis. tit.1.13. gl. 7.num.10.vbi & hanc addit rationem. Nam vt verè ſoluatur, non ſtat per compenſantem, ſed per aduerſarium, qui diſtulit ſoluere, quæ ratio probatur ex l.fi. §. cum igitur.ff.de ſtatuli.cùm dicitur, proinde defendi poteſt, & ſi non vult exigere, vel ipſe ſoluere, vt hinc habeat unde cōditioni pareat, libertatem competere. quem tex. in id expendit Bart.in d.l.amplius, ad fi.ff.rem rat.hab. Addit & Mod. (vt ad eum redeamus) hæc maxime procedere in hoc caſu retractus, cùm emptor potius debita ſua ſoluere, quàm aliena acquirere debuerit. Sed id tantnm obtineret in debito contracto ante acquiſitionem. Hanc autem potes addere rationem ad hunc noſtrum retractum, quòd cùm res à conſanguineo retrahitur, emptor vicem ſubit venditoris, ut qui vendere conſanguineo debet eodem precio, venditori autem precium petenti poteſt obijci compenſatio, l.ſi ex venditione, & ibi Docto. C. de compen. Nam & ea locum habet in omnibus actionibus & realibus, & perſonalibus, & mixtis, l.ult. & ibi Bald.C.eod.tit.

6 *Cōpenſatio an ſit vera ſolutio. De eo quod ſuprà dictū eſt de iuramento*

ADVERTE tamen, quia id in noſtro caſu non eſt ſine dubio: quandoquidem compenſatio non uera & propria, ſed ficta atque impropria ſolutio eſt, per d.l.Iulianus, la 1.ibi quaſi dederit.ff. de condi. & demonſt.quā Docto.ubique ad compenſationem trahunt. Hincque occaſione

caſione ſumpta Bart.ibi in fin.dicit eam l.facere ad eam q.de qua ſuprà diximus, vtrum qui iurauit dare, à iuramento liberetur compenſando, de quo (inquit) in ca. ad noſtram, el 1.extrà de iureiur. ex quibus videtur ſecum hac in re pugnans, tenere compenſationem non liberare à iuramento: quia gl.Inn-Hoſt.Ioan.Andr. Collecta. Ant.Imo.ſibi contrarius, & omnes præter Bal.& Pan. id tenent in eo.ca. per eum tex. & ibi inter cæteros Fel.col. vlt dicit hanc eſſe communem opi.& Io.Ana. & Maria. in c.querelam, quoque eodem titu.Rom.in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatione. dum tractat, an iuramentum faciat præcisè cogi ad factum. Matheſ.notab.54.nota quòd iuramentum.Alexand.ſibi contrarius conſi.91.viſis actis, col.2.verſ. ſecundò principaliter, lib.2.Fran.Aret.conſi.99.longitudo, colum.2. verſi.3.vbi & hanc dicit eſſe communiorem op.Iaſ. latè in l.eum qui.§.1.columnn.1. & 2.ff de iureiuran.& in l.ſi pecuniam, in princ.colum.pen.verſicu. tertiò facit. ff.de cond.ob cau.& in d.§.in bonæ fidei, col.pen.& ibi etiam Zaſius, col.vlti.Inſti.de act.& idem Iaſ.conſ.41. in duabus, col.2.ver.præterea dominus Ioan.lib.3. & Stephan. Bert.ſibi contrarius conſ.154.voluiſſem, num.2. libr.1. & conſ.305.viſo caſu, col.1.eo.lib.1. & Matth. Afflict. deci.Neapo.164.die ſeptima: ubi tamen intelligit, ſi debitor non adeò opprimatur paupertate, vt poſſit ſoluere, & deci.38.quædam Hippolyta, col.1. & Ludo.Gozad. conſ.32.dominus, col.2.ver.non obſtat & ſecundum, & conſ.69.videtur, col 1.nu.4.

7 *Deciſio q̄ſtionis.*

IGITVR vt longo veluti poſtliminio, redeamus ad noſtrum caſum retractus proximitatis, ſi compenſatio ſit ficta ſolutio, uti verè eſt, & nemo contradicit, quo modo de ea intelligentur ſtatuta loquentia de ſolutione, quæ propriè, verè ac ſtrictè, non impropriè, non latè intelligenda ſunt, vt ubique noſtri conclamant. Præſertim autem hoc noſtrum ſtatutum, quod plerique exiſtimant eſſe contrarium Iuri communi, & præterea iniurioſum, ac graue, vt diximus ſuprà in præfat.num.60.quamobrem ſunt multi, & ſequen. Verùm eæ rationes non procederent in retractu conuentionali, vt qui multò fauorabilior ſit hoc proximitatis, nempe qui ex conuentione partium eſt; ideò non dubito, quin in eo ſit admittenda compenſatio. Niſi ſi quis diceret, verba quoque contractus ſtrictè eſſe interpretanda, l. quicquid. ff. de verborum oblig.cum ſi. Quod autem ſuprà diximus de emphyteuta compenſante, (vt id obiter dicamus) non eſt ſine dubio, vt videre licet in add.Pet.Iac.quo loco ſuprà citauimus, cuiuſcunque illæ addi.ſint; autoris enim nomen non inſcribitur.

*Quid de retractu conuētionali.*

8 *An neceſſe ſit, conſanguineū expreſſim declarare compenſationem ante tempus? Compenſatio an ipſo iure et quo modo fiat.*

SED ſi recipimus eam opi.quæ dicit ſufficere compenſationem in retractu proximitatis, quæri poteſt, an neceſſe ſit conſanguineum expreſſim declarare emptori, velle ſe compenſare; an verò, ſi taceat, & iterum labatur tempus, quo ſolutio fieri debuit, excludetur à retractu, tanquam ſolutione non facta. Quod videri poſſet. Nam licet compenſatio ipſo iure fiat, intelligitur ſi petatur, per l.vltim.C.de compenſ.glo.& Doct. in d.l.ſi conſtat, eodem titu. cum concord.à me collectis in l. ſi unquam, in verbo, reuertatur.numer.13.Verùm Ioan.Fab. in d.§.in bonæ fidei vbi ſupra, in ea eſt ſententia, vt ſemper & in omni caſu, in quo ceſſatio ſolutionis affert præiudicium, quantum ad pœnam, vſuras, intereſſe, vel aliàs in quocunque effectu moræ, fiat ipſo iure compenſatio, ſine alia declaratione ſiue petitione, per text.ibi, & quia vbi nulla mora eſt, ibi nulla quoque petitio eſt: vel ſi quędam eſt, poteſt exceptione ſummoueri, l.nulla intelligitur.ff.de reg.iur.& l.lecta, in fi.ff.ſi certum petatur. Cùm igitur effectus compenſationis tollat effectum petitionis, vel ipſo iure, vel per exceptionem, ſequitur quòd & omnem moræ effectum tollit, quocunque modo mora contrahi poſſit.

9 *De eadem re.*

ET idem qnoque voluit Pet.Iaco. in d.titu. de act.in rem re pro re emph.vbi ſuprà, Alb.in l.ſi quid.ff. de cōpenſ.Imo.in d.c.bona fides, colum.5.ver.vlterius poteſt quæri, extrà de depoſ. vbi loquitur in illo caſu emphyteutæ, qui ne cadat emphyteuſi, vult compenſare, & id dicit menti tenendum & Petr.Anch.conſi.6. pro parte, col.3.in 4.dubio, vbi ex hoc pulchrè dicit impediri pręſctiptionem.& conſi 235.prima facie, ante fi. & Soci.in eodem caſu loquens, in dic.conſil.99.vbi ſuprà lib.1. & ſimiliter Iaſon in d.l.2.in 19.quęſt.verſ. vnde uideretur. C.de iur.emphyt.& Carol.Ruin.conſ.148.caſus iſte, colum.1.lib.1. Et id generale eſſe, ubi agitur de euitanda pœna, vel vſuris, ut per glo. & Doct.in l.1.& in d. l. ſi conſtat.C.de compenſa.& Panor.in d.c.bona fides, col. vlt.Raph.Fulg.conſ.196.ad id de quo, colum.1.& Alex. conſi.74.viſo titulo, colum.1.uerſ.ſed præmiſſis, libr.5. & conſi. 196.uiſis, colum.2.lib.7.& Doct.vbique. Sed uide, utrum id tutum ſit in hoc caſu, in quo conſanguineus venit iure ſpeciali, tractatque non de damno, ſed potius de lucro, uti aſſerunt Hoſt. Ioan.And.& Petr.Ancha.in cap.conſtitutus, extrà, de in integ.reſti.& diximus latius ſuprà ſ.1.in glo.10. in uerbo, *dedansl'an*, in 24.q. In retractu autem conuentionali nihil eſt, quod in hoc dubitare debeamus, ut pote in quo uenditor certat de damno vitando.

*Quid in retractu conuētionali.*

10 *An neceſſe ſit adire iudicē, vt id fiat.*

EX quibus ſoluitur & aliud, quòd hìc oriri poſſet: an ſcilicet neceſſe ſit adiri iudicem, ut fiat hęc compēſatio an verò & extra iudicium fieri, ſiue opponi poſſit. Nā ſi non opus ſit aliam huius rei fieri declarationem, fruſtrà de iudice quærimus. Cæterùm Alber.in l.ſi quid à fideiuſſore.ff.de compenſa.tradit compenſationem opponi poſſe extra iudicium, idque communiter teneri & obſeruari, & idem quoque dicit ipſe Alb.poſt Iac.But. in l.debitor.ff.de neg.geſt. affirmans ſatis eſſe, vt eius rei fiat proteſtatio coram teſtibus. Et id quidem fieri tutius eſt, etiam ſi communiter tenetur, nulla opus eſſe proteſtatione aut declaratione, cùm agitur de vitanda pęna, vſuris, aut intereſſe, vt diximus in præcedenti verſ.

11 *Quid, ſi cōſāguineus nō poſſit in promptu probare debitum.*

SED & illud in dubium venit, ſi conſanguineus in promptu probare non poſſit debitum, quod ſibi ab emptore deberi contendit, ſed breui quopiam tēpore probaturum ſe offert: quod fieri poteſt, cùm quantum ad id, idem eſt iudicium debiti liquidi, & non liquidi, ſed proximè liquidandi, vt per l.vlti.C.de compenſ.voluit Bar.in l.in compenſationem, in fi.ff.de compen. Quæro igitur, quantum tempus in id ſtatuendum eſt. Quidam id relinquunt arbitrio iudicis, glo.in d.l.vlt.in verbo, indaginem, & ibi Iac.Ra.Pet.à Bel.Perti.Cy.in 10.q.Bald. in 2.opp.& Sal.col.2.in 7.opp.idem Iaco. Pet.& Ange. Are.in d.§.bonæ fidei.Inſt.de actio.Collec.Ant.& Barb. in d.c.bona fides extra de depo.Bald.in l.ſi ex falſis, col. 2.verſ. ſed talis obiectus C. de tranſact.& in l.in cauſa. C.de compenſa.& in Authen.& conſequenter, column. 2.verſ.extrà quęro nunquid liquidato.C.de ſent.vbi id intelligit, modò non excedat duos menſes.& Socy.conſil.65.concluſio, colum.3.verſ.confirmo hoc, libro 4.& Steph.Bert.conſil.289.tria, colum.2.nume.7.lib.2. Alij ſimpliciter dicunt, id fieri poſſe, & debere intra ipſos duos menſes per l.aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iur.fiſ.in qua opi.fuere gl.in d.c.bona fides, in gloſ.vltim.in fi.& ibi Hoſt.& Ioan.And.vterque in fi.de depoſ. & Dyn.in d.§. in bonæ fidei, in vltim. quæſt. & ibi quoque Nicol. Neapol. in 4.q.gloſſ. & Iaſon numer.74. Inſtit.de actio.

12

ALII denique, intra tempus, quod daretur reo ad ſoluendum per d.§.qui compenſationem, ibi enim dari duos menſes, quia idem tempus præſtituitur debitis fiſcalibus, l.in fraudem.§.fiſcalibus, eodem titul.& olim omnibus condemnatis dabatur, l.debitoribus. ff. de re iudi. Ideò ſi nullum tempus datur ad ſoluendum, nec ad liqui-

liquidandum dari debet.Ita enim voluit Bart.in d.§ qui compenſationem Bald.in d.§.in bonæ fidei,& ibi quoque Io.Fab.colum.8.in paruis,ver.ſed quid uocas, Inſti. de actio.Pet.Ancha.Imol. & Panorm.qui tamen diſtinguit in d.c.bona fides,de depo.& Alex.conſil.91.etſi puto,colum.3.lib.3.quod conſi.repetitur conſi.95.libr.5. & Tyndarus in tract.de compen.char.pe.verſ.vtiliter circa præmiſſa,ubi id temperat. Quanquàm quod ad poſtremam opin.pertinet,dubium facit, quòd non ſimpliciter duo menſes dabantur ad ſoluenda debita fiſcalia, ſed tantum in minoribus ſummis: in maioribus autem tres menſes concedebantur, vt ſcribitur d.§.fiſcalibus, vt proinde non poſſis dicere,d.§.qui compenſationem, reſpexiſſe ad tempus conceſſum condemnatis, ſed illud tempus duorum menſium præciſè præſcripſiſſe in quibuſcunque cauſis. Igitur in caſu noſtro has omnes opin. iungendo,crederem id faciendum intra tempus arbitrio iudicis ſtatuendum,modò non excedat tempus octo dierum, quod datur ex noſtra conſuetudine ad ſoluendum precium: vti & in retractu feudali uoluit Moder.Pariſ. in d.tit.1.§.13.gl.7.ad fi.ubi ex ijs infert, ꝙ ſi dominus volens retrahere,non habet promptas probationes debiti,& velit deferre iuramentum emptori,id facere poteſt, modo emptor iurare poſſit intra tempus in id ſtatutum. nam ſi ab eo loco abſit longius,vt id præſtare nō poſſit, imputandum eſt domino,qui ita ſe arctauit: & niſi ſoluat intra tempus, cadet retractu. Pro quo eſt optimus tex.in l.2.§.ſi quis tamen, ibi, ſic ipſe ſe arctauerit. ff. ſi quis cautio.& in l.cùm poſtulaſſem,in prin ibi,quia tardius experiri cœperim. ff. de dam. infec. Et facit quod in ſimili tradit Baldus in l.ſi à te. C. de pact. inter empt. & vendit.

*Quid ſi conſanguine⁹ deferat iuramentum emptori.*

13 *An conſanguine⁹ poſſit compenſare debitum creditoris, cui⁹ ceſſionē habet.*

Sed & illud queri poteſt,ſi compenſatio hìc locum habeat, quid ſi conſanguineus accepit ceſſionem debiti à creditore emptoris,an & hoc debitum poterit compēſare cum precio.De quo uide gl.in l.ſi quis rem ſuam,in verbo,& non in fraudem,& ibi Barto.Bald. & Angel.ff. de procura.Dyn.Bar.in l.doli.ff.de noua.& eundem Dy. in c.is qui in ius,colum.vlt.de regul.iur.libr 6. Specu.in tit.de procur.§.vlt.ver.ſed nunquid contra procuratorē, Cy.Io.Fab.Alb.Bal.Ang.& Sal.ī l.eius.C.de cōpēſ.Bar. in l.qui duos,in prin.ff.de lega.2.Albe. in l.1.col.2.verſ. item quærit,cùm hic C.etiam ob chiro. & in l.apud Celſum.ʃ.de autoris dolo.ff.de doli mali exceptio.& in l.in his officijs.ff.de reg.iur.Io.Fab.in d.§.in bonæ fidei.col. vlt.verſ.item poteſt quæri.Inſt.de act.Pet.Iac.in ti.de rei vend.vtili,quæ competit exceſſi.col.3.verſ. item non cogitur.Imo.in d.c.bona fides col.5.verſ.poteſt etiam queri,extra de depoſi Paul.Caſt.conſ.181.viſo puncto, col. 2.uer.quod autem exceptio.li.1.Steph.Aufre.dec.Tholo.933.item fuit quæſitum ſi coram,ad fi.Matth.Affl.d. dec.Neap.163.die 7.col.2.ver.ſed in dicto ꝓceſſu.Quāuis ſcio, multos ex ijs loqui in ſpecie diuerſa, an videlicet compenſatio poſſit opponi aduerſus ceſſionarium: ſed eorum multæ rationes ad hunc quoque contrarium caſum pertinent. Et hæc quidem omnia obtinent & in retractu conuentionali.

14 *An ſatis ſit vt conſanguine⁹ offerat fideiuſſores, aut pignora. Condemnatus ſoluere an liberatur dando pignora, aut fideiuſſores.*

Postremò quia hæc noſtra conſuetudo vtitur uerbo, ſoluendi, cùm dicit, *payer*, quid ſi intra hos octo dies conſanguineus offerat idoneos fideiuſſores, aut pignora,nec aliter ſoluat.Dic non id eſſe ſatis: neque enim offerre,aut dare fideiuſſores, quātumuis idoneos, ſoluere eſt per text.in l.4.§.ait Prætor.ff.de re iudic. ubi condemnatus ſoluere, non liberatur dando idoneos expromiſſores,& in l.quòd ſi non ſoluere.ff.de pign.actio. & in l.item liberatur.§.qui paratus.ff.quib.mod. pig. vel hypo.ſolui.ex quo Bar.ibi pulchrè dicit,condemnatum ad pœnam pecuniariam:& ſi eam intra certū tempus nō ſoluerit, ad pedis amputationem: non liberari ab hac poſteriori pœna dando fideiuſſores.Quod & idem tenet ipſe Bar.non obſcurè in l.ſi pecuniæ,per eum tex.ff.ut in poſſeſ.legat & in l.eum qui.ff.de priuileg. cred. & apertiſſimè Baldus in l.1.paulò ante fi.& ibi quoque Roma. & Alex.col.1.& Iaſ.col.quoque 1.per gl.ibi, quam ipſe Bald.dicit ſing.ff qui ſatiſda.cog.& Alex.in d.l.4.§. ſi ex cōuentione,& ibi item Iaſ.in d.ʃ.ait Prætor,in 1.notab. Ang.Are.in tract.malefi.in verbo, quas ſi non ſoluerit, le 1.nu.9.ſed unum Petr.Ferra.in tit.forma libel.in act. hypo.in uerbo,ſatiſfacere de debito memorato, col.1. uerſ.ſed hic inſurgit & Phil. Dec. in l.nemo dubitat. ff. de regul. iur. licet Bartol.ibi dubitet, relinquatque indeciſum.

15 *De eadem re.*

Sed illam ſententiam confirmat, quod idem Bart. tradit in l.ſtatuliberos.§.ſi quis acceperit.ff.de ſtatu libe. & in l.1.ff.de cuſto.reo. quod ſi ex ſtatuto condemnatus ad pœnam quampiam pecuniariam, ſi eam non poſſit ſoluere,capite punitur,non ſe huic pœnæ eximit offerēdo fideiuſſores. De quo tamen uide Ang.& Imo.in l.1. ff.de iniuſto teſtamen.Facit item optimè tex. in ca. cùm aliquibus, extrà de re iudic. ubi condemnatus ad tradendam poſſeſſionem cuiuſpiam rei, non ſatisfacit dando pignora.ex quo Bald.ibi dicit condemnatum ad ſoluendum,non intelligi ſoluere,offerendo pignora & fideiuſſores.Ideo(inquit) ſi is, qui condemnatus eſt in centum, & niſi ea ſoluerit,intra aliquod tempus,in duplum,non liberatur à duplo,offerendo pignora uel fideiuſſores: de quibus etiam uide Barba.latè conſi. 15. præclarè, in 1. dubio,lib.2.Et ad hæc omnia facit glo. in l. ſatisfactio. ff. de ſolutio. Sed id intellige in caſu noſtro, cùm precium eſt certum & liquidum. Alioquin ſatis erit offerre fideiuſſores id ipſum ſoluendi, cùm liquidatum fuerit, per text.in l.ſtatuliber.ff. de ſtatulibe. cum ſimi. & concord.à me traditis ſuprà §.1.in gl.19.in uerbo, *luy deuement accertioré du pris*,nu.2.& ſeq.

16 *Debitor, qui promiſſit ſoluere, uel dare pignora, an liberetur ea dando. In alternatiuis,an ſit electio debitoris.*

Adeò autem uera ſunt,quę ſuprà diximus,ut ſi debitor promiſerit ſoluere, uel dare pignora,aut fideiuſſores, intra aliquod tempus,non liberabitur offerendo pignora uel fideiuſſores, ſed cogi nihilominus præciſè poterit ſoluere.ut uoluerunt Guil. Cun. & Bart in l.quamuis,in princ.per eum tex ff.de pign.actio.& Bal.in Margari.in uerbo, alternatiua.uerſ.5 & ſequitur Pau. Caſtr. in d.l 4.§.ſi ex conuentione,in fin.ff.de re iud. ubi id dicit perpetuò menti tenendum, & rurſum in l.cùm proponas,la 2.etiam in fin.C.de tranſact.& Alexan.in l.1.colum.1.ff.qui ſatiſ.cog ubi id dicit ſing.& Fel. in ca. inter cæteras,colum.2.extrà de reſcr. & Catel. Cotta, qui & id ſingu.dicit,memor alternatiuorum. Tametſi Roma. in d.l.1.qui ſatiſd.cog.tenuerit contrarium, per l.pen.ff. quib.mod.pig.uel hypo.ſoluitur. Et pro eo bene etiam facit, quòd in alternatiuis electio eſt debitoris, l. plerunque, ad fin.ff. de iur.dot. cum ſimi. Sed d.l.pen.non probat Roma.ſententiam,quia ibi creditor ſpontè recipit,ut ibi quoque notatur. Quod autem de alternatiuis dictum eſt,procedit, cùm quælibet earum in obligatione:ſecus,ſi una tantum ſit debita, altera uerò pro illius cautione ſiue ſecuritate promiſſa, ut multi ex ſupra dictis ſcienter declarauerunt.

17 Non omittam tamen, ad prædicta bene facere textum in l.promiſſor.§.ultimo.ff. de conſtit. pecu. cuius hæc uerba ſunt: Conſtituto ſatis non facit, qui ſoluturum ſe conſtituit,ſi offerat ſatisdaturum. Et quod per eum textum uoluit gloſſ.in l.ultima.§.1.in uerbo,cogendum,ibi,ſed ſi ſimpliciter.ff.ſi cert.pet.quòd qui ſimpliciter promiſit,non liberatur dando fideiuſſores. Nam creditori ſatisfieri debet, quemadmodum uoluit l.ſi rē. §.omnis.ff.de pign.actio.Et eam gloſſ.Bald. ibi, & poſt eum Ludo. Bol. in ſecundis interpretationibus dicunt ſing.ad id quòd debitor incarceratus ob debitum, non poteſt carcere liberari offerendo fideiuſſores. Id quod ēt dicit idem Bal.in ſua Marg.in uerbo,debitor, colum.2. uerſic.



verſic.ſi debitor propter debitum: Niſi(inquir) fuerit incarceratus ob fugæ ſuſpicionem: tunc enim datis fideiuſſoribus eſſet relaxandus, per l.ſi fideiuſſores. §.vltimo.ff.qui ſatiſd.cog.

## *NE SERA PLVS RECEV*, AMPLIVS NON ADMITTETVR, Gloſſ. IIII.

1 *Quid, ſi ſimpliciter cōſuetudo tempus ſtatuiſſet. Tempus legis uel ſtatuti,an priuationē inducat ſine purgatione moræ.*

Qvid ſi hæc conſuetudo id non adieciſſet, ſed ſimpliciter ſtatuiſſet tempus octo dierum:vtrum elapſo eo tempore, conſanguineus eſſet audiendus ad purgandam morā? Quod videri poſſet,ex eo quod ſcribit gloſſ.in capi. cupientes.ʃ.quod ſi per viginti, in verbo,expectati, lib.6. quòd tempus à lege præſtitutum, ita demum tantùm inducit priuationem iuris abſque moræ purgatione, ſi ſit canon latæ ſententiæ, aliàs minimè. & ibi eam ſequuntur Ioan.Mo.Arch.Io.And.Pau.Eleaz.Petr. Anch. Imol.Domi.& Phil.Fran.ibi,& Ang.conſi.64.quoniam nihil eſt,col.1.cum alijs multis concor. quos tibi abundantiſſimè collegi in noſtris commentarijs in l. ſi unquam,in verbo,reuertatur,nu.255. decimum quod à ſuperioribus.C.de reuo.donatio.Hìc enim nihil eſt, quod videatur eſſe latæ ſententiæ.

2 *De eadem re.*

Contrarivm tamen verius eſt, ex his verbis, *ne ſera plus receu*, quæ purgationem moræ tollunt: nam ſi poſſet purgare moram,reciperetur. Et quia etiam, cùm à lege vel ſtatuto tempus ſtatuitur, poſt illud tempus nō admittitur quis ad purgandam moram,etiamſi id adiectum non fuerit:vt expreſsè uoluit Inn in c. cùm in tua, & ibi quoque Panor.colum.vltim.& Card.Alexan. col. antèpen.verſi.quæro tertiò circa prædicta,extrà qui matri.accuſ.poſ.per tex.in l.vltima.ff.de decret.ab ord.faci. quæ l.loquitur de lege municipali, & in l.ob commiſſa. C.de adul. Et idem etiam voluit Bal.in l.diffamari, colum.2.verſic.expedito tex.C.de ingenu.manumiſ.ubi & ad hoc dictos text.allegat,& ex hoc not. differentiam tēporis à lege uel ſtatuto præfiniti,& à iudice.& idem Bal. in l.1.in princ.C.de in integrum reſtitut.vbi dicit, quòd lapſus termini tacitam renunciationem inducit,per tex. ibi,& in l.bonorum.ff.rem ra.habe.& notata in l.ſi ego. ff.de neg.geſt.vbi & ipſe Bal.idem voluit ex gloſſ. ibi & idem Bal.in l.ſi ea,col.vltim.verſ. & nota quòd in termino hominis.& rurſum verſ.quæro vtrum quando.C.qui accuſ.non poſ.& in Authen.adhæc,colum.pen. verſic. ſi ego diffamo.C.de vſur.& in l.acceptam.in 21. quæſt. C. eod.titu.& in l.1.colum.7.in 26.oppo. C. qui admit. & in l.obſeruare.§.ad hæc,colum.2.ff.de offi.Procon. & in l.2.per illum tex.eodem titu.& in c perſonas.verſ. pone ſtatutum, & verſ.ſed nunquid mora, & iterum verſicul. deinde,& ſequen.extrà de appel.& in cap.1. columņ. 1. verſ.& ex iſto text.titu.quo temp.mil.& in ca.1.§.porrò. titu.qual.olim feud.ali.po.& conſi.466. Andreas, in 2. dubio.lib.1.vbi dicit,quòd renunciare uidetur, qui non paret terminis à lege ſtatutis,per l.2.C. de iure emphy. & l.facta.§.ſi quis bonorum.ff.ad Trebel.& not.in d.l.ſi ego.Albe.in d.l.bonorum,colum.1.numer.2.ff. rem rat. habe.& Ang.in l.properandum,in princ. poſt medium. C. de iudi.vbi id intelligit, ſi non opponatur. & allegat l.ſi maritus.§.præſcriptiones.ff.de adulte.& l.mariti lenocinium.§.ſex menſes,eod.tit.idem Ang. Imo. & Alexan.in l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.Pet.Anc. in c.quàm ſit,columņ.2.verſic.item not.quòd negligentia,de elect. lib.6.Alex.conſi.133.circa executionem,in fi.li.6.Guid. Pap.conſ.38.nedum inferiores,colum.vlt.ver.quia mora.Fel.in c.2.colum.antepen.verſ.item intellige,niſi eſſet terminus legis,extrà de conſt.Soc.conſ.63.in cauſa vertente,colum.3.verſ.nec etiam dicere,lib.1.Matth.Affli. loquens de Iure congrui, & alios quoque allegans in trac.Protomix.in verbo,vt intra 30.dies,col.9. verſicul. quartò nota.& eſt etiam optimus text. præter illos, in l. ſed ſi vnius.§.ſi ante.ff.de iniurijs,cuius hæc verba ſunt: Nam & ſi nuda voluntate iniuriam remiſit, indubitatè dicendum eſt,extingui actionem iniuriarum,non minus quàm ſi tempore iniuria fuerit abolita.& quæ dicemus infrà tit.procedente.§.1.gl.2.in verbo,*à tel temps*,nu.50. ad hæc,cùm venditor,& ſeq.

*Temporis lapſus,tacitam renunciationem inducit.*

3 *Tēpus conſtitutionis, pro forma eſt.*

Et hanc ſententiam fulcit, quòd qui non obſeruat tempus conſtitutionis, non dicitur eius formam obſeruare.Bald.& Sal.in Auth.quæ ſupplicatio.ille ad fin.hic in 1.notab.& ibi quoque Iaſ.in 4.notab.C.de preci.Impe.offer.per illum tex in illis verbis,niſi ſub hac forma, iuncta glo. & etiam per text.in l. ſcire oportet.§. conſequens.ff.de excu.tuto.cùm dicitur,Non aliter audietur, niſi obſeruauerit conſtitutum tempus: quæ uerba non longè diſtant à verbis his noſtræ conſuetudinis. Et uoluit quoque Pau.Caſt.in l.qui Romæ.§.Callimachus, in fi.& ibi quoque Iaſ.col.4.verſ.quintò nota.ff. de verbor. obl.& idem Pau.in l,ſi in lege,in prin.ff.loca.vbi ex hoc infert ad tempus à ſtatuto præſtitutum.& Fel. qui id dicit ſing.in cap.cùm dilecta,col.9.verſ.octauum ſignum, extrà de reſcript. & Iaſ.in l.non erit.ʃ.ſi neque, quem legit ſub l.ait Prætor,quæ eſt 3.verſ.ſecundò vltra ſcribentes,ff.de iureiurand. & in l.in pupillari, in 2.notab.ff.de vulg.& pup.in rub.C.qui ad bono.poſſ.admit. col.2.& cōſ.166.vertitur quæſtio,colum.penul.ver.confirmatur lib.2.& conſ.ſeq.col.ult.& conſi.191.placet mihi,col.2. uerſ.ſecundum principale,eodem.lib.2.& conſi.48. totus contractus,colum.1.verſ.ſimiliter tempus,libr.3. & conſi.53.circa primum,poſt princ.eod.lib.3. quod repetitur conſil.132. libr.4. vbi ad hoc alia multa allegat. & Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.exceptiones, col. 4.in princ.Alber. Brun. in tract.de forma & ſolennitate actus in rub.ex quibus conſiſtunt formas & ſolennitas, verſic.27.& Catel.Cotta,qui id dicit ſing. memor. tempus conſtitutionis,& Rebuf. noſter in trac. Nominationum,in 14.quæſtio.prin.nu.6.

4 *De eadem re.*

Sed quibus addere potes Bal.qui idem uoluit conſ. 169.ſtatuto ciuitatis Ianuæ, verſ. tertiò quia meta temporis.& iterum ver.ſed quia non fuit obſeruata forma, lib.1.& iterum conſ.172. ſtatuto cauetur quòd debeat, circa medium,eo.lib.1. Et uide etiam eundem Bal. in l. liberti,col 5.verſ.quandoque ex illis.C.de ope.lib.& in l.omnes populi,col.pen.verſ.item nota.ff.de iuſt.& iure, & in l.obſeruare.§.poſthæc colum.2. verſ. eſt etiam hìc notandum.ff.de offi,Procon.ubi dicit, quòd recedere à tempore,eſt recedere à forma,per d.l.qui Romæ.§. Augerius.ff.de verbor.obl.& l.Thais.§.iter.ff.de fideic. lib. & l,ſtatuliberi.§.vltimo.ff.de leg.2.& eundem Bald.in l. ordo,circa medium.C.de exec.rei iudic.& in Auth. qui ſemel,col.4.C.quomo.& quan.iudex.& in c.licet,col 1. extrà de ſupplen.negli.Præla.

5 *An impedimentum excuſet cōſāguineū, qui intra octo dies non ſoluit precium.*

Qvid tamen, ſi iuſtum aliquod impedimentum ſuperuenerit,quood prohibuit ne conſanguineus intra id tempus octo dierum ſolueret; an ita excuſabitur, ut poſt tempus id poſſit facere? Matthæ. Afflict.in tractat. Protomix,in uerbo,vt intra 30 dies,col.6.uerſ.ſed iterū quæritur,tradit tempus ei non currere,per l,1. C. de anna.excep.cum ſi. Cui adde optimum tex.in d.l. ob commiſſa.C. de adulter. quæ etiam excipit iuſtum impedimentum:& in d.l.ſcire oportet.ʃ.ſufficit, qui continenter ſequitur d.ʃ.conſequens, & eum ita temperat, ut ſi quis propter ægritudinem,vel aliam neceſſitatem, puta maris,uel hyemis,uel incurſus latronum, aut aliam aliquam ſimilem,conſtituto tempore non potuerit uenire, ei eſt ignoſcendum. Et id quidem in tempore præſtituto à lege municipali,uoluit expreſſim Bald.in d.l.diffamari, ubi ſuprà citauimus.C.de ingenu. manu. Et faciunt, quæ ſcripſi ſuprà §.1. in gloſſ.10.in uerbo, *dedans l'an* in

in 24.q.& quæ ſcribam infra tit.ſeq.§.1.gl.2.in verbo, *à tel temps*,nu.58.ſed tamen vide & ſeq.

6 *De eadem re.*

Et hæcquidem maximè procederent,ſi ſubeſſet magna quæpiam euidensque cauſa,per l.Diuus.ff. de reſtit. in inte.& l.& ſi.ff.de re.iur.quibus in locis ita ad verbum ſcribitur:& ſi nihil facilè mutandum ſit ex ſolennibus, tamen vbi æquitas euidens expoſcit,ſubueniendum eſt. Et facit c.ſignificante,extrà de pig. Verùm id apud nos vix reciperetur:quandoquidem in huiuſmodi retractib. nec abſentiæ,nec ignorantiæ,nec ætati ſubuenitur, adeò ſtricti iuris ſunt,vt cauetur inf.§.pen.eodemque 35.huius tit.& ita,vt nec his quidem reſtitutioni locus pateat, vt ibi latè tractabimus.Præſertim verò cùm hic tractetur de lucro conſequendo,per ea quæ diximus ſup.§.1.glo. 10.in verbo,*de dans l'an*,nu.125.certum eſt,& ſeq.

7 *Quid ſi cõſãguineus qui non ſoluit, intra id tempus nouam oblationem facit.*

Sed & in dubium poteſt illud uocari, ſi nondum tranſit annus retractus,an hic qui venit ad retractum,& admiſſus fuit, nec tamen pecunias intra hos octo dies emptori obtulit,& ideò excluſus eſt à ſua oblatione, vt hìc dicitur,audiendus tamen ſit, ſi iterum vult facere nouam oblationem retractus, intra ipſum annum contractus. Vide omninò, quæ latiſſimè ſcripſimus infrà eodem titulo §.8.gloſſ.7. quæ eſt in verbo, *le retrayant en deſcherroyt*,numero tertiò, quid igitur, & multis ſequent.vſque ad fin.eius gloſſ. Sed ita tamen, vt hìc perpendas verba noſtræ conſuetudinis hoc in loco, quæ ſunt huiuſmodi, *Il ne ſera plus receu audict retraict*.quæ videntur perpetuò conſanguineum repellere. Sed vide, quæ dicam in d.§.8.gloſſ.ſeptima, numero 24. & hæc certè.

## §. QVARTVS.

TOVTES voyes ſi l'achepteur, quand on luy offre le retraict, declaire certain pris, & en a faict ſerment, & le monſtre par le contract: ce non obſtant ſi ledict retrayant ne s'y veult pas tenir, & veult monſtrer qu'il y a eu fraude, & que ce n'eſt pas le vray pris,il ſera receu à le prouuer.*a* & cepẽdãt ne courra pas ledict temps *b* de huyt iours contre luy.mais s'il ne le preuue,& il ſoit trouue à l'intention de l'achepteur,ledict temps de huyt iours aura cours contre le retrayant, *c* & n'y ſera plus receu, & perdra la piece d'or ou d'argent qu'l aura baillè ſeulement.

*Verum ſi emptor, cùm ei offertur retractus, precium certum declaràrit, eiusq; tum iureiurando,tum exhibitione contractus fidem fecerit, non tamen retrahens ei ſtare cogitur, et ad probandum contrarium admittetur:*a *nec interim ei curret illud octo dierum tempus.*b *Verùm ſi id non probauerit,& ſecundum emptorem pronunciatum fuerit,curret id tempus aduerſus ipſum retrahentem,*c *nec is amplius admittetur,amittetq; nummum aureum,vel argẽteum duntaxat,quem dederat.*

### *IL SERA RECEV A LE PROVERB*, AD PROBANDVM CONTRARIVM admittetur, Gloſſ.I.

1 *Statutum, quod diſponit ſtari iuramento, an tollat probationẽ contrariam.*

VBICVNQVE ex legis vel ſtatuti diſpoſitione defertur iuramentum, poteſt nihilominus aduerſarius probare contrarium, etiamſi lex ipſa aut ſtatutum diceret ſtari iuramento,ex ſententia gl.in l.2.ſi abſens, & ibi Pau.Ca.ad fi.Ale.Soc.& Iaſ.ff.ſi ex noxa.cau.agat. è quibus ipſe Pau.dicit eam gl.ſin.Et idem uoluit, vt ab omnibus citatur,Azo.in ſumma.C.ad le. Aquil. quamuis in meo codice non reperi.Cy.& Bald. in l.1. C.ſi aduer.libe.Io.And.in c.ſtatutum,colum.3. in verbo, iuramentum,& ibi Domi.in §.cùm verò,de reſcript.libro 6. Tancre.in ſuo libro quæſtionum,tit.de proba. in 6.q.Iaco.Are.Ang.Imo.Pau.Ca.Ro.& Alex.in l.qui bona.§.q damni,in prin.per illum text.ff.ſol.matr.Iac.But.Bal. & Sal.in l. 1.C.de re iud.Albe.in 2.parte ſtatutorum,q.13. item quæro ſi ſtatuto vel reformatione. Bal. in l.ſi tutor petitus.ad fi.C.de peri.tuto.vbi loquitur de ſtatuto, quo ſtatuitur credi publicæ famæ contra magnates, & in l.q accuſare,colum.2.verſ.ulti.nota hic. C. de eden. & in l. vlt.colum.4.verſ.ex hoc deciditur. ff. de feri. & in l.Diuus.ver.quar.eſt arg.& ibi Ang.circa medium.ff. de mili.teſt.& idem Bald.in l.1.& ibi etiam Sal.C.de reb. cre. & in l.contra negantem,in fi.& ibi item Sal.etiam in fin. C.ad le.Aqui.& in cap.1.colum.1.in uerbo,credatur,ti. ſi de inue.inter do.& vaſal.lis oria. Ang.in l.qui reſtituere,colum.2.per illum text.ff.de rei ven.& in l. qui vas, in prin.per illum text.ff.de furt.& in Auth.de exhi.reis, in prin.etiam per illum tex.& in §.oportet,in Auth. de iud. Sal.in l.1.per gl.1.C.de reb.cre.& iureiur. & in l. ea quidem,in 10 q.C.de accuſ.Pet.Anch.in c.1.in 14.q.princ. ver.circa hæc quæro vlterius,qui eſt in chart.59. in paruis,extra de conſt.& in c.ſemel malus,colum.5.de regu. libro 6.Panorm.in c.continebatur,& ibi Gof.Cald. Ioã. Zoch.& Card.Alex.extra de deſpon. impub. idem Pan. in c.propoſuiſti,in 1.notab.& ibi Fel.column.1. & 2. & Phi.Dec.in 3.notab.de probat.idem Pan.conſ.51. videtur primo ſtandum,ver.quinto adduco,lib.1.Rom. in l. ſi duo.ff.de acqu.hær.& in l.admonendi,column.15. & ſequen.& ibi etiam Alexand.colum.34.Franc.Curt. Senior in repe.char.22.colum.4 uerſiculo & pro iſta parte,& multis ſequen.& Iaſ.etiam in repet.colum.109.uerſiculo ex iſta communi,qui eſt in nume.304. & ſequent. ff.de iureiur.idem Rom.conſ.102.ſuper eo quod primò quæritur,colum.2.vbi ex hoc dicit,quòd ſtante ſtatuto, quòd debitor elapſis decem annis, iurando debitũ fuiſſe ſolutum,ipſe liberatur, poteſt tamen probari contrarium,& allegat l.videamus.§. item nidendum, iuncta l. vltima.ff.de in lit.iurand.& idem Ro.conſ.241.ſpectabiles domini,in prin.Paul.Caſtr.in l.vltim.ff.de Præto. ſtipu.Stepha.Federi. in ſuo opere de legum interpretatione,parte 2.char.5,verſic.item ſi ſtatuto cauetur. Angel. Are.in tract.maleficiorum,in uerbo, nec non ad denunciationem Ioannis Ambroſij,nume.15.& ibi Aug. Ari. num.16.& ſequen.Cæpol.cautel.ſecundum nouam impreſſionem,104.multa ſunt ſtatuta.Alexan.conſ.114.in cauſa & lite vertente circa filios,colum.. & alijs ſequẽ. lib.4.quod iterum repetitur conſ.47.libr.6.& idem Alexand.conſi.91.in cauſa & lite pendente, colum.2.in fin. eodem libro 6.Barb.latè in tracta. de præſtan.Cardi. in 2.q.2.partis.Soc.conſ.55.præſtantiſſime doctor,colum. vlti.lib.1.& in trac.falc.reg.380.ſtatutum mandans.Fel. in c.præterea,in fi.de teſtib.cog.& in c.paſtoralis,colum. 10.uerſicu.& generaliter,extrà de excep.Iaſ. in l.ſi quando,colum.4.uer.pro iſta opin.C.vnde vi.& in d.l.uideamus.§.deferre,colum.vltim.in prin.& iterum in d.l.vltima.ff.de in lit.iur.& in l.ait Prætor,quę eſt 3.§.iurat,col. 2.ff.de iureiur.rurſumque in l.eum qui. §. in popularib. colum.3.eodem titu.Phil.Dec.conſi.83.in cauſa accuſationis,poſt princ.Matth.Affl.in conſtit.Siciliæ,inci. qui de alea-



de aleatoribus, in 5.notab.Hipp.Marſi. in repe. rub.de proba.colum.30.verſic.non tamen omitto.& in l.1.§. ſi ſerui,col.1.ff.de quæſt.& Catel. Cotta memorab. damnum datum.

2 *Qui cõtra tolli aſſeuerant.*

QVANQVAM ſcio quoſdam (vt nihil eſt in Iure noſtro non controuerſum) qui in hoc caſu non admittunt probationem contrariam. In quibus ſunt Iaco.Atet.ſibi contrarius,& Rapha.Fulg.in d.l.1.C.ſi aduer.liber. Nã illa(inquiunt)probatio,cui lex vel ſtatutum ſtari præcipit, eſt Iuris & de Iure: vnde non poteſt reprobari. Et eius quoque ſententiæ ſunt Ioan.Mo.& Io.Fan.in c.eos, de temp.ord.li.6.D.à Rota deciſ.79.nota quòd vbi quis impetrat,in antiquis.Alb.clanculum d l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infect.Bal.ſuboſcurè, ſibi quoq; contrarius,in l.non eſt.C.quod met.cau. & apertius in repe. l.2.char.ult.verſ. ſed pone quòd ſtatutum. ff. de iureiur. per tex.in d.l.3.ver.proderitq;, eo.tit.& in l.2.C.eo.tit. & ar.l.vltimæ.C.de fideiuſ.& idem Bal.in ea ipſa l.3. in prin.col.2.verſ.circa ſextum,de iureiur.

3 *Poteſt probari cõtra iuramẽtũ viri, dicentis ſe carnaliter uxorẽ cognouiſſe.*

SED prior illa ſententia, vt communior eſt, ita (vt plerunque fit) verior. Ex qua tanquam ex fonte perenni, multi riuuli veluti manarunt. Et primùm quidem id, quod dicit gl.in d.c.continebatur,in verbo,viri ſtandum eſt, & ibi Pan.& plerique omnes, extrà de deſpon. impub.quòd licet text. eo in loco dicat ſtandum eſſe iuramento viri, dicentis ſe vxorem carnaliter cognouiſſe,ut ibi tex.loquitur,poteſt tamen vxor probare contrarium per tex.in d.c.propoſuiſti,de probati.ubi etiam gl. Pan. & alij idem dicunt,extrà de proba.& ſimiliter gl. in c.1. extrà de frigi.& malefi.& in c.quod autem,27.quæſt.2. & in cap.ſi quis acceperit,32.quæſtio.1.& ex Theologis ſcholaſticis hoc idem tenuit Richar.in 4.ſent.diſt.34.in expoſitione tex.& iterum in art.2.quæſt.1.

4 *Ignorãtia iuramento probat,cõtrariã probationem recipit.*

HINC etiam prodijt,quod voluit alia gl.in d.c.eos in verbo, affectata,de tempo.ord.lib.6 quòd licet ignorantia probetur per ſolum iuramentum illius,qui ſe dicit ignoraſſe, c.ſi verò,el 2.extrà de ſent.exc.& c.vlti.extrà qui mat.accuſa.poſ.cum ſi.poteſt tamen probari contrarium.Quam gl.in hoc expendit Imo.in d.l.qui bona. §.qui damni.ff.de dam.infec.Roma.in d. l admonendi, col.15.& ibi Iaſ.in repe.colum.110.in 2. locis,videlicet verſi.tertio per gl.& verſ.inter cæteros.ff.de iureiuran.& idem Ro.d.conſ.102.quibus locis eam gl.dicunt ſingu. & Fel.in c.cognoſcentes.col.vlt & ibi quoque latè Phil. Dec.in 2.lec.etiam col.vl.extrà de conſt.Et idem etiam, ea gl.tacita,voluit Bar.in l.ſi cui.§.ijſdem,ver.quæro dicit ipſe.ff.de accuſa.& Fel.in c.quoſdam,col.vlt.ver.ſextò eſt aduertendum,extrà de præſump.& Hipp.Marſi.in d.rub.C.de proba.col.28.

5 *Animus iuramento probatur.*

NEC diſſimile eſt, quòd cùm cætera quæ in animo conſiſtunt, probentur ſolo eius iuramento, qui aliquid dicitur habuiſſe in animo,ex ſententia illius gl.quę quotidie in id allegatur in §.ſed iſtæ,in gl.magna.circa medium,Inſti.de actio.cum alijs multis concor.illic adductis à Iaſ.& à me alibi omnium copioſiſſimè: poteſt tamen eius rei contrarium ab aduerſario probari: ut uoluit Bar.in l.2.§.ſi à pupillo,ver.oppo.ſuprà eo.ff.de vſucap.pro emp.& in l.is poteſt, col.5.verſ. aliquando ipſe hæres dicit.ff.de acqui.hær.& Ægid.Bellamer. dec. 45, exceptio.Fel.in c.accedens,el 2,col.6.ver,octaua concluſio.extrà vt lit.penden.Iaſ.in d.§.ſed iſtam,col.25. verſi, tertiò ad noſtram gl.Inſti.de actio.

6 *Nũcij quoque iurati renunciatio.*

SED & hinc prodijt,quod voluit alia gl.in c.propoſuiſti,in verbo,non probatur,in prin.82.diſtinct. quòd licèt credatur nuncio,& executori iurato,in his, quæ ad ſuum ipſius officium pertinent,c.cùm parati,& ibi Doc. extrà de appellat.& l.magis.§.illud. ff. de reb. eor. cum alijs multis ſi.& concord.à me latiſſimè adductis infrà eo.tit.§.8.in verbo,*deux records*.propè per totam gl.poteſt tamen probari contrarium. Et idem uoluit gl. in §, item teſtes,in uerbo,in executoribus.4.quęſt.3.Archid, in c.venerabilib.col.2.col.2.in verbo,citatus, de ſenten. excom.li.6.Imol.in d.l.qui bona.§.qui dãni, & ibi Ale, col.1.ff.de dam.infect & idem Imo.in d.ca. propoſuiſti, & ibi Fel.col.1,extrà de proba. & traditur à multis in c. quoniam contra falſam,eo.tit.& in d.c.cùm parati, extrà de appel.& ibi maximè Phil.Franc.& Card.Alex.ille col.7.verſ.tertiò quæritur.hic col.pen.uerſ.quid ſi ſtatuto.& Pet.Iac.in tit.de acti.de conſti.pecu.col.pen.uer. nec etiam deberet. & Guid.Pap.in tracta.præſumptionum,col.5 uerſ.an debeat præſumi, & dec. Delph.628. non debet de iure.& ſing.409.uerſ.Pet.Iac. & Stephan. Bertr.conſ.27.ſi hic eſſet,lib.1.

7 *Item impedimẽtum.*

HVC item pertinent duo Inn. dicta: Primum in ca. quia propter,col.pen.extrà de elect. quòd licèt in caſu illius c.ſtetur iuramento eius,qui ſe dicit fuiſſe impeditũ: contrarium tamen poteſt probari. Alterum eſt,prout à quibuſdam citatur,in c.ult.ad fi.extrà quod me.cau. qđ licèt de expenſis aduerſus contumacem ſtetur iuramento partis, præcedente taxatione iudicis, in odium contumacis.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudici. poterit tamen probari contrarium.Sed Inn. hoc ita nuncupatim non dicit,ſed aliud,quod omnino alienum non eſt, uidelicet cõdemnatum ex eo iuramento appellare poſſe,ſi uideat eum qui iurauit exceſſiſſe. Et ita eum ſequũtur Io.And.Anto.Imo.ibi.& idem Imol. dum ſimpliciter allegat Inn.ubi ſuprà.in l.ait Prætor.§.1.in fi.& iterũ in l.quod iuſſit,col.2.uerſ.item adde.ff.de re iudic. & ipſe Anto.in c.cùm dilectus,de ord.cogni. Tu autem uide quæ de hoc dicam latius infrà,in 6.limitatione.

*Expẽſæ cõtra contumacem iuramẽto affirmatæ.*

8 *Decurionum arbitria.*

EIVSDEM quoque monetæ eſt quod à Bar.ſcriptum eſt in l.ambitioſa, col.antep.uerſ. uiſis & examinatis.ff. de decre.ab ord.faci.ꝙ licèt credatur Decurionib.in ſuis arbitrijs,non ſolùm quantum ad ipſos ſtatuentes pertinet,quod prorſus indubitatum eſt,ex l.ult.ff.de hęre. inſti.ſed etiam quantum ad alios,per tex.in d.l.ambitioſa, ſecundum unam lectionem dicitur,quòd debet reſcindi: (ſi enim eis non crederetur,nulla opus eſſet reſciſſione) & per alia quædam ibi ab eo allegata,tamen contrarium probari poterit,uel ex euidentia facti,l.ſi fortè.ff.de caſt. pe. vel aliàs, ut ibi apud eum omnibus uidere licet.

9 *Libri rationum.*

SED & eodem ſpectant duo Panormit. id eſt ipſius Bart.ſimiæ placita: unum in d.conſi.51.uidetur primò ſtandum,lib.1. quòd licèt teſtator diſpoſuerit, quòd de re quapiam ſtetur libris rationum & ideò ſit illis credẽdum, poterit tamen probari contrarium.Alterum conſil. 68. cuius exordium eſt, quanquàm ſuper uacatione, in fi.li.2.quòd ſi ex forma ſtatuti credi debeat libris quorundam officialium, tamen per id non tollitur facultas aduerſario probandi contrarium eorũ, quæ in huiuſmodi libris ſcripta reperiuntur,per notata in d.c. continebatur,de deſpon.impub.iũcto d.c propoſuiſti, de probati.

*Libri officialium.*

10 *Publicum inſtrumentum.*

ET hæc quidem eo fulciuntur argumento, quòd licèt credatur publico inſtrumento,l.cùm precibus C. de prob.cum ſi.& ſimiliter teſtibus idoneis, l. in exercendis.C.de fid.inſtr.cum ſi. tamen admittitur probatio in contrarium,d.l.cùm precibus,& c.tertio loco, & l.licèt cauſam,extrà de proba.& c.inter dilectos, extrà de fide inſtrum.& c.cùm Ioannes,ad fin.eod.titu.& c.noſtra, & c.ex tenore,extrà de teſtibus & cap. ſuborta, extra de re iud.Imol.& conſi.138.in quæſtione,col.1.verſic.in contrarium,& Doct.ubique. Et idem de confeſſione,ut ſcilicet confeſſus admittatur ad probandum contrarium, l.error.C.de iur.& fac.igno. Azo. in Summa.C.de confeſ.colum.2.uerſ.item confeſſus,& Inn.in ca.cùm olim, paulò ante fin.extra de cenſibus & Alb.in l.de ætate, in princ.ff.de inter. acti. Et ſemper aliàs plena probatio poteſt contraria probatione tolli:ut not.Panormit.& Phil. Dec.in ca. poſt ceſſionem,uterque in 3.notab.per illum tex.loquẽtem de ſigillo & literis Epiſcopi, extra de proba.

*Confeſſio.*

*Quæcunq; plena probatio.*

ba. & quod per illum quoque text. dicit glo. in cap. 2. in gl. ult. de fid. inſtr. ut præſumptio præſumptione, l. diuus. ff. de in integr. reſt. & l. mater, & ibi Bald. & Sal. C. de calum. & c. quia veriſimile, & c. illud, & c. literas, extra de præſumpt. cum ſim.

11 *Ea quæ cõmittuntur conſciẽtiæ alicuius.*

Ampliabis primò hæc omnia, ut procedant etiam in his, quæ committuntur conſcientiæ alicuius. Nam licèt tunc denegetur appellatio, ut video placuiſſe gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem, in uerbo, relinquatur, & ibi Petr. Ancha. qui eam dicit ſing. Imol. Domi. & Phil. Franc. de reſcript. lib. 6. & Bald. in l. 1. in 2. lect. col. pen. in 4. quæſtio. ff. de leg. 2. & in c. ſi ſacerdos, verſ. quæro Papa commiſit. extra de offi. ordina. Ant. Imol. & alij in clemen. 1. de iure patro. Paul. Caſtr. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. oper. nunciat. Angel. Aret. in §. ſed iſtæ, colum. 6. uerſic. not. etiam ex glo. & ibi quoque Iaſ. col. pen. verſi. ultimò non omitto, Inſtitu. de act. Tamen poterit probari contrarium, ſi de magno aliquo præiudicio agatur, gloſſ. habes in d. clemen. 1. in uerbo, oneramus, de iure patro. quam ſing. putat Bald. in d. l. 1. colum. 1. C. de reb. cred. & eam quoque ſequitur Imol. in c. 1. colum. vlt. de conſti. Roma. in d. l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. Domi. poſt Lapum in c. 2. colum. vlt. de iuramento calum. lib. 6. ubi & illam glo. dicit notabilem, & Iaſ. in d. §. ſed iſtæ, ubi ſuprà, Inſtit. de actio. Barba. in tractatu de præſtan. Card. parte 2. quæſt. item 2. col. 4. verſic. tertio caſu. Idemq; ea glo. tacita uoluit Bald. in repet. l. 2. col. 26. uerſ. ſed ibi cùm eſt quæſtio. ff. de iureiur. Licet contrarium ſimpliciter uoluerunt D. à Rota dec. 79. no. quòd ubi quis impetrat, in antiquis, per d. glo. in d. §. aſſeſſorem.

12 *Probationes ex ficta cõfeſſione.*

Amplia ſecundò, ut procedat etiam in probationibus quæ ex confeſſione ficta procedunt, ex eo quod uoluerunt Sal. Angel. Paul. Caſt. Alex. Iaſ. & cæteri Recentiores in l. ſi is qui, per illum text. C. qui teſta. facer. poſſ. quòd licet aliquis à ſtatuto habeatur pro confeſſo ac conuicto, ac ſi uerè eſſet confeſſus ac conuictus: tamen admittitur probatio in contrarium, videlicet de innocentia illius. Quod & ipſum uoluit Io. Andr. in addit. Specul. tit. de poſitio. verſi. uerumtamen, qui eſt in 1. col. Bal. in l. 2. §. quòd ſi actor, in duobus locis. C. de iuram. calum. & in l. ita demum, col. 2. uerſ. reſtat unum quærere. C. de procur. Ant. in c. ult. col. vltim. extrà de confeſſ. Imol. latè in l. creditor. §. iuſſus. col. 2. uerſ. & pro iſta parte. ff. de appell. Franc. Aret. conſi. 147. viſa conſultatione & ſtatutis, in primo dubio, & Alciat. in tract. Præſumptionum, reg. 3. in 22. præſumptione, num. 7. Nam cùm vera probatio admittat probationem contrariam, vt nuper diximus, multò magis ficta.

13 *Niſi ſtatutũ vlteriꝰ ꝓcederet.*

Nunc limitanda hæc ſunt multis modis: Primò, vt procedant. niſi ſtatutum vlterius procederet, ſtatuendo non admitti probationem in contrarium, vel aliter ita pedem figeret, vt noſtri loquuntur, vt apertè ex eo cõſtaret id cenſere, vt quia diceret neceſſariò ſtandum eſſe iuramento, ſecundum Bald. in d. l. 1. col. 1. & ibi quoque Sali. circa medium. C. de reb. credi. & eundem Bal. in d. c. 1. col. 1. in verbo, credatur, titu. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oriat. Rom. in d. l. qui bona. §. qui damni, & ibi Alex. col. 3. ff. de dam. infect. Cæpol. caute. ſecundum poſtremam editionem, 104. multa ſunt ſtatuta, in fin. ubi ad hoc dicit optimè facere glo. in l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. & Soc. fal. 380. ſtatutum, in 1. fal. Fel. in cap. Paſtoralis, colum. 10. uerſic. & generaliter, extrà de exceptio: & in d. c. propoſuiſti, colum. 1. de probatio. Auguſt. Ari. in addi. Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in uerbo, nec non ad denunciationem, nu. 17. & ſeq. Iaſ. in l. ſi quando, colum. 5. verſ. tertiò contra. C. vnde vi. Et facit tex. in ſimili in l. diem. §. ſtari. ff. de arbi. & in l. vlt. ad princ. cum ibi notatis. C. eod. titu.

14 Secundò limita, vt non procedat, ſi ſtatutum diceret illud iuramentum haberi pro plenaria probatione, aut fide: quia per hoc repellit contrariam probationem, ſecundũ gl. in Cle. 1. in uerbo, fuiſſe narramus, de prob. quam ſequitur Ant. qui dicit notab. & Imo. ibi & Ro. qui hoc ita ex ea limitat in d. l. qui bona. §. qui damni, col. 3. & Alex. col. 2. ff. de dam. infe. idem Ro. in l. ſi duo. ff. de acq. hære. Alex. in l. 2. §. ſi abſens, col. 2. ff. ſi ex noxa. cau. aga. vbi eam. glo. dicit reputari ſing. & conſi. 114. in cauſa & lite vertente, verſ. nec obſtat ſi dicatur, libr. 4. quod repetitur conſi. 47. lib. 6. Barb. qui eam ubiq; dicit ſing. in l. ſciendum, colum. 114. ff. de verborum obli. & in repet. c. Raynaldus, col. 21. extra de teſta. & in repet. l. cum acutiſſimi, colum. 36. C. de fideicom. & in tract. de præſtan. Card. in 2. parte q. 2. col. pen. uerſ. & ex iſtis, & conſ. 2. ſapienter, col. 3. lib. 2. & conſil. 78. illud in medium, col. pen. lib. 3. Fel. in c. graue, col. ult. extrà de off. iud. & in d. c. propoſuiſti, col. 1. de proba. Phil. Dec. conſil. 83. in cauſa accuſationis, col. 1. Ant. Corſet. in ſuis ſing. in verbo, plenaria, Hippol. Marſil. in d. l. 1. §. ſi ſerui, col. 1. ff. de quæſt.

*Quid & ſi ſtatutũ habeat pro plenaria ꝓbatione.*

15 *Quid ſi ꝓ plena.*

Id quod intelligit Alex. d. conſi. 114. quo loco ſuprà citauimus, cùm ſtatutum nominatim utitur ea dictione, plenaria, de qua etiam loquuntur pleriq; omnes, quos ſuprà citauimus. Secus (ait) ſi ſtatutum uteretur dictione, plena, ita ſcilicet, habeatur pro plena probatione. Nam nihilominus poterit probari cõtrarium, quia duo (inquit) teſtes efficiunt plenam probationem, vt dicit glo. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eod. titul. & ſunt iura ad hoc vulgaria. Et tamen non eſt dubium, quin huiuſmodi plena teſtium probatio, poſſit contraria probatione reprobari, ut ſuprà diximus, & probatur in c. licet cauſam, extrà de proba. Et nuncupatim ſequitur Iaſ. qui id dicit nouũ & mirabile, in d. l. 2. §. abſens, col. 1, uerſ. limita prædictam concluſionem. ff. ſi ex noxa. cau. agat.

16 *Plenariũ quid dicatur. Plenum item.*

Sed hic paululum aduerte Lector, quia nihil intereſſe videtur inter plenam & plenariam probationem: nam quemadmodum plenariũ dicitur, quod adiectione non indiget. Archid. in c. licet, quod eſt 2. de præben. lib. 6. & ita plenum quoq; dicitur, cui nihil addi poteſt, c. bene quidem, in princ. 69. diſtinct. & cap. ſi omnia, in fi. 6. quæſtion. 1. Hoſtienſis in c. per venerabilem, extrà qui filij ſint legit. Bald. conſil. 383. quando ſuper facto, in princ. lib. 3. ubi nominatim utrumque æquiparat, & plenum, & plenarium. Et Rapha. Co. conſil. 187. dominus, poſt medium. Et alibi dicit ipſe Bald. in d. l. admonendi, columna 5. in 1. quæſti. quòd plena probatio dicitur, quæ nulla adiectione indiget, cum alijs multis concord. à me collectis in repet. l. ſi unquam, in fin. numer. 10. quid autem & in hoc. C. de reuoca. donation. Sed quibus addere potes optimum tex. in l. ſi cùm dies. §. 1. ff. de arbi.

17 *De eadem re.*

Ideoque & expreſſim in caſu de quo loquimur, Barba. in d. l. cum acutiſſimi, colum. 36. nullam etiam faciens differentiam inter utrumque, allegat tex. in d. cle. 1. de probatio. ad hoc quidem, quòd ſi ſtatutum dicit aliquid haberi pro plena aut plenaria probatione, non poteſt contrarium probari. & idem quoque Barba. conſil. 17. clementiſſimi, col. 2. li. 2. loquendo de plena probatione, allegat etiam d. gloſſ. ita apertè ſentiens, nihil referre hoc caſu, dicas plenam, an plenariam. Sicuti item facit idem Barbat. d. conſil. 2. colum. 3. verſicu. prætereà eſt aduertendum, libro 2. Et aliàs etiam videmus iura promiſcuè his verbis uti, ut colligitur ex ca. quoniam ut ait, in fi. ibi, poteſtatem plenariam, extrà de vit. & honeſt. cleric. & c. cùm inter, & c. ſuborta, extrà de re iudic. & c. prætereà, in fin. de offic. deleg. & c. quia ſæpe, de electio. lib. 6. & c. quanquàm, de cenſib. eo. li. 6. Et bene facit gl. in Clem. vlt. in uerbo. reſtituerint, de cenſib. quæ quam plenariam reſtitutionem primùm appellat, mox eãdem

plenam



plenã vocat: ita clariſſimè ſentiens, nihil eſſe diſcriminis inter plenũ & plenariũ. Nã & Bal. conſil. 381. cõceſſio arbitri, in prin. li. 1. interpretatũ plenariè, id eſt, plenè.

18 *Contra ſupradicta.*

Et ego quidem, vt tandem meum interponam iudicium, cenſeo nihil intereſſe inter plenam & plenariam probationem, niſi quòd primum Latinum eſt, alterum (ni fallor) barbarum. Ideò vt contra plenã probationẽ admittitur probatio, vt ſatis ſuprà probauimus: ita quoque contra plenariam, vt expreſsè etiam voluit Franc. Aret. vir optimi omnium ingenij atque iudicij, in d. l. ſi duo, colum. 2. ff. de acqui hære. qui dicit illam gloſſ. pro alia parte allegatam, nihil eò pertinere, quia loquitur in aſſertione Papæ, in quo ſpeciale eſſe videtur, propter ſupremam illius excellentiam, ad quam (vt hoc illi addã) ob ſingularẽ induſtriã, explorata eius fide et grauitate, aſſumptus eſt, meritoque ei ante alios credendum eſt, iuxta l. 1. ff. de offi. pręfec. Prętо. Ex quo videmus, quòd aliàs ſolius Papæ teſtimonio creditur, c. cùm à nobis, extrà de teſti. vt hinc facilè appareat in materia probationis plus momenti eſſe in dicto et aſſertione illius, quàm alterius. Et quod in caſu d. Cle. 1. de proba. ſit ſpiciale in Papa, vt nõ admittatur contraria probatio, voluit etiã Barto. quem tamen Fran. ipſe Are. non citat, in d. l. ambitioſa, col. antepen. verſi. viſis & examinatis. ff. de decre. ab ordi. fac. & id non obſcurè ſentiunt gloſſ. & Docto. in ea ipſe Cle. & apertè probant verba illius nuucupatim loquentia de Papa. nam ſi idem de alijs voluiſſet, idem quoque in alijs expreſſiſſet, l. 1. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tol. & c. inter corporalia, poſt medium, extrà de tranſlat. Prælat. & c. ad audientiam, de deci. cum ſimil.

19 *De eadem re.*

Ideò ſubdit Aret. (vt ad eum redeamus) quòd in alijs nõ videretur eſſe verum, quod dicit d. gl. Nam plus eſt dicere, quòd probatio ſit manifeſtiſſima, vel liquidiſſima, vel euidentiſſima, quàm quòd ſit plenaria. Et tamen licet tex. in d. c. licet cauſam, de proba. dicat, quòd per priuilegia & inſtrumenta fit manifeſtiſſima ſiue euidentiſſima probatio, poſſunt tamen reprobari, vt iam ſatis ſuprà diximus. Et etiam contra pręſumptionem iuris (quæ eſt lequidiſſima probatio, gloſſ. in l. ſi tutor C. de peric. tuto. cum alijs multis concor. adductis à me in repe. l. ſi vnquã, in verbo donatione largitus, nume. 133. ad hæc ſi verum. C. de reuo. donat.) tamen admittitur probatio in contrarium, l. ſiue poſſidetis, & ibi no. C. de probat. vnde illa (inquit) gloſſ. non eſt trahenda ad conſequentiam. Et rurſus idem Are. col. ſeq. verſic. de eo autem quod ſuprà dixi, ad hanc ſantentiã corroborandam adducit, quod licet Conſuli conceſſa ſit pleniſſima iuriſdictio, l. ſi in aliquam. ff. de offi. Proc. quæ nuncupatim eo verbo, pleniſſima, vtitur: tamẽ poteſt illius ſententia per appellationem reprobari, l. à Proconſulibus. C. de appellationem.

20 *De eadem ea.*

Sed & in hac ſententia ſolus non fuit Aret. ne quis vereatur vnius aduerſus multos ſententiam ſequi. Nam & eam ſequitur Phil. Dec. ſibi contrarius, ſed in lect. nec in vno tantùm loco, videlicet in c. cognoſentes, in 2. lec. ad fi. extrà de conſtit. & in d. c. propoſuiſti, col. 2. verſic. ſecundò videtur, de probat. Quibus locis & hæc addit, quòd cùm ſtatutum dicit, quòd iuramentum habetur pro plenaria probatione, id ſatis operatur quod integrat (ita enim loquitur, verbo quidem Latino, ſed quod non habet eam ſignificationem, quam intelliget) id eſt, integrum reddit iuramentum ad faciendam probationẽ, cùm aliàs non ſit plena probatio, cap. vlt. extrà quod met. cau. unde non debet ulterius operari, ut excludat probationem legitimam in contrarium, arg. l. ſi quãdo. C. de inoffi. teſt. & c. cùm dilectus, de conſuetu. Quibus etiam adde, quòd ea glo. nõ aſſeueranter affirmat, quod ex ea omnes colligunt, ſed dubitanter loquitur dum dicit, & hoc fortè vult litera infrà, ibi, fidem plenariam.

21 *Quid, ſi in ſtatuto dicatur, pro pleniſſima ꝓbatione.*

Tertiò limita, vt procedant, niſi etiam dicat ſtatutum, quòd pleniſſima fides adhibeatur, ſiue quòd pleniſſimam faciat fidem: quia tunc etiam non poterit probari contrarium: vt voluit Ant. in d. Cle. 1. & ibi quoque Imo. col. 3. verſi. no. bene ex gl. de proba. & Ro. in d. l. ſi duo. ff. de acq. hære. iterumq; in d. l. qui bona. §. qui dãni, & ibi quoq; Alex. col. 2. ff. de dã. infec. vbi & Roma. hanc adijcit rationem, quòd cùm dicitur pleniſſima, idem eſt, acſi diceretur, omnimoda probatio, quæ excludit probationẽ contrariam: vt mox dicemus in ſeq. limitatione. Et idem voluit Soci. d. regula 380. in 2. fal. & Fel. in d. c. graue, colum. vlt. extrà de offi. iud. & in d. c. paſtoralis, vbi ſuprà de exce. & in d. c. propoſuiſti. col. 1. de proba. & Hipp. Marſil. in repet. rub. C. de proba. colum. 30. verſi. limita tamen prædicta, & ſing. 357. extant ſtatuta. Et faciunt quæ de pleniſſima munitione, & ſecuritate, & liberatione dicam infrà, eodem tit. §. 35 glo. 4. nu. 38. quæ ſententia. Sed tu ſuper hac limitatione vide, quæ dixi in præcedendi limitatione, cùm ex Franc. Are. loquutus ſum de pleniſſime iuriſdictione, & quæ etiam dicam in ſequenti limitatione.

22 *Quid, ſi ꝓ omnimoda ꝓbatione.*

Quartò igitur limita, niſi ſtatutum dicat, quòd omnimodo, ſiue omnino credatur iuramento, ſiue quòd iuramentum omnimodam fidem ſiue probationem faciat, tunc enim nec contrarium probari poteſt, ut poſt Bald. in exceptionibus Iuris canonici voluit Ro. in d. l. ſi duo. ff. de acqui. hæredi. & in d. l. qui bona. §. qui damni, & ibi quoque Alex. col. 2. ff. de dam. infect. per gloſſ. in Clemen. 1. in uerbo, omnimodam, de fo. compe. Et hoc quoque voluit Barb. in d. l. ſciendum, col. 14. ff. de verb. obl. per illam eandem gl. quam dicit ſing. & Soc. d. regula 380. in vlt. fal. & Fel. in d. c. graue, colum. vl. de offi. iudi. & in d. ca. propoſuiſti, de prob. & in d. cap. paſtoralis, de excep. & Hippo. Marſil. in d. l. 1. §. ſi ſerui, col. 1. ff. de quæſtio. & ante hos Alberi. quem nullus eorum citat in ſecunda parte ſtatutorum, q. 13. item quæro ſi ſtatuto vel reformatione.

23 *De eodem.*

In quam ſententiam facit tex. in l. antiquę, in prin. verſ. ſed & ſiquidem, ibi, omnimodo eſſe credendum. C. ad Senatuſconſul. Velleia. & ibi gl. quę expreſsè negat illic poſſe probari contrarium. & tex. in §. vlt. Inſtit. de tutel. ubi lex interpretatur, quòd quando vult omnimodo ſtari aſſertioni teſtatoris approbantis perſonam, illud uerbum omnimodo exponitur, ſine cauſę cognitione. & ſic patet, quòd iudex non poteſt inquirere, utrũ ea aſſertio ſit uera, an falſa. Et quod habetur in l. quoties, in princ. iuncta glo. ff. de noxa. & in l. ſi cùm exceptione. §. ſed & ſi quis. ff. quod me. cau. ubi probatur hãc dictionem, omnimodo, idem ſignificare, quod pręcisè: cum alijs multis concor. à me collectis in d. repe. l. ſi vnquam, in uerbo, reuertatur, nu. 88. eſt enim & hęc dictio. C. de reuoc. donat.

*Omnimoda, dictio præciſa.*

24 *De eodem*

Et hæc quidem propè omnia allegat Franc. Aret. in d. l. ſi duo, de acqui. hæredi. ubi primum in col. eius l. 2. videtur dubitare, an hęc limitatio ſit uera, quoniam gl. in d. clemen. 1. de fo. compet. qua maximè innituntur, qui hanc limitationem adſtruunt, non dicit, quòd hęc dictio, omnimodo, ſignificet aliquid præcisè, ita ut non poſſit probari contrarium, quando apponitur facultati probandi: ſed illud tantùm, quòd vbi conceditur alicui omnimoda iuriſdictio, intelligitur concedi merum imperium, quod aliàs in ſimplici conceſſione iuriſdictionis non comprehenderetur, per l. imperium, cum ibi notatis. ff. de iuriſ. om. iudi. & l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & ita (ait) bene probat dict. gloſſ. quòd ea dictio, omnimodò, propter ſui vniuerſalitatem, vt ipſe loquitur, ſe plus extendit, quàm ſimplex conceſſio, ſed non eatenus tamen, ut probationem excludat. Et quia etiam ille tex. in d. l. antiquæ, poſt illa uerba, omnimodo eſſe credendum, addit, quòd nullum au-

O xilium

xilium competit mulieri, ac ſi diceret, non amplius eſſe diſceptandum: quod fruſtra eſſet additum, ſi id priora verba ſignificaſſent. Tandem uerò col. ſeq. verſ. & quia ſuprà diximus, videtur huic limitationi adhærere, per d. §. vlt. Inſt. de tutel. & p tex. & gl. in d. l. ſi cũ exceptione.

25 VERVM Phil. Dec. in d. c. propoſuiſti, col. 3. uerſ. tertiò fallit, de proba. interpidè tenet contrarium: quia licet ſtatutum (inquit) loquens per verbum, omnimodo, videatur præciſè loqui, hoc tamen intelligitur, quantum ad integrandum, ideſt, ut ipſe intelligit, integrum reddendum iuramentum, ut habeatur pro probatione integra: cùm aliàs non ſit legitima probatio, ut ſuprà diximus ex eodem in ſecunda limitatione, ad fin. Et in hoc ſatis ſtatutum operatur, etiam ſi probatio contraria non excludatur, vt & ibi diximus. Ideò Bal. in ſimili in l. vlt. C. de contrahend. emptio. ſcribit, quòd licet contractus emptionis poſſit conferri in arbitrium tertij, ut quod ab illo dictum fuerit, omnino ſeruetur, tamen ſi iniquè arbitretur, ab eo receditur, l. ſi libertus, ff. de oper. liber. nam uerbum, omnino, congruam recipit determinationem. Et reſpondet Decius ad contraria: quia, vt ipſe dicit, non loquuntur in materia probationis, niſi d. l. antiquæ, in qua non admittitur probatio in contrarium, quia aliàs dictio illa, omnimodo, nihil operaretur, cum loquatur in inſtrumento, quod aliàs per ſe & ſine alio adminiculo plenè probat, l. cum precibus. C. de proba. Ideoque ut ea dictio aliquid operetur, non admittitur probatio. Sed & tu ultra eum dicere potes, quòd ea lex ulterius procedit, declarando non admitti probationẽ: ideò nihil facit ad hanc partem, ſed potius contrariam, ut diximus ſuprà ex Franc. Aret. Et adde etiam, quæ diximus in duabus præcedentibus limitationibus: nihil enim uideo, quare omnimoda probatio plus habeat roboris, quàm plena, ſiue plenaria, aut etiam pleniſſima probatio, de quibus inibi diximus.

26 *Quid, ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, ſufficere iuramẽtum.*

QVINTÒ limita, ut procedat, quando ſtatutum ſimpliciter diceret, ſufficere iuramentum ad probationem: tunc enim haud dubiè poſſet probari contrarium. Secus, ſi diſponeret, ſtandum eſſe iuramento. Tunc enim non audietur volens probare contrarium, etiam ſi ſtatutum expreſsè non reijciat probationem contrariam: ex ſententia Bald. ita nominatim intelligentis, in c. nonnulli, col. pen. extrà de reſcript. vbi ita dicit tenere Ioan. And. in c. ſtatutum, de reſcript lib. 6. Et idem rurſus uoluit ipſe Bal. in l. 3. in fi. princ. ff. de iureiur. vbi ad hoc allegat text. cum glo. in l. ult. ff. de in litem iuran. Sed & idem voluit Alber. in d. l. 1. C. ſi aduer. liber. per l. 1. ff. ſi men. fal. mod. dix. & Stepha. Bertran. conſ. 27. ſi hic eſſe quæſtio, uerſ. ſed nos non ſumus, lib. 1.

27 SI hoc uerum eſſet, palàm atq; apertè deſtrueretur eorum doctrina, quos ſuprà in prin. huius gl. citauimus, quorum maior pars nuncupatim loquitur de ſtatutis diſponentibus, ut quorundam iuramento ſtetur, & inter cæteros Bal. ipſe ſibi, ut ſæpe aliàs, & propè ſemper contrarius, in d. l. 1. & ibi quoque Salyc. C. de reb. credi. & rurſus idem Bal. in l. ſi tutor, ad fi. C. de peri. tut. & Ang. in d. l. qui uas, in princ. ff. de fur. Hos enim ſatis fuit ex tanto aceruo nunc aduocaſſe. Et idem prætereà reſpondit Steph. Bertran. & ipſe ſibi contrarius, conſ. 7. etiam ſi caueretur, in princ. lib. 2. Et ideò hanc limitationem expreſsè carpit Iaſon in d. l. 2. §. ſi abſens, col. 2. uerſ. ſecundò dicta concluſio. ff. ſi ex noxa. cau. agat. Cui ego gradatim accedo. nam etſi leges ubique conclament, ſtandum eſſe inſtrumentis publicis & teſtibus, non proptereà tollitur facultas probandi contrarium, ut iam ſępius diximus.

28 *Quid, ſi is, contra quẽ iurat, eſt contumax.*

SEXTÒ limita, non procedere, ſi is, aduerſus quem iuratur, fuit contumax, uel in dolo, ut cùm iuratur aduerſus ſpoliatorem, ex d. l. ſi quando. C. vnde vi. quia tũc contra iuramentum probari non poteſt, ut uoluit Imol. loquens per uerbum, fortè, in d. l. qui bona. §. qui damni, & ibi quoque Roma. ff. de damn. infect. & iterum ipſe Imol. in d. cap. propoſuiſti, & ibi etiam Franc. Aret. extrà de proba. per d. l. ſi quando, in fi. cùm dicitur, condemnare oportet. l. ſi per alium. §. in eum autem. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. eſt, & Auth. hodie. C. de iudi. quæ nihil huc facit, ſed credo eum uoluiſſe allegare Authen. poſt iuſiurandum, eo. tit. Sed & idem voluit ipſe Imol. in cap. ult. col. 6. & iterum 8. & ſeq. & ibi quoque Panor. col. ult. extrà de his quæ ui metusve cau. fin. & Alex. in l. admonendi, col. pen. verſ. in ea. ibi. l. ſi quando. ff. de iureiur. Ang. Aret. in tract. malefi. in uerbo, necnon ad denunciationem, nu. 15. ubi & ad hoc allegat l. 1. C. de ſer. fugi. quæ nihil huc facit. *vel in dolo, leg. ſi quando. C. unde vi. an admittat probationẽ cõtrariam.*

29 *De eadem re.*

ET idem videtur uoluiſſe Inn. in c. cùm dilectus, col. 1. in verbo, & alijs, ad fi. extrà de ordi. cog. & Bart. in d. l. admonendi, col. 3. uerſ. ſecundò oppo. ff. de iureiur. cùm dicit, ꝙ ſententia lata ex iuramento præſtito ſecundum d. l. ſi quando, non retractatur ob inſtrumenta nouiter reperta, & ſequuntur Ang. & Alex. ibi, uterq; col. vlt. & Iaſon in lect. col. 11. uerſ. limita prædictam. & Bald. in l. uideamus §. deferre, in lect. antiqua, & ibi quoq; ipſe Ang. ad fi. ff. de in litem iuran. & Ant. in d. c. vlt. etiam ad fi. extrà de his, quæ ui metusve cau. fi. Quaſi ſcilicet non liceat quoquo modo impugnare aut reprobare huiuſcemodi iuramentum, & ſententiam vi illius latam.

30 *De eadem re.*

VERVM contra hanc limitationem, ut ſcilicet liceat probare contrariũ aduerſus id iurm̃ præſtitum ex lege aduerſus contumacem, aut doloſum, expreſſim tenuit Alex. ſibi cõtrarius, in d. l qui bona. §. qui damni, col. vlt. & iterum in d. §. deferre, col. ult. & Barb. in tract. de præſtan. Card. in 2. q. partis, col. 2. uerſ. decimò facit, Fely. & Phil. Dec. in d. c. propoſuiſti, uterq; col. 2. de probat. Et expreſſim etiam in caſu d. l. ſi quando. C. unde vi, ut contrarium probari poſſit, tenuerunt Inn. Io. Andr. & Ant. in d. c. ult. de his quæ ui metusve cau. fi. & Ang. in d. l. qui vas, in princ. ff. de fur. Imol. ſibi itẽ contrarius, in l. quod iuſſit, col. 2. ff. de re iud. & in l. ait Prætor. §. 1. ad fin. eod. tit. & Barb. in d. tract. de præſtan. Card. ubi ſupra col. 2, uerſ. decimò facit. & Aug. Ari. in addi. Ang. Aret. ubi ſuprà. & Iaſ. qui hoc latiſſimè omnium diſputat, & tãdem hanc opi. ſequitur in d. l. ſi quando, col. 4. & 5. ubi reſpondet rationibus aduerſariorum, præterquam d. l. ſi per alium. §. in eum autem. ff. ne quis eum qui in ius uocat. eſt, & d. Auth. poſt iuſiurandum. C. de iudic.

31 *De eadem re.*

TV autem ad d. §. in eum autem, potes dicere, illud ibi fuiſſe ſtatutum in pœnam, ob graue illius delictum, qui ui exemit, ut ibi expreſſim declaratur. Et ibi prætereà conſtat de mente legis, quę vlterius procedit in diſponendo, ut inſpiciatur non quod in ueritate eſt, ſed quanti res eſt ab actore æſtimata, etiam ſi is calumniatus ſit. Secus, ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur: nam intentio eius videri non poſſet, alter ex falſo iuramento lucraretur. In d. quoque Auth. poſt iuſiurandum, lex etiam ulterius progreditur, declarando non amplius eſſe inquirendum de taxatione iurata. Vel ad eam poteris aliter reſpondere, ſecundum ipſum Auguſt. Ari. vbi ſuprà, erranter tamen poſt Ang. allegantem Authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. loco (ni fallor) dict. Auth. poſt iuſiurandum. nam d. Auth. ſed nouo iure, non magis quidem, quàm illa alia Authẽ. hodie, quicquam ad hunc locum pertinet. Sed uide, num voluerit allegare Auth. ſed nouo iure, in fi. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. ubi ſi quis litigantium iurauerit ſe non dediſſe, uel promiſiſſe, in caſu de quo loquitur, poteſt tamen intra decẽ menſes poſt ſententiam probari contrarium, aut etiam Auth. hodie. C. de repu. in illis uerbis, ſed qui iurauerit, ſi falsò iuraſſe conuincatur. Sed hæc iura facerent contra aliam ſententiam.

32 *De eadem re.*

EIVS autem, quod ſuprà diximus ex Bartol. & alijs de inſtrumentis nouiter repertis, in caſu d. l. ſi quãdo, cõtrarium nuncupatim & ex profeſſo tenuit Ro. in rep. d. l. admonẽdi. col. 10. & ibi quoq; Fran. Cur. ſenior, charta antep. De quo & tu vide Alex. ibi, col. pẽ. & Iaſ. in rep. col. 18. nu. 39. qui eſt in verſ. nota etiam prædicta, & iterum col. 110. nu. 257. uerſ. in ea gl. ibi, itẽ datur. & Franc. Rip. nume. 69. & ipſum Alex. in d. l. uideamus. §. deferre, col. ult. ff. de in lit. iurã. & eundem Iaſonem in d. l. ſi quando, col. 6. uerſi. quid autem eſſet.



33 *Quid, ſi ſtatutum diſponat de iuramento Officialis.*

SEPTIMÒ limita, vt procedat, cũ ſtatutũ diſponit de iuramento partis, vt ſcilicet ei credatur: nam tũc contrarium poterit eius aduerſarius probare. Secus ſi diſponat de iuramento Officialis, cui ſtari idipſum iubet. Nã tunc amplius contrariũ probari nõ poterit. Ita enim expreſſim voluit Ang. in d. l. qui bona. §. qui dãni. ff. de da. infe. Sed cõiter tenetur cõtrariũ, nam maior pars eorum quos ſuprà in princ. huius gl. adduximus, expreſsim loquũtur in ſtatutis diſponentib. credi iuramento Officialis, & tamẽ admittunt probationẽ contrariã. Alij ſimpliciter loquũtur de iuramento, cui ex lege vel ſtatuto ſtari iubetur: nec diſtinguunt inter Officiales & alios.

34 *Quid ſi iuramentum præſtetur præſente & tacente aduerſario.*

OCTAVO limita, vt procedat niſi iuramentum præſtitum ſit præſente & tacente aduerſario, cuius intereſt: nam is poſteà non audietur, uolens probare contrarium, ut notanter uoluit Cald. in c. ſtatutum. §. cùm verò, & ibi ẽt Domi. colum. 4. verſic. ſed an contra iuramentum, & Philip. Franc. col. ult. de reſcriptis lib. 6. & Fel. in d. c. propoſuiſti, col. 2. de proba. ubi id dicit eſſe not. & addit rationem, quia etiam in præiudicialibus taciturnitas in iudicio habet uim conſenſus, l. cùm oſtendimus. §. ultim. ff. de fideiuſ. & c. 2. de accuſ. lib. 6. Sed & idẽ quoque tenet D. Aufrer. in deci. Tholoſa. qõ. 237. item quidam bononienſis.

35 SED hoc quoq; nõ admodũ tutum eſt, quia regulariter tacens non videtur cõſentire in præiudicium ipſius l. inuitus. ff. de procur. & d. l. qui uas. §. uetare. ff. de fur. cum ſi. pręſertim in iſto caſu, quo tacẽs nõ põt impedire illud iuramentum a ſtatuto delatum, per notata pleniſsimè p Bar. & Recentiores in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & diximus ſuprà eo. tit. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 147. ſextus idemq; poſtremus. Nec ab oĩb. recipitur, quòd ſuprà diximus de taciturnitate iudiciali, vt alibi copioſè diximus. Tum quoq;, quia facultas probandi contra iuramentum ſeparata eſt ab ipſo iuramento ideò licet tacens uideatur conſentire reſpectu iuramẽti, vt ſcilicet alter iuret, ſicuti à ſtatuto diſponitur, nõ proptereà neceſſariò infertur tolli facultatem probandi contrarium. Sicut etiã, cùm reus qui tacet dum actor probat ſuam intentionem teſtibus aut inſtrumentis, non ob id excluditur à contraria probatione, vt ſæpius ſuprà diximus. Quod autem Calde. & alij in priori parte dicunt, Iure nõ probatur, vel etiã põt habere locum in caſu d. §. cùm verò, in quo non agitur de magno pręiudicio, & in eo, ſufficit iuramentum de Iure communi. Secus videtur in ſtatuto, quod ſtrictè eſt interpretandum, cùm ſit contra Ius commune, & de magno præiudicio agatur. Ideoq. Phil. Dec. ijs propemodum rationibus motus, hanc partem ſequitur in dicto capit. propoſuiſti.

36 [NONO limita, vt admittatur probatio in contrariũ, vbi eſt quæſtio magna cuiuſpiam rei, ſecus ſi modicæ. Ita enim not. uoluit Roman. in l. vlt. quam legit cum l. in inſtrumentis, quæ eſt pen. ff. de in lit. iuran. per glo. in l. vlt. in uerbo, facilè, & in l. videamus. §. item videndum. eodem titu. idque dicit eſſe ſingu. Et certè id rationabile videtur, vt pro modico non diſcedatur a lege vel ſtatuto, quod iubet ſtari iuramento patris.]

37 *probatio p res euidentiã, admittitur, etiã ſi probatio reijciatur. Huiuſmodi probatio omniũ optima.*

HAS autem limitationes, quæ reiiciunt probationẽ contrariam, etiam ſi veræ eſſent, & ſi quæ aliæ huiuſmodi ſint, intellige, vt non procedant, ſi contrarium probaretur per rei euidentiam, & aſpectum. Nam, ut ſcribit Azo in Summa. C. ad legem Aquil. nulla vnquam uirtus fuit excludere huiuſmodi probationem, prout eum multi allegant, quamuis idipſum non reperi in meo codice, ſed ita eum citat & ſequitur Bald. in l. contra negantem, in ſin. C. eodem titu. & in rub. C. de probatio. colum. 1. uerſic. redeo igitur ad primum: ubi hinc dicit; quòd hæc probatio eſt omnium optima, & ſuperlatiua probationum: quia illi ſunt uериſimi ſermones, qui concordant cum rebus ſenſatis, ex Ariſtotele, & Auerroe, & probatur, ut dicit in l. ſi irrupto. §. ad officium. ff. fini. regun. Et idem penè ex eiuſdem Azo. autoritate, dicit ipſe Bald. in l. 1. C. ſi aduer. liber. & in l. penult. in fin. C. de peri. tuto. & Ioan. Pla. in l. 1. paulò ante fi. C. de cano. fru. urb. Romæ, libro 11. Cępolla cautel. ſecundum poſtremam editionem, 104. multa ſunt. Barba. in capit. euidentia, extra de accuſatio. ubi id admodum extollit, & in capit. 1. colum. 41. de offic. ordin. & conſi. 7. clementiſſimi, colum. 4. libro 1. Alexan. in l. eum qui. §. ult. colum. pen. ff. de iureiuran. & conſilio 117. poſteaquàm in caſu magnifici, ad fi. libro 1. ubi ex hoc dicit, quòd nunquam talis probatio intelligitur eſſe excluſa, & rurſum conſilio 186. uiſis ſubtiliſſimis, colum. 4. uerſic. & dicit Bald. libro 2. & conſilio 35. uiſo proceſſu, colum. 4. libro 4. & conſi. 63. ſtantibus his, colum. penult. uerſi. accedit quòd ubicunque. eod. lib. 4. quod conſil. iterum repetitur conſilio 39. lib. 6. Franc. Cur. ſenior in repe. d. l. admonendi, tum alibi, tum colum. 89. uerſicu. imò uolunt Doct. ff. de iureiur. Iaſ. in l. eum qui. §. in popularibus, colum. 3. ff. eo. titu. & in l. 1. colum. 6. uerſic. circa aliud. ff. de oper. noui nuncia. & in d. l. uideamus, colum. ult. iterumque in l. ult. ff. de in lit. iuran. Caro. Ruin. conſilio 138. omiſſis, col. 5. nume. 24. libro 5. Philip. Dec. in cap. cum ſpeciali. §. porrò, in 2. notab. extrà de appellalio. Catel. Cot. memori. incip. damnum datum, Hippo. Marſil. in dicta l. 1. §. ſi ſerui, colum. 2. ff. de quæſtio. & in repet. rub. de proba. colum. 30. uerſicu. quod tamen puto. & And. Alcia. in tract. Præſumptionum, parte 2. num. 16.

38 *De eadem re.*

ET hanc quoque ſententiam fulcit, quòd à Bald. ſcriptum eſt, in l. ſi quis teſtibus, ad fi. & ibi quoque Sal. col. ult. uerſic. quæro an poſt. C. de teſti. quòd quamuis quis poſtquam didicit teſtificata, non admittatur ad probationem: non tamen per hoc reijcitur ea probatio, quæ fieret per euidentiam facti. Id quod etiam dicit tenere Spec. ti. de proba. §. uidendum, uerſi. hoc quoque, & ſequitur Ro. in rep. l. ſi uero. §. de uiro, in 31. fal. ff. ſolu. matrim. ubi tamen dicit, & quidem uere. Spe ubi ſupra, id non dixiſſe; & idem Rom. in rep. rub. de arbi. col. 9. uerſic. item fallit, ſi per euidentiam, & Steph. Bertr. conſil. 337. non puto, col. 2. lib. 1. & Matth. Afflict. dec Neap. 216. quotidie, nume. 3. Confirmat quoque eam ſententiam, quod tradit idem Bald. in l. 1. in fin. C. ſent. reſcin. non poſ. quod per euidentiam facti poteſt reprobari ſententia ſine appellatione, per l. confeſſionibus. ff. de interro. act. Nam & ſententia, quæ per euidentiam facti nulla eſt, nunquam tranſit in rem iudicatam, cap. fraternitatis, circa medium, & ibi Inno. & alij, extrà de frig. & malefi. & ſequitur Alex. d. conſi. 63. ubi ſupra, lib. 3. & Iaſ. conſi. 21. uenerabilis, colum. 2. uerſic. 2. lib. 1. cum ſimil. adductis ab ipſo Iaſ. in d. l. 1. ff. de ope. nou. nunc.

39 *De eadem re.*

VT iam nihil dubitandum ſit, quin huiuſmodi probatio, quæ fit per euidentiam & aſpectum rei, ſit omniũ optima, ut ſupra diximus ex Bal. & uoluit ẽt idem Bal. in l. Deo nobis, colum. 3. uerſic. ſed ponamus ꝙ dubitatur C. de epiſc. & cler. per c. quod autem interrogaſti, 27. q. 2. & ante eum quoque uoluit Inn. in d. c. propoſuiſti, extra de proba. per tex. in c. nec aliqua, 27. q. 1. quem nuncupatim refert & ſequitur Paul. Caſtr. conſilio 174. contra ſuperius conſulta. col. 2. uerſic. nec obſtat quod decretum, libro 1. & conſil. 81. in cauſa quæ uertitur inter reuerendum, col. 2. uerſi. tertio inducit, lib. 2. & Cępolla conſilio

cauſarũ criminalium 3.in cauſa querelę, col.1. Glo.aũt in c.ad noſtrum, el 2.in verbo, requirit,de iureiur.dicit nullam eſſe validiorem probationem, quàm per euidentiam facti, & voluit etiam Barb. qui alios citat,conſi.7,clementiſſimi,col.4.verſic.item ille notarius, lib.1.

49 *De eadem re.* Nec omiſerim (quod illam opi, non mediocriter adiuuat) id quod non obſcurè voluit gl.in l.1.§.hoc interdictum pertinet,verſi.ſiue ſupremæ tabulæ, in verbo, imperfectam.ff.de tabu.exhib.quòd ſi à ſtatuto reiectæ ſint omnes exceptiones, illæ tamen obijci poterunt, quæ ex inſpectione inſtrumenti, vel contractu, ſiue ſententiæ, aut alterius actus, à quo reiectæ ſunt, apparent. Et hoc apertiſſimè voluit Bal. in l. ex prædijs. C. de euictio. & latè Rom.qui alia multa ſimilia allegat,conſi.42.viſis quæ egregiè,& aliquid præterea per eundem, conſil. 51.attentis his, paulò ante fi. Et de hoc quoque pleniſſimè dicemus infrà tit.*de notaires*. tit.27.§.1.

41 *Statutum reijciẽs p̱bationem, non eã tollit, quæ admittitur contra p̱ſumptionẽ Iuris, & de Iure. Conſuetudines.* Intellige ſecundò vt reijciatur in illis caſibus probatio contraria, niſi quis vellet probare contrarium ijs modis, quibus admittetur probatio contra præſumptionem Iuris, & de Iure: vt nuncupatim voluit Alexan. in d.l.qui bona.§.qui damni, col.pen.ff.de dam.infec.& Aug.Ari.in addi.Ang.Are.in tract.malefi.in verbo, nec non ad denuncitationem, num. 17. Hos autem modos ſcies ex glo.& Doct.in Auth. ſed iam neceſſe.C. de donatio.ante nup.et iterum in corpore auth.vnde ſumitur. & Ro.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære. Alexand.in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.oblig.& conſi.91.in cauſa & lite,col.vlt. lib.6.& Cano. in c. is qui, extrà de ſponſal.& omnium copioſiſſimè And.Alcia.in tract.Præſumptionum,parte 2.per totum.

42 *Aliæ conſuetudines.* Postremò non omiſerim, ſimilem eſſe apud Senones conſuetudinem, c. 53.conſuetudinum eius loci, & etiã Treccenſes, c.164.vt ſcilicet admittatur conſanguineus ad probandum verum precium contra iuramentũ emptoris,atq; in ijs locis ſunbiungitur,qua pœna puniẽdus eſt emptor, qui ex probatione conſanguinei compertus eſt falſum iuraſſe. Sed & apud Burdig. admittitur ad id conſanguineus,non obſtante iuramento emptoris.§.huius tit.15.qui eſt 18.omniũ eius gentis conſuetudinum. Tu autem vide, quomodo apud cæteros puniuntur emptores,qui verum ipſum preium mentiti ſunt, videlicet apud Cenomanẽſes,c.383.& ſeq.Andegauenſes, capit.374.& ſi quæ aliæ de hac re loquuntur. Ex cõſuetudine autem Britonum poſt huiuſmodi iuramentum præſtitum petente conſanguineo, non admittitur ipſe conſanguineus ad probandum contrarium, vt ſcribitur hoc eod.tit.§.8.

*ET CE PENDANT NE COVRRA PAS LE TEMPS.*

NEC INTERIM CVRRET EI TEMpus, Gloſſ. II.

1 *Conſanguineo nõ currit tẽpus, ſi probauerit emptorem nõ declaraſſe uerũ preciũ. Denunciatio nõ ueri precij, pro non facta habetur.* INTELLIGE ſi probet non eſſe verum precium, vt poſteà declaratur verbis ſeq.nã vt ſcribitur in l.ſi quis.ff. de vſur. ſi quis ſolutioni moram fecit,iudicium autem accipere paratus fuit, non videtur feciſſe moram, vtique ſi iuſtè ad iudicium prouocauit.Cuius autoritate Ro.cõſi. 244.pro euidentia,circa medium,dicit eum non eſſe in mora,qui ex iuſta cauſſa litigat,& alia quoque iura allegat. Sed & hac etiam ratione non currit tempus cõſanguineo,quia declaratio non veri precij ab emptor facta non plus habet virium, quàm ſi nullum omnino precium declaratur fuerit,arg.l.eum qui.§.cùm igitur.ff.de in diẽ ad,& l.ſicut.§.nõ videbitur, in fi.quib.mod.pign. vel hypo. ſolui. Et ita in emphyteuta non verè denunciante domino precium, quod ſe dicit ab alijs reperire, ut.ſ.pinde ſit,atq; ſi nõ denunciauerit,tenuerunt Io.Fab. Sal.& Iaſ.in l.vltim per illum text.ille quidẽ col. vltim iſte, col.4.verſi.quæro, emphyteuta volens vendere. hic col.6.in 6. item nota. C.de iure emphy. Hoſti. in.c. potuit,col.1.in verbo, offeratur, per illum tex.& ibi quoq; Ioan.And.etiam col.1.& in eodem verbo,Collec.col.4. ver.ſed quid ſi retulit, Imo.in 1.notab.Barb.col.1.& alij extrà de locat.Spec.eo.tit.§.nũc aliqua,ver.92.& Steph. Bertr.cõſ.155.ponitur in facto ante fi.li.2.Ludo.Gozad. conſ.47.viſis inſtrumentis,col.2.nu.7.

Et vide quæ dicam infrà §.36. eodemque vlt. in gl. 2.numer.2.hic autem multa. quod tradit Moder.Pariſ. in cõſuetudi.Pariſien.tit.1.§.13.gloſ.8.in fi quòd ſi contrahentes maius precium finxerunt, ideoque dominus feudalis ea precij magnitudine deterritus acceperit laudimia,ſi poſtea ei innoteſcat minus fuiſſe preciũ,poteſt redire ad retractũ rei,reſtitutis aut deductis laudimijs. 2 *De eadem re.* Id quod etiam voluit Ferronus in commentarijs cõſuet. Burdig.tit. de feudis. §.8. Sed & plus voluit Pet. Iac.tit. de act.in rẽ libel.general.ibi,effectus quia emphyteuta, quòd emptor rei emphytuticę domino mentiens verum preciũ,vel vt minus laudimiorum ſoluat,vel ne rem accipiat iure prælationis, cadit emphyteuſi. & ſequitur Guid.Pap.Dec.Delph.171.reperio,ad fi. *Emphyteuta mẽtiens uerum precium, cadit emphyteuſi.*

*AVRA COVRS CONTRE LE RETRAYANT.*

CVRRET ID TEMPVS ADVERſus retrahentem. Gloſſ. III.

1 *Litis euentus oſtẽdit dolum, & malam fidem.* ALIAS eſſet liberũ conſanguineo malignè negando verum precium, ſtatuto noſtro, quod in id tempus præſtituit, illudere,& ſibi arte improba idem tempus trahere. Et id quidem ſcienter & doloſè,atq; ſine iuſta cauſa feciſſe cenſendus eſt ex litis euentu,in qua ſuccubuit: vt nuncupatim voluit Io.And. vt à quibuſdã citatur, in c.1,de elect.lib.6. in Nouel.& Bald. & Sal.in l.properandum. §. ſin autem alterutra, vterq; poſt prin. per illum tex.C.de iudici.idem Bal.in l.contra maiores, in fi.C.de inoffi. teſta. & Io. Fab. loquens in noſtra materia retractus, in §.qui autem, Inſtitu, de excuſ.tuto.per quædam ibi allegata, & quæ aduocauimus ſuprà §. 1. glo.10.quæ eſt in verbo,*dedans l'an*, nu.42. quod tamen.

2 *De eadem re.* QVIBVS adde tex.in l.accuſaturus.ff. de adulte.& l. ſi pater.C.ne de ſtatu defunc.& l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipiũ.ff.de ædil.edic.& glo.in l.1.in uerbo, quòd ſi non docueris, & ibi Doct. C. de aduoc. diuerſ. iudi.& in l. Herennius §.vlt.ff.de euicti.Et quod per ea iura poſtremò allegata tradit Bald. in Auth. ei qui, poſt prin. ibi, quæro appellans. C. de tempo. appel. quòd ſi appellans ineptum libellũ propoſuerit, ſuper quo fuerit diutius diſceptatum,et tandem pronunciatum,eum eſſe ineptũ, currit tempus fruſtratori.Subditq; idem eſſe in eo, qui miſit procuratorem non idoneum, & diu fuit pronunciatum eſſe inualidum; nam ſimiliter currit tempus ſua culpa.& allegat c.Nicolao, extrà de prob.& l.ſi procuratorem.§.tutorem.ff.manda. Et ſimile huic poſtremo dictò quippiam tradit Bart.in l. 2. §. non ſolùm, per illum text. ff. ad Senatuſconſul. Tertul. & in l.& finita.§. Iulianus,col.3.verſ.ſed quid ſi prima.& ibi quoq; Alex. col. 10. verſ. item adde. ff de dam. infect. & D. à Rota, Deci.102.fatalia,in fi.in nouis & Pau.Caſt.in l.diuus.ff. ad leg. Falcid. Et vide etiam text. in l.nemo rem ſuam vtiliter.§.1.ff.de verbo.obl.vbi in mora eſſe dicitur,qui ſine iuſta cauſa litigat. & quæ dicam infrà §. 12. in gl. 2.nu.4.

4 *Quid ſi cõſãguineus non probauit, tamen probabiliter dubitauit.* SI tamen conſanguineus probabiliter dubitabat de veritate precij, ideoque in controuerſiam eius venit,





nit,poſſet videri,etiam ſi ſuccubuit,tempus ei non cucurriſſe, per tex.in d.l.2.§.non ſolum. & not.per Iaco.Aret. Pet.Dy Cy Bald Sal.Pau.Caſt.& Iaſon.in d.l.contra maiores.C.de inoffi.teſta.Ang.in l.Paulus.§.1.col.2.ver. & vnum ſcias.ff.de vſur.Raph.Co.conſ.36.proponitur,col. 1.Roma.& Franc.Aret.in l.quandiu inſtitutus. ff.de acq. hær.Phil.Dec.in c.ex ratione,col.7.verſ.quod tamen verum, extrà de appel. cum his quæ ſcripſimus ſuprà §.1. glo.10.in verbo,*dedans l'an*, num.42.quod tamen intelligunt.Tamen nõ auderem diſcedere à generalitate, vt ita loquar,huius conſuetudinis,quæ ſine delectu ac diſtinctione ſtatuit,tempus currere ei, qui ſuccubuit, præſertim in ſtricta materia,cuiuſmodi retractum eſſe pronunciauit noſtra conſuetudo infra. §. 35. &, vt multis placuit,odioſa,vt diximus ſupra in præfat.huius titu.num. 60.quamobrem ſunt multi,& ſeq. Conſulo igitur,vt cõſanguineus, niſi omninò certus ſit de probatione haud veri precij aduerſus inſtrumentum,ſoluat integrum precium in inſtrumento comprehenſum,ne vt morator,cadat retractu,cum proteſtatione repetendi id, quod reperietur ex exitu cauſæ eſſe vltra verum precium, ſecundum ea quæ dicam in ſimili,in § ſeq num.2.Et ſic tutus erit,tamen repetet,quod indebitè ſolutũ comperietur.

4 *Morator. Moroſus.* ET quia vſi ſumus vocabulo illo moratoris, illud hìc obiter dicere volumus, nos moratorem appellare, quem moroſum noſtrates ubique appellant,pro eo ſcilicet,qui moram cuipiam rei facit. Cùm tamen moroſus non id ſignificet,ſed difficilem intractabilem. faſtidioſum.Plautus de amore loquens in Trinummo: Is mores hominum moros & moroſos efficit. Tull. li. de Senect. At ſunt moroſi & anxij & difficiles ſenes. Et li.1.De Orato. Vſque adeò moroſi ſumus,vt nobis non ſatisfaciat.& lib.Epi.Famil.7.ad Trebatium: Quàm ſint moroſi, qui amant,vel ex hoc intelligi poteſt,&c.

Et Horat.lib.Carm.1.Ode 9.

*Donec virenti canities abeſt Moroſa.*

Et hinc moroſitas apud Tull.in eod.li.de Senect Et moroſè apud Vlpianum noſtrum in l.ſolet.§.non verò.ff.de off.Procon.& Plin.lib.18.c.13.Ideoque & ea vox à morib.deducta eſſe videtur. & placet Donato in Hecyram Teren. *Moroſè.* Morator autem à morandi verbo,qui ſcilicet moratur,ſiue moram nectit,vel cunctatur. Liuius libr.2.ab Vrb.cond.Nouemque Tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum Conſules habent.Et lib.4.Belli Punici: Et ad viginti millia, aut moratorum,aut palantium per agros interfecta. *Morandi verbum.* In hac etenim ſignificatione verbum morandi ſæpiſſimè intelligitur,vt in l.ſi ſeruum,in prin.verſ.ſi autem alienus.ff.de uer.obli.vbi ſcribitur: Poſteaquam moratus eſt ſolutionem,id eſt,ut rectè interpretatur Accurſ.diſtulit, & in l. ſi uſusfructus.ff.de uſufru.leg.cùm dicitur: Moratusque in ea danda,&c.& in l.ſi quis in hoc,in fin.ibi, imponere non morentur. C.de epiſ. & cler. & in l.2.ff.de uſu.& uſufruc.leg. qui text.loquitur de hæredibus, qui legata morantur.& in l.ſi ea.C.qui accu.non poſ. quæ loquitur de ea,quæ accuſationem moratur.Et apud Terẽ.in Heauton. Egomet conuiuas moror, hoc eſt, ut interpretatur Donatus in mora detineo. Hincque moratoria præſcriptio in l.2.C.de precib.Imper.off.id eſt,dilatoria,ut rectè interpretatur Accur.& Moratoriæ ambages,in l.ult. C.de compen.Et moratoria cautio, in l.cùm poſſeſſor, §.ult.ff.de cenſibus. Et moratoria cunctatio, in l. tutor qui repertorium. §.1.ff.de admin.tut. Alciat.autẽ noſter ubiq; moratoris uerbo hac noſtra ſignificatione utitur. *Moratoria præſcriptio. Moratorię ambages. Moratoria cautio. Moratoria cũctatio.*

§. QVINTVS.

LE demandeur en matiere de retraict, à la requeſte du defendeur eſt tenu iurer & affermer, quæ la pourſuite, qu'il fait en matiere de retraict, eſt pour luy,& en ſon nom, à ſon proufit,& ſans fraude.

AGENS *ad retractum poſtulante reo iurare cogitur actionem, quam exercet, ſuo nomine & ad ſuum commodum & ſine fraude intendi.*

GLOSSA I. ET VNICA.

1 *Conſanguineus tenetur iurare,ſe retrahere ad ſuum commodum. Sed an teneatur de ea re cauere.* ID, quod hic ſtatuitur,ex eo fit, quod etiã ſtatuitur inferius,eo.ti.§.26. vbi omninò vide, quæ dicam.& vide etiam text. huic loco accommodatiſſimum, in l.peto.§.vltim.ff.de leg. 2. ubi ſi teſtator prohibuerit,ne res hæredi relicta,alienetur, ſed ut in familia maneat: ſi res alienata fuerit, admittetur p̱ximus quiſq; ad reuocãdũ,petẽdũq; rẽ ipſam alienatam: ſed ita tñ,ſi paratus ſit cauere ſe eã rẽ in familiã relicturũ,alias ei denegatur cõdictio. Nõ auſim tñ aſſerere,cõſanguineum eſſe onerandũ cautione, cũ cõſuetudo tm̃ affirmationẽ & iuramẽtũ ipſius exigat,ſi poſtuletur,arg.l.vnic.§. ſin aũt ad deficiẽtis.C.de cadu.toll.& c.inter corporalia,ext.de trãſla.Præla.cũ ſi.nec ſuperfluis cautionib.ſit vtẽdũ.l.hæc ſtipulatio.§.Diuus.ff.vt lega.no.caue.Pau.Ca.cõſ.207.viſis oĩb.col.1.in fi.li.1.nec debeamus obligationes ex obligationib.facere.l.4.§.ait Prætor.ff.de re iud & l.dedi,ĩ prĩ. & l.mulier.& ibi no.ff.de cõd.ob cau.& qđ no. Bar.in l. 3.§.nũc de effectu.ff. de libe. leg. & q̃ ſcripſimus ſup.§.1 glo.18.in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, numero 45.ego verò,& ſequen.

2 *Sed utrum emptor p̱teſtari debet,ſe repetiturum, ſi cõtrarium cõpertum poſtea fuerit.* VERVM ego optimũ atq; tutiſſimũ iudicarẽ, vt emptor proteſtetur ſaluũ ſibi ius futurũ eã rẽ cõdicẽdi reuocandiq;, ſi ex poſtfacto cõpertũ fuerit conſanguineũ in fraudẽ hoc retractu uſum fuiſſe,ut poſtea alteri cederet, iuxta l.ſi debitor.§.1.ff.quib.mo.pig.vel hyp.ſol. & l.at ſi qs.§.pleriq;.ff.de relig.& ſump.fun.& l.ſi tñ.§ cũ redhibitoria.ff.de ędil.edi.gl.in l.elegãter,in prin.in verbo, finita,in fi.& iterũ in uerbo, p̱ ſoluto & ibi Bart.uerſ.ad fm & Bal.q id trahit ad ſimiles cõtract9,col.1.ff.de pig. ac.& ſimilis gl.in l.ſi qs aliã,ff.de ſol.& in l.libera.C.de ſentẽ.& Bal.in c.1.circa med.ti.de benef.frat.& Ale.cõſ. 79.circa primũ,col.pe.uer.cõſulo tñ, li.1. & DD.ubiq;.

3 *Vtrum autem ei ſubueniatur, ſi contrariũ poſtea appareat.* VERVM & ſine hmõi proteſtatione putarim,cõperta fraude,eſſe cõſanguineo ſubueniẽdũ aduerſus calliditatẽ eius,qui talẽ fraudẽ cõmẽtus eſt, ut in ſimili dr̃ in l. 1.§ q̃ſitũ ff de ſepa.Neq; n. ſuus cuiuſq; dolus aut fraus ſibi prodeſſe debet.l.ſed & ſi.§.planè,in fin.ff.ad exhi & c.2.ext.de dol.& cõtu. cũ multis cóc.à me adductis ſup. eo.§.1.in gl.9.in uerbo,*ou lignagier*,n.67.deniq;. Nec alteri obeſſe dẽt,c ſi cõpromiſſarius §.1.de elec.lib. 6.præſertim cũ fraus & dolus huius cõſanguinei dederit cauſam ceſſioni ei factæ ab emptore, vt q callidè & fraudulẽter nomẽ ſuũ prætexuit,atq; ita emptorẽ circũuenit.lõ & ea ceſſio nulla eſt.& ſi valeat,tamẽ reſcindẽda eſt, per no.in l.elegãter,in prin.ff de dol.mal.cũ ſi.Quid.n.id aliud eſt, quàm de pſona ad pſonã ſtatuto fraudẽ facere. qđ qui facit,nihil egiſſe vr̃.l.ſi ſponſus,in princ.ff.de donat.inter uir.& uxo.& no.in l.contra.ff.de legib. cũ ſim.

4 *Quomodo ea fraus deprehenditur.* EA autem fraus deprehenditur ex argumentis, coniecturis, & ueriſimilitudinibus, & inter alias, ſi ſtatim poſt retractum alij extraneo cedat,per l ſi uentri. §. ult. ff.de priuileg.cred.& c.officij,extra de elect.& quod uoluit Bart. in l.poſt contractum, in quinta præſumptione fraudis.ff.de dona.& quæ diximus ſuprà hoc eod. tit. §. 1.glo.7.quæ eſt in uerbo,*ou autres choſes censèes pour immeubles*, nu.76.præſumitur item & ſeq.& iterum gl.14. in uerbo,*ou equipollent à vente*,nu.37.ſed & ſi poſſeſſio.

*Conſuetudines de ea re.*

Et ſuper hoc priuatim nonnullæ conſuetudines Galliæ prouiderunt. Nam apud Turones, ſi conſanguineus, qui retraxit, vendat rem alij intra annum retractus, poterit emptor, à quo res retracta eſt, eandem ad ſe reuocare reſtituto precio, quod ipſe accepit ab illo cõſanguineo, vt ſcribitur in conſuetudinib. eius loci, tit. *des retraictz*, c. 15. quo in loco aliquid dicunt Commentarij. Et ſimiliter apud Cenomanos, c. 408. & etiã Andegauos, c. 398.

*Vtrum emptor poterit probare contra iuramentũ cõſanguinei.* *Conſuetudines de ea re.*

5 Vtrvm autem, ſi petente conſanguineo emptor iuramentnm præſtiterit, retractum ſe pro ſe, & nõ alio, facere, & ſine fraude, ſecundum hunc. §. debeat poſtea admitti conſanguineus ad probandum contrarium, latè tractat Chaſſ. hoc eodem tit. *des retraictz*, §. 12. in uerbo, *ou par ſerment des contrahens*, colum. tertia, verſic. item iuramentum. & ſeq. At is non omninò loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis, iubentis emptorem iurare, ſi poſtulet conſanguineus, uti etiam facit §. ſuprà proximus; & tamen ibi poteſt probari contrarium, quod & nos alibi latiſſimè tractauimus. Ex conſuetudine autem Aruerniæ, hoc eo. tit. c. 34. ſi conſanguineus ſemel iurauerit id, de quo hìc quærimus, emptore idipſum poſtulante, ipſe emptor non eſt amplius audiendus, uolens probare contrarium & idem propemodum ex conſuet. Burdig. hoc quoq; tit. §. 17. vbi Ferro. id iuris eſſe dicit. Et id fortè uerius eſt. Nam quod traditur in d. §. præcedente, procedit in ſuo caſu, nec ad alios trahendum eſt. Tamen ex conſuetudine Senonum. c. 50. admittitur ipſe conſanguineus ad probandum contrarium.

Svnt autem, qui ad hanc noſtram conſuetudinem, quæ iubet conſanguineum iurare ſine fraude ſe ad retractum uenire, afferunt l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nunc. & l. qui bona. §. ſi quis. ff. de dam. infect. quibus cauetur, eum, qui nouum opus nunciat, quiq; ſibi petit caueri de damno infecto, debere iurare, non calumniæ cauſa id ſe facere. quod quantum noſtræ conſuetudini conueniat, cęterorum ſit iudicium. Eſt autem apud Britones conſuetudo, omninò huic noſtræ conſuetudini ſimilis, c. conſuetudinum, antiquarum eius gentis 51. reformatarum autem huius tit. *de retraict lignagier*. §. 13. Et apud Valeſios hoc eodem tit. §. 8. qui eſt omnium 89.

*Conſuetudines.*

D. autem Ferro. in d. ſ. 17. huius tit. conſuet. Burdigal. hinc occaſione ſumpta, tractat, ſi emptor ita peruicax ſit, ut non contentus vulgari & communi iureiurando, requirat ſolenne aliquod iuſiurandum præſtari à cõſanguineo, quod ei fortè perſuaſum eſt conceptum in uerba cuiuſpiam Diui iuſiurandum eſſe efficaciſſimum ad punienda periuria, an ei mos ſit gerendus. Eum ibi vide afferentem ex optimis Scriptoribus exempla, quibus docemur, non uanum eſſe, periuriorum certis quibuſdã locis perpetratorũ præſentẽ patentemq; uindictã eſſe. 6

*An emptor audiẽdus ſit, petẽs uerbis quibuſdã cõceptis in Diuũ quẽpiam.*

§. SEXTVS,

SI aucun vend aucune rente generalment ſur touts ſes biens, ou qu'il oblige touts ſes biens à la payer, le ſeigneur du fief n'y à ventes ne honneurs, *a* & ne peult auoir ladicte rente par puiſſance de fief: ſuppoſe ores que touts les biens du vendeur fuſſent tenuz en fief dudict ſeigneur. Mais le lignagier ſera bien receu au retraict.

*SI quis reditum aliquem generalem ſuper omnia bona ſua vendiderit, aut cui ſoluendo omnia bona obligauerit, dominus feudi laudimia* a *(quæ vocant) eo nomine non conſequitur, nec cum redditum iure feudi ſibi poteſt uendicare, etiamſi ea omnia bona iure feudali illi ſubiecta eſſent.*

N'Y *A VENTES NE HONNEVRS*. LAVDIMIA EO NOMINE NON CONſequitur, Gloſſ. 1.

*Laudimia an debeantur ex uenditione annui redditus gñalis. Quid, ſi poſtea fũdus detur in ſolutũ huius redditus.*

1 ID intellige ſecundum aliam conſuetudinẽ, ſuprà tit. huius vol. conſuetudinum 2. §. 6. qui omnium eſt eiuſdem vol. 19. niſi venditor poſt venditionem huius annui reditus, ſiue vectigalis, fundum quempiam dederit in ſolutum, ut maneat eo vectigali annuo liberatus: vulgò dicimus *bailler aſſiete*. Nam tunc domino ius eſt accipiendi laudimia, uel rem ipſam reſtituto precio, ac ſi ab initio fundus ipſe fuiſſet venditus, quia vt expreſſim dicit Paul. Caſtr. conſ. 165. viſis & ponderatis, col. 2. ver. ſecundò uidetur, lib. 2. finguntur hoc caſu bona in ſolutum data iam ab initio vẽditionis, & ut ipſe loquitur, per prius vendita. Ideoq; & hac etiam ratione admittetur conſanguineus ad retractum ipſius rei ita datæ in ſolutum huius vectigalis generalis, ut etiam nũcupatim cauetur, eo. §. 6. tit. 2. De quo tñ vide quæ ſcripſi ſup. §. 1. in gl. 14. in uerbo, *ou equipollent à uẽte*, n. 117. nec tñ illud, & ſeq.

*Laudimia an debeantur ex uenditione uectigalium prædiariorum. Solarium.*

2 Sed quia hìc dicitur, quòd ex venditione huiuſmodi vectigalium generalium non debentur laudimia, dubiũ relinquitur, an etiam non debeantur ex venditione horum vectigalium prædiariorum, ſiue fundiariorum, aut etiam fundalium, ſi ita nobis loqui permittimus, ut id dicamus à fundo, ſicut Plautius in Sticho dicit fontalis à fonte, id eſt, ut omnes intelligant, *rentes foncieres*, emphyteuticas poſſumus dicere, uel liuellarias, vt & noſtri loquuntur. Solarium ſimpliciter appellat Vlpianus in l. 1. ſ. ſi quis nemine. ff. ne quid in loc. publ. vbi ita ſcribitur: Aut ſi non obſtat, ſolarium ei imponere. Vectigal enim hoc ſic appellatur ſolarium, quod pro ſolo pendatur. Hæc ibi. Et auſim conſtanter aſſeuerare (vt hoc in tranſcurſu dicam) ſolarium eſſe legendum in l. etiam. ff. qui pot. in pig. hab. & non ſalarium, vt vulgò ſcribitur: neq; enim, ſolariũ, temerè reperias pro pẽſione aut vectigali. Sic ergo intrepidè legito illam l. etiam. Superficies in alieno ſolo poſita, pignori dari poteſt, ita tñ, vt potior cã domini ſit ſoli, ſi non ſoluatur ei ſolariũ.

*Locum Iuriſconſulti recẽter emendatus.*

Sed, vt tandem redeamus ad propoſitum, videtur in hac ſpecie laudimia non deberi. Nam conſuetudo id ius 3 laudimiorũ tribuens, nuncupatim loquitur de vẽditione fundi, & qui eſt in feudo ipſius domini, vt patet ex ſ. 1. ſuprà tit. omnium huius vol. conſuetudinũ 2. qui quidem §. eſt omnium etiã huius uol. 14. in illis verbis, *le ſeigneur foncier, & plus pres du fons, &, & en fief duquel eſt ladicte choſe*, &c. & alijs multis ſeq §. huſmodi autem vectigal, ſiue penſio, fundus nõ eſt, nec aliud quidpia corporale, ſed res prorſus incorporalis, ut ſunt cætera talia. iura, de quibus ſatis diximus ſuprà §. huius tit. 1. in verbo, *rentes*. Nec in loco conſiſtunt. l. Caius Seius. ff. de leg. 2. & l. vxorem. ſ. legauerat. ff. de leg. 3. & l. quæſitum eſt. §. Papinianus. & l. cùm de lanionis. ſ. vlt. ff. de fun. inſtruc. & diximus in repe. l. ſi vnquam, in verbo, bona, nu. 13. quod autem, ſi quis donat. C. de reuoc. don. & ſuprà in eo. §. 1. gl. 7. in verbo, *ou autres choſes censèes pour immeubles*, nu. 11. nec deſunt ſuæ.

*Iterum de laudimijs uectigaliũ prædiorũ.*

Et id quidem in caſu noſtro, ne auctoritate hac in re careamus, apertè voluit Pet. Iac. in Gallicanis moribus, 4 præter magnam iuris peritiam, inſtructiſſimus, in tit. de act. in rem pro re emphyt. col. pen. ver. item ſi poſtea, vbi dicit, qđ in ciuitate Podienſi, & alijs vicinis, ſi hmõi annui reditus, de quib. loquimur, vendunt, eſt locus laudimijs,

*De eadem re.*



mijs, uel retentioni eorum, reſtituto precio vẽditionis à domino. Quod dicit eſſe cõtra Ius Ciuile, nec tamen aliquid allegat. Et col. ſeq. ver. & eſt notandum, dicit quòd talis reditus, ſiue penſio annua, eſt res incorporalis: ideo non poteſt eſſe emphyteuticaria, quia emphyteuſis in rebus ſoli tantũ conſiſtit, vt colligitur ex l. 1. ff. ſi ager vect. & §. ideo, Inſt. de loca.

*De eadem re.*

5 Nos verò diuerſo iure in nr̃a hac Pictauia vtimur, vt ſcilicet ex venditione horum redituum, ſiue penſionum fundalium, ſoluantur laudimia domino feudi, in quo ſita ſunt loca huic reditui obnoxia. idque iure, ni fallor, optimo. Nam cùm noſtra conſuetudo hic, & alibi, videlicet titul. huius voluminis conſuetudinum 2. §. 6. qui eſt 19. totius uoluminis, neget deberi laudimia ex reditibus ſiue penſionibus generalibus, etiam ſi omnia bona ſint illis obligata: quid toties in illis negando, aliud quàm fatetur deberi ex alijs, ſcilicet fundalibus; l. cùm prętor. ff. de iud. & l. ex eo. ff. de teſtib. & c. qualis, 25. diſt. Id. n. inſtar eſt argumenti à cõtrario ſenſu, quod fortiſſimũ eſt L. 1. in prin. uer. huius rei. ff. de eo, cui man. eſt iuriſdict. proceditque etiã in ſtatutis, vt inibi cõſtãtiſsimè tenetur, & fortiſsimè probatur à Scriptoribus recentioribus.

*De eadem re.*

6 Nam & hic reditus, fundo, qui pro eo conceſſus eſt, prorſus inhæret, habetque perpetuũ ac ſtabile fundamentum, vt in ſimili dicit Bal. in cap. 1. col. 2. in verbo, annua, titu. de contro. inter vaſ. & epi. & diximus ſuprà hoc eo. tit. §. 1. gl. 7. in verbo, *ou autres choſes cenſèes pour immeubles*, num. 33. item iura decimarũ. Et de ſeruitutibus loquens Alex. conſ. 211. ponderatis verbis ſtatuti, col. 2. verſ. prętereà negari nõ põt, li. 6. & Phil. Frã. in c. 2. in prĩ. col. 2. de reb. eccl. nõ ali. li. 6. Ex quo ſequit̃, vt quale quale ſit, pro ipſo ſolo habendum ſit: nec minus pro eo cõpetat interdictũ, vnde ui, quàm ꝓ ſolo ipſo, vt in ſimili item dicitur in l. 1. §. planè ſi quis. ff. vnde vi. Et id in ſpecie huiuſmodi redituũ, vt ſcilicet pro eis competat poſſeſſorium, atque pro rebus illis obnoxij, voluit Bal. in repe. l. 2. col. 7. verſ. ſciẽdum eſt autem. C de ſerui. & aqua, cum alijs concor. à me traditis infrà, eod. tit. §. 52. glo. vni. nu. 79. ſed id ſatis, & ſequen. atque etiam præcedenti, vbi & aliter docebimus, hos reditus ſequi omnino naturã rei, ratione cuius debentur.

*De eadem re.*

7 Nam & ij ſunt veluti pars ipſius fundi, & eum ſequuntur, in cuiuſcunque manum veniat, ita, ut fundus ipſe, non perſona, conueniatur. Ideoque & poſſeſſores ipſius, reliquias eius reditus, etiam præteriti temporis, quo non poſſederunt, ſoluere coguntur. l. Imperatores. ff. de publ. & vect. & l. 2. & 3. C. ſine cen. Et licet multi dicant, illud ſpeciale eſſe in fiſco, & ſecus eſſe in aliis, ut per Spec. tit. de loca. ſ. nunc aliqua, ver. nono, & ver. duodecimo. & Alb. in l. pro hæreditariis. C. de hæred. acqui. & Maſuer. titu. de loca. §. item dominus, & ſequen. Tamẽ apud nos & indifferenter, & ſine delectu obſeruatur. Tu autem hic uide Hoſtien. Ioan. Andre. & Panor. in ca. paſtoralis, extra de deci. & eoſdem Ioan. Andre. & Panormi. atque etiam Pet. Anch. in cap. cùm homines, eod. titu. Arch. in cap. ſi quis laicus, 15. quæſtio. 1. Fede. Senen. conſi. 81. laicus. Alber. in l. ult. col. 2. ver quærit dominus. C. de iure emphyteu. Pet. Anch. in c. ſtatuto, col. vlt. uer. ſed nunquid idẽ, de deci. lib. 6. & conſi. 386. in lite, col. 1. uerſic. item etiam ad penſiones, & col. 2. uer. non obſtat. l. Imperator. (Roma. in d. l. Imperatores ff. de publ. & vectig.) & Ioan. Plat. poſt Bart. in l. ult. C. de fide inſtru. & iure haſt. fiſc. lib. 10. & in l. 1. in 2. notab. C. de anno. & tribu. eo. lib. 10. & in l. quiſquis, quæ eſt 3. in 1. notab. uerſi. ad præterita C. de agri. & cenſi. lib. 11.

*Poſſeſſores an teneantur ſoluere reliqas præteriti temporis.*

8 Et quia etiam ob hanc annuam penſitationem, cui fundus obnoxius eſt, ipſe fundus poſthac non tanti uenditur, quanti, ſi liber eſſet, venderetur, ut par eſt, & probatur in ſimili, in l. fundi partem, iuncta glo. in verbo, uendidiſti. ff. de contrahen. emp. & in l. ſi uenditor. ſ. vlt. in fi. ff. de ſer. expor. Ideo cùm ex hoc huiuſmodi incommodum fiat domino, ut non tanta laudimia ex eius uẽditione conſequatur, æquum eſt, ut huius incommodi ſarciendi cauſa ipſe dominus laudimia conſequatur ex uenditione huius penſionis, ex qua illud incommodum proceſdit. l. ſecundũ naturam. ff. de reg. iur. & c. qui ſentit onus, eod. lib. 6. cum concord. vtrobique adductis. Alioquin autem eſſet in facultate ſubditi, ius domini inſcij, etiam inuiti, & reluctantis, minuere, rem ſui feudi in emphyteuſim, aut libellum concedendo, & ſic rem deteriorem faciendo, vt cùm venderetur, minutum eſſet ius laudimiorum, contra regulam. l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur. cui quidem regulæ, tanquam firmamento, inhærere debemus, ut pulchrè dicit Bald. conſi. 327. pridie, colum. ult. lib. 1. & alibi diximus. Id autem ceſſat, ſi ex uenditione horum redituum, qui id ius minuunt, quantum ad uẽditionẽ fundi, ſoluantur laudimia, quia quod uni deeſt, ſuppletur repleturque per alterum.

*Commoda eum ſequi debent, quem incommoda ſequũtur.*

Nec obſtat, quod primo loco dictum eſt, huiuſmodi reditus, ſiue penſitationes, nõ eſſe in loco aut fundo, & 9 ita nec in feudo, cùm apud nos feudum reſpectu ſoli dicatur: quia imò cenſetur eſſe & in loco & in feudo, cum ipſi loco & feudo cohæreant, ut ſupra diximus & probauimus verſ. ab hinc 3. Eæ autem leges, quas ſuprà in contrarium adduximus, ad probandum iura incorporalia non conſiſtere in loco, ſi quæ aliæ ſunt ſimiles, non loquuntur de huiuſmodi iuribus realibus & ſolo cohærentibus, ſed de actionibus nominibus, & alijs iuribus merè perſonalibus, & quæ perſonas ipſas, veluti vmbræ, ſequuntur, non rem, aut ſolum. Ex quo nonnulli in ea ſententia ſunt, vt quemadmodum in rebus corporalibus requiritur traditio ad dominij translationem, ita & rerum incorporalium, corporalibus inhærentium, licet ſecus ſit in merè incorporalibus. Ita enim voluit Bal. in l. traditionibus paulò ante fi. C. de pac. & in l. 1. etiam ad fi. C. commu. vtriuſq; iud. & Alex. qui alios citat, conſ. 184. in cauſa & lite, col. 2. ver. vltra prædicta, lib. 6.

*Traditio rerũ incorporalium, corporalibus inhærentium.*

Nec hic quoque moror, quod Pe. Iac. vbi ſuprà, tra- 10 dit ius emphyteuticarium non poſſe conſiſtere, niſi in rebus ſoli, non etiam in rebus incorporalibus, quandoquidem iura ab eo allegata id neceſſariò non probant. Et ex omnium opi. feudum conſiſtere poteſt in his redditibus annuis, vt voluerunt Bal. & Card. Alex. in procemio feudorum, vterque colum. 6. & diximus ſup. in §. 1. huius tit. in uerbo, *rentes*, num. 6. & ex hoc præter ea. Ratione autem feudi in Gallia debentur laudimia, ut ex hoc intelligas, nihil ad hunc caſum pertinere illam Petr. Iac. rationem, quia ex emphyteuſi non concluditur ad feudũ, nec è diuerſo. Bar. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Bal. in c. 1. col. 5. uer. ſed caue tibi, tit an agn. vel fil. Imo. in c. ex parte, col. 15. extr. de feu. Alex. conſ. 30. quoniam omne datum, col. 6. uer. non obſtat el 2. lib. 1. quod duplicatum eſt, conſ. 2. li. 5. & idem Ale. conſ. 44. uiſo themate, col. 2. uerſ pro hoc bene facit, eo. lib. 2. cum ſi.

*Argu. ab emphyteuſi ad feudũ, & è diuerſo.*

Porrò ſtatutum eſt Parmæ, vt ex venditione an- 11 nuorum fictuum, vt vocant, qui debentur ſuper fundo vel domo, debeant ſolui domino duo ſolidi, tam à venditore quàm emptore, vt refert Alb. in 1. parte ſtatutorum, q. 110. ſtatuto Parmæ cauetur, vbi tractat, an ex diuiſione huiuſmodi fictuum, etiam ea laudimia ſolui debeant. Eſt & apud Bituriges conſuetudo expreſſa, vt ſolui debeant laudimia ex venditione horum reddituum, de quibus loquimur, tit. de conſue. feu. & cenſua. ſ. 4. vbi D. Boer. id putat eſſe iuris feudorum. & iterum §. 19. eiuſdẽ ti. Sic & apud Pariſienſes, ex venditionibus annuorum redituum ſuper re immobili conſtitutorum debentur laudimia, capit. conſuetudinum eius loci 57. & trib. ſequent. Et idem apud Meldenſes, ſi modò is redditus eſt perpetuus, & non luibilis, cap. 95. & capitu. 98. & Meldunenſes, capitu. 127. & Senonenſes, cap. 203. & 229. quod

*Conſuetudines.*

nuncupatim loquitur de his penſitationibus fundalibus. Turonenſes, 38. & ſeq. Caluimontenſes in Baſſigniaco, c. 24. Victriacenſes, c. 121. Aurelianenſes, c. 110. quod & loquitur de venditione redituum conſtitutorum ſuper re immobili. & c. 112. quod loquitur de uenditione redituum conſtitutorum ſuper re mobili. Cenomanenſes, cap. 310. Andegauenſes, c. 162. & cap. 295. Bleſenſes, c. 126. ubi fit mentio expreſſa de uectigali ſiue penſione feudali. Dunenſes, c. 42. Engoliſmenſes, c. 16. & duob. ſeq. ubi eadem propè eſt conſuetudo, quæ hìc apud nos eſt. & Montargienſes, cæteroſque Lorrienſes, tit. *de droictz & cens conſuelz*. §. 34. qui nuncupatim loquitur de annuis redditibus funciarijs (vt vocamus) aut conſtitutis ſuper fundis.

## §. SEPTIMVS.

ET n'eſt pas de neceſsitè, que l'offre de retraict, & declaration de lignaige, ſoit faict en la preſence du ſergent. Er ſuffit *a* de prouuer l'offre faict à partie, & le lignaige par teſmoing *b* en la cauſe. Et n'eſt meſtier de conſignèe *c* ce de quoy l'on faict offre de retraict par proximite de lignaige. Mais ſuffit faire offre d'une piece d'or ou d'argent, offrant de parfaire comme dict eſt.

NEQVE *verò neceſſe eſt oblationem retractus & declarationem proximitatis præſente apparitore fieri. Sufficitq́;* a *eam oblationem & proximitatem teſtibus* b *in ipſa lite probare. Nec opus eſt conſignare* c *oblatam pecuniam. Sed ſatis eſt offerre nummum aureum vel argenteum reliquumq́; polliceri, vti dictum eſt.*

### *ET SVFFIT.* SVFFICITQVE, Gloſſ. 1.

1 *Sufficit.* VBI in aliqua diſpoſitione apponitur id verbum ſufficit, nihil aliud, quàm quod exprimitur in ea, requiritur ad ualiditatem & perfectionem actus, nec alio adminiculo indiget. Ea uis eſt huius verbi, gl. in c. ſtatutum, in princ. in uetbo, Canonicis, de reſcrip. lib. 6. quam ſequitur Domi. ibi, col. 2. in fi. & ibi quoque Phil. Franc. qui eam dicit ſing. col. 1. ex hocque dicunt, quòd id verbum nō requirit alias qualitates adeſſe, quàm expreſſas, quod dicunt notandum pro ſtatutis. Sed & eam gl. ſequitur Pan. in c. 1. col. 1. & ibi etiam Barba. extrà de poſtu. Prælat. ubi illam admodum extollunt. & rurſus vterq; in c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt. & ipſe Pan. & Cardin. Alex. in c. cùm locum, uterque in 3. not. ext. de ſponſ. vbi eam gl. dicunt no. & idem quoq; Pan. in c. cùm apud, in 2. not. & ibi etiam ipſe Card. Alex. col. 1. eo. tit. & in c. tuę fraternitati, poſt med. & ibi idem Card. col. 7. verſi. 9. eo quoq; tit. rurſumq́; vterq; in cap. vlt. de ſponſ. duo. ipſe Pan. in c. quoniam contra falſam, col. 19. verſ. not. benè hoc dictum. & ibi quoque Barb. col. 6. extra de proba. & idem Pan. in c. 2. col. 12. nu. 33. de ord. cog. & in c. 1. col. 2. uerſ. no. in §. cæterùm, de except. Ro. in l. cùm mulier, col. 10. verſ. præterea pondera. ff. ſol. matr. Barba. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. col. 19. uer. ego pondero. ff. de uerb. obli. vbi illam gloſſ. dicit ſing. & conſi. 6. ſcriptum eſt, col. 12. verſ. & ſi quiſpiam opponat, lib. 3. & conſ. 8. ſapienter, col. 4. verſ. item etiam ipſe, lib. 2. & conſil. 34. præclarè, col. 18. uerſ. & ſi quiſpiam quærat, eod. lib. 2. Felyn. in c. verùm, col. 2. de foro compe. & in c. 1. in 7. no. de ſponſ. Phil. Dec. conſ. 37. in cauſa rigoroſæ accuſationis, col. 1. Quamuis uideatur eſſe contraria alia glo. in cap. conſuluiſti, extr. de celebr. Miſ. Sed Panorm. in d. c. quoniam, de proba. dicit illam priorem procedere, niſi aliter à iure caueatur, aut materia ſubiecta aliud ſuadeat, per d. c. conſuluiſti, iuncto c. ſufficit, de conſec. diſt. 1. Et ita etiā dicit Ant. Corſet. in repet. Rub. de iureiuran. col. 5. & in ſuis ſing. in uerbo, ſufficit.

### *PAR TESMOINER,* TESTIBVS. Gloſ. 2.

1 *Citatio retractus poteſt probari teſtib.* EX ijs verbis, atque etiam ex §. ſequ. ibi, *mais l'on fait communement*, ſatis apertè innuitur citationem quoque, quæ fit in materia retractus, poſſe probari teſtibus, ſine alia renunciatione nuncij. quod & generaliter de citatione voluit Inno. vt à multis citatur in cap. quoniam contra falſam, in fi. extrà de probat. At id non expreſsè dicit, ſed generaliter acta iudici alia poſſe probari teſtibus. Sed de citatione priuatim voluit Bal. in l. conſentaneum, col. vlti. verſic. quid ſi nuncius. C. quomo. & quan. iudex. & Anto. in c. cùm dilecti, extrà de dol. & contum. & Barb. qui alia quędam ſimilia colligit, cōſil. 71. illud afferam, col. vlti. lib. 4.

### *N'EST MESTIER DE CONſigner* NEC OPVS EST CONSIGNAre, Gloſ. 3.

TAMEN de Iure communi, emptore recuſante precium accipere, deberet conſanguineus illud conſignare & deponere, vt expreſsè & in hoc caſu voluerunt Hoſt. & Io. And. in c. conſtitutus, & ibi quoque Pet. Anch. in 14. notab. de in integ. reſti. per l. acceptam. C. de vſur. vbi & hoc nuncupatim tenuit Io. Fab. in id etiam allegans l. 2. in fi. C. de iure emphyt. & idem Fab. in §. ex non ſcripto, col. 3. verſi. circa quartum, Inſti. de iure natur. gent. & ciui. Steph. Bertr. conſ. 98. voluiſſem, col. 2. lib. 2. & Chaſſe. in Commentarijs cōſuetudinum Burgundiæ hoc eod. tit. §. 1. in verbo, *en rendant*, in prin. Quanquam nominatim contrarium reſpondit ex facto interrogatus idem Chaſſe. nullum horum memorans, conſil. 41. quia caſu ſuper quo, vbi quiſque videre poterit rationes, quibus ad id dicendum mouetur. Nec tamen ſolus fuit Chaſſe. in ea opinione, idem enim tenuit Geral. Bagoil. quem nec is quidem citat, in ſua diſputatione retractus, per l. qui decem. ff. de ſolu. & l. quidam. ff. ſi cert. pet. & reſpondent ad d. l. acceptam, quòd ea loquitur, quantum ad impediendum curſum uſurarum. Et eum ſequutus fuiſſe videtur Boer. tit. *de la retenue des choſes vendues en fief*. §. vlt. in conſuet. Bituri. & in deciſ. 124. teſtator, num. 24. & multis ſeq. 1 *Vtrū conſāguineus teneat̄ conſignare & deponere precium.*

SVNTQVE in multis locis Galliæ expreſſæ conſuetudines, ut hoc caſu fiat conſignatio; aliàs vel cōſanguineus cadat retractu, vel fructus non lucretur. Primùm enim eſt Caluimontenſium in Braſſigniaco, c. 112. Monſtrolienſium maritimorum, c. 62. Aruernienſium, tit. *de retraict*, c. 7. & c. 38. Bleſenſium, c. 196. Biturigum, tit. de *retraict lignagier*, c. 4. Secundò, eſt Meldenſium, cap. 85. Ambianenſium, c. 47. Arteſienſium, cap. 87. Niuernenſium, huius tit. 58. & Comitatus Sancti Pauli, cap. 40. & altæ Marchiæ, cap. 254. & ſeq. & Marchiæ, c. 261. & ſeq. In alijs autem locis debet precium conſignari, niſi malit 2 *Conſuetudines in eam rem.*



lit conſanguineus in qualibet cauſæ expeditione idipſum re ipſa offerre, ut apud Senonenſes, c. 31. Trecenſes, c. 152. Victriacenſes, c. 226. In alijs autem locis non requitur conſignatio, ſed tantùm oblatio, aut in omnibus cauſæ expeditionibus, aut in aliquibus, vt apud Parienſes, c. 177. Melodunenſes, cap. 23. Carnutenſes, cap. 172. Borbonienſes, c. 428. Dunenſes, ca. 82. Quid autem apud Laudunenſes, & cæteros Veromadenſes, videbis in conſuetudinibus eius gentis, tertiæ partis titu. 8. §. 9. qui eſt totius illius partis 83. & duobus ſequen. At Ioannes Gallus in Areſtis Parienſibus ſub quæſt. 159. verſic. cuius caput eſt, quando retrahentibus, dicit, diuerſa ſuper hoc areſta lata fuiſſe. Paduæ autem ex ſtatuto debet deponi precium, teſte Cępolla, conſ. 43. clariſſime, & iterum conſi. ſeq.

3 *Conſignatio, et depoſitio, & quādo requiratur.* SI autem ſcire vis, an & quando aliàs de Iure communi, & ad quid requiratur conſignatio & depoſitio, vltra oblationem, vide gl. in l. 2. in verbo, legem. & ibi Cyn. & Alb. col. 2. Bal. col. 1. Ang. col. 2. Salic. col. vltim. & nouiſſimè Iaſ. nu. 182. C. de iur. emph. Specu. & Ioan. Andre. in addit. illius titu. de loca. §. nunc aliqua, ver. 34. Bar. in d. l. acceptam. & ibi Bald. in 3. oppo. & iterum in 21. q. & Alber. latè. col. 1. verſ. circa quod, & multis ſeq. & Bart. in l. creditor, quæ eſt penultim. & ibi alios. C. de diſtract. pig. eundem Bart. in l. ſed & ſi alia. & ibi Salice. ad fin. ff. de conſtit. pec. & in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligatione, & in l. interdum. §. 1. & ibi Alexan. & alios Recentiores, eodem titu. & in l. Celſus. §. vltim. ff. de arbi. & in l. ſi ita hæres, quæ eſt 3. & ibi Pau. Ca. ff. de cond. inſti. & in l. ſi mora. & ibi Ang. ante fi. verſ. item concludе. ff. ſol. mat. Henr. Boer. in c. conſtitutus, de in integ. reſti. Bal. in Auth. ad hæc, col. vlt. C. de vſur. Pet. Anc. conſ. 331. viſis diligenter, col. 1. Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſi ſeruus ff. de vulg. & pup. ſubſt. Paul. Caſt. in l. 2. quam legit cum 1. & iterum in l. à te. poſt Cy. ibi C. de pactis int. emp. & ven. & in l. ſi reus paratus. ff. de proc. Fran. Are. conſ. 163. verum eſt. & Steph. Bert. conſi. 97. voluiſſem. nu. 2. lib. 2. & nouiſſimè Ferro. in conſue. Burd. hoc tit. *de retraict*. §. 14. vbi huiuſce rei ponit aliquot regulas.

4 *Si conſanguineus pciū depoſitū recuperat, an retractui renunciare videatur.* SED dubium eſt, quid ſi conſanguineus, qui non tenetur deponere, tamen depoſuit, & poſtea depoſitam recuperauit, quo caſu videtur renunciare depoſitioni, (l. debitor. ff. de vſur. & l. 1. in fi. & ibi Ang. qui id admodum no. C. qui pot. in pig. habean. & l. ſi priuſquàm. C. de diſtrac. pig. & voluit Ioan. Fab. in d. l. acceptam, paulò ante fi. C. de vſur. & Bal. in l. obſignatiōe. C. de ſolutio.) an etiam renunciaſſe videatur oblationi, quæ ſola per ſe, & ſine depoſitione ſufficiebat? Dic quòd non, per d. l. debitor. & voluit etiam expreſsè Fab. in dict. l. acceptam. & Chaſſe. conſ. 71. quia caſus, col. vlt. & uide quæ dicam infrà, tit. proximo, in §. 4. gl. 10. eademque vlti.

5 *Quid, ſi nō legitimè depoſuerit* IDEMQVE ſi non legitimè depoſuerit, quia cùm depoſitio non ſit neceſſaria, ſi ea non rectè fiat, non nocet, vt expreſsè voluit Socin. conſil. 80. in quæſtione quæ vertitur, col. 3. verſ. præterea & ſecundo, lib. 3. arg. l. 1. C. de rei vxo. act. & eius quod uoluit gl. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. de libello inepto oblato in cauſa, quæ libellum non requirit. & Bal. in l. 1. in princ. ff. de eden. Cui & tu adde tex. iuncta gl. in l. qui teſtamento. §. per contrarium. & ibi Bal. & Fran. Are. in fi. ff. de teſta. & in l. 3. & ibi Bald. ff. de teſta. milita. & in c. bonæ, el 2. & ibi Panor. col. 4. verſ. ultimò not. de elect. & in c. cùm dilecti. & ibi Anto. col. 2. eo. tit. & gl. in §. multis, Inſti. de liber. & quæ propè infinita collegimus ſuprà, tit. omnium 8. §. item 8. qui eſt omnium huius vol. 46.

6 *Cōſignare quid ſit.* CONSIGNARE autem, quo verbo utitur noſtra conſuetudo, ut id ſcias, vulgò pro deponere accipimus, quanquam frequentiſſimè ſint diuerſa, ut patet ex d. l. acceptam, dum dicitur: Conſignatam in publico depone. & l. 2. ibi, Pecuniam obſignatam in cauſam depoſiti habuerit, eodem titu. C. de vſur. & l. cùm hæres, in prin. ff. de ſtatulibe. ibi, vel deponere in ædem pecuniam conſignatam oportet. & alijs infinitis huiuſmodi iuribus, ut l. creditor. C. de pign. & l. vlt. C. de luit. pig. & l. nec creditores. C. de pig. act. & l. ult. eo. tit. & l. 2. C. de pact. pig. & l. 1. in fin. ff. de vſu & d. l. debitor. eo. titu. & l. qui mutuam. §. 1. ff. manda. & l. tutor pro pupillo. §. 1. ff de adm. tut. & l. fideiuſſor qui minori. ff. de fidei. & l. ſi ſoluturus, in princ. ff. de ſol. & l. die. §. 1. ff. depoſi. & l. 2. ad fin. C. de iure emphy. Qui quidem tex. vt ex ijs uidere poteris, in eadem ſignificatione utuntur nunc hoc uerbo conſignādi, nunc obſignandi, quod frequentius eſt in ff. cum alterum hoc noſtrum ſit etiam crebrius in C.

HINC autem apud nos ea ſignificatio inualuit, quoniam pecunia, & alia quæuis, conſignata, ſiue (vt utrumque copulemus) obſignata in ſacculo, aut follæ, aut alia deponi ſolebant, ut patet ex illis iuribus, & l. 1. §. ſi pecunia. ff. depoſ. & l. ulti. ff. de leg. commiſ. cum dicitur, Et ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignauit. & l. uideamus. §. qui uinum. ff. loc. & l. 1. uerſ. ſin autem ſocius. ibi, Sigillo impreſſo in ædem ſacram deponere. C. de com. ſeruo. manu. Quin in noſtris legibus obſignare ſimpliciter pro obſignatam deponere reperimus, ut in l. tutor. §. 1. in duobus locis. ff. de uſur. Sed & aliquando conſignare dicimus, pro dare conſignatum, quod nō longè diſtat à noſtra vulgari ſignificatione, id eſt, *conſigner entre les mains de quelcun*, ut in l. 1. ibi, ſuſceptori aurario cōſignari. C. de apo. publi. lib. 10. & in l. 1. ibi, Theſaurorum præpoſitis conſignari præcipimus. C. de Cano. largi. titu. eod. lib. 10. 7 *De eadem re.*

CANONISTÆ conſignationē uocant confirmationem Chriſmatis, in c. 1. ubi Hoſt. & Io. Andre. ita interpretantur, ext. de reli. domi. & in c. baptizandis, & ibi gl. in princ. 1. q. 1 & in c. pen. & ulti. 10. q. 3. Aliter Tull. in oratione pro P. Quintio: Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. & Plautus in Curculione: Eamus intrò, ut tabulas conſignemus. Et in Trinummo: Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſit à patre. Et in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actio. emp. Poſtea legem conſignauit, &c. Ibi autem loquitur de lege uenditionis. Sed & alibi Cicero, ſcilicet in oratione pro Cluētio, in alia ſignificatione uidetur intellexiſſe. Sed errat uehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in iudicijs habuimus, autoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur. Omnes enim illæ orationes cauſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorū. Et lib. Acade. quæſt. 10. de Themiſtocle loquens: Itaque ut literis cōſignamus, quæ mādare memoriæ uolumus, ſic ille in animo inſculptas habebat. Quo in loco uidetur poſuiſſe hoc uerbum pro imprimo, incido, inſculpo. Vt & in Epiſtolis Fami. Hanc commendationem, quam his literis conſignare uolui, ſcito omnium eſſe gratiſſimam. Hinc idem actione prima in Verrem: Conſignatam literis Quæſturam dicit. Et lib. 3. de Legibus: Conſignatam literis memoriam. Et lib. 1. Tuſcul. Queſt. Conſignatas in animis notiones. Alibi autem conſignatum, pro teſtato poſuit idem autor, ſcilicet in libr. 1. de Diuinatione: Quem enim non moueat clariſſimi monimentis teſtata conſignataque antiquitas? Et in oratione pro Deiotaro. 8 *De eadem re.*

SED & aliter Porcius in ea elegantiſſima aduerſus Catilinam declamatione: Hi ſunt quidem, quos in foro quotidie in ocnlis ciuium calamiſtratos, ac ueſtibus collucentes paſſim obuolitare cernimus, fortunas omnium popularium, atque ocium ciuitatis luminibus conſignātes. Et rurſus: Tranſeo rem illam ſimillimam prodigo, cùm manè iſto iam coacto Senatu, redundantibusque ſubſellijs, ſerius in Senatum præter conſuetudinem ueniſſes, quod nulli non oculi te Senatorum ſtatim conſignarunt ingredientem demiſſo vultu, pallore terribili, lumini- 9 *De eadem re.*

luminib. errantibus,ac facie præ ſe præferente neſcio q̇d inuſitatę crudelitatis. Quibus in locis uidetur Porcius accepiſſe pro notare, obſeruare. Alium eius uerbi ſignificatum & uim tradit Soc.con.93.circa primum, column.2. libro primo.

10 *Pecunia depoſita cõſignata, quid a non conſignata differat.* Illvd tamen te ſcire uolumus, nonnullis placuiſſe, aliquid intereſſe in depoſito pecuniæ conſignatæ, & non conſignatę: primo enim caſu non uideri datam facultatem utendi ea pecunia, in ſecundo autem uideri: ideoq; in primo non transferri dominium rei, eamq́ue manere in periculo deponentis: in ſecundo contra per omnia, quia ad tantundem ſolum tenetur in genere, per d.l.die. §.1.& ibi gl.& l.ſi ſacculum, eodem titu. ſcilicet depoſi. qui poſtremus locus utitur uerbo ſignandi, ut inde intelligas idem eſſe, quantum ad id, de qua tractamus, ſiue dicas conſignare, ſiue obſignare, ſiue ſimpliciter ſignare. Et facit quoque ad ea quæ diximus, textus in l. in naue. ff.ſolut.

Et quia ex multis conſuetudinibus Galliæ, atque etiam de iure communi ex multorum ſententia, conſignatio & depoſitio requiritur in noſtro retractu proximitatis, ſicut diximus ſup.ea. gloſſ.num.1.& 2.uti etiam in retractu conuentionali ex noſtra conſuetudine requiritur, vt ſcribitur tit.ſeq.§.4.hìc omninò vide, quæ ſcripſimus in toto illo §. vbi multa dubia ſoluimus, quæ & in hoc noſtro retractu euenire poſſunt, cùm in eo conſignatio neceſſaria eſt. 11

## §. OCTAVVS.

MAIS il conuient, que toutes ſolennitès de retraiƈt ſoyent gardees. Ceſtaſſauoir la declaration du lignaige, ou offre de le declarer. L'offre de pecunie, offrant à parfaire: requeſte de receuoir au retraiƈt: *a* adiournement *b* formel en cauſe de retraiƈt, & ſur refſuz d'argent. *c* Le quel adiournement ſoit baillè par le ſergent ordinarie, ou aultre ayant pouoir à ce par commiſſion, *d* ou commandement du iuge. Et que toutes le choſes ſoyent faiƈtes dedans l'an & iour. Et que lediƈt adiournement ſoit baillè deuant le iuge, qui en peult cognoiſtre. *e* Autrement *f* le retrayant en decherroit. *g* Mais l'on faict communement toutes les diƈtes choſes en la preſence du ſergent, pource qui leſt creu dudiƈt offre faiƈt à partie, & de l'adiournement, ſans autre preuue. Pourueu *h* toutes foyes que lediƈt ſergent en faiſant l'adiournement ait deux recors: & qu'il les nomme en ſa relation.

*Omnia tamen retractus ſolennia obſeruanda ſunt. Videlicet generis recenſio, aut eius recenſionis oblatio. Precij oblatio, & reſidui ſollicitatio. Requiſitio, vt conſanguineus admittatur ad retractum.* a *Citatio* b *formalis (quam vocant in cauſa retractus, & recuſatæ pecunię.* c *Quę quidem citatio fieri debet ab ordinario apparitore, alioùe commiſſionem* d *ſeu mandatum à iudice habente. Hæcq; omnia fiant intra annum & diem, atq; ea citatio ad iudicem, cuius ſit cognitio.* e *Alioquin* f *retrahens retractu caderet.* g *Fiunt autem plerunque hęc omnia pręſente apparitore, propterea quòd ei credatur & de oblatione & de citatione ſiue alia probatione. Dummodò* h *ei citationi duos teſtes* i *adhibeat, quos in ſua renunciatione nuncupet.*

### *REQVESTE DE RECEVOIR AV RETRAICT.*

### REQVISITIO VT CONSANGVINEUS admittatur ad retractum, Glo. I.

1 *Vtrum omnes huius §. ſolennitates neceſſario ſeruari debeãt.* Illvd vos primo loco, Pictones mei, monitos uolo, vt ne minimam quidem partem eorum, quæ hic noſtra conſuetudo veluti in unum corpus redegit pro ſolennibus (ita enim expreſſim vocat) noſtri retractus, omittatis, niſi retractu ipſo cadere velitis, vt etiam poſtea nuncupatim ſubiungit eadem conſuetudo, cùm dicit, *autrement le retrayant en decherroit*, & uoluit etiam expreſſim in ſimili ſtatuto retractus Alexan.conſ.138. uiſo puncto & dubijs, colum.2.verſ.ex alio. lib.7. & nos quoque latiſſimè docebimus in glo.7.huius § Sed hic tamen ſtatim in fronte, id uobis ob oculos ponere reduximus, quo uos cautiores ſitis, nam & aliàs paria ſunt, ut & illud quoq; dicam, aliquid non facere intra tempora ad id præſtituta, aut facere non impletis ſolennibus.l.ſi bonam. C. de adminiſt.tuto.cum ſimilib.

2 [Vervm id intelligas, ut ſcilicet conſanguineus repellatur à retractu, niſi hęc omnia confecerit. Si tamen emptor oppoſuerit eum hæc non perfeciſſe, ideò repellẽdum. Si enim non opponat, præſumerentur hæc omnia ritè & ſolenniter facta fuiſſe ex ſententia Compoſtellani loquentis generaliter de alia ſolennitate extrinſeca, vt illud citant & ſequuntur Anto & Imol.in c.cùm dilectus. ille, in repet.colum.5.verſic.ſi ad alium ſpectaret.hic, loquens generaliter de ſolennitate extrinſeca, & id monẽs diligenter notandum colum.4.uerſ.& attende etiam. de conſuetu.& id refert Compo.Idem ſcribitur in c. ea noſcitur, de his quæ fiunt à præl.ſine conſ.cap. Et id quoq; ſequitur Rom.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum, in fin.ff. de acqui.hære.ubi id dicit ſingulare & notandum, quia eſt paucis notum.]

Sed vt ad ulteriora veniamus, non ab re noſtra conſuetudo id requirit, vt expreſſim petatur ab emptore, vt conſanguineum offerentem admittat. Nam quoties quiſpiam vult aliquid conſequi ab aduerſario per proteſtationem, neceſſe eſt, vt illud proteſtando petat ac requirat: quia proteſtatio requiſitoria debet habere concluſionem. Hæc ſunt uerba Bal.in c.1.col.2.in princ. titul.ſi de feud.vaſ.ab aliq. interpel. Ideò & tu quoque caue, ne hanc requiſitionem omittas, quam etiam de ſolennitate eſſe dicit noſtra conſuetudo, quæ & de hoc quoque locuta fuerat ſuprà in §. in illis ver. *& requerir audict l'achepteur, qu'l le veuille receuoir au retraict, &c.* Et facit quod in ſimili traditum eſt à Iac.Aluar.poſt alios in ca. 1.col. pen.verſ.quæro ab extra.& ibi poſt eum Card.Alexand. colum.antepenul.verſ.poſt Aluar.quæro, titu.quo temp. mil.quod non ſatis eſt, hæredem vaſalli comparere corã domino, eiq́ue narrare mortem patris ſui, & cætera: ſed debet nuncupatim petere inueſtituram: alias feudo priuatur per text.in cap.1.ibi, inueſtituram petendo, tit.de cap.Cor. 3 *An ſit neceſſaria expreſſa requiſitio conſanguinei. Vaſallus debet nuncupatim petere inueſtiturã.*

Nec audiendi ſunt, qui dicunt hanc eſſe leuem ſolennitatem, quæ ideò omiſſa non uitiat, per l.1.§.1. ff. de vent. inſpi. Quia id non leue videri debet, quod ſæpius obſeruandum iubet conſuetudo, & quidem cum clauſula decreti irritantis, quam in fin. harum obſeruationum ſubijcit, dicens, *autrement le retrayant en decherroyt*. Ideoque id cenſetur datum pro forma, ex ſententia Bal. 4

&Re-



*Decretum irritãs formam induit.* & Recentiorum in l.1.ff.de lib.& poſth.& Pet.Anch.in rep.c.1.char.42.in magnis, verſ. quæro, ſtatuto cauetur quòd notarij.extra, de conſti.& in c.ea quæ, col.4.verſi. quandoque iudex non recipit: de reg.iur.lib.6. & aliorũ vbique. Nam & antè vſu erat noſtra conſuetudo, in verbo, neceſſitatis, cùm dicit in prin.huius §.*mais il conuient* quæ vulgò idem ſignificant, quòd oportet, neceſſe eſt.

5 *An cõſanguineus ſatis videatur requirere, cùm facit oblationem.* Nec dicat aliquis, ſatis videri conſanguineum requirere emptorem, vt ſe recipiat: ei ſimpliciter faciendo oblationem retractus. Ad quid enim, inquiet ille, facit hanc oblationem, niſi ut admittatur? Nam conſuetudo tàm hìc, quàm in primo §.huius titu.exigit expreſſim, vt præter ſimplicem illam oblationem, fiat hæc, de qua loquimur requiſitio. Nam primùm in vtroque loco facit mentionẽ de oblatione retractus rei immobilis vẽditæ à conſanguineo: deinde dicit conſanguineum debere, etc.Igitur nec ſimplex oblatio ſufficit, nec in ea poteſt intelligi ea requiſitio contineri, vt ſatisfactum ſit noſtræ conſuetudini, quæ vtrunque requirit, & quidem nũcupatim. Et bene facit pręter iura & loca vulgaria, quod in ſimili tradit Signo.conſ.155.in proceſſu, col.3. verſi. præterea non obſtat quòd dicatur: & quod diximus ſuprà, nu.2.ex Alcia.& Card.Alex.

6 *An ſit requiſita hic fuerint omiſſa poterit cõſãguineus emendare.* Qvid autem, ſi id omiſſum ſit in oblatione, aut aliud ex ijs, quæ hìc requiruntur, an poſtea poterit emẽdare coram iudice. Quod verius eſt, ſi tempora largiantur, quia ſcilicet ſit intra annum retractus: nam poſtea nullus eſt emendationi locus.l. accuſaturus. ff. de adul. cuius hæc verba ſunt: Accuſaturus adulterij, ſiquidem circa inſcriptionem errauerit, ſi tempora largiantur, emẽdare non prohibetur. Cuius arg.Bar.in l.edita, col.2.ver. circa quod dicas, & ibi quoque Bal.in 2.lect.col.2.verſi. nunc ponamus, Alex.& cæteri Recentiores.C.de edend. dicunt libellum in ſubſtantialibus tunc demum emendari poſſe, ſi tempora ad agendum præſtituta nondum effluxerint. De quo etiam per Maria.Soc.in c.1. char.vl. verſ.nonò fallit.extrà, de lib.obl Cogita tamen, an & id fieri poterit, poſteaquàm ſemel id oppoſitum fuerit ab emptore impugnante oblationem, quia non ritè facta ſit, ex ijs quæ dicemus infrà eo.§.gl.7.in verbo, *le retrayant en decherroit*, nu.26.ſed & uideri. *Quid ſi oppoſitum.*

### *ADIOVRNEMENT.* CITATIO, Gloſſ. II.

1 *An ſola oblatio interrumpat ſine citatione.* Vides igitur Lector amantiſſime, & quidem apertiſſimè ex his verbis, non ſatis eſſe oblationem atque requiſitionem, de qua conſuetudo noſtra loquitur, factam fuiſſe ad interrumpendum ſiue interpellandum tempus anni retractui præſtitutum, niſi citatio interuenit. Quod & expreſſim, & in hoc caſu voluit Ioan.Fab.in l.acceptam, colum.2.verſ.ſed an ſola oblatio.C. de vſuris. tum per text.in l.2.in fi.C. de iure emphyteut.tum quia non reperitur oblatio inter modos interrumpendi, vel perpetuandi: licet in contrarium (inquit) fecit.l.Celſus.ff.de arb. Cui adde, interpellationẽ extraiudicialem non interrumpere præſcriptionem. l. alienam.ff.pro empt.gl.Bald.Alexan.Iaſ.in l.vltim.ff. de eo per quem factum erit, & dicemus plenius infrà titu. ſeq.§.4.in verbo, *conſigner*, quæ eſt gloſſ.6. eius §. numero 38.eodemq́ue pen. at illud conſtat, Illud autem certum videri poteſt, hanc præſcriptionem ſola citatione interrumpi, vt cæteras ſtatutarias. Barto.in l.2.§. ſi rem. ff.pro empt.& in l.in omnibus.ff. de actio. & obligat. & Panor.in c.illud.col.3.uerſ.ſed dubitatur.extrà, de præſcrip. Sed tu tamen uide Bal.in l.vltim, in princ. uerſicu. quæro hìc.& ibi Alexan.colum.3.verſ.reliqua. ff. de eo per quem fact.erit. *An verè ſola ipſa citatio interrumpat.*

a Et quanquam neceſſe ſit, ut hæc citatio fiat intra id tempus anni, ut patet ex ſuprà dictis, & apertè declarat noſtra conſuetudo: nam tamen requiritur, vt dies à nuncio præſtitutus comparitioni, id eſt, quo adeſſe ad iudicium debet emptor, ſit etiam intra ipſum tempus: nam ſola citatio in his tempus interrumpit, vt latè diximus ſuprà eod.titu.§.1.gl.10.in uerbo, *dedans l'an*, in 13.q. Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo apud Melodunenſes, ca. 30. Senonenſes, cap.31. & alios, quos ſtatim deſignabimus. Et id quidem æquiſſimum eſt. Quid enim, ſi fiat oblatio vltima hora ultimi diei anni, id quod haud dubiè fieri poteſt: nam intra tempus eſt, qui in ultimo momento eſt, ex ſententia Bal.in c.de cauſis, col.2.extrà, de offi.deleg.& conſ.34.ſtatuto ſeu capitulo, col.2.ver.cùm ergo ſtatutum, lib.5.vbi hoc multis probat, & dicemus latè infrà tit.ſeq.§.1.gl.7.in verbo, *ſeront preferez*, nu.41. illud autem ſcire. Si igitur (vt repetam) fiat oblatio illo vltimo momento temporis, & emptor renuat: certè non poterit ita citari, ut dies aſſignationis, quam uocant, cedat intra annum, præſertim ſi iudex longius abſit. Igitur ſatis eſt, ut citatio fiat intra ipſum annum, etiamſi dies, qui aſſignatur, ſit extrà. *Quid, ſi dies aſſignetur extra annum. Conſuetudines de ea re. Citatio põt fieri vltimo momẽto temporis.*

Qvod tamen intellige duobus modis: Primò, ſi citatio ſit ſpecialis, ſcilicet pro tali cauſa. nam ſi eſſet tantùm generalis ad reſpondendum actori ſimpliciter, ea nullo modo interrumperet præſcriptionem, duabus rationibus, una ſcilicet deſcendente ex noſtra conſuetudine, altera ex Iure communi. Prior igitur hæc eſt, ꝙ noſtra conſuetudo hìc requirit, ut hæc citatio ſit ſpecialis, & vt dicit, formalis, *en cauſe de retrict, & ſur reſſuz d'argent*, hæc enim ſunt uerba noſtræ conſuetudinis. Igitur ſi citatio aliter fiat, non obſeruata hac forma, omninò non ualet, ut dicit Bald.in l.non ſunt liberi, in 1. lect.ff. de ſtat.hom.cum alijs multis concord. à me adductis in gloſſ.ſeq. Ideoque hoc tantùm nomine, quòd eſt inualida, non interrumpit, ex ſenten.Bart.& Alber.in l.accuſaturus.ff.de adult.& ipſius Bart.in Auth.offeratur, col.2. verſic.quæro circa finem.& ibi Saly col.vlt.C.de lit. conteſt.Bald.in l.cùm notiſſimi.§.imò, colum.2.uerſic.& do tibi.C.de præſcrip.30.uel 40.anno.& in l.ult.in prin.circa medium.& ibi Soci.colum.3.uerſicu.tertiò limita.ff. de eo per quem fact.erit.& in c.quoniam contra falſam, colum.3.verſicu.ibi, citationes.extrà, de proba. & in ca. tua nos, colum.pen.de coha.cleri. & mulie.Ang. conſil. 200.in ciuitate, colum.2.cum concordan.collectis à Recentioribus in Rubr.ff.de in ius uocan.& Philip. Franc. in c.vt debitus, colum.3.uerſicu. ſecunda concluſio. extrà, de appellat.& in c.cùm plures, colum.ultima, de offic.delegat, libr.6.Maria. Socin.in cap.ultimo, column. antepenultim.extrà, de libel.oblatio.& Ioan.Franc.Bal. in tractatu præſcriptio.in 3.parte 6.eiuſdemq́ue ultimæ partis principa. numer.47.& Felin.in cap.ex tenore, columm.3.uerſic.regula non præſtat, de reſcript.& in cap. illud, columm.3.uerſicu. dum ſubdit, de pręſcriptio. & Iaſon in l. licet, colum.2. C. de procura. & in §. pœnales, chart.ultim.numer.130. Inſtitu. de action. Quibus etiam adde Matthæ. Afflict. deciſ. Neapo. 366. in pleno, ad fin. 3 *Citatio debet eſſe ſpecialis, vt interũpat, vid.5.et6. Citatio facta nõ obſeruata forma ſtatuti non valet. Citatio inualida non interrumpit.*

Sicvti nec etiam huiuſmodi inualida citatio perpetuat iuriſdictionem, glo.ult.in c.cùm plures. & ibi Ioan.And.paulò ante finem, & etiam Pet. Anch. colum. ultim.uerſ.quæro tertiò, & Dominic.col.quoque ult. & Philip.Franc.colum.3.uerſ.tertiò tene menti, de offi. de leg.lib.6.per multa iura ibi allegata, cum concordan.adductis à Felin.in c.gratum, colum.1.uerſic. utrum actus nullus, & ſeq.extrà, de offic.deleg.& Ioan.Lup.in repe.c. per ueſtras, char.totius illius tituli 88.colum.3. uerſ. ad iſta bene facit, cum multis ſequen.de donatio.inter uir. & uxor. Quibus adde Pet.Ancha.conſ.16.uiſo proceſſu, col.2. Nec ſimiliter fit præuentio, ſiue præoccupatio iuriſdictionis per citationem nullam, ut dicit Io.And.in d. 4 *Citatio inualida non perpetuat iuriſdictionem. Nec etiam facit præuentionẽ.*

c.cùm

c.cùm plures.& rurſus in c.propoſuiſti, per illum tex. in verbo, legitimè.& ibi quoque Panor.col.1.in 5.notab.& Maria Soci.etiam col.1.in 4.notab.& iterum col.7.ver. quintò quæro, de foro compe.

5 *Citatio generlis an ualeat.*

ALTERA ratio eſt, quia talis citatio generalis, etiã ſi valeret (de quo Innocen.in c.conſuluit.extrà, de offic. deleg.Guil.à monte Laud.in c.1.colum.4.in verbo, officialis.de fo.compe.li.6.Cy.in l.quoties. C. de fideicom. Bal.in l.conſentaneum, col.2.verſ.quartò not. & ibi Salyc.col.1.verſ. ſed an ſit.C. quomodo & quando iudex. D.à Rot.dec.342.retentio, in nouis.& Alber.in l.1.poſt princ.ff.de in ius vocan.) non tamen interrumperet, ut notanter voluit Bart.in l.vltim.& ibi quoque Sal.col.2. in 5.q.& Ang.non ſemel.C.de anna.exceptio. & Alber. in l.ſicut.colum.2.C.de præſcript.30.anno.& Guid.Papa dec.Delph.411.cùm quæritur, colum.2.ver.quod intelligo.& Iaſon.qui alios allegat in d.l.vltim.in princip. colum.2.verſicu. tertiò limita.ff.de eo per quem factum erit.& Ioan.Franc. Balb. in d.tract. vbi ſuprà proximè, num.44.vbi ad hoc allegat bonum tex.in Cle.2.in fi. vt lit.pend.vbi citatio non inducit litis pendentiam, niſi in ea talia ſint expreſſa, quibus citatus poſſit plene inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur. & ibi quoque gloſſ. vlt.Imol.colum.vlt.& Card.Flor. in 3.not. & iterum in 5.q.& alij quoque. Et faciunt notata per Pet.Bal.& Angel.in l.vlti.C.de duobus reis.Specu.titu.de citat.§. contra.ver.item quòd in ea nulla cauſa.Rom.conſi.369.circa primum, colum.2.verſic. illam autem citationem. & Barb.conſi.8.clementiſſimi, col.pen.ver.multis uidetur. lib.1.& text.in l.aut qui aliter.§.ſi quis ſe denunciauerit. ff.quod vi aut clàm.

*An & ea interrumpat.*

*Citatio generalis nõ inducit litiſpendentiam.*

6 *An debeat eſſe omninò ſpecifica.*

SED Bal.id non admittit conſ.299. proponitur q̃ iã ſicut, in fin.lib.2. Nam ſpeciale (inquit) eſt in citatione, vt ea generalis & indiſcreta interrumpat præſcriptionẽ: quia citans, id eſt, citari faciens. uidetur omne ius ſuum intentaſſe, per d.l.vltim.C. de anna.except.& not.in l.ſi quis intentione.ff.de iudi.Verùm ex d.l.ult. & ibi notatis à Bart.in fin.facilè intelliges, citationem omninò generalem, ita ſcilicet factam, ut citatus ueniat de iure reſponſurus, non ſufficere ad interrumpendam pręſcriptionem, nec tamen omninò ſpecialem requiri, id eſt, ut deſcendamus ad ſpeciem noſtri caſus. Satis eſt, ut emptor citetur reſponſurus ſuper oblatione retractus ei facta ab Actore, & ut declarat noſtra conſuetudo, *en matiere de retraict, & ſur reffuz d'argent*, etiamſi non exprimatur ſpeciatim, cuius rei, & à quo emptæ: ſed non ſufficeret, ſi ſimpliciter citaretur reſponſurus petitionibus actoris, vt ſæpè fit, etiamſi noſtra conſuetudo non exigeret eam formam. Quod autem dixi de ſpecificatione rei, intellige, ut ſaltem generaliter res ipſa declaretur in oblatione retractus, vt dictum eſt ſuprà in 1. §. huius titu.gloſſ.15.in verbo, *& les doibt declarer, quel que ſoit en general.*

7 *Quid, ſi lõgum tempus præſtituat poſt annum.*

SECVNDÒ intellige, quod dictum eſt, ſatis eſſe citationem fieri intra annum, etiam ſi dies illius extra annum cederet: dummodò non tam longum tempus pręſtitueretur, ut conſanguineus uideatur illudere ac circumuenire conſuetudinem. Id quod arbitrio iudicis relinquendum eſt, conſiderata qualitate perſonarum, negocij, & diſtantia locorum, argum.huius quod in ſimili not.Bal.in c.1.§.ad hæc, poſt princ. & ibi quoque Mart. Laud.& Card. Alexan.titu.hìc finit lex Corra. cum alijs concord à me traditis ſupra eod.titu.§.1.in gloſ. 9. quæ eſt in verbo, *dedans l'an*, numer.23.nec tamen intelligas. & ſequen.Suntque priuatæ in hanc rem quorundam locorum conſuetudines. Nam Victriaci. cap. conſuetudinum eius loci 126. ſatis eſt, citationem fieri intra annum, etiamſi dies extra id tempus cedat, modò tempus citationis non excedat 40. dies. Idemque apud Engoliſmenſes: niſi quòd octo dies tãtùm huic rei ſtatuuntur. Ad id autem, quod dictum eſt de non longo tempore, facit l.2.in fin.princ.ff.de custo. reor. & ibi multæ concord.in glo.

*Conſuetudines de ea re.*

8 *An citatio ex qua conſãguineus non comparuit die ab illo ipſo dicta, interrumpat.*

QVID autem, ſi conſanguineus, qui emptorem citari fecit, ad iudicium non adfuit, id eſt, non comparuit, non venit ad diem conſtitutum in citatione, qui fortè extra annum eſt: aut etiã intra ipſum, ſed interim antequàm faciat iterum citari emptorem in cauſa retractus, annus labitur: an poſtea admittetur, uolens proſequi retractũ poſt annum ipſum, tanquam ſcilicet ea prima citatio interruperit præſcriptionem. Et certè non audiendus eſt. Neque enim aliter citatio interrumpit, quàm ſi Actor, qui citari fecit, compareat: eo autem non comparente circumducitur edictum, perindeque habetur, ac ſi nulla citatio interueniſſet.l.& poſt edictum. ff.de iudic.& c.1. de dol.& contum.libro 6. Ideoque non interrumpitur præſcriptio, vt expreſsè dicit Bal.& d.l. & poſt edictum, in vtraque lect.id quod etiam dicit notatu dignum, & rurſum in l.ult.in princ.& ibi quoque Alex. col.4. verſi. & quid ſi facta.Soc.colum.3.verſ.ſecundò limita.& Iaſ. col.2.verſic.eiuſdem initij.ff.de eo per quem fac.erit.& idem Bal.in l.1.ff.de in ius vocan.& in l.more, in fi.ff.de iuriſdict.omn.iud.& in c.conſuluit, colum.2. uerſ.pone quòd aliquis.extrà, de offic.deleg.& in addit.Specul.tit. de citatio.col ult.Alex.& Iaſon in Rub.ff.de in ius voc. Idem Alc.in addi.Bart.in l.cùm notiſſimi, in princip.de præſcript.30.vel 40.annor. Lanfranc. in tract. de arbitr. parte 7.quæſt.32.& Philippus Franc.qui id dicit ſing.& menti tenendum in c.vt debitus, colum.3.uerſ.tertia cõcluſio extra, de appell.Felyn.in d.c.illud, col.3. ver.prima eſt quòd licet, & iterum col.pen.verſi.prima concluſio, ibi, & è conuerſo, de præſcript. Iaſon in §. pœnales, num.130.qui eſt colum.penult.Inſtit. de act.& Matthæ. Afflict.in Rubr.Siciliæ 95. quæ eſt de exordijs pręparatorijs iudiciorum, col.2.& d.deciſ.366.in pleno, col.vlt. num.14.& Hipp. Marſ.ſing.291. præſcriptio. & Franc. Bal.in tract.præſcript.in 3. part.6. eiuſdemq; vlt. partis princ.char.51 nu.43 & ante hos Guil.Cun.quem propè omnes citant in l.ſicut C.de præſcript.30. vel 40.anno. Nam & aliàs uidemus quod contumax non poteſt allegare pendentiam litis, tanquam ſcilicet, quantum ad eũ, nihil pendeat, qui non comparuit.Bar.in l ubi cœptum. ff.de iudi.& in l.quamuis ff. de damn. infect. & in l. ſepulchri.ff.de ſepulc.viol.Alex.in l.de die. §.vlt. circa medium.ff.qui ſatiſd.cog.& Franc.Ripa in l 2.col.2. nu.8. ff.de re iud.Hipp.Marſ.ſing.239.contumax.

*Contumax non poteſt allegare litis pendentiam.*

9 *An iudex poſſit expectare conſãguineũ, qui non cõparuit.*

SED an hoc caſu poterit iudex aliquod temporis ſpacium expectare conſanguineum, qui non adfuit ad iudicium die ei dicta, id eſt, ad quam citatus fuit. Quod videtur, ſaltem in tres, aut quatuor plus minusve dies, per l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cautio. Aut ad minimũ in diem craſtinum, ſecundum dictum c.conſuluit, de offic. deleg. Neque enim magnum damnum eſt in mora modici temporis.l.ſi debitori.ff.de iudi.nihilq; ex obligatione mora paucorum dierum minuit.l.ſi in lege. §. colonus.ff.loca. Ex quo not.glo.paruam moram non æſtimari: & allegat alios multos text.concordantes. Quibus adde & l.ſi ab hoſtibus.§.vlt.ff.ex quibus cauſis maio.& l.1.§.qui præſens.ff.de uerbor.obligat.& l.continuus, in princ.eodem tit & l.duos.§. duo. ff. de duobus reis.& l. cùm antiquitas. C.de teſtamen.& l. plerique. ff. de ritu nuptia.& l.non dubium. C. de repud. & c.potuit.extra, de lcca. Ideoque Albericus in l.1. C.de uerbo. ſignific. dicit per quædam ex dictis iuribus, quòd parua mora, mora non eſt.

*Parua mora.*

10 *Actor an expectandus.*

VERVM Bald.conſ.268.factum tale eſt, ad inſtantiã, poſt medium, lib.1.dicit id quod diximus, iudicẽ poſſe paucis diebus expectare eum, qui non comparuit, procedere in citato, non etiam in citante, per l.ut uitem, quę eſt ult.§.vlt.& ibi not.per Dyn. & Bartol. ff. quod vi aut

clam



clam.ibi enim, ut dicit ipſe Bal. proteſtans obtinet uicẽ citantis, & quia etiam (vt & ipſe ſubdit) citans iam conſenſit in termino præfixo, quem ipſemet appoſuit: ideò non debet ei prorogari.c.oblatæ, extra, de appella. Et id ſatis videtur voluiſſe idem Bal.in l.ſi ea, col.vlt. uerſ.vltimò not.C.qui accuſ.non poſſ. & Innoc. in d.c. conſuluit, per l.& poſt peremptorium. ff. de iudic. Et hæc eſt pulchra atque notanda limitatio ad dict.cap. conſuluit, quam addes ad alias inibi appoſitas a Felyn. qui huius minimè meminit.

11 *De eadem re.*

PORRÒ ipſe Bald.in c.1.colum.3. verſ. dubitatur, ſi citatus.extrà, de iud.in 2.lect.quærit, nunquid citatus teneatur expectare aduerſarium, ſaltem per diem vel horam.& videtur (inquit) quòd non, per d.l.vt uitem.§.ult. & ibi Dyn.& Bar. Subdit autem in contrarium videri, quòd ſi æquitas moueat iudicem, id debet decernere, ut expectetur citator: nam id poteſt facere è contrario, vt ſcilicet citator expectet citatum.d.ca.conſuluit. Ergo & hic idem facere poteſt: quia æqualitas debet ſeruari in iudicio.l.vltim.C.de fruct.& lit.expen.Tandem concludit, id eſſe in arbitrio iudicis, quia contingere potuit, ut citans fuerit impeditus.l.3. 1.ſi ad diem.ff. de re milit. qui tamen text.non de hac re loquitur, ſed de eo, qui ad diem commeatus non venit, ut pro emanſore aut deſertore habeatur, niſi fortè caſibus quibuſdam detentus ſit, propter quos venia dignus eſſe videatur. Ibi enim agitur de pœnæ excuſatione in nullius præiudicium. Super quo etiam vide eundem Bald.in d.cap. conſuluit, colum.2.verſicul. quæro, pone quod aliquis, aliter eum text.in dict.l. vt vitem §.1. intelligentem. Nam & expreſsè Panor.in d.c.conſuluit, col.2.verſ.in gl.2. ibi, expreſsè tenet, & ibi poſt eum Phil.Dec.col.4. ver.in gl.2. idem c.habere locum & in actore, per eum tex.in uerbo, & earum altera.

12 *Actor non tam facilè purgat moram.*

CÆTERVM illam priorem Bal. ſententiã hac ratione potes confirmare, quòd Actor non tam facilè poteſt moram purgare, quàm Reus: ut uidere licet ex eodem Bal.in d.l.& ſi poſt tres, col.3.verſ.ſed contrà iſtud. & iterum ver.opponitur quòd non ſit poſſibile.ff. ſi quis cau.& Bart.in l.hæc conditio.la 2.in fin.ff. de condit. & demonſt.& in l.ſi inſulam, colum.vltim.in 9.q.ff.de verbor.oblig. Cuius prima ratio eſt. Nam maior etiam eſt contumacia Actoris, quàm rei.c.cauſam.extrà, de dol.& contu.iuncta gl.magna, in ver.præterea dicitur hìc. & c. vlt.extrà, de eo qui mit.in poſſ.& c.1.& ibi gl.1. de dol. & contu lib.6.& cap.1.4.quæſt.4.D.à Rota, deciſ.48.valet citatio, in nouis.& deciſ.384. fuit dubitatum, paulò ante medium, etiam in nouis.& dec.457.not.clemen. in antiquis.& Bald.in d.l. ſi ea, colum.vltim.verſic. & not. C.qui accuſ.non poſſ.& in l.cum mulier, col.6.verſic.uideamus igitur.ff.ſol.ma.per tex.in l.ſi & per emptorem, in prin.ff.de act.empt.& Steph.Bertran.conſi.267.ſi pactum, nu.6.lib.3.

*Actoris maior contumacia.*

13 *Conſuetudines.*

ET illud quidem certum eſt, quòd ſi conſuetudo certum tempus præfiniuit, ſicuti Victriacenſis ad 40. dies, & Angoliſmenſis ad octo, ut ſuprà diximus, & citans id integrum tempus conſuetudinis in citatione appoſuit, non poterit iudex in præiudicium conſuetudinis & citati, cui ex lapſu eius temporis ius excludendi quæritur, id tempus prorogare, per id quod not. & pulchrè ſcribit Pan.in c.ſæpe contingit, colum.4.verſ.in ea gloſſ. ibi iudex extrà, de appel. limitans dict. c. conſuluit, ut non procedat, cùm ius eſt quæſitum parti, ut ſi per contumaciam in tempore appellatio ſit deſerta, per gl.ibi, in verbo, procuratore, quod bene notandum monet & ſequitur Alexan.in d.l.ſi finita.§.Iulianus, col.17.verſic. limita etiam dictum.ff.de dam.infect.& Felin.in d. cap. conſuluit, col.2.uerſ.ſecundò limita, per not.in l.cùm ſtipulatus ff.de verbor. obligat. De quo tamen uide Phil, Franc.Peruſ.in d.c.ſæpè, col.8.ver.in eadem gl.ibi, facere.de appel.& in c.perſonas, col.pen.ver.tertiò quæritur eo.tit.& Georg.Nat.in repe.clem.ſæpè.in princ. col.42. verſ.ſecunda fuit opi.& cõſi.ſeq.verſ.tu ſequere eandẽ, & iterum ver.non etiam obſtat, quòd iudex.& Phil.Dec.in d.conſuluit, col.3.ver.item limitatur tex hic, niſi elapſa, vbi aduerſus hanc ſententiam quædam ueluti te la inijciunt, vt apud eos uidere poteris.

*Iudex an poſſit expectare in p̃iudicium partis, cui eſt ius quæſitum.*

14 *Iudex quæ tẽpora prorogare nõ poteſt.*

SED pro ea facit text.in l.adulter. C. de adulte. vbi præſcriptiones temporis datæ reis auferri non debent ex quo & illud fit, quòd nec tempus proſequendæ appellationis, nec petendæ in integrum reſtitutionis poteſt à iudice prorogari. l.nemo.C.de tempor.appellationum, gl.in c.cùm ſit Romana, in verbo, reciſus.de appellatio. Nec tempus ſtatutum ad probandam exceptionem excommunicationis, etiam ex cauſa, glo. in c.pia.§.ſi quis igitur, in verbo, octo dierum. & ibi Domini. columm. vltim.de excom. libr. 6. Nec regulariter aliud quoduis tempus à iure ſine miniſterio iudicis ſtatutum, ut per Iacob.Aret.& Cyn.in l.1.C.de dila & in Auth. qui ſemel. C.quomod.& quan.iud.Dyn.in cap.indultum, col.4.de reg.iur.lib.6.Bal.in Authen.iubemus, col.2.verſ. ueritas eſt.C.de iud.Alb.in l.ſiue pars.C.de dila & in l.Senatus §.vl.ff.ad S.C.Turp.& ĩ l.2.§.1.ff de iur.delib.& in l.vl. col.vlt.ff.de fer.& in l.2. col.1. & ibi quoque Imol.Rapha.Co.qui hanc opi.dicit eſſe communem. ff.de re iudi. cum alijs multis concord. illic adductis à Iaſ. qui & eam ſequitur, & latè confirmat. Et faciunt etiam ſcripta à Cæpol.cauſa.crimi.conſ 64. primum dubium, col.3. verſ.quinimò ſi iudex, & quæ diximus ſuprà §.1. in glo. 10.in uerbo, *dedans l'an*, num.31.præſertim, & ſeq. At ſi nondum eſſet tranſactum tempus retractus, aut tempus à ſtatuto citationi præſtitutum, res poſſet eſſe quadamtenus dubia. Nec hìc tamen aliter iudicium meũ interponem.

15 *Citatio, cui renũciatũ eſt, an interrũpat.*

ILLVD quoque quæſierim, Conſanguineus intra annum uenditionis citari fecit emptorem in cauſa retractus: poſtea uerò huic citationi renunciat, deinde eo anno uenditionis tranſacto, ſed intra annum ab illa citatione, cui renunciauerat, iterum facit citari emptorem proceſſurum in ea cauſa retractus: emptor negat eum admittendum, quòd tempus anni retractus lapſum ſit. Conſanguineus autem replicat, intra illud tempus citationem fuiſſe factam, quæ interrumpit id tempus in alium annum, iuxta ea quæ diximus ſuprà eod. tit. §. 1. glo.10.in uerbo, *dedans l'an*, num.75.decimotertiò quęro. Quis iuſtius induit arma. Ego cenſeo, conſanguineum non eſſe audiendum. Neque enim ea citatio, cui renunciatum eſt, interrupit præſcriptionem, ex ſententia Bald.in l.nam.& ſi, per eum text. in §. 1. de inoff. teſtamen.

16 *Conſanguineus exemplum citationis emptori relinquat, ſi petat.*

SED & illud poſtremo loco animaduertendum eſt, ut cùm conſanguineus citari facit emptorem in cauſa retractus, ei (ſi petat) exemplum citationis relinquere faciat: alioqui enim emptor non tenetur comparere, ut ſcribit Spec.tit.de citatio.§.iam de citatione, uerſi. hoc autem facto.per cap. quoniam contra falſam. & capit. vltim.extrà, de probat.& Nico. Mil. in ſuo repertorio, in uerbo, copia.ver.vltim. ubi in id dicit eſſe meliorem text.in clemen. cauſam, in fin.de elect.Et idem fortè ſi non petatur, ob nouam Franciſci Regis noſtri conſtitutionem, cap.22. qua iubetur huiuſmodi exemplum citationis relinqui citato, aut eius familiæ uel oſtio, etiam ſi non petatur. Ideò ſi emptor citatus non compareat, & interim annus retractus tranſeat, periculum eſt, ne poſtea non admittatur conſanguineus, cùm citatio debitè facta non fuerit, iuxta ea, quæ diximus ſuprà numero tertio, & ſequent. Ad illud autem, quod in ea conſtitutione dicitur, id exemplum dari debere ſumptibus Actoris, qui ſcilicet in ius Reum uocat, ut id obiter dixerim, uide gloſſ. & Doctor. in dict. clemen.

*Atq; ẽt ſi non petat.*

cauſam,

cauſam, & quod in ſimili tractatur ab Albe. in l. deſertorem. §. ſi præſidis, poſt Oldra. ibi. ff. de re milit. & Guido. Pap. deciſ. Delph. 116. Actor, in fin. & alijs pleriſque à me citatis ſuprà. §. 1. in glo. 10. in verbo, *de dans l'an*, nu. 107. cuius autem.

*FORMEL EN CAVSE DE RETRAICT, ET SVR REFFVS D'ARGENT.*

## FORMALIS IN CAVSA RETRActus & recuſatæ pecuniæ, Glo. III.

*1 Si in citatione non fuerit obſeruata forma hic tradita, cadit conſanguineus retractu.*

1 CVM conſuetudo hăc formam huic citationi præſcripſerit, neceſſe eſt eam obſeruari: quandoquidem non obſeruata forma citationis à ſtatuto tradita, ea prorſus inutilis eſt. Bald. in l. 1. in lect. antiqua, & ibi Soc. in 4. not ff. ne quis eum, & idem Bald. in l. non ſunt liberi, in 1. lec. ff. de ſta. ho. & in l. ceſſante, col. vlt. ver. ſed nunquid hoc ſit verum. C. quo. & quan. iud. & in c. vlt. ver. item not. quòd duo. extrà, de fer. & conſ. 213. vt apparet, in fin. lib. 4. Ange conſ. 186. repetito conſ. 216. viſis igitur, colum. 1. in fin. Petr. Anchar. conſ. 97. in quæſtione, colum. vlt. Imol. conſ. item 97. in cauſa quæ vertitur, colum. 3. verſ. circa tertium. & conſ. 110. ſimili initio, in 1. dubio, & conſilio 120. viſo proceſſu inquiſitionis, in 6. eodemque vltim. dubio, vbi & alios in id citat Alexan. conſ. 137. in cauſa, colum. 3. verſ. peccat & in alio, & ſeq. lib. 2. Soc. conſ. 59. viſo elegantiſſimo, colum. 2. verſ. ſit ergo, lib. 1. & Guid. Pap. conſ. 119. ex proceſſu, colum. 3. verſicu. ex quibus. Ideoque caue, ne & hanc formam prætermittas, niſi retractu excludi velis, tametſi leue nonnullis id eſſe videatur: quod & iam te ſuprà admonuimus in princip. huius §. Nam & alias modus formaque citandi à ſtatuto præſcribi poteſt, ſecundum Bald. in l. 1. colum. 2. verſic. modus autem. C. quomodo & quando iud. & Alexand. in addi. Bartol. in l. inter accuſatorem. ff. de publ. iud. vbi citat alios concord.

*PAR COMMISSION.*

## COMMISSIONEM, GLO. IIII.

*1 Nuncius an poſſit citare ſine mandato iudicis.*

1 HIc omninò vide, ad huius ſcilicet loci interpretationem, quæ latiſſimè dicemus, infra, tit. *de l'office des ſergens*, qui eſt omnium huius volum. tit. 28. §. 1. in glo. 1. vbi locus eſt huius rei domeſticus & peculiaris. Ibi enim inter alia multa uidebis, an & quando, & quis nuncius poſſit citare ſine mandato iudicis, & an ei credatur dicenti ſe citaſſe, aut aliud quippiã feciſſe ex mandato iudicis. De quo etiam aliquid dicemus infra in eod. §. in gl. 9. quæ eſt in uerb. *deux recours*, nu. 20. hinc denique procedit.

*LE IVGE QVI EN PEVLT COGNOISTRE.*

## AD IVDICEM CVIVS SIT cognitio, Glo. V.

*1 Quis iudex in retractu adeundus ſit, domicilij emptoris an rerum. Cuiuſmodi eſt actio cõpetẽs ad retractum, vid. 3. 6. 8.*

1 SEd quis eſt is Iudex? an domicilij ipſius emptoris? an uero rei uenditæ, quam uult retrahere conſanguineus? Chaſſa. in conſuetudines Burgundiæ hoc eodem titu. *des retraictz*. §. 1. in uerbo, *le peult rachepter*, multis nititur probare, actionem, quam conſanguineus habet ad huiuſmodi retractum ex conſuetudine, perſonalem eſſe: igitur iudicem loci, in quo res uendita ſita eſt, non eſſe adeundum, ſed iudicem emptoris, qui in ius uocatur. Cuius & tu ſententiam cõfirma, quoniam in merè perſonali actione Reus conueniri nõ poteſt in loco rerum, de quibus agitur, ſed in loco ſui domicilij, ut not. glo. in l. forma. § ſi uerò quis agrum. & ibi Barto. ff. de cenſib. & idẽ Bart & alij in l. ult. C. ubi in rem actio. Bald. in l. ultim. paulò ante medium. C. de præſcript. long. tempor. Roma. conſilio 197. Franc. in princip. ubi id dicit probari in l. quod legatur. ff. de iud. & Iaſ. conſilio 8. reiectis, colum. 1. libro 1.

*2 In diſtractu forum rei ſequimur.*

2 ET hac quoque ratione, quòd cum agitur ad diſtractum forum rei ſequi debemus. l. 2. & ibi glo. & Docto. C. ubi, & apud quem. & uoluit Signo. conſilio 162. factũ ſic ſe habet, duo quorum, ubi dicit not. text. in d. l. 2. & Sal. in l. 1. col. 3. C. de ſum. Trin. Ange. in ℐ. ad hæc, in Authen. ut ſponſa. largi. & Docto. ubique. & facit l. ſi ſuſpecta. §. ult. ff. de inoff. teſt. Qua etiam ratione D. Ferronus, meritiſſimus regis conſiliarius, in conſuetudines Burdig. §. 1. illam ſententiam cauſa retractus ſecutus eſt. Nõ enim dubium (inquit) quin ad diſtractum agat, qui ad retractum uenit. Quibus adde Car. Ruin. Doctorem certè præſtantiſſimum, conſ. 76. circa caſum, colum. 3. num. 9. libr. 1. ubi & ipſe tenet hanc actionem ex ſimili ſtatuto deſcendentem eſſe perſonalem, propptereaque tertium poſſeſſorem, cui ſcilicet emptor uendiderat, ea non teneri.

VERVM Io. Fab. quem & ipſe Chaſſ. allegat, ſed ad aliud quidpiam, in §. ex iure ſcripto. colum. 3. uerſ. circa quartum. Inſt. de iur. natur. gen. & ciui. nuncupatim loquens de hac conſuetudine retractus proximitatis, dicit ex ea poſſe agi actione reali, uel confeſſoria, ſi ſit ius incorporale. Nam & ut idem quoque dicit in l. 2. in 4. capite. C. quæ ſit longa conſuet. ſi conſuetudo tribuit ius in re, agitur actione reali. Hæc autem noſtra conſuetudo & alia quæuis huius regni ius in re ſatis tribuere uidetur, cùm præbeat actionem aduerſus quoſcunque rem detinentes. Ex quo conſentaneum fit, ut etiam iudex rei, quæ petitur, adiri poſſit, ut in cæteris actionibus realibus, per l. ult. C. ubi in rem act. & in l. 1. C. ubi de hæred. agi opor.

*4 Ad laudimia q̃ actio competat.*

4 ET huic ſententiæ concinit, quòd à Paul. Caſt. reſpõſum eſt, conſ. 335. laudatio & inueſtitura, in ultimo dubio, libro primo, quod pro iure prælationis competente domino aut eius ceſſionario, quod eſt ius incorporale, competit aduerſus venditorem actio cõfeſſoria, vel quaſi. §. æquè ſi agat. Inſt. de act. & quod not. Inno. in c. inter quatuor, de maiori. & obed. quæ quidem actio competit contra quemcunque detentatorem & turbatorem eius iuris. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vend. & not. per Cy. in Rubr. de vſufruct. Hæc propè Paul. quæ admodum notanda ſunt: quia id ius laudimiorum, aut retentionis reſtituto precio, magnam habet cognationem cum hoc iure retractus, & ſæpiſſimè à noſtra conſuetudine coniungũtur, vt infra §. 21. & ſeq. & §. 33. & alibi ſæpè. Nam & illud ius retentionis domini, vocatur etiam apud Gallos Retractus feudalis.

*5 Conſuetudo retractus realis.*

5 SED & ipſe Ioan. Fab. (vt ad eum redeamus) in l. 1. colum. 6. in paruis, verſ. in tertio caſu. C. de ſum. Trinit. dicit, quòd hæc conſuetudo concernit rem, & attẽdi debet conſuetudo loci, in quo res ipſa, quæ vendita eſt, & ex retractu petitur, ſita eſt. l. Titium. ℐ. Tutor, qui eſt vlti. ff. de admi. tu. & alijs ll. ibi allegatis. De qua re etiam diximus ſuprà in §. huius titu. 1. in glo. 1. in prin. ſed & hìc repetere uolui, quoniam præbeat maximum argumentum, iudicem quoque eius loci eſſe adeundum. Id quod etiam expreſsè ſtatuitur apud Borbonienſes, c. conſuetudinum eius loci 427. Cenomanenſes, ca. 392. vbi plus dicitur, omnes propinquos iudices rerum, ſi ſint in diuerſis iuriſdictionibus, eſſe adeundos, vel ſuperiorem, omnium ipſarum rerum capacem. Et idem quoq; apud Andegauenſes, c. 382.

*Conſuetudines.*

6 PORRÒ Cæpolla bis ſcripſit actionem, quæ ex hoc ſtatuto



*Actio retractus in rẽ ſcripta, vide 8.*

ſtatuto retractus datur, eſſe perſonalem in rem ſcriptã, videlicet primum conſ. cauſarum ciuilium 43. clariſſime, colum. 3. verſ. ſecundo principaliter. & iterum conſ. 65. quòd dominus Hieronymus. ver. primùm quia actio. Et id quidem veriſſimum eſt: neque enim competit merè perſonalis, vt dicit priore loco, cùm nullus contractus, vel quaſi, interuenerit inter emptorem & conſanguineum, ex quo oriri poſſit actio perſonalis, iuxta §. 1. & ibi not. Inſti. de act. Neque (vt hoc illi addam) ſi eſſet merè perſonalis, ſequeretur rem, & tertium poſſeſſorẽ, ſcilicet ſingularem ſucceſſorem ipſius emptoris: quod tamen facit, vt cauetur infrà eod. §. 12. & §. 27. & in omnibus propè Galliæ conſuetudinibus. Nam perſonalis actio ita vocatur, quòd perſonam ipſam obligatam ſequitur, non rem, ſiue ſingularem ſucceſſorem. l. eum cui. C. de actio & obligat. & l. cogi. ℐ. vnde quæritur. ff. ad Trebell. & l. vltim. C. de hæred. act. & l. cum fundo. & ibi Bald. ff. de ſerui. ruſt. præd. & l. 1. C. de cond. indeb. cum ſimil.

*Actio merè perſonalis nõ ſequitur rẽ aut tertiũ poſſeſſorem.*

*7 Etiamſi obligatio ſit cõtracta, habito reſpectu ad rem, vide infrà 14.*

7 ID quod procedit, etiamſi obligatio principalis ſit contracta, habito reſpectu ad rem tranſeuntem in perſonam ſingularis ſucceſſoris. l. quædam. ℐ. nihil intereſt, & ibi Iaſon, colum. 2. verſ. quartò tu pondera. ff. de eden. & l. cùm hæreditas ex cauſa. & l. ſi hæres inſtitutus. §. vlt. ff. ad Trebel. & l. vlt. ℐ. 1. ff. de contrah. empt. Ro. Franc. Aretin. & alij recentiores, contra Angel. in l. quæ neptis, quæ eſt pen. ff. de acq. hæred. & idem Rom. conſi. 417. in propoſito caſu, colum. 2. Paul. Caſt. conſil. 329. viſis & conſideratis, colum. 2. verſ. nec etiam tranſit, lib. 1. Fran. Aret. conſi. 25. viſo themate, colum. 2. & conſ. 70. in cauſa, col. 1. Iaſ. in d. l. 1. §. hæres præcepto, colum. 1. verſ. extendo iſtam regulam. & conſi. 128. videretur in præſenti, col. 2. verſ. tertiò ultra dominum, lib. 4. & conſ. 149. in quæſtione, col. vlt. eodem lib. 4. Et bene facit, quod tradit glo. in l. 1. §. opus. ff. de ali. iud. mutan. cau. fac. & Bart. in l. vlt. ff. de no. ope. nunc.

*8 Actio ĩ rẽ ſcripta, ſequitur rẽ & poſſeſſorem.*

8 IGITVR licet hæc actio ſit quodammodo perſonalis, videlicet condictio ex ſtatuto, l. 1. cum ibi not. ff. de cond. ex leg. vt ſunt cæteræ condictiones. l. actionum, in princip. ff. de actio. & obligat. & §. appellamus. Inſtit. de actio. non tamen merè perſonalis eſt, ſed in rem ſcripta, cum ſequatur poſſeſſorem. l. 3. §. 1. cum glo. in uerbo, eſt autem perſonalis, & ibi omnes. ff. ad exhib. & l. vlt. & ibi Bart. & alij. ff. de no. ope. nun. & l. ſi tertius §. ſi priuſquam. & ibi glo. & idem Bar. & alij. ff. de aqua plu. arcen. & l. emptor. & l. poſt venditionem, eodem titu. & l. metum. §. vi. & iterum. l. ſi cum exceptione. §. in hac, rurſumque l. ſi ipſa. ff. quod met. cau. Bart. Bal. Ang. & alij, in l. ſi vi, quæ eſt 3. C. eo. titu. vbi optimè declarant poſt gl. ibi, vnde naſcitur huiuſmodi actio perſonalis in rem ſcripta quæ datur contra tertium poſſeſſorem. Alber. poſt Petr. loquens de quadam condictione, ex l. vlt. C. unde ui. in ea ipſa l. colum. 2. verſ. item quærit: ut ex hoc intelligas, non omnem condictionem ex lege uel ſtatuto eſſe merè perſonalem. Idem Albe. loquens de interdictis, in l. 1. §. illud tenendum. ff. quor. leg. & Bald. in d. l. ſi cum exceptione. §. aliquando, in 2. lect. ff. quod met. cau. & in c. 1. colum. 1. verſicu. ſed contra hoc, tit. de controuer. inter dom. & empto. feud. ubi loquitur in caſu huius noſtri ſimili. & Sal. in l. exhibitionis, in princ. C. ad exhib. ubi dicit, actiones perſonales in rem ſcriptas dici, quòd comitentur poſſeſſorem. & Fran. Aret. in l. 4. §. Cato, col. 7. verſ. tu adde quòd eandem. ff. de verbor. obligat. Caro. Rui. conſ. 76. colum. 4. num. 10. libr. 1. & Steph. Bertran. conſi. 32. precij, colum. 2. num. 8. lib. 2. & conſ. 89. datio, ante fin. eo. lib. 2. & ipſemet Chaſſ. nuncupatim loquens de hoc noſtro caſu in d. tit. *des retraictz*. §. 11. in gloſſ. vlt. verſ. ſed qua actione. Nam & uidemus & in alijs quoque caſibus condictionem ex lege uel ſtatuto eſſe in rem ſcriptam, ut in l. 2. & ibi gl. & Doct. C. de debi. ciuit. li. 11. & Pet. Ferra. tit. de actio. in rem pro re emphyt. col. 5. in paruis, verſ. item eſt notandum quòd in caſu.

*9 Deciſio prĩcipalis quæſtionis. Actio realis & in loco rerum, & domicilij rei intẽtari poteſt.*

9 EX quo illud confeſtim ſequitur, quòd vterque iudex adiri poteſt, & rei venditæ, & emptoris, qui conuenitur, prout Actor elegerit ex ſententia Innoc. & Bald. qui dicit perpetuò menti tenendum, in ca. dilectus, el 2. extrà, de reſcrip. & eiuſdem Bal. in d. l. vlt. colum. 1. ver. nota bene. & ibi etiam Angel. colum. 1. in eo. verſ. C. de præſcrip. longi temp. qui dicunt, quòd ſicut in actione reali, poteſt conueniri Reus in foro ſuo, & rei, de qua agitur, vbi Actor maluerit, (per d. l. vlt. & ibi gl. & Doct. C. ubi in rem act. & l. 1. ubi de hære. agi. & d. l. cùm in lõgi, & gl. & Doct. in c. vlt. de foro compet. Bald. in ca. quia nonnulli, colum. 2. in ver. quæro quid in pluribns. extrà, de reſcript. Alber. in Rub. ff. de muneri. & honor. nu. 36. Pau. Eleaz. in Clemen. 1. & ibi Card. Flo. in princip. in 37. eademque vltim. q. de reb. eccleſ. non alienan. Archi. in Summa 3. q. 6. cum ſimili. adductis à Maria. Socin. in c. ſanè, colum. 7. in 12. declaratione, extrà, de foro compe.) ita & in actione in rem ſcripta. cap. ex parte, eodem tit. ubi & ipſe Inno. ſtatim poſt principium, idem tradit, & poſt eum Hoſtien. & cæteri, & Ro. d. conſ. 197. in prin. vbi loquitur de actione mixta: uti etiam facit Specul. titu. de citat. §. 2. verſ. & not. quòd ſi actio. & Bart. in d. l. vltima. C. ubi in rem actio. & Bal. in l. 1. in fine. C. de petit. hæreditat.

*Similiter actio in rẽ ſcripta.*

*10 Et actio quoque mixta.*

10 QVOD eò volui dicere, ne quis cauſetur eſſe diſcrimen inter actionem in rem ſcriptam, & mixtam, ut pleriſque placuit, & uidere licet ex ſcriptis à Dyn. in ℐ. 1. & ibi Ioan. Fab. & Iaſon. in ver. omnium. Inſtit. de actio. & eodem Dyn. & Alberi. in l. ſi tertius ℐ. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arc & Nico. Neap. & Iaſon in §. quædam, eod. titu. Alber. Alexand. & Iaſon. in Rub. ſi certum petatur, & probatur in l. actionis ℐ. mixtæ. ff. de actio. & oblig. ex quibus, prẹſertim Dyn. & Alber. in dict. §. ſi quis prius, intelliges & has actiones mixtas, magis reales eſſe, quã in rem ſcriptas. Et de interdictis, quę in rem ſcripta ſunt l. 1. §. interdicta. ff. de interdict. ut in eis uterque iudex etiam adiri poſſit. probant duo text. ſimul iuncti in l. 1. C. ubi de poſſeſ. agat. & in l. 2. & ibi gl. & Bal. C. de interdict. & uoluit etiam Alberic. in l. 1. num. 13. ff. eod. tit. Et hanc opin. in caſu noſtri retractus, ſecuta eſt conſuetudo Borbonienſis, c. 427.

*Interdicta etiã vtrobiq; intentari poſſunt. Conſuetudo.*

*11 Actio iñ hypothecaria.*

11 ET in ſimili uidemus, ꝙ actio hypothecaria, cùm non ſit etiam (vt multis placet) merè realis, plus tamen inhærens rei, quàm perſonę ut per gl. in l. ſi tibi decem. ff. de pignore. ff. de pact intentari poteſt & in loco rei hypothecatę, & in loco domicilij defenſoris, ut uoluit gloſſ. not. in §. 1. in uerbo, hypotheca. in Authentic. ut omnes obed. iudi. quem ſequitur Bal. in l. cùm ex cauſa, quæ eſt 2. C. mandati, ubi eam dicit eſſe not. eamque ſe allegare ſolitum. & in l. duumuirum, in fi. C. de Decur. lib. 10. & in c. nonnnulli, colum. vlt. ver. an hypothecaria. extrà, de reſc. ubi eam glo. dicit ſing. & limitat, ut ibi per eum. & Maria. Soc. in d. c. ſanè, colum. 4. in 7. declaratione, de fo. comp. Quanquàm ſunt, ne id prætermittam, qui eam dicunt eſſe ſimpliciter realem, ut per gl. in §. hæres. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi cont. naſcun. Bar. & pleroſque omnes, in d. ℐ. de pignore. & in l. debitor, in prin. ff. ad Treb. & Bal. in l. 1. C. ſi unus ex plurib. & conſ. 485. ſtatuto ciuitatis Cumarum, poſt med. lib. 1. & conſ. 256. uiſa petitione, lib 5. & inter conſi. illius, Chriſtop. Caſtel. & alios in addit. conſ. 477. recolo me, eodem lib. 5. & Fran. Are. qui eam gloſſ. in dict. §. hæres, dicit nota. in l. 4. §. Cato. colum. 7. verſ. ſed iſta ratio. ff de verbor. oblig. & latè per Iaſ. poſt alios, in d. §. item Seruiana, num. 119. & ſeq. ut omninò dubium non ſit, quin intentari poſſit coram iudice rei controuerſæ, vt præter illos uoluit Specula. poſt Vbert. idem quoque dicens de actione mixta, in tit. de compe. iudi. ad §. 1. uerſ. 7.

De

12 De quo non admodum laboro, tum quia huc non multum pertinet, tum quia quamuis eſſet merè realis, tamen haud dubiè quis ea poſſet conueniri in loco domicilij, per d.l.vlt.C.vbi in rem act. Et vide etiam Inno.in cap.poſtulaſti, in fine.& ibi quoque Ioan. Andr.poſt medium.& Panorm.de for.compet. qui faciunt differentiã inter actionem hypothecariam & pignoratitiam, illam enim poſſe intẽtari coram iudice rei de qua agitur, quia in rem eſt: hanc autem minimè, quia perſonalis eſt, capitul.cùm contra, extrà de pign. Et Innocent. in hoc vltimo dicto ſequuntur Bald.& Angel.in dicta l.vltima.C.de præſcript.longi temp. De quo etiam vide Collect.in cap.forus, nu.51.extrà de verborum ſignificatione.& ipſum Bal.in 1.c.ad fin.tit.de feud.dat.in vic. leg. commiſ. & Sal.in l.pignoris.C.de pigno.

13 *Prælati regni Franciæ non cognoſcũt de actione hypothecaria.*

Sed nec interim tamen omittendum, quod tradit Io.Fab.in d.§.item Seruiana, colum.6.verſ.& facit quòd Prælati, Inſtit.de act.Prælatos regni Franciæ, quibus eſt interdicta cognitio actionum realium, non poſſe cognoſcere de hypothecaria. Quod & idem poſt eũ dicit Ben. in repe.c.Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num.324.& iterum 340.& ſeq. de teſta. & tradit Io.Gallus in ſuis areſtis, q.112.ca.eiuſdem 2.fuiſſe à Senatu Pariſienſi pronunciatum, extraneum poſſe conueniri actione hypothecaria coram iudice rerum. Et eſt aliud quoque areſtum inter ea, quæ colligit Aufrerius, aut quiſquis is fuit, numero 66. Et id quoque de iure procedere reſpondit Pet.Anch.conſ.140.primum dubium, col.vlt.verſ.vlterius aduertendum. Sed neſcio quomodo incogitantes huc proceſſimus, propemodum extra chorum ſaltantes.

14 *An diſtinguendũ ſit in princ.q. vtrum retractus intentetur contra emptorem, an contra tertium.*

Qvid tamen ſi illud denique dicemus huiuſmodi actionem, quæ ex hoc ſtatuto retractus competit, merè perſonalem eſſe, cùm intenditur aduerſus primum emptorem, qui ſcilicet ex ſuo contractu obligatur ad reuendendum conſanguineo, vi huius ſtatuti. At cùm intenditur aduerſus tertium, cui res ceſſa eſt per primum emptorem, in rem ſcriptam eſſe, cẽſerique realem, vti de actione hypothecaria tradit Albe.in d.l.3.§.1.ff. ad exhiben. Nam aut agitur (inquit) aduerſus debitorem obligatum & tunc eſt perſonalis: aut aduerſus extraneum poſſeſſorem, & eſt realis. Nec obſt. (vt ſubdit) quòd ea actio veniat ex obligatione & contractu, quia non conſideratur cauſa remota, ſed proxima: nec ago ex contractu, ſed ex iure mihi quæſito per contractum. Sicut & dominium mihi quæritur ex contractu, & tamen non ago ex eo cõtractu, ſed ex dominio per contractum quæſito. Hæc ille. quæ mirè conueniunt huic noſtræ actioni, quæ ad retractum competit. Et idem propè dicit ipſe Alber.poſt Iac.But.in rub.ff.de pign. Nec inconueniens eſt (vt id addãs vnam eandemque rem eſſe diuerſæ naturæ, diuerſis reſpectibus.l.miles.§.pro parte.ff.de leg.2.Bald.in l.filiũ quem, colum.3.in 4.oppo.C.famil.herciſ.Panorm.in c.cùm in tua, extrà de deci.cum alijs multis ſimil.& conc. à me adductis ſupra.§.1.gloſſ.18.in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*.num.22.cui confeſtim, & ſequent. Et ſi id quidem uerum eſt, primus emptor omninò conueniri debet coram iudice ſui domicilij. Alij verò vel coram iudice etiam ſui domicilij, vel coram iudice rei de qua agitur.

15 *De eadem re.*

Sed huic diſtinctioni non accedunt plerique omnes, quos citauimus ſup.nume.8. igitur licet, inter quos eſt & ipſe Alber.vt ibi videre poteris. Imò vero ſunt & qui in ea ſunt ſententia, vt ſi actio perſonalis competat pro re quapiam immobili, poſſit & ea intentari coram iudice eius rei. Ita enim magna autoritate non obſcurè affirmat Spec.d.titul.de citatio, §.2. ver. & nota quòd ſi actio, cùm dicit duas diætas computari à loco, in quo eſt res quæ petitur, etiamſi agatur actione in rem ſcripta, aut etiam non in rem ſcripta. quod quidem non procederet, niſi dicamus, reum poſſe conueniri in eo loco, à quo trahi non poteſt vltra duas diætas, per ca.nonnulli, extra de reſcript. Id quod ex eo annotauit & menti tenẽdum dixit Paul.Caſtrenſ.in d.l.ult.col.1.ubi in rem act. quia id (inquit) ſubſtantiale eſt, quamuis Bart. ibi teneat contrarium, per gloſſ.in l.forma.§.ſi verò quis.ff.de cenſib.& text.in l.quod legatur.ff.de iud. Sed pace tanti viri, videtur is textum probare contrarium. Et vide circa principalem quæſtionem, quæ dicemus in ſequent.verſ. Vt tamen illud non omittam, poſt primam illam huius noſtri operis editionem, Curiam noſtram ſecũdum hãc noſtram ſententiam iudicaſſe in magna Camera inqueſtarum, vt vulgò appellant.

Ex ijs autem quæ diximus, potes Lector, intelligere, ſi clericus emerit, & conſanguineus venditoris velit eum pro retractu conuenire: (nam alibi diximus, clericum emptorem hac noſtra conſuetudine teneri, ſuprà §.1.glo.12.in uerbo, *l'achepteur*, num.4 quanquam, & ſequen.) vtrum igitur conueniendus ſit coram iudice eccleſiaſtico, an & coram ſeculari conueniri poſſit. Et ſanè ſi opinionem Chaſſa.ſequeremur, omnino eſſet eccleſiaſticus iudex adeundus, neque enim clericus in perſonalibus conueniri poteſt coram iudice ſeculari. In realibus uerò, & in rem ſcriptis, quanquam de iure communi noſtrates variant, tamen generali Franciæ conſuetudine obſeruatur, vt in his adeatur iudex ſecularis aduerſus clericos, vt plenè dicemus infra eodem titu.§.32.nu.81.tamen prior. Et ne dubites de actionibus non merè realibus, Ioan.Fab.quem in eo loco, & nuper verſicul.ab hinc 3.citauimus, in dict.§.item Seruiana, ubi ſupra.Inſtit.de actio.tradit interdictum eſſe Prælatis Franciæ, ne cognoſcant de actionibus hypothecarijs. Et ſcio id vſitatum ſcio in Francia, vt in cauſa retractus aduerſus clericum, iudex ſecularis adeatur. Quamuis Neapodanus in tit.de iuris congrui conſuetndine incipient.ſi eccleſia, & in prœmio ſuper uerbo, tenorem, & poſt eum Matthæ. Afflict.in tractat.de iure Protomixeos, col.12.verſ.item quæro, an ſi clericus, tenent iudicem eccleſiaſticum eſſe adeundum. 16

*Clericus emptor coram quo iudice ſit cõueniendus in cauſa retractus.*

Sed illud dubium eſt, ſi plures res vno contractu & precio venditæ ſunt, quæ ſunt in diuerſis iuriſdictionib. nec fortè emptor habet domicilium, ita ut neceſſe ſit cõſanguineum ſequi iuriſdictionem rerum venditarum, an ſatis ſit adire unam ex ijs iuriſdictionibus, & quam; an verò omnes adeundę ſunt. Et certè diximus ſuprà nume.5.ſed & ipſe, nonnullas conſuetudines iubere omnes adeundas, aut certè ſuperiorem. Quid autem de iure ſit dicendum, intelliges ex ijs, quæ dicemus infra codẽ tit.§.36.eodemque vltimo, gloſſ.3.in prima quæſtione. Pro illis tamen conſuetudinibus, quæ iubent omnes iudices adiri, faciunt quæ in ſimili tradunt Bartol.& Bald. in l.Iuſperitos.§ primus.ff.de excuſat.tutor.& quæ dicemus infra eodem d.§.36.gloſſ.3.num.23. ſunt & multi, & ſeq. Et pro illis, quæ dicunt ſuperiorem omnium adeundum, facit opin. Laur.in Clem.1.de reb.eccle.nõ ali.quod in alienatione rerum eccleſiaſticarum, quę ſunt in diuerſis diœceſibus, ſatis eſt autoritate diœceſis, cui ſubeſt monaſterium. De quo tu vide plenius Card.Flor. in d.Clem.1.in prin.in vlt.q.& quod in alio ſimili traditum eſt à Panor.in c.ſanè, ad fi.& ibi Marian.col.4.verſ.7.declaratio, de for.compet. 17

*Quid agendum cùm rei venditæ ſunt diuerſarum iuriſdict.*

Illvd autem denique quæſierim, Quòd ſi conſanguineus conueniat emptorem coram iudice, in cuius iuriſdictioue dicit rem venditam eſſe ſitam, vel ipſum emptorem habitare: emptor verò negat & rem ipſam, & ſuum domicilium eſſe eius iuriſdictionis, ſed alterius: ideò declinat ab huius iuriſdictione. Vides enim huiuſmodi exceptionem habere uim peremptoriæ, quamuis ut dilatoria proponatur. Nam ſi hic non ſit iudex competens, & interim tranſeat tempus retractus, conſanguineus 18

*Si emptor declinet iuriſdictionẽ an id impediat ingreſſum litis, an vero in cauſã principalem ſit reijciendũ.*

neus



neus omnino retractu repellitur. Quid igitur hic faciendum eſt, vtrum ne hæc exceptio impediet litis conteſtationem cauſæ principalis? an verò, quia tangit negotiũ principale, reijcienda eſt in cauſam principalem? Et certè poſſet videri, ſatis eſſe conſanguineum proponere rẽ, vel domicilium emptoris eſſe iuriſdictionis huius iudicis, cùm ſatis ſit allegare in libello qualitatem concludẽtem iuriſdictionem iudicis, per l.penult. C.de iuriſdict. omn.iud. Et id dependeat à principali cauſa, qua actor ipſe cadet, niſi id verum in ipſa principali cauſa oſtendat, per l.cùm quædam puella, quæ eſt pen.§.quoties. ff.de iuriſd.om.iud.& l.ordinata.C.de libera.cau. Nam & ita in ſimili voluit glo.ordin.in Clem.diſpendioſam, in verbo, vſuris, in prin.& ibi Imol.ſuper ea glo.de iud.Innoc. in c.cùm ſit generale, poſt medium, extra de for.comp. Guid.Suza.Bart.Rapha.Fulg.& Alex.in l.2.ff. ſi quis in ius voca.idem Fulgo.in l.præſcriptione.C.ſi con.ius vel vtili.publ. Lapus latè alleg.59.in Dei nomine amen, Prælatus. & alleg. 65. nunquid eccleſia. & allega.72.in quæſtione: vbi tamen obſcurè loquitur Paul. Caſtr. in d.l.cùm quædam, tum poſt prin.tum verſ. item quæro. ff. de iuriſd.omn.iud.Ioan.Rayn.in c.1.§.præterea ſi inter. char.7.in paruis, verſ.quæro iuxta ſtatim dicta, tit.de prohib.feud.aliena.per Fede.

19 *De eadem re.*

Vervm ſunt qui in huiuſmodi ſpeciebus dicunt requiri ſummariam cognitionem, antequàm reus cogatur litem conteſtari in principali, & inter hos gl. in ca.1.de offic.deleg.lib.6.Inno.ſibi contrarius, Anto.Imol. & Panor.in c.ſuper literis, de reſcri. Idem Inno.in c Romana.§.contrahentes, in verbo, contractibus, & ibi quoque Arch. Io. Andr. ſibi etiam contrarius. & Domi.de for.compe.lib.6.& rurſum ipſe Inno.& Ant.in c.cæterum.de iudici Archid.in cap.1.§ notaria, de cenſib.lib.6.Io. And.& Anto.in c.ſi clericus & ibi latè Panor. tum colum.2.in vlt.not.tum col.ſeq.verſ.ſed pro ſubtili. & ibi quoque Car.Flor.& latiſſimè Maria.Soc. id multis modis poſt Ant.diſtinguens, col.6.verſ. circa vndecimũ argumentum, extra de for.comp.Ioan.Calde. in ca.1.in 4.q.extra de rapto.Cyn.qui & ipſe diſtinguit, Iac.But. Bart.ſibi contrarius, & Bald.in 4.q.in d.l.præſcriptione. Idem Bal.& Rapha.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iud. Albe. poſt Pet.in d.l.2.col.5. verſ. ſed pone quòd iudex. & ibi quoque Bar.Soc.qui hanc dicit eſſe communiorem opi. col.vl.ff.ſi quis in ius voc.Pet.Anchar.in c.poſtulaſti, de for.compet. Imol. in l. quidam conſulebat. ff.de re iud. Matthæ.Afflict.Dec.Neap.297.pluries.Carol.Rui.conſ.69.viſo proceſſu, col.4.nu.10.lib.5.

20 *An emptor repulſus ab illa declinatoria, poſſit illam proponere in vim peremptoriæ.*

Et ſi hanc opinionem ſequamur, quæſtionis eſt, ſi huiuſmodi habita ſummaria cauſæ cognitione, emptor repulſus eſt ab huiuſmodi exceptione propoſita in vim dilatoriæ, an nihilominus poterit proponere in vim perẽptoriæ, vt repellat conſanguineum à retractu ex eo capite, quòd citatio facta non fuerit coram iudice competẽti, ut hæc conſuetudo noſtra requirit. Et ſanè omnes propè, quos citauimus pro vtraque opinione, ſentiunt, vt poſſit, præſertim verò, & expreſsè Albe. in d.l.2.col.6. verſi.ſed nunquid poterit.ff.ſi quis in ius voc. & Bald. in d.l.præſcriptione, colum.vlt.verſic.vlt. not. & præter hos Arch.& Ioan.Andr. in c.1.de litis conteſt. libr.6. Quanquam contrarium tenet Io.Mona.ibi.& Pet.Anch. conſil.372.pro declaratione, col.2.verſi. item aduertendum. Sig.autem hanc rem latè diſputat conſi.27.quæritur an exceptio, & tandem diſtinguit, vt ibi uidere poteris. Sed & tu vide Bar.Bal.Ang.Raph.Fulg.Alex. in l.eleganter.§.1.ff.de cond.indeb.Bald.in l. nam & poſtea, in prin.& ibi Zaſium, qui eam l.legit cum l.ait Prætor. ff.de iureiur.

21 *An acta facta in illa cognitione dilatoria faciunt fidẽ in principali negotio.*

Cætervm ſi priorem teneas, quæ & ipſa communior eſt, in dubium vocari poteſt, vtrum probationes, & cætera acta facta in ea, ſummaria cognitione adhibita, cùm propoſita fuit hæc exceptio in vim dilatoriæ, faciant fidem in principali negotio, in quo & ea exceptio proponitur in vim peremptoriæ. De qua re etiam Albe. loquens in d.l.2.col.6. verſi. ſed nunquid acta. ff. ſi quis in ius vocat.negat facere fidem, cùm ad alium finem facta fuerint. Et in hac quoque ſententia eſt Panor. in d.c.ſi clericus, colum.pen.de for.competen. Sed id quidem hinc pendet, an acta facta in iudicio ſummario faciant fidem in plenario, de quo latè per omnes in l. is apud quem.C.de eden.vbi Recentiores adferunt multas concord.vbi videre poteris, ne hic fruſtra inculcem. Sed etiã latè videbis per Maria.Soc.in d.ca.ſi clericus, col.vlt.de foro compet.

Deniqve poſt priorem editionem noſtram editæ ſunt deci. D. Boer. Præſidis Burdig. quarum ſecunda loquitur de primo quopiam Præſide Pariſienſi, quem non nominat, qui emerat rem quampiam immobilem, quam conſanguineus venditoris uolens retrahere, eum citari fecerat coram Seneſchallo Petragorienſi (quæ erat domicilium habitationis paternæ & propriæ,) & ibi cõſignauerat & depoſuerat precium, quærebaturq; an ea citatio & conſignatio valeret. D.Boer.cõcludit valere, per multa iura illic per eum allegata, quæ tu videre poteris. 22

*Quid, ſi cõſiliarius Pariſienſis citatus fuit in loco ſui paterni domicilij.*

## *Avtrement.* Alioqvin. Gloſſ. VI.

Hæc vulgaris dictio *aultrement*, ea eſt, quam Latinè dicimus, aliàs, ſiue aliter, & alioquin, ſiue alioqui, quæ quidem dictiones faciunt conditionem, tanquam ſi dicas, ſi id factum nõ fuerit. Quod probatur primum de prioribus, in l.diuortio, poſt princ. & ibi glo.in verbo, alias.ff.de neg.geſt.& in l.alias.& ibi quoque glo.ff.de iureiur. De poſtrema, in l.ſi finita.§. ex hoc edicto, & ibi etiam in glo.in uerbo, alioquin.ff.de damn. infect.& in l.eleganter.§.ſi dolo malo, qui eſt penul.& ibi glo.ff.de dol.mal.& in l.omnino, & ibi item gloſſ.ff. de impen.in re dota.fac.& in l.ſi cui, & ibi gl.ff.de fideicom.liberta.& in c.conſtitutus, in verbo, alioquin. & ibi quoque Docto.extra de teſtib. Et de utraque uoluit Bar. qui alia iura allegat, in l.1.col.3.& 4.in 4.& 5.q.ff.de cõdi.& demonſtr.vbi etiam oſtendit, has dictiones habere alias ſignificationes & rurſus in tracta.de alueo, col.2.in verbo, alias.& Corn. conſil.253.licet, col.2.uerſiculo & maximè.lib.1.conſi.313.alias per me, col.1.verſic.nam. huius, lib.4.& Soc conſi.51.pręſtantiſſimè, col.vlt.uerſi. quartò principaliter, lib.1. Et de dictione, alioquin, uide etiam Alber.in ſuo Lexico, in uerbo, alioquin, utrunq; Salice.& Roma.in l.2.in fin prin.& ibi etiam Phil. Dec. col.2.in 5.notab.ff.ſi cer.pet. & Pan.in c.qm̃, paulò ante fi.ext.de dec.& Iaſ.in §.in pſonã, col.3.n.8.Inſt. de actio. Et vide deniq; qd de eis dictionib. dicemus ti.procedente.§.4.gl.7.ĩ uerbo, *en main de court*, n.14.& ego id puto. 1

*Aliàs. Aliter. Alioqui. Hæ dictiones conditionem faciunt.*

Porrò huiuſmodi dictiones ſunt reſolutiuę eius diſpoſitionis, in qua proferuntur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates pręcedentes, vt de dictione, alioquin, dicit Domi.qui id dicit not.pro ſtatutis & priuilegijs, in quib.ponũtur, in c.ut circa.§.alioquin; & ibi quoque Phil.Fran.col.1.per gl.ibi, in eo verbo, de elect.li.6. Tu autem pręterea uide de dictione, aliter Bald.in l.ult. uerſic.tex.autem.C.de ſuis & legit. Et de dictione, alioquin, Phil.Fran poſt Arch.& Ioan.Andr. in c.mandato, col.1.de pręb.lib.6. 2

*Et reſoluunt diſpoſitiones, in quib. ponũtur.*

De uia autem huiuſmodi uerborum non aliter, nec alio modo, uel ſimpliciter, non aliter, uide Bald. poſt gl. in l.ſi quidẽ, col.2.uer.no.gl.C.de excep.& eundẽ Bal.in Auth.ingreſſi.col.3.uerſ.item ſi proteſtor.C de ſacr.eccle.& in c.1.§.deniq;, col.ult.& ibi Mart.Laud.& Card. 3

*Non aliter nec alio modo.*

Alex.vtrunq; in fin. tit.quæ fuit pri.cau.bene. amit. Ang. conſ.254.hæc queſtio,poſt prin.Pan.in c.2.col.vlt.verſic. vlt.hic quæro,extrà de feu. & eundem Pan. in c. ult. col. 2 uerſi.item ſi fiat,extrà,qui cler. uel uouētes. Iac.Aluar. in c.1.in prin. verſ.quæro quid ſi uaſallus, tit. de prohib. feu.alie.per Fede. Alex.conſi.3. viſo inſtro,col.2. verſic. confirmo,lib.1.Fran.Cur.ſenior.conſ.8.uiſo inſtrumēto, propè per totum, ubi & alios allegat Socin. conſ. 40. in preſenti,col.pen.lib.1.& conſ.251. quoniam,col.5.verſ. poſtremò,lib.2.& Iaſ.in l.non ſolū.§.morte.col.13.uerſi. quartò ad iſtam regulam.ff.de ope. no. nunci. & conſil.4. Nicolaus,col.pen. uerſic.quintò moueor, lib.1. & conſi. 162.in cauſa contradictionis, col. 4. uerſ. ſecundò quòd dicta,lib.2.& conſil.202.magnificus, col.7.verſ.tertiò & fortius,eod.lib.2. & Phil. Dec. conſil. 281. viſo puncto, nume.4.& iterum in fin.& conſil.360 perſcrutatis,col. 3.uerſ.ſed reſpondetur.& Franc.Rip.in c.cùm Mart.Ferra.nu.80.de conſti. & lib.3. reſpon.c.1. donauit, num.3. Ant.Rub.cōſ.146.circa primū,poſt prin.& Lud. Gozad. conſ.3.in cauſa, col. 5. nume. 22.& ſeq. & quæ dicemus infrà,tit.procedēte,d.§.4.gl.7.in uerbo, *en main de court*, num.14.& ego id puto.

*LE RETRAYANT EN DECHERROYT.*

## RETRAHENS RETRACTV CAderet, Gloſſ. VII.

1 *Oēs qualitates ſtatuti obſeruari & probari debēt*

NAM ubicunque agitur ex conſuetudine uel ſtatuto, ut in hoc caſu debent ad vnguem obſeruari,cōcurrere,& probari omnia,quæ à ſtatuto ipſo, aut conſuetudine requirūtur, aliàs agens ſuccumbit, vt uoluit Soci. qui id dicit ſingu.conſi.55. le 1. (nam ſunt duo eiuſdem numeri) præſtantiſſime Doctor,colum.2.lib.1.allegans id voluiſſe Bart.& Bal.in l.in cauſis. C.de accuſa. apud quos tamen id nō reperi.Sed ad id optimè facit, quod dicit gl. quam & ipſe dicit ſing.in l.mancipia, in uerbo,aduocandum, & ibi Iac.But.Raph.Fulg. & Pau.Caſt. C.de ſeruis fug.Nicol.Neap.& Bal.in l.1.§.item illud. ff.de S.C.Syl-la.Bar.in l.Diuus.ff de teſt.mili.& in l.abſentem. ff.de pœnis.Et facit etiam,quod omnes qualitates requiſitæ à ſtatuto,præſertim exorbitante, ſunt expreſsim intentandæ & probandæ, ſecundum Io.And. in c.1. in uerbo, Chriſtianorum,de hom.lib.6. Bal.in l.ſi quis non dicam rapere,col.3.uerſic.& in iſtis omnibus.C.de Epiſ.& cler.Pet. Anch. conſi.27. de titulis, col.5.uerſ.iſtæ autem qualitates.Corn.conſi.199.in præſenti, col.22.uerſi.item ad impugnandum,lib.2.& conſi.87.uiſis actis,col.1.uerſic. tamen his non obſt.lib.3 & conſi.165.profectò, col.1.verſic.& primo,eod.lib.3.& conſi.175.licet in præſenti, col. ult.eod.lib.3.& conſi.216.in cauſa uertente,col.2.uerſic. his tamen non obſtan.eod.lib.3. & conſi.241. videtur in hac,col.2.uerſic.his tamen non obſtantibus.eod.lib.3. & conſi.241.videtur in hac,col.2.uerſicu.ſolum eſt inſtandum, eod. lib.3. & conſi.327.animaduertens colum. 1. uerſic.qui autem,lib.4.Alex.conſi.172. uiſis & opportunè,colum.2.uerſic.quinimò, lib.2. quod repetitur conſi. 41.libro 4.& idem Alexan.conſilio 225.eodemque ultimo,uiſo proceſſu,colum.1.uerſicu. & ubicunque. lib.2. & conſilio 1.uiſo proceſſu inquiſitionis,colum.6. uerſic. hoc probo per id, libro 3.& conſilio 82. uiſo proceſſu cauſæ,colum.4.uerſic.ſed ad hoc ſtatutum. eod. lib.3. & conſi.3.ſuper proceſſu,col.2.lib.4.& conſi.129.ſuper primo,poſt prin.lib.7.& conſi.138.uiſo puncto,col.ult.eod. lib.7.ubi loquitur nuncupatim de ſtatuto requirente certas quaſdam qualitates in retractu, de quo loquimur. & conſi.184.uiſo proceſſu,colum.penult. numero 12.eod. libro 7.& Franc.Curt.ſenior. conſi.74. ſuper memorata. colum.3.caruit ergo.& Socin.dicto conſi.55. poſt princ. lib.1.& conſi 63.in cauſa uertente,colum.2.uerſi.capiendo etiam,eod.lib.2.& conſi.220.viſis compromiſſo,col. pen.uerſ.primo quia illa verba,eod.lib.2.& conſil. 57.in cauſa filiorum,col.6.verſ.præterea Carolus, lib.3. & conſil.27.viſis inſtrumentis, col. 3. uerſ.ſecunda eſt, lib.4.& conſi.47.in præſenti,colum.2.verſ.nec ſtatutum, eodem libro 4.& conſ.65.concluſio.col.1.ad fin.eod.lib.4. & cōſil.104.uiſis cōpromiſſo,col.5.uerſ.primo quia illa, eod. libr.4.& Franc.Cur. ſeniorem conſi.74. ſuper memorata,colum.2.verſ.caruit ergo. Iaſ.conſ.164.abſolui, colum.2.uerſ.quartò facit,lib.2.& 170.nomine, colum.antepen.uerſic.primò quia non eſt, eod.lib.2. & Phil. Dec. conſi.13.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione, colum.2.uerſ.difficultas eſt & conſ.18.an ſtatutum,colum. 2.uerſ.cum ergo ſtatutum,cōſ 356. in cauſa dominæ Mariæ,colum.1. & conſ.434. placet. & conſ.440. ſuperioribus,colum.item 1.& cōſ.444.concurrit patruus, colum. 3.numero 16.& conſ.520.in cauſa Piſtorienſi,colum.ulti.& conſ.524.uiſis his, colum.1.& conſ 540. quæritur in effectu,col.1. & conſ.550. iuridicam, circa medium. & conſ.589.in cauſa quæ in ciuitate, col.2.uerſ. ſecundo principaliter.& conſ.626.ad dubium,col.1.& conſ.661. in caſu,de quo,col.1.& Steph.Bert.conſ.30.lecto proceſſu,col.1.lib.1.Ant.Rub.conſ.16. in cauſa Ioannis, col.5. verſ.tertium dubium.

ET benè facit tex.in l.1.§.ait Prætor,& quod ibi no. Bar.ff.ne qui in flu.publ. & in l. pen. §.docere. ff. ne quis eum qui in ius vocan.& in l.4.§.docere, & ibi Ange. ff.ui bono.rapt.& l.cum actum. ff.de neg.geſt. & l. ſi fortè, in fi.& ibi Bar. ff.de caſt.pecu. & in l. Fulcinius. §. cum hoc edictum.& ibi idem Bar. ff.ex qui. cau.in poſ.eat. & in l. Diuus.& ibi Bart.& alij.ff.de re iud. & quod ſcribit glo. in c.1.§.ſanè,in uerbo,abſque penuria. & ibi etiam Ioan. And.de ſtatu.reg.lib.6.& glo.in Clem.ult. de reſcri.Bar. in l.non ſolum.§.ſed ut probari,& ibi Iaſ. ff.de ope.nou. nunc.& in l.1.§.idem quæſitum. ff. de aqua quot. & æſti. & in l.abſit.C.de priu.domus aug.lib.11.Bal.in rep.l.edita,col.11.uerſi.circa ſextum. C.de eden. & in l.hi qui ad ciuilia,col.vlt.uerſ.modo ex hoc.C.de appel.& in l. certi condictio.§.quoniam.colum.ult.ff.ſi cert.pet. & in l. Titia.& ibi Imo.& Ro.ff.ſol.ma.& in c.licet cauſam,col. 5.uerſ.ſed quæro unde,& ibi Pan. num.31. extra de probat.Ant.Imo.& Panor.in c.2.& ibi latè Fel.col.12. uerſ. reſtringitur quinque modis,extra de reſcrip.Pan.in c.Piſanis per eum tex.extrà de reſti.ſpolia. & in c.Abbas. colum.2.uerſ.item probatur,extrà quod met.cau. & in cap. ſignificauit, in l.ult.not. per eum tex. extrà de appella. & conſi.42.ex multis,col.2. uerſ. ſed his non obſt. lib.1. & conſ.78.uiſo toto proceſſu.col.1.uerſ.item uidetur mihi, eod.lib.1.Barb.qui & alios citat,conſ.15. clementiſſimi, colum.6.verſ.præterea accedat,libro 1.& conſ.44. ſcribitur,colum.5.verſic.& faciat,eod.lib.1.&conſi.17. clemētiſſimi,colum.5.uerſ.præterea eſt aduertendum, lib.2.& Franc.Ripa,lib.2.interpretationum,& in c.inter ceteras, num.66.de reſcrip.Hippo.Marſi.conſ.96.proximis, col. 1.& in practica cauſarum criminalium. §. quoniam, numero 52.& iterum §.& quia.nu.11. — 2 *De eodem.*

3 *Vtrum cōſāguineus qui non obſeruauerat ſolēnitates, iterūm audiatur intra annum.*

QVID igitur, ſi cùm conſanguineus has ſolennitates non obſeruaſſet, fuit ob id repulſus, excluſusque ab huiuſmodi retractu, & emptor contrà abſolutus, tamen quia nondum annus effluxerat iterum intra ipſum annū conſanguineus facit oblationem retractus, obſeruatis iſtis ſolennitatibus,an ſit audiendus: quod videtur exemplo eius, qui agit pendente, & non impleta conditione, ideoque reus abſoluitur: nam nihilominus exiſtente conditione, poterit iterum agere: nec ei obſtabit exceptio rei iudicatæ, l.ſi mater.§.eandem, uerſicu. & ideo ſi fortè ſub conditione.ff.de exceptio.rei iudicatæ. & l.grege.§. ſi ſub conditione. ff.de pigno. & l. bouem.§. ſi ſub conditione.ff.de ædil.edic. Quorum tex. autoritate glo. in l.1.



*Victus ob ineptam actionem poteſt ad aptā redire.*

in l.1.in prin.in verbo,nec tenere.ff.ſi men.fal. mod.dixe. ſcribit, ꝙ qui propoſuit intentionem ſiue actionem ineptam,ideoque à iudice repulſus eſt,poteſt tamen redire ad aptam.De quo etiam text.in l. ſed & ſi pupillus. §.ſi inſtitoria,& ibi gl.Bal. & expreſſius Alber. & Sal.ff. de inſtit.actio.& l.Bebius,in fine, & ibi Alber.ff.de pac. dotal.& in c.coram.& ibi Pet.Ancha.in quarto notab. extra de reſcrip. & in c.examinata,extra de iud. & voluit etiam Signo.quia alia multa iura allegat, conſ.142. in quæſtione vertente inter dominum Gabrielem,col.2. verſ.præterea in ſimili.Et de procuratore, qui ineptam actionem propoſuit,voluit Alber. in l.ſi procuratorem, colum.4.verſ.quid ſi procurator. ff.de procur. Sic & in hoc caſu qui ſummotus eſt,quòd ſolennitates non obſeruauerit, idem ijs obſeruatis, ſi ſit intra tempus, eſt audiendus.

4 *Exceptio rei iudicatæ non nocet ſi noua cauſa ſuperuenit.*

ET ſimile eſt,quòd ſi actor petens rem quampiam, ideo victus eſt, quòd reus rem ipſam non poſſideret, ſi poſtea reus poſſidere cęperit, poterit idem actor iterum agere,nec ſummouebitur exceptione rei iudicatæ, l.ſi à te,in prin.& l.ſi rem meam,& l.ſi quis ad exhibendum, quæ continenter ſequitur.ff.de excep.rei iud. & l.procurator ad exhibendum,in princ.ff.rem rat.hab. & l.quoties. §. vlt. & l.ſed ſi poſtea.ff.de noxa.actio. & l.neque. quæ eſt 3.C. ad exhi. nempe quia cauſa illa repulſionis ceſſat.Et generale eſt,vt non obſit huiuſmodi exceptio rei iudicatæ,ſi noua cauſa ſuperuenit,d.l.ſi mater.§.eandem,in prin.& l.ſi is qui hæres,in princ. ff.de except.rei iud.vbi ſi is,qui hæres non erat,hæreditatem petierit, & poſtea factus hęres,eandem hęreditatem petat,exceptione rei iudicatæ,non ſummouebitur.& l.hæreditas.C.de petit.hæred.Hincq; Paul. Caſt.conſ.313.iſta pronunciatio,lib.2.reſpondit,quòd ſi quis iudicem ineptè, & non obſeruata forma ſtatuti,recuſauit, ob idque fuerunt dictæ recuſationes reiectæ,non prohibetur poſtea rectè atque ordine eaſdem proponere.

5 *Actus non cōſumitur ex primo ipſo actu, qui non ſortitur effectum, uide 14.*

ET facit, quod ſcribitur in l. hæc conditio filiæ, in princ.ff de condi.& demonſtr.quòd ſi relatum relictum eſt filiæ, ſi nupſerit, ſi ea nondum nubilis ætatis nupſerit, vel etiam coniuncta ſit ei, cuius nuptijs ei interdictum ſit,non cenſetur paruiſſe conditioni. Sed ſi poſtea alteri vtiliter nupſerit, conditioni paruiſſe cenſetur, & legatum obtinebit.Cuius l.autoritate Bald. in l.inuitus, in fin.C.de procur.dicit,quod quando primus actus non conſumit effectum ſecundum intentionem diſponentis, non intelligitur tātùm de primo actu, ſed & de vlterioribus.Infertque ex eo poſt Pet.quòd ſi procurator conſtitutus ſit ad appellandū, non ſolū de prima appellatione intelligitur, per quam nō habemus effectum ſecundum intentionem mandantis,ſed de alijs quoq;. Et ſequitur Ro.in l.2.chart.pen.ff.de re iud.& conſ.504.in caſu propoſitæ conſultationis,vbi & ad hoc multa alia iura allegat,quæ tu videre poteris.& Maria.in c.de illis, col.9. verſ.& prædicta faciunt,extra de cond.appo. & Fel.in c. 2.in quinta limitatione,de treu.& pac.& Iaſ.in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui,colum.vlt.ff.de verb.oblig.Phil. Dec.conſil.22.cuius ſuperſcriptio incipit, ſi pronunciatur,col.1.

6 *De eodem.*

ET huc quoque ſpectat text. in l.qui per ſalutem. ff. de iureiurand. Ex quo not.Sal.ibi, quòd qui nullam & inutilem electionem fecerunt, poſſunt aliam validam facere.Sed & Bald.ibi ex eo quoque no.quòd licet omiſſio formæ reddat actum nullum, tamen idem actus poterit iterum fieri cum debitæ formæ obſeruatione:& id quod alibi dicitur, diſpoſitiones debere intelligi de primo actu,l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo. ſignif.cum ſi.intelligi de primo actu valido,& ritè facto. Ad quod etiam allegat d.l.hæc conditio filiæ. Et idem quoq; per illos duos tex.voluit ipſe Bal.in c.olim,col.2. verſ. ibi & iterum,extra de reſcr. & conſ.142. quod iudex non potuerit,paulò poſt medium,li.4.Paul.Caſt.conſ.103.viſo teſtamēto,tū col.1.tū ante fi.cōſ.li.1. Fel.in d.c.2.in prima limitatione,de treug. & pact.Iaſ.in l.diuortio. §. q̄d in anno,in 3.limitatione.ff.ſol.mat.Alc.in d.§.hoc ſermone.

7 *De eodem*

QVIBVS adde optimum text.in l.is cuius.§. vlt.ff. de adult.vbi ita ſcribitur: Si quis adulterum & adulteram ſimul detulerit, nihil agit, poteritque quaſi neutrū detulerit, rurſus à quo velit, initium facere, quia nihil prima dilatione egit.& tex.in l.2.in prin.in verſ.data, & ibi gl.Bar.& alij.& iterum in l.cùm ita.§.1.verſ.ſecundū quod.ff.de opt.legat.vbi per electionem nulliter factam non conſumitur ius eligendi. & ita eum quoque priorē tex.not.gl.Bar.Albe.& alij in l.ſerui electione.ff.de leg. 1.& Roff.Bene.q.Sabb.1.Romana. Adde etiam gl.in c. Daibertum,in verbo,reiterari.1.q.7.& quod de arbitro, qui perperam eſt arbitratus,an iterum poſſit arbitrari, tradunt gl.in l.propoſita,& ibi Dyn.& Bart.qui eam l.legit cum l.ſocietatem.§.arbitrorum,col.2.verſ.quærit gl. & Sal.qui hæc omnia legit cum prin.d.l.ſocietatem,colum.2.verſ.quæro primo.ff.pro ſocio Cyn. poſt Petr. in l.vlt.in 7.q.& ibi quoque Bal.in 4.q.C.de contrah.emp. Et quod de compromiſſo, quod non eſt ſortitum effectum,voluit Bal.in l.veluti.§.hęc vox.& ibi Alex.& Recentiores.ff.de eden.& in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decē. ff.de leg.3. & conſ.362.primò videndum eſt,li.5.& Ro. conſ.504.in caſu propoſitæ,cum ſimilibus.

8 *Maximè cum irritus eſt ob formam nō obſeruatā.*

ET hæc quidem haud dubiè vera eſſe videntur,cùm primus actus irritus eſt ob formam vel ſolennitatem nō ſeruatam:nam & is reiterari poterit,quamuis ſecus eſſet ſi peccatum ſit in materia.Ita enim voluit coryphæus ille Gallorum Doctorum Pet.à Bel.Pert.uti illum refert, & ſequitur Practicorum excellentiſſimus Alberic.in dicta l.ſerui electione,in princ.ff.de leg.1.per textum in l. quid tamen.ff.de arbi Hic autem retractus fit irritus ob non ſeruatam ſolennitatem:igitur ea ſeruata iterari repetique poteſt.

9 *Et quando eſt facta cōceſſio, vel facultas certū tempus, vide 18.*

DENIQVE illud quod dictum eſt de primo actu, non procedit,quando eſt facta conceſſio vel facultas ad certum tempus,vt in hoc caſu,in quo poteſt conſanguineus intra annum redimere, quia non intelligitur pro vna vice,ſed toties,quoties,& quandiu durat huiuſmodi tempus,l.ſicut in annos,in prin. ff. quib. mod. vſufr. amit.quem ad hoc expendit Raph.in l.ſi mihi,& Titio. ff.de verb.oblig.& Alex.in addit.Barto.in l.1.ff. ad leg. Iul.maieſt.vbi & ad hoc dicit facere text. in l. Græcè. §. & poſt litem.ff.de fideiuſſ.& Fel.in d. c.2.in quarta limitatione, de treug. & pac. & ante hos Bald. quem nullus citat,conſilio 34 ſtatuto ſeu c.colum. vlt.lib.5. vbi & ad hoc allegat l.ſi ſterilis.§.vlt.ff.de act. empt.& l.qui fundum vendebat.ff.de contrah.emp. Et his adſtipulatur, quod idem Bald. reſpondit conſilio 76. forma ſtatuti, col.2.lib.2.quòd ſi ex ſtatuto poſſit maior intra annum, obſeruatis quibuſdam ſolennitatibus,repudiare hęreditatem,poſtea autem ad id non admittatur, ſi quis maior non ſolenniter repudiauit,& ſit elapſus annus, non amplius audietur:at ſi nondum annus tranſierit,poterit iterum ſolenniter repudiare,cùm ſit actus iterabilis.Nihil tamen in id allegat.

10 *Somnia & fata nō primo actu cōſumi.*

SED nō omiſerim tamen, oblectamenti cuiuſpiam externi gratia,ſomnia fataque, quæ natura duce veluti feruntur, uno ac primo actu non conſumi, aut finiri. Nam ut ſcribit Artemidorus Daldianus libro de Somniorum interpretatione 2. cap.12. cùm quidam procus puellam ſibi deſponſatam habens, in ſomnis ſibi viſus fuiſſet deſidere ſuper ariete, & ex ipſo ex anteriore parte decidere: quiſpiam ſomniorum interpres id ſomnium ſic expoſuit: Vxor tua ſcortabitur, et vt dici ſolet, cornua tibi faciet. Ob quod ſomnij præſagium recuſans diutius nuptias, & tandem vix

 ab ami-

ab amicis perſuaſus, duxit illam ipſam, quæ illi deſponſata erat, eamque præ ſomnij timore obſeruanter & anxiè cuſtodiebat. Et illa quidem, cùm annum inculpata vità vixiſſet deceſſit. At ille putans ſomnij minas iam prætergreſſas eſſe, idque ſuum impetum perfeciſſe, aliam duxit vxorem, quæ ad vltimam ſcortationem progreſſa eſt. Atque ita is fatum ſomnij impleuit. Ex quo planè vides naturæ vim, quam vbique leges, vti magiſtram, ſequuntur, non uno actu, non unis ijſdemque primis nuptijs fuiſſe contentam, ſed eam ad alias quoque ſequentes produxiſſe.

11 *Contra præcedentia.*

Et hæc quidem ſunt quæ fortiter defendunt eam ſententiam, vt iterum admitti debeat conſanguineus, qui à retractu ſummotus eſt, quòd ſolennia non obſeruarat, modò ſit intra tempus ipſius, & eum ſolenniter exequatur. Verùm ſunt aliæ multæ magnæque rationes, quæ in contrariam ſententiam nos quoque vocant, imò veriùs trahunt. Quarum hæc prima eſt: Nam hic conſanguineus in noſtro caſu victus eſt, & repulſus à retractu, quòd non adhibuit aut non probauit adhibuiſſe ſolennitatem, quæ neceſſariò ex ſtatuto requirebatur: ergo perpetuò repellitur, atque excluditur exceptione rei iudicatæ, per notata in l. Iulianus. ff de condi. indebit. & per Barto. in dict. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. Et quod uoluerunt Petr. & Sal. in l. 1. in fin C. ſi ſæpius in integ. reſt. quòd minor, qui ſemel petit reſtitutionem in integrum, & victus eſt, quia non probauit, non eſt audiendus ſi iterum petat reſtitutionem, probare uolens. Sed nec aliàs regulariter huiuſmodi reſtitutio poteſt, niſi ſemel, intentari, vt videre licet in illo eodem titulo, & per Signo. conſil. 72. factum ſic præſupponitur, quod huc bene facit, cùm & illud remedium extraordinarium ſit, vti & hic noſter retractus.

12 *De eodem.*

Præterea qui ante ſolutionem agit pignoratitia, licet non rectè egerit, tamen ſi offerat in iudicio pecuniam debet rem pignoratam, & quod ſua intereſt cõſ. qui Hæc ſunt expreſſa & formalia, vt noſtri uocant, verba, l. ſi rem alienam. § ult. ff. de pigno. act. Ex quibus apertiſſimè declaratur, huiuſmodi oblationem eſſe inutilem, niſi fiat ante ſententiam, ut etiam ex eo text. colligit Bald. conſ. 50. ſecundus creditor, lib. 1. vbi hoc argumento reſpondit cùm ex facto interrogaretur, quòd ſi ſecundus creditor habens ius offerendi priori creditori, ex l. 1. C. ſi antiq. credi. in id egit, vt reciperetur, nec tamen poſtea debitè obtulit, ideoque prior creditor abſolutus eſt, non amplius ei patet via iterum offerendi priori creditori.

*Oblatiõ ante ſententiã facienda.*

13 *Secũda oblatio cautionis non cõceditur.*

Qvò etiam ſpectat text. in l. ſi finita. §. poſtea. ff. de dam. infect. ubi poſtea quàm quis poſſidere iure dominij iuſſus eſt, ob omiſſam cautionem, non amplius erit locus oblationi cautionis, ne nullus rei finis inueniatur, niſi ſi quibuſdam uel ætate, vel qua alia cauſa ſubueniatur. Hæc enim propemodum verba ſunt illius text Et id ita intelligit communis opin. vt ne intra biennium quidem admittatur debitor, quod alias datur ad rem recuperandam, ex l. vlti. C. de iure domi. impe. vt uoluerunt Imol. & Paul. Caſt. in d. § poſtea. Ang. in eadem l. § ſi plures. col. vlti. Alex. in eadem quoque l §. Iulianus, colum. pen. verſic. item inquantum contra Bartol. ibi, cum alijs multis concor. ibi ab eo traditis. & Philip. Dec. conſilio 558. in cauſa magnifici, col. 1. & conſ. 592. in cauſa dominæ, per totum. Quod eo voluimus dicere, vt intelligeres nihil quantum ad hanc rationem obſtare, ſi quis diceret, nullum hic finem non fore, cum conſanguineus non niſi intra unum annum admittatur: nihil ergo prohibet, quin pluries intra id tempus admittatur, cùm finis omnib. oblationib. lapſu eius temporis imponatur, atq; ita ceſſabit ea ratio infinitatis. Nam & illo caſu d. §. poſtea, uolebat Bart. admittendum eſſe debitorem ad offerendum intra biennium, tanquam ſatis finis foret ei oblationi, & tamen ab omnibus eius opinio reijciatur.

14 *Sed nec primæ oblatio poſt concluſionem in cauſa.*

Et hæc ſanè eo magis obtinent, quòd poſt concluſũ à partibus in cauſa, non licet ijſdem offere, vt probat text. in c paſtoralis, extra de cau. poſ. & proprie. Ergo multo minus poſt ſententiam abſolutoriam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi ius offerendi reſeruatum fuiſſet per ipſam ſententiam, l. cum eorum. C. de ſent. & interlo. om. iud. & ar l. ſi ſoror. C. de colla Nam & in ſimili uidemus, quòd emendare actionem ſiue libellum nullo caſu licet, niſi vſque ad ſententiam, idipſum atteſtante Bart. in l. edita, colum. 2. verſ. hoc præmiſſo, & ibi quoque alijs. C. de eden. Lata igitur ſententia nullus emendationi locus relictus eſt. Et facit etiam text. in l. in delictis. §. vlt. ff. de noxa. act. vbi ſententia abſolutoria parit exceptionem rei iudicatæ, ſi iterum eadem actione agatur, etiam cũ adiectione alterius qualitatis, & ibi id not. Bar. & Bald.

*Actio emẽdari nõ poteſt poſt ſẽtentiam.*

15 *Priuilegium amittit, qui eo abuſus eſt.*

Ad hæc, hic conſanguineus offerendo precium & petendo retractum, à conſuetudine introductum, ſe veluti adſtringit ad ea omnia facienda, quę conſuetudo iubet obſeruari ad retractum obtinendum, quod tamen non fecit pendente iudicio. Ideò amplius agere non poterit, niſi ei ſubueniatur ob iuſtum errorem, l. qui habebat, & ibi glo. & Doct. ff. de inſtit. act. Præſertim cum hic non vſus ſit beneficio cõſuetudinis, ut uti debuit, ſed abuſus ſit, non utendo forma ab eo tradita, ideo id omnino amittere debuit, arg. c. vt priuilegia, extra de priuil. cum ſimil. Nam & qui legem contempſit, eius auxilio vti non poteſt, l. auxilium, in fin. ff. de minori. & expreſſius in l. ult. §. ſinautem poſtquam. C. de iure delib. & ibi aliæ concor. in glo. quibus adde c. quia fruſtra, extra de vſur. ubi etiam glo. affert concord. Et eius arg. Soc. conſ. 51. præſtantiſſime, colum. 1. ver. 8 & vlt. reſpondit, quòd qui ſtatuto utitur non obſeruata ſolennitate illius, priuatur beneficio ipſius, & in id alia quædam allegat. Porrò Barth. Brixi. q. venerabil 82. quęritur utrum committens, dicit id generale eſſe, & ſi aliquo caſu contrarium reperiatur, id eſſe ſpeciale, uti etiam poſt eum dicit Alb. in d. l. auxilium. §. 1. Et facit quòd faciens ſemel contra priuilegium, illud perpetuò perdit. l. 2. C. de iure domi. impe. & c. cùm acceſſiſſent, & ibi not. extra de priuil. & notab. Innoc. in c. accedentibus, de priui. & Paul. Caſtr. conſ 431. videtur dicendum quòd dicta, colum. 1. lib. 1. cum ſimil.

*Et beneficium ſtatuti, qui eius ſolennitatem non obſeruat.*

16

Adde & hìc duos tex. alterum iuris Ciuilis, alterũ Canonici, primum in l accuſaturus ff de adult. cuius hęc verba ſunt. Accuſaturus adulter j, ſi quidem circa inſcriptionem errauerit, & tempora largiuntur, emendare non prohibetur, ne cauſa criminis aboleatur. Videș. n. ibi, eum qui accuſationem inſtituerit, nec ſolennia impleuerit, iterum admitti implendo ſolennia intra tempus accuſationi præſtitutum, ſed hoc quidem ſpeciali quadam ratione, ne ſcilicet cauſa criminis aboleatur, q̃ ratio huc nihil omnino pertinet, quare ea ceſſante, ceſſat & diſpoſitio, l. quod dictum. ff. de pact. cum ſimilibus. Et cùm id fiat ſingulari ſpecialique illa ratione, ſatis declaratur ius commune eſſe in contrarium, l. ius ſingulare, & l. quod verò. ff. de legib. Secundum eſt in c. commiſſa, in verſ. porrò, de elect. libr. 6. vbi ſi quis ſemel fuerit priuatus beneficio curato, quòd intra annum ad ſacerdotium non ſit promotus, non poterit ea vice iterato id beneficium eidem conferri. Ex eoq; not. Pet. Ancha. ibi, in 5. notab. quo priuatus eccleſia propter culpam ſuam, eſt effectus inhabilis ad eandem illa uice.

17 *Diſpoſitio intelligitur de primo actu.*

Postremò facit illa regula, de qua ſupra locuti ſumus, quòd diſpoſitio aliquid concedens intelligitur de primo actu, nec iterari poteſt, per d. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. cũ multis ſim. & conc. tex. & Doc. adductis à Fel. in d. c. 2. de treuga & pace. & Iaſ. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & in d. l. diuortio. §. quod in anno.

ff. ſolut.



ff. ſolut. matr. & à nobis (quod citra iactantiam dictũ ſit) omnium latiſſimè in tractatu, cui titulum fecimus, Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo actu. Nec quantum ad id, ſemper verum eſt, quod in contraria parte diximus, id procedere in primo actu valido, vt videre licet per Bartol. & alios in l. 2. §. 1. ff. de opti. leg. Rayn. Bal. Imol. Alexand. & alios in dict. l. ſerui electione. ff. de leg. 2. Bald. in l. vltim. col. 4. verſi. quarto quæro. C. de contrahen. emptio. & in d. l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. Ioan. And. Domi. & Imol. in c. ſi cõpromiſſarius. §. 1. de elect. li. 6. Fel. poſt Antiquiores in ca. in literis, in 8. limitatione, extrà de offic. deleg.

*Etiam invalido.*

18

Ad id autem, quod primo loco dictum eſt, de eo qui primùm propoſuit actionem ineptam, & ſuccubuit, vt nihilominus poſſit ad aptam redire: illud verũ eſt, cùm illa apta actio competit alio iure, vt ſatis declaratur in d. l. Bebius, ad illud allegata, in fin. ipſius l. & ibi gloſſ. 1. in fin. & Alber. ff. de pact. dot. & hoc quoque adſtruunt omnia iura allegata pro parte contraria. Quod autem poſtea ſequitur, de facultate cõceſſa ad certum tempus, vt iterari poſſit durante eo tempore, illud poteſt reſponderi procedere in actu ſucceſſiuo, vt in caſu d. l. ſicut in annos. ff. quib. mod. vſurfr. amit. vbi legatus ſiue conceſſus eſt vſusfructus alicui vſque ad aliquod certum tempus. Hic autem loquimur de actu momentaneo, & qui breui aliquo tempore conficitur, atque expeditur, videlicet de iure offerendi, quod quidem ipſum permittitur fieri intra aliquod tempus: ſed id fit atq; expeditur vno atque momentaneo actu. Sicut & ius eligendi conceditur etiam intra aliquod tempus, ſcilicet trium mẽſium, c. ne pro defectu, extrà de elect. & tamen aliquando, ſi ſemel ea facta fuerit etiam inutiliter, id ius extinguitur, nec iterari poteſt, etiam intra tempus in id conceſſum, vt ſuprà diximus ex Sal. & not. in cap. auditis, extrà de elect. cum ſimil. à me collectis in repet. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur nu. 375. [incip. triceſimo octauò quod eſt admodum, & ſeq.] C. de reuo. don.

*Etiam in facultate conceſſa ad certum tẽpus.*

19 *Præſertim ſi is qui fecit, ſit in culpa.*

Et hæc quidem omnia maximè procedunt, cùm is, qui primum actum fecit inutiliter, in culpa fuit, tunc enim haud dubiè eundem iterare nõ poteſt, vt plulchrè voluit Bald. conſil. 227. per ſanctiſſimum, lib. 4. art. 1. §. quęſitum. ff. quan. act. de pec. eſt anna. Et ſatis probatur ex d. c. commiſſa. & quod ibi dicit Pet. Anch. de elect. lib. 6. à nobis ſuprà cita. Ex eoq; quòd qui ſcienter eligunt aut poſtulant indignum, iterum eligendi facultatẽ amittunt, c. gratum, extrà de poſtul. prælat. & c. bonæ, el 2. & c. cùm in cunctis. §. vlt. & c. cùm Vintonienſis. §. vlt. de elect. cum ſimil. Et idem de fideicommiſſario, qui ſcienter elegit pauperes incapaces voluit Bart. in d. l. 2. ver. data. col. 1. ff. de opt. leg. Atq; ex eo, quòd executor datus à Papa ad conferendum beneficium, ſi inutiliter contulit, põt iterum conferre vtiliter, niſi id primùm faciens errauerit in iure, vt voluit Inno. in c. 1. de re iud. & Card. Flo. qui id dicit not. conſil. 104. poſt reditum, col. 2. verſic. ad aliud dubium.

20 *Litiũ ſumptus, labores, moleſtiæ.*

Hic autem maxime eſt in eo culpa, qui vti volens beneficio huius conſuetudinis, omittit formam & ſolẽnitatem illius, errans in iure municipali omnibus lippis & tonſoribus cognitiſſimo: & interim tamen fatigans vexanſq; emptorẽ multis magniſq; ſumptibus, impenſis, laboribus, moleſtijs, quæ ſequi ſolent litigantes, ẽtſi victoriam reportarint, ut ſatius ſit ſemel uinci, quàm ſæpius uincere, aut diutius litigare, ut docet experientia, & non obſcurè innuit tex. in l. minorib. 25. annis ſubuenit. ff. de minorib. Ex quo illud Martialis lib. 7. Epigram.

*Lis te bis decimæ numerantem frigora brumę*
*Conterit vna tribus Gargiliane foris.*
*Ah miſer, & demens, viginti litigat annis*
*Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet?*

Vt non immeritò ſcriptum ſit in l. item ſi res. §. vlt. ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. Hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt uituperanda, cum alijs multis in hanc ſententiam adductis ab Alber. in l. etiam, in princ. ff. vt leg. nom. cau. & Luc. Pen. in l. litibus. C. de agr. & cenſit. lib. 11. & nouiſſimè à Matth. Paco. in ſuis commentarijs, in titul. de mand. Apoſt. §. & vt obedietur, in princ. & Petr. Rebuffo in proœmio concordatorum, in verbo, ſumptibus. Vt tamen interim nõ omittas, quod ſcribit Tullius lib. 2. Offic. admonẽs à litibus, quantum liceat, & neſcit an paulò plus etiã quàm liceat, abhorrere: eſſeq; non modò liberale nonnunquã de iure ſuo decedere, ſed etiam fructuoſum. Cui concinens gloſſ. in c. pen. extra de empt. & uend. tradit eum magnum commodum conſequi, qui à lite recedit, ideo (inquit) propter inſtrumenta poſt tranſactionem reperta non inſtauratur lis. Et ſequitur Anton. qui & ex hoc dicit (quàm verè cæteri videant) valere tranſactionem factam ab eccleſia, etiam non probata alia vtilitate. & Panor. in c. 1. in 1. not. de tranſact. Alex. conſ. 66. viſa facti narratione, col. 4. verſ. ſed in propoſito, lib. 6. & Philip. Dec. conſi. 479. in controuerſia. col. 3. Idem autem Tullius in Oratione pro Cecinna, appellat ſolicitudinẽ & periculum litium. Finis (inquit) ſolicitudinis ac periculi litium non à patre relinquitur, ſed à legibus. Si aũt hunc iterũ admittamus ad retractũ, quo iam ſua culpa decidit, quid aliud quàm lites tã moleſtas & execrandas, ut diximus, ex litib. ſerimus? cõtra l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iud. & l. terminato, in fi. C. de fruct. & lit. expen.

*De eadem re.*

22 *Conſanguineus certat de lucro.*

Nec tamen omittendum eſt, conſanguineum, qui hìc vult retrahere rem ab emptore vi huius conſuetudinis, certare de lucro captando, non de damno vitando, vt patet ex not. à Bar. in l. ult. in fi. C. in qui. cauſ. in integ. reſt. neceſ. non eſt. & in l. etiam, la 2. ad fin. ff. de mino. dum utrobique alleg. c. conſtitutus. extra de in integ. reſtit. quod expreſſim loquitur de noſtra conſuetudine retractus, & plenius diximus ſuprà. §. 1. glo. 10. num. 125. certum eſt, & ſeq. Ideoque ſi quæ iura uidentur iterum admittere eum qui ſemel in ſolennibus errauerit, ea certè loquuntur, cùm tractatur de damno vitando, nec ad hunc noſtrum caſum trahenda ſunt: neque enim par eademque ratio uidetur admittere debita, & lucra non capere. l. ult. C. de codic. Nec ignorantia iuris excuſat in lucro, aut quaſi lucro captando. l. 3. & ibi glo. & omnes. C. de iur. & fact. igno. & non tantùm maſculos, ſed nec fœminas quoque, l. quamuis. C. eo. tit. cum ſim. Et uide hìc quæ dicam latius inf. eo. tit. §. 35. eodemque pen. gl. 2. in uerbo *mincurs*, num. 7. & hæc maximè, & ſeq. & iterum in glo. 4. quæ eſt in uerbo, *ignorans*, nu. 27. quintum quod ignorantia.

*Ignorãtia iuris nõ excuſat in lucro.*

23 *An ſubueniendũ ſit conſangnineo errantis.*

Id quod etiam notandum eſt, ad ea quæ ſuprà diximus de ſubueniendo in hac re ob ætatem, iuſtum errorem, aliamve iuſtam cauſam. Quanquam & illud quoque dici poteſt, hoc in caſu non eſſe ſubueniendum, nec ætati, nec ſexui, nec ruſticitati, nec ignorantiæ, alijs duabus rationibus, prȩterquam quod hìc tractatur de lucro captando. Quarum hęc prior eſt, quòd hæc omnia à noſtra conſuetudine obſeruari iuſſa in retractu ſunt formæ & ſolennitatis, vt hìc declaratur, cuius quidẽ omiſſio nullos omnino excuſat. l. vlt. C. de teſta. iuncta gl. in l. ambiguitatis eod. tit. cum alijs concor. à me adductis, inf. tit. procedẽte. §. 4. gl. 7. in uerbo, *en main de court*, nu. 14. & ego id puto. Altera hæc eſt, ꝙ in his quæ ad rigorem iuris conſeruandũ ſunt introducta, cuiuſmodi hæc ſunt, nemini etiam parcitur, vt voluerunt glo. Bar. Bal. & Paul. Caſt. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. cum alijs concord. etiam à me collectis in illa eadem glo. nu. 16. & quia etiam, & ſeq. Ex quo ſi tetiã, vt tempus retractus currat minoribus abſentbus & ignorantibus, vt cauetur inf. eo. §. pe. etiam ſine ſpe reſtitutionis, vt ibi dicemus.

Et hæc certè multò magis obtinerent in caſu §. 3.

ſuprà

ſuprà. eod, vbi ſi emptor admiſerit conſanguineum ad retractum, debet conſanguineus intra octo dies ſoluere emptori precium venditionis, aliàs non recipietur amplius ad eundem retractum, id eſt, (vt vtar verbis illius §.) *il ne ſera plus receu au dict retraict*, quę verba ſignificãt perpetuam excluſionem. Niſi quis diceret ea intelligi de eo retractu, quem prius intentauerat, ex natura illius dictionis, *dudict*, id eſt, dicti, eiuſdem, ſiue ſuprà dicti, aut ſimilium quæ referuntur, tãtùm ad pręcedentia, nec habent tractum ad futurum tempus. l. 1. §. eum qui. & ibi Bart. qui eum §. legit cum §. hoc edicto. ff. de poſtul. & declarat etiam idem Bart. in l. talis ſcriptura. ſ. vlt. verſ. quæro ergo quid ſi teſtator. ff. de leg. 1. & Franc. Are. conſil. 21. ſi diligenter. col. 1. vbi loquitur de dictione, dicta, & Corne. conſil. 248, circa hanc, col. 1. verſ. quia ad hoc, lib. 1. & Soc. conſil. 250. in cauſa Bononienſi, col. pen. verſic. ſecundò hoc deducunt, lib. 2. vbi loquitur de dictione, eidem Philip. Deci, conſil, 277. conſultus, col. 1. & conſil. 377. viſis, col 3, verſ. nec obſtat. & Franc. Ripa, qui loquitur de dictione, dictos, in l. filiusfamiliàs. §. Diui. num. 111. ff. de leg. 1. & Lud. Goza. conſil. 29. videtur, col. 3. num. 15. & conſil. 31. in hanc cauſa, in princ. Et hanc interpretationem adiuuat, quod tenuit Lapus in quadam ſua diſputatione, negligẽtem petere apoſtolos intra dies ſibi præſtitutos, licet ſit ob id excluſus à proſecutione prioris appellationis à ſe interpoſitæ, tamen durante grauamine, poſſe iterum appellare, ſi ſit intra tempus appellandi. & ſequitur Dom, in ca. ſi. clericus. §. verùm. & ibi quoque Philip. Franc. in 4. no. de prę ben. lib. 6.

*Dictiones dicti, & eiuſdem.*

25 *De iiſdem illis dictionibus.*

Sed dici poteſt in caſu noſtro, hunc retractũ, quem vult nunc facere conſanguineus, eundem eſſe, quem facere voluit, quamuis ſint diuerſæ oblationes, cauſæ, & inſtantiæ, vt ſi quis eandem rem alia inſtantia vendicare voluit, à qua re antè ob defectum quempiam repulſus fuerat: eſt enim ſemper eadem res. Vt tamen intelligas, huiuſmodi dictiones, idem, & dictum, non per omnia referri ad præcedentia, nec cum omnibus qualitatibus, vt per ipſum Bart. in l. ſi cui. §. 1. ff. de leg. 1. & Ang. Aret. in §. 1. col. 1. Inſt. de legi. patr. tutel. At apud Cenomanenſes ſunt verba clariora pro perpetua excluſione, cùm dicit loquens in eodem caſu, *i celuy lignagier ny ſera iamais receu*, vt patet c. conſuetudinũ eius loci 386. Et eadem quoque uerba in illo ipſo caſu ſcribuntur in Andegauenſium conſuetudine, c. 376. Et ſimilia verba apud Blenenſes, cap. 96. quæ ſunt huiuſmodi, *ſans ce qu il puiſſe iamais iamais demander ledict heritage par retraict.* Et idem uidentur intellexiſſe Melodunenſes, c. 60. dum faciunt ius alteri conſanguineo retrahendi, ſi ſit intra annum. quaſi huic qui cecidit retractu ob aliquem defectum, vt ibi dicitur, præcludant viam retrahendi. Porrò Ferro. in conſuet. Burdig. hoc eo. tit. §. 15. col. 2. verſic. ait lex noſtra. tenuit in caſu illius §. qui omnino ſimilis eſt dict. §. 3. huius noſtri titul. non amplius admitti conſanguineum, qui intra octo dies precium venditionis non ſoluerit.

26 *Conſanguineus an poſſit emendare defectũ ſolennitatis, poſteaquam ei obiectus fuerit.*

Sed & videri poſſet, continuò quàm agitari cœptũ eſt de viribus oblationis retractus, quia emptor conuentus dicit ipſam oblationem eſſe nullam ob nõ ſeruatam ſolẽnitatem conſuetudinis, viam eſſe præcluſam conſanguineo ad adhibẽdam poſthac eam ſolẽnitatem, etiam intra tempora retractus, eo quidem argumento, quòd licet facultas inſinuandæ donationis aut alterius contractus, ſi ei nõ ſit à ſtatuto tẽpus pręſtitutũ, duret tringinta annis, arg. l. licet. C. de iure delib. & l. cùm notiſsimi. ſ. ſed cùm illud, & ibi gloſſ. in verbo, opponere. C. de pręſcrip. 30. vel 40. ann. & glo. in l. 1. §. adhoc, in uerbo, pro ſocio. C. de ann. excep. cum ſimil. Tamen ſi iam fuerit obiectum aduerſus donationẽ, quòd nulla eſt ob omiſſam inſinuationem, non amplius poterit confugi ad remedium inſinuationis. Ita enim reſpondit, ſubdubius tamen, Ang. qui id dicit not. conſil. 179. uiſis prædictis inſtrumentis. col. vlt. verſ. ſecundò eſt videndum, per §. illud. in Auth. vt fili. fratr. & Authen. eò decurſum. C. de donat. ante nupt. & l. vlt. C. de iure dot. & ſequitur Alex. in addit. Bart. in l. Modeſtinus, in princip. ff. de donat. & conſi. 237. perſpectis his, in fi. lib. 6. vbi & id dicit not. & Franc. Aretin. conſ. 123. in cauſa quæ vertitur, colum. 2. verſ. præterea cùm ibi dicatur. & Hipp. Marſil. ſing. 489. quando à lege, ubi id dicit ſingul. Sed id non probat Ant. Cana. in tract. de inſinuationibus, colum. 3. in 3. quæſt. Ideo & in hoc amplius cogitandum relinquo. Vide tamen interim Bal. in l. vnica. ſ. ſinautem ad deficientis, ad fi. C. de caduc. tollen. Et quod etiam in ſimili tradit Iac. Aluar. poſt Iac. Ard. in c. 1. in princip. col. 2. verſ. quæro quid ſi uaſallus, tit. quid iuris ſi poſt alien. feud. Quòd eo caſu, quo recuperatio feudi à vaſallo venditi ei prodeſſet, ne eo caderet, intelligitur dummodò nundum ſit ſuper ea re mota controuerſia, argum. l. mancipiorũ. ff. de optio. leg. & ſequitur & dicit not. Philip. Dec. conſ. 160 in cauſa monaſterij, in fi.

27 *Conſanguineus qui ſuccubuit, nõ poterit agere poſt tempus.*

Illud autem certum eſt, quòd ſi interim, ſcilicet pendente illa inſtantia retractus, qua conſanguineus cecidit ob non ſeruatas ſolennitates, vel alia quacunq; cauſa, exierit dies actionis, ſcilicet annus poſt notificationem, non poterit amplius ipſe conſanguineus uenire ad retractum, quia fortè dicit per illam priorem inſtantiam fuiſſe id tempus interruptum, quia per iudicium, in quo actor ſuccubuit, nõ interrupta eſt præſcriptio temporis, ut poſt Paul. Caſt. in quodam conſ. voluit Fel. in c. illud, col. vlt. in decimaquarta concluſione, extrà de præſcrip. & Io. Franc Bald. in tract. præſcrip. in tertia parte ſextæ, eiuſdemq; ultimæ partis princ. num. 57. Et faciunt quæ diximus ſuprà, in gl. 10. in uerbo, *dedans l'an.* nu. 85. ſed illud interim.

28 *An conſanguineus in cauſa appellationis implere poterit ſolennitates.*

Si tamen illud admittamus, ut ante ſententiam poſſit id fieri, etiam ſi fuerit oppoſitum, modò ſit intra tempora, fatendum eſt, & poſt ſententiam quoque in cauſa appellationis fieri poſſe, ſi nondum annus exierit, per id quod generaliter ſcribitur in l. per hanc. C. de temp. appel. & quod de denunciatione, quæ fit uenditori, uoluit glo. in l. ſi rem quam. §. quolibet, in uerbo, præfinitur, in fi. & ibi Doc. ff. de euict. & quod de oblatione precij, ad quam tenetur ſecundus creditor, ex l. 1. C. ſi antiquior creditor, tradit Matth. Afflict. dec. Neap. 16. fuit in relationibus, in fi. vide tamen in contrarium tex. in Cle. 2. de teſtib. Sed ibi illud ſtatuitur, quòd eadem eſt ratio non admittendi in cauſa appellationis in eo caſu, quæ & in cauſa principali.

## *POVRVEV*, DVMMODO. Gloſſ. VIII.

1 *Dũmodò.*

Hæc Gallica dictio, *pourueu*, ea eſt, quam Latinè dicimus dummodò, quæ modum facit Bart. in l. quibus diebus. §. vlt. col. 2. uerſi. quid de dictione, dũmmodò. ff. de cond. & demon. per l. cùm ab eo. ff. de contrah. empt. & Bal. in c. dudum, el 2. col. 6. uerſ. & hæc faciunt ad quæſtionem, extra de elect. vbi dicit, eam non facere conditionem, ſed obligare ad ſic faciendum. & Corne. conſil. 130, viſo, col. 3. verſic. poteſt, lib. 3. & Phil. Dec. conſi. 327. viſo caſu, col. 2. uerſ. nec prædictæ. Ex quo & illud potes intelligere, neceſſariò hìc requiri duos teſtes: alioqui non credetur nuncio. Nam & aliquando quoque huiuſmodi dictio conditionem facit, pręſertim cùm rei imperfectæ iungitur, vt patet ex c. vt præteritæ. de elect. li. 6. & uoluit Do. poſt Paul. Eleaz. in c. non poteſt. §. 1. col. ult. uerſ. nota bene, de præben. lib. 6. & Steph. Bertr. conſil. 201. Chriſti, col. 3. nu. 5. lib. j. Sed & alia de huiuſmodi dictione vide

*An neceſſe ſit nunciũ habere duos teſtes, ut ei credatur de oblatione.*





per gl. in d. c. non poteſt, in uerbo, retinere. & Domin. Rot. deciſ. 231. ordinatio, in nouis. Porrò Guid. Pap. cõſi. 205. circa proceſſum, col. antepen. uerſ. ſecundò eſt dictum, dicit nuncupatim hanc vulgarem dictionem, *pourueu*, facere conditionem, & eum ſequitur Franc. Ripa lib. 2. Reſpon. c. 9. princeps, col. 1.

*Pourueu.*

## *DEVX RECORS*, DVOS TESTES, Gloſſ. IX.

1 *An nuncio ſine teſtib. credatur. Nuncius. Ciceronis uox pro apparitore.*

Magnum diu inter veteres certamen fuit, ſoline nuncio (ita vulgò apparitorem vocamus, nec fortè malè, cùm Cicero in 6. in Verrem actione ſcripſerit, nuncio Prætoris accerſitus) an igitur ſoli nuncio ſine teſtibus credendum ſit. Fuerunt enim, qui ſimpliciter negarunt eſſe credendum, afferentes in eam ſententiam l. vlt. C. de bon. vac. lib. 10. & l. 1. C. de curioſ. lib. 12. & quod in ſimili habetur in l. 1. C. de mand. princ. & in c. cùm contingat. extrà de reſcript. & in c. cùm in iure. de offic. iud. deleg. Et quòd unius vox nec condemnat, nec iuſtificat, cap. admonere. 32. quæſt. 2. & cap. licet ex quadam. extrà de teſtib. cum ſim. Ideoque nec ſoli tabellario creditur. §. ſi uerò abſunt, in Auth. de hæred. & Falcid. Ac ne ſoli quidem iudici, aut arbitrio, l. ne in arbitris. §. pen. C. de arbit. & c. quoniam contra falſam, de probat. Ergo multò minus nuncio ſoli, cùm pro iudice aliàs præſumatur, l. 2. C. de off. ciuil. iud. pronuncio nequaquam, l. ne diu. C. de pœnis. quæ loquitur de praua & uenali perfidia horum apparitorum.

2 *Nũcios uiles aſſumi.*

Ideo viles eſſe dicit Fed. Senen. conſi. 119. nulli; col. vlt. & Bald. in l. ſi ut proponis. in princ. C. de execu. rei iud. & Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ, incipien. proſequentes, col. 4. in octauo notab. Imò & viliſſimos quoq; ipſe Bald. in l. vlt colum. pen. in 8 quæſt. C. de edi. Diui Adr. tollen. Nam & videmus hodie in id munus aſſumi viles, atque etiam infames, vt & ſcribit Collect. in c. cũ dilecti, ad fi. extrà de dolo & contum. & Bart. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, nuncium, ex quo dicit, nec infames ab eo munere repelli, l. nec infamis. C. de Decur. lib. 10. & l. 1. C. de infa. eo. lib. & idem poſt eum dicit Ang. Aret. in §. quadrupli. colum. 5. uerſ. quæro an credatur, Inſtit. de act. & in tract. malefi. in uerbo, Petro publico & iurato nuncio, in princ. Quod & uoluerunt Hoſt. & Io. Andr. in c. prudentiam, in uerbo, nuncium. & ibi quoque Bal. qui id dicit notatu dignum, col 2. & Felin. ad fin. princ. extrà de off. deleg. Salyc. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. vbi uiles ribaldos eos vocat. & Philip. Franc. in ca. cùm teneamur, col. vlt. extra de app. An tamen uerum ſit hoc poſtremũ dictum, vide Aug. Ari. in addit. Angel. Aret. vbi ſuprà.

*Infames an poſſint eſſe nuncij.*

3 *Qui ſoli nuncio credi negant.*

Et in hac quidem ſententia, ut ſoli nuncio non credatur, fuiſſe videtur glo. in d. c. quoniam contra falſam, in uerbo, citationes, de probat. cùm dicit, ſoli nuncio publico & iurato credi in foro ciuili, ſecundum conſuetudinem. At de iure communi (ait) videtur non eſſe ei credendum, niſi aliàs legitimè conſtet. Et alia quoque gloſſ. in c. quod ſicut, in uerbo, vocatos, extra de elect. & ibi Vincent. qui dicit citationem eſſe probandam duobus teſtibus, uel publico inſtrumento, & Iac. Bal. in ſuo tract. de primo & ſecundo decreto, poſt princ. ubi ob id conſulit, ut duo nuncij mittantur. Et hanc opin. ſecuta eſt hæc noſtra conſuetudo, quæ generalis eſt in Francia ex regijs conſtitutionibus, ut dicemus poſtea.

4 *Qui credi affirmant, ſi nõ fuerit negatum.*

Alii dixerunt illi eſſe credendum, ſi non fuerit negatum. At ſi is, qui dicitur citatus, id neget, & ſecundũ aliquos iuret ſe non fuiſſe citatum, illi magis credendũ eſt. In qua ſententia videri voluit Hoſt. qui ſimplicem negationem requirit, in d. c. quoniam contra falſam, in uerbo, citationes, l. 2. in fi. de probat. Spec. qui iuramentum exigit. & alios Antiquiores allegat, in tit. de citatione. §. ſequitur. uerſ. ſed nunquid credetur ſoli nuncio. Io. Fab. in l. ea quidem col. 2. C. de accuſ. cum ea tamen moderatione, ut nuncio in modicis tãtùm credatur: ſed & adhuc pars (inquit) auditur, ſi iuret contrarium. & Nicol. Mate. qui etiam de iuramento loquitur, in lectu. Bart. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. in fi. ff. de excuſat. tut.

5 *Qui & id affirmãt in iis, quę concernunt eorũ officiũ.*

Alii quoq; uoluerunt ijs credi ex ijs, quæ concernũt officium eorum, ueruntamen contrarium poſſe probari à parte. Quam ſententiam ſecuta eſt gl. in c. propoſuiſti, in uerb. non probatur, poſt princ. 81. diſt. & poſtea ſubdit, contrarium ipſum probari per iuramentum partis, per quædam iura illic allegata, quod omnino conuenit cum præcedenti opin. & alia glo. quæ omnino idem uoluit in ſ. item teſtes, in verbo, in executoribus. 4. q. 3. Et diximus ſuprà eod. tit. §. 4. in glo. 1. num. 6. ſed & hinc prodijt, & in ea gloſſ. alia multa ſim. adduximus. Quibus adde Bonif. Vitel. in tract. malefic. tit. forma citat. accuſati. nu. 16.

6 *Qui & id ipſum affirmant in citationibus tantùm.*

Alii rurſus cenſuerunt credendum eſſe nuncio publico, & iurato in citationibus tantùm, non etiam in cęteris, quę ſententia fuit gloſſ. in c. cùm parati, extrà de appell. Ioan. de Deo, Aegid. Guid. Suza. Rolan. & Gand. prout eos retulit Io. And. in addit. Spec. in d. tit. de cita. vbi ſuprà. & voluit etiã de citatione Ioan. Regius apud Fed. Senen. cõſi 142. cuius exordium eſt, domino Ioãni, col. pen. verſi. non obſtat relatio nuncij. Bartol. in tract. de citatione, in 11. q. Et de citatione item voluit Bal. in l. vt perfectius. col. vlt. verſic. 11. C. de anna. excep. vbi ita dicit obſeruare generalem conſuetudinem. & Alb. in l. 1. ſ. quies. ff. de offic. Præfect. vrb.

7 *Qui in modicis tantùm, uide infrà 30.*

Alii item dixerunt, nuncio credi debere in modicis, vbi ſcilicet verſatur paruum aliquod præiudiciũ, nõ autem in ijs, quæ ſunt maioris cuiuſpiam pręiudicij, & ij ſunt Vber. Bob. & Albert. Gal. vt retulerunt Spec. & Io. And. vbi ſuprà Sed & eius opin. fuit Iaco. But. in d. l. 1. §. quies. ff. de offic. Præfect. vrb. Bald. in l. magis puto. §. illud. ff. reb. eor. & in d. c. cùm parati, poſt princ. verſic. quæro vtrum credatur. Lucas Pen. in d. l. 1. col. 2. verſic. vel de breuitate. C. de curioſ. lib. 12. Ioan. Fab. vt ſuprà diximus, in dict. l. ea quidem. C. de accuſ. Ioan. Plat. in l. apparitores, in 3. nota C. de exact. tribut. lib. 10. Et ſic quoque videtur voluiſſe Spec. tit. de remiſ. §. vtile. verſi. ſed nunquid remiſſio, in fin.

8 *Qui intelligunt, niſi ſit ſuſpecta perſona.*

Alii præterea fuere in ea ſententia, vt ſoli nuncio qui dicit ſe citaſſe, credi debeat. niſi ſit perſona ſuſpecta. Ita enim voluit Ang. laudatitiſſimus Iuris interpres, in d. l. vt perfectius, col. vlt. verſic. item nota quòd nuncio. C. de anna. except. vnde vt ſubiungit, cautela eſt, vt nũcij ipſi faciant conficere inſtrumenta de eorũ citationibus, ne ſcilicet ſua ipſorum fides in dubium & diſcrimen vocetur. Et cum hac ſententia propemodum conuenit ea, quæ mox continenter ſequitur.

9 *Qui arbitrio iudicis relinquũt, vide 31.*

Nam & alij id totum, de quo diſputamus, arbitrio iudicis reliquerunt, potius ſcilicet credet nuncio, an verò ei quem dicit ſe citaſſe. Quid enim (inquiunt) ſi nuncius ſit vitæ diffamatiſſimæ, alter notæ fidei & integratis? Conſiderabit ergo iudex qualitatem perſonarum, & negotij, & huic vel illa magis credet, iuramento ab eo exacto, vel etiam non exacto. Et ita voluit Hoſt. in d. cap. cùm parati, col. 2. in verbo, ſuus nuncius. & ibi etiam Collect. in fin. & Panorm. col. 3. & idem Hoſt. in Summa tit. de contum. §. qualiter deprehendatur, qui eſt 2. col. 2. verſi. quid ſi abſens eſt. Archi. in d. c. propoſuiſti. col. 2. verſ. in ea. gl. ibi, verbo nuncij. & in c. veneralibus, col. 2. in verbo, citatus. de ſent. excom. li 6. latè Pet. Iac. tit. de act. de conſtituta pecunia libellus, col. pen. verſ. nec ẽt deberet credi. Io. And. in addi. Spec. vbi ſuprà, in tit. de citat. Collect. in c. cùm dilecti. in fi. ext de dol. & cõt. Bal. poſt Iac. Aret. in l. j. §. 1. in fi. ff. quẽad. teſt.

aper.& in d.c̃.quoniam contra falſam.col.7.uerſ.quæro an relationi.extrà de prob. Ang. in l. hæc autem. § non defendi.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.Sal.in d.l.tres denunciationes,col.2.verſi.ſed an credatur nuncio.C.quomodo & quando iud.& in l.abſentẽ,col.3.in 6.q.C.de accu. latè Maria.qui alios adducit in repet.rub.de dilat.in 16. art.Angel.Aret.in d.§.quadrupli,col. 5. verſic. quid autem ſi dicat, Inſtit.de act.& in dicto tract.malefic.in verbo,Petro publico & iurato nuncio.Guid.Pap.deciſ. Delphi.628.non debet de iure.& in tract. Præſumptionum, col.5. verſic. ſed an debeat præſumi. & Iaſon in l.properandum.§.& ſi quidem,col.3. verſic.quid autem ſi nuncius.C.de iudic.Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip. edictorum.col.3. verſicu'.quartò not.& Steph.Bertran. conſil.27.ſi hic eſſet,num.1.lib.1.

10 *Qui ſimpliciter dicũt credi.*

Alii denique ſimpliciter aſſerunt credendum eſſe nuncio,per d.l.1.§.cura carnis,verſi.quies ubi & hoc uoluit Bal.ff.de offic.præfect.vrb.& l.magis puto.§ ne tamen,& ibi etiam glo.& Bart.ff.de reb.eor.& l.ſi quis Decurio,C.de fal.& l.apparitores. C. de exact. tribut. lib. 10.& d.cap.cùm parati de appell.& c.bonæ.el 1.de elec. & d.cap.cùm dilecti.de dolo & contum. & cap. ſi fortè. 65.diſtinct. Et ita quoque voluit Innoc. in d. cap.quopiam contra falſam,colum.1,in verbo, citationes.& ibi Imol.& Felyn.& Feder.Senen.conſi.119. nulli dubium eſt,ante fi.Bart.in dict.extrauag ad reprimendum, in uerbo,per nuncium,ad fi.ubi id dicit ſeruari in practica. & in l.Diuus,la 2.colum.2,verſic,tertiò quæro. ff. de cuſto. reo,Bald.in l.1.§.ſi quis neget, ad fin. ff. quemadmo.teſtam.aper.Imol. qui ita quoque dicit ſeruari. & Philip. Franc.& Philip Dec.qui hanc dicit eſſe communem opinionem,in dict.capit.cùm parati. Roma. qui alios multos citat,conſi.497.diligenter perſcrutatis,colum.2.uerſicul.ſecundò poteſt reſponderi. Ludou. Belognin. qui etiam alios adducit conſilio 52. cor mundum, &c.& in præſentia breuibus utar, colum.2. Et hanc quoque opi. dicit vbique ſeruari Speculat, dicto titul. de citat. ubi ſuprà.

11 *Et id uerũ modòſit publicus & iuratus.*

Et hæc quidem eſt, ut diximus, communior opin. quam & ſequendam (quantum ad Ius commune pertinet) ducimus:nam aliter (vt dictum eſt, & dicemus latius poſtea) in hoc regno Franciæ vtimur. Sed id cum moderationibus quæ ſequuntur,intelligi debet. Et primum dummodò is nuncius ſit publicus & iuratus,ſecũdum glo.in d.cap.cùm parati. Bart. in d.§. cura carnis & Bal.in l,2.C.de ſportu.ubi dicit, quòd propter iuramentum ſtatur renunciationi nuncij. Et ita ferè omnes, qui de hac rẽ loquuntur, intelligunt, ut uidere licet ex ijs, quos ſuprà citauimus.

12 *An neceſſe ſit nunciũ in quolibet actu iurare.*

Sed hoc tamen intelligas,ut non neceſſe ſit in quolibet actu nuncium iurare, ſed ſatis eſt eum in principio iuraſſe, ſe fideliter ſuum officium executurum, vt fieri ſolet & debet.& ita uoluit Bald.in d.l.magis. §. illud.ad fi.ff.de reb,eor.& in d.l.2,de ſpor. ar. Auth. in iſto iuramento,C.de iuram. cal. ubi id dicit ſeruare conſuetudinem.& non obſcurè Ang.Aret.in d.trac.male.in uerbo, nec non ad denunciationem,num.5.& iterum in d. uerbo,Petro publico & iurato nuncio,poſt princ. & Barba. in tract.de præſtan.Card.in 2.parte q.2.colum.4.verſ.tu adde quòd iura. & apertiſſimè Card. Alexan. in d. cap. cùm parati.colum.6.verſ &c, ante omnia, de appell.& Matth.Afflict,in conſtit.Siciliæ,incip.in ciuilibus,in 2. notab. in princ. Sicuti è diuerſo ſufficit ſemel in perpetuum eſſe remiſſum, nec per ſingula remittendum eſſe, l.quæ ſub conditione.§.vlt.ff.de cond.inſtit.

13 *Et in ijs tãtùm, quæ illi ſunt cõmiſſa, creditur.*

Secundò intellige, ut ei tantùm credatur in ijs, quæ ſunt illi à iudice demandata,uel commiſſa, & ex officio quoque ipſius dependent, non etiam in alijs, ut uoluit nominatim Cyn.in l ea quidem,col.penul. uerſic. iuxta præmiſſa,C.de accuſa.Bart.in d.§.cura carnis,& ibi etiã Bald.in uerſ & ſanè.& idem Bartol.in dict.extrauag.ad reprimendum,ubi ſupra citauimus,& omnes penè,quos ſuprà adduximus:& præter eos latiſſimè Corneus, conſi.79.uiſo proceſſu,colum.2. li.3. & omnes,quos ſtatim citabimus.

Hinc non creditur nuncio renuncianti citatum ſe verberaſſe aut aliam ſibi intuliſſe iniuriam,Ioan.Andr. in addit.Spec.tit.de contu.§.1. verſic.circa ſecundum.& Bal. aut quiſquis is fuit,in practica,quæ vulgò tit. ipſius circunfertur,in rub.de quęſtio.& citat in 11.quęſt.Ant. Imol.& Pan.in d.c.cùm parati. Pet.Iac.d. tit. de conſtit. pec.Pau.Caſt.conſ.165,viſis & ponderatis.col.2.verſic. tum etiam quia licet lib. 2. Card.Flor. in Clem. 1.in 8. q.de dolo & contu. Domi. in ca.venerabilibus.§. ſecus, de ſent.excom.lib.6. Corn.d.conſil.79.lib.3. Ang.Aret. in d.§.quadrupli.col.5. verſic quæro an credatur. Inſtit. de act. Guid. Pap.in d. tract. præſump. vbi ſuprà. & d. deciſ.628. vbi dicit id verum eſſe de iure,ſed aliter. ex conſuetudine Franciæ & Delphinatus obſeruari, & ſingul.409.ver.Pet.Iac. vbi nihil dicit de ea conſuetudine. Card.Alex.in d.cap.cùm parati, col.pen. verſi.ſed pone quòd nuncius, de appel.Id dicens eſſe not.in d.l.properandum.§.& ſi quidem, colu.2. verſic. adde quòd communis concluſio. C. de iud. & in l.age, col. pen. C. de tranſactio. & Hipp. Marſ. ſing. 560. habemus. Steph. Bert.conſil.249.quoniam.col.1. libro 1.Matth. Afflict. in conſtit.Siciliæ,incip.in ciuilibus, in 2.not. ad fin.Alciat. in tractat. præſump. regula tertia, præſumptio.14. num.5. 14

*An credatur nuncio dicenti ſe fuiſſe uerberatum, aut iniurijs affectum.*

Nam & quod facit ad huius opinionis comprobationem, Bart.& Bal.in d.§. cura carnis, aſſerunt nuncio credendum eſſe,cùm de ſuo ipſius facto agitur, nõ ſi de alieno,niſi afferant alias probationes,d.l.1.C.de curioſ. libr.12. non ad hoc quidem (vt ſubdit Bart.) ut ad eius ſimplicem renunciationem puniatur maleficium, ſed benè ad eum finem,ut inquiſitio poſſit formari,per d.l. Diuus,la 2.ff de cuſt.reo. & dict.l. ea quidem. C. de accuſa.& idem dicit Bald.conſil. 34. ſtatuto ſeu capitulo, col.3.uerſic.item ſecundum,lib.5.& Ang.Aret. ubi ſuprà proximè.Illud autem planũ eſt, aliàs ſemper magis alicui credi de ſuo ipſius facto, quàm alieno ut latè docuimus ſuprà in §.1.in glo.14.in uerbo, *ou equipollent à vente*,nu.47.imò ut ſubdit & multis ſeq. 15

*Et utrum ſaltem, vt inquiſitio formetur.*

Hinc quoque non creditur nuncio renuncianti, citatum reſpondiſſe ſe non uenturum, aut alia ſimilia, quia non ſpectant ad eius officium, ut uoluit idem Io. Andr. ubi ſuprà proximè, & Bald.in d.§. cura carnis.in addit.& in l.Diuus.in 1.lect.col.1.& ibi etiam Ang.col. 2.ff. de in integ.reſtit. & in addit. Spec. titul. de ſenten. uerſic. citatio debet eſſe legitima. & in d.c. cùm parati, col.1.uerſic. ſed ecce nuncio. & ibi quoque Anto.Imol. & Panor.de appel.Imol.in Cle.1.col.8.verſicul.in quarto & vltimo caſu.de dolo & contu. Dom. in dicto c. venerabilibus.verſi.ſecùs, de ſenten. excõ.lib.6.Paul.Caſt. dicto conſi.165.lib.2, Nicol.Mil.in repert.verſicu.nuncius ſi refert. Corne. dicto conſil. 79. libro 3. Iaſon in dicto §.et ſi quidem col.3.Matth.Afflict.in dicta cõſtit. Siciliæ,incip.in ciuilibus.col.2.in fi.2.not.Et benè facit, quod ex Bart.& Bald.in d.§. cura carnis diximus in præced.verſic. 16

*An ei credatur, quòd citatus reſpõdit ſe non uẽturum.*

Sunt tamen, qui in hoc tenent contrarium, vt ſcilicet credatur nuncio de reſponſione citati, qui ſe negauit venturũ. In quibus eſt Bart. in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando Iudex.& Cardin.Flor.in dicta Clemẽ.1.in 8.quęſt.ver. ego puto quòd relationi. de dolo & contu.Imol. ſibi cõtrarius, in l.ſi finita. §. Iulianus.ff. de damno infect. & latè in dicta l. ex conſenſu.§. vltim.col.5.verſi. circa primum.ff. de appell. & in c. ad petitionẽ.et ibi quoque Ioan.Ana.extrà de accuſat.Phil. Franc.& deci.vterque latè,in dicto c.cùm parati.Et hoc quo- 17

*De eadem re.*



*An reſponſio negãtis faciat eum cõtumacẽ.*

quoque à multis dicitur voluiſſe Bar.in d.l.ex conſenſu. §.vlt.poſt gloſſ.ibi de appell.& in l.vlt.ff. de in integr.reſtitut.quibus tamen locis nihil de hoc dicit, ſed tantùm diſputat,an ea reſponſio facta nuncio,faciat verum contumacem,vt poſthac citari non debeat,de quo etiam per ipſum Bart.in d.l.tres denunciationes.& Bal.in l.deberi. C.de fideicom.liber.Cardin.Flor.ubi ſuprà,& alios multos collectos à Felin.in dicto capit.ad petitionem.col.9. verſ.item dicit hic.& colum.ſeq.verſi. item circa prædicta.de accuſat.

18 *An credatũ nuncio de ea reſponſione. Conſequẽs maius non accedit antecedenti minori.*

Et horum quidem firmiſſima omnium ratio eſt, quia hæc reſponſio eſt veluti de appendicibus & connexis ipſius citationis, quæ cũ ei commiſſa ſit, & ei in hoc credatur, videntur eſſe commiſſæ appendices,& ea quæ veniunt in ſequelam & conſequentiam ipſius citationis, cuiuſmodi eſt reſponſio citati,ut ex ea ſciatur,an citatus velit comparere,argum.l.2.ff.de iuriſd.omn. iudi. & ca. præterea.de offic.deleg. Sed huic rationi reſpondet Iaſ. in d.§.& ſi quidem.quòd vera contumacia, quæ ex huiuſmodi reſponſione efficeretur, eſt aliquid grauius, quàm ipſa citatio, & cùm conſequens maius eſt antecedenti,non ei accedit,ex ſententia Bart.in d.l.2.& Roma. in l.illud.ff.de acquir.hæred.& probatur in l.pen.§.illo. C.de neceſ.ſer.inſtit.Sed hæc Iaſ.reſponſio non omnino tuta eſt,quando non omnes conſentiant, huiuſmodi reſponſionem citati inducere veram contumaciam, ut per Doct.in locis ſuprà allegatis.

19 *Licet non credatũ nũcio, non tamẽ exacta probatio requirit.*

Vtrumcunque autem ſit de hac ratione, certè in hoc omnes conueniunt,quòd nuncio creditur in his tantùm, quæ commiſſa ſunt eius officio, ſiue quæ ad eius officiũ pertinent,non etiam in cæteris.Sed non inter eos conuenit,utrum hoc,de quo agimus,ſcilicet reſponſio citati, ad nuncij officium pertineat,ut ſcitè,ſicut cætera omnia annotauit Corn.d.conſ.79.lib.3.vt ibi latè uidere poteris.Illud autem crediderim,quòd licet non omnino crederetur nuncio de huiuſmodi reſponſione, tamen non adeò plena exactaq; probatio ipſius requiritur, ut non obſcurè ſentit Bald.in d.§.cura carnis,cùm dicit ſimpliciter non credi nuncio de hac reſponſione, quantum ad plenum præiudicium.

20 *An ei credatur dicẽti ſe citaſſe ex mandato iudicis.*

Hinc denique procedit, quòd non creditur nuncio dicenti ſe citaſſe mandato iudicis,niſi aliter de mandato appareat,ut potè cùm id non dependeat ab eius facto & officio,ut uoluit Ioan.And.in addi.Spec.tit. de cõtuma.vbi ſuprà Cyn.& Bal.in l.vlt.C.de exhib.reis.Bar. in d.§.cura carnis.& in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.Bal. in d.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eor.& in cap.1.col.4. verſ.tertiò quæro,utrum.tit.de mili.vaſ.qui contu.eſt.& conſ.63.ſolum de ſubſcriptione,circa medium,li.5.Sal. in l.cùm clericis,in 2.nota.C.de epiſ.& cler.& in l.abſentem,col.2.in 5.q.C.de accuſa.Pau.Caſt.dicto conſ. 165. lib.2.Imol.& Phil.Franc.in d.c.cùm parati. ubi hoc tamen ipſe Imol.intelligit,niſi aliter ex conſuetudine diutina obſeruatum fuiſſet.& ibi Card.Alex.col.7.verſ.ſed qualiter.Alexan.qui alios allegat,in l.ſciendum,col.10. nu.46.ff.de verb.oblig.Guid.Pap. ſing.87. verſ. non ſtatur dicto.Nicol.Milis,in dicto verſ.nuncius ſi refert, latè Corne.d.conſ.79.lib.3.& Franc.Ripa,in c.1.char.penult.ver.tertiò amplia,extrà de iudic.& Steph.Bert.cõſ. 234.vnicuique.nu.6.li.52.Et dicemus latius infrà in tit. *des ſergens*,§.1.Et uide etiam Alcia.in d.14.præſumptione 3.reg.num.3.

21 *Si de minima quapiã re renunciet.*

Hanc autem limitationem, qua negauimus credi nuncio in his quæ ad ſuum ipſius officium non pertinẽt, nec ex dependent,intellige, niſi agatur de minimo aliquo præiudicio, ut de omnibus in uniuerſum officialib. voluit Inn.in c.1.extrà de fid.inſtr.Bal.Pan.& omnes Recentiores in c.poſt ceſſionem.extrà de prob. idem Bald. poſt Cyn.in l.pacta nouiſſima,col.ult.C.de pact.Pan. in c.cùm in eccleſijs.col.vlt.extrà de maior.& obed.& in d. c.1.char.vlt.uer.an autem ſi appareat,extrà de iud.& benè facit tex.in c.1.extra de cler. pereg.

Porrò autem, ex eo quod diximus credi nuncio in his quæ pertinent ad eius officium,procedit, quòd ſi mandatum fuerit mittere creditorem in poſſeſſionem bonorum Titij debitoris, idque renunciet nuncius ſe feciſſe, non ſolum ei creditur in eo, quòd miſit in poſſeſſionem,ſed & quòd bona illa ſunt Titij, niſi aliud oſtendatur,ſecundum Bal.in l.1.per gloſ.ibi,C.de priuil. fiſc. & in l.2.col.3.uerſ.ſed hìc dubitatur.C. quando fiſ. uel priua. prout à multis citatur, quanquam ibi loquitur, cùm fuit expreſsè commiſſum, ut inquireret,quæ eſſent bona debitoris:ideo huc nihil pertinet. Sed illud clarè voluit Sal.in l.ob maritorum.colum.1.uerſicul.iuxta dictum.C.ne vxor pro marit.& Imol.in l.a diuo Pio.§. ſic quoque.ff.de re iudic. Alexan. in ea ipſa l. §. ſi ſuper rebus,col.7.uerſ.item circa hoc. Phil.Dec.qui ita dicit ſe Senis reſpondiſſe,in d.c.cùm parati.ad fi.& Alciat.in d. 14.præſumptione reg.3.nu.4. 22

*Si dicat miſiſſe in poſſeſſionẽ bonorum alicuius.*

Ex eo quoque fit, ut credatur nuncio dicenti ſe non potuiſſe reperire citandum, ideoque eum domi citaſſe, dicta l.properandum.§.& ſi quidem, ibi, nec ita actoris pars fuerit inuenta iunctis illis præcedentibus uerbis, per executorem negotij.& ibi Bal.columm.2.uerſ.etiam ex hoc tex.Et uidetur etiam uoluiſſe Bar.in l.1.§.permittitur.ff.de liber.agnoſ. in fin.2. notab. dum conſulit, ut nuncius dicat ſe eum diligenter perquiſiuiſſe, & quia illum non potuit reperire, ad domum citaſſe, & expreſſiùs uoluit ipſe Bart.in l.ſi tamen,in fin.ff. de leg.2. & in l.4.§.Prætor.colum.1. uerſ. ſed qualiter apparebit.ff. de dam.infe.& Ba. etiam ſubobſcurè in l.ult. col.1.C. de iure domi.impe.& Panor.apertè in c.cauſam, col.3.verſicul.quid autem ſi iudex,extrà de dolo & contu.& Phili.Dec.in d.c.cùm parati.& Alcia.in d. 14. præſumptione regul.3.num.3. 23

*Si dicat ſe ad domũ citaſſe, quia citandum præſentem nõ reperit.*

Qvod tamen intellige, ſi ipſe nuncius renunciet id ſe feciſſe, quòd ſi ſimpliciter diceret citaſſe ad domum, non præſumitur eum perquiſiuiſſe, ut dicit Bar. in dicta l.4.§.Prætor.col.2.uerſ.ſed quid debet nuncius referre. & ſequitur Anto.in d.c.cauſam.col.penult.& ibi Panor. col.3.de dolo & contu.& idem Panormit.conſ.84. arbitror,poſt prin.lib.2.ubi & hoc dicit procedere, etiamſi nuncius in fine ſubiungeret omnia ſe feciſſe ſecundum ius commune & formam ſtatutorum, non enim pro eo præſumitur,qui uilis eſt perſona, ut pro iudice, argum. not.in l.1.C.de uſur. & idem quoque voluit Imol. in l. ſciendum.& ibi latius Franc.Aretin.colum.12.uerſ. adde etiam inquantum.ff.de uerbor.obligat.ubi ipſe Aret. nuncupatim palinodiam canit contrariæ ſententiæ, quã ſtatim adducemus. & Roma.conſ. 454. in re præſenti, col.2.& Alexand.in l.hæres inſtitutus.col.2. uerſ. refert etiam.ff.de acquirend.hæred.& conſ. 137. in cauſa &c lite uertente inter Lancelotum, col. 3. uerſ. præterea in citatione.lib.2.& conſ.201.in cauſa & lite uertente inter magiſtrum,col.1.uerſ.& licet in actis, dicto libr.2.&c conſil.2.conſideratis his, in princip.lib.3. Philip. Dec. in c.quoniam.colum.10.uerſi.& prædicta concluſio. extra de probat. 24

*An præſumatur perquiſiuiſſe, ſi nõ dicat expreſsè.*

Qvanqvam huius contrarium uoluit Bal. in l.ſcire oportet.§.multa verò,ante fi.ff.de excuſ. tut. ubi id dicit ſeruari in practica iudiciorum.Pau.Caſt.in d.l.4.§ prætor ait,poſt prin.ff.de dam.infect.ipſe Rom. hic ſibi palàm contrarius,in dict.l. hæres inſtitutus. & ibi quoque Fran.Aret.col.1.in fi.& iterum col.2.uerſ. ſed ad primã quæſtionem.ff.de acqui.hæredit.quia,ut ipſi dicunt,præſumitur legitimè factum propter facientis officium, ut in ſimili not.in l.acta.ff.rem rat.hab.& in d.l.4.§.abeſſe. ff.de dam.infect.cenſeturq; ipſe nuncius uoluiſſe facere actum ualidum & efficacem.l.pro hærede.§.Papinianus. ff.eod.tit.de acquir.hæredit. 25

*De eadem re.*

Sed

26 *De eadem re.* Sed prior ſententia verior eſt,& ſeruatur in hoc regno. Sed illam tu tempera, ut procedat, niſi nuncius renunciet citaſſe ſe ad domum, prout illi mandatum erat, quia tunc æquè valet, ac ſi expreſsè declaraſſet, eum reperire non potuiſſe, ideoque ad domum illum citaſſe, vt colligitur ex dictis Bal. in d.l. properandum.§.& ſiquidem.C.de iud.Pet.Anch.& Card.Flor.in d. Clem.1. de dolo & contu. & eiuſdem Card.in Clem.1. de iudi. & Rom.conſ.417.diligenter perſcrutatis.& Alex. in d.l.4. §.Prætor ait.vbi & hoc ſenſiſſe uidetur Bar.col.1.& eiuſdem quoque Alex.conſ.219.ponderatis his,col.2. verſ. & ſimiliter præſuppono,lib.6.

27 *De eadem re.* At hoc tamen intellige, ſi in commiſſione, ſiue mādato iudicis de citando, ſit nominatim expreſſum, ut citetur quis perſonaliter, ſi reperiri poſſit: ſin minus, ad domum, quia tunc cùm nuncius ſimpliciter renunciat citaſſe, ſecundum formam ſui mandati, vel commiſſionis, ſatis videtur renunciare illum ſe perquiſiuiſſe, ut mandatum erat. Secùs ſi id non exprimeretur in mandato iudicis: nam licet ita intelligatur ſecundum intellectum iuris, tamen ad illud, quod de iure tantùm intelligitur, nec aliter expreſſum reperitur, non refertur relatio nuncij, ut ſatis declarant ij, quos ſuprà citauimus,& præterea Pan.d.conſ.84.li.2.Alex.d.conſ.2.li.3. Soc.conſ.56.uiſo proceſſu,col.2.lib.4.& Phil. Dec.in d. c.cùm parati.col.pen. & in d.c. quoniam, ubi ſuprà, de proba. Et aperta eſt vtriuſque differentia, quia primo caſu fit relatio ad id, quod facti eſt, ſcilicet ad mandatum iudicis, ideo perinde habetur pro expreſſo in ipſa relatione, atque in ipſo mandato expreſſum eſt, l. ait Prætor.§. 1.& ibi Bar.ff.de re iud.& l.in ſumma, in prin.eo.ti.cum multis ſim.à me collectis in Legibus connubialibus, in verbo, *expres*, verſ.ſed & ſextum genus. Secundo autem caſu fit relatio ad ius, quod veriſimiliter nō cadit in ſenſum nunciorum iuris omnino imperitorum, ut etiam de teſtibus dicitur in d.l.1.C.de vſur.

28 *An ei credatur de bonorū diſcuſſionem.* Postremò ex eo, quòd dicimus credi nuncio in his, quæ ad ſuum officium pertinent, illud quoque manauit, quòd illi creditur de diſcuſſione bonorum alicuius, videlicet cùm renunciat nulla illius bona mobilia reperiſſe, ideoque manum in immobilia inieciſſe, ſecundum ordinem l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iud. vel etiam ſi renūciat nulla omnino bona rei principalis reperiſſe, nulla alia opus eſt diſcuſſione, ut agi poſſit contra fideiuſſorem. Hæc enim fuit ſententia Bart. qui id dicit ſeruari de conſuetudine, in d.§.in venditione, col.2. ver.quæro qualiter conſtabit,& ibi Alex.tum col.9.ver. alia practica, tum in fi.& eiuſdem Bar.poſt Iaco. Aret.in Authen.hoc ſi debitor, quam legit cum l. perſecutione, col.2.verſ.quæro, dicitur hic,& ibi quoque Sal. col.2. in 9.q.C. de pigno.ubi tamen ipſe Bar.dicit cautius & tutius in hoc adhiberi duos nuncios. & ipſius Bar.in l.in illa ſtipulatione,ſi Calendis,col.vlt. verſ. quæro qualiter, & ibi Alexan.col.quoque vlt.& Fran.Aret.colum. pen. verſ.& ad modos.ff.de verb.oblig.& in ſecundo ipſius Bart. in l.ſtipulatio.§.habet,col.2.verſ.formo uobis,& ibi latè Iaſ.colum.1.verſ.quærit Bart.ff. de oper.no.nuncia.& eiuſdem Bar.in l.2.§. ſi dubitetur, col.2.ff quemadmodum teſta.aper.& conſ.90.dilecto domino,col.pen.ver. item ſciendum eſt. Sed ipſe Bart.in dictis locis, ne quis erret, expreſſim loquitur, quando nuncius ad hoc nominatim mittitur, ut inquirat.

29 *De eadem re.* Sed & quòd nuncio de huiuſmodi re credatur, ſimpliciter tenet Signo.qui pulchrè declarat, quid hoc caſu facere debeat nuncius, ut excuſſio legitimè facta dicatur conſ.57.creditor, ferè per totum,& Bal.in Auth. ſed hodie, circa medium.C.de act.& oblig & in d.l.2.C.quando fiſcus vel priua.& in l.magis puto.§.illud, in fin.ff. de reb.eor.& Alex.in l.exitus, in princ.ff.de acquir.poſſ. & Maſuer.tit.de execut.verſ.item quanquam de iure. & Guid.Pap.dec.Delph.628.nō debet. Et idem de diſcuſſione, quæ fit de perſona, an ſcilicet inuenta ſit ad hoc, vt poſſit procedi contra correum, ut ſcilicet credatur nuncio, uoluit Bart.in l.3.§.1.in 8.q.eademq; pen.ff.de duobus reis. Sed illud hîc obiter dixerim poſtremis conſtitutionibus Regis noſtri Franciſci ſancitis menſe Auguſti anno Domini M.D.XXXIX. art.74. illum ordinem mobilium & immobilium in executionibus fuiſſe ſublatum, uti etiam in Delphinatu iam diutius factum fuiſſe teſtatur ipſe Guid.Pap.dec.Delph.281.in ſtatuto. & iterum deciſio.568.de iure. *Conſtitutio Regia.*

30 *An vbi verſat̄ graue præiudicium.* Tertiò principaliter intellige, ut credatur nūcio præterquam tamē in his, in quib.uerſatur graue aliquod alterius præiudicium, nam tunc ei ſoli non creditur, ut no.voluit Bar.in d.l.Diuus, la 2.col.3.verſ. tertiò quæro. ff.de cuſto.reo.& Alex.conſ.75.uidetur in præſenti conſultatione, col.penul.verſ.& ſi dicatur, libr.4.& Philip. Dec.conſ.94.in caſu ad me tranſmiſſo, colum.2. verſicu. ſimiliter ſcriptura,& ij omnes quos ſuprà citauimus.nu. 7. alij item dixerunt. Et benè etiam facit, quod ſcribit Federicus Senen.conſil.142.domino Ioanni, col.pen. & Bal.in c.cùm dilecti, col.pen.verſ. oppo.dicitur hîc, extra de dolo & contu.

31 *Quid ſi ei & citati qui id negat, qualitas aliud ſuadeat.* Quartò item principaliter intellige, ut nuncio credatur, niſi ipſius qualitas, eiuſque qui citatus dicitur, & id negat, aliud ſuadeat. Quid enim, ſi fortè nuncius ipſe eſt opinionis prorſus illaudatæ: contrà autem alter, qui dicitur citatus, & tamen negat, integerrimæ fidei? Tunc certè iudex poterit ex ijs, atque etiam ex qualitate negotij,& cæteris argumentis, arbitrari non eſſe ſoli nūcio credendum, ſecundum eorum opinionem, quos ſuprà adduximus num.9.nam & alij. Quam quidem opinionem, cum cæteris ita concordauit, atque ueluti conciliauit Philip.Dec.dicto capitul.cùm parati, colum.penultima, de appellat.

32 *Deciſ. principalis quæſtionis. Regia ordinatio.* Et hæc quidem, quantum ad ius commune pertinet, obtinent. Sed quia quotidiana propè experientia compertum eſt, huiuſmodi nuncios non eſſe admodum probatæ fidei, multaſque fraudes, calumnias, ac falſitates anteà perpetraſſe. Ideò primis ordinationibus (quas vocant) regijs Ludouici duodecimi, c.56. ſancitum eſt (quod & noſtra conſuetudo hoc in loco ſtatuit) ut tum demum eis credatur, ſi ſecum habuerint duos teſtes in ſuis renunciationibus inſcriptos: nec hoc caſu (ut ſubdit ea regia ſanctio) admittendam eſſe partem ad dicēdum contrarium: quod intelligendum eſt, niſi nuncij renunciationem falſam aſſerat,& aduerſus eam de falſo inſcribat, iuxta ea, quæ ibi latè diximus.

33 *An autem omninò credatur duobus nūcijs.* Sed quæritur, an ſtante noſtra conſuetudine, aut etiam dicta ordinatione regia, credatur duobus nuncijs ſine teſtib. Et id quidem uerum eſt, ut multi uoluerunt, qui in ea opinio. fuerunt, ut ſoli nuncio non credatur, ſed tum demum, ſi ſint duo: & qui etiam conſulunt adhiberi duos nuncios ad tollendam dubitationem, quam ſuprà tractauimus, an ſoli nuncio credatur. & inter hos apertè id uoluerunt Vber.Bob.Alber.Gal.& alij, quos citat Ioan.Andr.in additio.Specu.titu. de citat. §. ſequitur.verſ.ſed nunquid.& ipſe Spec.in eo ipſo §.ſequitur, verſ.præced. Iacob. Bald. in ſuo tractatu de primo & ſecundo decreto, poſt princip. Signo. dicto conſil.57.creditor, colum.3.verſi.item præmitto. Bart.poſt Iac. Aret. in dicta Auth.hoc ſi debitor. quam legit cum l. perſecutione, col.2.verſ.quæro dicitur hîc.C. de pig. Sal. in d.l. tres denunciationes, col.2. C. quomodo & quando iud. & in d.l.abſentem, colum.3.in 6.q.C.de accuſ. Angel. in hæc autem.§.non defendi.ff.quibus ex cauſ. in poſſ. eat. Angel. Aret.in tractatu malefic.in uerbo, Petro publico & iurato nuncio.

34 *Duob. iudicib. credit̄.* Sicuti & in ſimili dicitur, quòd licet Iudici ſoli nō credatur de actis cauſæ, c.quoniam contra falſam, de probat.

bat.



bat.tamen ſi ſint duo, illis creditur, vt uoluerunt Inn.& Hoſti.ibi, in prin.arg.c.cùm dilecti.extrà, de accuſa.& c. inter dilectos.§.præterea.extra, de exceſ.prælat.& ſequitur Bal.cum quadam tamen limitatione, ibi, col.7. verſ. reſtat aliqua dicere. Et idem quoque uoluit Archid.in c. ſtatuendum.2.q.6.vbi & id dicit Romanam curiam obſeruare.& Lucas Pen.in d.l.1.col.2.verſ.vltimò no.C.de curioſ.li.12. Et facit, qd in ſimili ſcribit Bal.cōſ.45. ſtatuto Papię, circa med.li.1. Et quod etiam ubiq; traditur, regulariter duob.teſtibus, omnimodā fidem adhiberi.

35 *An duob. notarijs ſine teſtib.* Et ex his nonnulli ex noſtratibus illud aſſumunt, quòd cùm de Iure communi inſtrumentum à ſolo notario ſubſcriptum non faciat fidem ſine duobus teſtibus, vt no.gl.in §.ſi verò abſunt.in verbo, quantum ad hoc.& ibi Docto.in Authen.de hæred.& falcid. ſatis eſt, ſi duo notarij ſine teſtibus inſtrumentum conficiant.& ita utimur in Gallia propè vniuerſa. Quanquàm contrarium nuncupatim in hoc caſu tenuit Bald.in c.2.col.2.uer.ſed pone quòd unus.extrà, de fide inſtrum.& conſ.413. duo ſunt ſtatuta, lib.1.& iterum conſ.444. ſtatuto cuiuſdam oppidi, libro 5. Pro cuius ſententia optimè facit, quòd ſcribit gloſſ. in dicto §.ſi verò abſunt. in uerbo, tabularijs.cum qua ſimpliciter tranſeunt Doctor. ibi. & Ioan Fab.in §.itē uerborū, col.vl.ver.itē q̄ro.Inſt.de inuti.ſtip.

36 *De eadem re.* Faciunt quoque multa, quæ in ſimili tradit Bal. ipſe conſ.128.cùm quidam vſurarius, col.2.uer.ſed ponamus, lib.3.& Corne.in ſubſcriptione, conſ.68. conſuluit, colum.eiuſdem ſubſcript.1. libr.1.& conſ.77. licet autem per totum.eod.lib.1,& Iaſon conſi. 97. ſtatutum Bononienſe, libr.4. quæ in illis locis videre poteris. Ex quibus intelliges, non tutum eſſe conficere inſtrumentum coram duobus notarijs ſine teſtibus, ceſſante conſuetudine contraria aut generali, cuiuſmodi eſt in tota penè Gallia, ut diximus: aut ſpeciali, qualem habemus infrà tit. *des notaires*.§.2. qui eſt omnium huius uol.323. ex quo cognoſces, maius robur tribui inſtrumento à duobus notarijs confecto, quàm ab vnico cum duobus teſtibus, de quo nos ibi latius dicemus. Nec mouet, quod dictum eſt, de duobus nuncijs.nam bona pars noſtrorum cenſent credendum vni nuncio, nulluſque requirit duos teſtes cum eo. Magis autem vrget illud de duobus iudicibus, quandoquidem cum uno iudice requiritur publica una perſona, aut alij duo, ut nuncupatim ſcribitur in d.c.quoniam.

## §. NONVS.

SI le retrayant ne peut trouuer l'achepteur, il ſuffit de faire l'offre a ſa femme, a ou à ſon b domicile.

*SI retrahens emptorem in faciem conuenire non poſſit, ſufficit oblationem fieri vxori a illius, aut ad ipſius b domicilium.*

### *A SA FEMME*, VXORI ILLIVS, Gloſſ. I.

1 *A noblatio retractus poſſit fieri vxori pro viro.* HABEMVS text. in l.aut qui aliter.§. ſed & Seruius. ff. quod ui aut clàm. quo cauetur, abſente fœmina ſatis eſſe viro eius aliquid denunciari. id quod Accurſ.ibi, in princ. aſſignat ei quod ſcribitur in l.2.& in l.maritus.C. de procura.ſ. maritum pro uxore poſſe agere ſine mandato, tanquam ſcilicet is ſit legitimus procurator. Vel id fit (inquit) quia vxor id ſcire ſtatim præſumitur, quod maritus ſcit.arg.l.ſi legibus.C. de epiſco.audien.de qua poſteriori ratiōe ſatis multa diximus in Legibus noſtris connubialib.in l.12.in princ. Et dicit Bar.in d.§.ſed & Seruius.quem legit (ne tu erres) cum §. & ſi fortè, quòd ſufficit proteſtari aut denunciare marito ad excuſandum à dolo, non tamen in præiudicium uxoris, cui factum mariti præiudicare non debet, ut patet per totum tit.C.ne vxor pro marito.

2 Et autoritate illius tex.ſcribit not.Iaſon in l.ultim. char.vl.uer.decimoſeptimò quęro, de iure emphy.quòd ſi emphyteuta fœminæ uelit fundū emphyteuticum alienare, ſatis eſt id marito denunciare, eritq; perinde ac ſi ipſius uxori fuiſſet denunciatum. & dicit ad hoc illum tex.not.iuncta gloſſ.declarando tamen, ut ibi per Bartol. In quo tamen ipſe Iaſ.palinodiam cecinit in l. non ſolū. §.morte, col.10.verſ.quærit Bar.ff.de ope. no. nunc. ubi illud latiſſimè diſſerit, an ſufficiat denunciare marito pro vxore, poſt Bart.ibi,& in d.§.ſed & Seruius,& Ang. in l.mora, in prin.col.3.verſ.tertiò quæro.ff.de vſur.quos omnes uide, ne hic te diutius teneam.& ſimiliter Fel. in c.cum M.Ferrarienſis, col.20.uerſ.nona concluſio.extrà, de conſtitut. Vt tamen non omittam, quod Ioan. Andr. in c.generali, col.7.in paruis, uerſ. ſed quæro habeo, de reg.iur.in Mercur.tenet ſimpliciter ſufficere proteſtationem fieri marito pro vxore, per d.§.ſed & Seruius. & id quoque uoluit Alber.in d.l.maritus, in fi.& in l.ſi rem.§. quolibet.paulò ante fin.ff.de euict.per dict.l.maritus. & quia (inquit) vir & vxor ſunt una caro l.2.C.rer.amo. & l.vltim.§.vlt.ff.de furt.

3 *An è diuerſo, viro & vxore.* Sed an è diuerſo cùm aliquid denunciandū eſt marito, ſatis ſit vxori pro marito denunciare, qui eſt caſus noſtræ cōſuetudinis. Et certè ſi illa ſecunda ratio Accurſij habet aliquid in hac re momenti, cùm dicit, uxorem id ſtatī ſcire præſumi, quod maritus ſcit: ea multò plus ponderis hîc habebit. Quis enim neſcit, mulieres loquaciores uiris eſſe, nihilq; non effutire ſolitas? vt omniū copioſiſſimè docuimus in illis noſtris Legib.connubialib. in ea l.12.ver.quāuis ergo,& multis ſeq. Sed & ea ratione ceſſante, quod diſpoſitum eſt in uiro, in d.§.ſed & Seruius, ut ſcilicet ſatis ſit uiro denunciare in cauſa uxoris, ea abſente, idem quoque diſpoſitum in fœmina debet cenſeri, ut ſcilicet ſufficiat abſente uiro uxori eius denūciare, per l.vlt.& ibi latè Bar. Bald. Ang.& alij præſertim Recentiores, qui afferunt concor.C.de indict.uidui. uti etiam faciunt in l.ſi priuſquam, col.pen.uerſ.ſed aduerte ff.de ope.nou.nunc.& in Auth.quas actiones, col.7.verſ. tertiò principaliter.C de ſacroſan.eccleſ. *Arg. à reciprocis in viro & uxore valet.*

4 *Niſi ſit diuerſa utriuſq; ratio.* Sed hæc poſtrema ratio (alia enim ſimul excutietur) tum demum procedit, cùm qualitas & ratio, ob quam in vno eſt aliquid ſtatutum, eſt in altero: quòd ſi abeſt, ceſſat diſpoſitio, l.curatorem.C. de interdi. mat. & l.vlt. cum gl.ult.C.de reſcin.uen.gl.in c.1.in uerbo, ſub excōmunicatione,& ibi Doct.extrà, de loca.Bar.Bal.Ang.& alij, in l.multum intereſt.ff.de ver.oblig.idem Bar. Bal. Ang.& Recentiores in d.l.ult.C. de indict. uidui. & ibi concord.à Iaſ. Ceſſat autem in fœmina illa qualitas procuratoris, quæ eſt in uiro: qui (ut diximus) eſt legitimus vxoris procurator: quæ quidem qualitas eſt uera, aut certè præcipua & principalis ratio, quare quod denunciandum eſt uxori, poteſt ea abſente eius uiro denunciari: nā ut dicit Bar.in d.§.morte, col.6.uerſic. circa quartum.& iterum col.pen. verſ. quæro cui debet fieri, denunciatio ſiue proteſtatio debet fieri parti principali, ſi reperiri poſſit: aliàs fieri poteſt procuratori uel uiro, uel etiam amicis, ut dicit in priori loco.l.ſi dictum.§.ul.ff.de euict. & d.l.aut aliter.§.& ſi fortè.

SED

5 Sed quia Barto. loquitur etiam de amicis, in quorum, & quidem præcipuorum numero vxor collocanda eſt, ex illo verſu Propertij lib.4.

*Omnis amor magnus, ſed aperto in coniuge maior.*

Et latè diximus in l.ſi vnquam, in præfat.num.12. ſed ut redeamus. Certè & alia quoque ratio eſt, cur non æquè admittenda eſt denunciatio facta vxori pro marito, ac marito pro vxore: quia mulier non ita poteſt intelligere, quod ſibi denunciatum eſt, ut poſtea uiro renunciet, illumque certiorem faciat, ſicut vir facit: cuius quidem ob eam cauſam inter cæteras, id minus eſt peculiare ac proprium, ut cauſas ac negocia forenſia & extranea curet atque adminiſtret, quæ ſunt mulieribus interdicta. l.2.ff.de reg.iur. & plenè diximus in illis noſtris Legibus connubialibus.l.10.proindeq; & ipſe vir vxorem ſuam defendat, non vxor uirum.l.1.§.vl.& l.ſeq.ff.de iniu.qua ratione innixus ipſe Accurſ.in d.§.ſed & Seruius, expreſſim tradit, non ſatis eſſe uxori denunciare, quod uiro eſt denunciandum: licet è diuerſo fieri poſſit, per illum tex. Et aliàs uidemus, quod diſpoſitum eſt in uno correlatiuorum, non habere locum in altero, quando eſt diuerſa ratio, vt præter Bal.in dict.l.ult.C.de indict.uidui.uoluerunt Bart.Angel.Floria.Nell.à S.Gemini. & alij Recentiores, ibi, per d.l.vlt.C.de reſcind.vend.& l.1.in fi. cum l.ſeq.ff.de iniur.nam & has quoque in id citat Iaſ. in d.l. vlt.cum alijs multis, ut ibi uidere poteris.

6 Ex quibus ſatis apparet, non perperàm ſcripſiſſe Iacob.Aret.& poſt eum Guid.Pap.deciſ.Delph.445.an ualeat citatio, in princ.& iterum conſ.121.indubitanter, in 5.dubio, non ualere citationem mariti in perſonam vxoris, vt contra eum, tanquam contra contumacem poſſit procedi. Quod tamen intelligit ipſe Guido in dictis locis, niſi ea citatio fieret in perſonam uxoris, in domo habitationis viri, per quædam iura, quæ in id allegat: præſertim ſi ei detur copia (exemplar, ſiue etiam exemplum vult dicere) citationis, per gl. quam dicit not.in l.licet. C.de repu.Subditque quod in curia Parlamenti Delphinatus hic ſtylus obſeruatur, quòd quãdo citatio facta in domo habitationis, & in perſonam uxoris uerisimiliter præſumitur ueniſſe ad notitiam uiri: ea citatio reputatur valida, & proceditur contra eum, tanquam contumacẽ, vbi maximè non agitur de magno præiudicio. Illum uide, & quæ ibi allegat. Senatus autem Pariſienſis, ut audio, non admittit huiuſmodi citationes, niſi citatio affixa ſit domui. Ideò nec quòd hic dicitur in retractu, trahẽdum eſt ad alias citationes, ſiue denunciationes.l.ſi uerò §.de viro.ff.ſolut.matr.cum ſimilibus.

*Citatio viri in perſonam vxoris, an ualeat.*

Illvd autem ſciendum eſt, maritum cenſeri habere domicilium ea in domo, in qua vxor & familia ipſius habitat.l.1.§.domum.ibi, vbi larem matrimonio collocauerint.ff.de liber.agnoſc. Ideoque ſufficit, eum citare ad eam domum habitationis uxoris, ut apertè voluit Innocent.in ca.ſi aduerſarius.quod eſt vlt.col.1.& ibi quoque Hoſtienſ.& Ioan.Andre.extrà, de eo qui mit.in poſſ. & idem Innocen.in c.ex parte B.poſt princip.extrà, de foro comp.Bart.qui intelligit etiam, ſi tunc abſit ab ea domo, in d.l.1.§.permittitur.per text. ibi, iuncta glo. in verbo, manere.ff. de liber. agno. Matthæ. & poſt eum Card.Flor.in clem.1.col.3.in 2.q.de iud.Bened. Capra. conſi.142.punctus, quidam Bartholomæus, in 2.dubio. & Guid Pap.in tracta.præſumpt.col.9. verſic. præſumitur Clericus.& Alciat.in tract.eiuſdem titul.reg.1. præſump.35.& facit tex.in l.2.C.ubi ſenat.uel clariſſi.Nam vbi maritus abeſt ab vxore, præſumitur eum latitare, ut dicunt Inno.Hoſtien.& Ioan.And.in d.c.ſi aduerſarius. & Ang.in l.properandum.§.& ſi quidem.paulò ante medium.C.de iud.& Barb.in clem.cauſam.chart. antepen. de electio.vbi id dicit ſingu.

7 *Vir cenſetur habere domiciliũ in ea domo in qua vxor habitat.*

8 Sed vide, an id præcederet, etiamſi uir & uxor ſeorſum habitarent, honorem tamen matrimonij inuicem habentes, vt nonnulli faciunt, præſertim principes uiri, vti atteſtatur Iuriſconſultus in l. cùm hic ſtatus.§.ſi mulier.ff.de dona.inter vir.& uxo.& facit l.nihil. ff. rerum. amot. [Et facit quod ſcribit Bald.conſi.53. quædam domina Richabella, in 1.dubio, li.4.] Et ex his potes intelligere, an & huiuſmodi oblatio & citatio in cã retractus poſſit fieri ad eam domũ, in qua vxor emptoris habitat.

*Sed quid ſi vir & vxor ſeorſum habitant.*

## A SON DOMICILE. AD IPSIVS domicilium, Gloſſ. II.

Potest denunciatio, atque citatio fieri ad domum illius, cui aliquid eſt denunciandum, aut qui citandus eſt.l.ſcire debemus.§.qui autem.ff.de exc.tut. & l. aut qui aliter.§.& ſi fortè.& ibi gl.& Doc.ff.quod vi aut clàm.& l.1.§.permittitur. ff. de lib. agno. & l.4.§. Prætor ait.& ibi Bart.& alij.ff.de damno infect. & l. vim paſſam.§.nupta priuſquam.ff.de adult.& l.ut perfectius.§.ſin autem.C.de anna.except.& c.cauſam. extrà, de dolo & contum.& ca. ſi aduerſarius, quod eſt ult. de eo qui mit.in poſſeſ. & Clemen.cauſam.verſ.quòd ſi forſan, de elect.& uoluit gl.in l vlt.in gl.magna, in fi. de reſti.in integ.& Spec.tit.de cita.§.ſequitur.verſ.ſed nũquid ſufficit denũciare.Bar.in l.licet.C.de repud.Alb.loquẽs de peremptorio.in l.1.§.item cum edicto.ff.quę ſent.ſine app.reſcind.idem Alb.loquens de denunciatione, in l.ſi item.§.quolibet.ff.de euict & in l.mora, col.4.nu.16. ff. de vſur.& in c.præſumitur.de reg.iur.li.6.nam is (ne erres) in fi.tit.ff.de reg. iur. commentaria edidit in quædã c.eiuſdem tit.li.6.Bal.in c.Cumana, col.4.uerſ. quædam eſt proteſtatio.extrà, de elec. ubi loquitur de proteſtatione.& in c.quoniam, in prin.col.ult. uerſ. quæro nunquid ſufficiat.extrà, ut lit.non cont.& in c.1.col.4.titu.de mil. vaſ.qui contu.eſt.& Doct.ubique. 1

*Oblatio, citatio, denũciatio, & alia huiuſmodi, an poſſint fieri ad domũ.*

Idqve non ſolùm in ciuilibus, ſed in criminalibus quoque, ut uoluit gl.in c.caueant, quod eſt 2.3.q.9. Cyn. in l.ſi accuſatoribus, poſt medium, uer. quæritur hic qualiter.& ibi quoque Bal.col.2.uerſ.in eadem gl. ibi, non iuuentus.C.de accu.Spec.tit.de accu.parte 3.§.1.uer.ſed nunquid ſufficit ſi ad domum.Alb.in l.1.col.pen. uerſi. ſed nunquid.C.de hære.inſti.& in d.l.uim paſſam.§.nupta.ff.de adulte.per eum text.Bart.in l.inter accuſatorẽ, uerſ.ſed quæro ubi debet citari.& ibi etiam Imol. ff. de publi.iud.Bal.in d.l.ut perfectius, colum.2.uerſ.attende etiam, quia citatio, & ibi quoque Ang.colum.2.& idem Bald.in l.& poſt edictum, in princ.ff.de iudi.Sal.in l.abſentem, in 2.q.C.de accuſa.Angel.Aret.in tracta.malefi. in uerbo, iudex. commiſit, quod Caius & alij inquiſiti citarentur, col.3.uerſ.quæro an ſufficiat citari. Alex. qui hanc dicit eſſe communem opin.in l.4.§.Prætor ait, col. 2.ff.de dam.infect.Alex.conſ.120.uiſo proceſſu, in fin. libr.7. & hoc de conſuetudine obſeruari dicunt Alber. Gand.in tract.malefic.titul.de citatione facienda, col.2. ſed nunquid ſufficit.& Alber.Roſ.in tracta.ſtat. in 4.parte q.51. ſed nunquid ex citatione, qui tamen uidentur ſentire aliud eſſe de Iure communi, rationibus per eos allegatis, ut etiam facit Augu. Ari. in addit. Ang. Aret. ubi ſuprà. Sed nos in Francia priorem partem ſequimur, uti etiam olim ſequebantur priſci Romani, apud quos, ut tradit Plutarchus in uita Gracchorum, more maiorum, ſi quis capitali iudicio accuſatus non ueniebat ad ſe defendendum, eum domi ante ianuam conſiſtens nomenclator citabat. 2

*Et quid in criminalibus.*

*Mos antiquus Romanorum.*

In nonnullis tamen caſibus non ſufficit huiuſmodi citatio ad domum, ut uidere licet apud Innocent. Bald. Pan.& cæteros in d.c.ult.extrà, de eo qui mit.in poſ. D.à Rota in addi.deciſ.84. ualet citatio ad domum, in nouis. Io.And.in d.c.præſumitur, de reg.iur.li.6.in Merc. Bar. 3

*In quib.caſib. nõ ſufficit citatio ad domũ.*

in



in l.ſi tamen.ff.de legat.2. Ioan.Fab.in §. vltimo.col. vlt. uerſ.quid ſi nõ reperiatur.Inſtit. de pœn.teme.litig. Bal. in d.l.vt perfectius.C.de anna.except. Ant.& Imol. in d. Cle.cauſam, de elect.Paul Caſt.in d.l.4.§ pretor ait.ff.de damno infect.Soci.in tract.fal. regu.2.incip. abſens.regulariter, & iterum regu.53.citandus perſonaliter.

4 Ex quib.duos tantũ, qui quotidie occurrunt, numerabo: primus eſt, quòd ex huiuſmodi citatione quis non poteſt excommunicari tanquã contumax, ſed debet perſonaliter apprehendi.Innoc.in d.c.vlt.col. 1.& ibi etiam Collect.poſt prin.Pan.& col. vlt.de eo qui mit. in poſſeſ. per c. ſacro extrà, de ſenten. excom. Vincen. in c. ad reprimendum, in fin.de offic.ordi.Bal.in d.l.ut perfectius, col.2.verſi.in gl.ſuper uerbo, domicilium.& in l.in actionibus, in antiqua lect. in fi.ff.de in litem iur.Ioan.Fab.in d.§.ultimò.ubi ſuprà, Inſtit.de pœn. teme.litig.D.à Rota deci.271. ſi de mandato, in nouis, & deci.367. ſi cõmittatur, col.2.etiam in nouis.Paul.Caſt. in d.§. prætor ait, col.1.Rom.conſil.482.in caſu præmiſſo, col.2.uerſi.quo ad ſecundũ.Fel. qui id dicit ſingu. in c. cùm ſit Romana, colum.5.verſi. & circa, de appel. vbi declarat quomodo id ſit intelligẽdũ.Quanquam gl. à paucis annotata apertè ſentit contrarium in c.caueant.3.q.9.Sed Car.Alexan. ibi eam reprobat, & priorem ſententiam ſequitur.

*Excommunicari an quis poſſit ex citatione ad domum.*

5 Secvndvs caſus, cũ quis citatur ad examinationẽ teſtium ad perpetuam memoriam.nam nec iſto caſu ſufficeret citare ad domum, niſi periculũ eſſet in mora Innoc.in c.ſignificauit. ad fin.de teſti.Ioan.And. qui tamen diſtinguit, in d.c.præſumitur, Cy.in Authẽ.ſed & ſi quis, verſic.quæro modò, ibi quoque Io.Fab.qui id declarat, Bald.& Sal.C.de teſtib.per text.in §. & hæc oĩa.in verbo, admonitum.& iterum ibi, propter eius proteruitatem & audaciam, in Authen.eod.ti.Bar. & Albe. poſt Dyn.in d. §.prætor ait.ille, col.2.verſic.Dyn. inducit. hic colum.1. poſt princip.vbi etiam diſtinguũt, ſed aliter. Alber.in d. l.vt perfectius. C de anna.except. & in l. de pupillo.§.ſi quis fortè, in fin.ff.de ope.no. nunc.Bald.in addit.Specu. d.titu.de cita.§.ſequitur, uerſi. ſed nunquid ſufficit. & in ſua Marg.in verbo, citatio, col.2.verſi.citatio non ſufficit. Ant.& Imol.in d.Cle.cauſam.idem.Anto.in c.vlti.extrà, qui ma.acc.poſ.Flor.ĩ l.in lege Aqu.§.1. col.2. ff. ad legẽ Aqui.Matheſ.nota.133. nota quòd citatio.Firmia.in tracta.de Epiſc.in 3.parte lib.1.col.4. verſ. nec quãdo examinatio.Alexand. conſil. 204. ſuper themate, & dubijs, ad fin.libr.2.Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ, incip.probationem incurſibus, col.3.in 3. notab.[& in c.vlt.col.6. nume.80.titu.de capi. qui cur.vend.]

*Citatio, quæ fi. ad excommunicationẽ, teſtium ad perpetuam memoriã, an poſſit fieri ad domum.*

6 Nec defuerunt, qui tenuerũt generaliter, hanc citationem non adſtringere citatum in omnibus quæ ſunt magni præiudicij, ſed tantùm in his, quæ ſunt leuioris cuiuſpiam præiudicij. Id enim voluit Petr. Anchar. in Clemen.1. in vlti. not. de iud. per id quod ſcribit Innoc. in d.c. vlt. de eo qui mit.in poſ. & uoluit etiam Matheſ.d.no.133. & Aug. Ari. qui id ualde commendat in d.l.4.§ prætor ait.ff.de no.ope.nunc.& in addi.Ang.Are. in tra.malef.vbi ſup.Quin etiam fuerunt, qui generaliter negauerunt, citationem fieri poſſe ad domum, niſi in caſibus in iure expreſſis. Nam & id voluit Innocen. in d.c. ſignificauit, ad fin. extrà, de teſtib. & Cardi. Flor. qui id dicit not.conſi.13.domi.Cato.& Phi. Dec.con.460.uiſo puncto, col.vlt.uerſi. & ulterius. Sed vt ſuprà diximus ex cauſis criminalibus, ita & in omnibus in Gallia ſeruamus, vt ualeat huiuſmodi citatio ritè facta, ſecundum ea, quæ ſtatim poſtea ſubijciemus.

*An hæc citatio ad domum, valeat in his quæ ſunt magni præiudicij.*

7 Illos autem caſus, in quibus de iure talis citatio non ſufficit, intelliges, niſi citandus latitet, vt per Innoc. & alios in dict.c.vlti.de eo qui mit.in poſſ.Dyn. Bart. Paul. Caſt.& alios in d.§.prętor ait.Ioã And. in d.c. præſumitur, Bald.in d.l. vt perfectius.col.2. & in d. c.ſignificauit. col. 2. uerſi.quæro an iſti fundatores. extrà, de teſtibus Imol.in d. Clem. cauſam, colum.11.verſicu. vult ergo, gloſ.Matheſ.in d.not.133.in fin. Et ad id bene facit text. in c.1.extra, qui matr. accu. poſſ.& in c. quoniam.§.1.& ſequen.extrà, vt li.non conteſta.& in capit.perlatum, qui fil. ſunt legit. Quis autem latitare dicatur, videbis in l. Fulcinius. §. quid ſi autem latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſ.eat.& in l.eum qui.ff.de priui. credit. & per glo.in l. ſatiſque.ff.de in ius vocan. Innocen. Ioan.Andr. Barb.in cap conſultationibus.extrà, de offic.deleg. Specu.titu.de pri.& ſecun.decreto.§.nunc dicamus, uerſic.illud autem, Bald.in Authen.& iurat, colum.antepen.uerſi.modò ego quæro.C.de bon.auto.iudi.poſſid.& Philip.Deci.in l. nõ videtur defendere, in princip. ff. de regu.iur. & Matthæ. Afflict.in conſtitu.Siciliæ, incipien.ſi quis poſt litem, colum.3.in 3.not.

*Quid ſi illis cauſibus citandus latitet*

Cvm autem fit hæc citatio, ſiue denunciatio ad domum, multa requiruntur: Primùm, vt ea fiat in ſcriptis, ac per literas ad domum affixas. Innoc. Ioan. And. & alij, in dicto cap. ult. de eo qui mit. in poſſeſſ. Bald. & Ang.in d.l.ut perfectius, ubi etiam eſt bonus tex. Alber. in d.l.4.§.Prætor, colum. 1. uerſic. eſt etiam notandum. ff.de damno infecto.Bal.in l.conſentaneum, colum.1. & iterum ult.& ibi quoque Salyc.colum.1.& 2.nota.per illum tex.in uerbo, literis. C.quomodo & quando iud. & in l.ſi finita.§.non autem.colum.2. ff.de damno infect. & in Authen.hodie, coulm.1. C.de appellat. & in dicto capit Cumana, ubi ſupra in princi.de electio.& in ſua Margar.in uerbo, citatio.colum pen. uerſi. citatio quando fit ad domum.Ange.in §.omnem, colum.antepen. uerſicu. ex hoc caſu patet in Authen. de litigio.ubi expreſſiſſimè omnium illud dicit de affixione ſchedulæ citationis. Firmia.in tract.de epiſco.in 3. parte lib.1.uerſicu.concluditur ergo ualere. Alexan.in addit.Barto.in l.2.C.de colla. fund.fiſca.libro 11.Barb.in Clemen.cauſam, colum. 19. in paruis, uerſi.unde poterit.de elect.Guid.Pap.ſing.419. ſi quis mandetur, in princip. Cardin.Alexan. in capit. 1. colum.2.titu.de mil.uaſal.qui contu.eſt, & Iaſ. in §. quadrupli, colum.4.uerſic.illud autem diligentiſſimè.Inſtit. de act.Et eſt etiam bonus tex.in l.4. §.toties.ff.de damno infect.cùm dicitur, libellum ad ipſas ædes proponere, & ibi glo.in uerbo, libellum.& ibi id expreſſim not. Bal.in fin.Et facit, quod ſcribit Salyc. in l.ult. in fi. C. de nego. geſt.& tex.in l.item ueniunt.§.præter hæc, ibi, aut denunciatum eſſet ei literis. ff.de petit. hæred. Et hoc uidentur intelligere nonnulli, cùm nemo domi reperitur, & inter cæteros Innocen.in d. c.ult & Guido Pap. d.ſingu.419. Sed nos ita utimur, ut ſemper neceſſe ſit ſchedulam citatoriam appendi ædibus. 8

*Quæ requiruntur in hac citatione.*

*Ea primũ debet fieri literis ad domum affixis.*

Secvndvm, ut huiuſmodi ſchedula citationis ponatur in loco patenti, non in angulo, aut ſub oſtio, ut tradit Bald.in l.ſed & ſi pupillus.§.de quo palàm, per illum tex.in uerbis, non in loco remoto, ſed euidenti. ff de inſtit.actio.in lect.antiq.Ange.in dicto §.omnem, ubi nuper deſignauimus, in Auth. de litig. ubi nuncupatim dicit, quòd ea ſchedula infigenda eſt, ipſi oſtio, ſiue ualuis domus; quod & nos in Gallia obſeruamus. Cataldinus in tract. ſyndicat. cap.125. incip. adde quòd ſi ſchedula, Felin.in c.ex parte Decani, col.4.uerſic. facit quod notat. extrà, de reſcrip.Hippol.Marſil.in reper.Rub.de fideiuſſ. num.177.& conſil.122.clementiſſimi, col.2.uerſi. & faciunt dicta.Et id uoluerunt, qui dicunt hanc citationem publicè fieri debere, inter quos eſt Archid. in c.1. col.6. in uerbo, infra menſem, de elect. lib.6. 9

*Idque in loco patẽti.*

Tertivm requiritur, ut ea ſchedula citatoria nõ confeſtim amoueatur, ſed illic dimittatur, ut poſſit peruenire ad notitiam citati; aliàs non ualet citatio. Bald. in d.l.ſed & ſi pupillus.§.proinde ſi dominus, argu. illius tex.ff.de inſtit.act.Panor.in d.c.ult. in 3.not. extrà, de eo qui mit.in poſ.per tex.ibi, qui dicit, eam publicè fieri debere, quod bene facit ad præcedentem uerſic. atque etiã 10

*Nec ſchedula cõnuò amoueatur.*

per c.

per c.vlt.de elect.lib.6.ipſi Catel.Feyn.& Hipp.Marſil. in locis allegatis in d.præcedenti uerſ. Nam & aliàs appoſitum non cenſetur quod continuò remouetur, ut latè diximus & probauimus in repet.l.ſi unquam, in uerbo, ſuſceperit liberos, nu. 141. hęc autem, & multis ſeq.

11 *De eadem re.*

Nec tamen neceſſe eſt, ut nuncius referat quanto tẽpore ea ſchedula manſerit, ut dicit Bart. in exrauag. ad reprimen.in uerbo, publicè.& Matth. Afflict. in conſti. Siciliæ, incip.citationis literæ, col.4.in 5.not.verſ.ſed an dicta citatio. Nam, ut id certò referre poſſet, neceſſe eſſet, ut is longo tempore dies noctesq; continuò ante ianuam citati maneret: quod admodum difficile, ac durũ eſſet. Porrò ſi ea citatio peruenit ad notitiam citati, is ea adſtringitur, etiamſi illicò ſchedula citatoria amota aut abraſa fuerit, ut not.dicit Bal. in Authen. qui ſemel, col.pen.uerſ.in glo.vt ueniat, per glo.ibi, in uerbo, trib. edictis.C.quomod. & quando Iudex.& facit quod dicã infrà nu.16.quid autem.

12 *Et fiat hora cõgrua.*

Qvartvm, vt ea citatio, ſiue appoſitio eius ſchedulæ citatoriæ, fiat hora & tempore congruo, ut dicit Panor.in d.c.vlt.ubi ſuprà, de eo qui mit. in poſſ. & Fel. in d.cap.ex parte Decani, col.4.verſ. & nota quòd talia: vbi dicit, id non debere fieri clandeſtinis temporibus, quibus rerum geſtarum uerisimiliter non habetur notitia, puta, hora prandij, aut veſpertina. Et licet quantum ad horam prandij, uix illud reciperemus, tamen horam ſerotinam omnes (ni fallor) intempeſtiuam huic rei dicerent, & multò magis nocturnam: neque enim id ea hora fieret patenter atque palàm, ut fieri debet, ſicuti ſuprà diximus, & mox dicemus, quamuis Chaſſ. videatur de iure admittere citationes noctu factas in tit. *des iuſtices*.§.6.in glo.1.ad fi.

13 *Atque alta uoce.*

Qvintvm, quòd huiuſmodi citatio fiat alta uoce, ut uoluit Archi.in d c.1.col.6.in uerbo, infra menſem, de elect.lib.6.& Bald. in l. diffamari, per illum text.in uerbo, uocitaſſe.C.de inge.manum.& conſi.126.citatio facta, in 1.dubio, lib.4. Lucas Pen. in l.quoties, quæ eſt pen.in fi.C.de dign.lib.12.& Card. Flor. poſt Matth. in Clemen.1.in 2.q.in fi.de iud. & Barbat. qui ad id illum text.in d.l.diffamari, dicit not. in l.ſciendum, col.59. in princ.uerſ.quartò.ff.de uerb.oblig.& Soc.conſi.56. viſo proceſſu, col.2.verſ.ſed clarum eſt, lib.4. Et optimè facit text.in d.c.ult.extrà, de eo qui mitti. in poſſ. in illis uerbis, denunciatione publicè domi facta. & glo.quæ ijſdem uerbis utitur, in c.quoniam. §. porrò, in uerbo, impedit.in princ.ut lite non conteſt.quomodo enim publicè fiet, niſi alta uoce, & cunctis audientibus id fiat? & quod dicit glo.in c caueant.3.q.9.ſufficere, ſi citetur aduerſarius publicè ad domum, &c. facit quod dicit Bart. in d.extrauag.ad reprimendum, in uerbo, publicè. Verùm id in Gallia non obſeruamus.

14 *Et requiſitis amicis aut uicinis.*

Postremvm, quòd requirendi ſunt amici, aut uicini, qui id citato renuncient, aut ſi uelint, defendant. l.itẽ ait, in fi.& l.ſeq.ff.ex quib.cau.maio.glo.in d.c.cauſam, de dolo & contum. & in d.Clemen.1. in uerbo, ex certa ſcientia, & ibi Panor.& Card.Flor.in 6.q.de iud.Inno. in d.c.vlt.in fi.extra, de eo qui mit.in poſſ. & Io. Fab.in §.ult.uerſ.quid ſi non reperiatur. Inſtit. de pœna teme. litig.ubi dicit, quòd hæc citatio, quæ fit domi, ita debet publicè fieri, ut familia citati, ſi quæ ſit, eam ſciat: ſin minus, uicini & cognati.& Ang.in d.l.vt perfectius, col. 2. C. de anna. excep. Et id quidem in Gallia obſeruamus, ut non ualeat talis citatio, niſi nũcius iniungat cuipiam ex familia citati, aut vicinorum, ut citatum ipſum certiorem de ea re faciat. Et id vulgò iniunctionem uocamus non ineptè, quando Plautius in Bacchidibus, & Suetonius tum in Tiberio, c.18. tum in Caligula, c. itẽ 18. hoc iniũgẽdi uerbo in hac ſignificatione vſi ſint.

*Iniunctio uerbum latinum in ſignificatione vulgari.*

15 *Nec tamẽ*

Nec ſunt tamen (ne quis erret) ipſi vicini, aut amici propterea citandi.l.cùm proponas, & ibi Pet, Cyn. & alij.C.de bon.auto.iudi.poſſ.& gl.& alij in d.c. cauſam, de dolo & contu.Collect.in c.conſultationibus, in fi. de oſſic.deleg.Bal.in Auth.qui ſemel, col.2.uer.nota. quòd vox.& ibi quoque Sal.col.etiam 2.ver.eiuſdem prin. C. quomodo &.quando iud.& idem Bal.in d.c.vlt. col.ult. verſ.quæro quando Reus, de dolo & cont. Card. Flor.in d.cle.cauſam.§.quòd ſi forſan, in 3.q.de elect. Niſi tamẽ in quibuſdam caſibus, annotatis à Bal.in d.Auth. qui ſemel, ubi ſuprà, & Soc. in tract. fallen. regula 52.citatio amicorum. Nec etiam neceſſe eſt, nuncium ingredi eam domum, ad quam fit citatio, ſed ſatis eſt, hæc omnia fieri ante eam, gl.in d.clem.cauſam, in verſ.in domo. & ibi Imol.col.9.uerſ.gl.in domo.de elect.

*illi ſunt di tandi.*

16 *An hæc citatio nõ rectè facta officiat, ſi perueniat ad notitiam.*

Qvid autem, ſi hæc omnia non fuerint obſeruata, tamen citatio peruenit ad notitiam non rectè citati, an illi officiat, ut comparere teneatur, quod videtur ex d. Clem.cauſam, in fin.de elect. Et ita per eum text.tenuit Roman.conſi.410.ut clariori reddatur, verſicu. ſecundò quòd quamuis.vbi & id dicit generaliter, quòd citatio illegitima cum noticia ſubſecuta ita ligat, ſicut citatio legitima, & ad hoc dicit illum text. not. Et id ſequitur & extollit Hippo.Marſil.in repet.Rub. de proba. nu. 371. teneas tamen menti, ubi & id dicit ſingu. & iterum ſing. 259.generalis citatio ualet, in fin. & Gomes in regulas Cancel.regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, q.16.num.68.& voluit etiam Carol.Ruin.conſil.61.in lite, col.9.num.33.lib 5. Et facit, quod ſcripſimus ſuprà, nu.11.nec tamen in fin. Sed id certè uix reciperetur in noſtra Gallia. Si tamẽ uis ſcire, quomodo probatur citatum habuiſſe hanc citationis noticiam, vide gl. in d.clem.cauſam.in uerbo.plena.& Card.Flor.ibi, in 5. q.poſt alios Antiquiores.

*Quomodo id probatur.*

17 *Quid, ſi nõ rectè citatus compareat.*

Sed illud eſt indubitatum, quòd ſi quis non rectè citatus ad edictum reſpondeat, id eſt, compareat, is purgat omne uitium citationis, nec eam impugnare poteſt. l.1. in princ.& ibi gloſſ.in uerbo, ſententia valebit, in fi. Iac. Ra.Alber.col.1.verſ.ex iſta, Bald.in 3.notab. & Alexan. in 2.not.& Iaſ.in 3.quoque no.ff.de ferijs. Nam, ut & ipſi dicunt, citatio non fit, niſi vt quis compareat, & ideò præſentia ſine citatione ſufficit, ſecundum communem opinio, vt not.in l.1.ff.de in ius uocand.& per Canoniſt. in cap.1.extra, de iudi.& nos latè diximus titu.omnium primo.§.vltim.in uerbo, *ne excepter d'adiournement*, qui quidem §. eſt omnium huius volum. 365. ſed quia perperàm & inepte collocatus eſt, eum ſub d.titu. 1. poſuimus, vt ſæpè aliàs fecimus.

18 *De eadem re.*

Sed, vt redeamus, id quod diximus omne citationis uitium tolli per comparitionem partis, tenet etiam Panor.conſ.38.tria ſunt, col.1.uerſ.non obſtat aliud motiuum, lib.1.ubi ita dicit debere intelligi tex.& Bart. in l.aut qui aliter.ff. quod ui aut clàm. & eandem quoque, quàm ſuprà, rationem adducit. Et idem quoque tradit Domi.in cap. quoniam, colum.3. verſicu. quæro quid ſi fuit facta, de elect.lib.6. Alexan.conſil.123.uiſo proceſſu cauſæ, colum.2.uerſic.pro quo etiam facit, libr. 2. vbi & ad hoc allegat, & dicit nota.gloſſ.in d.l.1. de fer. & Felin.in c.ex tenore, colum.3.uer.regula non præſtat. extrà, de reſcri.& in c.illud, col.4.uer. quarta declaratio. extrà, de præſcrip.ubi & ad id alia quædam allegat, & in c.gratum, col.2.uer.ſecundò not.& limita, de offi. deleg.ut id dicit diligenter not.Carol.Ruin.d.conſ.61.ubi ſuprà, lib.5.& conſi.117.in lite, colum.3.num.5.eodem lib.5.Philip.Dec.in c.cùm cauſa, col.1.in 3. not.in fi. extrà eo.tit.& conſ.187.cuius ſuperſcriptio incipit, contra tertium, col.3.ver.non obſtat, quòd citatio.& conſ. 449. viſis duobus conſilijs, col.2. uerſic. præterea dato quòd in citatione, Matth.Afffi.deciſio.Neapo.2.ſereniſſimus, col.2.uerſ.nec obſtat, quòd non fuit.Ioan.Franc.Balb.in tract.præſcript.in 3.parte 6.& vlt.partis princ. num. 48. Ioan.Lupus in repet.c.per ueſtras, chart. totius titul.66. col.1.



colum.1.uerſ.& ratio huius.extrà, de don. inter vir. & vxor.Franc.Ripa.in 1.char.pen.nume.90.in fin.extra, de iudic.& Ferro.in conſuetu.Burdig.hoc tit.de retractu.§. 15.in fi. Et facit qđ ſcribit Inn.in d.c.cũ cauſa, in prin.& ibi.Panor.extrà, de offic.deleg.& Bal.in Auth. ſi omnes, col.2.ver.deinde nota.q tex.C.ſi minor ſe ab hæred.abſtin.& Iaſ.in l.vlt.in prin.col.3.verſ.iſta limitatio. ff. de eo per quem factum erit.

19 *Quid, ſi nõ tenebatur comparere.*

Qvòd tamen intellige de tali vitio, ob quod citatus non arctabatur, ſiue adſtringebatur ad comparendũ, vt in caſu d.l.1.de ferijs.vbi citatus ad tempus feriarum, non tenebatur comparere, & ideo comparendo purgat vitium, ea ratione, quod citatio non fit, niſi vt citatus cõpareat: ideo ſi compareat, ceſſat effectus citationis, quãtum ad id. Et ſecundum eam rationem, quam omnes ei, quod diximus, aſſignant, debemus id dictum intelligere, & ad limites eius reſtringere; nam limitata cauſa limitum producit effectum.l.in agris.ff.de acquir.rerum domin.cum ſimilibus. Quid enim (vt loquamur in caſu noſtræ conſuetudinis) ſi nuncius, qui citare poterat, citauit emptorem reſponſurum petitionibus conſanguinei generaliter? certè hæc citatio in materia retractus non valet, cùm debeat eſſe ſpecialis in cauſa retractus, & ſuper refutatione pecuniæ, vt cauetur ſup. eodem titu.§.8. ideoque ea non interrumpit præſcriptionem anni, qui datur conſanguineis ad retrahendum, vt diximus in eo. §.8.in gl.2.num.3.quod tamen intellige, & ſeq. Vel etiã, quid ſi ea citatio fit ſpecialiter, ſed anno illo iam tranſacto, intra quem fieri debuit: aliàs conſanguineus cadit retractu, vt etiam ibi dicitur. Tamen vtroque caſu debet comparere emptor citatus, aliàs vt contumax condemnabitur aut mulctabitur.l.1.ff.ſi quis ius dic. non obtẽp. & l.ſi quis ius ex aliena.ff.de iud.& c.veniens.& ibi glo. in verbo propter contumaciam, in prin.quæ adducit cõcord.extrà, de accuſ.& voluit etiam Innocen. qui & alia iura citat, in c.ſecundo, colum.penul.verſ.ſi autem nihil turpe.extrà, de dilat. Quis ergo dicet, quòd comparendo purgauit ea citationis vitia, vt ſcilicet in primo caſu interrupta ſit præſcriptio, & ſecundo caſu admitti debeat conſanguineus, quamuis nõ ſit intra annum, ob id quòd emptor comparuit, vt comparere debuit?

20 *Hæc citatio in qua domo, originiſne, an domicilij, fieri debeat.*

Sed & hìc de alijs multis, præter ea quæ iam tractata ſunt circa huiuſmodi citationem, quæ fit ad domum, vt ad eam redeamus, tractandum ducimus. Primò igitur quæro, in qua domo, quòue domicilio poſſit hæc citatio fieri, originiſne illius, qui citatur, an habitationis ipſius. Et videtur originis l.libertus.§.præſcriptio.ff.ad munici. gl.in l.ciues.C.de incol.lib.10.& in l.1.C.de municip.& orig.eo libr.magis enim debet attendi cauſa naturalis, quàm accidentalis.l.qui habet, in princ.& ibi Bart.ff.de tutel.cum ſimilibus à me adductis infra eodem titul.§. 30.in gloſſ.1.nume.26.ſecunda ratio. Ex quo etiam dicit Angel.conſilio 440. magiſter Iacobus, columna 1. quòd domicilium originis potentius eſt quouis alio domicilio.

21 *Domiciliũ habitationi; cæteris præfertur.*

Contrarivm tamẽ eſt verius, nam cùm ſimpliciter fit mentio de domicilio, intelligitur habitationis, gl. in cap.ſtatutum.§.cùm uerò.in verbo, vnam diætam. & ibi Petr.Anchar. Domi. qui eam dicit ſingul. & Philip. Franc.qui dicit not.de reſcrip.lib.6. Bald.in l.vltim.col. 12.verſ.ſed hìc quæritur.C.de edicto diui Adr.tol. & in l.de quibus, colum.8.verſ. quintò quæritur. ff. de legib. & conſilio 31.ſtatuto ciuitatis, circa medium, libro tertiò, Anto.qui eam gl.dicit ſingu.conſ.21.uiſo puncto & quæſito, ad fin.idem Anto.Imol.& alij, in cap.vlti.& ibi præcipuè Felyn.colum.11.verſ. circa forum domicilij, de for.comp.Alex.in l.cùm quædam, colum.2.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi dicit eam glo.ſignanter not.& in add. Barto.in l.aſſumptio.§.1.ff.ad municip.& conſilio 16.viſo titulo quæſtionis, colum.vlt.libr.1.vbi eam dicit valde not.& conſil.101.ex inſpectione dictorum ſtatutorũ, colum.2.verſ.comprobatur, lib.3.Socy.in d.l.cùm quædam.colum.2.verſicu.notabis tamen.ff.de iuriſdict.om. iud & conſilio 79.ſi eſſemus in terminis, col.3.verſ. primum principale, lib.4.Fel.in c.1.in fi de ſponſ.Iaſ.in l.1. colum.5.verſ.circa hanc concluſionem.C de ſum. Trin. in lect.Padua.Phil.Dec.in l.ſi eadem, in ſecundo not.ff. de offic.aſſeſ.Steph.Bertr.conſ.109.etiamſi verum, poſt prin.lib.1.& Matth.Afflict.deci Neap.384.non ponam, nume.7.

22 *Subditus propriè ratione habitationis.*

Et facit gloſſ. quàm vbique Doct. dicunt ſingul. in Clem.1.in verbo, ſubditos, in fin.de foro compet quòd quis dicitur propriè ſubditus ratione habitationis, quã ſequitur Imol.ibi, qui in id multa allegat.& Bald.in l. omnes.§.ſi non apparitor.C.de epiſ & Cler.Pet. Ancha. in c.Romam.§.contrahentes.de for.compe.lib.6.Panor. qui eam glo.dicit notab.in cap.1.in fin. & ibi quoque Fel.extrà, eodem titu.Pau.Caſtr.conſ.44.videtur dicendum dictum compromiſſum, colum.vlt.lib.1.Alex.in l. aſſumptio.§.1.in addit.Bart ff.ad municip vbi eam quoque dicit notab.& in d.l. cùm quædam, vbi eam dicit elegantem, & ibi etiam Soc.ſequitur & Corn.conſ.323. animaduertens, colum.2.lib.4.Barba.in proœmio Cle. §.hæc ſanè, colum.4.verſ.quis autem propriè, Socy. in d. conſ.79 Fel.quem tamen videas ſuper ea glo. in d.c.vlt. vbi ſupra, de foro compet.& in d.c.1.in fi.de ſponſa. Ex quo Pet.Anch.conſ.438.iſta ſentẽtia, pulchrè dicit, eum propriè dici Genuenſem, qui ibi habitat, per l.prouinciales.ff.de uerb.ſigni. Et id ſequitur, & dicit not.Phili.Dec. conſ.352.viſo puncto, colum.1.Imò & quod plus eſt, iura etiam exorbitantia, loquentia de domicilio originis, habent locum & in domicilio habitationis, vt uoluit gl. not.in c.præſenti.uerſ.ſanè, in uerbo, originis.& ibi Domin.& Philip.Franc.qui id trahunt ad repreſalias, quas uocant, de præb.lib.6.

23 *De principali quæſtione.*

Et in ſpecie huius quæſtionis, quòd uidelicet citatio debet fieri ad domum habitationis, eſt textus expreſſus in l.4.§.Prætor ait, ibi, domum in qua degit, & rurſũ ibi, habitationem habeat.& ibi not.Alber.ff. de damno infect.& in l.1.§.domum.ibi, hoſpitium ſi in ciuitate maneat, & quæ ſequuntur.& ibi Barto.ff.de liber. agnoſ. & in d. Clemen. cauſam. uerſicul.quòd ſi forſan, in illis uerbis, in domo, quam ipſe appellatus habitare communiter conſueuit, de elect. Et uoluit gloſſ. in d.Clement.1. in uerbo, domum.& ibi Imol.colum.9.uerſic. gloſſ. habitare, de foro compet.Specu.titu. de accuſa.§.qualiter, uerſ.ſed nunquid ſufficit citatio.& rurſus titul.de appel. parte 2.§.qualiter autem.uerſicul. cautus etiam ſit.Ioan. Andr.in d.cap.ultim.column pen.de eo qui mit. in poſ. Compoſtel.in cap.nonnulli, de reſcript.Alber. in 4.parte ſtatutorum.q 51.ſed nunquid ex citatione. Bald.in d. l.ut perfectius, colum.2. C. de annali except. & in l.ab eo, column.3.uerſiculo ibi, requiſiuit. C. quomodo & quando iud.& Rapha. Co. conſilio 146.Simon Helias, in primo dubio, Rom.conſilio 454. in re præſenti, columna ſecunda.

24 *De eadem re.*

Et id quidem omninò uerum eſt, & eſt communis omnium opinio, & eſt optima ratio: quam etiam adducit Rapha. Com. ubi ſupra, quia ideò fit citatio ad domum, cùm perſona non reperitur, ut familia citati ei citationem renunciet. Nam illa, quæ in contrarium adducta ſunt in princ. huius quæſt. loquuntur & intelliguntur procedere, quo ad munera perſonalia, iniuncta ſcilicet perſonæ ratione ſuę originis: non autem quantum ad alia, quę accidentaliter, ut noſtri loquuntur, contingunt: in quibus potius inſpicitur, quod accidentale eſt, quàm quod originale, ut pulchrè & ſcienter ſcribit Bald.in dicta l.1.C.de municip. & orig. libro 10.& Iaſon in dict.l.1. ubi ſuprà citauimus.C.de ſumma Trinit.

Hinc

25 *An ualeat hęc citatio quæ ſimpliciter dicitur fuiſſe facta ad domum ſine mentione habitationis.*

HINC autem fit, ut ſi nuncius referat ſe citaſſe Reum, aut aliquid ei denunciaſſe ad domum ſimpliciter, ſine illa adiectione, in qua habitat, ſiue habitare conſueuit, non ualeat ea citatio, tanquam incerta atque indiſcreta, etiam ſi dicat illum non reperiſſe, vt expreſſim uoluit Bart.in d.l.4.§.Prætor ait, colum.2.verſ. ſed quid debet nuncius referre, & Alex.conſ.2. conſideratis his de quibus, col.3.verſ.alia ratione poſſet, lib.3.ubi tamen dicit, id non omninò ponere pro conſtanti, tanquam ſcilicet de ea re ſubdubitare videatur. Sed tu ſuper hoc omninò uide Rom.eundem Alexan.& Franc.Aret. in l.hæres inſtitutus.ff.de acq. hæred. & quæ in ſimili diximus ſuprà §.præced.gl.6.quæ eſt in uerbo, *deux recors*, nu.24. quod tamen intellige, & duobus ſeq.

26 *Quid ſi citandus habet multa domicilia, in quib. habitet.*

Ex ijs autem, quæ diximus, ſatis patet, quòd citandus habet multa domicilia, in quibus habitet, nunc hìc, nunc illic, inſpiciendum eſt illud, quod frequentius habitare conſueuit, de quo pręter text.in d.Clem.cauſam, & ibi glo.in uerbo, communiter.Io.And.& alios, uide & Bart.& Bal.in l.quòd ſi dubitet.ff.de acq. hær. & Bart.in l.cùm de lanionis.§.Sabinus.ff.de fund. inſtr. Bald.in c. dilectus, el 2.col.2.verſic. quæro an ſi quis habet, & ibi Card.Flor.extra, de reſcript. & ipſum Bald. conſi.234. decretum magnifici, col.2.lib.1.& ipſum Card. in c. ex parte B.de foro compet.& in clem.1.in 25.q.eo.tit. Ant. in d.c.cauſam, de dolo & contum.Ioan.Ferra. in tit.forma reſpon.rei conuenti, in uerb.in termino. col.3. verſ. ſed pone in caſibus. Firmia.in tractatu de Epiſcopo, in tertia parte, lib.1.col.3.Lanfranc.Oria.in rep.ca.quoniã contra falſam in materia citationum.q.4.Alex.d. conſi. 2.col.3.uerſ.alia ratione, lib.3. Philip. Franc. in c.ſtatutum.§.cùm uerò, col.pen.verſic. quid autem ſi Reus, de reſcript.lib.6.Carol.Ruin. conſ.58. viſis, col.4. num.8. lib.1. Nam & quis in eo loco habitare dicitur, in quo habitat maiori parte anni, licet tunc præſens non ſit, gl. in d.l.1.in uerbo, maneat.& ibi Bart.col.2.ff.de liber agn. Bal.in l.ſi quis ad declinandam, col.pen.verſ. nunc breuiter.C.de epiſc.& cler.Paul.Caſt.in l.2.col.1. C. de iuriſd.omn.iud.vbi plus dicit, illum cenſeri in eo loco aſſiduè habitare, & Matth.Afflict. deciſ. Neap. 384. non ponam, nu. 11. Et facit ad ſupra dicta quod voluerunt glo.& Innoc.in c.omnes, de maior.& obed. & Bart.in l. aſſumptio.§.iuriſprudentibus.ff.ad municip.

27 *Quid, ſi certũ ſit, in qua domo habitat tempore citationis.*

SED hoc intelligunt multi, cùm ignoratur, ubi tunc cùm fit citatio, habitet: nam ſi id certum ſit, debet citatio fieri in ea domo, in qua eo tempore habitat, cùm citatur, etiam ſi æquali aut maiori parte anni alibi conſueuerit habitare. Id enim voluit Bart.in d.l.4.§. Prætor, col.1.verſ.ſed quid ſi maior, & ibi quoque Angel. circa medium, Paul.Caſtren. qui id dicit procedere, etiam ſi necdum ibi habitaſſet tres dies, col.2.uerſ. item inquantum. ff. de damno infect. Nam & tempus citationis in hoc inſpiciendum eſt, ſecundum Spec.tit. de competen. iudi.aditi.§.1.verſic. ſed nunquid ſufficit eum citare, & tit.de cita.§. ſequitur, uerſ. ſed nunquid ſufficit denunciare.Bonifac.Vitel.in tract.maleficio.tit.forma citatio. accuſ.col.1.uerſ.ſed qualiter debet fieri citatio. Bal.in l. vlt.ante finem, in prima lect. ff.de in integr. reſtit. Paul. Eleaz.Ant.& Imol.in d.Clemen. cauſam. & ipſe Imol. conſ.105.in cauſa quæ uertitur, colum.1.Roma.d.conſ. 454.col.2.Cardin.Flor.conſ.113.Do.Cato, in fi.Raph. Coma.dict conſ.146.colum.1. Corne. conſ.57.in cauſa vertente inter Priorem, colum.4. uerſic. aduerte etiam, lib.3.& conſ.52.in hac conſultatione, col. 2. & iterum vltima, lib.4.Franc.Aret.ſubobſcurè, in d. l. hæres inſtitutus, tum colum.2.tum 3.ff.de acquir.hæred.& Philip. Dec. conſi.460. viſo puncto, col.vlt.& eſt optimus tex. in d.l.4.§. Prætor ait, in illis uerbis, domũ in qua degit.

28 *Quid, ſi æqualiter habitat in duabus domibus.*

QVANQVAM ſunt, qui ſimpliciter tenent, quòd ſi quis æqualiter habitet in duabus domibus, poterit citari in alterutra earum. Id enim uoluit gloſſ.in d.Clem. cauſam, uerſ.quòd ſi forſan.in uerbo, cõmuniter. & ibi Io.And.& Card.Flor.in 4.q.de elect.Bart.in d.l. quòd ſi dubitet.ff.de acq.hæred.Bal. in c.1.col.4. verſ. ſi ſtatutũ dicit, tit.de mil.uaſ.qui contu.eſt.Firmia.in tract de Epiſcopo, in tertia parte lib.1. col.3. uerſ. poſſet autem dubitari. Et hoc videtur probare text.in l.Labeo, & melius in d.l.aſſumptio.§.iuriſprudentibus.& in l.eius qui manumiſit.§.Celſus.ff.ad municip. Et bene facit, quod tradit Hoſt.in Summa, tit.de foro competen. §. quib. ex cau.qui eſt ſecundus, col.1.uerſ.& nedum in uno. A quibus non longè diſſidet quod ſcribit Rap.Fulg.conſi.76. factum ſuper quo, col.2.quòd quis poteſt citari ad eam domum, in qua ſolet habitare, etiamſi tunc nõ habitat, cùm citatur. Sed has contrarias opinio. concordare nititur Alex.in d.l.4.§.Prætor ait, col.3. uerſ. ex prædictis infert.& ante eum Ang.& Paul.Caſt.ibi, & Panor.in d. c.cauſam, col.3. extra, de dolo & contu. vt apud eos uidere poteris.

29 *De eadem re.*

NEC omiſerim, quod ſcribit Angel. Aret.in §.vlt. col.3.verſ.quid ſi habet plures Inſtit.de pœna teme.liti. quòd ſi quis habitat duas domos diuerſas temporibus, poteſt citari vel in ea, in qua ſæpius habitas, vel in ea quã tempore citationis habitat. At Bal. fuit in opin. prorſus omnibus contraria, nempe, quòd ſi quis habitat duas domos diuerſis temporibus, vt ſuprà, poterit etiam in ea citari, in qua non frequentius habitat. Ita enim reſpõdit conſi.234.decretum magnifici, columm.2.libr.1. Et idem voluit Alber.poſt Guid.Suz.in dicta l.4.§. Prætor ait, col.1.nu.5.ff.de damno infecto. Quod poſſet procedere ſi tunc habitaret in ea domo, in qua non tam frequẽter habitat, ſecundum illam Ang.Aret.ſententiam. Sed Bal.videtur aliter intelligere. Cæterum Corn.(ne id quoque prætermittam) dicto conſi.52.colum.vlt. lib.4. dicit ſolitam habitationem in hoc caſu eam dici, quæ ſolita eſt habitari tempore citationis, ſcilicet eo anno, & alijs proximis. Nam ſi fuit ſolita habitatio, iã ſunt multi anni, quæ deſijt ſolita eſſe hoc anno, & alijs proximis, nõ valeret citatio ibi facta, id eſt, illa qualitas ſolitæ habitationis conſideratur reſpectu anni citationis, & aliorum proximiorum, non etiam remotiorum.& ad hoc allegat multa, quæ tu uidere poteris.

31 *Scholaſticus an citari poſſit in domo, quã habitat in vniuerſitate.*

SED ſuper hoc illud dubitari poteſt, an quis citari poteſt in ea domo, quam nunc habitat, & habitauit diutius, in qua tamen domicilium non conſtituit: uerbi gratia, ſcholaſticus in loco ſtudij non cenſetur conſtituiſſe domicilium, niſi per decennalem habitationem. l.2. C. de inco.libr.10. vtrum igitur poterit citari in ea domo, quam in loco ſcholarum habitat ſtudij gratia? Dic quòd ſic, vt uoluit Zenzel.in d. clemen. cauſam, & ibi Imol. col.4.verſ.reſpondet ad materiam, de elect. & Hoſtien. in d.c.ultimo.extrà, de eo qui mit.in poſſeſ. Et bene facit tex.in l.ex Cornelia.§.ego puto.ff. de iniur. & quæ ſcribit Hoſtien.in c.quòd Clericis, in uerbo, Pariſijs commorantes.extrà, de fo.competenti.

32 *An hęc citatio poſſit fieri in domo diuerſorij.*

VTRVM autem quis citari poſſit ad domum hoſpitij, ſiue diuerſorij? Dic quòd non, quia ibi habitare non cenſetur.l.1.§.habitare.ff.de his qui deiec. ubi Bart. Alb.Bal.& Flo.ex hoc nuncupatim not. citationem ibi fieri non poſſe. & allegat præterea ipſe Bal.not. à Iacob. in d.l.4.§.Prætor ait.ff.de damno infect. & not. quoque in dicta clem.cauſam.in uerbo, communiter.de elect.& idem etiam voluit ipſe Bal. qui & id dicit uoluiſſe Vber. Crem. in l. ea quæ, in fin. C. quomodo & quando iud. ubi & ad hoc quoque allegat l.1.§.domum. ff. de iniur. & idem quoque Bal.in d.c.ult.col.2.uerſ. & eſt tertia domus.extrà, de eo qui mit.in poſſ. Sed & idem uoluit Bar. in d.l.1.§.permittitur, paulò poſt medium.ff. de liber. agnoſ.Ang.in l.1.§.vlt.in prin.per eũ tex.ff.de fur.aduer. nau.& Alex.in d.§.Prætor ait, colum.2.& Barb.in repet.

Rub.



Rub.de reb. eccl. non alien.col.6. in fi. ſeptimæ limitationis.& in d.Cle cauſam, col.39.verſ.quid autem dicatur. & Philip. Deci.in l. nemo de domo, nu.3.ff. de reg. iur.dum allegat Bald.in d.l.ea quæ.

32 *Quid autẽ ſi citandus non habet aliam habitationem.*

SED hoc tamen duobus modis intellige. Primo quidem, vt id non procedat, ſi is, qui citari debet, non habet aliquam habitationem propriam: tunc enim poſſet citari in eo hoſpitio, in quo frequentius conuerſari conſueuit, vt voluit Bar.in eo ipſo §.Prætor ait.col.2.verſic. quid ſi non habet per l.2. & ibi not. C. vbi de crimi. agi opor. & not.per Innoc. in c.quia propter.in verbo, illud autem penitus.extrà, de elect.

*Quid item ſi decreuit ibi diutius habitare.*

Secundo etiam modo intellige procedere, niſi quis decreuiſſet in hoſpitio diutius habitare: nam quamdiu illic habitabit, videtur & illic poſſe citari, per d. l. lex. Cornelia. §. domum. & ibi Bar.& iterum d.§. ego puto.ff. de iniur. Et hoc ſatis videtur voluiſſe Floria. in d. §. habitare, dum loquitur de eo, qui conduxiſſet hoſpitum ad nõ modicum tempus, per d.l.lex Cornelia.§ domum.

33 *An in domo conductitia.*

Ex quibus omnibus ſuprà dictis ſatis intelligis, denunciationem ſiue citationem fieri poſſe ad domum habitationis citati, etiam ſi non ſit eius propria, ſed conductitia, aut precaria, aut alia id genus, quod apertè declarat text.in dicta l.4.§.Prætor ait.verſicu.ſed domum. & ibi Bal.& alij not.ff. de damno infect. & voluit etiam gloſſ.in dicta Clemen.cauſam.§.quòd ſi forſan in verb. habitare.& ibi Cardin. Flo. in Clemen. 1.in 1.notab.& Imo.tum colum.4.verſic.quid ſi non habet tum colum. 9.verſi.gloſſ. habitare, de elect. Innocen.in dicto c. vlti. ad fin.de eo qui mit. in poſſeſ. Bald.conſil.242. quia veritas, col.1.li.1. per l. hæres abſens.§. at ſi quis.& §. at ſi quo ff.de iudic.& Card.Flo.in Clemen.1.in 10.nota.de foro compet.Et facit etiam tex.in dicta l.lex.Cornelia. §.domum. ff. de iniur. & in dicta l.1.§. habitare, de his qui deiec.& in l.qui domum, verſic.appellamus. & ibi Alberi.ff.ad legem Iul.de adult. [ Et quod ſcribit Barto. in Rub.ff.de oper.noui nunc.nu.5.verſi.ſed circa vnum. quòd ſtatutum puniẽs eum qui offendit alium in domo ſua, habet locum in offendente alium in domo conducta, quod dictum pro eleganti ſequitur Barb.in c.2.col. 2.nu.10.de conſuet.]

34 *Quid de uagabundo.*

SED quid de vagabundo, aut alio qui nõ habet propriam, aut conductitiam habitationem? [Is enim nullum domicilium habere cenſetur. Nam, ut ſcribit Martialis libro 7.Epigram.72.

*Quiſquis vbique habitat, Maxime, nuſquam habitat.*]

Qua igitur in domo, quove alio in loco citari debet.& poteſt? vide glo.Cyn.Bart.Bal.Salyc.& Ang.in l.1.C. vbi de crimi.agi opor.gl.in d.l.4.§.Prætor ait. in uerbo, habitationem.& ibi Bart.colum.2.verſ. quid ſi non habet.& Alber.colum.1.uerſ.eſt etiam ualde.Innocen.in dicto capit. vlt.ad fin.& ibi quoque Hoſtienſ. de eo qui mitti.in poſſeſ.& in cap. quia propter. colum.5. in uerbo, illud autem penitus.extra, de elect.Spec.& Ioan.Andre.in additio.illius, in titu.de competen. iudi. ad. §.1. verſ.ſed quid ſi debitor uagatur, qui quidẽ uerſi. eſt ſub 40.caſu.& eundem Spec.tit.de accuſ.parte 3. verſi.ſi autem ſit uagabundus.Bal.in dicta l.vt perfectius, columna 2.in duobus locis. & ibi etiam Angel. columna quoque 2.C.de annali exceptio.Angel. in dicta l. hæres abſens.§.1.colum.3.uerſic.& qualiter ſit citandus.ff.de iudic.Imol.in dict.Clemen.cauſam, columna 9. verſic. an autem ſufficiat.de electio.Cardin. Floren. in dicta Clemen.1.in 28.quæſt.de foro competen.Panormit. capit. vlt.colum.6.verſic.poteſt intelligi. & multis ſequentib. eodem titul.Ioan.Ana.in cap.1.extra.de rapto. Marian. Socin.latè in cap.licet, colum.20. verſic. ſecundò quæro, ubi vagabundus. extrà.de foro competen. Petr. Ferrar.in titulo, forma reſpon.rei conuenti, colum. quarta, verſicul. quid autem ſi nullam. Caro. Ruin.conſil.18. de pluribus, colum.1.numer.3.libr.5. Matth. Afflict.in conſtit.Siciliæ, incipien.citationis literæ, col.4.ver.quartò no.Firmia.in tract.de epiſcop.parte tertia, li.1. col.4. verſ.octauo quæro.

35 *Quid de exule.*

QVID autem de exule, ſiue bannito vel perpetuò, vel ad tempus, qua item in domo aut loco citari poſſit? Nam & de hoc aliquando in materia retractus dubitari vidimus. Id autem cognoſces ex l.ad cognitionem, & ibi no.à Doct.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſ.eat.& Alb. illo cui laus practicæ præ cæteris tribuitur, in l. relegatorum. §. hæc eſt differentia.ff.de interdict.& relega.ubi dicit, nõ meminiſſe ſe ita clarè legiſſe, quàm in dicta l. ad cognitionem. [& Bal.& Saly.poſt antiquiores in l.2.C. de iuriſd.omnium iudic.ipſo Bal.in l.ſi qua.ff.de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.& in Rubric.C. ſi à non compet. iudi.] Sed vide tamen tex.in l.filij.§. relegatus. & iterum in l. eius qui manumiſit.§.vlt.ff.ad municip. [& Pet. Anc.in c.cùm olim.in 2.no.de teſtib.]

36 *Quid de monacho.*

QVID item de monacho: & certè Innocen. in c. ex ore, circa medium, & ibi quoque Hoſtienſ.columna vlt. Ioan.Andre.etiam circa medium, & Panormit. colum. item vltim.extrà, de priuileg. dicunt monachum non alibi habere domicilium, quàm in ſuo monaſterio, & ſequitur Bald.in ſua Margarita, ubi dicit, de hoc eſſe meliorem text.totius iuris in l.omnes, in fi.prin. ibi, in ſuis laribus & domicilijs conſtituti.C. de Epiſcopis & Clericis, vbi & hoc quoque not.Bald.& ſequitur etiam Barba.in Clemen.cauſam, colum.54.verſicu. & limita prædicta, de electio. Et vide Bartol.in l.1.colum.2. verſicul. iuxta prædicta.ff.ad municip.& in l.ciues, circa medium C. de incol. libr. 10. Docto.in cap.poſtulaſti, de foro competen.& Petr.Ancharan.poſt Lap.in ca. vltim.in 3. notab.de officio deleg.libro 6.dum tractant, cuius loci monachi ſunt ciues.

37 *An Clericus citari poſſit in domo beneficij.*

QVID autem de domo beneficij eccleſiaſtici, id eſt ſacerdotij? Nam & hoc quotidie verſatur in cauſis forenſibus. Id quod intelligo, ſi citandus ibi non habitat: quia ſi habitet, res eſt ſine dubio, per ea quæ ſuprà diximus. An igitur valeat citatio facta in domo beneficij, in quo beneficiarius non habitat? vide tex.gloſ.Innoc.tum colum.1.non ſemel, tum in fin.in d.ca.vltim. & ibi quoque omninò Bald.circa medium, Imol.Cardin. Floren. Panorm.& Barbat.extrà, de eo qui mitti. in poſſeſ. gloſ. in cap.quia in tantum.in uerbo, plures.in fin. & ibi quoque Panor.ad fin.& latius Philippum Dec.extrà, de pręben.Innocent.Hoſtien.Ioan.Andr.Anton.& Panorm.in dict.cap.ex ore, quibus locis ſuprà citauimus. extrà, de priuile.Archid.omninò in c.ſtatutum, colum.5. in uerbo, Actor & Reus & ibi Ioan.And.colum.pen.& Do.& Philip.Franc.vtrumque in §.cùm verò.illum columm. 4. hunc colum.1.de reſcrip.lib.6.eundem Archid.in Summa, 3.quæſtio.6.& in cap.ſi Clericus.11.quæſtio.1. Specul.titul.de accuſatione.§.1.verſicu.ſed nunquid ſufficit. & §.ſequen.& titu.de citatio.§.1.ver.& no.quòd ſi. Collect.in cap.ex parte, colum.vltim.extra, de foro competen.Ioan.Andr.Anto.Panormit.Maria.& Barba.in dict. cap.poſtulaſti.eod.titul.Ioan.And.& Anton.in c. vltim. eodem quoque tit.Bald.in d.l.omnes. in 2.notab. C. de epiſcop.& cler.& in l.Senatores, in fin.ff.de ſenat.& in l. ab eo.col.vlt.ver.& not.quòd quoddam.C.quomodo & quando iud.& in dicta l.vt perfectius, col.vlt.ver. ad ſententiam non ſufficit, in duobus locis, & ibi quoq; Alber. col.2.nu.4.& Ange.etiam in duobus locis. C. de annali excep. & eundem Bald.in c. dilectus, el 2. circa med. & ibi etiam Ant.Imol.Do.extrà, de reſcript.D. à Rota dec. 84.valet citatio ad domũ, in 1.addit.in nouis, & iterum dec.82.in cã, etiam in nouis, & dec.228.voluerunt, etiã in nouis, & deciſ.523. nota quòd in cauſa, in antiquis. Io.Fab.in §.vlt.col.pen.ver.quid ſi non reperiatur. Inſti.

Q de

de pena teme.litig. Anton.& Panormi.in cap.cauſam, de dolo & contuma.Roman.conſi.342.quo ad primum,colum.2.verſic.eſt etiam nulla,& conſi.361.in caſu,colum. 2.uerſic.nec refragatur. & omninò Card. Floren. in dicta Clemen.cauſam. §.quod ſi forſan,in 3.notab.& latius in 4.oppoſ. rurſumque in 2.q.& ibi latè Barb.colu.49.verſi. nota quòd licet quis,de elect.& eundem Card. in Clem. 1.in 2.q.de iudic. & Maſſue.titu. de adiornamentis, qui eſt omnium 1.in §.itē & ſimiliter. Stephan.Bertran.cōſi. 101.quamuis non ſit, lib.3.& omnium latiſsimè Felin. in dict.c.dilectus, le 2. colum. 1.& multis ſeq. extrà, de reſcript. Suprà autem in præcedēti gl. diximus quid de domo habitationis vxoris, vtrū vir abſens ad eam domū citari poſſit, ibi vide.

38 *Incarceratus qua in domo citari debet.*

SED & quæſtionis eſt, de eo qui detinetur in carcere, fortè ob maleficium, an poterit citari ad domum ſolitæ habitationis, aut quo alio in loco. Et certè gl.no.in l. 2.& ibi quoque Bal.Salyc. & Angel. C. quib. ex cauſ. maior. in integ. reſtitu. tradunt eum citandum in domo ſolitæ habitationis: & ſequitur idem Bal.in l.vlti.in 2.lect.poſt princip. ff. de in integ. reſtitu. ubi eam dicit notab. & in cap.dilectus, colum.2.verſicu.ibi, plenariam. & ibi quoque Philip.Fran. col.1.extrà, de appellatio. vbi ipſe Bal. eam dicit ſingul.& Guid. Pap.ſingu.85. citatio ad ſententiam. Sed ſi ſcire vis plenius, an & quomodo incarceratus citari debeat, & poſſit. vide Barto.in l.2.in fin.& ibi Salycet. Angel, Paul. Caſtren. Roman. Alexand. colum. 1. in fin.& pleniſſimè Iaſ.in 7.notab. ff.de in ius uocando. Bar. in l.is qui Reus, colum.vlt. & ibi Imo.ff. de publi. iudic. & ipſum quoque Barto. conſi.238. Catharina accuſauit, colum.2.uerſicu.quintò quia ipſa. Bal.in l.ignorare, in fi. C.de reſtit.milit.& in ſua Margar.colum.3.verſi. citādus non eſt. Salycet in dicta l.2. quib. ex cauſis maior. Ange. conſil.65.per habentem, verſi.ſuper ſecundo. Imol. Paul. Caſtrenſ.in l.quæſitū.ff.de re iudic.eundem Pau.in d.l.2. C. quibus ex cauſis maior. & in l. ſed & ſi quis. §.1.ff.ſi quis cautio.& conſil.321.viſis actis, in fin.lib.1.& Franc. Aret.conſil.131, conſultiſſime domine Collateralis, in cauſa Ioannis, in fin. & Philip.Francum, in dicto c.dilectis. Matth.Afflict.in tractatu Protomixeos, in uerbo, vt intra 30.dies, colum.10.uerſicu.quinto no.

39 *An neceſſe ſit hanc citationē uenire ad notitiā citati.*

SECVNDÒ principaliter quæro, An neceſſe ſit citationem domi factam veniſſe ad notitiam citati, ut ob eā adſtringatur. Plerique omnes negant id neceſſarium eſſe, tanquam ſit in culpa, quòd non reliquerit procuratorem, aut alium qui nunciare poſſit. inter hos glo. in l. ex conſenſu §.ultim.ff.de pella.& expreſsius in l.1. §.vltim.ff.quando appellan.ſit.& in l.1. §.item cùm ex edicto. in verbo, propoſitum.& iterum in verbo notitiam. ff.quæ ſenten.ſine appe.reſcindan.& in d.l.ut perfectius. in uerbo, domicilium, per illum text.& ibi quoque Bald. qui & hoc dicit procedere in criminalibus, columna ſecunda, uerſicu.attende etiam, & Salyc.etiam columna ſecunda in 3.oppoſitione. C.de annal.exceptio. & in capit. caueant.& ibi Cardin. Alex.3.q.9. Innocen.in cap.ex literis.extrà, de exceſſio.Prælato.& in capit.ex tue, colum.2. in uerbo, edictum.extrà, de cler.non reſiden. Specu.titu. de citat.§.ſequitur.verſic. ſed nunquid ſufficit denunciare. Ioan.And.in cap.præſumitur, de regu.iu.lib.6. in Mercur. Dyn.in l.4.§.abeſſe.& ibi Pau.Caſtren.in d.§.Prætor ait, colum.1.& iterum 2.ff.de dam.infe.Iaco.Ra. & Alber.in l.ſi quis poſtea. ff.de iudi. Goffr.in ſumma, vt lite non conteſt. §. item quæritur quid ſi edictum. & Alber. in l.properandum, in princip. colum. 5.numero vndecimo.C.de iudi.Barto.& Salyc. in l.licet, per illum tex. iuncta glo. C.de repud.& idem Salyc.in dicta l.ab eo, & ibi quoque Ange.per illum text.& Barb.in additio.Bald. C. quomodo & quando iud.Card.poſt Zenz. in Clemen.1. in 11.notab.de for.compe. & omnes ubique. Et idem de citatione, quæ fit per edictum, voluit Bart. in l.& poſt edictum, in 2.q. ff.de iudi.licet nonnulli in citatione, quæ domi fit, teneant contrarium, niſi ſaltem ei familia denunciarit, ſcilicet Iaco.Ra. & Alber. in l.ſatisque. ff.de in ius uocand. Matth. Afflict. in conſtitut. Siciliæ, incipien. citationis, in primo notab.in fin.ubi & alios allegat, qui id tamen non dicunt, & iterum colum.eiuſdem conſtitutionis 5.verſicu.an autem ſi iſta, rurſumque colum. pen. in 14.notab.

40 *Præſumitur quis ſcire, quòd ad domum eius eſt denunciatū.*

ET tamen illud ueriſsimum, quòd quilibet ſcire præſumitur, quod ad eius domum, quam inhabitat, eſt denūciatum. glo.in l.ſi tutor.in uerbo, oſtenderis.& ibi Bal.C. de peric.tut.Iac.Aret.& Bald.in l. ſcire oportet. §.oportet, ff.de excu.tuto.& Barto. in l.quidam decedens. §.ult. ff.de adminiſtratio.tuto. Alber.in dicta. l. vt perfectius, colum.2.numero quinto, C.de annali except. vbi id dicit notandum. Bal.in cap.quoniam frequēter. §.porrò. extrà, ut lite non conteſta. ubi id tamen ita intelligit, vt ſit eius rei leuis præſumptio, nec ob id quis conſtituatur in vera contumacia, niſi ei fuerit denunciatum à domeſticis & amicis, de quo poſtea dicemus.& idem Bald.in repetit.l. 1, colum.antepen.verſicu.tertiò quæritur.ff.de legat.2. & in d. l. ab eo. columna 3. uerſicu. ſed nunquid præſumitur. vbi poſt Iacob. Aret. vbi ſuprà, hoc intelligit, niſi eſſet abſens in loco multùm remoto. Idem Bald. aut quiſquis is fuit, conſ. illius conſilio 295. Pet.Lombar. colum. 1.libr.3.& conſilio 126.citatio facta ad domum, in 1.dubio, libro quarto. Ang.in l.de tutela, in 2.notab. C. de in integ.reſtitu.Fulg.conſilio 76.factum ſuper quo, colum. vlti.Firmia.in tracta.de Epiſcopo, lib.1.parte 3. uerſicu. ſubdi poteſt alia.

41 *De eadem re.*

PORRÒ ipſe Ange. conſilio 186 repetito conſilio 216.viſis igitur ſuprà dictis, colum.1. ſcribit, ex citatione domi facta, præſumi domeſticos & familiares id denunciaſſe citato, per notata à glo.in l.ſi legibus. C.de epiſcop.audien.intermiſſo tamen aliquo ſpacio, intra quod uerīſimile ſit, citatum eorum notitiam habuiſſe, quæ domi geſta ſunt. l.Titius. §.Lucius.ff.de lib.& poſthu. Ideoque Iaſon (ſi is eſt, quidam enim non leuibus argumentis ducti dicunt eſſe Alex.) in §.ſed iſtæ, colum.25. verſicu.& per iſta puto. Inſtitut. de actio reprehendit Bald. qui in l.2.§.penul.in fi. ff.ſi quis cau. dicit ſtari iuramento alicuius, an quod ei denunciatum eſt ad domum ipſius, ad ſuam ipſius notitiam peruenerit: quoniam vt dicit ipſe Iaſon, cùm præſumptio ſit ad eius notitiam perueniſſe, non creditur eius iuramento, ad probandum cōtrarium, per multa, quæ ibi allegat. Tamen illud dictum Bald.ſequitur ipſe Alex in l.de pupillo. §.nunciationem, colum.ult.ff.de noui ope.nuncia. & in addit. Bartol.in l. inter omnes.§.rectè.ff.de furt. & Alcia. in tract præſumptionum, regula 3.in 16. prēſumptione, nume. 2. Sed & idem quoque voluit Nico.Mat.in lect.Bar.in l.ſcire oportet.§.ſufficit, in fin.ff de excuſa. tuto. & ſequitur etiam & dicit ſingu.Firmia.in tracta.de Epiſco.libr.1.parte 3. col. 3.uerſi.poteſt autem citatus.

42 *De eadem re.*

EX ijs autem illud conſequitur, quòd ex hac citatione, ſiue denunciatione, aut notificatione facta domi, inducitur præſumpta tantū ſcientia, & non vera, ſicuti nec vera contumacia, ut voluit gloſſ.in Clemen. cauſam, in glo.penult.& ibi Barb.colum.19.uerſic. unde poterit citari, de electio.& Oldrad.& Albe.in l.1. §.item cum edicto.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind.& D.à Rota dec. 49. ſi fertur ſententia. in nouis. & iterum deciſ.364. cùm iura, etiam in nouis. & deciſio.500. nota ſi feratur, in antiquis. vbi ex hoc dicunt, tempus appellandi non currere ſtatim à tempore huius denunciationis, ſed tantùm à tempore notitiæ, ut & ipſi uolunt deciſio.137. appellatus, in nouis.& ſequitur Philip. Franc. qui tamen limitat in capit. bonæ. columna ſexta, uerſicu. octauò debet appellari.extrà, de appellatio.& in cap.concertationi, paulo ante fin.eodem titu.libro 6. & Firmia. in dict. tract. de

*Appellandi tempus non currit a tempore denunciationis factæ domi.*





Epiſcopo, lib.1.parte 1.colum.2.in 7.q.& iterum eiuſdem lib.parte 3. verſicu. extrà dicit. vbi ex hoc tradit, eum cui denunciatum eſt domi, poſſe appellare, etiam poſt tempus appellationi præſtitutum. Quod & uoluit Bal.in l.ea quæ, colum. 2. C. quomodo & quando iud. & iterum in l.conſentaneum, col.3. verſic. quæro utrum in hac, eod.tit.& Petr.Ancha.conſi.372.pro declaratione, paulò ante fin. Et ita in hoc regno vtimur. Vide tamen gloſſ.in dicta l.1.§.vlt.ff.quando appel.ſit. & Bald. in l.1.C.quibus ex cau.maior.& in Authen. hodie, col. 2.verſicu.& ſcias. C. de appella. ubi de hoc latius. Sed & eundem uide in c.1.colum.3. verſicu. item not. quòd iudex, tit.de milit.vaſal. qui contu.eſt. vbi dicit poſt Iacobum Arenarium, quòd verus contumax eſt, ſi quis citatus ad domum, ſciuit ſe citatum, & non comparuit. Quod & voluit, eo non memorato, Alexan.in l. properandum.§.& ſi quidem, col.2. verſ. ex hac ſolutione. C. de iudi.de quo tamen uide Albe.poſt alios, ibi, col.10. verſ.ex prædictis.

43 *Citatio aut denūciatio an fieri poſſit ſine perquiſitione perſonæ. Qui dicūt fieri poſſe.*

TERTIÒ principaliter quæro, an iſta citatio, ſiue denunciatio, aut oblatio, ad domum fieri poſſit, etiam ſi citandus poſſit reperiri, an uerò tum demum tantùm, ſi fuerit perquiſitus, & non inuentus. Aliqui dicunt indiſcriminatim hanc citationem fieri poſſe, etiam ſine perquiſitione citandi, per d.l. ſcire oportet.§. qui autem. ff. de excuſa.tutor.cùm dicitur, vel in faciem, uel ad domū: quaſi nihil interſit, utrum horum fiat, cùm in alternatiuis ſufficiat alterum fieri.ca. in alternatiuis, de regu.iur. lib.6.cum concord.ibi adductis. Et eſt propè ſimilis tex. in dicta clemen.1.de foro compe.cùm dicitur perſonaliter, vel ad domum. Et in hac opinione expreſſim fuit Cyn.in l.1.in princip.ff.de liber.agnoſ. & Lucas Pen. in l.prouincialium, colum.1.in fin.C.de eroga. mili. anno. lib.12.& Floria.in l.1.§.habitare, col.1.ff. de ijs qui deiecer.vel effud.& Nicol.Neap.in lect.Bar.in l. ſcire oportet.§.oportet.ff.de excuſ.tut.

44 *Qui cōtra negant.*

AT maior pars, atque potior, conſtanter affirmat, hanc citationem eſſe ſuccedaneam eius, quæ fit in faciē, vt uidelicet fieri non poſſit, niſi cùm citandus perquiſitus inueniri non potuit: per text. optimum in dict.l.1.§. permittitur ff.de liber.agnoſcen.cùm dicitur, aut ad domum denunciare, ſi nullius eorum copiam habeat.& ibi not.Iacob.Aretin.Alber.& Barto.& text.in dict.l. 4. §.Prætor ait.ff.de damno infecto.ibi, dum ei qui aberit, prius domum denunciari iubeam, & ibi etiam not.Dyn. ſibi contrarius, Ricard. Malumb. Bartol. Alber. Imol. Paul.Caſtr.Alexan qui hanc dicit eſſe communem opinionem, & alij.ff.de damno infect. & etiam text.in l.aut qui aliter.§.1.ibi, & ſi fortè non ſit, cui denuncietur. & ibi Alber.in tertio notab.ff. quod ui aut clàm.& in dict. cap.cauſam.& ibi gloſ.in uerbo, ad domum. Panormi. colum.1.verſicul. & primo not Barb. & alij, de dolo & contum.& in dicta clemen.cauſam, verſicul.quòd ſi forſan.& ibi Paul.Eleaz. Imol.colum.1. & iterum 3.uerſic. ex prædictis patet. & Barbat.char.antepenul. uerſicul. quid autem ſi iudex.de electio.glo.in l.ſi finita.§. ſi plures.paulò poſt princ.gloſ.magnæ.ff.de damno infect Innocen.& prope omnes in dicto cap.vlt. de eo qui mit.in poſſeſſ.Specul.tit.de accuſ.§.1.verſ. ſed nunquid ſufficit. Archid.in c.1.col.6. in uerbo, infra menſem, de elect. libro 6.Guliel.à Monte Laud.in ca.1.in uerbo, contemnant.de foro compet.lib.6.Bonif.Vitel. in tract. malefi. in tit.forma citationis accuſati, colum.1.verſ. ſed qualiter debet fieri. Collect.in c.cum in tua, uerſ quid ſi apparitor, qui mat.accuſare poſſunt. ubi ex hac quoque dicit poſt Petrum Boe.quod ſi apparitor veniens ad domum eius, quem vult citare, eum in itinere reperit, nec aliquid ei dicit, ſed iter ſuum continuans, domum eius adit, ibique eum citat, non valet huiuſmodi citatio. Bart. in tractatu de citat.quæſtio.2.Alber.in l.1.colum.penult.uerſicul.ſed nunquid. C.de hæredi.inſtiten.& in l.vt perfectius.C.de anna.exceptio.vbi tamen dicit, vidiſſe ſe ubique ſeruari contrarium.& in 4.parte ſtatutorum, quęſt. 51.ſed nunquid ex citatione, Bald.in l.ultima, columna 1.C.de iure domi.impe.& in dicta l.ſcire oportet. §. 1. ff.de excuſatio.tutorum.& in l.ſi accuſatoribus, columna ſecunda, C.de accuſat.& in cap.1.colum.4.verſi.dicit Andr.de Piſ.titul.de milit.uaſal.qui contu.eſt.& conſil. 48.ſi creditor, libro 3. ubi & id dicit procedere in oblatione, quæ alteri debet fieri, ut ſcilicet ad domum fieri non poſſit, niſi perquiſito eo, cui fieri debet. & conſilio 145.inuentarium, colum.1. libro 4. & in ſua Margar. in uerbo, citatio.colum.1.verſicul. citatio. ad domum non eſt; ubi in id dicit ſingul.glo.in dicto §. ſi plures, Lucas Pen.in l.penult.in fin.C.de dignit.lib.12.Fulgoſ.conſil. 76.factum ſuper quo.colum.1.Panormit. in Clemen.1. & ibi quoque Cardin.Floren. in 2. quæſtio. de iudic. & idem Panormit.conſi.43.ex omnibus.colum.1. libro 2. & conſilio 84.arbitror in dubio, eodem libro ſecundo, idem Cardin.in Clemen.1.in d.notab.de foro competen.Angel.Aret.in §.feræ, colum.vltim. Inſtit. de rerum diuiſio.& in §.omnium autem, qui eſt vltim. colum. 2. verſicul.quæro an ſufficiat. Inſtitu. de pœna teme. litig. Roma.conſi.454.in re præſenti, colum.2. Nicol.Mil. in ſuo repertorio, in uerbo, citatio prima debet fieri perſonaliter. Maria.in tractat.de citat.articul.27. uerſi. circa ſeptimum. Ferrari.in tit.forma reſponſ.rei, in gloſſ.2. columna tertia, uerſic.amplius quæritur. Alexan. conſilio 2.conſideratis, in princip.lib.3.Lanfranc. in repet. c. quoniam contra falſam, in materia citationum, colum. prima, verſicul.tertiò quæro, de probationib. Firmia. in tract.de Epiſcopo, in tertia parte, lib.1.colum.3. uerſic. congruenter, Corne. conſilio 52. in hac conſultatione, colum.2.uerſic.eſt etiam aliud, libro 1.colum.4. Guid. Pap.conſi.121.indubitanter, in quinto dubio, & ſing. 82.citatio poteſt fieri. Cardin. Alexan.in cap.1.colum.2. tit.de milit.uaſal.qui contu.eſt. & omnes vbique de hac re loquentes. Et hoc apertè exprimit noſtra conſuetudo hìc, dum dicit, *ſi le retrayant ne peult trouuer l'achepteur.* Alternatiua autem, quæ in quibuſdam iuribus reperitur, ut diximus in præced.ver.non electionis eſt, ſed ordinis: ut ſcilicet ſeruetur prior, ſi fieri poſſit: ſin minus, poſterior, ut alia iura declarant in princ. huius uerſ. allegata: nam & ſimilis interpretatio fit in c. mandato, de præb.lib.6.cum alijs concord adductis per gl.ibi, & in d.c.in alternatiuis, de reg.iur.lib6.

45 *Quid ſi ſemel fuerit citatus in faciem.*

ID quod tamen nonnulli intelligunt, niſi quis ſemel fuerit citatus in faciem. Nam ſatis erit poſteà, vt dicunt, eum citari ad domum, etiam ſi ipſe poſſit reperiri. Ita enim voluit Innocen. in d.c. vlt.col.1. de eo qui mit. in poſſeſ.D.à Rota deciſ.48. valet citatio, in princip.in nouis.& deciſio.395.nota valet citatio, in antiquis. Bart. in d.l.1.§.permittitur, col.1.ff.de libe.agnoſ. & in d.l.4. §.Prætor ait, col.1.verſic. ſed quæro an eſt neceſſe.ff.de dam.infect. per not. in l. & poſt edictum.ff.de iudi.& in Authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Bald. in d.l. vt perfectius, col.2.& ibi quoque Ange.col.item 2.C.de anna.except. et in c.ſignificauit, col.2.verſi.quæro an iſti fundatores.extrà, de.teſtib.& in dict.c.1.tit.de mil.vaſal.qui contu. eſt, & in ſua Margar.in verbo, citatio.col.1.verſic. citatio ad domum ſufficiat. Matth. Afflict.in conſtitu.Siciliæ, incip.citationis literæ, in 1.not. Nic.Mil.in verbo, citatio ad domum ad ſententiam.

46 *Quid, ſi lis ſit conteſtata.*

INTELLIGVNT et alij, vt ante litis cōteſtationem omninò quis debeat citari in perſonam, ſi reperiri poſſit. Poſt autem litē conteſtatam poſſit indiſcriminatim, & ſine alia perquiſitione citari ad domum. Nam hoc quoque voluit ipſe Innoc.in d. cap. vlt. colum. 2. de eo qui mit.in poſſeſ. & Cyn. in Authen.ſed & ſi quis, in 1.q.C. de teſtib.per tex.in d.l.ab eo. vbi idē voluit Bal. col.vlt.

ver. & nota quòd poſt litem conteſtatã. C. quomodo & quando iud. Bar. in d.l.4.§.prætor ait, colum.vlt. verſi.& dico quia ille,& ibi Alber. colum.1.ff. de damno infect. & idem Alber. in dicta l. vt perfectius, poſt medium. C. de annali excep. Bal. in d.c.1. colum. 4, verſicu quæro vbi quis citatur,titu.de mil. vaſal. qui contu. eſt. & Roman. dicto conſil.454. in re præſenti, colum. 2. Floria. in l. in lege Aquilia.§.ſi debitum,colum.2. verſic. item aduerte quòd quando,ff. ad leg. Aquil. Matth. Afflict. qui alios allegat,in conſti.Siciliæ, incip.probationum incurſibus, colum.3.in 3.no.Card.Alexan.in capit.caueant, colum. 2.3.quæſtio.9.

47 *Quid, ſi ſemel comparuit in iudicio.*

INTELLIGVNT item alij, vt citatio ſemper fieri poſsit ad domum,quando citatus antè etiam ſemel comparuit in iudicio. Hæc enim fuit ſententia Bart. in d.l.1. §.permittitur,in 2.not.ff.de liber.agnoſ.& in d.l.4.§.Prætor ait,colu.1.vbi ſuprà, in illis verbis, ſi verò ab initio, & rurſum colum. vlti. verſic. & dico quia ille, & ibi etiã Paul.Caſt.poſt princ.& Alex.qui affert concor.colum.4. ff.de dam. infect.& D.à Rota.d. deciſ. 48. in nouis, & d. deciſ.395. in antiquis. Collect. d.c. vlt. col. 1. de eo qui mit. in poſſ.Petr. Ferrar. in titu.forma reſp. rei conuenti. colum.3.Firmia. in dicto tract.de epiſco.vbi ſuprà, verſi. nec præterea quòd citatio.D. Aufrer. in ſtylo curiæ parlamẽti §.item ſciendũ eſt. Nico.Mil. vbi ſuprà proxime, verſi.ab hinc 2. Sed tu de hoc vide pleniſſimè per Alex. in d.§.prætor ait, col.vlt.vbi hanc opi. defendit aduerſus Imol.& Roman.ibi, & alios citat,qui & ab hac opi.ſtant. eum ibi omninò videto. Nos autẽ paſsim vtimur, vt ſemper in perſonam fiat, ſi inueniri poſsit, aliàs ad domum.

48 *Quid in cauſis extraordinarijs.*

SED & denique id nonnulli intelligunt, vt procedat in cauſis ordinarijs, & quę nullam celeritatem deſiderãt extraordinariam. In alijs autem, vt in cauſa damni infecti, ex l.1.ff. de dam.infect.alijſque quæ ponuntur in leg. vlti. ff. de appel recip. ſufficiat partem nõ reperiri in iudicio,vt ad domũ citari poſsit: vt expreſſim voluit Bart. in d.l.4.§.prætor ait,colu. 1.ff. de damno infecto. vbi eſt optimus text.in hæc verba, prætor ait, dum eiqui aberit, domum denunciari iubeam. Abeſſe autem videtur, & qui in iure non eſt.Is enim loquitur in cauſa damni infecti,quæ celeritatem deſiderat, vt diximus. nam in alijs, vt ſubdit Barto.non ſatis eſſet illum abeſſe in iudicio,de quo dicemus in quæſt.ſeq.

49 *An neceſſe ſit,citandum perquirere in tota urbe, uel quomodo.*

QVARTO igitur conſequenter quæro, an citandus, vt reperiri poſsit,conquiri debeat in tota ciuitate vel prouincia:an verò ſatis ſit in ſua tantùm domo: Et hoc quidem ſufficere videtur, vt tradit glo.not. in §. ſi uerò etiã, quidem,aliàs incipit,. ſi verò ſemel. in verbo, examinet. in Authen.de e. hib.reis.quam ſequitur Bal. qui eã dicit ſingu.in l.conſentaneum, colum. vlti. C. quõ & qñ iud. & rurſus in ſua Marga.in verbo, citatio. colũ. 1. verſi. citatio ad domum non eſt. & Rom. qui & eã dicit ſing. d. conſil,454.colum.2.verſicu.nec quidem neceſſe.& Barb. in d. Clem. cauſam, char. antepen. de elect. atque ita in Gallia vtimur. Sed tu tamen de hoc vide plenius Innoc. & Card.Flor.in d.c. vlt.de eo qui mit.in poſſ.Hoſti. Ant. & Pan.latè in d.c. cauſam,de dolo & contu.Bart.in d.l.1. §.permittitur. ff.de liber.agn.& in dict.§. Prætor ait, col. 1.& ibi quoque Recentiores, & maximè Alexã.& Panor. d.conſil.43.colum. 1. verſicu. ſecundò moueor, libr. 2. Cardin.Flor.poſt Antiquiores,in d. Clem.cauſam,verſi. quòd ſi forſan,in 1.q.& ibi quoque Imol.col.3.de elect. Pet.Ferra.titu.forma reſpon.rei, in gloſſ.2.colum.3.verſ. ſed circa hoc. Lanfran. in repe. d. c. quoniam contra, in materia citationum, col. 2. verſic. ſed dubitatur in caſu. Card.Alex.qui eam gl. dicit ſingu.in d.c.1. col.2. titu.de mili.vaſal.qui contu.eſt.& Matthæ.Afflict. in d. conſtit. Siciliæ,incip.probationum incurſibus, col.3. verſicu.an autem nuncius. Sed ante omnia vide text. in l.1.§.dies. verſicu.adeundi ff.quando app.ſit.An autem credatur nũcio,dicenti ſe perquiſiuiſſe citatum, nec inueniſſe, ideoque ſe ad domum illum citaſſe, diximus ſupra §. proxi. glo.6.quæ eſt in verbo. *deux recors*, nume.23. ex eo quoque fit,& duobus ſequen.

50 *Si ſtatutũ dicat, quẽ poſſe citari in faciem uel ad domum, an conquiri prius debet.*

QVINTO item conſequenter quæro, quid ſi ſtatutum dicat ſimpliciter, quòd quis poſſit citari in faciem, vel ad domum, vt fit de iure communi, vt ſupra diximus in princip.3.q.non aliter exprimendo,vt prius conquiratur,quàm citetur ad domum: an & tunc tamen primùm conquiri debet,vt ad domum citari poſsit. vt de iure cõmuni diximus in dicta 3.q. In qua re Doctor. noſtri variant. Sunt enim nonnulli, qui dicunt, id ſtatutum eſſe intelligendum ſecũdum ius commune, ideoque nec tũc citationem ad domum fieri debere, niſi cum citãdus inueniri non poteſt.In hac enim ſententia fuit Franc.Rampo.in l.vltim.§. in computatione. C. de iure deliberand. prout eum retulere Imol.eius diſcipulus,& Roman.in d. l.4.§.Prætor ait.ff.de dam. infecto. Fuit & in hac ſententia Matthæſ.in 85.notab.mirabile dictum,& Stephan.Feder.vir cui paucos anteponere,ac ne æquare quidem,ſiue comparare auſim, in ſuo laudatiſſimo opere de legũ interpretatione, in 2.parte princi.pag.2. dum reprehendit Bart.contrarium tenentem in d.l.4.§.Prætor ait, de damno infecto.ut poſtea dicemus.& rurſum expreſſius, eiuſdem partis pag.12.verſ.& ex prædictis. Nam & ſunt,qui generaliter dicunt ſtatuta omninò eſſe interpretanda ſecundum ius commune,& non vt aliquid addant. & inter cæteros Innoc.Hoſtienſ.Ioan.Andr.& Compoſtel. in cap.cauſam,quæ,de reſcript.& Salyc.in d.l.vlt. §.in computatione.C.de iure deliberan. cum concord. ibi adductis à Corn.& cæteris Recentioribus.Quibus adde Alc. Paradoxorum libro 5.c.15.

51 *Statuta iuri conſona, idipſum cõfirmant.*

CVIVS ſententiæ multæ ſunt, nec leues rationes: Prima,quia ſtatuta Iuri communi conſona, videntur inducta ad confirmationẽ ipſius.l.qui actionum. ff.de præſcriptio.uerb.& §.1.uerſicu. aliquando. Inſtitut. de bon. poſſeſſ. Ergo non debent eius contrarium inducere, aut operari. l.legata inutiliter. ff.de legat.1. & l.cum vinum. & ibi Alber. ff. de triti. vino & oleo lega. cum ſimilib. præſertim cùm eadem res non debeat iure diuerſo cenſeri.l.eum qui ædes.ff.de uſucapio. & capit. quia circa. extrà, de priuileg.cum aliis concordan. à me collectis in repetitio l.ſi vnquam. in uerbo, donatione largitus, numero duceteſimotrigeſimoſecundo,tertia ratio. Id quod tamen eſſet, ſi huiuſmodi ſtatuta Ius commune confirmarent, & idem infirmarent. Et hanc item rationem ita confirma, quia lex in dubio non præſumitur iiſdem uerbis vnam rem diuerſis modis terminare. l. nam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.& l.quamuis.ff.de impub. & aliis ſubſtitutio.cum ſimilib.

52 *A legibus antiqs non facile diſcedendũ.*

SECVNDA ratio, quia cùm leges communes ſint multò antiquiores iſtis legibus municipalibus, & longiori tempore, & pluribus in locis, utpote in vniuerſo propemodum orbe obſeruatæ, non eſt ab ipſis facilè, & in dubio diſcedendum. l. minimè. & l. ſi de interpretatione, ff.de legibus.Nam & à conſiliis maiorum noſtrorum & prudentiorum non eſt recedendum. capitulo primo,& capit.ne innitaris.extrà, de conſtitutio.& hinc vetuſtatis autoritas dicitur in §.illud,in princip.in Authen. de appellatio.& facit cap.ita dominus. 19.diſtinct. cùm dicitur, quod accepit à veteribus, non ſequendo, & ibi glo.& text.in l.teſtamenta omnia.C.de teſtamen. ubi ita ſcribitur, mos namque retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis, & alia propè infinita à nobis congeſta in præfa. noſtri tractatus Primogeniorum. Conſtat autem, prȩter legum noſtrarum antiquitatem, eas à Deo per ora Principum fuiſſe promulgatas. l. 2. & ibi not. ff.de legibus. & l.ult.C.de præſcrip.longi temp.& diximus ſup.in præfa. nu.11. igitur ſatis. Aut certè per Iuriſconſultos, ſummos æquitatis arbitros. cap. reſponſa. 2. diſt.

TER-



53 *De eadem re.*

TERTIA ratio hæc eſt:licet aliquando liceat,atque expediat leges antiquas mutare.c.non debet, in prin.extrà,de conſang.& affini.& ibi concor.à gl.& Doct.quod & externis ſcriptoribus adſtruit Liuius grauis autor, ex L. Valerij oratione,lib.4.Belli Macedonici,& Epiſtola Artaxerxis, quæ ſcribitur Eſther 16. eodemque c. vlti. Tamen in rebus nouis conſtituendis,euidens eſſe vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt.l.2.ff.de conſtit.princip.& c. cùm cõſuetudinis, & ibi gloſſ.vlti. extrà, de conſue. & dict.cap.non debet. & Ariſtoteles ille Stagirita, omnium Philoſophorum ſummus,lib.2. Politic.c.6.ad fin. multis magniſque rationibus oſtendit, veteres leges, vel paulò deteriores nõ facilè mutãdas eſſe. Ipſe autem Liuius eod.lib.4.Adeò (inquit) nihil motum ex antiquo, probabile eſt: veteribus,niſi quæ vſus euidenter arguit,ſtari malunt.& Plutarchus in libro Politicor.ad Traianum, ſcribit, Nouis legibus ingenia populi moderari uelle, non modò non facile,ſed nec tutum quidem omninò eſſe. Vt omittam Platonem in Minoẽ, miris multiſq; modis ac rationib. oſtendere legem immutabilem, eandemq; eſſe, & permanere debere. Cui concinens Cicer.lib.3.de Repub. apud Lactantium de uero cultu, qui eſt libro 6. cap.8. Eſt quidem (inquit) vera lex, recta ratio naturæ, congruens,diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, &c. Et poſt pauca: Huic legi nec propagari fas eſt,neq; derogari ex hac aliquid licet,neque tota abrogari põt.Nec uerò aut per Senatũ,aut per populũ ſolui hac lege poſſumus.

54 *Statuta Iuri communi conſona, cenſeri eſſe Ius cõe.*

QVARTA, Non eſt abſurdum,ſtatuta idem omninò concedere, atque ſtatuere, quod ius ipſum commune, atque ſic exiſtimari, cenſerique ipſum Ius commune & vetus,non autem ſtatutum aut Ius nouum,ut per glo.& Doctor.in c.1.de conſtit.lib.6.Bar.& alios in l.1.in princip.ff.ad legem Falcid.cum alijs multis concord.ibi adductis à Recentioribus. Et eſt bonus text.in cap.paſtoralis.extra,de fide inſtrum.& in c.ex parte, *le dernier*.& ibi Ant.de uerbor.ſignif. Quia potius credendum eſt, ſtatuentes uoluiſſe aut legem ueterem, forte obſcuram, aut ignotam,declarare,& omnibus innoteſcere, aut aliquam prauam conſuetudinem apertè contrariam, uel etiam dubiam tollere.l.ult ibi,Ne tamen ſimplices animos ambiguitas moueat.C.de indi. viduit. tol. & l.1.§. ſed ſciendum,ibi,idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet.ff.de ædil.edict.& l.1.in princip.ff.de æſti.act.cum alijs ſimilib.à me adductis infrà,eod.tit.§.21.glo.1.nu. 5.at unum hîc non omiſerim.

55 *Statuta loquentia in materia Iuris communis ab eodẽ interpretationẽ recipere.*

QVINTA ratio,eademque huius loci poſtrema,hęc eſt: Statutum loquens in materia Iuris communis,recipit omnes interpretationes,limitationes, ampliationes, & reſtrictiones ipſius iuris.l.Ius autem ciuile, & contrario ſenſu.ff.de iuſtitia & iure.& l.Cæſar. ff.de publi. & vectig.& l.2.C.de noxali.actio.& l.vltim. C. de teſtam. milit.& cap.cùm dilectus, & ibi Anton. Imol. & alij. extrà, de conſuetud.vbi etiam uerba conſuetudinis ſunt impropriãda, ut concordent conuenientque cum Iure communi.& c.cùm ad audientiam. & ibi Panormit. de cler.non reſiden.& iterum capit.cùm dilectus. & ibi Io. Andr. & idem quoque Panormit. eod. tit. & uoluerunt Innoc.Hoſtienſ.Compoſtel.Ioan.Andr.& Panormit.in c.cauſam,quæ de reſcrip. cum infinitis ſimilib.& cõcor. à me congeſtis,in libro cui titulũ nuncupaui, Nihil fruſtra: ubi & alias multas rõnes pro hac parte afferemus.

56 *Qui contrarium tenent.*

CONTRARIVM tamen,ut ſcilicet in caſu dicti ſtatuti poſſit Reus citari in faciem,uel ad domum primo loco,& ſine alia perſonæ perquiſitione,ut id ſtatutum hoc addere uideatur Iuri communi,nec ſit ſuperuacum, magna autoritate cenſet Bart. ut iam diximus, poſt Dyn.in d.l.4.§.Prætor ait,col.2.uerſ.quæro quid ſi ſtatutum, & ibi quoque Imol.Paul.Caſtr.Rom.& Alex. ff.de damn. infect.Ant.in c.cauſam,& ibi etiam Pan.col.3. de dolo & contu.Idem Anch.in clem.cauſam.& ibi quoq; Imo. col.4.uerſ. quid etiam ſi ſtatutum. de elect. ipſe Pan. in d.c.cauſam,ad fin.de reſcript.& in d.c.cùm dilectus,col. 5.verſ.tertio modo, de conſuet. & in Rubr. de reg. & in cap.paſtoralis.in princ.dum allegat Bart. in d.§. Prætor ait.extrà,de app.& in d.c.ex parte,col.2.de uerb.ſignif. & conſ.19. videndum eſt primò, poſt medium lib.1. & conſ.91.poſtulato.& c.quo ad primum,col.2.eo.lib. 1.& conſ.26. circa primum dubium, col. vlt. in princip. lib.2. & conſ.42. in quæſtione domini, poſt medium, eo.lib.2.Imol.in d.c.vlt.de eo qui mit.in poſſeſſ.Fulgoſ. conſ.76.factum ſuper quo,in 1.dubio,Ioan.Plat.in l.Palatinas.C.de colla.fun.fiſc.lib.11.Barba. in l.ſtipulationum.§.ſatiſacceptio,col.4.ff.de uerb. oblig. & conſi.18. clementiſſimi,col.vlt.lib.1.& conſ.51. ſcripſit ſapientię fons,col.12 eo.lib.1.& conſi.23. ſapientiſſimus, col.3. lib.2.& conſ.50.præclarè,col.5.eo.lib.2. & conſi.51. illud in medium referam,col.4.lib.3.& inter conſ.Calca.conſ.28.illud afferam, col.4. uerſ. procedo ad inceptum.Ferra.in tit.forma reſpon.rei conuenti, in glo. 2. col.4.ſed quid dices.Lanfranc.in repet.c.quoniam contra,in materia citationum, col.1. uerſ. ſi tamen ſtatuto. Philip.Franc.in c.paſtoralis, col. 1. extra de appell. Soc. ſi is eſt,in tract.fallen.regula 53. citandus perſonaliter, in ult.fallen.& nouiſſimè Alciat.in lib.1.de uerb.ſignif. char.5. Suntq; huius partis multæ, magnæq; rationes, quas huc adducere eſſet immenſi & opis & laboris. Sed nos hæc affatim abundèque tractabimus in noſtro illo libro,Nihil fruſtra,ubi videre poteris.

57 *Qui diſtinguunt.*

NEC deſunt tamen, qui in hac re diſtinguunt, ſitne quæſtio magni præiudicij,an modici, ut priori caſu obtineat prima opinio, quæ dicit neceſſe eſſe prius perſonã inquiri,etiam in caſu huius ſtatuti: poſteriori, ſecunda præualeat. In hac enim opinione fuit Imol.in d.l.4.§. Prætor ait, & ibi quoque Rom. qui id dicit ſatis eſſe æquum.ff.de damno infec. de quo latiſſimè diſputat Barbat.in d.Clemen.cauſam, ubi ſuprà citauimus,de elect. ubi omnino uide, neque enim decreuimus hanc rem aliter diſputare.

## IN FIN. EIVSDEM §. GLO. III. ET VLT.

2 *Vtrum oblatio retractus primo loco poſſit fieri apud acta.*

HIc ergo dicitur, quòd ſi conſanguineus non poteſt reperire emptorem, debet offerre vxori, uel domicilio. Sed quid de eo, quod iam ſæpius ex facto uidimus. Nam plerunque conſanguineus primo loco facit huiuſmodi oblationem apud acta iudicis, eamque per nuncium publicum denunciari facit emptori, eumq; citari ſuper ea oblatione retractus proceſſurum: & interim fortè tranſit annus retractus,nec fit alia oblatio emptori, aut eius vxori, uel domicilio,ut hîc iubetur fieri:an ſatis erit? Ego de ea re aliquando interrogatus,reſpondi, id quidem non eſſe ſatis: Nam cùm ſtatutum noſtrum nuncupatim requirat adiri emptorẽ, & ſi reperiri non poſſit,eius uxorem,aut domicilium, non eſt ſatiſfactum ſtatuto. Nam & de Iure communi citationes, denunciationes, & alia id genus fieri debent uel perſonæ, uel domicilio, uel certis caſibus procuratori,uel ſi cætera deſint,proclamate, ſiue edicto publico,ut plenè not.in l.4.§.Prætor ait.ff.de dam.infec.cũ ſi.

2 *Perſonæ primũ requirenda, etiã in extraiudicialibus. Citatio per edictũ pu-*

IMò nec cætera locum habent, niſi cum perſona reperiri non poteſt,ut plenè diximus ſuprà in glo.præcedenti, in 3.q.princip.& apertè declarat noſtra conſuetudo, cum dicit, *ſi le retrayant ne peult trouuer l'achepteur*. Nam & id non ſolum procedit in citationibus, ſed & in alijs denunciationibus,etiam extraiudicialibus,ut ſcilicet in eis quoque ſit primo loco requirenda perſona, ut nuncupatim ſcribit Io.Fab.in §.ult.paulò ante fin.Inſtit.

*blicum omnium postrema.* de pœn.temer.litig. Et quod fit per edictum publicum, ſiue per præconem, (ut id obiter & plenius dicam, dixi enim ſuperius) eſt omnium poſtremum, ideſt, cùm cætera illa remedia deſunt, ut per Bart. in extrauag. ad reprimendum in uerbo, per edictum, poſt princ. Bald. in l. ut perfectius, col. 2. non ſemel C. de anna. except. & in l. inter minores, in 1. lect. in fi. ff. de reſt. in integr. Cardin. Flor. in clem. 1. in 1. q. de iud. & eſt bona glo. in l. ſi finita. §. ſi plures, poſt princ. in uerſ. vel ſi non inuenitur. ff. de dam. infect. quam ita allegat, & dicit not. Bal. in ſua Margar, in uerbo, citatio per præconem: ubi tamen erranter eam citat ex §. Iulianus, eiuſdem l.

3 *Cõſignatio & depoſitio non dẽt fieri, niſi cum pecunia oblata recuſatur.*

QVIN cùm ſolutio facienda eſt alicui, tum demum oblatio, conſignatio, & depoſitio debet fieri, quando ille doloſè recuſat accipere, & non aliàs, ut eſt text. not. in §. illud quoque. in Auth. ut exact. inſtan. dot. cum ſimil. Nec enim conſignare & deponere, ſoluere eſt. Bart. in l. item liberatur §. 1. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſoluit. Vt nec reſtituere eſt, Paul. Caſtr. conſ. 65. uiſo quodam libello, col. 1. verſ. quædam aliæ cauſæ, libro 1. in id allegans Bart. in l. ſi conſtanre, in 5. not. q. 2. q princ. ff. ſol. mat. & in l. ſi quis ſic ſtipuletur, eod. tit. Nam ſolutam pecuniã intelligimus, ſi numerata ſit creditori, l. ſolutam, in princip. ff. de ſolu. Et bene facit, quod tradit Philip. Dec. loquens de expenſis contumaciæ, conſ. 34. cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando, col. ult. uerſ poſtremo.

4 *Oblatio ei faciẽda eſt, qui poteſt liberare.*

SED & quod plus eſt, cùm oblatio neceſſaria eſt, ea facienda eſt ei, qui poteſt recipere, & offerentem liberare, non alijs, l. ſi reus paratus. ff de procur. in illis uerbis, huic loco accommodatiſſimis. Suſpectus uideri poteſt, qui præſente domino pecuniam non obtulerit, quam quidem l. ad hoc annotat Bald. in l. acceptam, col. 3. in 3. q. C de uſur. Ideo Bal. ipſe in ead. l. ſi reus. eam not. pro debitoribus abſentium creditorum, qui non reperiunt, cui offerant ut adeant iudicem, & illius mandato deponant. Subditque tamen tutius eſſe, ut prius fiat aliqua proclamatio, per not. in l. ſi eo tempore. C. de diſtra. pigno. & in l. ſi prædio. ff de in diem adiect. & in l. Labeo, ff de nauti. fœno. & hoc quoque voluit ante cùm Bart. in d. l. ſi reus paratus, in fin. & eos ſequitur Corne conſ. 312. uidetur in hac, colum. ult. verſ. licet non ſit, lib. 4. & Steph. Bertr. conſi. 320. ſententia, colum. 2. uerſ. fuerunt item. lib. 1.

5 *Prædictorum confirmatio.*

QVID plura? cùm text. habeamus, id expreſſim probantem, nihil ſcilicet prodeſſe conſignationem & depoſitionem pecuniæ, niſi ea prius fuerit oblata ei, cui ſolui debet, in l. 2. & ibi Sal. in 1. not. C. de uſur. quam ad hoc expendit, & citat gloſſ. in d. l. acceptam, in gloſſ. ult. poſt princ. & ibi quoque Ang. col. vl. ver. ſola uerò depoſitio. C. de vſur. Niſi tamen (vt dicit ea glo.) abſens ſit is cui ſolutio, proindeque oblatio facienda eſt, per text. optimum, qui & id quoque probat, quod diximus, adeundũ ſcilicet eſſe primo loco creditorem, in l. ſi creditor. C. eod. tit. & ſequitur Paul. Caſt. qui optimè eam gl. declarat, in d. l. acceptam, col. pen. uerſ. quantum ad ſecundũ, & ibi ante eos Azo, in Summa eiuſdem tit in fi. Et idem quoque uoluit & reſpondit Iaſon conſ. 9. uenerabilis ac reuerende col pe. uerſ. minus etiam ualet. lib. 1. & facit, quod tradit Bal. in l. cùm hi §. ult. in 1. lect. ff. de tranſac. quòd ſi ex ſtatuto pœna corporalis ſuccedat pecuniariæ, ſi hæc ſoluta non fuerit non ſufficit pecuniam deponere apud fiſcum, ut euitetur pœna corporalis. Et tradit generaliter Ludouic. Gozad. conſ. 71. in cauſa domini, colum. 3. num. 7. depoſitum nihil prodeſſe, quando eſt perſona, cui ſolui poteſt, & allegat alios, ut ibi uidere poteris.

6 *De eadem re.*

IDEOQVE Iaſon ipſe, aut ſi quis alius fuit, inter conſ. ipſius conſilio 226. Gabriel, reſpondit in caſu eiuſdem Iaſ. qui fundum emerat ea lege, vt venditor poſſet redimere intra certum tempus, offerendo preciũ venditionis: venditorem non ſatis feciſſe ei legi, qui non adito Iaſone fecerat oblationem, & conſignationem precij apud acta, vel alibi iuſſu iudicis eum que citari fecerat, proceſſurum in ea cauſa reuenditionis. Nam eum primùm debuiſſe ire ad domum Iaſonis, & ei offerre precium, & eo recuſante conſignare, ex ſententia Bart. in l. itẽ illa, in princ. col. 2. ff. de conſtit. pecu. vbi dicit, quòd quando per ſolutionem vel oblationem volo mihi aliquid acquirere, teneor ire ad domum creditoris, licet etiam ſit diuerſi fori. per l. cùm qu dam. C. de cond. inſer. & l. pen. in fin. ff. de cond. & demonſtrat. Et idem tenent Cano. in c. ſignificante, ext de pig. & Sal. in d. l. acceptam. col. 3. verſic. diſtinguo ſic pro præſenti. & Pet. Anch. conſil. 86. pro faciliori: vbi & alia multa in id allegat. & Pau. Caſt. in d. l. pen. de cond & demon. Bald. autem in d. l. item illa, etiã in princ. col. 1. dicit, quòd cùm volumus cõſtituere aliquẽ in mora per interpellationẽ, debet ea interpellatio fieri ad perſonam eius, cui fit: & ſi is non reperitur, debet fieri ad domum ipſius, per l. ſi dictum. §. vlt ff. de euict. & alia iura.

*Ad domũ creditoris etiã diuerſi fori dẽt ire, qui ſibi vult acquirere.*

7 *An ſatis ſit offerri pcuratori.*

ET ex ijs quoque potes intelligere, non ſatis eſſe, conſanguineum offerre procuratori emptoris, quod & in ſimili voluit glo. in Cle. cauſam, verſic. intimatio verò, in verbo, appellatum, & ibi Card. Flor. in 7. quæſt. & Imol. col. antepen. de elect. lib. 6 Bart. loquens de proteſtatione, in l. 4. §. Prætor ait colum. 2. ver an debeat fieri. ff. de dam. infect. & in l non ſolum §. morte, col. pen. ver. quæro cui debeat fieri iſta proteſtatio. ff. de ope no. nunc. Bald. in l. item veniunt § petitum, per eum text. ff. de petit. hæredit. Alb. in d. l. ſi dictum. §. vlt. ff. de euict. & in l. mora. colum. 4 num. 15. verſ ſed nunquid. ff. de vſur. hoc intelligens, niſi ſit procurator cum libera. Et rurſum in l. 1. in prin. col. vlt. ff de lib. agno. vbi reſpondet ad eum text. qui videbatur adſtruere contrarium. Roma & Alex. qui eam glo. dicunt ſing. & Iaſon, qui eam dicit not. in illo ipſo § in ead quæſt. cui & quo tempore fiat proteſtatio inhibitiua. Ioan. Mon. & Ioan. Andr. in c. generali, de reg. iur. lib. 6. idem Ioan. Andr. in cap. vlt. de dolo & contum. Ioan. Fab. in §. vlt. colum. pen. uerſi. ſed nunquid ſufficit. & ſeq. Inſtit. de pœna teme. liti. & in l. in minorum, colum. 1. C. in qui. cau. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. ubi etiam intelligit, niſi habeat liberam. Et idem fortè (inquit) ſi generalem Paul. Caſtren. in l. ſi procuratori, in fi. ff. de uerb. oblig cum his, quæ diximus ſuprà §. 1. in glo. 13. in uerbo, *l'achepteur*, num. 31. an autem ſit, & ſequent. Sed quibus adde, non rectè ſolui, niſi creditori, aut ei qui ab eo habet mandatum ſpeciale, uel generale cum libera, l. uero. procuratori, in princ. & l. qui hominem. §. ſi Titium. ff. de ſolut. & id per eos text. voluit Alex. conſ. 120 ponderatis, colum. 2. lib. 5. & Doct. ubique.

8 *An in ſubſidium.*

QVOD intelligunt omnes, niſi in ſubſidium, cùm ſcilicet copia domini haberi non poteſt, ſecundum text. not. in l. aut qui aliter. §. & ſi fortè ff. quod vi aut clam. ubi ita ſcribitur: Et ſi fortè non ſit, cui denuncietur, neque dolo malo factum ſit, ne ſit: amicis denique, aut procuratori, aut ad domum denunciandum eſt. Et in dict. l. 4. §. Prætor ait. de damn. infect. cùm dicitur, Quòd ſi nec habitationem habeat, ad ipſum prædium erit denunciandum, uel procuratori eius. & ibi Alber. colum. 1. uerſ. uidi dubitari, dicit citationem ad domum debere præcedere eam, quæ fit ad procuratorem, & dicit ita ſe obtinuiſſe, per eũ tex. & text. in l. meminerint. C. vnde vi, vbi ſcribitur in hæc verba, Conueniendos dominos locorum eſſe: aut ſi fortè defuerint, eorum actores ad inſinuandas ſententias, procuratoreſque eſſe quærendos. & ibi Barb. colum. 2. verſic. quæro dicitur hic, atque etiam optimus text. in cap. cauſam, & ibi glo. in verbo, ad domum, poſt prin. & alij, extra de dol. & contu. Alber. loquens de denuncitatione, in d. l. ſi dictũ. §. vlt. ff. de



de euict. & Doct. vbique. Sed ad illud, quod diximus ſuprà ex Alb. ſcilicet citationem procuratoris eam præcedere debere, quæ fit ad domum, vide omnino Bart. in l. 4. §. Prætor ait, col. 2. uerſ. quæro an debeat. & ibi quoque Imol. & Rom. ff. de dam. infec. Ant. in clem. cauſam. & ibi quoq; Imol. col. 4. verſ. quæro ulterius, & Barbat. chart. pen. uerſ. ſed antequam citatio, de elect. Anton. & Panor. in d. c. cauſam, de dolo & contum.

9 *Sed an primum procuratori, an domicilio offerri debeat.*

EGO verò in hoc caſu noſtræ conſuetudinis tutius eſſe arbitror, ut ſi emptor abſit, fiat oblatio vxori, aut domicilio, vt ſatisfiat huic noſtræ conſuetudini: & ſi deſint, procuratori. Quamquam ſuſtineri poteſt, ſatis eſſe, ſi fiat procuratori, cùm ipſe dominus abeſt, per ea quæ dicta ſunt. Sed obuiandum eſt, quantum maximè fieri poteſt, periculo diuerſitatis opinionum, & quod tutius eſt, ſequendum, exemplo ſummi Pontificis, in c. ult. uerſ. quia uerò, ibi, quod tutius eſt ſequentes, extr. de preſby. non bapt. Nam & id in dubio aliàs ſemper faciendum monet cap. ad audientiam, extra de hom. & ca. illud, de cler. excom. & ibi concor. in glo. Quibus & tu addere potes l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & l. ea quæ in partes. §. 1. ff. de reg. iur.

*In dubio quod tutius eſt, ſequendum eſt.*

10 *Quid ſi fiat procuratori, non ignorante domino.*

SED & id quod de procuratore dictum eſt, poſſet fortè alio modo intelligi, ut ſcilicet non valeat oblatio ei facta, niſi non ignorante emptore ipſi procuratori facta ſit, ut de denunciatione, quam facit emptor uenditori, ut adſit liti motæ ſuper re vendita, dicitur in d. l. ſi dictum. §. ſi præſente. ff. de euict. Verùm nec id mihi tutũ ſatis eſſe uidetur, illis rationibus ſupra adductis, præſertim quòd oblatio ei facienda eſt, qui recipere poteſt, & liberare, vt diximus ſupra num. 4. Id quod procurator minimè facere poteſt ſine ſpeciali mandato, aut omniũ negotiorum adminiſtratione, ut ſupra diximus num. 7. Adeò ut dubitetur, poſſitne ſolui procuratori dato ad exigendum, quando & nonnulli teneant, ei ſolui nõ poſſe, & inter hos Spec tit. de procur. §. ut autem, uerſ. notabiliter. & Rom. in l. non ſolum, quæ eſt 3. ff. ſolu. matr. & Guid. Pap. dec. Delph. 526. executio, in fine. Quanquam in hoc ultimo maior pars noſtrorum contrarium tenet, ut uidere poteris apud Alex. in d. l. non ſolum, col. 2. in 2. notab. Illud autem inter omnes conuenit, procuratorem ad lites, etiam cum libera, non poſſe recipere ſolutionem, l. hoc iure, & ibi Doctor. ff. de ſolut. & not. in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. Quid autem de alio procurarore cum libera, diximus ſuprà §. 1. glo. 13. in uerbo, *l'achepteur*, d. num. 31. an autem ſit ſatis, & ſeq.

*An ſolui poſſit pcuratori dato ad exigendum.*

*Quid de pcuratore dato ad lites cum libera.*

11 *Quid ſi procuratorem ẽptoris præſentis et tacentis, admittat conſanguineũ*

VERVM ſi procurator, præſente domino & tacente, nomine illius admitteret conſanguineum offerentem ad retractum, poſſet uideri id præiudicare domino non contradicenti, ex ſententia Innoc. in c. ex parte Decani, in uerbo, protuliſtis. verſ. & hoc. extra de reſcript. cum multis concord. adductis per Rom. conſ. 170. ſciebant, in princ. & Alex. in l. 2. § uoluntatem col. 2. uerſ. & de materia. ſol. matr. & in l. ult. col. 26. uerſ. pro hoc etiam, & quartò. cum multis ſequen. ff. de re iud. & conſil. 157. viſo inſtrumento. colum. 3. uerſ. bene facit, lib. 2. & Barbat. conſ. 6. ſcriptum eſt, col. 5. lib. 1. & conſi. 70. præclarè, col. 3. uerſ. præmitto, lib. 2. & conſi. 17. à Ioue, col. 2. & 3. lib. 3. & conſi. 73. eiuſdem initij, colum. 5. lib. 3. & conſil. 46. illud adducitur, col. 4. verſ. præterea videtur, lib. 4. & conſi. 62. Paulus, col. pen. eod. lib. 4. & conſi. 71. illud afferam, col. 2. eo. lib. 4. & Felyn. in c. fraternitatis, col. 4. extra de teſtib. & Matth. Afflict. deciſ. Neap. 308. Franciſcus, num. 6. 7. 8. Sed ij propè omnes loquuntur de actibus iudicialibus, & multi eorum expreſsè dicũt, aliud eſſe in extraiudicialibus, & præter eos Card. Flor. in d. cap. ex parte, & iterum in c. cùm olim, el 1. de offic. deleg. & Alex. conſ. 80. viſo, col. 4. uer. tertiò reſpondeo, lib. 4. vbi & alios citat.

12 *De eadem re.*

SED nec omnes id concedunt in iudicialibus, & inter hos ipſemet Innoc. ſibi contrarius, Ant. & Imol. in c. quamuis, de re iudic. allegantes in d. l. 1. C. quibus res iud. non nocet, & l. ſed & hæ. ff. de procur. & alia quædam iura, atq; etiam Dyn. in l. vlt. in ſua diſtinctione, & ibi etiam Raph. Com. ff. de re iud. per l. iam tamen. §. in hac, el 2. ff. iudic. ſol. & no. in l. etiam. C. manda. & in l. ex parte. in princ. in glo. ff. famil. herciſc. & præterea Cy. in l. ſi pecuniam. C. de nego. geſt. per d. §. in hac. Ant. & Imol. in d. c. ex parte Decani, de reſcript. Idem Imol. in d. c. cùm olim, el 1. de offic. deleg. & in d. §. voluntatem. Card. Flor. in Clem. 1. de procur. Dom. in c. qui ad agendum, eo. tit. lib. 6. Alex. d. conſi. 80. quo loco ſuprà citauimus, lib. 4. vbi & alios quoque citat, & Barbat. qui alios item allegat, conſ. 46. ſcripſit, col. 3. uerſ. capio modò, lib. 2. Ea autem l. ſi dictum. § ſi præſente, quæ alias ſententias iuuat (ne id omittam) loquitur in ſimplici denunciatione.

13 *Dominus ſciens et tacens, uidetur conſentire procuratori excedẽti mãdatum.*

QVANQVAM & aliud eſt, quod & priorẽ illam ſententiam confirmat, nempe quòd dominus ſciens procuratorem excedere mandatum, & non contradicẽs, videtur conſentire, per d. c. cùm olim, el 1. iuncta glo. in verbo, protinus, in prin. & ibi Pan. & alij, extrà de offic. deleg. & c. 1. in fi. extrà vt lit. non conte. Ioan. Mona. in c. cùm quis, & ibi quoq; Io. And. & Dom. vterq; col. 1. de ſent. excom. lib. 6. vbi allegant alia iura. And. Iſer. in c. 1. §. pen. tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Oldr. conſil. 199. pro fundamento, col. 2. verſi. ad iſtud reſpondetur: vbi & alia multa iura allegat. D. à Rota, deciſ. 428. ſi habent. colum. 2. in nouis. Ant. in c. cæterùm. col. vlt. verſ. quid ſi dominus, extrà de re iud. Imol. in d. l. vlt. in vltim. char. ff. de re iud. Nicol Mil. in ſuo repertorio, verſi. procurator ſi aliquid, & iterũ verſi. ratificare poteſt, cum alijs multis concor. collectis ab Alex. d. cõſ. 80. col. 4. verſic. nec obſtat, lib. 4. & conſil. 84. ſuper cõſultatione, col. 1. lib. 5. & Fel. in d. c. cùm olim, el 1. col. 2. verſic. nota ibi ſtatim. ex quibus etiam poteris intelligere, id procedere in actibus requirentibus ſpeciale mandatum. Quibus etiam adde Phil. Dec. conſil. 437. repetito conſi. 672. quæritur breuiter, col. 1. & conſil. 672. poſt princ.

14 *Tacens an pro conſentiente habeatur, uide 16.*

SED & id quoque multi non admittunt, conſtanter affirmantes, id tãtùm procedere in caſibus quibuſdam ſpecialibus. Aliàs autem regulariter ſciens & patiens nõ habetur pro conſentiente, niſi in ijs, quæ ad ſui ipſius commodum ſpectarent, per l. filiusfamiliàs. §. inuitus. ff. de procur. Ita enim expreſsè & intrepidè voluit Sal. Doctor nõ paruæ authoritatis, in l. 1. § magiſtrum aũt. ff. de exercit. act. & ſequitur ipſe Alex. d. conſ. 80. vbi etiam ſuprà citauimus. Et idem ante eos, licet non allegant propemodum uoluit Bald. qui nulli unquã ſententiæ defuit, ut ſæpius diximus, quiq; omnium noſtrorum Doct. copiam ſuperauit, in d. c. ex parte Decani, col. 3. uerſ. ſed imò uidetur, extrà de reſcrip. dum reſpondet ad d. §. magiſtrum. & ante omnes expreſſim Bart. in l. 1. in princip. ff. de nego. geſt. quem nuncupatim citat & ſequitur Alexan. loquens in caſu ſolutionis factæ alteri, qui eſt caſus noſter, conſil. 120. ponderatis, col. 2. lib. 5.

15 *Mandatũ renouare videt̃, qui reuocatum patitur exercere.*

SVNT autem (ne & id prætermittam) qui dicunt, quòd ſi procurator meus, à me ſcilicet ad aliquid cõſtitutus, & poſtea reuocatus, exerceat id ſuum munus me ſciente & patiente, uideor tacitè mãdatum meum renouare. Ita enim uoluit Imol. in d. c. ex parte Decani, de reſcrip. & in d. c. cùm olim, el 1. de offic. deleg. & in d. l. 2. §. uoluntatem. ff. ſol. mat. & in d. l. vlt. ff. de re iud. & Dom. in d. c. qui ad agendum, de proc. lib. 6. Alex. d. conſ. 128. in fi. lib. 6. ar. not. per gl. in l. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iur. & in l. ſi pecunia. C. de neg. geſt. & l. cũ quis. §. j. ff. de ſol. & in l. cũ filius. §. hẽs. ff. de le. 2. Et id quidẽ ex eo

confirmatur, quod in ſimili dicimus de renouatione locationis in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de loc. cum ſimilib.

16 *Deciſio quæſt.* Ego autem, vt id tandem diffiniam, arbitror emptorem præſentem, & non contradicentem, cum conſanguineus alteri, tanquam procuratori, aut negotiorum geſtori nomine ipſius emptoris pecuniam offert, & ſoluit pro retractu, ſibi præiudicare: hac ratione quòd cùm aliquis ſcit alium gerere actum, qui eo inuito geri non poteſt, nec contradicit, is videtur ei actui conſentire. l. vlt. ff. quod cum eo. & not. glo. in c. is qui tacet, circa medium, de reg. iur. lib. 6. cum ſim. Nemo autem inuito & contradicente me poteſt recipere ſolutionem, quæ mihi fieri debet, l. inuito. C. de ſol. & l. vero procuratori. ff. eo. tit. & c. ea te, extra de iureiur. Qua ratione Guid. Pap. dec. Delph. 173. in dicto, tenuit dominum ſcientem & patientem alium recipere ſolutionem penſionis emphyteuticæ nomine ipſius, ſibi ita præiudicare, ut emphyteuta, qui ſic ſoluit, liberetur, nec cadit emphyteuſi.

17 *Quid faciēdum eſt, cū emptor nec uxorē, nec domiciliū, nec procuratorē habet.* Sed quid, ſi ignoratur, quo in loco ſit emptor qui abeſt, nec fortè habet vxorem, nec domicilium, nec procuratorem, quibus hanc retractus oblationem poſſit facere. Quid ei faciendum eſt? Et tunc certè ſatis erit adire Iudicem, ut in ſimili dicitur in l. in contractibus. §. in omni, ibi, vel ſi abeſſe, &c. C. de non numer. pecu. & in l. ſi creditori. in fin. cùm dicitur, Abſente verò creditore, Præſidem ſuper hoc interpellare debueras, & ibi Bald. & Sal. C. de vſur. Et facit text in l. ut perfectius, poſt princ. & ibi Bart. C. de anna. excep. & in l. 2. ff. de naut. fœno. & in § hæc de præſcriptionibus. verſic. is autem, 16 q. 3. & quod voluit Bart. in l. ſi reus paratus, in fi. & ibi poſt eum Paul. Caſtren paulò ante medium. ff. de procur. quòd quando aliquis vult ſoluere, vt pœnā euitet, nec reperitur is, cui ſoluere debet, poteſt adire iudicem, & coram eo offerre. Quod & voluerunt Inn. Hoſt. & Io. And in c. ſignificante, in verbo, remiſerit, extra de pig. Multæ autem huius regni conſuetudines ſuper hoc caſu priuatim prouiderunt, ut apud Senonenſes, ca. 46. Trecenſes, c. 159. Turonenſes, tit. *de retraictz*, c. 38. Cenomanenſes, c. 362. & 423. Andegauenſes, ca. 351. Borbonienſes, c. 429.

*Conſuetudines de ea res.*

18 *An neceſſe ſit adire iudicem.* Hæc tamen intellige, vt ſcilicet poſſit adiri Iudex à conſanguineo. Sed vtrum id neceſſarium ſit ne tempus ei labatur, quæſtionis eſt. Et profectò neceſſarium eſſe tradit, & expreſſim, in huiuſmodi rebus, Hoſt. in Summa tit. de obla. §. 1. uerſ. item requiritur, & Bart. in d. l. ſi reus paratus, & non obſcurè ſentiunt cæteri ſuprà citati. Quibus addere potes, quod tradit Bal. in c. 1. paulò ante fi. poſt glo. ibi, extra de eo qui mit. in poſſ. quòd cautio, quam text. ibi iubet dari, debet offerri & præſtari parti, ſi abſit; ſi minus, iudici: & ſi is quoque abſit, apud acta nomine publico actorum, per l. non quaſi. ff. rem pupil. ſaluam fore. Et facit etiam text. in d. l. ut perfectius. C. de anna. excep. cum ſim.

19 Verùm Alex. conſ. 92. perſpectis, col. 4. uerſ. nec obſtat quod not, lib. 1. tradit illam ſententiam intelligi in caſibus, in quibus requiritur conſignatio & depoſitio, vti etiam loquitur d. l. ſi reus. & ibi declarat Bal. & Paul. Caſt. & ipſe Bart. in l. ſi ſeruum. §. videamus, in fin. ff. de verb. oblig. & in l. item illa. ff. de conſtit. pecu. vbi dicit, ſatis eſſe, ſi debitor non habeat cui ſoluat, proteſtetur, ſe paratum ſoluere, ſi haberet. Sed & Alber. in l. acceptam, col. 3. uerſ ſed quid ſi creditor. C. de vſur. dicit, quod ſi creditor abeſt, nec reliquerit procuratorem, non incidit debitor in pœnam, per l. pecuniæ. §. 1. & l. cùm quidam. §. ſi pupillo. ff. de uſur. & l. item illa. ff. de conſtit. pecu. *An neceſſe ſit proteſtari.* Cautius tamen eſſe, adire iudicem, & proteſtari, per d. l. ſi creditrici. & Bald. in l. in contractibus. §. vlt. C. de non num. pecun. dicit, quòd cùm aduerſarius non poteſt reperiri, ſufficit proteſtari. & idem quoque uoluit ipſe Alex. conſ. 20. circa conſultationem, colum. 2. lib. 7. Et facit, quod in ſimili tradit Cardin. Alexan. in cap. 1. colum. 2. verſ. quæro ſi uaſallus, tit. quæ fuit pri. cau. amit. bene. quòd ſi uaſallus non poſſit inuenire dominum, ut ab eo petat inueſtituram, ſufficit idipſum proteſtari coram teſtibus.

20 *De eadem re.* Qvin Alex. ipſe d. conſ. 92. ubi ſupra lib. 1. conſtanter aſſerit, cùm aduerſarius non reperitur, non neceſſe eſſe, id proteſtari, per l. ſi fundus. §. Marcellus, qui eſt vl. ff. de lege commiſ. & d. l. pecuniæ §. 1. verſ. ſi tamen. & iterum d. l. cùm quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. Quod & idem reſpondet Io. Ana. conſ. 5. viſa narratione. col. 2. verſ. & dato quòd non. & ibi Lud. Bolog. in addit. illius conſ. verſ. non obſtat doctrina. & latè Franc. Aret. conſil. 163. verum eſt, quem omnino vide in 3. primis colum. & Philip. Dec. conſ. 566. promiſit Ant. paulò ante fi. Et faciunt quæ ſcribit ipſe Alex. conſ. 40. viſis. colum. 1. & ſeq. lib. 4. Et quod ſcribitur in l. ſi dictum. §. ſi præſente, uerſ. & ſi nihil. ff. de euict. ubi ſi emptor, qui vult denunciare uenditori, ut adſit liti motæ ſuper re uendita, non poteſt ſcire ubi uenditor ſit, æquè committitur ſtipulatio aduerſus eum, ac ſi ſibi denunciatum fuiſſet: etiā ſi nihil uenditor fecerit, quo minus ei denunciari poſſit. Et in hanc ſententiam inclinant, qui in huiuſmodi rebus dicunt eſſe tutius, aut conſulunt proteſtari, tanquam id ſentiant non eſſe neceſſarium. Id enim facit Bart. in l. 1. §. dies. uer. vltimò not. C. quando appell. ſit. & Pan. in c. cauſam, col. 1. in fi. extra de re iud.

21 *De eadem.* Verum tex. in d. l. 2. & ibi Albe. ff. de nauti. fœno. requirit proteſtationem: nam ita ſcribitur, Si nemo ſit, qui à parte promiſſoris interpellari poſſit, id ipſum teſtatione complecti debere, ut pro petitione id cederet. Et facit etiam text. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. & ibi glo. Bart. in 17. q. Rom. Alex. ſibi contrarius, col. 3. uerſ. item not. & cæteri. ff. de nou. oper. nunc. & in l. vlt. ff. de lege commiſ. & in c. paſtoralis, in fi. & ibi Ant. extra de offic. ord. & in ca. vlt. & ibi quoque Ant. & Imol. extra de app. Et voluit etiam glo. in c. 1. §. ſi quis uerò aliquod, in verbo, mandatum, verſic. ſi uerò primus, extra de reſcript. & in c. plerunq; in fi. & ibi Ant. & Imo. eo. tit. & in c. cupientes. §. quod ſi per 20. in verbo, propoſita, poſt princ. de elect. lib. 6. quæ etiam dicit, tutius eſſe, non ſemel tantùm, ſed pluries proteſtari. & ibi quoq; Archid. in glo. magn. Io. And. Imol. & Dom. & Lucas Pen. qui alia multa in id citat, in l. qui grauatos, col. 2. in verbo, muneribus. C. de cenſib. & cenſit. libro 11. & Barbat. conſil. 5 c. præclarè, columna 6. verſic. cùm ergo in caſu, libro 6.

22 *De eodem.* Et faciunt notata ab Inno. in c. ex tranſmiſſa, col. 1. de præſcript. & Albe. loquente de vaſallo, qui non poteſt reperire dominum, à quo inueſtituram petat, in l. ſi Præſes. C. de Epiſ. audi. Bald. in d. l. ſi reus. ff. de procura. Bart. in d. l. 1 §. dies. in vlt. nota. ff. quan. appel. ſit. Bald. in d. c. 1. vbi ſuprà, de eo qui mit. in poſſ. vbi in caſu illius c. ſi pars & iudex abſint, dicit neceſſariā eſſe eius rei proteſtationem, per d. l. vt perfectius. & idem Bald. de intimatione loquens, in l. in contractibus. §. vl. C. de non nume. pecu. etiam per d. l. vt perfectius. Anto. in c. ex ratione, circa medium, de appell. & conſil. 27. viſis præſentibus, col. 1. Iaco. Aluaro. & Cardin. Alex. in d. cap. 1. in prin. vterq; col. 3. ti. quę fuit pri. cau. amit. bene. & Mart. Laud. in c. 1. tit. de leg. Corra. loquentes etiam de vaſallo, qui non reperit dominum. & Panorm. in ca. plerunque, columna vlt. extrà de reſcript. & Alexan. latè poſt Bald. in l. properandum. §. ſinautem vtraque, colum. 2. verſic. ut autem appareat. C. de iudic. & conſilio 164. uiſo proceſſu, colum. 2. uerſ. bene facit, libro 2. & conſilio 120. ponderatis, in fi. libro quinto, ubi nuncupatim loquitur, cùm abeſt is, cui ſolutio fieri debet, cum alijs multis

multis



multis concord. adductis à Card. Alex. in c. vlt. colum. 2. ver. habens aliud, extrà de appel. Scio autem nonnullos diſtinguere, an impedimentum ſit ex facto aut abſentia iudicis, an aliunde, ut per Matth. Afflict. poſt alios dec. Neapol. l. iudices, nu. 3. & 5. Et uide quæ dicam infrà, eo. tit. §. 15. gl. 2. nu. 9. ſecundò intellige. & quæ etiam diximus ſuprà, eod. tit. §. 1. in gl. 13. in uerbo, *l'achepteur*, nu. 21. quid denique.

23 *An ſit neceſſe ſæpius proteſtari.* Et licet ſi proteſtatio ſit neceſſaria, cautius ſit ſæpius proteſtari, ut ſuprà numero ab hinc 2. diximus ex quorundam ſententia. Illi tamen non dicunt id eſſe neceſſarium, vt certè non eſt, ſufficit enim ſemel proteſtari, ut nuncupatim tradit Felin. in ca. cum Marc. Ferra. col. 25. verſ. ſexta concluſio, extrà de conſtit. per tex. in l. Titia Seio, §. vſuras, qui eſt 1. & ibi Bart. & Imol. ff. de leg. 2. & gl. in clem. 1. §. requiſierunt, de hæret. & Bar. in l. mora, in prin. ff. de vſur. qui quidem loci loquuntur in interpretatione, ut eam ſemel fieri ſufficiat. Cui in hoc adde glo. in d. c. cupientes. §. quòd ſi per 20. ubi ſuprà, & ibi quoque cæteros, de elect. lib. 6. & gloſſ. in clemen. 1. in uerbo, factam, in fin. & ibi Imol. col. 5. ſuper eadem glo. & Card. Floren. tum in 2. notab. tum in quæſt. 25. dec. cum alijs multis concord. traditis ab eodem Fel. in c. ex literis, colum. 4. ſuper gl. 1. illius c. extra de conſti. & Matth. Affli. in tract. Protomix. in verbo, ut intra 30 dies, col. 5. uerſ. item quæro. Niſi tamen (inquit Felin. ibi) in certis caſibus, quos illic adſcribit, ut uidere apud eum poteris, nihil enim pertinent ad noſtrum caſum. Sed quòd ſufficiat ſemel proteſtari, tenuit Bartol. quem ipſe Fel. non allegat, in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, colum. 2. in 3. oppo. ff. de nou. ope. nunc. & Bald. in l. Aemilius. colum. 2. verſ. ſæpe non eſt. ff. de minoribus & Nic. Mil. in ſuo repertorio, verſ. proteſtationem ſufficit. De quo & tu præterea vide Bal. in c. ex ratione, in fi. extrà de appell. & Card. Alex. in d. c. vlt. col. 2. uerſ. not. ex tex. extrà de app. vbi alios multos citat.

24 *An ſit itē neceſſe conſignare.* Verum illud ambiguum eſt, an hoc caſu, quo emptor non comparet, nec eſt, cui hæc oblatio fieri poſſit, neceſſe habeat conſanguineum conſignare & deponere. Et ego ſanè id non neceſſarium eſſe arbitror, arg. l. pecuniæ. ff. de vſur. & l. Celſus. ff. de arbit. & c. cùm tu, extrà de vſur. & quod in ſimili caſu uoluit Spec. titu. de loca. §. nunc aliqua, verſ. uigeſimoprimo, loquens de emphyteuta, cui non comparet dominus, cui ſoluat penſionem, ut non opus ei ſit conſignare & deponere, per iura ſuprà allegata. Præſertim cùm priuatis moribus noſtris in caſu retractus non neceſſaria ſit conſignatio, ut ſcribitur ſuprà §. 7. Ideo ſatis eſt non eſſe cui offerri aut ſolui debeat, ſine cōſignatione & depoſitione, ut latè per Alexan. conſ. 92. per Spec. col. 3. verſ. haud obſtat, quod no. gloſſ. libr. 1. ſed quantum ad illud de emphyteuta, uide eundem Spec. in d. §. nunc aliqua, ver. 19. & item ver. 34. & Iaſ. qui alios multos citat, in l. 2. col. 21. uerſ. uigeſimò quæro. C. de iure emphyt.

25 *An illis cōfectis, ſi poſtea emptor cōpareat, opus ſit iterum ei offerre. Et quid ſi tēpora iam lapſa ſunt.* Sed id tamen omnino animaduertendum eſt, quòd in eo caſu noſtro, cùm ſcilicet nullus eſt, cui offerri poſſit, & ideo conſanguineus vel adiuit iudicem, uel proteſtatus eſt, & conſignauit ſi hæc neceſſaria ſunt: tamen ſi poſtea emptor ipſe comparuit, debet conſanguineus intra tempora retractus, ſi nondum lapſa ſint, & fieri poſſit: aut ſi lapſa ſint, non intelligentur eum conuenire, eiq; hanc retractus oblationem facere: per id, quod in ſimili voluit Bar. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, col. 2. in 3. oppo. & ibi quoque Imol. Ro. Paul. Caſtr. col. 1. & Alex. colum. 2. uerſic. item fallit ſi habeo. ff. de no. operi nunc. quòd ſi emptor fuerit proteſtatus, non poſſe ſe denunciare uenditori litem motam, quia abeſt, & ignoratur ubi ſit; ſi poſtea compareat, debet ei denunciare. & Ant. in c. vlt. extrà de appel. qui & id trahit ad caſum illius c. vti etiā facit Imol. ibi, col. pen. & Matthæ. Matheſ. in d. l. 1. §. dies, & ibi quoque Ang. Aret. col. 3. verſ. quæro ſi uolens. ff. quan. appell. ſit, per text. in d. §. ſi quis ipſi Prætori. Et quod etiam in ſimili uoluit Andr. Iſer. Mart. Laud. Iaco. Aluar. & Card. Alex. in c. 1. tit. quo tempor. mil. loquentes de ceſſantibus inimicitijs. in caſu illius c. Et hæc omnes intelligunt ſemper procedere, cùm proteſtatio ſit ad conſequendum ius quodpiam de nouo, ut hîc ſit in caſu noſtri retractus, quo conſanguineus tendit ad retrahendum acquirendumque rem nondum ſibi competentem. Et ad id optimè facit gloſſ. in d. §. quòd ſi per 20. in uerbo, propoſita, paulò ante fin. dum dicit: Sibi tempus non curret, donec Papa copiam ſui fecerit, & ibi Arch. Ioan. Andr. in nouella, Dom. & Philip. Fran. & præterea Ant. in c. plerunq; & ibi quoque Imol. col. 2. extrà de reſcript.

26 *De eodem.* Ad id autem, quod diximus ſuprà in princ. præcedentis uerſic. quòd ſi tempora retractus lapſa ſint, cùm emptor apparet, is non negligenter admonendus eſt ad conueniendus eſt à conſanguineo, qui illi faciat oblationē. Facit ea gloſſ. in dicto §. quod ſi per 20. in d. uerbo, propoſita, in princ. dum dicit: Dummodò poſtea non ſit negligens, per text. in eodem capit. §. inſuper, ubi tamen omnino uide gloſſ. in uerbo, præſentauerint. Et facit etiam id, quod ſcribitur infrà eodem titu. §. 12. in fin. in illis uerbis, *pourueu toutes foys qu'il n'y ait negligence notable*, vbi & nos aliquid de ea re dicemus. Id autem totum arbitrio iudicis relinquimus, per not. in ſimili à gloſſ. in cap. 1. §. cùm uerò, in uerbo, in mora, uerſicul. ſed quando, & ibi Archid. Ioan. Andr. Dom. & Philip. Franc de ſede uacante, lib. 6. & alia gloſſ. in cap. ſi clericus, in uerbo, negligenter, uerſic. quando autem, & ibi etiam Ioan. Andr. Dom. & Phil. Franc. de præbend. eod. lib. & gloſ. in clemen. cauſam, in uerbo, commodè, in princ. & ibi quoque Paul. Eleaz. Cardin. Florent. in 20. quæſt, de elect. Ioan. And. in c. vlt. in uerbo, mora. & ibi etiam Bald. colum. 2. verſ. not. hic dicit, extra de electio. Et eodem Bald. poſt Iacob. in l. tutor ſi petitus, paulò ante fin. ff. de tuto. & cura dat. ab his. & quod item in alio ſimili uoluit gloſſ. in l. & ſi poſt tres, in princip. & ibi quoque cæteri Doct. ff. ſi quis caut. cum alijs concord. à me traditis in repet. l. ſi unquam, in uerbo, omnia uel partem aliquam, num. 30. quin & aliàs, uerſicu. & cùm ſemel, & verſ. in uniuerſum. C. de reuocand. donat. Arbitrari autem ita iudex debet, ut nec præcipiti feſtinatione, nec moratoria cunctatione conſanguineus utatur, iuxta tex. in l. tutor qui repertorium. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. & ibi concord. in glo. Quod non aliud eſt, quàm ſi dicas eum maturare, & quod in uetere prouerbio dicitur, σπεῦδε βραδέως, id eſt, Feſtinare lentè debere, idque ex qualitate negotij, perſonarum, & loci, ut dicit gloſſ. in d. cap. ſi clericus. Et uide quæ ſcripſimus ſuprà §. 1. in gloſſ. 10. in uerbo, *dedans l'an*, numero 23. nec tamen.

*Feſtina lente.*

27 *Quid ſi hæreditas emptoris iacet.* Ex ſuprà dictis autem potes intelligere, quid conſanguineo faciendum ſit, ſi fortè emptor mortuus ſit, nec ſit qui eius hæreditatem adierit, ſed ea iacet toto illo tempore quod præſtitutum eſt retractui, ita ut nemo ſit, cui conſanguineus offerre poſſit. Sed & tu præterea uide quæ in ſimili diximus ſuprà. §. 1. gloſſ. 12. in uerbo, *l'achepteur*, numero 14. quid igitur ſi emptor, & multis ſequent. ubi tracto quid conſanguineus facere debet, ſi emptor deceſſerit, relicto infante hærede, qui necdum habet tutorem. Et quod etiam à noſtris diſſeritur, quid agendum ſit emphyteutæ, cùm dominus deceſſit, relicta hæreditate iacente toto tempore, quo is penſionem ſoluere debet, nec cadat emphyteuſi. De quo uide Specul. titul. de locat. §. nunc aliqua. uerſicul. 19. Hoſti. in Summa, eodem titul. §. quid ſi de natura, column. 2. verſicul. quid ſi hæreditate. Dyn. in cap. cum quis in ius, de regu. iur. libr. 6. Alber. in l. 4. §. cæterum. ff. de dam. in fect.

fect.& in l.2.col.4.verſ.nunc ad alias & ibi quoque Bal. ad fin.& Iaſ.in 21.quæſtio.quæ eſt ſub nu 61.C. de iure emphyt.& eundem Alber.in l.4.§.Prætor,col.2.uerſ.itẽ collige.ff.de dam.infect.Alexan.conſ 92.perſpectis his, col.3.verſ.ad hoc quod not.li 1 & conſ.172.uiſis & opportunè,col. 2.verſ.& in propoſito,lib.2.

## §. DECIMVS.

LE MARY à cauſe de ſa femme peut faire offre de retraict, & requerir adiournement, ſans ce que la femme y ſoit, pour cauſe des choſes vendues par les lignagiers de ladicte femme.

*MARITVS vxoris cauſa poteſt offerre retractum, citationemq́; in eam rem requirere, idq́; ſolus & ſine vxore, in rebus venditis à conſanguineis ipſius vxoris.*

### GLOSSA I. ET VNICA.

1 *Maritus an pro uxore poſſit oblationẽ retractus facere.*

NEc id quidem tantùm facere poteſt, ſed & proſequi in iudicio, idq́ue etiam ſine conſenſu vxoris, vt cauetur ſuprà titu.15. §.4. qui eſt omnium huius volum.196. De iure autem communi maritus pro vxore poteſt agere ſine mandato,& ſine cautione rati in rebus paraphernalibus, vel cum cautione in cæteris rebus. De dotalibus non loquor,in quibus maritus ius habet uberius l.doce ancillam. C. de rei uend. cum ſim. Sed quæ de alijs diximus, ſcribuntur ac notantur in l.3. §. ſed & ſi.ff.iudic.ſolu.& in l.2.& l.maritus.C. de procur. & in c.conſtitutis,extrà eodem & ubique glo. & Doct.& latè Alexan.conſil.42. ſuper præmiſſo,colum.6.verſicu. nec obſt. quòd dicta bona, libr.1.& Corne.conſil.190. ad euidentiam,colum.3.lib.3.ubi plus dicit, quòd maritus cenſetur habere mandatum ad adminiſtranda bona paraphernalia,per tex.quem dicit ad hoc ſing. in l. ſi ego. §.pen.& vlt.ff.de iure dot.

2 *An autem admittatur nomine proprio.*

SED quæritur,an admittatur maritus ad hunc retractum nomine proprio ſine mentione vxoris. Et ut intelligas, quam vim habeat id dubium,fac maritum Titiæ conſanguineæ venditoris, non tanquam maritum iſtius Titiæ, ſed proprio ſuo nomine & ſimpliciter oblationem feciſſe, emptoremq́ue renuentem illum admittere, citari feciſſe,interimq́ue annum & diem retractus tranſijſſe. Reum autem conuentum defendere retractum, quia hic non ſit conſanguineus uenditoris. Hunc autem replicare ſe maritum eſſe Titiæ conſanguineæ, poſſeq́ue ex hac noſtra conſuetudine facere oblationem retractus, Reum duplicare, illum in oblatione nullam feciſſe vxoris mentionem,id eſt,non tanquam maritum illius,ſed ſimpliciter,& ſuo nomine obtuliſſe.Ideoq; ſe iuſta de cauſa illum non admiſiſſe, interimq́ue tempus retractus tranſijſſe,nec poſſe illum mutare ſuæ oblationis nomen ac qualitatem, aut eam aliter declarare poſt tempus,in prĉiudicium ipſius emptoris, vt in ſimili tradit Io.And.loquens in declaratione rei obſcuræ, in c. in alternatiuis,de regul.iur.lib.6.

3 *Tutor nomine proprio agere non debet. Nec pater legitimus adminiſtrator. In dubio quis cenſetur actum facere nomine proprio.*

EGO cenſeo, maritum oblationem non ſimpliciter ſuo nomine, ſed tanquam maritum talis vxoris ſuæ, facere debere, ut etiam declarat hæc noſtra conſuetudo in illis verbis, *le mary à cauſe de ſa femme.*& id quidem iuris eſt per tex.in l.3.§.ſed & ſi fortè, ibi, uel uir uxoris nomine.ff. iudic. ſolu. [Et idem de tutore, in eadem l ] §.ſed quod de tutore, ibi, non tamen quaſi tutor. Et de patre legitimo adminiſtratore filij uoluit Pet. Anch. in c.acceſſorium,colum.14.uerſ. quid ſi excommunicato, de reg.iur.lib.6. Nam & aliàs in dubio quis actum facere uidetur nomine proprio, non alieno,l.& magis.ff. de ſolutio.& l.Papinianus, & ibi gloſſ.& Alber.ff.manda. & l.ſi ita ſtipulatus fuero.§. Chryſogonus, & ibi Barto. ff.de verb.oblig & l.pro hærede.ff.de acquiren.hæredit. quod pulchrè & ſcienter declarat Maria.Socin.in cap.1. in 7.art.princ.q.6.extrà de libel.obla. Et facit etiam tex in l.1.§.vlt.ff.de no.ope. nuncia. ubi vſufructuarius poteſt nunciare nomine proprietarij, non ſuo, & text.in l. 1.ff.de offic.procur.Cæſar.& quod tradit gloſſ. in l.ſciendum §.tutores, in uerbo, habentur, ff.qui ſatiſd.cog. & quod idem ſcribit Ioan.Andr poſt Guid. Suz. in addit. Specul.titul.de coniuncta perſona.§.1. column.1. quòd coniuncta perſona, quæ admittitur ad agendum, debet agere nomine coniuncti,non proprio nomine,per l.exigendi.C.de procur. ibi., actionem patris nomine dirigat. De quo etiam per Barto.in l.uerò, in princip.ff. de ſol.& Mari.in d.cap.1.colum.37.verſicu.decimoquinto quæro, de libel.obla.Et ita quoque tradit in ſimili Modern.Pariſ. nihil tamen allegans,in conſuet.Pariſ.titu.1. §.1.gloſſ.1. in 9.q Ideo ſi interim ante huiuſcemodi declarationem annus exierit,non erit poſtea admittendus, per ea quæ dicta ſunt.

SED id intelligas, ſi ſimpliciter & nomine ſuo hic maritus hanc oblationem faciat, ut ſi dicatur, Mæuius fecit oblationem,&c. Secus ſi dicatur. Mæuius maritus Titiæ:nam licet non aliter dicat,id ſe facere nomine uxoris,ita tamen ſatisfacere uidetur,adijciendo eam qualitatem maritus Titiæ, ut in ſimili dicitur de eo, qui ſe dicens procuratorem alicuius, actum quempiam facit: nam id videtur facere nomine, & tanquam procurator illius: licet aliter non exprimat, per tex.loquentem in inſtitore,in l.vlt & ibi Bart.qui etiam trahit ad procuratorem.ff.de inſtit.act. & uoluit gl.in l.quacunque, in uerbo, procurator.ff.de procur.& Bartol.in d.l.3. §. ſed et ſi cùm tutor.ff.iud. ſol.& in l.1.§.nunciatio,colum.2. uerſic.aut apponitur nomen.ff de ope.nou.nunc. Alber. in rub.C de procu.numer.4.& in l.quoties qui aliam.ff. de verborum obligat.& in l.1.ad fin.ff. de admin. tuto. ubi loquitur de tutore. & in id quoque allegat text.loquentem in procuratore, in l. pen ff. ſi quis cautio. & idem Alber.in l.cùm poſt mortem.§.1.numer.2.eodem titul. de admini.tuto.Bald.qui eam gl.in d.l.quacunque,dicit not.in l.1.in fin.C.de ſent.& interlo.om.iud.Maria.Soc. in d.c.1.in 7.art.prin.q.6.de libel.obla.ubi id latè proſequitur.Et benè facit gl.in l.poſt mortem.§.1.in uerbo rectè recuſat.ff.quan.ex fac.tu. Et ita nuncupatim uoluit in eo,qui tanquam maritus agit,Bal.in c.conſtitutis, uerſi. quæro,cum gl.extrà de procur. 4 *Quid ſi dicatſe maritum ſimpliciter.*

ET idem, ſi retrahens aliter declaret negotium ad vxorem pertinere, ut ſi dicat ſe uelle retrahere rem uenditam à tali conſanguineo uxoris ſuæ. Is enim ſatis ex hoc declarat,ſe facere nomine vxoris,tametſi aliter non exprimat, per ea quæ in ſimili tradit Bart.in l.ſi pupilli. §.1.col.2.verſ. ſi uerò non dicit.ff. de neg. geſt. quòd licet quis non dicat expreſſim ſe negotium facere procuratorio nomine alicuius:ſi tamen expreſſit cauſam,quare id faciebat, tangentem illum alterum, ſatis uidetur facere nomine illius, per text.ibi, in illis verbis, ut creditorem tuum uel pignus tuum liberet. Quod nota(inquit)quia ob expreſſionem cauſæ,præſumitur actus fieri contemplatione,ſiue nomine eius,ad quem ea cauſa ſpectat.Ad quod etiam facit, quòd aliàs dicimus, limitatã 5 *Quid ſi aliter declaret negotium ad uxorem pertinere.*

cauſam



cauſam,limitatum producere effectum, l.in agris. ff. de acq.rer.dom.cum multis ſim.& conco.à me traditis inf. eo.tit.§.32.nu.49.ſed nec omiſerim.

6 *Quid, ſi expreſſim vt procurator vxoris faciat, cũ nõ haberet mandatũ.*

QVID autem, vides hìc maritum ſuo iure, & per ſemetipſum ſine vllo vxoris adminiculo, tanquàm maritum tantùm, hanc actionem poſſe intendere & proſequi. Quid igitur,vt repetam,ſi id non ita facit,ſed nuncupatim tanquam procurator vxoris, cùm tamen mandatum non haberet, utrum ualebit iudicium, ac ſi ſuo illo iure ac nomine feciſſet, quo facere poterat? De qua quæſtione Ro.interrogatus,multa è re nata in vtramque partem adduxit,conſi. 446. primus propoſitæ conſultationis articulus,in primo dubio, & tandem concludit, non valere iudicium.Vbi illum vide,atque etiam in conſil.496.primus conſultationis articulus, etiam in primo dubio, ubi in non longè diſſimili caſu idem reſpondit, multis quoque in id adductis,quæ ibi uidere poteris.

7 *Coniuncta perſona ſi agat, vt procurator ſine mandato, non ualet iudiciũ*

SED tu tamen illis addere poteris, quod tradunt Bal.& Sal.in l.1.ille colum.1.verſ.vlterius oppo.hic colum.2.verſic.oppo.quòd etiam.& ibi quoque Anton.ab Alexan.C.de procura. quòd licet coniuncta perſona admittatur ad agendum ſine mandato, ſi tamen vult agere, vt procurator ſine mandato, non valet iudicium,per ea quæ not.glo.in l.filius.in gloſ.vltim.ibi, vel hìc pater ff.qui ſatiſ. cog. & idem uoluit ipſe Bald. in c.nonnulli, colum.2.verſ.nota ſi quis impetrat.& ibi quoque Barb. in §.ſunt & alij,ubi item Fel.colum.14.verſic. limita ſecundò, extra de reſcrip.& rurſus idem Bald.in c.ex parte Decani,colum.3.verſic.ſed quid ſi coniuncta, eodem.tit. Alexan.& Iaſ.in l.exigendi.ille column.2. in vlt. fal.hic col.3.in 6.fal.C.de procu.ubi & Iaſ. nuncupatim ſequitur illud Ro.conſi.ſicuti etiam facit in d.l.ſi maritus,colum.2.verſ.quid autem maritus.C. eod.tit. Quibus ego malo accedere,quàm Barb.ſibi contrario in d.c. ex parte Decani.Et ad id facit optimè tex.in l.3.§.ſed & ſi fortè.ff.iudi.ſolu. ubi nuncupatim ſcribitur,quòd eis agere permittitur,non facit eos procuratores. Ex quo Dyn. & Alb.ibi negant hoc,etiam poſt litem conteſtatam,poſſe procuratores conſtituere.Adde item,quæ etiam in ſimili latè diximus ſuprà tit.omnium 7.§.9.in glo.2.Et uide etiam Bal.in l.1.C.quibus res iudi.non nocet.

8 *An ſpõſus pro ſponſa poſſit hunc retractum facere.*

AN autem & idem poſſit facere ſponſus, ſicuti & maritus? Alber.in d.l.maritus,dicit eam l. habere locum in ſponſo de præſenti,per l.non ſine.C.de bonis quæ lib.& l.ſi vxor.§.2.ff.de adulter.Et id approbat Iaſ. in d.l.maritus,col.2.uerſ.ſecundo extende, & hac ratione confirmat,quòd priuilegia uxoris habent locum in ſponſa de præſenti.l.2.§.vltim.ff.de priuil.credit.Tamen ſubdit,illud tantum procedere in his quæ pertinent ad dotem, non etiam cæteris in rebus, Ideoq; cauendum, propter illud, quod tenet Bart.in l.quod Seruius,per illum text. ff.de condic. ob cauſ. Hæc ille. Sed tu de his uide quæ pleniſſimè omnium ſcripſimus in noſtris Legibus connubialibus, in gl.1. poſt ultimam legem connubialem, quo loco tractamus, an ſicut vxor ex noſtra conſuetudine eſt in poteſtate mariti, nec poteſt ſine eius autoritate contrahere, ita & ſponſa ſponſi. & ex ibi ſcriptis intelliges, quid & hìc dicendum ſit. Has autem duas quæſt. Ferronus appoſuit in §.19.tit.de retractu conſuetudinum Burdigal.qui quidem §.eſt huic noſtro omninò ſimilis, quo in loco videbis,quid de hoc ſentiat.& iterum in §.23.columna vltima tractat hanc de ſponſa quæſtionem.

9 *An maritus putatiuus.*

SED vtrum maritus putatiuus id quoque poſſit facere? Quod videtur ex ſententia Albe.poſt Vber.Bob.in d.l.maritus.C.de procu.vbi tenet maritum putatiuum, ſicuti & verum, poſſe interuenire pro vxore ſine mandato. Sed Iaſon ibi tenet contrarium, præterquam cùm dotis quæſtio eſt, propterea quòd credit matrimonium putatiuum habere priuilegia ueri circa dotem, non etiã in reliquis. Et eum ſimpliciter ſequitur Chaſſan.in titu. *des droictz appartenans à gens mariez.*§.5.in princ.col.3. verſ.extende. Sed tu circa hoc uide quæ latè ſcripſimus in noſtris Legibus connubialibus,in gl.6.eademque penultim. in 33.q. in qua tractamus, an conſuetudo, quæ contractibus interdicit mulieribus ſine autoritate mariti,habeat locum in uiro putatiuo,& multò abundantius declarabimus in ſecunda editione.

QVÆSTIONIS quoque eſt, an ſi maritus ſit filiusfam. requiratur conſenſus patris. De quo uide apud Chaſſeneum in d.titu. & §.in glo.1.col,5.verſ.pro ſexta extenſione. Et ibi quoque in col.6.verſ. maius eſt dubium, uidebis,quid ſi maritus ſit minor. Cui in hoc adde, quæ ſcripſimus in Legibus connubialibus, in gloſſ. 6. in 5.q. vbi tractamus,an uir minor poſſit uxori accommodare conſenſum & autoritatem ad contrahendum. Et paulò pòſt ipſe Chaſſa.etiam diſſerit, quid in noſtro caſu,cùm vxor è diuerſo minor eſt,maritus autem maior, an poſſit ipſe maritus pro uxore ſine alia autoritate curatoris interuenire. Cui adde Pau.Caſtr.conſi.106.incipiendo à ſecundo,col.1.lib.2.ubi diſſerit, an vxor minor poſſit contrahere cum autoritate & conſenſu mariti maioris in caſu ſtatuti requirentis conſenſum & autoritatem viri in contractibus vxoris. 10 *Si maritus ſit filiusfa. an requiratur patris conſenſus. Et quid, ſi is ſit minor Quid item ſi uxor ſit minor.*

IDEM quoque Chaſſa.in eodem §.& gloſ. 1. col. 5. verſic.extendo quintò.rurſumq́ue in eod.§.in glo. ſuper verbo, *es droictz poſſeſsoires*, col. vlt.verſ. utrum autem mulier, tractat, an vxor hoc in caſu poſſit intercedere, ne maritus agat nomine ipſius. & reſpondit non poſſe. Cui adde Moder.Pariſ.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.13.gl. 1.numer.47.Deinde verò idem Chaſſe. col.vltim. eiuſdem gloſſ.1.verſicu.quæro de quæſtione, etiam tractat, quid ſi in contractu matrimoniali conuentum ſit,ne maritus inuita vxore poſſit pro iuribus ipſius agere, non obſtante contraria conſuetudine. Cui adde quæ in diſſimili diſſerit Ioan. Fab. in Rub. Inſtitu. de nupt.& in l. de fideicommiſſo.C.de tranſact. & quæ dicemus in noſtro tract.Primogeniorum,in quæſt.qua quærimus,poſſitne primogenitus renunciare iuri primogenituræ, ei à ſtatuto delatæ. Sed & de his omnibus nos abundantiſſimè tractauimus ſuprà, noſtrarum conſuetudinum titu.15. qui eſt, *de la puſſance, autorité & adminiſtration des marys*,§.4.qui eſt omnium conſuetudinum 196.quo cautum eſt,ius eſſe marito ſine vxore agendi pro iuribus ipſius vxoris,& eadem defendendi, ubi omnino videas, ne hìc repetam. 11 *An vxor poſſit prohibere virum.* *Quid, ſi in contractu matrimoniỹ dictũ ſit virum nõ poſſe pro iurib vxoris agere ea inuita.*

ILLVD item quæritur,an maritus,qui domo ſua uxorem exegit atque expulit, poſſit nihiloſecius ad hunc retractum rerum à conſanguineis ipſius vxoris venditarũ venire.Ferro.in dict.tit de retractu,c.23 ad fi.negat eum admittendum,ſi ſine iuſta cauſa eam expulit,cùm etiam lucro dotis ſe reddat indignum,ex ſententia Bal. in l. 1. §.ſed ſcimus.C.de Lati.liber.tol.Ioan.Ana.in c.1. col.3. verſ.& facit quod dicetur, extrà de infir.& langui. expo. Paut.Caſt.& Alexan.qui id dicit not.in l.ſi ab hoſtibus. §.1.ff.ſolut.matrimon. & eiuſdem Alexand.conſ.78.uiſo & diligenter,colum.1.lib.5.quod repetitur conſ. 26. lib.6.Iniquum enim eſſe, maritum propter facinus ſperare lucrum dotis.d.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir.ff.ſol. matri. & l.fine.C.de nego.geſtis. At ſi iuſta cauſa expulit, audiendum eſſe maritum: neque enim debere eum ex facto legitimo prægrauari,arg.l.ſancimus.C.de adminiſt. tut.& l.nemo damnum.ff.de reg.iu.Hæc ille,quibuſdam à nobis adiectis. 12 *Quid de marito, q vxorẽ domo exegit. Maritus, qui ſine cã vxorẽ exegit, indignus lucro dotis.*

SED quibus addere potes,quantum ad primum caput pertinet, quòd ſi maritus ſine cauſa uxorem expulit, tenetur ei reddere dotem, ex ſententia Ioan.And. in addit.Spec.titu.de dote poſt diuor.§.1.col.3.in addi.incip. dicit Odof.& Bal.in l.vlt.in fi.C.de ſen.quæ ſine cer.quãti.& in l.1.col.1.C.de priu.do.& in c.ex parte,col.2.ver. 13 *Is tenetur reddere dotem.*

item

item not.quòd mulier,extrà de conſue.& Pau.Caſt.in l. cùm mulier,la 1.col.2.in 3.notab.ff.ſolu.matrim. Fran. Are.& Soc.in l.2.in prin.illius col.2.ver.reperitur alius, huius autem col.3.verſ.item limita.ff.eo.tit. Et id quidē credo veriſſimum,quicquid dubitarit Alexand.in d.l.2. col.3.verſ.item adde ſextum.& d.conſ.78.lib.2.repetito conſ.26.in princ. lib.6. Neque ei quoque ſuccedit ex capite,vnde vir & vxor,ut conſtanter affirmant Pa.Caſt. Alex.& Iaſ.in l.1.C. vnde vir & uxor, de quo & tu uide Bened.in repe.c.Raynutius,in uerbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.800.verſ.ſecundò fallit,de teſta.

*Nec ei ſuccedit.*

14 *Et vxorē alere tenetur.*

Et quòd ſimiliter tenetur hoc caſu vir vxorem ſic iniuria exactam alere, vt tenent Iac.Aret.Cyn.Alb.Bald. & Sal.in l.quod uxorem.C.de neg.geſt.& Bar.in eo tractatu,quem de alimentis edidit, col. vlt. uerſ.quæro an maritus & Bal.in l.2.col.tertiò dubitatur. C. de leg.Ang.Imo.& Alexan.in l.ſi cùm dotem.§. ſi autē, quem ipſe Ang.legit cū §.ſi maritus.ff.ſol.mat.& Raph. Co.conſ.175.domina Andreola.Rom.conſ.527.in caſu propoſitæ conſult.col.1.Pau.Caſt.conſ.65.uiſo quodam libello,col.2.& 3.lib.1.Guid.Pap.deciſ.Delph. 439. an vir teneatur.verſ.ſi uir.verberet.& conſ.127. de hoc anno,col.1.& iterum paulò ante fin.& Soc.conſ.286. uiſa proteſtatione,per totum,lib.2.& idem non obſcurè uidetur ante hos voluiſſe gl.in c.ſignificaſti,in gl.1.ad fi.& ibi quoque alij,extrà de diuort.& Hoſtien. in Summa. tit.ſi mulier petat in virum,&c.§.1.verſ.quid ergo de expenſis.& Spec.tit.de ſponſa.§.vltim.verſ.quid de expenſis,qui eſt 2. [Et quod tradit Ioan.Lup.in repet.Rub.de donat.inter vir.& vx.§.70.col.vlt.verſ.quid autem ſi maritus,quòd ſi uir vxorē ſine iuſta cauſa domo expulerit, cenſetur reuocata donatio ei ab uxore facta.] Et adde gloſſ.loquentem de Monaſterio expellente monachum, in c.1.in uerbo,languidis,& ibi Io.And.ad fi.de infir.& langui.expo.de quo etiam Innoc.in c.cùm olim, el 2.colum.2.in uerbo,declarat.[& ibi quoque Hoſtien.]extrà de priuileg.Spec.tit.de ſtatu mo.§.1.verſ.uigeſimoquartò quæritur,quid ſi Abbas.& Bal.in ſua Marg.in verbo, Monaſterium,verſ.monachus expulſus.& Collect. in c. quantò & ibi quoque Ægid.Bellame.col.pen.uerſ.ſeptimò quæritur,de off.ordin.

*De monacho iniuſtè expulſo.*

15 *Quid,ſi vxor exacta vult retrahere ad ſuum commodum.*

Ego tamen non parùm dubito de primo illo dicto Ferro.Nam ea,quæ allegat, & quæ adduximus ad ipſius ſententiæ confirmationem,haud dubiè procedunt,quando agitur de lucro & commodo mariti,& damno uxoris. Nam tunc, cùm uir vxorem iniuria pepulerit, id proculdubio non debet cedere ipſius uiri lucro, & uxoris incommodo. Hîc autem è diuerſo tractamus de lucro vxoris. Quis enim non uidet ſi maritus eo nomine retrahat rem à conſanguineo ipſius vxoris uenditam, eam totam quæri vxori ratificanti, ſi ius commune inſpicimus, aut certè ipſius dimidiam partem cum facultate retrahendi alteram partem intra annum à ſoluto matrimonio, reſtituta media parte precij, ex noſtra conſuetudine infrà eodem titul.§.16.& ſequen. Quod igitur fauore vxoris ſine cauſa expulſæ introductum eſt, non debet in eius læſionem retorqueri. l. quod fauore. C. de legibus. Niſi ſi fortè hoc caſu vellet vxor ſuo ipſius nomine rem totam ab initio retrahere, atque ſic maritum à retractu & beneficio conſuetudinis, ob iniurioſum illud & iniquum repudium, repellere, quod æquius eſt.

16 *Quid,ſi vxor ſua ſpōte virū dimiſit, an vir nihilominus poterit retrahere.*

Illud autem minimè dubium eſt,quòd ſi vxor ſua ſponte nulla vi,nulla ratione maritum dimiſerit, non tamen ob id perdit ipſe maritus id ius retrahendi nomine vxoris,uti nec alia iura, quæ ſibi in eam competunt, vt non obſcurè voluerunt propè omnes, quos ſuprà citauimus.Cui etiam ſententiæ adſtipulatur,quod in ſimili tradidit Spec.tit.de ſtatu mona.§.1.ver.41. vagationem monachi ſine expulſione, non priuare Monaſteriū iure ſuo,quod habet in monachum.& ſequitur Petr. Ancha conſ.424. pro clariori intelligentia, column.2. Et idem voluit Innoc.cuius illi non meminerunt dict.capit. cùm olim,vbi ſuprà de priuil.per tex.optimum in c.quantò, extrà de off.ord.& Gaſpar Calde.inter conſ.Io.And. tit. de hæret.conſ.10.Diaconus, in fin.Et id quoque in noſtro caſu retractus,non obſcurè voluit Ferro. dict.§.23. huius tit.in fin.

17 *Quid, denique ſi matrimoniū utriuſque cōſenſu ſit diremptū.*

At ſi matrimonium inter eos fuerit diremptum, quo ad thorum, vt plerūque fit communi utriuſque cōſenſu, aut aliàs, uidetur id ius non amplius competere viro,uti nec cætera iura matrimonialia, per text. in l. 1. §.1.ff. vnde uir & vxor.ubi ſi diuortium inter uirum & vxorem ſecutum ſit, non inter ſe ſuccedunt, vt aliàs facerent, etiamſi iure duret matrimonium, vt in quibuſdam caſibus illic declaratis. Et illum tex.annotarunt gl. Pet.Cyn.Bald.Ioan.Fab.Paul.Corne.Alexand. & Iaſon in l.1.C.eod.titu.In id quod diximus coniuges non ſibi ſuccedere, ſi ante mortem diuerterunt.Tu tamen de hoc vide omninò Philip.Dec.ibi,col.2. verſ. quartò pari ratione.vbi in hac re ponit tres caſus.Primùm, quando de iure facta fuit ſeparatio thori. Secundum, quando ſine iuſta cauſa id factum fuerit, ſed ob quampiam controuerſiam,quæ inter eos interceſſit.Tertium,cùm communi vtriuſque conſenſu licitè factum fuerit.ibi eum omninò vide.Ex quibus intelliges,quòd ſi facta fuerit ſeparatio,quantum ad bona, ut ſæpè fit apud nos, nullum ius adminiſtrationis, aut aliud, marito ſupereſſe in bona vxoris.Ideoq; nec licere marito hanc oblationem facere,non magis quàm extraneo.

18 *Vtrū maritus,q retraxit conſanguineis vxoris, teneatur ſol. matrim. ei vel eius hęredib.reddere.*

Caeterum illud quoque quæri poteſt,vtrum ſoluto matrimonio teneatur maritus aut eius hæredes hanc rem ita retractam à conſanguinitis vxoris, reddere ipſi vxori, aut hæredibus eius. Et primùm uidetur, quòd non, per l.vſufructu legato.ff.de vſufr.ubi ſi vſufructuarius miſſus ſit in poſſeſſionem vicinarum ædium damni infecti cauſa, is iure dominij poſſidebit, nec quicquam amittit vſufructu finito. Et facit quod ſcribitur in l.cùm manifeſtiſſimi.§. ſed cùm in ſecundum.C. de fur. vbi ſi commodatarius rem commodatam & pœnam exegit à fure, non tenetur domino pœnam reſtituere, cùm ſuo periculo perſecutus fuerit. In contrarium autem facit l.quoties, & l. non ſolùm.ff. de iur. dot. ubi ſi maritus occaſione dotis aliquid conſecutus fuerit, id quidem ſoluto matrimonio cum dote reddere debet. Sed hoc poſtremum intelligit Angel.poſt Franc. Tigri. in l. at vbi.ff.de peti.hære.in eo quòd vir conſecutus eſt ab uxore, vel patre ipſius, uti ea iura loquuntur. Secus ſi ab alio extraneo, tunc enim reſtituere non tenetur, cùm omnia incrementa ad ipſum pertineant, per l dotis fructus.ff.de iur.dot.& l. pro oneribus.C. eodem titul. Et id ſequitur & dicit valde notandum,Franc.Cre. ſing.68. ſi maritus.

19 *De eadem re.*

Porrò Bal.in trac.Protomixeos,ſtatim poſt princip.poſteaquàm dixit marito, vt domino rei dotalis,vicinæ alterius rei venditæ competere ius congrui,per d.l. doce ancillam.C.de rei ven.ſubiungit hanc noſtram quęſtionem, vtrum ſcilicet ſoluto matrimonio tenebitur maritus reſtituere rem à ſe retractam eo iure congrui.& allegat in vtramque partem nonnulla ex ijs quæ ſuprà citauimus. Tandem verò monet, videri Doct.in l.vlt. ff. ſolu.matri.quo in loco Petr.Dyn.Bar.& ipſe Bal.& Ang. tractant,an ſi maritus conſtante matrimonio conſecutus fuerit occaſione caſtri dotalis bonorum cōfiſcationem, mulctas, aut cætera huiuſmodi, ea debeat ſoluto matrimonio reſtituere. In qua re Dy.ibi cenſuit reſtituenda.Petr.& Bar.contrà non reſtituenda.Bal.& Angel.diſtinguunt inter bona immobilia confiſcata,quæ territorio ſiue ſolo cohærent:& alia,quæ non cohærent, cuiuſmodi ſunt pęnæ pecuniariæ,illa enim reſtituēda eſſe,hęc

minimè.



minimè.& ſequitur Ioan.Ana.in c.2.in vlt. notab. extrà ne Præla.vices ſuas.Sed Imo.in d.l.vlt.ſequitur Bart.niſi ſi delictum,eſſet tale,ex quo res feudalis conceſſa in feudum à muliere,deberet confiſcari. de quo & tu vide latius per Alb.in d.l.vſufructu legato.ff.de vſufructu.& in l.ſi verò,in prin.col.3.nu.5.ff.ſol.mat.& Bened. in repet. c.Raynutius,in verbo, cætera bona,nu.36.vide Boër.dec. 180.nu.4.5.&6.

20 *Cōſuetudo.*

Apud nos autem habemus conſuetudinem expreſſam in hoc caſu noſtro,qua ſcilicet cautum eſt,rem ita à marito retractam manere communem inter maritum & hæredes vxoris,vel è contrario,iure ſocietatis matrimonialis,quæ locum habet in Gallia inter virum & vxorem.Verùm vxori aut eius hæredibus ſoluto matrimonio competere ius retrahendi partem mariti aut hæredum ipſius,reſtituto dimidio precio: nam hæc nuncupatim ſcribuntur infra eodem titul.§.17. vbi etiam oſtendemus multas tales eſſe in Gallia conſuetudines. Sed & tu in hac quæſtione vide omninò quæ dicam infra, in fi. huius tit.q.25.vbi tracto, ſi durante tempore retractus, & ante ipſum factū, res quæpiam cecidit in cōmiſſum, an cedat lucro emptoris,an retrahentis:nam ea res nonnihil ad hunc locum pertinet.Et quæ etiam alibi diſputo,an quæ alluuione rei venditæ accreuerunt poſt venditionem ante retractum ſit retrahenti reſtituendæ, inf.tit. ſeq.in fi.q.14.Et vide etiam Modern. Pariſ.in caſu huic noſtro ſimili,ti.Pariſ.conſuet.1.§.13.gl.1.nu.48.

21 *Si maritus pro vxore egit,et ſuccubuit,an vxori poſtea agenti obſtabit exceptio rei iudic.*

Sed & illud quæro,maritus nomine vxoris egit ad retractum,& victus fuit:vel quia non docuit de conſanguinitate vxoris,vel ob aliud quippiam, & necdum tempus retractus tranſijt, vtrum vxor ipſa nunc fortè vidua, aut à iudice autorata,poſſit intra tēpora de integro oblationem facere,ut ei non obſit exceptio rei iudicatæ.Hæc quæſtio ab illa dependet,qua noſtrates quærunt, utrum poſtquam maritus egit rei uendicatione pro re dotali,& ſuccubuit, poſſit nihilominus uxor ſoluto matrimonio iterum agere ad eandem rem.de qua per Petr.à Bell.Pertic.Cyn.Guil.Cu.Ray.Bar.Bal.Alb.Ang.&Paul.Caſt.in l.doce.C.de rei uend.Gul.Bar. Ang.Fulg. Alex. & Iaſ.in l.de die.§.quidam,quem nonnulli legunt cum §.1.ff.qui ſatiſd.cog.Pau.Ca.in l.maritus.C. de proc. & in l.Titio. centum. §.ult. col.2.uerſ.5.& ult. ff. de cond. & demon. Ale.in repe.l.ſæpè,ſuper gl.quæ eſt in uerbo,de proprietate,ad fi.ff.de re iud.

22 *An procurator mariti poſſit hoc caſu agere ad retractum.*

Postremò & illud quærēdum ducimus,an procurator mariti poſſit agere ad retractum rei uenditæ à conſanguineo uxoris:& fac hunc procuratorem conſtitutum à marito cum libera, uel cum ſpeciali mandato agendi ad retractum conſanguinitatis, ne incidamus in dubium à nobis alibi tactum, an procurator ſimplex poſſit hanc oblationem facere.Hanc quæſtionem in genere poſuit Chaſſę.in loco ſupra ſæpius citato,ſcilicet titul.*des droictz & appartenances à gens mariez*.§.1.in glo. 1.col.2.uerſ.ſed quæro quid in procuratore,& duob.ſeq. ubi quærit,an procurator mariti,eo abſente,poſſit comparere pro uxore illius, tanquam procurator mariti: & multa in utrâque partem allegat, & tandem concludit procuratorem ſimpliciter conſtitutum à marito non poſſe comparere in cauſis,quas poteſt maritus intentare nomine uxoris.Sed nec poſſe maritum conſtituere procuratorem ad comparēdum pro uxore. Et ego ſanè in priore caſu idem cenſeo, quod Chaſſa. tum per ea quæ allegat,tum quoque per ea quæ diximus ſupra, num.2.&3. nam ſi maritus ſuo nomine id facere non poteſt,ut ibi dicitur,multò minus procurator illius,ſuo quoque nomine conſtitutus.

*An maritus poſſit conſtituere procuratorē in hūc caſum.*

23 *De eadem re.*

In ſecundo autem caſu aliter cenſeo, quantum ad caſum noſtrę conſuetudinis pertinet. Nam ſatis conſtat, eos,qui ſuo nomine actionem habent ex perſona alterius,ob id quod ſua priuatim intereſt,procuratoris dandi facultatem habere l.ſed ſi unius.§.idem ait,etſi nepoti.ff.de iniur.quam in hoc expendit Bal.in c.ult.colum.1. extrà de iur.calum.Imò uerò & ſi alieno nomine actionem habent,ſi tamen ſua quoque intereſt, idem quoque ius habent conſtituendi procuratoris, ut de patre adminiſtratore filij,quem habet in poteſtate,& in cuius bonis uſumfructum habet,probatur in l.1.C.de bo.mater. ita enim eam intelligunt Barto.Bald.& alij, reprobata glo. ibi,& Pau.Caſt.conſi.34.ſuper primo dubio, ad fin.li. 2.Alex & Iaſ.in l.preſes.C.de tranſact.& latius diximus in repe.l.ſi unquam,in præfat.nume.29.quorum omniū. Eſt autem ex noſtra conſuetudine, eademque propè generali in Gallia, uxor in poteſtate mariti, bonorumque ipſius habet maritus ipſe adminiſtrationem, eorumque fructus perceptos, conſtante matrimonio, ſuos facit. Quid igitur impedit, ne procuratorem facere poſſit?

*Pater adminiſtrator poteſt conſtituere procuratorem.*

24 *Reſponſio ad rationē Chaſſę.*

Quòd autem Chaſſa.pro ſuę ipſius ſententię fundamento allegat Spec.titu.de coniuncta perſona,colum. 1.dicere,quòd licet coniuncta perſona, & alij quidam, admittantur ad agendum,non tamen eorum procuratores.per tex.in l.3.§.ſed & ſi fortè. ff. de iudica. ſolui.admodum fallitur Chaſſa neque enim id dicit Spec.neque is text.in d.§.ſed & ſi fortè, ſed illud tantum, quòd licet eis permittatur agere,id tū nō facit eos procuratores,ut etiam ex eo tex.diximus ſupra numer.7.& uoluit etiam per eum text.Bald.in c.ex parte Decani,colum.3.uerſic. quero nunquid coniuncta, extrà de conſt.& idem quoque voluerunt D.à Rot.deciſ.142.in cauſa, ad fin.in nouis.Sed & præterea allegat Chaſſa.ipſos D.à Rot. deciſ. 676 no.quòd coniuncto, in antiquis, qui id reuera dicunt,coniunctas perſonas, licet poſſint agere, non poſſe tamen conſtituere procuratores,qui agant pro coniūcta perſona.Sed id nihil facit ad noſtrā quæſtionem, in qua mariti priuatim intereſt, proque ſuo iure maritali agit, ut ſatis ſuprà diximus.

25 *De eadem re.*

Nec tamen putes,id aduerſari ijs, quæ diximus ſupra d.num.2.&3.nam illic locuti ſumus de eo, qui ſimpliciter ſuo nomine actionem intendebat:hîc de eo,qui iure maritali id facit,quamuis non addat nomine uxoris ſe facere.Verbi gratia,ut melius intelligas: Si Sempronius maritus Titiæ agat ad retractum rei uenditæ Mæuio:qui quidem eius conſanguineus non eſt,ſed uxoris, ſed id tamen non exprimit,ſed ita agit: Sempronius petit ſe admitti ad retractum rei uenditæ à Mæuio: is certè non erit audiendus,ſed ſuccumbet,etiamſi probet eſſe maritum Titiæ,& Mæuium eſſe illius conſanguineū. Et id eſt,quod diximus ſuprà d.numer.2.&3. Si autem ſic dicit: Sempronius maritus Titiæ petit ſe admitti ad retractum rei uenditæ à Mæuio conſanguineo uxoris:ſatis eſt etiamſi non dicat nomine uoris,ut etiam diximus num.4.& ita haud dubiè poterit procuratorem conſtituere,ut agat ad retractum.Et ſi aliter diceremus, ſequeretur nunquam maritum iure mariti poſſe procuratorē conſtituere.Et hanc noſtram ſententiam uidemus ubiq; & citra omnem controuerſiam obſeruari.

26 *Vtrū uxor ſine marito fortè abſente poſſit retrahere.*

Nec tamen illud prætermiſerim, quod aliquando ex facto contingere uidimus.Quia hîc dicitur,maritum pro uxore poſſe offerre & retrahere,utrum uxor ipſa ſine marito idipſum poſſit facere. Et quod hanc rem magis dubiam apud nos facit,illud eſt, quòd moribus noſtris uxor eſt in poteſtate uiri, nec habet ſuorum bonorum adminiſtrationem,ſed uir:nec poteſt adeſſe in iudicio,aut litigare ſine autoritate ipſius, ut ſcribitur ſupra, titu.noſtrarum conſuetudinum 15.§.1. qui eſt omnium totius uoluminis 193.in quem Leges noſtras connubiales conſcripſimus, & alijs §§.ſeq. Et ſi quidem maritus abſit,& in adeò longinquis partibus,ut periculum ſit,ne tempora labantur,poterit uxor,eo non expectato,retrahere,per id quod in ſimili reſpondit Bald.conſ.488. ſe-

quens

quens quæſtio, lib. 1. & conſi. 394. ſtatuto, lib. 5. cum alijs multis ſimilib. à me adductis in dd. Legibus connubialibus glo. 8. in verbo, *de ſon mary*, in 1. q. vbi etiam videbis, num neceſſarium ſit in id adhibere autoritatem iudicis, qui mariti præſentiam ſuppleat. Sed ad id, quod de periculo diximus, vide præterea Panor. in c. cùm in veteri, col. pen. extra de elect.

27 *Quid, ſi ſit præſens, et cõtradicit.*

S E D magis ambiguum eſt, an id poſſit uxor facere. marito non abſente, & fortè eo reluctante, vel quia dicit hunc retractum non eſſe ſibi & vxori commodum, vel quia non vult. Tu hic omnino vide quæ in ſimili ſcribũt Bart. Bald. Ange. Imol. Roma. Paul. Caſtren. Alexand. & omnes in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. Iac. Aret. Cyn. Bart. Bald. & alij in l. ultima §. neceſſitate. C. de bono. quæ lib. cum alijs multis à me quoque congeſtis in dd. noſtris ll. connubialibus, vbi ſupra in 15. q. Ex quibus clarè intelliges, quid dicendum ſit in hoc caſu noſtro.

## §. VNDECIMVS.

LE plus prochain *a* lignagier du vendeur, s'il vient dedans l'an & iour de ladicte vente, doit eſtre receu & preferè auant autres lignagiers, *b* ſi pluſieurs lignagiers y viennent. *c* Mais l'achepteur doit receuoir le premier lignagier, *d* qui y vient. Et s'il l'a receu, ou luy à tranſportè la choſe *e* autrement que par retraict, & apres ce au dedans de l'an & iour vient vn autre lignagier, qui vueille eſtre receu audict retraict, il luy doit notifier, comme il à traſportè la choſe à autre & le nommer. Et lors à celuy à qui auroit eſtè faict ledict tranſport, pourra venir ledit lignagier dedans l'an & iour faire ſon offre de retraict, & y deura par luy eſtre receu s'il eſt plus proche. *f* & s'il eſt en pareil degrè, il y ſera receu pro *g* rata. *h* Et ſi pluſieurs lignagiers y viennent dedans l'an & iour, qui ſoyent en pareil degrè, ou ceux qui les repreſentent, *i* tous y doyuent eſtre receuz pro rata. *K* Car repreſentation à lieu en retraict, comme en ſucceſſion. Touteſfoys ſi celuy qui vient par repreſentation, auoit freres & ſeurs, leſquelz ne viennent audict retraict, en ce cas luy ſeul *l* repreſente ſon pere & ſa mere, & viendra au retraict pour telle part & portion que ſon pere ou mere euſt peu venir. Mais ſi ſes freres ou ſeurs venoyent au retraict auec luy par repreſentation, tous enſemble ne ſeront receuz audict retraict, que pour vne teſte. *m*

PROXIMIOR [a] *venditoris conſanguineus ad retractum veniens intra annum & diem venditionis debet admitti & præferri cæteris conſanguineis,* [b] *ſi plures concurrant.* [c] *Tenetur autem emptor admittere primum* [d] *offerentem. Quem vbi admiſerit, aut illi re vendita ceſſerit* [e] *alio quouis modo quàm per retractum, poſteaq́; alius conſanguineus intra annum & diem poſtulet ſe admitti, tenetur emptor hunc certiorem facere ceſſionis à ſe factæ, priori illi, eumq́; diſertè nominare: poteritq́; tunc hic poſterior intra id tempus retractum priori offerre, à quo admitti debet, ſi ſit proximior.* [f] *At ſi ipſe ſit in pari gradu, admittetur pro* [g] *rata.* [h] *Quòd ſi intra id anni & diei ſpacium accedant plures conſanguinei eiuſdem gradus, aut qui eos repræſentent* [i] *omnes pro rata admittentur:* [k] *eſt enim locus repræſentationi in retractu, vt & in ſucceſſione.* [l] *At tamen ſi is, qui iure repræſentationis retractum offert, habeat fratres & ſorores ad retractum minimè accedentes, tunc ſolus ipſe patrem & matrem referet, & admittetur ad retractum pro portione, qua ipſi parentes admiſſi fuiſſent. Verùm ſi fratres aut ſorores eius iure repræſentationis ad retractum conuenirent, vniuerſi pro vno tantùm capite* [m] *admittentur.*

### *LE PLVS PROCHAIN.* PROXImior, Gloſſ. I.

1 *Proximus quis dicatur.*

NIHIL video intereſſe, dicas, Proximus, an Proximior, ſicuti nec uidet Bal. conſ. 146. præmiſſis verbis, colum. 1. in fin. li. 2. Nam proximo quis proximior eſſe nõ poteſt, cùm proximus is ſit, quem nemo antecedit. l. 2. §. hæreditas. & §. legitima. ff. de ſuis & legit. hære. & l. 1. §. proximus. ff. vnde cogn. & l. proximus. ff. de verb. ſignifi. Idq́ue etiam, ſi ſolus ſit, vt hoc addam ex d. §. legitima. & d. §. proximus. & l. q. duos, in princ. ff. de reb. dub. & l. proximi. & l. in vulgari, in prin. ff. de verb. ſign. Sed id tamen impropriè, vt declarat dict. §. proximus, cuius hæc verba ſunt: Proximus etiam accipitur, qui ſolus eſt, quãuis propriè proximus ex pluribus dicitur. Et uoluit Card. Flor. conſi. 30. in hac dubia. colum. 3. verſ. item nulla. Idq́ue optima ratione, quia proximus eſt ſuperlatiuum eius, quod propè dicitur, ex quo fit nomen comparatiuum propior, & ſuperlatiuum proximus, ut tradit Priſc. lib. 3. c. 2. Sicuti ab intro, vel intra, vel intus, fit interior, & intimus: ab ultra, vel vltro, vlterior, vltimus: & à poſt, vel poſtea, poſterior, poſtremus: quanquam ex proximus, cùm pro cognato accipitur, vt ſcribit Priſc. vbi ſuprà, fit aliud illud comparatiuum proximior, vt etiam (vt hoc illi addas) ex intimus, intimior, & ſuperlatiuum intimiſſimus, & ex poſtremus, poſtremiſſimus apud Tertullianum, ſtatim in initio libri de cultu fœminarum, & Apuleium in Apologia, & in Oratione Caij Gracchi ad populum apud Gell. li. 15. c. 12 [& ex minimo minimiſſimus apud Arnobium lib. 5. aduerſus gentes, in duobus locis.] Quæ ſi regularia eſſent, ſequeretur proximo quopiam alium eſſe proximiorem, & multorum proximorum alium eſſe proximiſſimum, ſi ita nobis loqui permittamus, vt in ſimili dicitur in l. ubi autem. ff. de uerborum obl. & dicemus pleniſſimè in noſtro tract. *le mort ſaiſiſt le vif*, in 6. decla. præfat. nume. 6. ego uerò dico. Vix autem reperies huiuſmodi comparatiuum, proximior, apud antiquos, præterquàm apud Iureconſultos, uti & Priſcia. ſupra expendit.

*Proximus ſuperlatiuum. Intimus. Vltimus. Poſtrem⁹. Intimiſſimus. Poſtremiſſimus*

*Proximior.*

2 *Proximus etiam longo interuallo remotus, modò nihil ſit medium.*

S E D, ut redeamus, proximus quis dicitur, etiamſi longo interuallo ſit remotus, modò inter duo diſcreta nihil medium interpoſitum ſit, ut probat illud Virgilij lib. 5. Aeneid.

*Proximus huic, longo ſed proximus interuallo, Inſequitur Salius.*

Quo in loco id notat Seruius interpres, atque etiam Nonius Marcellus in libr. quem de proprietate ſermonum ſcripſit. Paulò autem ante Virgilium Tullius in libro de Claris Oratoribus ad Brutum: Duobus, ait, ſummis, Craſſo & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. Auſimq́ue conſtanter aſſeuerare Virgilium illud à Cicerone deſumpſiſſe, adeò uerba ſunt ſimilia: nam & Virg. ipſe illud ex ore eiuſdem Cic. excerptum uſurpauit li. 10. Aeneidos:

*Virgilius à Cicerone multa mutuatus.*

-Ma-



*Magnæ ſpes altera Romæ:*

vt tradit Donatus, aut, ut alij malunt, Seruius, aut ſi quis alius eſt, qui vitam illam Virgilij edidit. Et alia quædam Ciceronis ab ipſo vſurpata recenſuit Macrobius libro Saturn. 6. cap. 2. ad fin. vbi inter ea & illud, quod de proximo diximus, poſuit. Sed & hanc proximi ſignificationem ſatis quoque declarat Auſonius ad Vrſulum:

*Proximus ex longo gradus eſt &c.*

3 *Iterum de ſignificatione proximi & proximioris.*

S I tamen plenius ſcire velis, qui proximi ſint, vel proximiores, vide Oldr. conſ. 153. videretur ꝙ filius. Io. Ang. in cap. 2. colum. 1. in verbo. proximi, ext. de conceſ. præb. Bal. in l. dudum. C. de contra. empt. & conſ. 469. ſtatuto cauetur, lib. & conſ. 339. quæritur vtrum de linea. in prin. li. 3. & conſ. 334. in quæſtione quæ vertitur, eo. li. 3. vbi de propinquo & propinquiore loquitur, eſtq; id conſi. commune ipſius Bal. & Sal. idq́ue ipſum inculcatur inter conſ. Pet. Ancha. conſi. 905. vide etiam Bar. conſi. 10. viſo ſtatuto communis Tudert. & ibi concor. Landri. in addi. eius conſi. Quibus adde Lucam Pen. in l. pro locis. C. de anno. & trib. lib. 10. & in Rub. C. de proxi. ſacr. ſcri. in prin. lib. 12. & Cor. conſ. 154. licet in themate, colum. 2. libro 3. & Philip. Dec. in l. ſi bonorum, in princip. C. qui admit.

4 *Propinquus, propinquior, Proximos, omnes dici qui iure ſanguinis alios attingunt, etiã remotiſſimos.*

V N V M tantùm illud hìc dicere voluimus, quòd licet proximus is ſit propriè, quem nemo antecedit, vt diximus, eò tamen ventum eſt, vt proximos vocemus omnes, qui conſanguinitatis iure aliquem attingunt, etiamſi ante ſe alios habeant. Quod probatur ex l. quamuis adulterij. C. de adul. vbi proximis neceſſarijsq́ue perſonis ſolummodò defertur copia accuſandi de adulterio. Nam vt ibi dicitur, licet patruo accuſare, etiamſi frater extet: vides igitur ibi patruum dici, proximum quamuis frater extet, eo quidem proximior. Et ex l. cùm rem alienã. C. de lega. vbi legatum rei alienæ ab ignorante factum non valet, niſi proximæ perſonæ relictum ſit. quod intelligitur etiam de ijs, qui non ſunt priores gradu: nam omnes intelligunt eam l. de cõiunctis perſonis ſimpliciter. Et hoc ſatis apertè indicat glo. vlt. in prin. cùm dicit, ꝙ iudex æſtimabit, quæ dicatur coniuncta perſona, quam ſequuntur Bar. Fran. Tigr. Ang. Sal. Raph. Fulg. & Corn. ibi. Pet. autem & Cy. conſiderandam dicũt coniunctam perſonam, vſque ad decimum gradum, qui tantum ſuccedere poteſt, ſecundum notata in l. octaui. C. vnd. cog. Et ſic apertè declarant omnes, non neceſſe eſſe, vt quis ſit in gradu priori, vt faciat locum ei l. loquenti de proxima perſona. Et id expreſsè annotat Alcia. in d. l. proximi, de verb. ſign. & ſatis apparet ex ſcriptis à Cor. conſ. 32. licet prima facie, colum. 2. verſ. quia prout dictum eſt li. 1. Et ſic quoque proximitas pro conſanguinitate ponitur, vt latè diximus ſupra, eod. tit. §. 1. gl. 9. quæ eſt in verbo, *ou lignagier*, nu. 16. a proximo item.

*Lex, cũ rẽ alienã, C. de legat.*

5 *An ſatis ſit dicenti ſe proximiorẽ, probare ſe eſſe conſanguineum.*

Q V I D autem, ſi quis dicat ſe tanquam conſanguineum proximiorem debere defuncto ſuccedere, an ſuffi ciet, ſi probet ſe ſimpliciter eſſe conſanguineum mortui, de cuius ſucceſſione agitur, an verò neceſſe ſit, vt is probet nullum alium eo eſſe proximiorem. Et certè, ſi controuerſia ſit inter duos conſanguineos, is qui agit aduerſus alterum poſſidentem, debet probare ſe eſſe proximiorem, cùm id ſit fundamentum intentionis ſuæ, etiãſi id negatiuum eſſet. l. hoc iure. & ibi Bartol. & alij. ff. de verborum obligat. & uoluerunt etiam Barto. & alij in l. in illa ſtipulatione, ſi Kalendis, eod. tit. Innocen. & Ioan. Andr. in cap. ſuper his, de accu. cum multis ſimilibus & concord. à me collectis infra, eodem titu. §. 32. glo. 1. numero 94. nam & uidemus, & ſequentibus. Et ita in hoc caſu priuatim reſpondit Philip. Dec. conſil. 321. in cauſa quæ Alexãdriæ agitatur, col. 2. uerſ. ulterius etiam aduertendum, per multa quæ ibi allegat.

6 *De eadem re.*

A T ſi extraneus teneat, aut ſit quæſtio inter uxorem aut fiſcum; & hunc, qui ſe dicit conſanguineum, ſatis erit probare ſe ſimpliciter eſſe fratrem, aut patruelem, aut aliter coniunctum, ut uoluit Raph. Co. in l. is poteſt, & ibi etiam Alexand. colum. 4. verſicul. ſed iuxta prædicta. & Iaſ. col. pen. uerſ. pone, ago contra. ff. de acquir. hæredi. & idem Raph. in l. ſed & ſi de ſua, quam legit cum l. hæres inſtitutus. & ibi quoque Ro. in fi. eo. ti. per l. ſi ſcriptum. C. de proba. & l. amitæ. C. commu. de ſucceſ. & l. 2. C. de ſucceſ. edic. & idem quoque Raph. conſil. 43. in quæſtione Franciſci, vbi dicit, nunquam uidiſſe ſe aliter in practica obſeruari. & Corn. conſil. 95. uiſo proceſſu, colum. 2. uerſicu. ſufficit enim, lib. 4. & conſi. 197. licet in hac conſultatione, colum. 2. uerſicu. ſed licet hæc, eod. libro 4. ubi dicit, idem ſe aliàs bis conſuluiſſe. & Alexan. conſil. 179. uiſis ac ponderatis dubitationibus, colum. ultim. lib. 7. & Socin. in l. ſi inter, colum. 2 uerſiculo tertiò colligitur. ff. de rebus dub & conſil. 89. in cauſa agitata, colum. 4. verſ. & ſi iterum, lib. 1. Caro. Rui. conſ. 154. colum. 2. num. 4. libr. 3. & Steph. Bertran. conſi. 2. examinato, in 2. dub. col. eius dubij vltim. lib. 2. & nouiſſimè Alciat. in dict. l. proximi. ff. de verborum ſignificat. & Fran. Rip. in dict. l. in illa. colum. vlti. ff. de verborum obligat. & nouiſſimè Modern. Pariſ. in ſuis Comment. Pariſ. conſuet. titu. 1. §. 22. num. 90. per multa quæ in eis locis videre poteris.

Q V A N Q V A M Ang. Areti. in §. actionum, column. penult. verſic. ſi autem ab inteſtato, Inſtitu. de act. in ea eſt ſententia, vt non ſufficiat probare eum, qui vult ſuccedere, eſſe conſanguineum, niſi & ſe probet proximiorem eſſe. Et idem quoque voluit Franc. Aret. in dict. l. ſed & ſi de ſua, colum. 4. verſiculo tangit etiam hic. vbi & id dicit ſe alias reſpondiſſe, cùm ex facto ageretur, in ciuitate Aretij, vt etiam retulit in dict. l. is poteſt, colum. pen. ſed eius in id conſi. non reperi, credoq́ue non fuiſſe cum cæteris impreſſum: nam in poſteriori loco quæritur exẽplum eius ſibi abeſſe [Et nouiſſimè Maria. Soc. Iunior, conſi. 26. quatenus dubitatur, colum. 3. uerſicu. & ad contrarium, lib. 2.] Sed & eius ſententię fuit Alexander ſibi contrarius, ſed foro (vt credere eſt) ſeruiens, conſ. 124. viſo proceſſu, colum. 1. lib. 7. Suntq́ue, qui pro hac parte citant Specu. tit. de teſta. §. ſequitur videre, verſ. eſt & alia bonorum poſſeſſio, quæ dicitur, unde cognati, propterea quòd in libello actoris hæc ponit, quod P. mortuus eſt, item quòd inteſtatus, item quòd ſum illi agnatus, item quòd proximior. Et id quoque ſenſiſſe uidetur Rapha. Fulg. conſ. 184. uiſis quodam proceſſu, col. 1. 7

*De eadem re.*

A F F E R V N T autem utrique multas magnaſq́ue rationes, quibus ſuam ſentẽtiam defendunt. Sed ego priori ſententiæ magis accedo, illa potiſſimum ratione adductus, quòd is, qui ſe propinquum eſſe dicit, & probat, proximus, & idem ſolus, eſſe præſumitur, cùm ſocij nulli appareant, ſitq́ue ueriſimile & alios, ſi qui eſſent, ad aucupandum & occupandum id lucrum, atque ut ſic dicam, hæreditatem, ſine ſacris quamprimùm aduolaturos, ſecundum illud Terentianum in Phormione: 8

*Ad lucrũ omnes ſua ſponte accedunt.*

*At ſi talentum rem reliquiſſet decem,*
*Primus eſſes, memoriter progeniem veſtram*
*Vſque ab auo atque atauo proferens.*

Cui concinit illud Græcorum Carmen, uice prouerbij celebratum:

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.

Id eſt ad uerbum,

*Fœlicium* (ſiue mauis diuitũ) *omnes ſunt conſanguinei.*

*Diuitũm omnes cõnſanguinei.*

Ex quo & non accedimus Iaſ. dicenti hanc negatiuam, alios non eſſe hæredes, proindeq́ue locum eſſe ſubſtitutioni, hoc ipſo probari, quòd contrarium non probatur. Ita enim reſpondit conſ. 34. ad motiua, in prin. lib. 1. vbi alia multa ſimilia affert.

S E D hanc tamen ſententiam noſtram velim intelligas, ſi is, qui ſe probauit eſſe conſanguineum, probauit quoque certum gradum ſuæ conſanguinitatis. Nam non 9

*De eadem re.*

ſatis

ſatis eſſet, probare ſe ſimpliciter conſanguineum, per ea quæ latè diximus ſupra eodem tit. §. 1. in verbo, *declarer le lignage*, quæ eſt glo. 16. quando non omnes gradus admittūtur ad ſucceſſionem, ac nec ad retractum, vt etiam diximus in eodem §. 1. glo. 9. in verbo, *ou lignagier*, num. 23. ſed & id intelligendum. Et ita nuncupatim in hoc caſu intellexit, & limitauit Philip. Dec. d. conſ. 321. col. 1. uerſ. vlt. non obſtat, iunctis his, quæ priùs ſcripſerat, columna 1. eiuſdem conſil. & pro agentibus benè facit. & Alciat. in tracta. Præſumptionum, regula 1. præſumpt. 28. nume. 9.

10 *De eadem re.*

Et quòd haud dubiè is, qui ſe probauit eſſe conſanguineum certo gradu, debeat præferri iis, qui ſe ſimpliciter conſanguineos eſſe probant, facit vltra ſuprà dicta, quod in ſimili dicimus quòd cùm eſt quæſtio de prioritate, aut poſterioritate (vt ita cum noſtris loquamur) temporis, is qui de certo tempore probat, etiamſi alter nō probat de prioritate, præfertur ei qui de incerto tempore probat, vt ſi alter de die probet, alter de hora eiuſdē, hic prior præſumitur, ſecundum Marti. Sil. Cyn. & Bald. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. Bald. in l. creditor qui, in lect. antiqua. ff. qui pot. in pig. hab. Saly. in l. ſi debitor, verſ. quæro, pone fiſcum. C. de priui. fiſ. Io. Plat. in l. 1. circa medium. C. de iure fiſ. lib. 10. Soc. in l. 1. colum. 2. ver. 3. limita. & ibi quoque Iaſ. qui id dicit ſing. colum. item 2. verſ. 2. ſing. limita. Tho. Parpalia. colum. quoque 2. verſicu. iſta regula. & nouiſſimè Fran. Ripa, col. 3. verſicu. ſecundo limitatur. ff. ſol. matr. & Caro. Rui. colum. 8. verſicu. & ex tertia limitatione. Franc. Curt. Iun. in l. vlt. col. antepen. verſicu. 13. quærit. C. de edict. diui Adri. toll. & Phil. Dec. conſ. 169. cuius ſuperſcriptio incipit, diſpenſatio facta, colum. vlt. & Hippo. Marſi. ſingu. 319. hora in inſtrumentis. Cat. Cotta, memor. hora quandoque. & nouiſſimè Matt. Pac. in tract. de mand. apoſtoli. in 6. parte, nume. 1. & ſeq. & Fran. Ripa, in l. ſi debitor, colum. 4. nume. 8. & ſeq. ff. de pigno. De quo tamen vide eundem Soc. conſ. 67. eadem die prouidet, lib. 3. & Fel. in c. paſtoralis, colum. 3. verſicu. ratione unius horæ, & ibi omninò Phil. Dec. diſtinguentem, colum. 2. uerſ. ſed dubium eſt, extrà de reſcript. & ipſum Dec. in l. in ambiguis, colum. 2. ff. de reg. iur. & Rebuff. in tract. de pacif. poſ. nu. 299. & Alc. in tract. præſumptionum, regula 3. præſumptio. 43. ante fin. Neque enim omnino accedo priori illi ſententiæ. Quid enim, ſi quis probet de poſtremo die vnius anni, aut de poſtrema hora vnius diei, præferetur̄ne alteri, qui tantum de eo anno aut die probauit, ſine alia ſpecifica probatione temporis? & certè non præferetur, vt etiā nuncupatim voluit Franc. Rip. in d. l. 1. vbi ſupra. ff. ſol. matrimo. & nouiſſimè Guil. Ponta. Peru. in d. l. 1. colum. 6. nume. 13. quarto limitatur, & ſequen. ff. ſoluto matri. De quo & tu vide Bald. Nouel. in tract. dot. in 9. parte in 2. priuil. in fin.

*Præfertur, qui de tempore certo, probat, ei, qui de incerto.*

11 *Qui ſe petit admitti, tanquā proximiorem, an probare debeat alium proximiorem mortuum, an alius, qui eum dicit uiuere.*

Illvd quoque in dubium hoc in loco uocari poteſt, quòd ſi conſtet, alium proximiorem aliàs natū fuiſſe, & vixiſſe, qui nondum excederet centum annos, ſi viueret (hæc enim longiſſima eſt hominum uita. l. an uſuſfructus. ff. de vſufruct. & l. vlti. C. de ſacroſan. eccle.) verū igitur neceſſe eſt, hunc, qui nunc ſe dicit eſſe proximiorem, ideoque tanquam talis uult ſuccedere, probare, illum, qui reuera eſſet proximior, ſi uiueret, mortuum eſſe: an uerò alius, qui defendit, teneatur probare illū adhuc uiuere. Vide Raph. Com. d. conſi. 43. in quæſt. Franciſci, nam id conſ. ſuper hoc priuatim editum eſt. Et hæc quoque non inutilia ſunt in materia retractus, ſtante ſcilicet ſtatuto, ut ad eum proximior tantùm conſanguineus admittatur.

12 *Proximior an dicatur habito reſpectu ad uenditorē, an ad eum à quo primū res proceſſit.*

Sed & illud quæri poteſt, an hìc in noſtra conſuetudine proximior dicatur, & intelligatur, habito reſpectu ad uenditorem, an ad eum, à quo primum res uendita proceſſit eius familiæ. hoc enim a nonnullis in dubium reuocatum eſt. Et quod dubium facit, illud eſt præcipuè, quia ex multis Galliæ conſuetudinibus illi tantum conſanguinei admittuntur, qui ſunt ex eo ſtipite, unde res uē dita proceſſit: ex noſtra autem cōſuetudine, licet omnes admittantur, etiam qui non ſunt eius ſtipitis, præferuntur tamen ij, qui ex eodem ſtipite deſcenderunt, ut ſcribitur infra cap. 14. Et quidem uidentur præferri ij, qui ſunt proximiores ſtipiti, unde res ipſa proceſſit etiamſi non ſint proximiores uenditori, per text. in l. is qui cōplures, iuncta gloſſ. in fi. ff. de leg. 3. ubi ſi fideicōmiſſum fuerit relictum quibuſdam ex libertis teſtatoris, ea lege ne de nomine ſuo, aut familia exiret, uno eorum mortuo, qui grauati fuerant, omnes pariter admittuntur, ſi uelint: nec præferuntur coniuncti in re legata cæteris: quia ut dicit gl. ibi, omnes ſunt pariter proximi teſtatoris, per text. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vt ita eam declarant Dyn. Ray. & Bart. ibi: & idem uoluiſſe uidetur ipſe Bart. in l. ſi cognatis, uer. quæro quo ordine, iunctis his quæ dicit in fi. illius l. ff. de reb. du. Ex quo apertè ui des, quòd attendi debet proximitas gradus, reſpectu teſtatoris, non reſpectu grauati, in fideicommiſſo reſtituendo ijs, qui ſunt è familia, in ſpecie d. §. fratre.

13 *De eadem re.* *Fideicommiſſi inter fratres relicto, admittuntur fratres ex vno tātum latere cū utrinque coniunctis: Conditio grauantis inſpiciēda, non grauati.*

Et hoc quoque uidetur probari ex l. ult. ff. ad Treb. è contrario ſenſu. Nam ibi dicitur, quòd ſi ſit fideicommiſſum inter fratres, pariter admittuntur fratres ex uno latere tantum, cum fratribus ex utroque: quia fuerant prius directò inuicem ſubſtituti. Ergo à contrario ſenſu, ſi non fuiſſent inuicem ſubſtituti, & ſic prælati alijs fratribus in aliqua parte teſtamenti, ex ſola inter ſe coniunctione non præferentur. Ex quo etiam planè liquet, attēdi coniunctionem reſpectu primi teſtatoris, non grauati. Quod & probat alius text. iuncta glo. & notatis à Bar. in l. hæredibus. §. ult. ff. eodem tit. ubi licet, quando appoſita eſt conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, naturales non faciant deficere fideicommiſſum, ſecundum notata in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, eodem quoque tit. tamen quando huiuſmodi conditio apponitur à fœmina teſtante, deficit: quia ei naturales ſuccedunt, niſi ſit illuſtris, l. ſi qua illuſtris. C. ad S. C. Orphi. Et idem propè uoluerunt Ang. & Imo. in d. §. ſi quis rogatus, ubi generaliter dicunt, in eadem conditione inſpiciendam eſſe perſonā grauantis, & non grauati, ſi ſint diſſimilis qualitatis, ut ſciamus, an naturales faciant deficere fideicommiſſum.

14 *De eadem re.*

Et ut ex text. ad Doct. tranſeamus (quamuis nec ij ſupra omiſſi ſunt) hoc idem confirmat, quod tradit Bar. in l. Lucius, colum. ult. in ult. quæſt. ff. de uulg. & pupilla. ſubſtitu. quòd ſi fratres ſunt inuicem ſubſtituti, pariter admittuntur fratres conſanguinei, & fratres utriuſque lateris, ea inter cætera ratione, quia ſubſtitutio intelligi debet ſecundum uoluntatem teſtatoris, l. qui liberis. §. hæc uerba, eodem tit. Sed pater eandem affectionem habet ad filios vtriuſque matrimonij, utæquum eſt. §. penu. in Authen. de nup. & ſequuntur Imo. Alex. Fran. Aret. Frā. Ripa. & alij Recentiores in d. l. Lucius. & idem uoluit ipſe Bar. conſil. 54. Ange. Maciæ habebat. & Bald. & Nic. Neapo. in l. iam hoc iure. §. 1. ff. de uulg. & pup. ſubſt. & in l. cohæredi. §. qui diſcretas, & §. qui patrem, eod. quoque tit. Bald. in 5. q. Ang. Sal. & Ro. in l. in teſtamento. C. de teſtamen. mil. Imol. in c. Raynutius, in materia reciprocæ ſubſtitutionis, extrà de teſta. ubi hanc dicit eſſe communem opin. Paul. Caſtr. in l. 1. C. de impube. & ali. ſubſtit. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe. & Alex. conſi. 30. uiſo teſtamento, in primo dubio, libr. 2. quod conſil. iterum repetitur conſ. 16. lib. 6. & Phil. Dec. conſ. 186. quoniam ex facto, colum. 1. uerſ. 3. hoc in ſimili, & colum. 3. uerſ. tertiò non obſtat. Ex quo non obſcurè intelligitur, conſiderari affectionem primi teſtatoris, & ſic coniunctionem eiuſdem.

15 *De eadem re.*

Qvod & hinc quoq; probatur, quod ſcribit ipſe Bar. in l. 2. in princ. in 5. quæſt. princip. in 3. effectu, uerſiculo ulte-



vlterius quæro, an tacita, qui eſt in colum. penul. ff. de vulg. & pupil. quòd tacita pupillaris non excludit fratrem pupilli, arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. ne ſcilicet videatur fratrem filio prætuliſſe, & ſic conſiderata affectione, & voluntate teſtatoris. Et idem dicit in fratre cōſanguineo tantùm, quia eadem eſt ratio, per d. l. cùm acutiſſimi. Secus autem in uterino, ut hinc intelligas non conſiderari coniunctionem & affectionem ex parte pupilli, ſed teſtatoris. Quod & confirmat, quod tradit idem Bart. in l. re coniuncti, col. pen. verſic. tertiò quæro iuxta hoc. ff. de leg. 2. quod quando agitur de hæreditate paterna teſtatoris, non attenditur maior coniunctio inter fratres. Ideoque vno mortuo ita admittitur conſanguineus tantùm, ſicut utrinque coniunctus. Et ſequitur Crotus ibi, & Franc. Aret. Iaſon, & Ripa in d. l. Lucius.

16 *De eadem re.*

Et hæc quidem propemodum, & alia multa in eandem ſententiam aſſert Soc. conſi. 249. materia. colum. 9. uerſ. circa ſecundam difficultatem, cum multis ſeq. li. 2. vt oſtenderet, poſſe videri admittendum eſſe ad fideicōmiſſum eum, qui proximior eſt primo illi teſtatori, & non illi ultimo, qui deceſſit, aut alienauit. Id quod etiā aſſeueranter reſpondit Iaſon conſ. 215. ex Valentia, in princ. lib. 2. iterumq; conſ. 159. Odericus, etiam in prin. lib. 4. Et per quædam ex ijs rationibus, tacito nomine ipſius Soc. Ioan. Crotus in repet. l. filiusfamilias. §. Diui, char. penult. verſ. quartò quæritur. ff. de legat. 1. tenuit, quòd ſi teſtator quiſpiam prohibuit bona ſua alienari extra familiā, (quo caſu ſi alienatio facta fuerit, poſſunt ij, qui ſunt eius familiæ, alienationem reuocare, ita ut proximus quiſq; primo loco admittatur, per d. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.) tunc proximitas conſideratur ex perſona teſtatoris prohibentis, non hæredis qui alienauit. Et illum ſequitur Ferdin. Loaz. in repet. eiuſdem §. col. antepen. uerſ. & ut nihil omittatur, qui eſt num. 545. & ibi quoque Franc. Ripa col. 7. num. 31. & idem Ripa in d. l. Lucius, col. vlt. & in l. ex facto, in princip. ff. ad S. C. Treb. quibus etiam locis dicit, quòd ultima ſubſtitutio, qua teſtator ſubſtituit proximiorem ſui generis, intelligitur de proximiore ipſius teſtatoris, non hæredis, aut præcedentis teſtatoris. Quod huc admodum pertinet, cùm ſtatuta & teſtamenta ſint veluti eiuſdem iudicij & interpretationis, ſecundum gloſſ. Bart. & alios in l. 1. C. de his quib. ut indig. cum concord. à me adductis infra in fi. huius tit. nu. 13. denique obligatio.

17

Svpra dictis autem adde, quod reſpondit Bald. quodam conſi. incip. præmiſſis uerbis ſtatutorum, quòd ſi emphyteuſis ceſſit in portionem unius ex fratribus, illo decedente non ſuccedit in ea eius proximior, ſed is, qui ſtipiti proximior eſt, id eſt ei, qui emphyteuſim acquiſiuit pro ſe & generatione ſua. quod conſ. 190. pluries, col. 1. uerſic. & licet. & iterum col. vlt. uerſ. non obſtat, quod dicit, lib. 3. & iterum conſ. 42. videtur prima facie, col. 2. uerſ. his tamen non obſtant. libro 4. ubi & in idem dicit vidiſſe conſultum a Bald. à Bartol. & Bened. Capra. verùm in hoc admodum dubitat. Et facit etiam, quod tradit Paul. Caſtr. conſi. 338. ad primum, quæſitū, col. 2. lib. 2.

18 *Deciſio principalis quæſt.*

At ego nihilominus cenſeo proximiorem venditoris præferri, non proximiorem ſtipitis: tum quia noſtra conſuetudo hìc & ubique loquitur de proximo, aut proximiore venditoris: tum quia in ſucceſſionibus, quas retractus in omnibus ſequitur, ut hìc dicitur, & infra §. 13. præfertur proximior defuncti, non ſtipitis. Quod hinc videre licet, quòd leges noſtræ de ſucceſſionibus ab inteſtato, eas ubique deferunt proximioribus defuncti. Nam de ſucceſſione & hæreditate eius agitur, non ſtipitis ipſius, cuius deſijt eſſe hæreditas, per aditionem ſequentium, quorum gradatim facta fuit hæreditas, & patrimonium proprium, l. ſed & ſi plures. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. gl. Roma. Alexand. Franc. Aret. & cæteri Recentiores in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. poſſ. Bart. in l. ult. colum. 1. ff. ad S. C. Trebell. cum alijs multis concord. adductis à Iaſ. in d. §. veteres, & Franciſco Curtio ſeniore, conſ. 45. ſtatuto ſeu conſuetudine, col. 8. in 6. ratione, & Claudio Marleto inter conſ. Chaſſ. conſ. 23. deceſſit Catherina: ubi nuncupatim, & in ſpecie huius noſtri caſus, aſſeueranter reſpondit, proximiorem reſpici ex uenditore rei uenditæ cuius retractus petitur, nō eius, à quo primum ea res proceſſit. Quod & ipſum tenuit Chaſſ. in conſuetud. Burgundiæ hoc eodem tit. *de retraictz*, §. 1. in uerbo, *dont vient l'heritage*.

*Hæreditas deſinit eſſe defuncti p aditionem hæredis.*

19 *In feudis inſpicitur proximitas ultimi uaſalli, non primi acquirentis.*

Et hoc quoque in ſucceſſionibus feudorum obſeruatur, ut inſpiciatur proximitas ultimi uaſalli, non primi acquirentis, per cap. 1. & ibi Andre. Iſern. ad fin. tit. de natu. ſucceſſ. feud. uti etiam expendit Bal. conſil. 200. feudum, paulò ante fin. lib. 5. & Soc. conſil. 86. viſis teſtamento, colum. vltim. lib. 3. & conſi. 73. capiendo primum, colum. 5. uerſic. prædicta etiam probantur. lib. 4. & Philip. Dec. conſilio 445. in caſu ad me tranſmiſſo, colum. 4. numero 19. & ipſe Ripa in d. l. ex facto. Licèt aliàs in feudis ſemper reſpiciamus primum ſtipitem. Bald. in cap. 1. colum. 1. ad fin. & ibi Mart. Laud. colum. 2. titul. de eo qui ſibi & ſuis hæred. & iterum in capit. 1. §. ultim. colum. 2. in uerbo, magnum, titul. de ſucceſſ. fratrum, uel grad. ſucceſſ. in feud. per eum text. quem dicit notandum, & poſt eum Iaſon conſil. 7. pro reuerendiſſimi, colum. 4. uerſic. in primis, & iterum columna ſequ. uerſic. tertiò deueniendo, libro 3. & Philip. Dec. conſil. 193. cuius ſuperſcriptio incipit, in ſucceſſione, columna 2. & conſilio 390. quoniam ex facto, colum. 2. & Franc. Ripa libro 1. Reſpon. cap. 1. defuncto, numero 78. Et bene facit, quod ſcribit Angel. conſil. 110. ſanctiſſima, columna penult. & Calder. conſi. 13. titul. de feudis, conceſſum eſt. Ex quibus intelligis id, quod dictum eſt de proximitate ultimi uaſalli, non procedere in feudo non hæreditario, de quo etiam per Anton. Rubè. conſil. 85. circa dubium, columna vltim. uerſic. ultimò eſt aduertendum.

20 *Per fideicōmiſſum ſuccedi tur teſtatori, non grauato.*

Et hoc quidem incaſu noſtri retractus nullo modo dubium eſſe poteſt apud nos, cùm conſuetudo noſtra, vt ſuprà diximus, in hoc ipſo §. vtatur nuncupatim his verbis, *le plus prochain lignagier du vendeur*, & alibi ſemper loquitur de conſanguineo venditoris, vt ſuprà. §. 1. & infrà §. 14. Quæ autem ſuprà de fideicommiſſo dicta ſunt, nihil huc pertinent: quia per fideicommiſſum ſuccedit ur primo teſtatori, non ipſi grauato, l. cohæredi. §. cùm filiæ, ibi, nec fideicommiſſo. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitutio. & not. Docto. vbique. Ideò fortè non abſurdum eſſet, vt proximitas in eo conſideretur ex perſona ipſius teſtatoris, cuius ſucceſſio eſt. Quanquàm & in hoc quoque contrarium conſtantiſſimè tenuit Soc. d. conſilio 249. Idque plurimis maximiſque rationibus, vt ibi omnibus videre in promptu eſt, dicitque ſe aliàs ita conſuluiſſe, & ſuo conſil. ſubſcripſiſſe. Bald. à Bartol. & Corne & ita fuiſſe obtentum, & idem conſuluiſſe quoque Ang. & Paul. Caſtr. nec tamen loca deſignat. & idem voluit ipſe Soci. in d. lege ſi cognatis, columna penulti. verſic. ſexta & vltima concluſio. ff. de rebus dubijs vbi & præter illos dicit ita conſuluiſſe Alexand. & Ioan. Bapti. à S. Seuer. & ſeipſum ter aut quater. Iterumque ipſe Soci. in lege hæredes mei. §. cùm ita, column. 6. verſicul. ſecundum eſt. ff. ad Trebel. vbi & idem dicit conſuluiſſe Bald. nec tamen locum deſignat. At Iaſon d. conſi. 215. libro. 2. & d. conſil. 159. libr. 4. dicit illud eſſe conſilium 488. incip. talis caſus eſt, qui dam Titius, libr. 3. quod tamen ad hunc locum nihil pertinet. Sed & idem conſuluiſſe Socin. d. conſil. 86. viſis teſtamento, column. 5. verſicul. aliquando & quartò, & multis ſequen. vſque ad fin. conſil. lib. 3. vbi &

multa in id allegat, traditque & illos, quos ſuprà ex eodem citauimus, conſuluiſſe. Iterumque idem Soc. conſilio 73. capiendo primum, colum. 3. verſic ſed ſi excluderentur, & ſequentib. lib. 4. & Caro. Ruin. conſi. 13. pręſupponitur, columna 6. num. 12. libro 1. & conſil. 201. ſuper his, colum. 7. num. 18. lib. 2. & conſi. 117. uiſo, colum. vlt. num. 25. eodem libro 2. & conſ. 123. quia circa, colum. 5. num. 18. eod. libro 2. & conſ. 162. proponitur, colum. 4. num. 7. eodem lib. 2. & conſ. 166. quod eſt eodem exordio, colum. 4. num. 5. eodem lib. 2. & conſ. ſequen. uiſo, colum. 4. uerſic. ſecundò probatur, eodem libro 2. & conſi. 168. proponitur, colum. 4. num. 8. eodem libro 2. & conſi. 171. caſus ad fin. eodem libro 2. & conſilio 47. circa dubia, columna vltima, lib. 3. & Stepha. Bertran. conſilio 300. ſuppoſito teſtamento, columna 2. verſic. & primò ad primum lib. 3. ubi etiam dicit ita ipſum Paul. conſuluiſſe, ſed eius conſilium non fuiſſe impreſſum, ſicuti certè non eſt, niſi id ſit conſ. 300. lib. 2. cuius initium eſt, uiſo quodam proceſſu, ubi aliquid de ea re dicit. Idem quoque uoluit Anton. Rube. conſil. 36. eximij, columna 2. verſiculo ſtante iſto, & conſi. 38. memini, colum. ultim. uerſic. ſed vt dixi, & conſil. 40. circa dubium, colum. 2. uerſic. nec obſtat, ſi fortè, & conſi. 82. viſo eleganti, colum. 1. & iterum vltim. Vide tamen eundem conſilio 126. uiſo teſtamento. Idem denique conſuluit Ludo. Gozad. conſilio 4. prima facie, colum. 5. nu. 17. ubi & idem dicit ipſum Soc. in alijs tribus conſilijs non impreſſis conſuluiſſe, quæ dicit apud ſe habere. Quamuis contrarium teneat Carolus Rui. ſibi contrarius conſilio 142. viſo & perlecto, col. pen. nu. 15. & ſeq. lib. 3. ubi dicit, idem voluiſſe Alex. conſil. 4 ponderatis, lib. 4. Tametſi id ille non adeò clarè dicit.

*ET PREFERE' AVANT AVTRE LIGNAGIER.*

## ET PRÆFERRI CÆTERIS CONSANGUINEIS, Gloſſ. II.

1 *Cõſuetudo retractus ſimpliciter admittens conſanguineos, an cẽſeatur proximiores cæteris p̃ferre.*

ET ita expreſsè in caſu noſtro voluit Alex. conſi. 27. viſo themate, in 3. dubio, lib. 6. per text. in l. ult. & ibi not. per Doct. maximè Bald. & Salyc. C. de uerb. ſignif. & in l. cùm ita. §. vlt. ff. de legat. 2. Et ſimile eſt quod ſcribit Bald. in tract. Protomixeos, col. 3. uerſ. ſunt duo vicini, quòd ſi extet ſtatutum, ut in uenditione præferatur vicinus rei uenditæ, & ſi alteri fuerit uendita, poſſit eam uicinus retrahere reſtituto precio: ſi duo ſunt uicini, ſed vnus altero propinquior, is in ſolidum poterit ſibi retrahere, excluſo remotiori, per l. adeò. §. inſulam. ff. de acq. rer. dom. & l. triumuiri, in fi. ff. de re mili. & §. inſula, Inſtit. de rer. diuiſ. Et idem in reuocatione feudi alienati, ut ſcilicet ex agnatis, qui prior eſt gradu, prius admittatur, uoluit Mart. Laud. in c. 1. §. hoc quoq; notandum, col. 4. uerſ. quæro an omnes. & ibi quoque Aluaro. & Cardin. Alex. col. 4. uerſ. eiuſdem initij, tit. de ſucceſſ. feud. & omnes quidem per text. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2

2 AT illud dubium eſt, Si tempore contractus uenditionis factæ à tuo conſanguineo, tu illi proximior eras, ſed interim intra annum retractui à noſtro conſuetudine præſtitutum, naſcitur alius te proximior. Pone enim vt id intelligas, quòd tu ſis conſanguineus in quarto gradu, ſed poſteà naſcitur filius ex fratre venditoris, qui fortè relicta uxore grauida mortuus eſt, is eſt te proximior: vter igitur veſtrum præferetur, vide quę latè diſſeruimus ſuprà eo. tit. §. 1. in uerbo, *ou lignagier*, quæ eſt gl. illius §. 9. num. 81. & hæc quidem intelligo, cum multis ſeq. præſertim uerò nu. 98. quod ſi ubi & ſeq.

*SI PLVSIEVRS LIGNAGIERS Y VIENNENT.*

## SI PLVRES CONCVRRANT, Gloſſ. III.

PGITVR cùm plures conſanguinei ueniunt, debet admitti proximior. Quid autem ſi nullum ipſorum emptor admittit, quia eos negat eſſe conſanguineos, vel eoſdem ueniſſe intra tempora retractus, uel etiam ſuum contractũ eſſe obnoxium retractui, quia eum dicit eſſe permutationis, uel alterius, qui non ſonat in uenditionem: ob idque iſti conſanguinei eum in ius vocarunt in materia retractus, diuerſis tamen inſtantijs & iudicijs. Tandem uerò unus eorum uincit, utrum uictori ipſi perinde rem cedi reſtituique oporteat, atque ſi aduerſus alios res defenſa non eſſet. Hanc quæſtionem non ſemel in facto vidimus. Habes autem text. eam expreſſim decidentem, in cauſa petitionis hęreditatis, in l. cùm idem, quæ eſt pen. ff. de pet. hære. quæ iubet rem uictori reſtituẽdã, data prius victo cautione aduerſus alios rẽ ipſam defendendi. Ijs enim eſt proprius peculiariſq; caſus eius l. tametſi multi è noſtris eã intelligunt de tertio opponente ſe executioni ſententiæ, eamq; dicit multũ no. & ſing. Bal. ibi. Et id quidem intelligas, quantum ad reſtitutionem rei pertinet, de qua tantùm loquitur ea l. Nam quantum ad expenſas cauſæ, in quibus emptor condemnatus eſt, eas ſine vlla cautione aut ſpe reſtitutionis refundere debet, cùm temerè litigarit. leg. eum quem. ff. de iudi. cum ſi. Sunt aũt & aliæ conſuetudines declarantes quid agendum ſit, cùm plures conſanguinei veniunt ſimul ad retractum, vt apud Auxerrenſes ſiue Altiſſiodorenſes, hoc eod. tit. §. 16. qui eſt omnium 47. Niuernienſes hoc item tit. c. 17.

1 *Si duo conſanguinei petunt retractũ diuerſis iudicijs, & alter vicit, quid agendum eſt.*

*DOIBT RECEVOIR LE PREMIER LIGNAGIER.*

## TENETVR ADMITTERE PRIMUM, Gloſſ. IIII.

NISI id noſtra conſuetudo expreſsè adieciſſet, potuiſſet videri, emptorem non teneri admittere, niſi proximiorem. Nam cum à lege vel ſtatuto aliquid intra certum tempus defertur pluribus, ea lege vt aliqui eorum cæteris præferãtur, nõ admittũtur poſteriores, dum locus eſt ijs, qui priori gradu ſunt, l. ſi filius qui patri. §. cùm filius. ff. de bo. liberto. in illis verbis: Et ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, nõ admittuntur interim. & l. 3. ff. de acq. hære. & l. ſi plures. ff. de iure delib. vbi aſſignandum eſt tempus ijs, qui priori ſunt gradu, vt deliberent, num ſe admitti velint antè, quàm cæteri admittantur, & l. 1. §. ſi intra centeſimũ, ibi ſi mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti debet. ff. de ſucceſ. edic. & cap. ne pro defect. extrà de elect. cum ſi.

1 *An remotiores admittãtur, antequàm proximior veniat.*

ET quia etiam, quando plures perſonæ ſunt vocatæ ſub termino generali, vel indefinito, vel collectiuo, puta familiæ, generis, cognatorum, conſanguineorum, liberorum, poſterorum, deſcendentiũ, & id genus ſimiliũ, intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt ſcilicet proximior primo loco admittatur, & hoc ceſſante, vel deficiente, is qui eũ proximè ſequitur, & cæteri deinceps. l. peto. §. fratre, qui eſt vlt. & iterum l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, & ibi Bar. Bal. Imo. & alij. ff. de leg. 2. & l. hæredes mei. §. vlt. ff. ad Treb. & l. vlt. & ibi Bal. Ang. Raph. Fulg. & Pau. Caſt. C. de verb. ſig. & voluerunt Bart. vterq; Raph. & Fulg. & Co. Fran. Are. qui id dicit ſing. quantũ ad nomen collectiuũ. Alex. Soc. qui id optimè declarãt, & Iaſ. in l. Gallus.

2 *Plures perſonæ cùm uocantur nomine generali, indefinito uel collectiuo, intelligi ordine ſucceſſiuo.*



lus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. Bart. in l. ſi cognatis. col. vlt. ff. de reb. dub. Bal. in l. 1. poſt medium, per gl. ibi. C. de ſecun. nup. in 2. lect. & in l. quoties ab omnib. col. 2. verſ. quæro quando eſt relictum. C. de fideic. vbi loquitur in caſu huic propè ſimili. Io. Raycinius inter conſ. Ang. conſ. 38. quidam Ioan. deceſſit. & ipſe Ang. cõſil. ſeq. viſis inſtrumentis. Pet. Ancha. & Imo. in c. indicãte, extra de teſta. idem Petr. in rep. c. 1. in 14. q. prin. verſ. & videtur quòd prædicta, extra de conſt. Raph. Co. cõſ. 106. mulier, col. 2. verſ. accedat. Paul. Caſtr. conſ. 383. notandum eſt, in princ. lib. 1. Alex. conſi. 26. videretur fortaſſe, col. 2. verſ. ſecundò principaliter, & col. penul. verſ. non obſt. id quod habetur, lib. 3. & conſi. 25. in cauſa uertente inter Antonium, col. 1. lib. 4. & quiſquis is fuit, inter conſi. ipſius conſ. 14 adſit ſpiritus, col. 4. uerſ. ſecunda concluſio, eo. lib. 4. Barbat. conſ. 27. ſcripſit doctiſſimus, colum. 10. verſicu. & adduco in medium, libr. 1. & conſi. 28. clementiſſimi Dei patris, column. 1. & 2. lib. 2. Corn. conſ. 37. in hac conſultatione, col. 2. lib. 1. & conſ. 52. pro deciſione, col. vlt. eod. lib. 1. & conſ. 74. de duobus, col. 1. eod. lib. 1. & conſ. 263. primo aſpectu, col. 2. verſic. confirmantur prædicta, eod. libro 1. & conſ. 22. in hac conſultatione, colum. 5. verſi. expedito, lib. 2. & conſil. 146. cuius eſt ſimile initium, col. 6. uerſ. & licet collectiuè, eodem lib. 2. & conſi. 95. diu poſt redditum, colum. 2. verſ. & inſuper, lib. 3. & conſi. 159. in hac præſenti, colum. 3. verſic. vltimò hæc pars, lib. 4. Soc. conſil. 44. capio primam, col. 1. lib. 1. & conſi. 90. abundè & ſubtiliter, colum. ult. lib. 1. vbi id dicit ſing. in nomine collectiuo. & conſil. 81. viſis teſtamento, colum. 4. uerſicul. capio nunc primum, eodem libro 1. vbi & id pulchrè declarat, & conſi. 113. ſuprà ſcripti, colum. 1. uerſic. prima, quia verbum, eodem li. 1. & conſi. 37. viſo teſtamento domini, colum. 1. lib. 3. & conſil. 104. quoniam præſens conſultatio, col. penult. eodem libro 3. & conſil. 51. viſa facti enarratione, colum. 2. lib. 4. & Franc. Curtius ſenior conſil. 74. ſuper memorata, colum. 6. verſicu. ſiue igitur, & Stepha. Bertran. conſ. 30. punctus, in fi. lib. 4. & conſi. 105. quia in loco, poſt princ. eodem lib. 4. Philip. Dec. conſi. 205. in cauſa iſtorum, colum. 1. & conſ. 208. ad clariorem rei demonſtrationem, colum. 2. verſic. ſed iſta æquiparatio. & conſil. 248. viſa petitione, colum. 2. & conſil. 513. in ciuitate colum. 3. nu. 9. conſil. 578 viſo conſil. colum. vlt. & conſi 619. in caſu propoſito, colum. vlt. vbi loquitur in terminis ſimilis ſtatuti huius noſtri, & conſ. 662. accuratè. Et per multos ex ſupra dictis, intelliges id procedere, etiam cùm uocantur copulatiuè. & uide quæ dicam infrà, eod. §. in gloſſ. 6. num. 2. porrò hęc noſtra.

3 TAMEN in ea ſum ſententia, ut ſi etiam hæc noſtra conſuetudo non expreſſiſſet conſanguineum remotiorem eſſe admittendum, id tamen obtinuiſſet ex generali conſuetudine, quę ſimpliciter admittit conſanguineũ, per ea quæ diximus ſuprà eod. tit. §. 1. in uerbo, *ou lignagier*, quæ gloſſ. eſt omnium illius §. 9. num. 21. ex eo autem, & ſeq. Quibus adde, quòd cùm aliquid non integrè, nec in ſolidum multis defertur, quilibet eorum ad id admittitur, etiam ſi non ſit primi gradus. l. 3. §. ſi ad plures. ff. de ſepul. vio. Licet is, qui eſt in primo gradu, quandocunque ueniat, ſit pręferendus, quamlibet præuentus: modò ſit intra tempus à lege vel ſtatuto præſtitutum. l. ſi maritus, per totam illam l. & maximè in §. vlt. ff. de adult. & latius dicemus infra tit. procedente. §. 2. in glo. 1. num. 82. ad vigeſimumprimum, & alibi ſæpe in ea glo.

3 *Etiamſi uocentur copulatiuè.*

4 ID quod & hoc caſu ſtatuit noſtra conſuetudo, & eſt æquiſſimum. Nam ſi aliter admitteretur vlterior conſanguineus, quàm annus eſſet tranſactus, ſequeretur quòd ſuus cuique conſanguineo annus daretur ſecundũ ordinem graduum, atque etiam in infinitum: nec poſterioribus obeſſet annus priorum, quin ex ſuo quique capite annum haberent. per notata in ca. 1. tit. quo temp. mil. inue. pete. debe. cum ſi. quæ affatim collegimus in eodem §. 2. tit. ſeq. Et quia etiam, vbi non eſt petito, ibi mora non eſt, leg. lecta. §. pen. ff. ſi cert. pet. cum ſimi. nec valenti agere currit præſcriptio. l. 1. in fin. C. de anna. excep. & c. quia diuerſitatem, de conceſ. præbend. Quæ autem in priori parte adducta ſunt, loquuntur in ijs, quę integrè & in ſolidum alicui deferuntur, & eo ſummoto, alijs, quo caſu haud dubiè, quamdiu priori competit id ius, alij poſteriores non admittuntur: nam contra naturam eſt, vt quod ego habeo, tu idem habeas. l. 3. §. à contrario. ff. de acqui poſſeſ.

*Mora, non eſt, ubi nõ eſt petitio.*

*OV LVY A TRANSPORTE' LA CHOSE.*

## AVT ILLI RE VENDITA CESSERIT, Gloſſ. V.

ERGO ex noſtra conſuetudine, ſi emptor vendat rem cõſanguineo venditoris, alij tamen conſanguinei proximiores ipſius venditoris poſſunt retrahere. Aliud tamen ſtatuitur in multis conſuetudinibus aliarum regionum Franciæ, videlicet apud Meldenſes, cap. 99 & ſequen. Senonenſes cap. 41. Trecenſes, capitulo. 146. Caluimontenſes in Baſſigniaco, cap. 114. Vitriacenſes, cap. 126. & Borbonienſes, capitulo 439. Altiſſiodorenſes, ſiue Auxerrenſes, hoc eodem titul. cap. 12. qui eſt omnium 43. vbi intelligitur, modò id fiat ſine fraude, & necdum emptor fuerit in ius vocatus. Et id iuris eſſe multis contendit Carol. Ruin. conſil. 76. circa caſum, per totum lib. 1. vbi id longè lateque diſputat, vt quiſque videre poterit, qui uolet. Tu autem hîc uide quæ dicam infrà in gloſſ. ſeq. numer. 6. & quia noſtra, & multis ſeq. vbi abundè tracto, vtrum ſi qui primo loco vendiderit ſuo conſanguineo remotiori, poſſit conſanguineus proximior retrahere.

1 *Si emptor uendat rẽ cõſanguineo uenditoris, an alius proximior poterit ab eo retrahere.*

*S'IL EST PLVS PROCHE.*

## SI SIT PROXIMIOR, Gloſſ. VI.

ET hoc quidem probabile, ne alterius ſcilicet remotioris feſtinatione, huius proximioris ius lædatur. l. cùm ſolus. ff. de acq. hær. Et quia cum aliquid multis defertur non integrè, nec inſolidũ, is qui primo gradu eſt, ſemper admittitur intra tempora legis vel ſtatuti, quantumcunque præuentus ab vlterioribus. l. maritus. §. vlt. ff. de adul. & diximus ſup. in gl. 4. huius §. num. 3. tamen in ea ſum. Super hoc autem uariè cõſtitutum eſt à conſuetudinibus Galliæ, vt videre licet apud Pariſienſes, c. 168. Meldenſes, c. 90. & ca. 98. & ſeq. Meldunenſes, c. 24. Turonenſes tit. *de retraict*, ca. 5. & 8. Cenomanenſes, cap. 380. & ſequen. & iterum c. 406. Andegauenſes, ca. 370. & ſeq. & iterum, 395. Carnutenſes, ca. 69. Aurelianenſes, c. 276. Bleſenſes, cap. 199. & duobus ſeq. Aruenienſes ti. *de retraict*, c. 16. atque etiam duobus ſeq. Borbonienſes, capit. 439. & 441. Belquercenſes, ca. 10. Arteſienſes, cap. 86. Burdigalenſes, cap. 9. ubi eadem propè, & iiſdem uerbis eſt conſuetudo, cuiuſmodi hæc noſtra eſt. Engoliſmenſes, cap. 61. Sanctonenſes Angeriacos, c. 47. & 51. Britonienſes, hoc eo. tit. §. 3. Altimarchienſes, ca. 267. Marchienſes, cap. 274. qui eſt 14. eiuſdem titu. Lortienſes in præfectura Montargij, hoc

1 *Si & remotior retraxerit, an ab eo poſſit retrahere proximior.*

*Conſuetudines uariæ de ea re.*

tit.c. 3. Niuernẽſes, hoc quoque tit. c. 17. Laudunenſes alioſq; Veromãdenſes, 3.partis.ti.8.§.2.qui eſt 76.illius, 3.partis, & §.ſeq.Comitatũ Burgundiæ, tit. *reachaptz*. §.3.Senlites ſiue Syluanectenſes, hoc titu.§.4.Normanenſes titu. 116. qui eſt, *de querelle de ſief vendu*. §.*chacun*.& ſeq. Lodunenſes hoc titul. §.5.6.7.

2 *De eadem re.*

PORRÒ hæc noſtra conſuetudo vltra præcedentia non mediocriter iuuatur argu. l. peto. §. vlt. ff. de leg. 2. vbi ſi teſtator fratre hærede inſtituto, petijt, ne domus alienaretur ſed in familia relinqueretur: ſi hæres alienauerit, omnes qui in familia fuerũt, fideicommiſſum petent, ſed ita, vt proximus quiſq; primo loco inuitatus videatur, cuius textus autoritate Old. conſil.178. factum tale eſt, quidam nobilis, ita intelligit tex.in c.1.ad fin.titu de natura ſucceſ. feud. qui in fi.dicit omnes lineas æqualiter vocari, vt ſcilicet proximus quiſque primo loco cenſeatur eſſe vocatus. Quod autem is tex.dicit, æqualiter, non ſignificare æqualitatem vocationis, ſed diſtributionis inter vocatos, vt ſcilicet in capita veniãt, non in ſtirpes, arg.l.libertus.§.præterito, in fi.ff.de bo.libe. Et ita quoq; illum tex. intelligunt Iac. Bel. And. Iſer. Aluaro, Mart.Laud.& Card.Alex.in d.c. 1.Ant.conſ.47.præmittendum eſt quòd quanquàm, in fi. & Iaſ. conſi. 182. in præſenti conſultatione, col.3.verſic. iſta cõcluſio, & multis ſequen. & iterum colum.pen.uerſi.non obſtat, quod dicit, lib.2. & neſcio quis Goneus (huius enim hoc nomen eſt) inter conſilia Albert.Brun. conſil.72.tota, poſt medium & Io.Ligna. & alij plerique inter conſi. eiuſdem, conſil.76.thema ſeu caſus, colum.vlt. vbi etiam dicitur Barto.Salyc.& Fran.Rampo. ita conſuluiſſe. Tu tamen uide Signo.conſilio 12. in caſu per vos, ante finem. & conſilio 93. factum ſic ſe habet, quidam nomine, & quæ etiam diximus ſupra eodem §.in glo.4. numero ſecundo, & qui etiam.

*Aequalitas in ſucceſſione feudi quomodo intelligatur.*

3 *Sed an proximior, qui retrahit à remotiores, qui antè retraxerat, teneatur ſoluere impẽſas prioris retractus.*

SED dubium eſt, an proximior qui retrahit à remotiori, qui antè retraxerat à primo emptore, teneatur ſoluere expenſas, quas ipſe remotior fecit ad retrahendum. Chaſſe.in commentarijs Burgundiæ hoc eod.tit.§.3. verſicu. ſed quæro an iſte, dicit quòd nõ, niſi remotior prius interpellaſſet proximiorem, vt retraheret: nam cùm proximior non poſſit per ſuum retractum deteriorem facere conditionem proximioris, quin ipſe poſſit totum eodem precio retrahere, nec in parte quidẽ illi poteſt præiudicare, augendo precium impenſarum: maximè cùm cogitare debuit, id euenire poſſe, vt proximior retraheret.l.ſi domum.§.idem quærit.ff.loca.& l.quibus diebus. §.1.ff.de condit.& demonſtr.

4 *De eadem re.*

CVI addere potes, quod plenè not.Bart.in l.inter ſtipulantem. §. ſacram, & ibi Recentiores poſt eum. ff. de verbo.oblig. conſideranda eſſe atque attendenda, quæ veriſimiliter & facilè euenire poſſunt, cuius rei bonus eſt tex. quem ipſe Bart.allegat in l.bona fide.§.cùm inter, vbi & id no.Bald. ff.de damno infect. cum alij multis ſim. à me adductis ſuprà eod.tit.§.1.in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, quæ eſt glo.18.in 7.qõ. nume.41. huic ita. Et nuncupatim in caſu ſtatuti, præferentis conſortem in venditione rei communis, tradit Flor. inter conſilia Pet. Anchar.conſi.171.quod dictà domina, attendendum eſſe, ac cogitandum ab emptore id quod ſuprà ex Chaſſe. diximus, ſcilicet conſortem rem ipſi emptori venditam, poſſe ad ſe reuocare, imputandumque ſibi eſſe, ſi id non cogitauit. Verùm in hoc caſu tu amplius cogitato: neque enim id ſine dubio eſt: ſed nunc, non abs re, aliter non decido.

5 *Queſt. retractus.*

QVID autem, ſi cùm poſt uenditionem conſanguineus quiſpiam remotior venditoris adit, conuenitque teſtatò alium conſanguineum proximiorem, eique denunciat uelle ſe rem vẽditam retrahere, ſi ipſe proximior nolit: ſi autem uelit, negat ſe retracturum: quandoquidem id fruſtra faceret, cùm ipſe proximior nihilominus poſſet iterum ad ſe retrahere: proximior autem reſpondet remotiori, ſe omnino non retracturum, vtrum poſteà audietur, volens ad ſe retrahere ex proximiore, qui iam retraxerat, dicam poſteà in fi.huius titu. qu.8. ſed hic eius loci admonere Lectores uolui.

6 *Quid, ſi res ab initio uendita fuit cõſanguineo uẽditoris, an cæteri propinqo. reſpoterũt ab eo retrahere.*

ET quia noſtra conſuetudo hic loquitur, cùm res initio uendita fuit extraneo, a quo conſanguineus remotior retraxit, vt liceat nihiloſecius propinquiori ab eodem retrahere, tametſi res iam in ſuam familiã redijſſet, quæro, an & id procederet, ſi ab initio res vendita fuerit conſanguineo remotiori, ut ſcilicet poſſit propinquior ab eo retrahere. Quod uidetur ex hac noſtra conſuetudine, cùm eadem videatur eſſe ratio. Quid enim intereſt, vtrum res ab initio fuerit uendita conſanguineo remotiori, an extraneo, à quo remotior retraxit? Cui etiam rei argu. præbet, quod caueatur infrà §. 26. ius retractus nõ poſſe transferri, alteri, qui non ſit ex ea conſanguinitate, quaſi cuilibet cõſaguineo cedi poſsit. Sed ibi nõ dicitur, an ea ceſsio, quæ fieret remotiori præiudicet proximiori: de quo nos illic tractabimus. Verùm quantum ad hanc noſtram conſuetudinem pertinet, conſtabit ex ijs, quæ ſtatim dicemus, non idem eſſe, cùm quid ab initio venditur extraneo, à quo conſanguineus retraxit: & cùm etiam ab initio venditur conſanguineo. Nam cum primum res venditur extraneo, ius apertum eſt omnibus conſanguineis retrahendi, ita tamen ut proximus quiſque præferatur, ut diximus ſupra in eod. §.in uerbo, *doit receuoir le premier*, quæ eſt glo. 4. Cum autem primùm uenditur conſanguineo, etiam remotioris gradus, non videtur eſſe locus retractui, ceſſante eius ratione, quæ eſt, ne res exeat è familia: neque enim hic exijt, cum conſanguineo uendita ſit. Qua ratione hanc opin. ſequutus eſt Geral.Bag.in ſua diſputatione retractus, uerſic.quæro conſequenter res eſt uendita alicui de genere, & Arnol. Ferronus in conſuet. Burdi. hoc eod.titu. §. 5. licet conetur etiam probare magna ratione contrarium ſtatutum fuiſſe in eodem §.5.

7 *Alienatione prohibita extra familiã, an ſufficiat uni è familia, etiam remotiori relinquere.*

ET hanc opinio. præter illam rationis ceſſationem, adiuuant & alia multa. Primum text. in l. peto. §. fratre, qui eſt ultim. ff. de legat. 2. in illis uerbis, in familia relinqueretur, iunctis illis uerbis, extero hærede inſtituto, & iterum in illis uerbis, familiæ domini reſtituturum, iunctis etiam illis uerbis, ſed ſi domus ad exterum quandoque peruenerit. Ex quibus uerbis colligitur à contrario ſenſu, quòd cum res ex præcepto teſtatotoris debet manere in familia, ſatis eſt ut relinquatur uni è familia. Sed de hoc eſt apertior text. in dicta l. unum ex familia, in princip.& iterum in §.1. iuncta glo. eodem titu. ubi ſi teſtator iuſſerit hæredem fundum reſtituere vni ex familia, poteſt hæres unum quemlibet, etiam poſterioris gradus eligere: nec alij proximiores ex hoc conqueri poſſunt. Et tamen ſi non eligat, admittuntur ad fideicommiſſum omnes, qui ſunt de familia, ſed ita vt proximiores cæteris præferantur, ut dicit glo. ibi, in uerbo, neceſſariæ, per multa iura, quæ allegat, & ſequuntur Raph.Co.& Paul.Caſtren.in dicta l.peto.§.fratre.& Socin conſilio 227. præſens conſultatio, columna nona, uerſicu. ex quibus inferendo, libro ſecundo, & Caro.Ruin.conſilio 101. ſuper his, columna ſexta numero decimoquarto, & ſequen. libro ſecundo. Ex quibus apertè intelligis, ſatis eſſe alienationem fieri in aliquem de familia, etiã ulterioris gradus, ut ceſſet fideicommiſſum: licet ſi aduenìſſet caſus fideicommiſsi, ille tanquam remotior non fuiſſet admiſſus. Quod & ſolerter expendit Socin.ubi ſuprà: quod multum facit ad id, quod diximus in præcedenti uerſic. ut ſcilicet hęc conſuetudo, quæ facit ius proximiori retrahendi à remotiori, qui retraxit ab extraneo emptore, habeat locum in ſuo caſu: nec ſimile ſit, cùm res ab initio uendita eſt conſanguineo etiam remotiſsimo.

SED



8 *De eadem re.*

SED & quòd iuſſus in familia relinquere, poſſit vnũ aliquem uel remotiorem è familia deligere, tenet ultra ſuprà dictos Raph.Com.conſ.113.ſtatutum, colum.2. Paul.Caſt.conſi.32.proprietarius, in fi. lib.1. Alcia.in l. pronunciatio, in uerbo agnatorum, ad fi.ff.de uerb.ſign. Ferdi.Loaz.in repe.l.filiusfamiliàs.§.Diui, char.5.num. 105.ff.de leg.1. ubi etiam nuncupatim facit differentiã illam inter alienationem primo loco factam extraneo, & eam quæ fit alicui è familia, vt ſcilicet priore caſu proximior pręferatur remotiori in reuocatione rei alienatæ, in ſecundo autem non poſſit proximior reuocare à remotiore. Et hæc quidem obtinere debent in interpretatione ſtatuti, quoniam iudicium ſtatuti & teſtatoris à pari procedit, ſecundum glo.Bart.& alios in l.1. C. de his quib.ut indig.cum alijs multis ſimil. à me adductis infrà, in fi.huius tit.in 3.quæſt.

9 *De eadem re.*

SED ita tamen, ut ſcias, alios eſſe text.in hanc ſententiam, uidelicet in d.l.filiusfamiliàs. §. cùm pater. ff. de leg.1.ubi dicitur. Verum eſt enim in familia reliquiſſe, licet uni reliquiſſet. Et in l.pater. §. quindecim. ff.de leg.3. ubi ſi multis liberis teſtator fundum legauerit, iuſſeritque, ne quis eorum partem ſuam alienaret, poterit tamen unus eorum, in alterum eorum alienare, quamuis non in extraneum. Et in l.uoluntas. C.de fideicom.ubi Bal. col.2. uerſ. quæritur de duobus, dicit, quòd unus ex feudatarijs poteſt vendere ſuam partem feudi paterni alteri ex feudatarijs ſine conſenſu domini. Et iterum in uerſ.pone conceſſum eſt, ſcribit quòd agnatus poteſt in alterum agnatum feudum alienare. Quod & uoluit idem Bal.conſ.216.fuit quidam nobiliſſimus, in fi.lib.2.& conſi.300. hoc initio, text.in c.1. in princ. lib.2.ubi rationem reddit, quia non videtur alienatum quod eſt in agnatorum corpore uel linea conſeruatum, per d.l.uoluntas, & l.1.C.de impo.lucra. deſcript. libro 10. De quo latè ſuprà diximus in præfat. huius tit. nu. 52.item feudum.

*Feudũ an in agnatũ alienari poſſit.*

10 *An autem in remotiorem, in prę iudiciũ proximiorũ, uide n.14.*

QVÒD ſi quiſpiam dicat, hos non declarare, utrum hæc alienatio facta in agnatos remotos, ualeat in præiudicium proximiorum, vt ad ſe eam reuocare nõ poſſint, ſciat, collegium Mediolanenſe, & præterea Sal. & Chriſtoph.Caſtel.reſpondiſſe, ut retulerunt Mart.Laud.& Card.Alex.in c.Titius, col.uterque pen.uerſ. circa ultimum dubium, tit.ſi de feud.fuer.controuer. inter dom. & vaſal.feudum antiquum alienari poſſe in agnatos remotiores, ſine permiſſu domini, idque in præiudicium proximiorum agnatorum, per text.in c.1.tit. de ali.feu. pater.& in cap.1.§.ſed & res, ibi, tibi vel proximiori, & iterum ibi, à te uel ab alio proximiori, tit. per quos fin. inue.& in c.1.§.& ſi clientulus, ibi, fratri uel nepoti, tit. de alie.feu.& in l.fœminæ.C.de ſecun.nupt. ubi mulier prohibita alienare lucrum, quod ex matrimonio percepit, id poteſt aſſignare uni ex liberis. Et quia etiam, ut dicunt, ceſſat ratio, prohibens, ne feudum vadat ad extraneos, quæ ratio ad noſtrum caſum, ut ſupra diximus, multum pertinet. Et facit, quod ſimpliciter dicit Cardin.Alex.in c.1.§.præterea Ducatus, tit.de prohib. feu. alie.per Fed. quòd uaſallus etiam ſine conſenſu domini poteſt uni ex agnatis feudum antiquum relinquere, per d.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.

11 *Prohibitio alienatiõis nõ comprehẽdit filios inter ſe.*

ET hanc quoque partem confirmat text. in l. is qui complures.ff.de leg.3. & in l.1. C. ne lice. habi. lib.11. & quod ſcribit Bal.conſ.498.factum ſuper quo, in fi.lib. 1. prohibitione alienationis non comprehendere filios inter ſe. Apparet enim teſtatorem ſenſiſſe, ne in extraneos alienarent, non in ſeipſos. Quod idem penè uoluit idem Bald.conſ.37.decreto, colum.2.verſ. item non dicitur, lib.3.& conſi. 377.quidam Alexander, ad fin.eod. lib.3. Et quod ab eodem Bal.ſcriptum eſt in l.1. col.1. C.de com. ſeru. manu. quòd in caſu ſtatuti Florentini, prohibentis domum alienari extra conſortes, poterit alienatio fieri in conſortem minimæ partis, nec cæteri qui habent maiorem partem, conqueri poſſunt, quod dicit menti tenendum, tanquam ſcilicet ſit ſatis, quantacunque parte eſſe conſortem, ut excludantur cęteri. & ſequitur Pantal.Cald.in repe.l.2.col.13.in fi.11.extenſionis.C.de reſcind.vend.& Carol.Ruin.conſi.27.ſtante pacto facto, col.2.num.5.& iterum col.6.num.12. lib.4. Et facit etiam, quod tradit Iaſon conſi.236.an Rex Romanorum, columna penultim. uerſicul. item ſi aliquis, libro 2.

12 *Emphyteutę an inter ſe poſſunt alienare.*

AT dicet aliquis aduerſus hæc text. habemus in l. cùm hi.§.ſed ſi pluribus. ff.de tranſact. quo cautum eſt, alimentarios inter ſe non poſſe tranſigere ſuper alimentis futuris, ſicuti nec cum extraneis. Cuius rei argumento Bal.ibi uoluit, quòd ſi teſtator rem quampiam pluribus legauerit, prohibueritq; eam rem alienari, nec inter ſe quoque alienare poterunt. Sed nec (inquit) emphyteutæ eiuſdem rei poterit unus alteri inſcio domino vendere. Sed id certè fit, ut dicit Bal.eodẽ in loco, in huiuſcemodi caſibus, quouiam prohibitio alienationis eſt in rem. In alijs autem caſibus, de quibus ſupra diximus, in perſonam eſt, ne ſcilicet fiat alienatio in perſonas extraneas, & qui non ſunt de familia, ſicuti & in noſtro caſu retractus. Sed & dici poteſt.in caſu d.§.ſed ſi pluribus, illud ſtatui, quia eadem eſt ratio prohibitionis inter ſeſe, & inter extraneos, nempe ne alimentarij fame pereant: neque enim minus peribit, qui cum cõſorte tranſigit, quàm qui cum extraneo. Hic autem longè diuerſa eſt ratio, ut dictum eſt.

13 *Cõſuetudines de pri. quæſt.*

DENIQVE ſunt apud noſtros Gallos multæ in hanc ſententiam conſuetudines, quæ ſcilicet ius non faciunt retrahendi rem venditã conſanguineo remotiori, videlicet apud Pariſienſes, c.172.& 174. & expreſſius apud Meldenſes, c.91.Meldunenſes, c.22.& 27.Victriacenſes, cap. 26. Carnutenſes ſubobſcurè, c.175. & c.ſeq. Aurelianenſes, c.276.Aruernienſes, tit.*de retraictz*, c.21.Borbonienſes, c.422.& expreſſius, c.439. Dunenſes, c.79.& Bituricenſes.ti.*de retraictz*, c.3.Senonẽſes, c.41.Altimarchienſes, c.264. Niſi (vt ibi dicitur) volẽs retrahere eſſet ſocius in re vendita, Niuernenſes, hoc titu.c.16. vbi nuncupatim id dicit procedere, ſi venditio facta ſit à principio vni conſanguineo, etiam remotiori, non item ſi extraneo. Valeſienſes, tit. 1.§.15.contrario ſenſu & iterum hoc tit & §.1.qui eſt omnium 82.etiam à contrario ſenſu. Laudunenſes, cæteroſque Veromandenſes partis 3. tit.8.§.primo.qui eſt 75.illius 3.partis, à contrario quoque ſenſu.& apertiſſimè §.17.eiuſdem tutuli, qui eſt omnium eius partis 91.Senlites ſiue malis Syluanectenſes, hoc titulo §.primo. Vt non leui ratione id factum conſtitutumque fuiſſe à tot populis videri debeat, arg. cap. prudentiam, in princ. extrà de offic.dele. vbi ſcribitur, integrum eſſe iudicium, quod plurimorum ſententijs cõfirmatur, & ibi gloſſ.concord.adducit. Quin ſunt pręter has, quæ etiam cùm conſanguineus remotioris gradus ſemel retraxerit ab emptor extraneo, negant proximiorem admittendum, videlicet Sononenſes d. c.41. Trecenſes autem, c.145. & ſeq. diſtinguunt, vtrum res ab initio fuerit vendita extraneo, an conſanguineo: primo enim caſu poſſe proximorem retrahere à remotiori, qui retraxit ab extraneo: ſecundo non poſſe. Et ſimiliter Caluimontenſes in Baſſigniaco, cap.113.& ſequen. Et huc denique ſpectat, quod ſcribit Ioan. Fabia.in §. 1.in princ.inſti. de emptio. & vend. conſuetudinem Franciæ eam eſſe, vt cùm quod venditur extraneo, poſſit proximus venditoris retrahere, tanquam ea conſuetudo non habeat locum, niſi cùm venditur extraneo.

*Aliæ conſuetudines*

14 *Cõtra priorem ſententiam.*

VERVM hæc res non adeò clara eſt, quàm videri poſſet ex præcedentibns rationibus. Nam primùm contra id quod ſuprà diximus, ſi vaſallus alienarit feudum paternum in agnatum remotionem, perinde poterunt

proximiores ab eo reuocare, niſi ipſi conſenſerint, atq; ſi in prorſus extraneum alienatum fuerit, ut eſt text. omnium optimus in d.c. Titius, & ibi Doc. præſertim Mar. Laud. & Card. Alexan. tit. ſi de feud. fuerit contro. inter dom. & agna. & uoluit quoque Andr. Iſer. & Cardin. Alexan. in d. cap. 1. per illum text. de alie. feud. pater. & idem Andr. in c. 1. tit. de ſucceſſ. feud. Iac. Belu. in c. 1. ad princ. & ibi quoque Bald. colum. 2. uerſ. quæro an inter, tit. de prohib. feu. ali. per Fed. & collegium Bononienſe, vt etiam retulerunt Mart. Laud. & Card. Alex. in d. cap. Titius, dicitq; ipſe Mar. ita iudicatum fuiſſe in cauſa nobilium de Scarampis, in qua fuerunt producta dicta cõſi. contraria collegij Mediolanenſis, & Bononienſis. Et reſpondet uterque ad ea, quæ in eodem conſil. collegij Mediolanenſis fuerunt adducta, ut ibi videre poteris, ne hìc repetam. Et Bal. in cap. 1. colum. ult. tit. de uaſal. qui cont. conſti. Lothar. & latè in c. 1. colum. 3. uerſ. pro uberiori, & ſeq. uſque ad fi. propè. & ibi quoque Aluar. tit. de alie. feud. & ipſe Bald. conſ. 16. facti euidentia, col. 1. lib. 1. & conſi. 170. ad euidentiam, col. 1. lib. 2. & conſil. 265. ſuper eo quod excipitur, col. 2. verſ. ſecundò probatur, lib. 5. Io. Ligna. in Clem. ult. & ibi quoque Imol. in fi. de iur. patr. idem Ligna. inter conſi. Alb. Brun. conſil. 77. caſus talis eſt, nobilis uir: vbi ad id multa allegat, quæ illic videre poteris. Rom. conſi. 22. propoſitæ, ad fi. vbi ad hoc dicit ſing. text. in d.c. Titius. Card. Alex. & alij in d. cap. 1. §. & ſi clientulus, tit. de alie. feud. Iac. à S. Geor. in tract. feu. in uerbo, & cum pacto de non alienãdo, col. 5. uerſ. & aduertite quòd præmiſſa, & latius col. 9. verſ. ſed moueo vobis: & alios in id citat idem tenentes, & Phil. Dec. conſil. 395. in cauſa magnifici, col. 1. & ipſe Alb. Bru. conſi. 36. circa præmiſſa, colu. 2. & omnes propè, quos citauimus in præfa. huius titu. nu. 52. item feudum.

15 *Fab. ſentẽtia de quæſtiõe prin.* Et per eum tex. in d.c. Titius, Io. Fab. in §. ita tamen demũ, Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. nuncupatim hanc noſtram quæſtionem decidit pro iſta parte, vt videlicet ſi res vendita fuerit alicui de genere remotioris gradus, poſſit proximior retrahere, vi conſuetudinis admittentis ſimpliciter conſanguineos ad retractum. Ad quod etiam allegat l. filio. ff. de inoſſi. teſt. quæ non admodum mihi huc facere videtur: & d.l. unum ex familia. §. 1. cum ibi notatis. ff. de leg. 2. quem text. & nos ſuprà pro contraria parte adduximus. In qua re illud animaduertendum eſt, quòd id, quod in ea contraria parte diximus ex illo tex. vt ſcilicet ſatis ſit vni ex familia reliquiſſe, vt non ſit locus fideicommiſſo, intelligit gl. ibi, quam nullus ſcriptorum improbat, (veluti omnes ſequitur) ſecundum l. item quod Sabinus, in fi. ff. de hære. inſtitu. cum ſi. à me adductis infrà. §. 35. eodemq; penul. in gl. vlt. nu. 46. nam minores: intelligit igitur ea gl. ut illud procedat, cùm uni ex familia relictum eſt: tũc enim poterit hæres vtrumquẽ libet ex ea familia eligere. Secus, ſi familiæ ſimpliciter relictum fuerit. nam tunc hæres non poterit eligere remotiorem: quem ſi fecerit, admittantur proximores ad reuocationem alienationis, per l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, eo. tit. & not. in l. ulti. C. de uerb. ſigni. cum concor. à me adductis ſuprà eo. §. glo. 4. in uerbo, *doibt receuoir le primier lignagier*, num. 2.

16 *Fab. aſſeclæ.* Et ita intellectus text. in d.l. unum ex familia. §. 1. bene facit pro ſententia ipſius Fab. quem etiam expreſſim, & in eius ſpecie, ſequitur D. Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num. 606. extra de teſta. ubi & alios allegat, qui tamen id nõ dicunt. Verùm idem reſpondit Phil. Dec. conſil. 619. licet in caſu propoſito. vbi & idem dicit conſuluiſſe Nicolaum à nobilibus, & Hormanotiodetum. Sed & idem voluit D. Io. Igneus, multa in eam ſententiam allegans, in rep. l. dudum, col. 17. verſ. quid autem ſi res fuerit, qui eſt in num. 24. cum multis ſeq. per 3. aut 4. col. C. de contrah. empt. & Chaſſ. in hoc eod. tit. §. 3. in princ.

Et ad hanc quoque ſententiam facit, quod reſponſum comperimus à Petr. Anch. & Floria. à S. Petr. inter conſi. ipſius Anch. illo ſcilicet, conſi. 307. ante omnia uidendum eſt, Floria. autem conſ. quod illud continenter ſequitur, cuius initium eſt, quòd dicta domina: quòd ſi ſtatutum præbeat facultatem conſorti reuocandi rem communem alienatam, ſi res quæpiam uendita fuerit uni conſortibus ex minore parte, poterit alius conſors ex maiore parte alienationem reuocare ab illo conſorte minoris partis, per multa in illis conſ. allegata. Et idem quoque uoluit Fab. in trac. emptionis & uenditionis, in 20. q. 3. q. princ. paulò ante fi. per multa etiam illic allegata, quibus probatur, multis in rebus eos præferri, qui maiorem partem habent. Et priores illos ad hunc noſtrum caſum citat, & ſequitur Boer. in conſuet. Bitur. hoc tit. *de retraictz*, c. 3. in princip. Et id certè omnino contrarium eſt ei, quod ſupra in contraria parte adduximus in num. 11. ex Bal. in d.l. 1. C. de com. ſeruo manu. Sed aduerte hìc, Lector, quia Floria. ubi ſupra, illud qđ ex eo diximus, negat procedere, ſi ſtatutum ſimpliciter præfert conſortem; quia tunc non eſt ratio præferendi eum, qui habet maiorem partem, alteri. Sed ad contrarium dicendum, ſcilicet præferendum conſortem maioris partis, in ea ſpecie, de qua conſulebatur, motus eſt, ſicuti & ipſe Petr. Anchar. ex alijs verbis ſtatuti, ut inibi videri licet. Ideò non video, quomodo ex illis hæc pars fulciri queat.

Sed in eam non obſcurè inclinat glo. in c. conſtitututus, in verbo, conſuetudinem, & ibi Panorm. in 5. notab. extra de in integ. reſtit. Nam cùm in eo text. fiat mẽtio huius conſuetudinis ſimpliciter, ut ſcilicet intra annum & diem liceat proximioribus offerre emptoribus precium. Ea gl. & Panor. loquentes etiam de ea conſuetudine, dicunt eam talem fuiſſe, vt ſi quis rem ſuam uenderet extraneo, uel etiam alicui coniuncto remotiori, is qui proximior eſt alienanti, poſſit intra illud tempus offerre precium. Vides enim quòd glo. & Panor. ultra illum text. qui eam cõſuetudinem ſimpliciter appoſuerat, ſine mentione qualitatis emptoris, adijciunt illa uerba, extraneo, uel coniuncto magis remoto, tanquam illam conſuetudinem intelligant, ut locum habeat, non ſolùm ſi extraneo, ſed etiam ſi coniuncto remotiori fuerit res uendita: Niſi tamen diceres, & illud quoque intellectum fuiſſe ex uerbis illius conſuetudinis in text. appoſitis, cum dicit, proximioribus: quaſi id ius ſemper cõpeteret ipſis proximioribus, qui ſcilicet ſunt in propinquiori gradu, ſi remotioribus res fuerit uendita. 17 *Alienatio prohibita inter conſortes.* Proximiores enim ij dicuntur, quos alius nemo antecedit, l. 2. §. hæreditas, & §. legitima. ff. de ſuis & legit. Nam & Bart. Bald. & alij in l. tranſactionem. C. de tranſact. faciunt diſcrimen, vtrum ſtatutùm requirat conſenſum propinquorum ſiue conſanguineorum ſimpliciter in alienatione rerum minoris aut mulieris; quo caſu ſatiſfactum dicunt ſtatuto, ſi adhibiti fuerint conſanguinei remotiores: an uerò requirat conſenſum proximiorum, ſiue proximorum, quod idem eſt, aut propinquiorum, & tunc ſint adhibendi ij, qui cæteros gradu antecedunt. Igitur cùm conſuetudo illius cap. conſtitutus, loquatur ſimpliciter de proximioribus, ſatis declarat proximiores ipſos admittendos ad redimendum retrahendumque à minus propinquo, cui res uendita fuit oblato precio, ſicuti & ab extraneo. Cum autem conſuetudo ſimpliciter admittit conſanguineum aut propinquum, ut facit noſtra conſuetudo ſuprà §. 1. quæ utitur his uerbis, *le parent ou lignagier*, poſſet uideri ſatis eſſe, ſi uendita fuerit conſanguineo etiam remotioris gradus, ut ceſſet ratio ipſius.

18 Tu tamen cogita, neque enim auſim diſcedere à tã clara



*Aliæ conſuetudines de princip. quæſtione.* clara Ioannis Fab. & aliorum. in hac re ſententia, quam etiam ſecutæ ſunt aliæ huius regni conſuetudines, ſcilicèt apud Burgundos hoc eo. tit. cap. 3. vbi & Chaſſan. quod iam diximus, hanc partem ſecutus eſt, Cenomanos, cap. 406. Andegauos. c. 395. Aquitanos Burdigalenſes, c. 8. quod eſt 5. huius titul. & Sanctones Angeriacos cap. 51. Pro quibus ultra ea quæ diximus & illud quoque dici poteſt, quòd res alienata in conſanguineum remotiorem, non eſt in tam propinqua familia, tam coniuncta uenditori, quàm ſi proximus quiſque eandem retraxerit: tunc enim erit in intima, & (vt ſic dixerim) penitiſſima familia, ita ut ſi poſteà ab eodem vendatur alteri extraneo, præponentur qui erunt proximiores ipſius, & ſic primi venditoris. Contrà verò poſtponentur, ſi res manet apud illum vlteriorem, qui extraneis vendat, ut qui erunt eiuſdem gradu remotiores. Imò uerò poteſt euenire, ut propinquiores ipſius primi uenditoris non admittantur. Fac enim rem primum uenditam conſanguineo, qui decimo gradu diſtat à uenditore (is enim eſt vltimus omnium, qui recipitur ad ſucceſſionem & retractum, ut diximus ſupra §. 1. glo. in uerbo, *ou lignagier*, num. 23. ſed & id intelligendum) poſteà uerò à nepote ipſius emptoris, cui ſucceſſit, uenditam extraneo: certè filius primi illius uenditoris non admittetur ad retractum huius rei, ut qui ab iſto poſteriore uenditore diſtet undecimo gradu. Et ut ſummatim id concludam, licèt res uendita conſanguineo in remotiori gradu non exierit è familia ſiue genere uenditoris, propior tamen eſt, vt omnino exeat, niſi a proximiore retrahatur. Igitur iterum cogita, & uide omnino, quæ dicam in ſeq. quæſt.

20 *Si res uẽdita eſt vni ex proximioribus, an cæteri eiuſdẽ gradus poſſint retrahere in totũ uel pro rata, uide in gl. ſeq nu. 1. Cõſuetudo.* Nam maius illud dubium eſt, ſi res uendita fuerit uni ex multis proximioribus, an cæteri eiuſdem gradus admittentur ad retractum. Nam non admittendos adſtruit text. in l. filiusfamiliàs. §. cùm pater. ff. de legat. 1. ubi ſi pater, filio hærede inſtituto, ex quo tres habebat nepotes, fidei ipſius filij commiſit, ne fundum alienaret, & ut in familia relinqueret: ſi extraneo reliquit, omnes admittuntur ad fideicommiſſum: ſin autem vni eorũ tantùm reliquit, cæteri non admittuntur. Verum eſt enim, in familia reliquiſſe, licet uni reliquiſſet. Præterea nemo dixerit ſi proximiori res vendita fuerit, alios conſanguineos queri poſſe: quando & feudum in proximiorem, uel cæteris contradicentibus, alienari poſſit. c. primo, §. ſed etiam, ibi, niſi tibi uel alij proximiori, tit. per quos fiat inueſt. Is autem dicitur proximior, quem nemo præcedit, etiamſi alij ſint eodẽ gradu. l. qui duos, in princip. ff. de reb. dub. & §. proximus, Inſtitut. de leg. agna. ſucceſſ. Ideò Bald. in l. vltim. columna ultim. C. de ſuis & legit. tenet, quòd unus fratrum poteſt eligere ex ſuis fratribus, quem uolet inueſtiri de feudo, per cap. 1. tit. de alie. feu. pater. & alia, quæ ibi allegat. Et ita nuncupatim in caſu noſtri retractus uoluit Ferro. in conſue. Burdig. hoc tit. de retractu. §. 3. pag. 3. Et in eam rem eſt expreſſa conſuetudo in Comitatu Burgundiæ, §. 7. Et faciunt, quæ diximus in præcedenti quæſtione, in priori parte. Nam ſi à remotiore qui emit, nõ poſſit proximior retrahere, multò minus ab eo, qui æquali cum eo gradu eſt.

21 *De eadem re.* Verum Bal. conſi. 38. dominus Thomas, lib. 1. reſpondit in hac ſpecie, quòd ſi unus ex multis fratribus feudatarijs partem ſuam alienauerit in alium unum ex pluribus, poterunt cæteri pro ſua quiſque portione reuocare, per multa illic allegata, quæ tu uidere poteris. Et idem uoluit ipſe Bald. conſ. 309. cùm eſſent plures, poſt princ. eodem lib. 1. per cap. 1. in princip. tit. de ſucceſ. feud. & cap. 1. §. donare, tit. quali. olim feud. ali. pote. & c. 1. tit. de grad. ſucceſſ. in feud. & idem quoque Bald. in d. ca. 1. §. hoc quoque, col. vlt. uerſ. ſeptima concluſio, tit. de ſucceſſ. feud. quem in hoc poſtremo loco refert & ſequitur Fel. in c. quæ in eccleſiarum, char. vlt. verſ. ſeptima declaratio, ibi, & adde quòd ſi ſimul multi, de conſtit. Et idem quoque uoluit Io. Ligna. inter conſ. Alb. Brun. conſ. 67. caſus talis eſt, nobilis uir: ubi & ad hoc multa allegat, & Card. Alex. in c. Titius, col. 4. & ſeq. tit. ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. Iac. à S. Geor. in tract. feudorum, in uerbo, & cum pacto de non alienando. col. 9. uerſ. in iſta materia, & iterum col. ſeq. uerſ. ſecunda concluſio. Caro. Ruin. conſ. 8. in propoſito, col. 3. nu. 6. lib. 1. Zaſius in epitome feudorum, parte 9. char. 3. uerſ. item & ſecundo. Nec ij duo allegant Bald. in d. locis, ſed tantùm in c. 1. tit. de uaſal. qui cont. conſtit. Lothar. ubi de hoc nihil dicit, ſed tantùm loquitur de alienatione, quæ facta eſt in remotiorem, ut ſcilicet ea reuocari poſſit à proximiore, de quo latè diximus in præcedenti quæſt. Et nouiſſimè Alb. Brun. conſ. 38. uiſis conceſſionibus, col. 1. ubi illud expreſsè dicit, non ualere alienationem feudi in agnatum, pro portionibus peruẽturis ad alios agnatos æquè proximos, in præiudicium eorum. Et bene etiam facit, quod ſcribit Bald. in c. 1. §. ſed res, uerſicul. ego fui interrogatus, tit. per quos fiat inue.

22 *De eadem re.* Cæterum Sal. uir utique Iuris ciuilis prudentia clariſſimus, duo ſuper hoc conſilia, & quidẽ contraria edidit. Primũ, quo tenebat, eos agnatos uaſalli, qui æquali ſunt gradu cum eo, in quem feudum alienatum eſt, poſſe ab eo pro ſua quemque portione reuocare. Alterum, quo prioris meminit, & ſe in illo erraſſe ingenuè fatetur, aſſeritque conſtantiſſimè, poſſe feudum uni ex proximioribus alienari: nec alios æquè propinquos conqueri, aut alienationem reuocare poſſe, per tex. in c. generali, iuncta gl. in princ. tit. de alie. feu. pater. Et ita eum retulit Petr. Fer. in tit. forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in uerbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis, col. 8. uerſ. circa autem præmiſſa: ubi & hoc in utramque partem diſputat, nec tamen aliud concludit. Pro ea autem ſententia, quę admittit ęquales gradu, pro ſua quemque portione, eſt conſuetudo Cenomanorum, c. 406. & Lodunenſium hoc tit. §. 8. *Cõſuetudo.*

23 *An pater poſſit vni ex filijs feudũ aut emphyteuſim relĩquere. Qui dicũt poſſe.* Et huc ſpectat alia controuerſia, quę etiam inter noſtros Doctor. eſt, vtrum pater poſſit feudum vel emphyteuſim vni ex filijs relinquere, ita vt cęteri reuocare nõ poſſint. Sunt enim, qui dicunt poſſe, videlicet Spec. nutans tamen, titu. de locat. §. nunc aliqua, verſicu. 78. Iaco. Ardiz. in Summa titu. quib. mod. feud. amit. char. 12. §. ad prædictum, uer. uerùm licèt non poſſit. Bald. in Auth. ſi quas ruinas col. 4. uerſicu. iuxta hoc quæro. C. de ſacr. eccle. & in c. 1. §. & quia vidimus, colum. 2. verſi. ſed quæro de uno, poſt Iac. Bel. ibi, tit. qui feud. dar. poſſ. & conſi. 451. nobilis Marchio, in fi. lib. 1. modò (inquit) cæteris liberis relinquat legitimam, & conſ. 197. quod conſentiente, lib. 3. Imo. in l. ſi domus. §. ultim. ad fi. ff. de leg. 1. & in l. cùm ſeruus, aliàs l. idem Iulianus. §. ſi quis alicui, & in d.l. filiusfamiliàs. §. cùm pater. ff. eo. titu. & in c. potuit, ante fi. in penul. quæſt. uerſic. pro cuius declaratione, extrà de loc. Petr. Ancha. conſil. 143. pro domina Paula, in 1. dubio. Paul. Caſt. conſil. 179. in cauſa quam magnificus, colum. 3. verſicu. ſed in contrarium; lib. 1. Ro. conſil. 35. viſa facti ſerie, in vltim. dub. Barb. latè conſi. 66. afferam in medium, colum. 5. verſicu. & licèt iſta ſint, & multis ſeq. lib. 4. & inter conſi. Alexand. poſt conſi. 55. proſpectis his, column. penul. & vltim. lib. 4. Ipſe Alexand. ſubdubius tamen, conſi. 12. perſpectis, col. 2. verſic. fortificari, lib. 5. & aſſeuerantius conſi. 27. videretur, col. 1. eo. li. 5. Maria. conſ. 25. dominus Franciſcus, col. 4. verſi. verùm his & ſimilibus Bene. in repe. c. Rayn. in verbo, in eodem teſtamento, relinquens, el 1. nu. 186. de teſt. Phil. Dec. & ipſe ſubdubius, conſil. 194. viſo tenore, ante fi. Lud. Gozad. conſi. 25. in hac cauſa, col. pen. verſi. 7.

24 *Qui cōtrà non eſſe.*

SVNT qui contrà negant, poſſe patrem uni filiorum relinquere, & in his Andr. Iſer. & Iac. Bel. in cap. 1. tit. an agna. & in cap. 1. & ibi Bald. ſibi contrarius, tit. de alie. feud. & idem And. in cap. 1. in princip. & ibi Bal. col. 2. verſ. pone, ego recepi, & Aluar. colum. 1. tit. de ſucceſſ. feud. Oldr. conſi. 137. perlectis, in primo dubio, Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi, colum. 2. verſic. ſecundum dubium. ff. de oper. liber. & conſi. 55. dominus Amatus, quod conſ. repetitur conſi. 60. quæſtio: niſi quòd in huius princ. aliquid priori additur. Feder. Senen. conſ. 228. factum tale eſt, duo fratres, in fi. Bald. in utraque lectur. & Angel. poſt Iacob. Butr. quem ita dicunt conſuluiſſe, in l. item uidendum. §. nunc uideamus. ff. de petit. hæred. idem Bald. & Salyc. in l. ſi adulta. C. de hæred. ipſe Bald. in l. 1. in 9. q. ff. de re. diui. & in c. imperialem, col. 4. verſicu. quæro vtrum pater, & ibi Mart. Laud. paulò ante fi. & Io. Ray. in. §. habito, colum. 13. in paruis, verſi. nec etiam poteſt, titu. de prohib. feu. aliena. per Fed. Angel. conſil. 199. Sal. in l. vltim. column. 3. uerſicu. quæro an res emphyteutica. C. de iur emphy. Petr. Ancha. ſibi contrarius, conſil. 319. themate præſuppoſito, in 2. dubio & Ro. ſibi item contrarius, in leg. 1. in 12. q. C. quando non peten. part. Rapha. Co. conſil. 166. uiſa copia, column. 2. verſic. tertia conſideratio. Iac. Aluar. in c. 1. §. & quia vidimus, tit. qui feud. dar. poſſ. Ioan. Ana. conſi. 37. viſo puncto, in 2. dubio. Pet. Ferra. titu. forma libel. quo agit. ad rem feud. in verbo, nec ſuperſtitibus, columñ. 4. verſicu. ex quo infertur. Alexand. conſil. 8. viſis ſubtiliſſimis, column. 4. verſicu. quinimo fortius, lib. 4. Corn. latè conſil. 199. in præſenti conſultatione, col. 19. verſ. his tamen non obſtantibus, lib. 2. Bart. ſibi etiam cōtrarius, latè in rub. extra de feud. colum. pen. verſ. utrum autem pater: vbi dicit ita ſe conſuluiſſe, uti conſuluit cōſil. 66. afferam, colum. 2. lib. 4. Franc. Curt. ſenior conſi. 25. tria, in 2. dubio, Iaſ. qui hanc dicit eſſe communem opin. conſi. 213. in præmiſſa, colum. 4. uerſ. ad prædicta, lib. 2. Philip. Dec ſecum item pugnans conſi. 239. primò non uidetur, col. 3. verſi. vltimò non obſtat, & conſ. 389. viſa longa ſerie, col. 1. Caro. Ruin. conſ. 8. in propoſito, colum. 2. num. 7. lib. 1. & conſ. 25. dubitabilis, col. 5. nu. 13. eod. lib. 1. ubi & hanc dicit eſſe communem opin. & conſi. 213. in quæſtione, col. 3. nu. 4. eo. lib. 1. Io. Oldendorpius Actionum iuris claſſe 4. in actione emphyteutica, c. 7. in fi.

25 *Qui diſtinguunt.*

SVNT autem, qui in hoc faciunt diſcrimen inter feudum & emphyteuſim: vt ſcilicet in feudo non poſſit, in emphyteuſim poſſit, ex ijs quæ ſcribuntur a Bald. in d. c. 1. colum. 4. verſ. quærit hìc gloſſ. tit. an agna. uel filius. & hanc opin. dicit communiorem Alex. in d. l. idē Julianus. §. ſi quis alicui. ff. de lega. 1. de quo etiam plenè per Barbat. conſi. 89. illud, colum. vlt. lib. 3. Sunt & qui diſtinguunt inter feudum antiquum, & nouum, vt illud uni non poſſit pater relinquere, hoc poſſit: vt per Andr. Iſer. in c. 1. per illum text. à contrario ſenſu, tit. de alien. feu. pater. & Bald. in l. qui ſe patris, col. 6. uerſ. item quæritur ſi uaſallus. C. vnde lib. & per Alexand. qui id tamē non admittit, conſi. 106. viſo themate inſtrumenti, col. vlt. lib. 4. & conſi. ſeq. in cauſa Nico. in princip. & Caro. Ruin. conſi. 45. habita, col. 8. num. 17. lib. 1. & dicam infrà eod. tit. §. 32. num. 1. Sed & in feudo nouo a nonnullis diſtinguitur, an id gratis fuerit conceſſum, an non gratis: ut primo caſu non poſſit pater uni ex filijs donare, in ſecundo poſſit: ut per Bal. in l. 1. ad fin. C. per quas perſo. nobis acquira. ubi etiam diſtinguit, utrum filij ſint in poteſtate patris, an non. & Corne. conſi. 37. circa primum, colum. 4. in litera l. lib. 3. & Bened. Cap. inter conſi. illius conſi. 51. videtur primò, colum. 2. eod. lib. 3. & Ludo. Gozad. conſi. 75. primò, colum. 2. num. 14. Et vide etiam Maria. Soc. d. conſi. 25. dominus Franciſcus, col. 4. uerſ. unde ſupereſt. Nec deſunt, qui indiſtinctè dicant, id poſſe patrem, modò alijs legitimā relinquat, vt per ipſum Bal. conſi. 356. ſi uaſallus, in 3. dubio, lib. 4. Sunt prætereà, qui hanc rem ita diſcriminant, ut inter viuos poſſit, in teſtamento non poſſit: ut per Ludo. Bolog. in addit. Ioan. Anan. d. conſ. 37. in princ. eius addi. Sed & ſunt qui referre dicunt, utrumne feudum ſit hæreditarium, an non: vt primo caſu poſſit, ſecundo minimè: ut per Alex. conſi. 28. in cauſa & lite uertente ſuper feudo, col. ult. verſ. confirmari poſſunt, lib. 5. & Cardin. Alex. in d. c. 1. col. 6. verſ. quæro poſt Bald. tit. de prohib. feu. alie. per Fed. ubi id latè diſputat. Sunt denique qui aliter atq; aliter diſtinguūt, aut limitāt, ut plenè videre poteris apud Corne. conſ. 282. uiſo dicto puncto, col. 6. uerſi. tertiò uidetur, cum multis ſeq. & pleniſſimè Iaſ. in l. 2. in 22. eademque ult. q. C. de iure emphyt. & Fran. Curt. iuniorem in tractat. feudorum in 4. parte princip. char. totius operis 47. uerſ. ex prædicta regula. quos itē omnes uidere poteris, & ex ijs depromere, quæ ad caſum noſtri retractus in hac quæſtione, quam tractamus, pertinent, ſatis enim mihi uiſum eſt, Doctor. nominatim ex locis deſignaſſe, eorumque opi. ſtrictim indicaſſe. Tu autem ſuper ea noſtra quæſt. uide etiam, quæ dicam infra eodem titul. §. 26. in uerbo, *non eſtant du lignage.*

### *IL Y SERA RECEV PRO RATA*

### ADMITTETVR PRO RATA, Gloſſ. VII.

SIMILE eſt quod à quibuſdam dicitur voluiſſe Bal. in c. 1. tit. de vaſal, qui cont. conſti. Lothar. quòd ſi ſint plures agnati eiuſdem gradus. & fiat alienatio feudi antiqui in vnum eorum, cæteri æqualis gradus poterunt reuocare eam alienationem, pro rata eorum portione. Et ita eum refert, & ſequitur Iaco. à S. Georgio in tracta. feudo. in verbo, & cum pacto de nō alienando, col. 10. verſi. item & ſecundò. Quamuis Bal. vbi ſuprà, id non dicat, ſed loquitur de alienatione, quæ facta eſt in remotiorem, vt diximus in gl. præcedenti non ſemel. Verùm ipſe Bal. & alij à Iac. à S. Geor. & Zaſio minimè citati, illud ipſum voluerunt in alijs locis à nobis deſignatis in d. gl. præcedenti, nu. 21. Verùm. Ceterùm pro hac cōſuetudine, & contra eam quoq; diuerſis reſpectibus facit tex. in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infec. quo in loco, illinc occaſione ſumpta, Dy. & Bar. tractant an & quando ordo temporis ſpectetur, vt inducat prælationem in Iure: vti etiam faciunt in l. priuiligia. ff. de preuileg. credi. & in l. cùm vnus. ff. de bon. autor. iud. poſſ. & ipſe Dy. in l. qui prior, de reg. iur. lib. 6. Vnum autem eſt, quod videtur ſuadere, hoc caſu hunc proximum, qui primus retraxit, cæteros eiuſdem gradus debere anteire: quia ex duobus æquale ius habentibus, potior eſt condirio occupantis, aut alio modo præuenientis, vt tradit Roman. conſi. 47. viſis, poſt princip. per multa iura, quæ nihil mihi facere uidentur. Sed ſunt alia multa probantia in his locum eſſe præuentioni, ſiue præoccupationi: vt capitul. duo. de procurator. libro ſexto, & alijs vulgaribus. 1 *Vide in gl præcedēti, nu. 26. & ſeq.*

2 *Vtrum emptor, qui eſt in pari gradu, poſſit retinere pro rata portione.*

SED & videtur, quòd emptor, qui eſt in pari gradu, non poſſit retinere pro rata, ſed quòd omnino debeat cedere alteri conſanguineo, etiam remotiori. Nam ex quo ipſe emit confuſum eſſe videtur illud ius, quod ex ſtatuto competit, quantum ad eum pertinet. arg. l. Stichum. §. aditio. ff. ſol. mat. & l. ſi debitori meo. C. de pac. cum ſimil. Tamen Matth. Afflic. in tract. Protomixeos, in §. 1. col. 14. verſic. iuxta hoc quæro Titius, dicit quòd in hoc caſu, de quo loquimur, licet actio quæ cōpetebat huic conſanguineo emptori ad retrahendum ratione proxi-



proximitatis, ſit confuſa, non tamen exceptio quæ competit ad retinendum, per notata in l. debitor. ff. ad Treb. & in l. 1. §. pen. ff. de capi. dimi. Et ita dicit concludere Sebaſt. Neapodanum, in conſtit. incip. ſi uno, in glo. vlt. ad fi. Et facit, quod ſcripſi ſuprà in hoc tit. §. 1. gloſ. 7. in uerbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles.* num. 20. & quod in ſimili, & ſeq. Sed & hic vide q̄ dicemus inf. eod. §. gl. 10. in verbo, *tous y doibuent eſtre receuz pro rata.* Tantum autem abeſt, vt de hac re ſit dubitandum, vt etiam ſint, qui dicant hunc conſanguineum emptorē cæteros conſanguineos repellere, etiam proximiores, nedum æquales, ut latè diſputauimus in gl. præcedenti. Sed aduerte interim, quòd noſtra conſuetudo hìc non loquitur in conſanguineo emptore, ſed redemptore. Ideò quod hìc diximus, non omnino huic loco conuenit, ſed tamen dicendum fuit.

3 *Quid ſi emptor cōſanguineus vult in totum admittere cōſanſanguineū petētem ſe admitti p rata.*

AT in caſu noſtræ conſuetudinis illud non intempeſtiuè quæri poteſt, Quid, ſi iſte vnus ex proximioribus, qui primo loco retraxerat, alteri eiuſdem gradus veniēti ad retractum, petentique ſe admitti pro rata, vult, offertque totum cedere reſtituto precio; negatq; ſe illum aliter admiſſurum, niſi totum retrahat, quia nec ipſe, niſi totum quoque emiſſet: nec vult manere in communione eius rei. Igitur vel totum (inquit) retrahere, uel totum dimitte. Ille autem contrà petit ad ſuam tantùm ratam portionem admitti ex hac noſtra conſuetudine, in his verbis, quæ nunc commentamur. Et ſanè in fauorem huius, qui primùm retraxit, ſtatutum eſt, ut poſſit, alio eiuſdem gradus veniente, ſuam quoque ratam portionem retinere, ob id quòd ipſe ſit conſanguineus in eodem gradu, quodq; primus ipſe retraxit. Quòd ſi contrà potius eligat totum cedere, quàm partem tātùm retinere, non video, cur alter idipſum recuſare poſſit, tū ne quod in fauorē iſtius introductum eſt, in ipſius odiū & læſionem retorqueatur, l. quod fauore. C. de legib. cū ſi. tum quoque arg. atque exemplo eius, quod ſcribitur in l. tutor. §. 1. ff. de minor. vbi ſi curator adoleſcentium prædia eis & ſibi communia vendidit, eatenus tantùm venditio reſcindenda eſt, quatenus adoleſcentium pro parte fundus communis fuit: niſi emptor à toto contractu velit diſcedi, quòd partem empturus nō eſſet, & quæ etiam in ſimili ſcribuntur in l. ſi quis aliam, & quod ibi tradunt Bar. Ang. & Pau. Caſt. ff. de ſol. cum multis concor. & ſimi. à me cumulatè traditis infra §. 23. gl. 1. nu. 1. & alijs multis ſeq. quæ ibi uidere poteris.

4 *Conſuetudines de hac re. Si ex duobus dominis alter vult laudimia capere, alter rē redimere. Quid ſi emptor totū offerat.*

DE quo & tu vide, quod in ſimili ſtatuitur, conſuetudinum Turonenſium hoc eodem ti. c. 22. & Cenomanenſium, c. 378. Andegauenſium, c. 368. Aruernenſium tit. *des emphyteoſes & louages*, c. 10. iunctis duobus præcedentibus. Et iterum tit. *de retraict*, c. 29. iunctis etiam duobus præcedentibus, Borbonienſium cap. 448. & ſequen. vt non contemnendum id videatur, de quo tot gentes & populi conſenſerunt. Quibus etiam concinit, quod ſcribit Maſue. hoc tit. de retractu. §. vna uel pluribus. & Fraciſ. Ripa. in l. quò minus, colum. vltim. verſic. ſed pone quòd uolens. ff. de flumini. quòd ſi ex duobus dominis alter vult laudare, atque ſic laudimia recipere pro ſua portione, alter verò vult partem ſuam, reſtituto huius partis precio, retinere: id quidem poteſt ex ſententia Alber. in l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. per l. hæredes. §. ſi meritò. ff. famil. erciſcund. Tamen ſi emptor ei totum offerat, reſtituto integro precio, is debet & cogitur totum retinere, uti etiam voluerunt Guli. Cu. & Alber. in l. ſi duo patroni, in principio. ff. de iureiuran. Et quod poſt eundem Guil. Cuma. ſcribit Angelus in l. item cum teſtamento, quam legit cum §. non ſolùm, l. ſi noxali. ff. de pecul. quòd ſi inconſulto domino emphyteuta vendiderit emphyteuſim, poterit vnus ex pluribus hæredibus domini pro parte ſua reuocare. Tamen emptor poterit dicere, aut totum reuocetis, aut nihil. Quod que tradit Alber. in l. patri. §. 1. ad fin. ff. de minoribus. Sed interim tamen vide quæ dicam infrà eodem titul. d. §. 23. in glo. vltim. numer. 4. cæterum iterumque num. 6. ex iſtis denique, & duobus ſequen. Vide etiam quæ in ſimi. tractat glo. in l. 2. in princip. C. de liber. & eor. libe. Bal. in l. 1. in 36. quæſt. ff. de rer. diui. Mart. Laud. in cap. vltim. col. 2. ver. quæro vaſallus, & ibi Card. Alex. col. 2. verſ. pro complemento, tit. quib. mod. feud. amit. l. 1. vbi ſequitur Ang. vbi ſuprà.

### PRO RATA, Gloſſ. VIII.

QVID hoc pro rata, ſignificet, & quibus modis ſumatur, videbis per gloſſ. in l. 1. in prin & ibi omnino per Philip. Dec. etiam in princip. C. vnde lib. & in l. vltima, in verbo, pro rata, & ibi Bald. C. de dot. promiſ. & Innoc. in c. conſtitutus, extrà de religio. domi. & Bald. in Authen. defuncto, columna vltima, verſiculo ſed oppo quòd pater, & iterum uer. modò quæro. C. ad Senatuſconſ. Tertul. & in l. 1. §. quòd ſi nemo, columna prima, verſicul. ſuper prima quæſtione. ff. quod cuiuſque vniuerſi. & in l. ultima. colum. 1. verſ. ſcias ergo. C. de impub. & ali. ſubſtit. & Petr. Vbal. in tract. collectarum. quæſt. 42. Sæpius autem reperies, hoc, pro rata, ſignificare, non æqualiter, ſiue pro virili, ſed pro portione, vt in l. in ijs. §. Imperator. ff. de ſolut. ubi æqualiter, & pro rata, ut diuerſa ponuntur, cùm dicitur, æqualiter ad vtramque cauſam proficit, quod ſolutum eſt, non pro rata, & in Authent. ſi quando. C. de conſtitu. pecu. & in cap. Raynaldus, uerſi. demum, extrà de teſtamen & ita eos tex. expendit Alex. conſ. 72. uiſo proceſſu, columna tertia, verſic. ſed aduertendum, libro quinto. 1 *Pro rata quid ſignificet.*

ILLVD autem ſciendum, id nonnunquam, pro rata, ſimpliciter, & ſine alia adiectione dici, vt in dicto §. Imperator, & rurſus in eadem l. §. apud Marcellum, ibi, vtrum pro rata, atque etiam in l. Plautius, in princ. ff. de conditio. & demonſtr. & in l. & ſi pàuciores, & l. ſorori. ff. ſi pars hæredi peta. & in l. ſi pro rata. ff. de religio. & ſumpt. fune. & in l. procuratoris §. vltimo. & in l. illud, in princip ff. de tribut. actio. & in l. hinc quæritur, verſicul. ſin autem. ff de pec. & in l. inſulam. ff. qui potio. in pign. habean. & in l. interdum. §. 1. ff. de hæredib. inſti. & in l. ſi verò. ff. de mili. teſta. & in l. ſi libertus. §. 1. ff. de iure patrona. & in l. 3. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. ſi pro patre. §. idem qnoque. ff. de in rem verſo. & in l. apud eos C. de debit. ciuit. libr. 11. & in dicto cap. Raynaldus. Sicuti & apud Liuium lib. ab Vrbe condita 45. Pediti in ſingulos dati centeni, duplex Centurioni, triplex equiti: tantum pediti daturum fuiſſe credunt, & pro rata alijs, & Capitolinum in Antonio Philoſopho, Vicena millia nummùm ſingulis ob participatum imperium militibus promiſerunt, & cæteris pro rata. Quanquam illud, pro rata, ſignificare ibi videtur pro certa aliqua portione. In quibus locis, rata, eſt ſubſtantiuum. Ab alijs tanquam adiectiuum ponitur. Tullius in Tuſcul. Omnia iſta, perinde vt cuique data ſunt, pro rata parte, a uita, longa aut breuia dicuntur. Cæſar li. 1. belli Gallici: Quadraginta iugera in ſingulos proponit, & pro rata parte Centurionibus, euocatiſque. Et Vitruuius libr. 4. cap. item 4. Sin autem nona aut decima pro rata parte fiat, Pro rata quoque portione, ſcribitur in d. l. 1. C. vnde liberi, & in d. l. vltim. de dotis promiſ. & in l. adhuc, in princip. ff. de uſufruct. & in l. vltim. C. de repud. & in d. Authen. ſi quando, & in l. ſi ſeruus. §. 1. ff. ſi quis caut. & in l. omnes. C. de coll. fund. patri. lib. 11. & apud Tullium in Somnio Scipionis: Hic eſt ille, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbium efficitur. 2 *De eodem.* *Pro rata parte.* *Pro rata portione.*

ET

4 ET pro rata regionis, in l. ex mille. §. quæſitum. ff. de euict. Pro rata patrimonij, & pro rata pecuniæ, in l. Titius. ff. ad Senatuſcon. Trebel. & in l. ſed & ſi lege. §. quod autem. ff. de peti. hære. Et pro rata ponderis, in l. 3. §. vlt. ff. de rei vendic. Et pro rata temporis, in l. ſi quis domũ. §. 1. ff. loc. & in l. ſi vno. §. vbicunque, eod. tit. & in l. cùm in fundo. §. quòd ſi vxor. ff. de iur. dot. Quod alibi, pro portione temporis, dicitur, in l. quòd ſi domus, ad fin. iterumque in l. qui inſulam. §. 1. ff. loca. Et pro rata debiti, in l. procuratoris. §. in tributum, & §. vltim. ff. de tribu. actio. Et prò rata ſuæ quantitatis, in l. in imponenda. C. ad leg. Falcid. Interdum ſimpliciter, pro portione, dicimus, quod & ſimpliciter, pro rata, dicitur: vt in l. Celſus. ff. de religio. & ſum. fune. Nam & in d. l. ſic pro rata, quæ paulò poſt ſequitur, pro eodem ponit, pro rata. Sed & pro portione dicitur, in l. 2. in prin. & iterum §. cùm in eadem. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & in l. ſed ſi communis. ff. de contrahen. emp. & apud Catonem in Re ruſtica, pro portione omnia ea facito: & Varronem in libro eiuſdem titu. Vt & lac pingue habeant, & multum pro portione. Et pro portione rerum, apud Tullium in libr. de Oratore: Sed oportet, ut ædibus ac templis veſtibula & aditus, ſic cauſis principia pro portione rerum proponere.

*Pro rata regionis. Pro rata pecuniæ. Pro rata ponderis. Pro rata temporis. Proportione tẽporis.*

## OV CEVX QVI LES REPRESENTENT.

## AVT QVI EOS REPRÆSENTANT, Gloſſ. IX.

1 NISI id conſuetudo noſtra expreſſiſſet, fortè non fuiſſet locus repræſentationi etiam inter eas perſonas, in quibus de iure communi locum habet repræſentatio: quia noſtra conſuetudo in prin. huius §. nuncupatim præfert proximiorem cæteris, cùm dicit, *le plus prochain lignagier du vendeur*, &c. Et cùm fit mentio proximi, ſiue proximioris, non comprehenditur, qui ſequenti gradu eſt, licèt is ſit, qui priorem repræſentare ſoleat, l. iubemus, in princip. iuncto §. vlt. & ibi Doctor. C. ad Treb. & l. ſi libertus præterito. §. ſi libertus. ff. de bo. lib. & voluit Soc. conſi. 252. viſis inſtrumentis, col. 2. verſ. ad idem adducitur, & latiùs diximus in noſtro tractatu Primogeniorum, q. 40. in quo tracto, vter in eo iure primogenituræ præferatur, nepoſne ex filio primogenito ante patrem mortuo, an ſecundò genitus filius, in 23. ratione pro patruo contra nepotem.

*Repræſentatio an habeat locũ in retractu.*

2 HINC QVE fit, quod cùm, vbi relictum eſt aliquid familiæ, vocetur primo loco proximus quiſque, l. peto. §. vltim. ff. de leg. 2. & l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, eod. titul. & plenè diximus ſuprà in eod. §. in glo. 4. in verbo, *doibt receuoir le premier lignagier*, verſ. 2. Certè ob id non admittuntur filij fratrum cum patruis: quia ubi conſideratur prioritas gradus, frater excludit filium fratris, l. 3. §. ſi duo. ff. de legit. tut. In qua ſententia fuere Bald. qui id dicit not. Raphael Co. Flori. à S. Pet. Iaco. Pute. & Angel. Peruſ. in d. §. in fideicommiſſo, cum alijs multis concor. quorum tibi ingentem cumulum fecimus in dicto noſtro tractatu Primogeniorum, in illa ipſa concertatione nepotis & patrui, in 34. ratione patrui: ubi etiam videbis, an id verum ſit. nam multi etiam contrarium tenuerunt, non contemnendis ſubnixi rationibus, vt ibi quoque videbis.

3 EST & aliud, quod potuiſſet videri impedire in hoc caſu repræſentationem, quia retractus non competit de Iure communi, ſed ex ſtatuto aut conſuetudine: edictum autem ſtatuti non ſic aperitur nepoti, vt edictum Prætoris: quod etiam ei apertum non fuiſſet, niſi id Prętor expreſſiſſet, l. ſi poſt mortem. §. vlt. ff. de bo. poſ. cont. tab. Ita enim voluit Bald. conſi. 30. præſuppoſito ſtatuto, colum. 2. verſic. ſecundò quæritur, lib. 1. vbi ex hoc conſuluit, filium fratris non admitti cum patruo per repræſentationem patris ad ſuccedendum ex ſtatuto, tanquam ſcilicet repræſentatio locum non habeat in his quæ ex ſtatuto deferuntur. Et ita illum refert D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 64. & rurſum num. 625. de teſt. vbi tamen corruptè eum allegat, nec ei tamen aſſentitur. Sed de hoc nos multa dicemus in tractatu primogeniorum, in ea quęſtione, Vter in iure primogenituræ præferatur nepos ex filio primogenito, an filius ſecundò genitus.

*Repreſentatio an habeat locũ in ſtatutis.*

ILLAM tamen ſententiam Bald. confirmat, quòd ius repræſentationis competit ex Iure quodam ſpeciali, non autem communi, vt probat tex. qui id appellat priuilegium, in §. ſi autem defuncti. in Auth. de hære. ab inteſt. quem ad hoc ſing. dicit ipſe Benedic. in d. repetitio. in eod. verbo, nu. 616. Igitur cùm & retractus ſit etiam ex Iure ſpeciali, non poteſt in eo habere locum repræſentatio, quæ & ipſa eſt Iuris ſpecialis, ne duo ſpecialia in re eadem concurrant, contra no. in l. 1. C. de dotiſ. promiſ. cum ſimili. Quin & ſi repræſentatio eſſet beneficiũ Iuris communis, id tamen non haberet locum in ijs quę deferuntur Iure ſpeciali, per text. not. in l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demonſt. quem & ipſum dicit ſingul. idem Benedic. in d. repe. in verbo, morio itaque teſtatore. el 2. nu. 119. Et huc ſpectat ea controuerſia, an ius ſtatutarium vel conſuetudinarium ſit tranſmiſſibile: de quo per Sali. in l. 1. C. ad leg. Iul. de adul. & Ro. in l. ventre. ff. de acq. poſ. & ipſum Benedic. loco ſuprà allegato, nu. 118. & multis ſeq. vbi & alios citat. 4

*4 Repræſentatio iuris ſpecialis ē.*

SED id vnum tamen hoc in loco notandum eſt, quod à paucis animaduerſum admodum miramur, tum demum repręſentationem habere locum, ſi is qui vult aliũ proximiorem repræſentare, viuo eo conceptus erat: alias enim ex perſona illius, quo ſcilicet viuo nondum conceptus erat, in eius locum venire non poteſt, ut pulchrè & ſcienter reſponderunt Franc. Rampo. & Petr. Anch. inter conſi. ipſius Anch. conſi. 365. in themate propoſito, colum. 1. per l. Titius. ff. de ſuis & legit. & l. 1. §. quis proximior. ff. vnde cog. & gloſſ. in §. hi autem, in princip. Inſtit. de legiti. agna. ſucceſ. Ad quod etiam faciunt alia multa, quæ nos abundantiſſimè collegimus ſuprà eodem titul. §. 1. in gloſſ. 9. quæ eſt in verbo, *ou lignagier*, numer. 81. & hæc quidem, & multis ſequent. vbi & hoc tranſeunter attigimus, & quod dicemus num. ſeq. in fin. & in loco inibi citato. 5

*5 Sed an hęc repreſentatio habeat locũ, vt qs eum repręſentet, quo viuo non erat conceptus.*

VERVM ego id vix reciperem in hoc caſu noſtræ conſuetudinis, quæ hîc in verbis ſequentibus dicit repræſentationem habere locum in retractu, vt in ſucceſſione. Alibi autem, videlicet tit. *de ſucceſſions*, qui eſt omnium 17. §. 1. qui eſt 212. omnium §. totius huius voluminis conſuetudinum noſtrarum, ſcribitur, repræſentationem habere locum in infinitum, eatenus quidem, quatenus gradus conſanguinitatis computari & probari poteſt. Quibus verbis ſatis oſtenditur, non eſſe neceſſe, ut quis ſit conceptus eo viuo, quem vult repræſentare: neque enim id fieri poſſet in infinitum, ut dicit ob eadem verba in ſimili caſu Bal. in c. 1. tit. an agna. vel fili. & conſil. 215. proponitur, col. 2. lib. 2. & diximus ſupra eo. tit. §. 1. in dicto verbo, *ou lignagier*, num. 89. & id quidem. Vt interim illud omittam, quòd licet ij qui poſt mortẽ concepti ſunt, non admittantur ad ſucceſſionem ex propria eorum perſona, tamen admittuntur ex perſona parentum, ſcilicet iure tranſmiſſionis, ac veluti repræſentationis, ex ſententia Cy. Bar. Bal. Sal. Pau. Caſt. Cor. & aliorum in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & aliorum multorum, quos collegi ſuprà in eadem glo. in verbo, *ou lignagier*, nu. 92. denique licet. 6

*6 De eadem re.*

TOVS



## TOVS Y DOIBVENT ESTRE RECEVZ PRO RATA.

## OMNES PRO RATA ADMITTENTVR, Gloſſ. X.

1 IOAN. Fab. in §. ſi plures, Inſtitut. de legi. agnato. ſucceſ. loquens nuncupatim de caſu noſtræ conſuetudinis. Si ſunt plures (inquit) eiuſdem gradus, qui veniant ad retractum, dicunt aliqui, quod ſi ſit eadem ratio omnium, vt quia æquè admittuntur ad ſucceſſionẽ, admittuntur etiam omnes ad retractum. Et ex hoc dicunt, quòd frater vtrinque coniunctus excludit omnes, qui ex vno tantùm latere ſunt. Idemque eo in loco voluit Barto. ſi is eſt, in ea lect. Inſtitut. quæ nomine eius circumfertur, quod minimè credo: & ante vtrumq; Pet. à Bel. Perti, nũcupatim etiam loquens de retractu, in Auth. itaque, in fi. C. commu. de ſucceſ. Subdit autẽ Fab. quòd ſi nulli ſint vtrinque coniuncti, tunc agnati in quæſitis ex parte patris, cognati matris admittuntur, l. de emancipatis. C. de legit. hæredi. Vltra fratres, & fratrum filiòs veniunt proximiores æqualiter, nulla ratione habita, vnde bona venerint. Authen. poſt fratres. C. eod. & d. Authen. itaque. Sed & ſubdit, quòd quicquid ſit de Iure, certum eſt de conſuetudine, eos qui æquales ſunt, ut fratres conſanguinei, vel ex ijs deſcendentes, æqualiter admitti. Si non ſint cõſanguinei, eos qui attinent ex parte eius, à quo bona proceſſerunt, admitti, non alios. Sed ſuper hoc vide quæ dicam infra §. 14. gloſ. 2. nu. 10. illud autem. & ſeq.

*Si plures cõſãguinei eiuſdẽ gradus ueniũt quid agendum. Quid ſi vnus ē utrinque coniũctus, alter ex altero later: tantum.*

2 BALDVS autem in tracta. Protomixeos, col. 3. verſicul. ſed qui ſi ſunt æqualiter, dicit hoc caſu, cùm ſcilicet plures eiuſdem gradus volunt admitti ad retractum, ambo debent conſequi: aut præfertur, qui prior prouocauit: aut ſi ſimul prouocauerint, locus eſt gratificationi: per multa, quæ illic allegat. quibus addere poteris & alia multa, quæ nos congeſſimus in tractatu Primogeniorum in 15. quæſtio. in 2. opini. At illud primum caput, de eo qui prouocauit, voluit quoque & in hoc caſu Paul. Caſtr. qui Bald. non meminit, conſi. 221. in hoc paſſu duo ſunt, colum. 2. lib. 1. motus, quia id ius reuendendi alteri, eſt indiuiduum, vt pote quod continet rem tradi, quod & ipſum indiuiduum eſt, l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. & not. Bartol. in l. cùm vſusfructus. ff. de vſufruct. Ideò cuilibet in ſolidum competit, l. 2. ff. de verbor. obligatio. Ex quo fit (inquit) vt locus ſit præoccupationi, l. ſi pluribus, in fine. ff. de legat. 1. & l. 2. ff. de duobus reis, & l. ſi rem. §. ſi duo. ff. de donationibus, & l. ſi Titius. ff. de verbor. obligatio. Et idem quoque voluit Alexand. qui ſolùm Pau. memorat, conſi. 27. viſo themate, in 3. dubio, lib. 6. vbi dicit præoccupatum cenſeri per litem conteſtatam. & Ioan. Igne. qui nullum horum allegat, in repetit. l. dudum, col. 28. verſicul. adde tamen vnum. C. de contrah. emptione, per alia multa iura, quæ præoccupantem præferunt, cæteris paribus. ibique etiam declarat, quis præoccupaſſe dicitur, poſt Bart. Bal. & recentiores in d. l. ſi pluribus. ff. de legatis 1. De quo etiam per glo. Bar. Bal. & alios in l. pluribus. ff. de procurat. gl. 1. & Docto. in c. capitulum, extra de reſcrip. Ioan. Andr. in c. ſi duo, de procu. lib. 6. in Nouel. Bald. in l. ſi quis à multis, in 2. lect. ff. de noxa. actio. Paul. Caſtr. & Alex. loquentes in ſpecie huius caſus, quibus locis ſuprà allegauimus. & eundem Alex. in l. inter eos, quam l. legit ſub l. ſunt qui, col. 1. ff. de re iudica. & in dict. l. ſi Titius, in 1. not. ff. de verb. oblig.

*Si vnus ex pluribus eiuſdẽ gradus præuenerit, an cæteros excludat. Ius redimẽdi indiuiduum. Et an cuilibet inſolidum competat.*

*Præoccupare quando quis dicatur.*

3 HAEC autem noſtra conſuetudo apertè declarat, omnes eiuſdem gradus admitti pro rata, nulla præoccupationis ratione habita. Quod & idem de Iure communi procedere cenſet Sebaſt. Neapodanus in conſtitut. de Iure congrui, in fi. & in conſtit. ſi ex vno, in verbo, vnius. & Benedi. in repetit. ca. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 608. de teſt. & Matthę. Afflict. in tract. Protomixeos. §. 1. col. antepen. quæ eſt 21. totius tractatus, verſicul. vltimò no. Quibus accedo, hac ratione motus, licet ipſi non dicant, quòd cùm aliquid competit pluribus nomine collectiuo cognationis vel familiæ, tunc proximiores exiſtentes in eodem gradu ſimul concurrunt, l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. & iterum l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. Bart. in l. ſi cognatis, column. vltim. verſicul. quæro quo ordine. ff. de reb. dub. cum multis concordant. adductis à Iaſ. conſil. 215. ex Valentia, colum. 2. verſ. ſed præmiſſis, lib. 2. & à me ſuprà eodem §. gloſ. 4. numer. 2. nam propè omnes ibi à me citati ad illud quippiam. id quoq; voluerunt. Nec etiam ęquum videtur, ut alterius feſtinatione alterius ius lædatur. l. cùm ſolus. ff. de acq. hęr.

*Iterum de principali q̃ſtione.*

SED id tamen intelligo, vbi res empta diuidua eſt. Quòd ſi ea indiuidua ſit, putarem etiam extante noſtra conſuetudine, locum eſſe præoccupationi. Pone enim, quòd vendita ſit ſeruitus, in qua, vt dictum eſt expreſſè ſuprà §. 1. retractus habet locum, aut aliud quippiam indiuiduum, & quod ſimul plurium eſſe non poſſit: tunc inter multos eiuſdem gradus præfertur, qui prior occuparet. & ſi ſimul prouocarent, fortè eſſet res dirimenda, vt expreſſè & in hoc caſu voluit ipſe Matth. Afflict. in d. tract. Protomixeos, in d. §. 1. colum. pen. uerſi. item pone quòd pluribus, per quædam iura ibi allegata. quibus & alia multa addidimus in dict. tracta. Primogeniorum, d. quæſt. 10. Et idem in ſimili ſtatuto reſpõdit Paul. Caſt. conſi. 221. in hoc paſſu, colum. 2. verſ. ſimiliter non obſtat, lib. 1. Et tu tamen uide quæ dixerim ſuprà. §. 1. in gloſſ. 9. quæ eſt in uerbo, *ou lignagier*, numer. 177. rurſus quæritur. Et uide item Ferro. in conſuetu. Burdig. hoc tit. §. 3. ſtatim poſt prin.

*4 Quid ſi res empta ſit indiuidua.*

DE hoc autem, an ſcilicet & quomodo ſit locus præoccupationi inter multos conſanguineos uenditoris eiuſdem uel diuerſorum graduum, ſunt multę expreſſæ Franciæ conſuetudines, uidelicet Pariſienſib. c. 179. Meldenſibus, 90. Meldunenſibus, 34. Senonenſibus, 46. Trecenſibus, 145. Caluimontenſibus, 113. Aurelianenſibus, 279. Turonenſibus hoc tit. c. 1. Cenomanenſibus, 380. Andegauenſibus, 370. Aruenienſibus, hoc ipſo titul. cap. 15. & tribus ſequentibus. Borbonienſibus, 439. & duobus ſequentibus, Bleſenſibus, capit. 199. & duobus ſequentibus. Engoliſmenſibus, 61. Rochelenſibus, 30. Bituricenſibus, hoc quoque titul. capit. 2. Burgundienſib. hoc item tit. c. etiam 2. Arteſienſibus, ca. 86. Burdegalenſibus, c. 6. Sanctonenſibus, 47. & ſimil. quas tu ipſe videre poteris.

*5 Cõſuetudines de eare.*

SED hîc in mentem uenit quæſtio, quam nos ſemel ex facto contingere vidimus: Tirius & Mæuius erant eodem gradu propinqui uenditoris, Titius Mæuio mandauit, ut rem ipſam venditam retraheret, quæ utriuſque commodo cederet. Mox uerò Titius ipſe, ignorante Mæuio, eandem ab emptore retrahit, an Mæuius habeat actionem aduerſus Titium, ut ei dimidiam partem rei redemptæ cedat, reſtituta etiam dimidia parte precij, ſi tranſactus fuerit annus retractus. Nam ſi nondum exiſtet, haud dubiè agere poſſet ex hac noſtra conſuetudine, quæ ius facit conſanguineo retrahendi ab alio conſanguineo eiuſdem gradus pro rata, ſi intra tempora retractus ueniat. Sed hîc quærimus, an poſt annum admittatur ob id mandatum, ſiue conuentionem, de qua locuti ſumus. Et id quidem dubium decidimus ex caſu l. cùm duobus ff. pro ſocio. ubi ſi id ſolum actum eſt, ut fundus uenditus emeretur, & mandanti communicaretur, aduerſus eum qui emit nullam actionem competere. Si uerò id actum ſit, ut quaſi commune negocium gereretur, ſocietatis iudicio emptorem teneri, ut pro

*6 Si ex duobus eiuſdẽ gradus alter alteri mãdauerit retrahi fũdum, qui utriuſque cõmodo cedat, an hic tenebitur communicare lapſo tempore retractui.*

rata

rata communicet. Niſi (ut dicit gloſſ. in uerbo, tenebat) is cui mandatum eſt, dolo vel culpa emere noluit: tunc enim fortè nihil ei communicabitur, arg. l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem, eo. tit. Et ibi Bar. & Bal. dicunt vtriuſq; rationem eſſe, quòd in priori caſu mandatum eſt, quod poteſt liberè reuocari. In ſecundo ſocietas, in qua non eſt locus pœnitentiæ. Et idem quoque in retractu conuentionali dicere poſſumus, ſi fortè alter ex duobus, qui fundũ ſub lege reuenditionis vendiderant, alteri eorum mandauerit retrahendum.

## *LVY SEVL.* SOLVS IPSE, Gloſſ. XI.

*1 Si plures ſunt eiuſdẽ gradus, quilibet in ſolidum admittitur.*

ET id quidem iuris eſt, quoniam ex multis, qui ſunt eiuſdem gradus, quilibet in ſolidum admittitur iure accreſcendi, ſi cęteri nolint, vt & nuncupatim in hac ſpecie, de qua loquitur hæc noſtra conſuetudo, voluit & reſpondit Pau. Caſt. conſ. 221. in hoc paſſu duo ſunt, col. 2. lib. 2. iterumque & expreſſiùs conſ. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, ad fi. li. 2. & aliquid diximus in præcedente gl. vt videre poteris.

## *POVR VNE TESTE.*

## PRO VNO TANTVM CAPITE, Gloſſ. XII.

*1 Si plures ad retractũ ueniũt an in ſtirpes, an uerò in capita ueniãt, Quid in deſcendentes.*

MAGNVM inter noſtros certamen fuit, eſtque etiamnum, verùm cùm filij fratrum ſoli & ſine patruis ſuccedunt, in capita, an in ſtirpes ueniant. Sed illud primum Lectores ſcire oportet, quòd in ſucceſſione aſcendentium deſcendentes ſemper in ſtirpes vocantur tam de iure C. vt ſcribitur in l. ſecunda. & ibi Alberic. C. de ſuis & legit. & §. cùm filius. & iterum. §. vltim. Inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. defer. quàm etiam de iure Authentic. vt patet ex Authentic. in ſucceſſione. & ibi Pau. Caſt. & Corne. C. de ſuis & legiti. [quàm denique de iure feudorum, per capitul. primum in princip. & ibi Doctor. titul. de ſucceſſion. feud.] Et id nemo non admittit, quod ſciam, præter Ioan. Fab. in Authenti. ceſſante. C. de legit. hæredit. & Socin. conſil. 104. quoniam præſens, col. 3. verſ. ſecundum autem probatur, libr. 2. & ex Antiquioribus Alber. Papien. vt eum retulit Alb. in l. 2. de ſuis & legiti. negans eam l. loquentem de nepotibus trahi ad poſteriores.

*2 Quid ĩ ſucceſſione cõ ſobrinorũ ſiue patruelium.*

IN ſucceſſione autem collateralium, qui ſunt poſt fratres & fratrum filios, haud dubiè veniunt in capita, ex omnium ſententia. At in ſucceſſione conſobrinorum, ſiue patruelium. Verbi gratia: Tres erant fratres, aut ſorores, deceſſit unus, relicto uno filio, alter duobus, tertius tribus filijs: deinde ille vnus ex primo deceſſit, cui cæteri patrueles ſuccedunt, & nonnihil dubij eſt, ſuccedàntne in ſtirpes, an in capita. De quo per Bal. conſ. 198. ad euidentiam, in 3. & 4. dubio. libr. 3. Io. Lig. inter conſ. Alber. Brun. conſ. 76. thema, col. penultim. & Mart. Laud. in cap. 1. §. & quia vidimus, column. ultim. verſic. tertia regula, tit. qui feud. dare poſſunt. & in ca. 1. col. vlt. tit. de gradibus ſuc. in feu. Si autem filij fratrum, id eſt, patrueles, ſuccedunt patruo ſimul cum alio patruo in ſtirpes proculdubio ſuccedunt, nam neceſſe eſt, vt tunc in locum patris veniant, aliàs patruus, tanquam proximior, eos excluderet.

*3 Quid, cum ſoli ſine patruo inter ſe ſuccedunt.*

QVID, ſi ſoli inter ſe ſine patruo ſuccedũt? Et hoc quidem Cimmerijs propè tenebris obſcurius eſt, magniſque teſtibus res iſta agitur. Nam in capita eos ſuccedere, tradit Azo, huius opin. veluti ante ſignatione, in Summa. C. de legit. hæred. col. 2. §. item Iure nouiſſimo, verſic. illud dubitari poteſt. & Accur. ipſius diſcipulus, nec eo magiſtro indignus, in §. hoc etiam, in verbo, ſuperſtites, in fi. Inſtit. de legit. agna. ſucceſ. in quo illud ſcire debes, ob id præſertim, quòd idem Accur. alijs in locis fuit in contraria ſententia, ut poſtea dicemus, quòd Accurſ. ipſe poſtremo loco ſcripſit in Inſtitutiones, vt dicit Bald. conſ. 272. caſus talis eſt, quidam teſtator, col. 2. lib. 2. vt hinc intelligas, hanc ſuam in eo loco opi. cæteris eſſe veluti maturiorem, iuxta illud Diui Pauli, 1. ad Corinth. 13. Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus &c. quæ ſequuntur. Quam ſententiam ſæpiſſimè aduocat Barb. noſter, cùm mutat ſententiam. [Atq; illud Euripidis in Hippolyto:

*Qui in capita dicũ eos ſuccedere.*

Κἀν βροτοῖς
Αἱ πῶς φροντίδες σοφώτεραι
δεύτεραι.-
*- Nam mortalibus.*
*Poſteriores ſemper cogitationes prudentiores.*

Ex quo (ni fallor) depromptum eſt illud Tullij Philip. 12. Poſteriores enim cogitationes (vt aiunt) ſapientiores ſolent eſſe.] Sed & è noſtris Franc. Curt. Sen. conſ. 45. ſtatuto ſiue conſuetudine, col. 8. ver. & ideo huic deciſioni, dicit quòd cùm Doct. noſtri reperiuntur diuerſas ſecuti fuiſſe ſententias, poſtremas præſumi meliores & maturiores, & in id alios multos allegat. & idem dicit Phil. Dec. in poſtrema add. conſ. 34. præſtantiſſ. Doctor, colum. eiuſdem additio. 2. verſ. ſecundò principaliter. {Idque prouerbio dicere ſolemus, δευτέρων ἀμεινόνων.} Sed non omninò certum eſt (neque enim poſteaquam huc peruenimus, id omittendum eſt) quod ex Bald. dictum eſt, gloſſ. Accur. in Inſtitutiones, eſſe omnium poſtremas, quia Petr. Iacob. titul. de action. in rem pro re emphyteu. char. antepenultim. ver. item quod gloſſator, dicit Franciſc. Accurſ. ipſius Accurſij noſtri gloſſatoris filium dixiſſe, patrem admodum iuuenem ſcripſiſſe gl. in Inſtitut.

*Accurſius quando in Inſtitutiones ſcripſerit.*

*4 Qui item fuerant illi priores ſententiæ.*

SED, vt ad inſtitutum redeamus, eandem illam Azo. opin. ſecutus eſt ipſe Accurſius in l. 2. §. hæreditas, in verbo, in tres partes. ff. de ſuis & legit. hæredi. Alter Azo diſcipulus Roſfre. in tit. de bono. poſſeſſio. vnde cognati. §. vlt. verſ. vltimò quæritur. Hoſtien. in Summa, titu. de ſucceſſ. ab inteſt. §. viſo igitur, col. vltim. verſ. quid ſi factum filij. Vbert. aut, vt alij vocant, Obert. Bob. in d. Auth. ceſſante. C. de legit. hæredi. prout ab alijs citatur: neque enim lectu. eius habemus, nec quorundam aliorum, quos & poſtea citabimus, ut ſi neceſſe ſit ſententias omnium numerare, magis quam ponderare (quod queritur Plinius Iunior libr. Epiſtolarum ſecundo, ad Arrianum, id eſt, ponderare cauſas vocibus, non ratione, vt loquitur Cicero in Oratione pro Cecinna. Quod & Plato quoque apud Stobæum ſermone 43. improbat: Ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ᾽ οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεσθαι, id eſt, Iudicandum eſt ſecundum ſcientiam, non multitudinem, quicquid certè iudicari debet) vt ſi iniquam numerare opus ſit, cognoſcant Lectores, vtra earum numero vincat. In hac igitur ſententia fuit. & Alber. in d. Authent. ceſſante, ubi & Oldrad. dicit fuiſſe in hac ſententia & Guid. Suz. in quibuſdam reportatis, ut uocant, & Cyn. & Bald. in l. 1. §. vltim. ff. ſi pars hæred. peta. Iacob. Butr. Bald. qui hanc dicit eſſe magis conſonam literæ & naturæ, licet aliàs conſuluerit pro altera. & Salice. qui hanc dicit fortioribus argumentis fundatam, in dicta Authen. ceſſante. Idem Salic. in Authentic. poſt fratres, la 2. & ibi quoque Ioan. à Monte. C. de legi. hæred. & ipſe Sal. in l. lege, in fin. eodem titul. Iacob. Bald. in ca. 1. in fin. titul. de natur. ſucceſſ. feud. Bal. conſi. 452. ſtatuto ciuitatis maritus, colũm. 1. verſic. ex tertio, lib. 1. Iac. Ardiz. in Summa. tit. de ſucceſſ. in feud. [§. itẽ ſuccedunt collaterales.] Mar. Lau. in d. c. 1. col. vlt. titul. de gradi. ſucceſſ. in feud. Bened. Capra.



pra. conſi. 21. cum de duob. col. vlt. vbi & hoc dicit communiter teneri, in quo admodum fallitur, & iterũ conſ. 104. uiſo & conſiderato, in 1. dub. Ang. Aret. in §. cùm filius, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ubi hanc dicit eſſe veriorem de iure, quamuis ſi caſus accideret, uereretur diſcedere ab opin. gloſſ. Barto. & Bald. qui contrariũ tenent, propter immenſam eorum autoritatem. Fortu. Gar. in repetit. l. Gallus. §. idem credendum, col. 19. uerſic. ex ſuperiorib. ff. de libe. & poſthu. ubi hanc latiſſimè doctiſſimeque defendit Zaſius in ſuis ſing. intellect. iuris, ubi & hanc multis magniſque rationibus fulcit, atq; iterum in epitome feudorum, parte 8. in 6. concluſione, ubi dicit, hanc opinionem ſeruari in Germania, & approbatam fuiſſe conſtitutione Caroli Quinti, præſentis Imperatoris, in eam rem edita in conuentu Imperij, uti etiam affirmat Io. Ferrarius in Commentar. Inſt. titul. de hæred. quæ ab inteſt. defer. in uerbo, non in capita, ſed in ſtirpes, in fi. ubi & dicit eam conſtitutionem editam fuiſſe anno Domini M. D. XXIX. & nouiſſimè Iacob. Spigelius in Lexicon Iuris Ciuilis, in uerbo, in capita ſuccedere, & Ferro. in conſuetud. Burdiga. hoc titu. §. 6. col. 3. uerſ. de ſucceſſione. Et hanc quoque opinionem ſecutum fuiſſe Bul. & Ray. Forl. tradit Bal. in c. 1. in prin. tit. de ſucceſſ. feud. & dicit idem Bald. in d. c. 1. tit. de natu. ſucceſſ. feud. quòd omnes, qui fuerunt ante Accurſiũ, tenuerunt hanc opinionem. Et citatur quoque in hanc opin. Albe. Pap.

*5 Qui contra tenuerunt illos in ſtirpes ſuccedere.*

AT ſunt multò plures alterius ſententiæ, vt ſcilicet ij ſuccedant in ſtirpes, videlicet Accur. ſibi contrarius, in d. Auth. ceſſante. & ibi quoque Dyn. Iacob. Aret. Petr. Cyn. ſibi quoque contrarius. Guil. Cu. Fran. Rampo. Ioã. Fab. Bart. qui dicit hanc fuiſſe ex opinionibus, in quibus Accurſius primum deſciuit à maioribus, illumque in hanc partem conſuluiſſe. Bened. Plumb. Ange. qui dicit opin. Azo. de iure antiquo ſecuriorem eſſe, ſed hanc de iure nouo procedere, & communiter practicari. Pau. Caſtren. dum hanc ponit poſteriorem, alioquin obſcurius. Raph. Fulgo. & Corne. qui & hanc dicit, tanquam communem, in deciſionibus tenendam. C. de legi. hęred. Idẽ Accur. in d. l. lege, in fi. C. eo. ti. & in d. l. 1. §. ult. in verbo, vtputa. & iterum in verbo, vendicationem, & ibi etiam Barto. Ang. & Paul. Caſtr. clarius quam ſupra. ff. ſi pars. hæred. petat. idem quoq; Accurſ. in §. reliquum, verſi. ſi autem defuncto, in uerbo, fuerint. & ibi etiam Iaco. But. ſecum pugnans, Barto. & Ange. in Auth. de hæred. ab inteſta. veni. idem Iacob. But. Iacob. Belui. ſibi etiam cõtrarius, & Ang. in §. ſi uerò neq; fratres, eo. tit. Iac. Aret. in l. antiqui libero. ff ſi pars hære. petat. Spec. Io. And. & Bal. hic ut alias ſæpè, ſibi malè conſtans, in titu. de ſucceſ. ab inteſt. §. 1. verſ. ſed an filij, & ſeq. vbi & ipſe Specu. aſſerit Alber. Gal. idem tenuiſſe. Dyn. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. col. 4. verſi. ſed pone quòd aliquis. And. Iſern. in c. 1. & ibi quoque Bal. in verſ. his uerò. Mart. Laud. & Car. Alex. tit. de ſucceſ. frat. ſiue de grad. ſucceſ. in feu. Bar. in l. poſt conſanguineos. §. hæreditas. quem legit cũ §. agnati. & ibi quoque Ang. ff. de ſuis & legit. hæred. & conſil. 173. ſuper hereditate. Ioan. Ligna. in Clem. plures. & ibi Imo. colum. ult. & Card. Flor. qui hanc dicit communiter approbari, col. 1. de iure patro. Bal. in d. §. hoc etiam. & ibi etiam, Ioannes Plat. & Chriſto. Por. Inſtitu. de leg. agna. ſucceſ. ubi & ipſe Bal. dicit hanc eſſe communem opinionem. & idem Bald. qui idem dicit tenuiſſe Iacob. Vero. in cap. 1. §. quia vidimus, col. 1. in verbo, æqualiter. & ibi etiam Mart. Laud. col. vl. & Card. Alex. etiam col. vlt. tit. qui feud. dare poſ. & idem Bald. in d. c. 1. in princ. col. 2. verſicu. ſed dubium eſt. & ibi etiam Aluar. titu. de ſucceſſ. feud. & ipſe Bald. in d. ca. 1. ad fin. & ibi quoque Barba. in addi. ipſius. & Mart. Laud. tit. de natur. ſucceſſ. feud. & idem Bald. in d. §. hoc etiam. Inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. & conſilio 293. primò dicam, in prin. lib. 2. & cõſilio 342. caſus ſuper quo, in ſecundo dubio, lib. 2. vbi tamen obſcure loquitur, & conſilio 185. factum eſt tale, Fagonus, col. 2. libr. 3. & d. conſilio 198. ad euidentiam, col. 1. verſi. ſecunda quæſtio. & iterum col. 2. verſi venio ad tertiam, eo. lib. 3. & conſi. 408. ſuper eo. in fi. lib. 4. Io. Fab. in §. cæterũ, Inſt. de legit. agna. ſucceſſ. vbi hanc quoque dicit communem Imol. in l. interdum, in prin. ff. de hæred. inſti. Raph. Fulgo. conſilio 12. ad id, de quo quæritur, col. vlt. vbi & hanc dicit communem. Mattheſ. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſta. in 3. art. princip. verſicu. 2. dubitatur. & verſ. quando autem ſuccedunt, vbi item dicit communem. & utrobique etiam Ludo. Bol. in addit. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe. Nico. Vbal. in ſimili tracta. in 3. parte princ. col. 1. verſ. ſed circa hoc quæro. vbi etiam dicit communem. Pet. Ferra. tit. forma libel. pro hæred. ab inteſta. in verbo, nulliſque ſuperſtitibus, col. 14. in paruis, verſi. vlterius quæritur. Alexander latè conſilio 55. proſpectis his, col. 3. verſi. confirmantur prędicta, & multis ſeq. lib. 4. & ibi etiam Barb. conſilio quod illud continenter ſequitur ſub eodem num. & idem Alex. conſ. 29. perſpectis conſideratiſque, col. 1. lib. 5. vbi & hanc aſſerit eſſe communem, nec ab ea in iudicando eſſe diſcendẽdum. Fran. Are. conſi. 164. diligenter, col. 1. Corn. conſil. 48. plurib. col. vlt. lib. 1. Guid. Pap. deciſ. Delph. 134. ſed qualiter, vbi dicit non eſſe ab hac iudicando recedendũ. Iaſ. conſi. 173. circa primum, col. 2. verſic. ſed præmiſſis non obſtantib. lib. 4 Phil. Dec. qui & hanc dicit communem, in l. nepotes, in prin. C. de legi. liber. Caro. Rui. qui & hanc dicit eſſe communem, conſil. 8. in propoſita, ad fin, lib. 1. Benedic. in repet. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, nu. 631. de teſta. Stephanus Bertrand. in l. hac edictali, verſ. quam obſeruationem, num. 4. C. de ſec. nup. vbi hanc dicit eſſe communem. & conſ. 97. ponitur in facto quod dudum anno, in 2. dubio, libr. 1. & conſi. exponitur in facto quod Iacob. eo. lib. 1. & cõſil. 225. ponitur in facto quod dudum fuit, ad fi. li. 3. vbi tamen nonnihil dubitat. & conſ. 2. viſo cõſultationis themate, in 2. dubio, lib. 4. vbi dicit eſſe communem. Iacob. à S. Georg. in tracta. feud. in verbo, præſentes, col. 3. verſ. ſed ulterius, ubi dicit ita ſe ſæpius conſuluiſſe. Fran. Cur. Iunior in ſimili tract. feud. char. 3. uerſi. 4. circa iſtam materiam; ubi item dicit eſſe communem, nec ab ea diſcedendum. Boer. latè conſi. inci. an filij duorum: quod cõſ. poſuit poſt Dy. de reg. iur. Rochus Cur. in tracta. de iure patr. in uerbo, ipſe, uel is à quo cauſam habuit, in 2. q. Fab. Gioch. in repe. Auth. nouiſſima, in 5. q. 4. q. princ. C. de inoff. teſt. Chaſ. conſi. 47. ſuper deductis. col. 7. uerſic. ſed quicquid ſit. Io. Olden. in Commentarijs leg. 12. tabularum, tit. 6.

*6 Naturale exemplum pro poſteriore ſententia.*

ET omnium ſunt utraque ex parte multæ & non cõtemnendæ rationes, quas apud eos uidere poteris, & hãc controuerſiam alicubi in loco opportuniori copioſiſſimè tractabimus, oſtendemuſque apertiſſimè, ni fallor, quis iuſtius induit arma. Vnum tamen παράδειγμα à natura ipſa profectum, nec omninò quoque contemnendũ pro poſteriori opi. hìc ſubijciemus. Nam ſi caudex quiſpiam ſiue truncus arboris duos ramos æquales emiſerit, vnus autem eorum in duos alios diuiſus ſit, ut plerunq; fit, an ſinguli iſti duo ex uno producti tantum excipiant alimenti ſuccique ex eo trunco, ſiue caudice, ac ille alter? Et ſanè uidemus hunc multo craſſiorem, ampliorẽ, obeſiorem, atque etiam longiorem euadere, quam ſingulos illos duos, ueluti natura legis magiſtra parenſque nos doceat ſingulos nepotes, qui ex uno filio prodierũt, non tantum debere ab auo percipere, quantum unus ex alio filio. Satis autem conſtat, naturalẽ rõnem tacitã quãdam legem eſſe. l. cùm ratio. ff. de bon. dam. Sed ita, ut id nunc tamen animaduertas, ſi id exẽplũ haberet aliquid momenti, non tantùm in hoc caſu, ſed ſemper aliàs concluderet, in ſtirpes, non in capita, ſuccedere oportere.

§. QVAR-

§. XII.

ET ſi ledict achepteur, qui ainſi auroit receu au retraict autre lignagier, ou auroit tranſporté la choſe à autre, *a* ne declaire & nomme celuy qu'il auroit receu audict retraict, ou autre, à qui il auroit tranſporté la choſe, & le notifie au lignagier qui vient audict retraict: iceluy lignagier en peut auoir ſon recours & action contre luy, & ſon intereſt. Et ne court point le temps *b* dudict retraict contre luy, iuſques à ce qu'il ſoit & puiſſe eſtre informé qui eſt celuy à qui ledict achepteur à tranſporté la choſe, & à qui elle appartient. Pour ueu toutesfoys qu'il n'y ait negligence notable. *c*

*QVOD ſi emptor, qui vel alium conſanguineum ad retractum admiſerit, aut rem alteri ceßerit,* a *non indicet nomen eius, quem ita admiſit, eùmue, cui rem ceßit, conſanguineo, qui ad retractum accedit, erit ipſi conſanguineo aduerſus illum actio, in id, quod intereſt. Neque interim eidem conſanguineo currit tempus* b *retractus, donec ſit aut poßit fieri certior, cuinam emptor rem ceßerit, aut ad quem ea pertineat; dummodò tamen non interuenerit inſignis negligentia.*

*TRANSPORTÉ LA CHOSE A AVTRE.*

REM ALTERI CESSERIT, Gloſſ. I.

1 *Vtrum emptor tempore retractus nondũ tranſacto, poßit rem alteri vendere. An poſſeſſio emptoris cedat commodo conſanguinei retrahentis.*

POTEST ergo emptor, durante anno retractus, rem alij vendere: eſt enim dominus, antequam ab eo retrahatur, cùm interim non poſſit manere res in pendenti, ſiue in aere, ut noſtri loquũtur, iuxta not. per glo. in l. ſi ego. ff. de ſolut. & per text. in l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem ad. Ideo ſi primus venditor erat dominus, ipſe emptor alteri vendendo & tradẽdo, tranſtulit dominium: ſi non erat dominus, tranſtulit vſucapiendi conditionem, atque uſucapit emptor ad cõmodum conſanguinei poſtea retrahẽtis, argum. l. ſi alienam. ff. de donat. cauſ. mort. & l. indebiti. §. ſed ſi nummum, & quod ibi uoluit gloſſ. in verbo, agerem. ff. de cõdi. indeb. Hæc Paul. Caſtren. conſil. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, poſt princ. libr. 2. & de hoc alibi quoque dicemus.

2 *An conſanguineus poßit retrahere à ſecũdo emptore.*

SED ceſſante conſuetudine, poterat in dubium uocari, utrum conſanguineus poſſet retrahere à ſecundis emptoribus, propter id quod in ſimili traditur à Raph. Ful. in l. ſi cum venderet. ff. de pigno & Alex. latè conſi. 10. uideretur fortaſſe, libro 1. & Franc. Curt. Seniore conſi. 12. Lucius Titius, cum concord. à me adductis infra, tit. ſequen. §. 1. in verbo, *ſeront preferez* nume. 6. at in pacto, & ſequen. & iterum §. 3. in gloſſ. 1. tamen in hoc caſu poſſe retrahi à ſecundo emptore voluit Maſuer. hoc eo. tit. de retractu, verſicul. item retractum petens, motus, quia id ius rem ipſam afficit, argum. l. ſi uia. §. ſi fundus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædi. & melius (inquit) facit l. ſed vbi reſtitutio. ff. de minor. & l. poſtliminium. §. ſi is qui emerat, qui eſt pen. ff de capt. & poſtlim. reuer. Idẽ quoque conſuluit Pau. Caſtren. dict. conſil. 74. colum. 3. verſic. concluditur ergo, libro 2. & Lud. Bol. conſil. 25. in ampliſſimo, col. 5. verſic. & nota quòd tale ius, ubi dicit, quòd ſi etiam res vendita tranſijſſet per mille manus, poſſet tamen conſanguineus eam vendicare ab vltimo emptore, arg. eius qđ in ſimili not. in l. 2. C. de reſcind. vend. & in l. minor, in princ. ff. de euict. & in l. in cauſæ, in fi. ff. de minorib. & ſequitur Chaſſa. conſi. 22. conſuetudine cauetur, col. 5. ver. & ſic eſt, & in conſuet. Burgund. hoc eo. ti. §. 11. in gl. vlt. in princ. vbi tamen nullum illorum allegat. & Boer. hoc quoque tit. §. 2.

*Quid, ſi res tranſierit per multas manus.*

3 *Conſuetudines de ea re.*

ET eſt etiam expreſſa conſuetudo Aruernorum hoc eodem titulo capit. 12. & Normanorum, cap. 115. cuius titulus eſt, *de querelle de fief vendu.* § vlt. Marchianorum, hoc titul. §. vltimo qui eſt omnium 287. Auxerranorum, ſiue, ut alij uocant, Altiſſiodorenſium, hoc quoque titu. §. 20. qui eſt omnium 51. & Comitatus Burgundiæ titu. *reachaptz* §. 13. Et facit bonus textus in cap. conſtitutus, de in integrum reſtitutione qui dicit huiuſmodi retractus oblationem fieri poſſe emptoribus, vel eorũ ſucceſſoribus. Succeſſores autem dicuntur etiam ij, qui in rei tantum dominium ſucceſſerunt. l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infect. cum ſimilibus. Et facit etiam tex. in l. vlt. §. 1 ff. ad Senatuſcon. Velleian. & in l. debitor, vl. ff. de pign. act. Et idem de iure prælationis competente domino, aut eius ſucceſſionario, ut in tertium exerceri poſſit, reſpondit Paul. Caſt. conſ. 335. laudatio & inueſtitura, in ult dubio, lib. 1. ſed tamen vide quæ dicam in d. tit. ſeq. vbi ſupra.

*Succeſſores qui dicuntur.*

4 *Quid, ſi tertius rẽ habeat ex donatione, aut alio titulo, retractui non obnoxio. Quid, ſi donatio fuit facta poſt litem conteſtatam.*

AT hoc à quibuſdam intelligitur, cùm iſte tertius emit rem, de qua agitur: ſecus ſi titulo donationis, aut alio non obnoxio retractui ab emptore habuit, quia tũc (vt illi dicunt) non poterit conſanguineus ab eo reuocare. Ita enim tenuit expreſſim Sebaſt. Neapoda. in tracta. de iure congru. in verbo, poſſedit. & eius autoritate Matthæ. Afflict. in tracta. Protomixeos, in uerbo, vt intra triginta dies, colum. penultim. verſicu. vndecimò no. & iterum in uerbo, licet enim ſupra diximus, columna 3, verſicul. ſextò not. Niſi (inquiunt) facta fuerit donatio poſtquam cauſa fuit conteſtata ſuper retractu inter conſanguineum & emptorem, & ita re effecta litigioſa. l. 1. & Authen. ibi poſita. C. de litigio. Vel niſi (vt illi ſubdunt) id factum fuerit in fraudem conſanguinei: tunc enim locus eſt titu. quæ in fraud. cred. Et fraus præſumitur, ſi præuentus à cõſanguineo poſtea donauit. l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. Vel ſi id fiat clàm. l. is qui. C. de reſcinden. vendit. vel ſi poſt donationem, alienans reperitur poſſidere. l. ſicut §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pigno. vel hypo. ſol. Hæc illi.

5 *Quid, ſi poſt præuẽtionem. Quid, ſi clam fiat. Quid, ſi emptor, qui donauit, poßideat.*

SED horum ſententia, in eo quod primo loco dictum eſt, ſcilicet non poſſe rem retrahi ab eo, qui titulo donationis, aut alio huiuſcemodi rem ipſam ab emptore accepit, apud nos omninò non reciperetur. Nihil enim refert, quantum ad id, de quo tractamus, an tertius ille habeat titulo donationis an venditionis, ut apertè ſentiunt cæteri omnes, quos ſuprà citauimus. Imò verò maior videtur ratio, vt poſſit euinci retrahique ab eo, qui titulo gratuito liberali & lucratiuo, rem ipſam ab emptore obtinuit, quàm oneroſo, vt qui minus ex hoc ſentiat incommodi. Ideò Sebaſt. & Matthæ. non innituntur aliquo iure communi, ſed tantum quibuſdam conſtitutionibus, quæ apud nos non ſunt. Quanquam pro eorum ſententia nõnihil facit, quod à quibuſdam Doct. ſcriptũ eſt in l. 2. C. de reſcin. vend. eã l. non habere locum aduerſus tertium, niſi cùm in illorum contractu interuenit læſio vltra dimidiũ iuſti precij, vt in primo. Super eo aũt, quod ab illis dictũ eſt de vẽditione clàm facta, vide q̃ dicam



cam infrà tit. ſeq. in præfat. numer. 12 ſecundum, & ſeq. Et ſuper eo, quod poſtea dictum eſt de alienante nihilominus poſſidente, vide etiam quæ latè diximus in tract. Conſtitu. in 9. limitatione.

6 *An cõſanguineus teneatur reddere p̃ciũ primæ uenditiõis, an aliarum. An poſterior emptor habeat euictionẽ cõtra priorem.*

SED quæſtionis eſt, an conſanguineus debeat reddere precium prioris venditionis factæ a ſuo ipſius conſanguineo: an verò precium ſecundæ, quod fortè maius eſt. Et tu dic prioris, ſed poſterior emptor habebit actionẽ ex empto aduerſus priorem emptorem, qui ei vendidit, vt in ſimili dicitur in dict. l. poſtliminium. §. ſi is qui emerat. ff. de capt. & poſtli. reuer. & in ſimili quoque uoluit Pau. Caſt. in l. 3. colum. 2. verſicul. in fin. glo. C. quod met. cau. Et nuncupatim in noſtro caſu cenſuit Geral. Bago. in ſua diſputatione retractus, verſ. quæro conſequenter, rem Titio venditam, in 2. concluſione. Et in hanc ſententiam eſt expreſſa conſuetudo apud Melodunenſes, capit. 35. & Victriacenſes, cap. 127. Cenomanenſes, c. 441. Andegauenſes, ca. 40. Borbonienſes, cap. 460. vbi tamen requiritur conſanguineum feciſſe ſuam diligentiam (vt vulgo loquimur) erga emptorem. Bleſenſes, ca. 205. vbi tamen non loquitur de euictione, & ſimiliter Niuernenſes hoc titu. cap. 13. Et uide text. loquentem in non lõgè diſſimili caſu in l. ſi tibi alienam. & l. ſeq. ff. loc. & alium in alio ſimili in d. l. debitor. §. vlt. ff. de pign. act. ibi, pecuniam quam debuit.

*Cõſuetudines de ea re.*

7 *Quid, ſi prior poſteriori declarauerit rẽ eſſe obnoxiã retractui. Quid, ſi ſecũdus emptor id ſciebat.*

SED hoc de euictione intellige, niſi prior emptor poſteriori declarauerit, rem adhuc eſſe obnoxiam retractui: aut ipſe ſecundus emptor eius rei ſciens prudensq; fuerit, quia fortè fuerit præſens priori venditioni, ideo id ſciebat aut ſcire debebat ex conſuetudine nota lippis & tonſoribus, vt eſt in veteri prouerbio, quo è noſtris vſus eſt Bal. conſi. 372. contrarium, colum. 1. lib. 5. Nec enim tunc aget de euictione: niſi de ea expreſſim conuenerit. l. ſi fundum. & ibi glo. & Doct. C. de euic. & l. ſi à matre. & ibi gl. & Doct. C. de iure dot. & l. ſi fratres. C. commu. utriuſque iud. & l. vlt. & ibi gl. & Bal. C. de com. re. ali. & gl. in l. non dubitatur. C. de euict. & in l. 1. in verbo, emptor, ff. eo. tit. & in c. ad audientiam, in fi. extrà de reb. eccleſ. non alien. Bar. in l. cùm vir. col. 1. verſ. oppo. dixi. ff. de vſucap. Bal. Aluar. & Card. Alex. in c. rurſus ſi fidelis, vbi & ipſi loquũtur de euictione in caſu huic propè ſimili, tit. quibus modis feu. amit. Sal. in Authen. qui res, verſ. quæro circa primam. C. de ſacroſan. eccl. Raph. Co. conſ. 170. dominus Zambertus, col. vlt. Pau. Ca. conſil. 333. viſo puncto, ad fi. li. 1. Alex. cõſ. 69. ſuper eo. poſt prin. lib. 4. Corn. conſ. 170. quia cauſa, col. 3. uerſ. & uenditor, lib. 4. & Doct. vbique. Super quo etiam uide quod in ſimili tradit gl. in c. 1. in prin. in uerbo, bonæ fidei. & ibi etiam Doct. tit. de prohib. feud. alienat. per Fed. & in l. vlt. §. vlt. C. commu. de legat.

8 *Quid, ſi ſciens à ſciente quoque emit.*

QVAE & tu notanter intellige, etiam ſi ſciens à ſciẽte quoque emit: nam nec tunc quoque agit de euictione, niſi de ea expreſſim caueat, vt ſatis probat tex. in c. 1. tit. de inue. de re alien. fac. & expreſſim reſpondit Ro. conſ. 396. in caſu, colum. 2. uerſ. quo ad ſecundum. & Alexan. conſ. 69. ſuper eo quod quæritur, col. 1. verſic. nec etiam poteſt dici, lib. 4. quia ſciente (inquit) non fit iniuria neque dolus. l. cum donatio. C. de tranſact. & l. 1. §. 1. & iterum §. ult. ff. de act. emp. vbi & de hac quoque re eſt bonus tex. & idem quoque voluit Ang. Aret. in §. vlt. col. 1. in princ. Inſtit. de emp. & uend. ubi etiam tractat, an ſaltem poterit emptor ſciens repetere precium à uenditore etiam ſciente. De quo & tu vide Io. Lupum in repetit. Rub. de donat. inter vir. & uxor. char. 37. col. 1. ad finem.

9 *Paria ſũt ſcire, et ſcire debere.*

ET ad id, quod diximus de eo qui ſcire debet, illud certè perpetuum eſt, ut inſpiciatur quod quis ſcire & intelligere debet. Id eſt, paria ſunt ſcire, & ſcire debere. l. quod te. in fin. & ibi gloſ. Alber. Bar. Bal. Ang. Sal. & propè omnes. ff. ſi cer. pet. & l. ſi duo. & ibi Alb. Ang. [& Roma. in fi.] ff. de açq. hære. ex quibus ipſi dicunt paria eſſe, ſcire & facilè ſcire poſſe. & l. ſi Titius, in prin. ff. de fideiuſſo. & l. Iulianus, quæ eſt pen. ibi. qui ſciret, aut ſcire potuiſſet. & ibi Alb. ff. ad S. C Macedon. & l. quiſquis & ibi gl. vlt. C. de reſcind. uend. & l. idem. §. 1. ibi, intelligit vel intelligere debet. ff. ad leg. Aquil. & l. qui fundum. §. ſeruus. & ibi Dy. & Alb. ff pro empt. & l. 1. C. de peric. tut. & l. prohibere. §. vlt. & ibi Alber. ff. quod ui aut clam & gl. in l. mora, in uerbo, difficilis, poſt prin. & ibi Salic. col. 3. uerſ proſequor alia uerba. ff. de uſur. Et facit text. in c. 1. §. ſi uaſallus feudum, ibi, emptori ignoranti. & ibi Aluaro. in 1. not. titul. ſi de feud. fue. contro. inter do. & agn. & quod ſcribit gl in l. quod ſi minor. §. reſtitutio, in verbo, non ignoraret. ff. de mino. & in l. qui cum alio, in gl. magna, in fi. ff de reg. iur. ubi dicit parem culpam eſſe ſcire, & debere ſcire. & Petr. Iacob. titu. de actio. ex empto, melior & æquior. colum. vltim. in prin. Bald. in l. qui contra. C. de inceſt. nup. ubi dicit eum haberi pro ſciente, qui non vult ſcire. & conſil. 240. præſuppoſito ſtatuto, libr. 2. & conſil. 395. pro domino Dinaldo, colum. 2. vnum tamen dico. eod. lib. 2. & Paul. Caſt. conſil. 65. uiſo quodam libello, column. 2. uerſ. item narrari debebat, lib. 1. & Alexand. conſ. 34. conſideratis his, column. 1. libro 7. Et facit etiam optimus text. à multis ex ſuprà dictis allegatus in l. ſi quis domum. §. ultim ff. loca. & alius quoque optimus in l. regula. §. ſed iuris. ff. de iur. & fac. ignoran. ubi paria ſunt, ſcire, & facilè ſcire poſſe. Suntque & alij propè infiniti textus, qui omnibus obuij ſunt. Sed & facit præterea quod tradit glo. in l. 1. in uerbo, neſcienti. & ibi Bal. col. 2. uer. quæro quid ſi uenditor C. de ædil. act. & quæ diximus ſuprà eod. titu §. 1. glo. 18. quæ eſt in verbo, *le pris que la choſe aura couſte*. num. 41. huic ita, & quæ dicemus infrà §. 35. in uerbo, *ignorans*, nu. 28. ſextum quod in caſibus. & ſeq.

*Et nolle ſcire.*

10 *Sed an illis poſtremis caſibus repetet ſaltẽ ſecũdus emptor precium eius, quod pluris emit. Quid, ſi actũ ſit, ne ẽt is teneatur de precio. Vide nu. 14.*

ET hæc quidem haud dubiè ita obtinent, ut primus emptor non teneatur de euictione, in id quod alias intereſt ſecundi emptoris, ne ab eo res retrahatur, ut regulariter uenditor tenetur. l. euicta re. ff. de euic. ſed quantum ad precium, in id uidetur teneri, ut ipſum reddat. per l. emptorem. §. ultim. ff. de act. empt. ubi qui etiam ex pacto non tenetur de euictione, tamen tenetur ad reſtitutionem precij, niſi etiam actum ſit, ne teneatur de precio, ut dicit gl. ibi, quam gl. dicit not. Bald. in l. 1. col. ult. uerſ. tertio non operatur. & ibi quoque Sali. colum. quoque ultim. in 5. q. C. de peric. & commo. rei uendi. Sed & illum text. dicit not. idem Sal. in l. ſi rem. §. quolibet tempore. ff. de euict. & Io. Rai. in c. 1. §. habito, char. 13. uerſi. quæro quid ſi actum eſt, tit. de prohib. feu. ali. per Feder. Ange. Aret. in §. ult. Inſti. de empt. & uendit. & in §. actionum autem, colum. 13. uer. & aduertas, de act. Et ſingu. quoque eum text. dicit Iaſon in l. ſtipulatio iſta habere, col. pen. uerſ. & aduerte. ff. de uer. oblig. licet ſimilis propemodum ſit in l. cum ea conditione, in princ. ff. de euictio. Et id quoque uoluit gl. in dict. l. nõ dubitatur. & ibi etiam Alb. C. de euictio. & in l. ſi familiæ, in gl. magna, ibi, ſed hoc caſu. C. famil. herciſ. ubi id limitat & Ioan. And. poſt alios multos Antiquiores in addi. Spec. tit. de emp. & uend. §. ult. in prin. Pet. Ferra. titu. forma libel. in cauſa uend. in uerbo, promittens, de euict. in prin. & latè Corn conſ. 236. in præſenti, lib. 2.

11 *De eadem re.*

VERVM nec hoc caſu, uidelicet cùm ſcienter emit rem huiuſcemodi, uidetur agi poſſe ad precium, niſi de eo ſtipulatus fuerit, per d. l. ſi fundum. & ibi gl. & Doct. C. de euict, & gl. & Bal. in d. l. non dubitatur. & gl. in l. iubemus, la 2. §. ſanè. & ibi Iac. But. Bal. & Sal. C. de ſacroſ. eccle. & gl. in d. l. ult. C. de com. re. ali. & in l. quemadmodum, in uerbo, & emptor. & ibi Ioan. Plat. col. 3. uerſicu. ex qua not. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & in l. ult in gl. ult. C. de fun. limit. eod. lib. 11. & in l. 1. in gl. quoque ult. C. non lice. habit. eod. lib. & in §. ſi quis igitur iurauerit, in Auth. de non ali. & in c. 1. in uerbo, bonæ fidei. & ibi Iac. Bel. in

Bel.in 11.q.Mart.Laud.Ioan.Ray.in §.habito, & cæteri, tit.de prohi.feud.ali.per Fede.& gloſ. in d.c.ad audientiam,in fin.& ibi Lauren.Vincen.Gof. Inno.Pet. Peruſ. & Cardin.Floren. extra de reb. eccleſ. non alien. idem Innoc.& Ioan.Cald. in c.ſi quis preſbyterorum, eodem tit.Pau.Eleaz.in Clement.2.eod.quoque tit.Sal.Rapha. & Paul.Caſtren.in Authen.qui res.C.de ſacroſanctis eccleſijs.Petr. Ferra.vbi ſupra.Marti.Laud. in cap.1.§. ſed etiam res,col.2.verſicul. nota pulchram, titu. per quos fiat inueſti.& omnes vbique,præter Ang.Aretin.qui uidetur tenere contrarium in d.§.vltim.colum.vlt.Inſt. de emptio.& venditio.

*Quid, ſi quis emerit contra interdictũ legis, an recuperabit precium.*

12 Sed quod de ſtipulatione dictum eſt, intelligi debet, niſi ſi quis contra interdictum legis emerit: tunc enim nec ad precium quidem agit, etiamſi ſibi ſtipulatione prouiderit, vt dicit gloſſ.in dict.cap.1.de prohib. feud.alie.per Feder.quam ſequitur Bal.col.vltim. Iaco. Aluar.colum.3.verſicu.quæro ſubſequenter.Ioan. Ray. ibi in verſicu.habito,charta 14.in paruis,verſicu quæro quid ſi cautum.& Card.Alexand.colum.2.verſicu. nota quòd ſolus, & columna ſequen. verſicul.quæro ſubſequenter.& And.Iſern.in ca.1.& ibi quoque Mart.Laud. & Cardi.Alexand.vterque colum.1.titu.de inueſt. de re ali.fac.& dicit Marti.id eſſe not.& Ioan.Fab.in dict.l.ſi fundum. Quanquam gloſ. teneat contrarium in dict.l. quemadmodum.quam uidetur ſequi Cyn.in l.vltim.C. de litig. Sed tu vide Salic. in l. iubemus, la 2.§.ſanè. C. de ſacro.eccle.& Cardin.Floren.in Clem.1.in princ. in 25.quæſt.de reb.eccle.non alie.& Ang.Aret. in d.§. vlt. col.1.Inſti.de empt.& vendi. & Ant.Rub. conſ.152. uideretur primò,col.1.nu.2.& 3.

*Quid in re ſubiecta reſtitutioni.*

13 Sed & hæc procedunt, cùm ſciens rem alienam emerit. Is enim (quod iam diximus) haud dubiè nec ad precium quidem agit, niſi de euictione expreſſim conuenerit. Secus in eo, qui ſciens emit rem uenditoris ſubiectam reſtitutioni: tunc enim indiſtinctè agit ad preciũ, etiamſi de euictione non ſibi cauerit, per d.l.vlti.§. emptor autem, qui eſt vltim.C. com. de legat. ſecundum vnam lectu.gloſſ.quam ſequuntur Marti. Sy. & Io. Fab. ibi,Bald.& Ang.in d.l.ſi fundum.& vbi id agit gloſſ. in verbo, contra iuris poſcit. poſt princ. De quo tamen uide gloſſ.in d.c.ad audientiam.Bar.Sal.Raph.Fulgo.Pau. Caſt.Corn.in d.§.emptor autem.Imo.in c. cùm contingat,col.12.verſ.ſed iuxta prædicta inſurgit, & multis ſequen.extrà de iureiu.& Raph.Co.d.conſ.170.in fi. & Io.Plate.in d.l.quemadmodum,col.3.uerſ.item fallit in emente.Cor.conſi.2.circa primum,col.3.uerſ. nec obſt. d.§ & ſeq. lib.3. Nam multi dicunt illud ſpeciale eſſe in caſu d.§.emptor.

*Quid, ſi ſpecialiter dictũ ſit, ne teneatur ob cauſam retractus.*

14 Porrò vnum aliud non prætermiſerim, id quod ſuprà diximus, uenditorem re euicta teneri ad reſtitutionem precij, etiamſi ex pacto non teneatur de euictione, tum demum procedere, ſi generaliter ita dictum ſit, eum non teneri de euictione. Secus ſi ſpecialiter, ne teneatur ob aliquam certam cauſam: tunc enim re euicta ob eam ipſam cauſam, non tenebitur ad reſtitutionem precij, per text.not.in l.qui libertatis,in princ & ibi glo. 1.Mar.Fan.Bar.& Bal.ff.de euic.Bal. qui dicit menti tenendum,in dict.l.1.colum.ultim.uerſ. tertiò non operatur.& ibi quoque Salic.colum.item ultim.in 5.quæſt.C. de peric & commo.rei uen.idem Bal.in l.non dubitatur C.de euict.poſt Odof.& Cyn. ibi & Paul. Caſt. in dict.l. emptorem.§.vlt.ff.de ac.empt.Rom.qui illum tex. ſing. dicit,ſing.384. ſi uendo rem.ubi etiam intelligit, cùm ſpecialiter de certa perſona cautum ſit.& Ang. Aret. qui etiam dicit ſing.in d.§.actionum autem, ubi ſuprà. Carol.Rui.conſ.94.diligenter,col.5. verſ. quartò etiam reſpondetur,li.1.& Ant.Burg. qui id quoque dicit ſing. in c.vlt.col.8.uerſ.quid autem è contra.extra de emptio.& vend.Hipp.Marſil.ſing.656. venditor. & Mod.Pariſ. in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.1.gl.8.nu.41. & Franciſ.Rip. in l.ſi aliquam rem,col.pen.nu.47.ff.de acquiren.poſſeſſ. Ex quo intelligis, quòd ſi expreſſim & ſpecialiter cautũ ſit in hac ſecunda uenditione, ne uenditor, qui priùs ab alio emerat, teneatur de euictione retractus prioris uenditionis tunc haud dubiè, nec ad precium quidem teneatur. Nec tamẽ interim omittemus, quod ad hanc euictionis materiã ptinet, etiã ſi nihil ad retractũ faciat, quòd pactum ne quis de euictione teneatur, non ei prodeſt, qui ſcit cauſam, ex qua res poſtea euincitur, & eam tacet.l. tenetur. §.vlt.& ibi Bar.ff.de act.emp.& d.c.emptorem.§. deniq; eo.tit.nã, ut dicitur in poſteriori loco, hic dolo nõ caret.

*Si ſecundus emptor minoris emit, quàm prior emerat, quòd preciũ reddet cõſanguineus.*

15 Sed hæc obtinent, cùm ſecundus emptor pluris emit, quàm prior emerat. Quid igitur, ſi minoris emit? Verbi gratia: Titius conſanguineus meus tibi uendit rẽ quampiam immobilem centum aureis. Tu intra annum, quo poteram rem eandem retrahere, eam ipſam vendis Sempronio ſexaginta tantùm aureis, utrum ego, qui uolo retrahere ab iſto Sempronio ſecundo emptore, debeam reſtituere illud precium prioris uenditionis, quod eſt centum aureorum, an uerò precium tantùm poſterioris, quod eſt ſexaginta? Quod quidem ſtatim prima facie uideri poſſet. Nam aliàs iſte ſecundus emptor ſine ulla ratione lucrabitur quadraginta aureos ultra illos ſexaginta ab eo tantùm numeratos, niſi diceres & hos priori emptori, quòd indemnis reddatur, eſſe reſtituẽdos: nam & aliàs ſecundus emptor locupletaretur cum iactura ipſius prioris emptoris, contra l.nam hoc natura.ff.de condict.indeb.

*De eadem re.*

16 Posset item uideri integrum prioris uenditionis precium eſſe reſtituendum ſecundo emptori, à quo res retrahitur. Nam ui prioris huius uenditionis, & ad eam retrahendam uenit conſanguineus, vt ſcilicet eam in ſe transferat, ſeque in locum prioris emptoris reponat. Ideoque ut non tenetur ſoluere, niſi precium illius prioris, ſi poſtea alteri pluris uendatur, ut diximus in præcedenti quæſt. ita & ſi minoris poſtea vendita ſit, debet tamen reſtituere integrum precium ipſius prioris, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ut multis legibus probatur, ſed ijs potiſſimùm, quæ proximè ad hunc locum pertinent, ſcilicet l.ſi ex toto, in princ.& l. quod in rerũ. §.ſi quis poſt.ff.de lega.1.ubi quemadmodum ſi teſtator aliquid ex toto fundo alienauit, id eatenus minuit legatum, quatenus alienatum eſt: ſic ſi adiecit, auget ipſum legatum, eo quod adiectum eſt, ita, ut id augmentum legatario cedat, ſicuti id, quod ſublatum erat, ei deperibat. Et l.vltim in fin.ff. de leg.3. ubi hæc uerba ſcribuntur: Quomodo enim augetur, ubi amplius eſt in bonorum poſſeſſione: ſic ubi minus eſt, deducitur. Ex quibus Bartol. ibi illud aſſumit, quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito. Et l.ſi mortis, in princip.ff.qui & à quibus, cùm dicitur: Nam ſicut aucta hæreditas prodeſt libertatibus, ita nocet diminuta. Nam & ſicuti iſte ſecundus emptor, ſi ſciens pluris emiſſet, id incommodum ſenſiſſet, ut quod ſuprà prius precium dediſſet, non accepiſſet à conſanguineo: ita & id commodum ſentire debet, ut id accipiat, quod eſt infra illud prius precium, quia ſecundum naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.l.ſecundum naturam.ff.de regul.iur. & c.qui ſentit, eo.tit..li.6.& utrobique concor.in gl. Quãquam contra hanc rationẽ facit l.ea lege, in prin.ff.loca.

*Cõtrariorum eadẽ diſciplina.*

*De eadem re.*

17 Nec eſt, quod queri debeat primus emptor, qui poſtea minoris uendidit, quàm ipſe prius emerat, cùm ipſe ſciens prudenſque fecerit.l. cùm donationis. C. de tranſact.& l.1.§.uſque adeò.ff. de iniur. & l. nemo fraudare.ff.de regul. iur. & ibi concord. quibus probatur illud vulgatum & uice prouerbij celebratum: Volenti iniuriam non fieri, neque dolum, quæ eſt Ariſtotelis ſententia libro Ethicorum ad Nicomachum 5. cap.11. eodemque



demque ultim. At ſi ignorans id fecerit, ut quia non ipſe prior emptor, ſed hæres ipſius alteri vendidit, & quia ideo iuſtam habet ignorantiæ cauſam. l. qui in alterius. ff.de reg.iur.fortè dici poſſet, huic reſtituendum eſſe, quòd poſterior emptor ſupra precium à ſe numeratum recepit à conſanguineo, ſicut è diuerſo reſtituere teneretur, quod ſupra idem precium recepiſſet à ſecundo emptore, re euicta & retracta à conſanguineo, reſtituto tamen precio prioris venditionis, vt diximus ſuprà in præcedẽti quæſtione, idque ex eadem illa regula contrariorum.

*Quid, ſi hæres primi emptoris ignorans minoris vẽdidit.*

*De principali quæſtione.*

18 Qvid igitur hìc dicendum eſt? Et certè hæc res admodum dubia eſt, cùm in re ſimili variarint principes noſtrarum legum interpretes. Nam in l.ſi vi, quæ eſt 3.C.quod metus cauſ.ſcribitur, quòd ſi vi vel metu fundum venditum emptor alteri vendidit, venditor poteſt à ſecundo emptore repetere reddito ei precio. Et Accurſius ibi in eo verbo, reddito, quærit quod precium reſtituendum eſt. Et dicit reſtituendum eſſe primum preciũ tantùm, ſi minus eſt, argum.l.ſuper.C.de euicti. Quòd ſi maius ſit primum illud precium, quia ſcilicet ſecundus minoris emerit, & illud quidem quod minus eſt, id eſt ſecundum precium, ſi agens volet, reſtituet.l.ſi cùm militaribus.C.de reſtit.milit. At Petrus, Cy.& Raymundus in eadem l.3. conſtanter tenent illud omninò reſtituendum, quod à primo emptore fuit datum, ſiue maius, ſiue minus ſit, quia ſicut illi, ſi contra eum ageretur, illud primum precium eſſet reſtituendum: & ita quoque ſecũdo, in quem primus totum ius ſuum trãſtulit.l. emptor. ff.de rei ven.& l.ſi in venditione.ff.de act.empt.& l.dolia.§.1.ff.de contrah.empt. Nec obſtat (inquiunt) d.l.ſi cum militaribus, quia ibi ſpeciale eſt, cùm creditor non remaneat in damno, quia ſua ſibi actio ſalua remanet ad reſiduum debitum, argum.l.creditor. ff. ſi certum peta. Subditque Cy.poſt Pet.in 3.q. quòd ſi poſſeſſor rei non habeat cauſam à primo emptore, non eſt illi reſtituendum precium, cùm id non ob aliud repetat, quàm quòd repræſentat perſonam prioris. Hic autem, cùm nullam ab eo cauſam habeat, eum non repræſentat.

*De eadem re.*

19 Bar. autem in d.l.3.col.2. verſiculo quæro quid ſi precium, dicit quòd ſi in inſtrumento venditionis dictum eſſet hoc modo: Vendidit illam rem & omnem rationẽ, quam habet in dicta re, ſiue pro dicta re, vt ſæpè fieri aſſolet, & tunc ea opinio Petri & Cyn.procederet. Sed ſi res eſſet ſimpliciter vendita, tunc non tranſit niſi ius reale: nam iura quæ competunt perſonæ, non tranſeunt, niſi cedantur.l.in creditore.ff.de euict. Et ideo (inquit), puto aduertendum, quomodo à reo opponatur exceptio. Nã ſi is opponat, non debere ſe rem reſtituere, niſi & ſibi reſtituatur precium à ſe datum, tunc habet locum d.l.ſi cũ militaribus. Quòd ſi opponat reſtituendum eſſe preciũ ſimpliciter, nec adijciat, ſibi, aut etiam adijciat primo emptori, optimè procederet huiuſmodi exceptio, quia exceptiones ex perſona venditoris tranſeunt in emptorem.l.ſi à te, in fi.& l.ſi mater.§.vlt.ff.de excep.rei iudic. & hanc Barto.ſententiam ad vnguem ſequuntur Angel. Sal.& Raph.Fulgo.in d.l.3.& idem Sal.in d.l.ſi cum militaribus, in vlt.opp. Et ad hanc rationem adde quæ diximus ſupra eo.tit.§.1.gl.9.quæ eſt in uerbo, *ou lignagier*, nu.129.his tamen non obſtantib.& ſeq.

*Quid, ſi tertius habeat ex cã lucratiua, vide nu.23. Quid, ſi nõ habet titulũ a primo emptore, vide nu. 23. & 24. Si maius*

20 At Bal.in ea ipſa l.3.circa medium, dicit opinionẽ Petr.eſſe veriorem, quia hoc ius retentionis, vt ſcilicet ſecundus emptor poſſit rem retinere, donec reſtituatur precium, ſapit defenſionem. Ius autem defenſionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ulla ceſſione, vt plenè not.à Dy.in l.fluminum.§.adijcitur.ff. de damn.infect. & probatur vltra eum in l.in hoc iudicium, in prin.verſ. cæterum ſi partem.ff.commu.diui. Nec obſt. (ait) d.l.in creditore, de euict.ſicut nec l.vlt ff.de contra.empt.quia loquuntur in iure agendi. Hincque ſubinfert ipſe Bald. quòd ſi etiam iſte tertius ſucceſſiſſet ex cauſa lucratiua, vt quia ei primus emptor rem donauit, nihilominus eſſet ei reſtituendum precium venditionis factæ ab actore. Aliud autem, ſi poſſeſſor nullum titulum haberet ab ipſo primo emptore, quia nullum precium ei eſſet offerendum. Et per omnia eum ſequitur Pau. Caſtren.in d.l.3. poſt medium. ſed addit, quòd id, quod percipiet ſecundus emptor, plus quàm ipſe ſoluerit, tenebitur reſtituere primo emptori, ut omnes reponantur in ſuo ſtatu, quòd uoluit, vt ipſe dicit, fieri glo.ibi in dict. uerbo, reddito, poſt princ. niſi ipſe primus emptor ex cauſa donationis ceſſiſſet tertio omne ius, quod habebat occaſione dictæ rei: non.n.iſte ſecundus emptor aut donatarius debet lucrari cum aliena iactura. De quo tamen dicemus poſtea.

*precium prioris uẽditionis reſtituitur, cuius commodo cedet, primi, an ſecundi empt. vide 23.*

*De principali quæſtione.*

21 Postremò autem Alexander in eadem l.3.colum.1.& 2.ijs propemodum omnibus ita recenſitis, maluit ſequi opinionem Barto.& aſſeclarum illius, hac potiſsimum ratione motus, quia licet iura dicant, quòd ius excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, non tamẽ dicunt, quòd ſecundus emptor ſine mandato poſsit conſequi, ſibi dari preciũ primi emptoris. Nec obſtat (ait) reſponſio data ad dictam l.ſi cum militaribus, quia ſimiliter & in hoc caſu primus emptor poterit repetere per condictionem ſine cauſa, aduerſus primum venditorem, iuxta l.1.ff.de condictio.ſine cauſa. Et ita reſidet Alexander.

*Iterum de cauſa lucratiua.*

22 In eo autem, quod dictum eſt de re, quæ ad tertium peruenit ex donatione, aut alia cauſa lucratiua, Bartol.& poſt eum Sal.ſimpliciter tenent, idem dicendum, quod ſuprà ex ipſis diximus, quando res minoris vendita eſt ſecundo emptori. Nam & ius excipiendi etiam tranſit in ſucceſſorem ex cauſa lucratiua.l.ſi tibi.§.pactum, in fin. ff.de pact. Verùm in hoc nutat & cogitandum relinquit Fulgo. propter text. in l.qui ſolidum.§.1. ff. de legat.1. vbi ſi emptor legauerit rem à ſe prius emptam, & poſt mortem ipſius reſcindatur venditio, reſtituto illius precio, debet id precium legatario ſolui, quamuis alias regulariter euicta re legata non teneatur hæres de euictione.l.ſi à ſubſtituto, in fi.ff.eo.tit.& plenius in l. ſi domus. §.de euictione, eo.quoque tit.

*De eadem re.*

23 Sed huic Alexander ipſe continuo occurrit, negatque in d.l.qui ſolidum.§.1.dici, quòd legatarius poſſit contra reſcindentem contractum opponere de precio ſibi reſtituendo: imò potius contrarium, ſcilicet quòd hæredibus emptoris eſt reddendum: poſtea verò ab ijs ipſis hæredibus, legatario, vt etiam intelligit gloſſ. ibi, quæ dicit in hoc vtilem actionem ex teſtamento, vel officio iudicis competere legatario. Quod omnino facit (ne id omittam) contra illud, quod Paul.Caſtren.dicit, vt ſupra ex eo diximus, quòd tertius debet reſtituere primo emptori id, quod plus recepit, quàm quod ei dederat. Poſtea autem idem Alexan.multis interiectis, & in fine illius legis dicit, quod poteſt probabiliter ſuſtineri, quòd licet in ſucceſſore ſingulari ex cauſa oneroſa, poſſit procedere opinio ipſius Bartoli, cùm totum precium primi emptoris non debeat peruenire ad ſecundum: tamen ſecus videtur in ſucceſſore ſingulari ex cauſa lucratiua, per d.l.qui ſolidum. §. 1. & hoc maximè cauſa euitandi circuitus, argum.l.dominus teſtamento. ff.de condi. indeb. Sed & ipſe Alexand.ſequitur id, quod diximus ex Petr.Cyn.Bald.& Paul.Caſtren.quòd ſcilicet tertius, qui non habet cauſam a primo emptore, non repetit preciũ. & reſpondet quibuſdam rationibus, quæ ambiguum in hoc reliquerant Sal. vt ibi videre poteris.

24 Et ex his quidem omnibus potes hìc in noſtro caſu intelligere, quid dicendum ſit, quando ſecundus emptor minori precio emit, quàm quo primus emerat, vtrũ ſcilicet ipſi ſecundo emptori, à quo conſanguineus retrahit, reſtituendum ſit precium ſuæ ſecundæ uenditionis tantũ, quod minus eſt: an verò primæ, quod maius eſt. Et cũ maius reſtituitur, utrum ei lucro cedat, an verò

ſit reddendum primo emptori. Quid item in vtroque, ſi iſte ſecundus non emit, ſed ex cauſa lucratiua à primo habuit. Quid denique, ſi ab eo non habuit, ſed aliunde, quia fortè ab alio emit, cùm res aliena vendi poſſit. l. rẽ alienam, ff. de contrahẽ. empt. cum ſi. aut etiam rem ipſam, quam vacantem reperit, aut derelictam, occupauit. Sed & ſi præterea ſcire velis, vtrum agens poſſit reſtituere precium primo emptori, inuito ſecundo, videbis per gl. in d. l. 3. in verbo, reddito, in princ. & ibi quoque per Bar. Ang. Sal. Fulg. & Alex, quos tu omninò videas.

*An retrahens poſſit reſtituere preciũ primo, inuito ſecundo.*

25 *An ſecundus emptor, qui recepit p̃cium, poſſit alio nomine agere contra.*

Sed vltra prædicta quoque illud quæri poteſt, vtrũ ſi conſanguineus rem euicerit retraxeritque à ſecundo emptori, reſtituto ei precio, quod ipſemet tradiderat, ita, vt eo nomine conqueri non poſſit aduerſus primum emptorem, qui ei ſecundo loco maiori precio vendiderat, poterìtne alio nomine agere de euictione. Paul. Caſtren. in d. l. 3. col. 2. verſi. aduerte tamen. dicit in caſu illius l. quòd ſi res pluris valebat, quàm fuerat ei vendita, & qua à conſanguineo retrahente recuperauit, poteſt in id agere de euictione, per l. Titius. §. vlt ff. de actio. empt. vbi expreſſim ſcribitur, quòd actio de euictione non tãtum continet precium, ſed & aliud omne, quod intereſt emptoris rem non euinci. Ex quo etiam potes intelligere, quòd ſi aliter eius intereſſet, quàm ob illam pluris æſtimationem, illud eum conſecuturum. Vel, vt ſubdit Paul. poteſt agi ad duplum, ſi fuerit promiſſum, deducto precio, quod recepit à conſanguineo, per l. cùm fundus vti optimus. ff. de euict. Sed id tamen, quod diximes de æſtimatione, pluris, & eo quod aliunde intereſt, intellige ſecundum ea quæ diximus ſuprà, in eadem gl. num. 7. ſed hoc de euictione, & duob. ſeq.

26 *An conſanguineus poterit ſequi primũ emptorẽ, qui declarauit alteri ſe vendidiſſe.*

Nec tamen hinc abeundum ducimus, priuſquàm Lectores admonuerimus, quòd ex hac noſtra conſuetudine ſatis datur intelligi, conſanguineum facta ei declaratione venditionis alteri factæ, non poſſe vlterius ſequi primum emptorem, ſed poſtremum. Quòd & de iure dicit procedere Paul. Caſtren. conſi. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, colum. 3. verſic. concluditur ergo, libr. 2. per l. quòd ſæpè. §. ſi res, circa medium. ff. de contrahen. empt. & l. cùm fundum. §. ſeruum tuum imprudens. & ibi gloſ. vltima. ff. ſi certum peta. Quanquam Cæpolla cauſarum ciuilium conſilio 65. quod dominus Hieronymus, tenet in caſu ſimilis ſtatuti, quòd primus emptor conueniri poteſt, teneturque rem vendere & tradere conſanguineo. nam vendendo (inquit) alteri, videtur facere in fraudem, & malè facere, argum. l. vlt. §. ſin autem. C. commu. de lega. ergo & ipſe conueniri poteſt. l. 1. C. de alien. iudi. mut. cau. fact. & allegat etiam gl. in l. 2. C. de reſcind. ven. Non nẽgat tamen aduerſus vtrũque agi poſſe, ſed ita, vt conuentione unius alter non liberetur, quin & ipſe conueniri poſſit, per l. vlt. C. de fideiuſ. Sed Cæpol. fortè loquitur in ſtatuto prohibente alienationem fieri in alium, quàm in conſanguineum, quia in vniuerſa penè Italia huiuſmodi ſunt ſtatuta. Veruntamẽ non id declarat aliter ipſe Cæpolla. At idem conſil. 43. clariſſimè, col. 3. verſiculo ſecundò principaliter, tradit poſſeſſorem tantùm hac actione conueniri poſſe, cùm ea ſit in rem ſcripta.

*An alter alterius cõuentione liberetur.*

27 *Si emptor, durante retractus lite, rẽ alienet, & ſuccumbat, an ſententia exequi poſſit contra poſſeſſorẽ.*

Et hæc quidem locum habẽt, cùm primus emptor alteri vendidit ante oblationem retractus factam à conſanguineo. Quid igitur, ſi poſtea vendidit, & reticuit ipſi conſanguineo offerenti atque etiam in ius ſuper retractu vocatus litem defendit, cauſatus fortè contractum ſuum non eſſe obnoxium retractui, quia negat eſſe venditionis, aut alterius æquipollentis, & tandem victus eſt: an cõſanguineus, qui obtinuit, poterit petere executionem ſententiæ aduerſus ſecundum emptorem, an uerò neceſſe erit illum de integro compellare? Et idem quoque quæri poteſt in retractu conuentionali. Vide omninò Barto. Paul. Caſtr. Alex. & alios Recentiores in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. & ipſum Bar. in l. ſi quis miſſum. §. 1. verſic. quæro quid ſi ante. ff. de dam. infect. & in l. ſi creditores, col. 7. verſic. videamus ergo. C. de pigno. Bald. in l. 1. ante fin. C. de ali. iud. mut. cau. fac. & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & in ca. quia V. colum. vlti. verſi tertiò quæritur, extra de iud. & Roffr. Beneuen. q. Sabbat. 18. Albertus, Alberic. in l. chirographis. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. & Sal. in l. vlt, in vlt. q. C. de execu. rei iu. Paul. Caſtr. in l. certa. C. vt in poſſ. leg. Petr. Ferra. tit. forma libel. ſenten. diffi. in gl. 1. col. pen. verſic. quæro an ſententia. Matthæ. Afflict. dec. Neapolit. 396. in cauſa Comitis, col. 3, nu. 9. & Card. Alex. in c. ex ratione, col. 22. verſic. 6. eſt quæſtio, extrà de app. & conſuetudinem Victriacenſem, c. 127. *Cõſuetudo.*

28 *Si res fuit euicta ab emptore p alium, an conſanguineus retrahere poſſit ab hoc alio.*

Intellige autem noſtram hanc conſuetudinẽ, ſtatuentem ut poſſit conſanguineus retrahere à tertio emptore, vt procedat, ſi primus emptor ei ſpontè ceſſit. Sed quid, ſi ab eo res euicta eſt per alium, an & tunc ab iſto poterit conſanguineus retrahere? Matth. Afflict. in tract. Protomixeos, in verbo, ſcriptum eſt, col. 4. verſicu. ſed iuxta prædicta, negat tunc locum eſſe retractui, quia huiuſmodi alienatio neceſſaria ſit. Pro cuius ratione adde, quæ ſcripſimus ſupra eo. tit. §. 1. glo. 14. in verbo, *ou equipollent a vente*, nu. 8. ſecundò intellige, & ſeq. Sed id utique non perpetuum eſt. Quid enim, ſi ideo euicta ſit ea res, quoniam vẽditor ille primùm eandem huic euincenti uendiderat, & tradiderat. Nonne & tunc admittetur conſanguineus aduerſus eundem? & certè admittetur, non ut trahat vi illius poſterioris venditionis, ſed prioris factæ ipſi euincenti.

*ET NE COVRT POINT LE TEMPS.*

## NEQVE CVRRIT TEMPVS, Gloſſ. II.

1 *Si primus emptor, q alteri vendidit, id nõ declaret conſanguineo, non ei currit tempus.*

Hoc iuris eſt: alias nemo non fraudaretur colluſione emptoris & alterius, cui iterum clàm uẽderet. Idque confirmatur multis ſimilibus. Primò enim non currit inſtantia actori, ſi reus ſubterfugiens, cauſam trahat ac protelet, vt uoluit gloſſ. in capit. uenerabilis, in gloſſ. magna, extra de iudic. quem dicit ualde ſingu. Maria. Socyn. ibi column. 1. & eſt bonus text. in l. intra utile, in prin. & ibi Bal. in 4. nota. ff. de minoribus & in l. petendæ. C. de temp. in integr. reſtitut. & in l. contra. C. de inoffic. teſtam ubi & Bald. ponit alia multa ſimilia. & Alex. conſil. 42. in cauſa & lite, column. 3. uerſic. & iſtud, libro 3. ubi alios allega. & conſil. 71. uideretur, in prin. lib. 5. & Phil. Dec. in cap. ex ratione, col. 8. uerſic. unde alia, extra de appel. De quo tamen dic., ut per Docto. in Authen. ei. qui. C. de tempo. appel. & in capit. ex ratione, extra de appel. & Roman. in l. 2. ff. de re iudi. & Maria. Soc. poſt alios in d. cap. uenerabilis, in 23. art. princip.

2 *De eadem re. Tempus nõ currit, impedito per moras aduerſarij.*

Secvndò, ꝙ ſi e forma ſtatuti cauſæ debent expediri intra certum tempus, alioqui pereunt litigatoribus: id tempus ei non currit, qui impeditur per moras & dilationes aduerſarij, ut uoluit Cyn. in l. ult. in fin. & ibi quoque Bald. & Sal. per illum text. C. de adult. Iac. Butr. Bart. & Bald. in Authen. clericus, C. de epiſco. & cler. Io. Andr. in addi. Spec. tit. de dilatio. §. 1. uerſicu. ſed pone. Dy. Cyn. Bald. & Alex. in addi. Bart. in l. ſi cùm ipſe, per text. & gloſſ. ibi. ff. de excu. tuto. Vbi & id dicunt procedere, cùm & aduerſarius petit dilationem ultra illos tres menſes, quia dicit habere ſe teſtes in longinquis partib. Idque dicit ipſe Bald. ibi notatu dignum, declaratque, quomodo id intelligatur. & Alex. d. conſ. 71. li. 5. & Iaſ. conſ. 35. in q. in 2. dubio, lib. 1.

3 *De eadem re.*

Tertiò ꝙ tempus alicui ſtatutum ad probandum,



dum, ei non currit, tantiſper dum aduerſarius differt reſpondere eius poſitionibus. l. 1. & ibi Bal. col. 2. verſ. vlterius not. C de iuram. calum. glo. vt à multis allegatur, in clem. ſæpè, ver. & quia poſitiones, in verbo, poſt dationem, & ibi Imol. col. 13. in declaratione illius glo. & Cardin. Flor. in 9. q. poſt alios Antiquiores, de verborum ſignificat. Bald. in d. l. ſi cùm ipſe. verſi. 2. not. & ibi etiam Alex. in addi. Bar. ff. de excu. tut. idem Bald. qui id dicit eſſe perpetuò notandum, in l. vlt. col. 4. verſ. iuxta prædicta quæro. & ibi quoque Pau. Caſt. col. 3. verſ. vlt. Bald. dicit. ff. de fer. vbi Paul. ipſe declarat. & Alex. d. conſ. 42. li. 3. & d. conſi. 71. lib. 5. & Iaſ. conſ. 10. ex caſu, col. 2. verſ. iſtis ſic in facto, libr. 1. & d. conſi. 35. vbi ſupra, libr. 1. & Phil. Dec. in d. c. ex tenore, vbi ſupra de appel. Et facit qđ in ſimili tradit Inno. in c. pia, col. 1. in verbo, octo, in fin. extra de excep.

4 *De eadem re.*

Qvartò, quòd terminus (ita enim ſæpè eo verbo in hac ſignificatione poſt noſtrates vtimur) præſtitutus actori ad probandum, non ei currit, donec aduerſarius impugnat articulos ipſius, vt pote quos dicit non admittendos. Ita enim voluerunt Bal. Imo. Ro. & Franc. Aret. in l. quamdiu inſtitutus. ff. de acquir. hæred. Quod tamen intelligunt ipſi Rom. & Franc. Aret. cùm articuli erant admittendi, aut certè tales, vt probabiliter potuerit dubitari, admittendìne eſſent, an non, alioquin ei eſſet imputandum, ꝙ haud dubiè non admittendos propoſuerit, per l. 2. & §. non ſolùm. ff. ad Tertul. Alex. in addi. Bal. in d. l. 1. C. de iura. calum. Et vide quod in ſimili diximus ſuprà eo. tit. §. 1. glo. 10. in verbo, *dedans l'an*, nu. 42. quod tamen. & iterum in §. 4. gl. 3. in uerbo, *aura cours cõtre le retrayant*, nu. 1. & 2. & quod tradit gl. in c. cupientes, in uerbo, videbitur. & ibi Domi. & Phi. Fran. qui adducit conc. de elect. lib. 6.

5 *De eadem re.*

Qvintò, quòd ſi actori ſtatutus eſt terminus ad producendum, iſque petat ſibi inſtrumenta edi à reo, vt ea producat, in caſibus, in quib. reus tenetur edere actori, qui ponuntur à noſtris Doct. in l. vlt. C. de eden. & Cano. præſertim recentioribus, in ca. 1. extra de proba. non currit terminus probationis actori, quamdiu reus differt edere, ex ſententia Bald. in l. 1. §. vlt. per gloſ. vlt. ibi ff. de eden. & idem propemodum voluit Alb. poſt Iaco. Butr. in ea ipſa l. 1. §. edenda. Et hæc quidem omnia propè retulit, & ſecutus eſt Iaſon in l. ſi eum. § qui iniuriarum, colum. 3. & ſeq. ff. ſi quis cautio. & dict. conſ. 35. in 2. dubio, lib. 1. eaque dicit notanda eſſe diligenter, quia quotidie veniunt in actum practicum. Nec tamen meminit Alex. cuius in d. conſ. 71. lib. 5. hæc omnia propè ſunt. Et hoc quoque vltimum ſecutus eſt ipſe Iaſ. d. conſ. 10. vbi ſup. lib. 1. vbi id dicit ſing.

6 *De eadem re.*

Postremò adde text. opt. præter eos, quos ſuprà citauimus in d. l. ſi cùm ipſe. ff. de excu. tut. cuius hæc verba ſunt: Si cùm ipſe inſtitueret, vt proferret excuſationẽ, mora contradictionis impeditus eſt, quo minus decreto liberaretur, excuſationem rectè probari, ſcilicet poſt tẽpus in id conſtitutum: nam de eo loquitur, ut patet ex l. præcedenti. Vt tamen non omittas, quòd à Pau. Caſt. reſponſum eſt conſ. 135. in cauſa deſertionis, col. pen. verſ. illud etiam videtur. iterumque in fi lib. 2. tempus appellationis proſequendæ non currere appellanti, dum aduerſarius impugnat appellationem de deſertione, per q̃dam ex iurib. ſuprà allegatis. & ſequitur Dec. in d. ca. ex ratione, vbi ſup. de appel. Et facit quod traditũ eſt p D. à Rota, dec. 102. fatalia, in nouis, & deci. 448. nota ꝙ fatalia, in antiquis. & ab Alb. poſt Gui. in l. vlt. in fi. C. in quibus cau. in integr. reſt. non eſt neceſſ.

*POVRVEV TOVTESFOYS Q'IL N'Y AIT NEGLIGENCE NOTABLE.*

## DVMMODO TAMEN NON INTERVENERIT INSIGNIS NEGLIGENTIA, Gloſſ. IIII.

1 *Si conſanguineus reſciuerit emptorem alteri uendidiſſe, an continuo debet illũ alterũ conuenire.*

Nam etſi ſtatim non potuerit conuenire iſtum ſecundum emptorem, quẽ ignorabat: tamẽ cùm primùm eius notitiam habuerit, debet ſe non negligenter parare ad retractum, illique oblationem facere, per id quod in ſimili voluit gl. in c. cupientes. §. quòd ſi per 20. in uerbo, propoſita, in princ. de elect. lib. 6. quòd ſi quis miſit nuncium ad proponendũ ea, quæ in eo tex. fieri iubentur intra 20. dies, fueritq; is nuncius impeditus, non ei nocebit, dummodò poſtea non ſit negligens. De quo & nos plenius diximus ſup. §. 9. in vlt. gl. nu. 24. ſed id tamen, & ſeq. ubi uidere poteris, id arbitrio iudicis æſtimandum eſſe, uti & in hoc eodẽ caſu uoluit Ferr. in conſue. Burdig. hoc quoque tit. §. 8. in prin. Sed & tu uide quę ſcripſimus §. 1. in gl. 10. in uerbo, *dedans l'an*, nu. 23. nec tamen.

## §. XIII.

Et eſt & doit eſtre aucun reputè plus proche, & preferè quant au faict deſdictz telz retraicts, ainſi & en ce qu'il ſeroit plus proche & preferè en faict de ſucceſſion.

*Is eſt, & cenſeri debet proximior, vt præferri debeat in retractu, qui in ſucceſſione proximior eſt, & præferri debet.*

### GLOSS. I. ET VNICA.

1 *Quis cenſeatur eſſe proximior in materia retractus. Conſuetudines.*

Hic ſpecialius exprimit, quod ſupra dixerat §. 11. ſ. retractum imitari naturam ac ius ſucceſſionis. quod & tradit Maſuer. in hoc ti. de retractu in prin. Ex hocq; iã multas quæſtiones in hac materia retractus decidimus, & poſtea ut locus occurret, decidemus. Et uide quæ dicemus in §. ſeq. in fi. nu. 2. ex hac autem, & ſeq. Cum hac autem cõſuetudine propemodũ concordat & Pariſienſium conſuetudo, c. 196. Cenomanenſium, c. 378. & ſeq. Andegauenſium, c. 368. & ſeq. Angoliſmenſium, capitu. 62. ubi eadem propè uerba ſunt, quæ in hac noſtra conſuetudine. Sanctonum Angeriacorum, c. 52. ubi & eadem quoque uerba ſunt, Burdigalenſium, cap. 12.

## §. XIIII.

Tovt homine lignagier d'aucun vendeur, ſoit de prochain ou loingtain degrè, doit eſtre receu au retraict dedans l'an & iour de la vendition faicte par ſon dict lignagier posè que la choſe vendue ne ſoit pas du branchage, a dont le retrayant & le vendeur ſe appartiennent. Mais ſi dedans ledict an & iour vn autre lignagier du vendeur, & dõt la choſe vendue ſoit deſcendue, & regardant ſon branchage, venoit cõtre l'autre lignagier, qui premierement l'auroit prinſe: posè que iceluy ſecond lignagier ne fuſt ores ſi prochain du lignage du vendeur, comme ſeroit le premier, icely ſecond la doit auoir, & touſiours ſeroit preferè, veu que la choſe ſeroit regardant ſon branchage. b

*Qvilibet conſanguineus, ſiue proximior, ſiue remotior gradu, admittitur ad retractum intra annum & diē venditionis, etiamſi res vendita non ſit eius lineæ,* a *qua retrahens & venditor ſe contingunt. Verùm ſi intra id tempus alius uenditoris conſanguineus ex ea parte, qua res proceſſerit, mouerit controuerſiam alteri conſanguineo, qui præueniret, is vtique præferetur, eamq; rem obtinebit, etiamſi non ſit tam propinquus genere, quàm ille, qui præuenit, propterea quòd lineam ipſius res vendita reſpiciat.* b

*ſuctudine Pictauienſium pater na paternis, materna maternis, ſemper cedant, vide vſq; ad nu. 14.*

*NE SOIT PAS DV BRANCHAGE.*

## NON SIT EIVS LINEÆ, Gloſſ. I.

1 *An admittatur conſanguineus non ex ea parte, ex qua res proceſſit,*

Contrarivm tamen dicit obſeruari de conſuetudine Ioannes Fa. in §. ſi plures, in fin. Inſtitut. de legi. agna. ſucceſſ. & contrarium etiam de Iure communi obtinere, expreſsè & in hac ſpecie voluit Signor. conſilio octogeſimoprimo, in quæſt. vertente inter Nigrum, colum. 2. per text. in cap. 1. titul. de gradi. ſucceſſ. in feud. idque maximè, ſi ex noſtra conſuetudine in ſucceſſionibus bona ſemper veniunt ad eos, qui ſunt eius ſtipitis, vnde ea proceſſerunt, etiamſi ſint remotiores: de quo dicemus in gl. ſeq. Nam & retractus per omnia ſequitur ius atque naturam ſucceſſionis, vt dictum eſt in §. præcedente. Ex maiori autem parte

*Conſuetudines.*

conſuetudinum Franciç, ij tantum admittuntur ad retractum, qui ſunt ex ſtipite ſiue linea rerum venditarum, vt apud Pariſienſes, cap. 172. Meldenſes, c. 87. Melodunenſes, cap. 22. & cap. 28. Senonenſes, cap. 31. Trecenſes, ca. 44. Caluimontenſes in Baſſigniaco, cap. 112. Victriacenſes, cap. 126. Ambianenſes, c. 47. Monſtrolienſes maritimos, cap. 72. Carnutenſes, ca. 171. Aurelianenſes, c. 276. quod tamen videtur limitare, vt non procedat inter fratres & fratrum filios, cap. 278. Turonenſes hoc tit. *de retraict*, cap. 1. Cenomanenſes, c. 378. Andegauenſes, cap. 368. Aruernenſes eodem tit. *de retraict*, qui eſt omnium eius gentis conſuetudinum 23. c. 1. & expreſſiùs cap. 24. Borbonienſes, c. 422. & 434. Bleſenſes, c. 193. Dunenſes, cap. 79. Bituricenſes, hoc titu. *de retraict lignagier*, cap. 1. & 2. & 3. Arteſienſes, cap. 85. Normanienſes, ca. conſuetudinum eius nationis 115. cuius titulus eſt, *de querele de fief vendu. §. nul qui apartienne.* Quanquam ſunt & aliæ

*Conſuetudines contrariæ.*

conſuetudines huic noſtræ ſimiles, quæ ſcilicet admittunt conſanguineos, qui non ſunt ex linea aut ſtipite, vnde bona vendita prodierunt: ita tamen, vt ij, qui ſunt ex ea linea, præferantur, ut apud Angoliſmenſes, cap. 64. Rochelenſes, cap. 32. Burgundienſes, hoc eodem titu. cap. 4. Burdigalenſes, cap. 5. quod eſt 1. titulo *de retraict lignaiger.*

## IN FI. EIVSDEM §. Gloſſ. II.

1 *Etſi admittatur, an ei præferatur, qui eſt ex ea linea.*

Idem, vt ſcilicet præferatur is, qui eſt ex linea, vnde bona manarunt alijs, qui non ſunt ex ea linea, voluit expreſsè in retractu Ioan. Fab. in §. ſi plures. Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. per tex. in l. de emancipatis. C. de legi. hæred. Sed ille textus, ut etiam dicit idē Fab. loquitur inter fratres & fratrum filios: nam poſt eos de iure communi non inſpicitur, vnde bona proceſſerint, ſed ſemper admittuntur ad proximiores, excluſis remotiorib. Auth. poſt fratres. C. eo. tit. & diximus ſupra §. 11. in gl. 10. quæ eſt ſuper verbo, *tous y doibuent eſtre receuz pro rata*, poſt princ. At conſuetudo noſtra indiſtinctè & generaliter diſponit, vt proximi ex parte patris præferātur in bonis paternis: matris autem, in bonis maternis. quod etiam dicit obſeruari ex alia quadam conſuetudine Flor à S. Petro, inter conſi. Pet. Anch. conſi. 371. ꝙ dicta domina. & Bened. in rep. c. Raynutius, in uerbò, & uxorem nomine Adelaſiam, nu. 636. extrà de teſta.

2 *An ex con*

Ex hac autem conſuetudine, quæ ita indiſtinctè & generaliter, vt diximus, præfert in retractu eos, qui ſunt ex linea, vnde res vendita exijt, iuncto eo, quod ſcribitur in d. §. 11. ſuprà eo. repræſentationem habere locum in retractu, vt in ſucceſſione, in qua, ut ſcribitur ſuprà in tit. 17. qui eſt *des ſucceſſions.* §. 1. qui eſt omnium huius voluminis conſuetudinum 212. repreſentatio habet locum in omnibus ſpecieb. ſucceſſionum, & in infinitum, quamdiu conſanguinitas imputari & probari poteſt. & quod item ſcribitur in §. 13. ſuprà hoc titulo eum cenſeri proximiorem, & præferendum in retractu, qui & in ſucceſſione præfertur, quodque præterea ſcribitur in §. 32. eiuſdem titulo in retractu acquæſtuum, admitti conſanguineos ex parte patris pro dimidia parte, & matris pro altera dimidia. Atque eo quod ſcribitur ſuprà in ti. 14. qui eſt *de donations.* §. 1. qui eſt omnium §. huius voluminis 181. quod cùm quis non poſſit donare ultra tertiam partem bonorum patrimonialium in præiudicium ſuorum hæredum, & quis habeat bona patrimonialia, alia ex linea patris, alia matris, uidelicet centum patris, ducenta matris, non poterit donare integra illa centum patris, quamuis non excedant tertiam partem omnium, ſed tātùm donare poteſt tertiam partem illorum centum in præiudicium hæredum lineæ paternæ. Et ex eo deniq;, quod etiam ſcribitur ſuprà titu. 16. qui eſt *des teſtamens.* §. 3. qui eſt omnium eiuſdem uoluminis 208. non poſſe quempiam ex ſuis bonis patrimonialibus aliquid donare, & relinquere uni ex ſuis præſumptis hçredibus, plus quàm alteri, ſiue bona reſpiciunt lineam, vnde is deſcendit, ſiue aliam.

3 Ex his igitur omnibus aſſumunt multi ex noſtratib. ſemper, & in omni ſucceſſione, & inter quoſcunque bona paterna paternis, materna maternis deferri, id eſt, bona ſequi lineam, ex qua primùm prodierunt. De quo tamen nullam aliam conſuetudinem expreſſam habemus, nec quæ huc quicquam faciat, prçter ſuprà dictas. At ex maiori parte conſuetudinum Franciç, ſicuti in retractu, vt diximus in gl. prçcedenti, ita & in ſucceſſione, ſemper bona ſequuntur lineam, vt apud Pariſienſes, cap. 145. & 147. Meldenſes, ca. 42 & duob. ſeq. Meldunenſes, ca. 99 Senonenſes, c. 59. & aliis. Ambianenſes, c. 40. Monſtrolienſes c. 10. Aurelianenſes, ca. 251. Cenomanenſes, cap. 378. Andegauenſes, c. 268. & 270. Aruernenſes tit. *des ſucceſſions.* §. 4. Borbonienſes, c. 315. Bleſenſes, ca. 150. & ſeq. & iterum 156. Dunenſes, c. 71. niſi in caſu c. ſeq. Angolimenſes, c. 94. Rocheleneſs, c. 50. Bituricenſes, tit. *des couſtumes concernans les teſtamens*, ca. 2. Burgundienſes, tit. *des ſucceſſions*, c. 8. Arteſienſes, ca. 72. & 75. Sanctones Angeriacos, c. 97. & c. 100.

*Conſuetudines aliæ de ea re.*

4 *Conſanguinei in paternis, vterini in maternis ſuccedunt.*

Qvantvm autem ad ius commune pertinet, inter fratres conſanguinei ſuccedunt in bonis paternis, vterini in maternis, gl. & Doct. in d. Auth. poſt fratres. C. de leg. hær. & in Auth. itaque. C. commu. de ſucceſ. Fran. Alber. inter conſi. Ang. conſ. 82. huic parti inhçreo, col. 2. Dy. in trac. ſucceſ. ab inte. col. 4. uerſ. ſed pone quis moritur. Alex. coſi. 5. conſideratis, col. 2. uerſ. hçc confirmo, lib. 6. ubi poſt Pau. Ca. in quodam conſi. dicit & hoc procedere in ſpecie cuinſdam ſtatuti, de quo ibi uidere poteris, & Doct. ubique. Et ad hoc quoque ubique citatur tex. in d. l. emancipatus. C. de leg. hçr. quem ad hoc dicit ſingul. Bar. ibi. & Matth. Mattheſ. in tracta. ſucceſ. ab inteſta. in 3. art. princip. uerſicu. hoc procedit. & ibi Ludo. Bolo. in addi. eius loci. & iterum in addi. incip. uera eſt hæc deciſio. & conſi. 69. Corn. poſt princ. quibus etiam locis eum textum dicit ſingul. Sed & eum quoque ſingul. dicit Ang. Aretin. in d. §. ſi plures, colum. 1. Inſtitut. de leg.



agna. ſucceſſ. & poſtea etiam per multaa quæſtiones declarat, quomodo id intelligēdum ſit, & Iaſon, qui etiam dicit ſing. in l. poſt dotem, in fi. ff. ſoluto matr. Et nullum reperio, qui contrarium in hoc teneat, præter Fulg. in d. Auth. itaque, & Soc. cōſ. 89. circa præmiſſum, col. 4. uerſ. non obſtat tertium, lib. 4. quibuſdam rationibus ibi adductis, licet tandem dicat, non eſſe tutum recedere à priori ſententia, ut quæ ſit communis.

5 *At utrinque cō iuncti in oīb. ſuccedunt, alijs excluſis, uide nume. 7. Etiā in filijs fratrū, uide nu. 7.*

Sed ea tamen intelligitur, cùm utrinque ſunt ab vno tantùm latere coniuncti. Quòd ſi cum illis ſint alij ex vtroque, hi quidem alios ex vno tātum repellunt in quibuſcunque bonis, ut non obſcurè uoluerunt gl. & Doct. in d. Authen. poſt fratres. & in d. Auth. itaque. Dyn. in d. tract. ſucceſſ. ab inteſt. colum. 4. verſicul. quid ſi decedit. Bart. ſi is eſt. & Ioan. Fab. in dict. §. ſi plures, Inſtit. de legit. agnato. ſucceſſ. Bald. in d. l. de emancipatis. C. de legi. hæred. & conſi. 222. caſus talis eſt, primò dominus, lib. 3. & conſi. 74. præmittendum eſt, in princ. eod. lib. 3. Ro. qui & id dicit procedere in ſucceſſione eius, qui ingreſſus eſt Monaſterium, incapax bonorum, conſ. 296. circa declarationem, in fi. Raph. Com. conſil. 66. Ioannes deceſſit, in princ. Petr. Ferra. tit. for. libel. pro hære. ab inteſta. in uerbo, nullisque ſuperſtitibus, col. 10. in paruis, verſic. ſi ergo quæramus. Barbat. conſi. 38. ſcribitur. col. pen. lib. 2. Bertran. conſ. 68. viſo caſu, lib. 2. & conſi. 211. ponitur, eod. lib. 2. Id quod etiam procedere in filijs fratrum dicit Lud. Bolog. d. conſi. 69. colum. 4. & ante eum Franc. Aretin. conſi. 164. diligenter, col. 5. verſ. & primo viſo, & ante hos Bald. d. conſ. 74. in princip. lib. 4. & ante hunc quoque Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubr. de feu. verſi. item præſuppoſito, per text. in §. reliquum, in Authen. de hære. quæ ab inteſt. defer. quem text. ad hoc dicit ſing. Franc. Aret. ubi ſupra.

6 *Etiamſi ex ſtatuto maſculus præferatur fæminæ.*

Et hæc ita procedunt, vt ſi etiam ex ſtatuto maſculus præferretur fœminæ, tamen fœmina vtrinque coniuncta præferretur maſculo ex una tantùm parte coniuncto, ut ſing. uoluit Bal. conſi. 59. de Iure communi, in fi. lib. 4. Sed & ſi ſtatuto cautum ſit, ut decedenti ſuccederent ab inteſtato proximiores ex linea paterna, tamen coniuncti ex utroque latere nihilominus cçteris patruelibus ex linea paterna tantum, præferrentur, vt dicit Pet. Anch. in repet. c. 1. char. 60. in paruis, uerſi. per prædicta non puto, extra de conſtit. & Soc. conſ. 252. viſis inſtrumentis, col. 12. uerſ. ſecundò ego reſpōdeo, lib. 2. & Phil. Dec. conſ. 484. æquitati, col. 2. uerſ. & ſpecialiter.

7 *Etiā quoq; ſi ex ſtatuto decedenti ab inteſtato ſuccedant proximiores ex linea paterna.*

Sed tamen quod de filijs fratrum diximus, non admittunt Mattheſ. & Lud. Bolog. in addit. ipſius, in d. trac. ſucceſſ. ab inteſt. in 2. art. princ. verſ. item no. & Corne. in l. quod ſcitis. §. ſi autem, col. vltim. verſ. nec obſtat. C. de bonis quæ liberis. De quo etiam per Paul. Caſtr. in d. Authen. poſt fratres, la 2. & conſ. 83. id quod ſuprà concluſum eſt, lib. 1. & Alex. qui alios multos allegat, conſ. 166. ſuper propoſita, lib. 5. Sed & ſunt, qui inter fratres illud, quod ſuprà diximus, non ita generaliter admittūt, quin dicunt, utrinque coniunctos non excludere conſanguineos tantùm a bonis paternis, nec uterinos à bonis maternis, ut per Soc. conſ. 84. uiſa prçdicta, colum. 5. uerſ. quia qua ratione, lib. 1. Vtrum autem iſtud procedat in iure accreſcendi, videbis apud Bart. in l. re coniuncti, colum. penult. verſ. tertiò quæro iuxta hoc, ff. de leg. 3. & Soc. qui id trahit ad ſubſtitutiones, conſi. 249. materia, colum. 12. uerſ. quintò corroboratur, lib. 2.

*Quid in iure accreſcendi.*

8 *Quid inter patruos.*

Sed & utrum id procedat in patruis, ut utrinq; coniuncti alios ex uno excludant (hçc enim obiter & remiſſiuè dicere uolui) vide Bald. conſ. 188. in ſubſtituione, lib. 1. quod repetitur ijſdem uerbis, niſi quòd aliud princip. eſt, conſ. 424. punctus talis eſt, Titius deceſſit, lib. 3. & rurſum eundem Bal. conſ. 346. quoniam vt proponitur, lib. 3. & conſ. 330. dictus patruus, eodem lib. 4. & latiſſimç Corn. cōſ. 219. licet in hac, colum. 2. uerſ. itaq; videndum eſt, cum ſeq. uſque ad fin. conſi. lib. 3. & Ant. Rube. conſ. 102. uiſo caſu. Et utrum quoque in fratribus, patruelibus, latè diſputat Alex. poſt alios multos à ſe citatos d. conſ. 166. lib. 5. ubi uidere poteris. & Paul. Caſtr. dicto conſ. 83. lib. 1. Et utrum denique in alijs, uide Iac. Bel. in §. ſi uerò neque fratres, in pen. quæſt. & ibi quoque Bartol. in Auth. de hæred. ab inteſt. & eundem Bart. in l. 2. §. legitima. ff. de ſuis & leg.

*Quid in fratribus patruelib.*

9 *Quid in alijs. Aſcendentes an prçferantū fratribus ex uno tantū latere.*

Nec tamen ſpecialiter omiſerim, vtrum etiam procedat in patre & matre, auo & auia, vt ſcilicet præferantur fratribus ex vno tantùm latere, de quo vide glo. in l. 1. in verbo, potiorem. ff. de iuris et fac. ignor. Dy. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. Cy. in d. Authen. itaque, col. vlti. Signo. conſil. 6. Titius, col. 1. Bar. in l. 2. in prin. col. antepe. verſi. vlterius quæro, an tacita pupillaris excludit fratrē. ff. de vulg. & pup. & eundem Bar. & Ang. in l. 1. §. filium. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. Bald. latè in Auth. defuncto, col. 2. verſic. iuxta iſtum verſic. C. ad Senatuſcon. Tert. & in l. ſi quis filium, col. vlti. C. de inoff. teſta. & conſ. 427. factum tale eſt, Ioannes, ad fi. lib. 3 & conſ. 260. proponitur quod mater, lib. 4. & conſi. 366. mater quæ tranſiuit, in fi eod. lib. 4. & conſi. 438. iſta quçſtio in prin. & iterū in fin. eod. lib. 4. & conſi. 446. æqua opinio, eodem lib. 4. Ang. in §. conſequens, in Auth. de hæred. ab. inteſt. & cōſil. 166. ſi teſtator, paulò ante fin. & Cardin. Flo. conſi. 51. Titius condidit teſtamentum, in 1. dubio. Paul. Caſtren. conſil. 421. quòd iſta mater, col. 3. verſic. 6. & vlt. libr. 1. & Alex. conſil. 167. uideretur, col. 2. verſi. quintò, quia licet, lib. 5. & conſi. 5. cōſideratis, col. 1. lib. 6. Barb. conſ. 36. ſcribitur ſapienter, col. antepen. verſi. capio modò aliam dubitationem, videlicet vtrum præfatus, lib. 2. Corn. conſi. 169. multum diffusè, col. 2. verſi. & per illum, lib. 4. Guid. Pap. conſil. 167. pupillus. Soc. conſil. 304. eodemque vltimo, viſo ſtatuto, per totum libr. 2. quod repetitur conſil. 25. lib. 3. & Steph. Bertr. conſil. 125. viſo caſu, in 3. dubio, lib. 2. & conſi. 220. Chriſti, & c. viſo caſu, lib. 2. & conſi. 132. prouidus, num. 1. lib. 3. & conſil. 92. ponitur, etiam num. 1. eo. lib. 3. Et quid ſi ex ſtatuto ſoror excludat matrem, an tunc intelligatur de ſorore ex vno tantùm latere coniuncta, vide omninò Alex. conſil. 45. habita lib. 7.

*Quid, ſi ex ſtatuto ſoror excludit matrē.*

10 *In reb. feudalib. utrīque cōiunctus nō prçfertur coniuncto ex parte patris.*

Illvd autem inter omnes, ſi non me fallit memoria, conuenit, illud quod dictum eſt, utrinque coniunctos præferri coniunctis ex uno tantùm latere, non procedere in rebus feudalibus. In his enim æquè ſuccedunt coniuncti ex parte patris tantùm, ac vtrinq; coniuncti, quia coniunctio ex latere matris non conſideratur, per text. in c. 1. §. ex his uerò. & ibi Bald. in princ. Mart. Laud. col. eiuſdem c. 2. uerſ. quæro circa iſtam. & Cardi. Alex. col. 3. uerſ. eiuſdem initij, tit. de ſucceſſ. feu. vel de grad. ſuc. in feud. & uoluit Iac. Ardiz. in ſum. in Rubr. de ſucceſ. feu. ſub rubricella, an frater ex vtroque parēte excludat fratrem ex patre tantùm. & Andr. Iſer. in c. 1. col. 2. titul. de nat. ſucceſ. feud. Bal. in l. 2. poſt princ. ver. & per hoc determinatur. & ibi Paul. Caſtren. & Corne. C. de legi. hæred. & idem Bal. conſi. 170. ad euidentiam, colum. 2. verſ. item ſciendum, libro 2. & conſ. 304. donatio, in fin. eo. lib. 2. ubi hanc dicit eſſe communem opin. & veram magnorum DD. & conſil. 54. proponitur quòd quidam nobilis. lib. 3. & conſi. 222. caſus talis eſt, primò dominus, eo. lib. 3. Mart. Laud. in c. 1. §. & quia, col. 6. verſ. quçro an utrinque coniunctus. & ibi quoque Card. Alexan. col. vlt. uerſ. eiuſdem initij. tit. qui feud. dare poſſ. Alex. conſi. 9. ponderatis his, in fi. lib. 5. Petr. Ferra. tit. forma libel. quo agit ad recoc. feud. in verbo, nec ſuperſtitib. col. 4. verſ. ſed quid ſi vnus. Socin. dict. conſil. 303. ad fin. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 444. concurrit patruus. colum. 1.

11 Ioan. Crot. in repet. l. filiusfamiliàs. §. Diui, colum. 2. poſt princ. & iterum charta antepen. verſic. quartò quæritur. ff. de legat. 1. [Franc. Curtius iunior in tract. Feudorum

in 3.part.3.partis princ.quæſt.6.] & Franc. Ripa. [in l.ſi uentri.§.in bonis,col.3.verſ. item intellige quando utraque ratio conſideratur.ff.de priuileg. credit.] in l. ex facto.col.24.nu.98.ff.de vulg.& pup.

11 *Quid in ſtatuto vt agnati prę ferant cognatis. An retractu præferat vtrinque coniũctus et qui eſt eius tãtùm lateris ex quo res pceſſit.*

Qvo in loco Ripa & illud ſimile adducit, quod traditum eſt à Iaſ.& Recentioribus in d.l.re coniuncti, ubi & ipſe Ripa,num.13.ff.de leg.3. quòd ſtante ſtatuto, ut agnati ab inteſtato præferantur cognatis, frater utrinq; coniunctus non præferetur fratri ex parte patris tantùm coniuncto. Ex hocq; dixerim, quòd ſtante ſtatuto, ut ad retractum admittantur ij tantùm conſanguinei, qui ſunt ex latere unde res uendita proceſſit, aut quòd ij prę ferantur cæteris, qui ſunt ex alio latere, tunc non præferetur conſanguineus utriuſq; lateris alteri, qui eſſet ex eo latere, vnde res proceſſit tantum. Id quod adde ad id quod ſuprà diximus ex Io.Fab.in ſ.11.glo.10.nu.1. Et facit etiam, quod in ſimili tradit Bal.conſi.205. præmiſſis uerbis,lib.4.& Roma.conſil.411. quatuor, & Iaſon conſi.67.perſpectis,col.vlt. uerſ. confirmo etiam ex eo quod conſuluit, lib.1. dum uolunt, ex ſtatuto præferente agnatos fratris ſiue fratrum filiæ, æqualiter ſuccedere fratrem ex uno tantum latere, cum fratre utrinque coniuncto. Sed huius, ne fallaris, contrarium nuncupatim uoluit Petr.Anchar.in repet. c.1. col.150. verſic. occurrerunt aliç quæſtiones, extra de conſtit.Raph.Fulgoſ.conſil.85.in propoſita quæſtione, & Paul. Caſtr. in Authen.itaque.C.com.de ſucceſſ.Ioan. Bapt.à S. Seueri. in repet.l.omnes populi,char.15.verſ.ego reſpondeo. ff. de iuſt. & iure. Socy. conſi.252. viſis inſtrumentis, col. 12.uerſ. ſecundò ego reſpondeo. libro 2. & latè Carol. Ruin.conſi.28.uiſo ſtatuto per totum 1.dubium, lib.3. Sed tu tamen vide eundem,conſi.32.quia ex facto, col. 1.& 2.& iterum col.8.nu.14.& ſeq.eo.lib.3.

12 *Inter aſcẽdentes an paterna paternis, materna maternis deferantur.*

Sed vt è ſemita in uiam redeamus, inter aſcendentes quoque paterna paternis, & materna maternis deferuntur, ut nonnullis placere uideo, per text.in d. l. quod ſcitis.ſ.ſinautem.C.de bon.quæ lib. Ita enim eum intelligunt Bart.Ang.Paul.Caſtr.& Alex.in addi.Bal. ibi idẽ Bart.& Ang.in d.Auth.itaque, ipſe Bart. in d.l.poſt dotem,in fi.& ibi quoq; Imol qui eam gl.dicit ſing. paulò ante fi.Ro.& Iaſ.col.pen.& ult. ff.ſol.mat.& rurſus idem Bar.conſi.18. in nomine, &c. viſo teſtamento condito, in 4.dubio,& iterum conſ.215.an ſi teſtamẽtum ſit nullum,etiam in 4. dubio: nam & idem propè eſt conſil. Quibus locis ipſe Bart.dicit eum tex. ad hoc eſſe ſingul. Bal.conſi.104.factum tale eſt. Ser Teus, ante fi. lib.2.& Marc.Peruſ.inter conſi. ipſius conſ.111. viſo dicto puncto,lib.4 atque iterum idem Bal.d.conſi.446. æqua opi. eo.lib.4.Petr.Anch.conſ.349.de iure communi dos, & latè Rom.conſ.40.viſis ac diſcuſſis,in 2.dub.Paul. Caſt. in d.Authen.poſt fratres autem. C.de legi. hæred. Matheſ.in tract.ſucceſſ.in 2.art.princ.verſ. & hęc procedũt, verſ.aut ſuperſunt,& ibi etiam Lud.Bolog.in addi. Corne.qui licet nutet, dicit tamea hanc opin.æquam eſſe, cõſi.47.videtur,col.2.uerſ.quia ſecundum,lib.1. Alex.conſi.150.uiſo themate,col,2.uer.præterea iuri conſonum, lib,3.uerſ prædicta tamen affirmo,lib.7.Bald.Nouel. in tract.doti,in ult.parte,col.64.cum multis ſeq. ubi dicit, quòd licet contrariũ in uia diſputationis ſuſtineri poſſet, non auderet tamen ab hac opi.diſcedere. Guid.Pap, conſ.50.ex facto tradito in 4.dubio. Iaſ. conſi. 126. factum ſic ſe habet, quidam dominus Victor,col.4. uerſi. decimò & ult.lib.1.Bened.in reper.c.Raynutius, in uerbo,& uxorem nomine Adelaſiam,num.636.de teſtam, & Ant.Rub,conſi.79.uiſo inſtrumento. Et hoc quidem intelligit Ang.in d.l.quod ſcitis, ut etiam procedat, ſi is de cuius linea bona ſunt, remotior ſit.

13 *De eadem re.*

At ſunt alij qui è diametro contrarium tenent, videlicet non eſſe inſpiciendum ab utro laterum bona proceſſerint, & in his Dyn.Rayn.Forli. Bald.ſibi contrarius, præterquàm in lucris dotalibus, Sal.nutabundus, Fulg. Rom.ſibi item contrarius, Io.à monte Sperello, & latiſſimè Corn.in d.l.quod ſcitis, ex quibus ipſe Corne. ita dicit fuiſſe conſultum Peruſij, & ſe quoque conſuluiſſe. Idem Dyn.Cyn.cùm dicit, aſcendentes eiuſdem gradus, æqualiter ſuccedere, Rayn.Sali.item ſubdubitans, Fulg. qui ita dicit ſe conſuluiſſe, & Corne.in d.Authen.itaque Bald.in Authen.defuncto,colum.1.in fin. & ibi quoque Sal.& Fulg.C.ad Senatuſcon.Tertul.Bald.conſi.31.Angel.habet,in princ.lib.2.& conſi.260. proponitur quod mater, in fin. latè Rapha. Cum. cui ſubſcripſit alter Rapha.Fulg.& alij multi conſ.122.qualiter admittatur. Corne.etiam latiſſimè conſ.94. dominus Petrus, col.2. verſic.his tamen non obſt.libro 1.& conſilio 186. circa hanc conſultationem,col.3.verſi.eiuſdem initij,eo.lib. 1.& conſi.7.& ſi videatur,lib.3.& conſi.265.circa iſtum articulum, lib. 4. vbi & idem dicit conſuluiſſe Bened. Cap.vt & ipſe conſuluit conſi.34.& ſi præfato puncto. Lud. Bol.ſibi contrarius, d. conſil. 96. Corne. colum.4. verſicu.nihilominus prædictis non obſtan. Idque præſertim ſi aſcendentes ſint in diſpari gradu, quia ſcilicet ſint mater, & auus paternus. nam mater præfertur auo in 4 bonis vndecunque obuentis, vt per Bened. Cap. conſi. 149. cùm de pluribus in 3.dubio. Vtrorumque autem ſunt multæ magnæque rationes, quas huc adducere neceſſarium non ducimus, cùm apud eos omnibus ſint expoſitæ. Concedunt aũt oẽs, inter alios, quàm de quibus ſuprà locuti ſumus, nõ inſpici vnde bona prouenerint.

Cæterum vt redeamus ad noſtram conſuetudinem, illud certum eſt, in retractu haud dubiè procedere, 14 *De princ. quæſt.* vt conſanguinei ex ea parte, ex qua res vendita proceſſit, præferantur cæteris Nam id expreſſè hìc cauetur. Quantum autem ad ſucceſſionem, nullas in Pictauia, vt iam diximus, conſuetudines alias habemus, præter eas quas ſuprà adduximus, quæ omnes ſunt extra titulum *des ſucceſſions*, præter eam, qua ſtatuitur reprę ſentationem habere locum in quacunque ſucceſſione in infinitum, vt etiam ſuprà diximus. Sed ea ſi ſolerter inſpiciatur, parum huc facit, neq; vnum ex altero neceſſariò ſequitur. Quod hinc videre licet, quòd repræſentatio circa vllã controuerſiam habet locum inter fratres & fratrũ filios poſt eos autem uocantur quicunq; gradu ſunt proximiores. Auth.poſt fratres fratrumque filios C. de legi.hære. & tamen non omnes concedunt, inter ipſos fratres & fratrum filios paterna paternis, materna maternis deferri: quin ſunt in vtriſque, qui contradicunt, vt ſuprà diximus. Præterea poteſt contingere, quòd ſi repræſentes vel altiſſimum eorum, ex quibus deſcendiſti, ego tamen eſſem te potior in ſucceſſione omnium bonorum. Pone enim, quòd ſum frater vterinus eius, qui deceſſit ſine alijs fratribus, aut filijs eorum: tu autem es nepos patrui ipſius, id eſt, fratris patris eiuſdem: tu patruum illum defuncti, qui tuus auus erat, reprę ſentas: ego tamen te repellam à ſucceſſione fratris mei vterini, etiam in bonis paternis, cùm & ego repellerem illum tuum auum, patruum fratris mei defuncti, quem reprę ſentas, ſi viueret, quantum ad Ius commune pertinet, & ceſſante conſuetudine, vt ſemper & inter quoſcunque materna maternis, paterna paternis deferrentur. Nec ſi noſtra conſuetudo dicit retractũ per omnia ſequi ius ſucceſsionis, propterea concluditur è contrario ius ſucceſſionis ſequi ius retractus. Nec id dicit cõſuetudo, ideò p argumentum ab oppoſitis, aut aliud quodpiam non debemus nec poſſumus corrigere Ius cõe, ut alibi latè diximus. Sed quicquid ſit, noſtrates mordicus eam opi. retinent, ut ſecundũ noſtram conſuetudinẽ bona in ſucceſſionibus ſemper ſequantur lineam. Et ita ſemper hactenus uſitatum eſt in noſtra hac regione Pictauia.

Illvd denique quæſtionis eſt. Duo fratres ex vtroque parente ita inter ſe vtramque & patris & matris 15 *Quæſtio pτima retractus.* hæreditatem diuiſerunt, vt vni paterna ceſſerint, alteri materna: poſtea alter eorum vendidit id totum quod ſibi ceſſerat, puta paternam illam hęreditatem: an conſanguinei ex parte patris, præferentur omnino conſanguineis ex parte matris? Quod videtur, cùm ea bona à patre proceſſerint. Ego tamen cenſeo, & conſanguineos quoque maternos eſſe admittendos pro media parte, id eſt, pro rata eius portione, quod is venditor ante diuiſionẽ habebat in altera hæreditate materna, quæ alteri remanſit. nam ea diuiſio vim permutationis habet, imò vera eſt permutatio, quantum ad eam rem pertinet, vt no.in l. cùm pater.§.hæreditatem poſt mortem.ff.de leg.2. cum alijs concord.à me traditis infra eodem tit.ſ.32. nume. 88.quid verò in hac, vbi ſimilem quæſtionem decidemus. Res autem, quam ex permutatione alterius rei habemus, cenſetur eiuſdem naturæ & qualitatis, cuius ea erat, quam dedimus, quantum ad id, de quo tractamus, vt dicemus in illo ipſo §.nu.26.neq; enim. Ex quo etiã intelligis quid hìc dicendum ſit in retractu.

16 *An conſanguineus uxoris admittatur ad retractum rei mariti ab eo venditæ. Vxor non eſt uiri propinqua.*

Sed & hoc in loco in mentem venit huius ſpeciei, mihi aliquando propoſitæ. Quiſpiam vendiderat fundum ad ſe pertinentem: conſanguineus vxoris ipſius vẽditoris, petebat admitti ad retractũ eius fundi: emptor dicebat, eum non admittendum, cùm non eſſet conſanguineus venditoris, ſed tantùm vxoris eius, quæ non vendiderat, nec erat domina fundi. Actor replicabat, dicebatque, quòd ſi venditor eum non vendidiſſet, liberi cõmunes eius & vxoris ipſius, eum ex ſucceſſione patris excepiſſent, & ſi eũdem poſteà vendidiſſent, ipſe actor admitteretur, tanquàm conſanguineus eorum, licet fundus non fuiſſet ex linea ipſius per huiuſmodi conſuetudinem. Et cùm hæc controuerſia eſſet coram iudice quopiam ineptiſſimo, is ſua ſententia pronunciarat, actorem admittendum: à qua emptor appellauerat: iudex appellationis me conſuluit Reſpondi malè iudicatum fuiſſe: nam conſuetudo admittit tantùm conſanguineos venditoris, non etiam affines, cùm vbique dicit, *le parent du vendeur*. Conſanguinei autem vxoris, licèt ſint affines mariti, tamen non ſunt eius conſanguinei, cùm nec uxor quidem ipſius ſit conſanguinea, aut proxima ſiue propinqua, l.1.& ibi Docto.maximè Paul.Caſtr.& Alex. C.vnde vir & vxor.& not.in l.cùm rem alienam, vbi Bar.Bal. Alex.Corn.C.de legat.& Steph.Bertran.conſ.236.multa ſunt,col.vlt.lib.1. Ideò nec iura loquentia de coniunctis ſiue conſanguineis, habent locum in affinibus.

*Affines nõ admittuntur ad agẽdũ ſine mãdato.*

Quamobrem nec omnes hi admittuntur ad agendum ſine mandato pro affine, ex ſententia Inn. & Panor.in c. nonnulli.ſ.ſunt & alij, extrà de reſcrip.

17 Nec mouet, quòd iſte eſt conſanguineus vxoris vel liberorum. Nam ſtatutum, vt diximus, loquitur de conſanguineis venditoris, non vxoris, aut liberorum: ideò ad eos non eſt trahendum, l.ſi verò.§ de viro.ff.ſol. mat. Nec inſpiciendum eſt id, quod futurum fuiſſet, ſi liberi ſucceſſiſſent, & poſteà eam rem uendidiſſent, vt conſtat ex not.à gl.& Bar.in l.ſi idem.§.vlt.ff.de iur.omn.iud.& Cyn.in l.vlt.ſ.ſin autem ſub conditione, & ibi Bald.in l. ſed quia.C.commu.de lega.& Bar. & alijs in l. inter ſtipulantem.ſ.ſacram.ff.de verb.obl. Proindeque nec futura perſonæ capacitas, quam uocamus, conſideranda eſt: *Capacitas præſens cõſideratur, nõ futura.* ſed tantùm ea, quæ adeſt tempore actus, l.vſusfructus, & ibi Bar,ff.de ſtip.ſeruo.& c.ſi eo tempore, & ibi latè Docto.de reſcrip. Et facit propius, l.ſi cognatis, & ibi not.ff. de re.dub.& l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2. & quæ latè diximus ſupra eodem tit.ſ.1.gloſſ.9.quæ eſt in uerbo, *ou lignagier*, nu.83.vides igitur, & alijs multis ſeq.

Vt præmittam, non certum eſſe hos liberos aliquãdo eam rem percepturos, vel quia fortè morientes ante 18 patrem, vel quia pater poſſet alio modo eam rem alienare, quàm uenditionis, aut alterius contractus æquipollentis uenditioni: & alia multa interuenire poſſunt, ne capiant: ut in ſimili dicitur in l.naturalem.§.1.ff. de acqui. re.do. Cuius arg. tradit Bar.poſt Guil.Cu.in l.ſciendum, in pen.q.ff.qui ſatiſ. cog. quòd bona patris non releuant filium à ſatiſdatione: quia multa poſſunt accidere, ne bona ipſa patris ad eum perueniant. *Bona patris non releuant filium à ſatiſdatione.* Et ſequuntur Recentiores ibi & Alex.in l.in ſuis colum.3.uerſi. pro hoc facit.ff.de lib.& poſthu.cum alijs multis ſimi.à me collectis in Legibus connubialibus, in ea quæſtione, an ſpõſa ſit in poteſtate ſponſi, ut uxor uiri, ex conſuetudine. Et hæc quidem quæſtio adeò parum dubia mihi uiſa eſt, ut eam indignam cenſuiſſem, quæ à me tractaretur, niſi in dubium aliquando uocatam uidiſſem.

Qvanqvam nonnihil dubium potuiſſet facere, 19 *Affines an fiſcum excludant.* quod tradit gl.ut plerique omnes eam intelligunt, in §. mariti, in uerbo, poſtea, in fine, Inſtit.de nupt.quòd conſanguinei uxoris ſuccedunt marito, deficientibus conſanguineis eiuſdem, excluſo fiſco, & è conuerſo. Et ſequuntur Nico.Neapo.& Io.Plat.ibi, qui eam ſing.dicũt: & Guid.Pap.ſing.78.conſanguineus. Verùm eam gl.reprobant Io.Fab.& Ang.Are.d.§.mariti, quem multi legunt cum ſ.affinitatis, eiuſdem tituli, & idẽ Fab.in Authẽ.præterea, in fi.C.unde uir & uxor, nullo.n.(inquit in priore loco) iure, id poteſt probari. Imò uerò (ut hoc ipſum addas) affinitatis iure, nullam ſucceſſionem permitti, ſcribitur in l.affinitatis.C.commu. de ſucceſſio. Bald. tamen in l.1.uerſi.item quæro ſi non extat.C.eod.ti.unde uir & uxor, dicit eam gloſ.eſſe ueram in ſocero et genero, ut ſibi inuicem ſuccedant, excluſo fiſco, non etiam in cæteris tranſuerſalibus. Verùm Raph.Fulgo.Pau. Ca. Ro.Alex.Corn.Iaſ.et Phil.Decius in d.l.id nec in ſocero quidem admittunt, ſicuti nec ipſemet Bal.in l.ult. col.4. uerſi.item quæritur an ſit inuenire.C. unde legi. et Nico. Vbal.in tractatu de ſucceſ.ab inteſt.col.2.et Bened.in repet.c.Raynutius, in uerbo, uxorem nomine Adelaſiam, nu.779.et iterum nu.781.de teſta.et Stepha.Bertr.conſ. 59.uoluiſſem, in 6.dubio.lib.2.Cæterum ipſe Bald.in d. l.affinitatis, col.2.uerſ.extra quæro, de hoc cogitandum relinquit, ut ſæpe alias, ita hìc male ſibi conſtans.

## §. XV.

Si le retrayant gaigne ſa cauſe, il doibt auoir les fruictz *a* eſcheuz depuys la litiſconteſtation *b* de l'offre. Et doibuent eſtre deduictz en ſort.

*Si ſecundum conſanguineum iudicatum fuerit, is fructus a à litis conteſtatione b oblationis obtinebit, ijq; in ſortem precij imputabuntur.*

*LES FRVICTZ*, FRVCTVS, Gloſſ. I.

1 *An in hac reſtitutione fructuũ debeant deduci ſumptus culturæ & collectorum fructuum.*

Intellige tamen, deductis impendijs et ſumptib.factis, præſertim in cultura, et colligendis ipſis fructib. Nam lex, aut ſtatutum, aut alia quæuis diſpoſitio, loquens de fructib.intelligitur deductis huiuſcemodi impenſis: ut uoluernnt gl.Bar.et Ang.in l.in fundo.ff. de rei uend. et gl.in §.ex diuerſo,uerſ.certè illud, et ibi Doct.Inſt. de rer.diui.gl.in c.cùm antea, in uerbo, fructus, et ibi Barb. col.2.extra de pign.Iac. Are.Bar.et Alex. qui adducit cõcor.et alij Recẽtiores in l.fructus, per illũ tex.ff.ſol.mat. idem Bar.in l.cũ quæreretur.§.ult.ff.de leg.3. et conſilio 186.Cucciarellus, et Spec.tit.de expen.§.1.uerſ. expẽſæ igitur.

igitur.Bald.& Sal.in l.ſi quis ſciens.C.de rei uend.vbi & hoc dicunt procedere in malę fidei poſſeſſore.idem Bal. in l.1.col.3.per illum text.& ibi quoque Ang.C.de fruc. & lit. expen.& in l.neque,ad fin.C.de compenſ. & in c.cum Mart.Ferra.col.2.verſ.ibi prouentus, extra de cōſtit.& in c.ad noſtram,el 1.in 4. not. per illum text. vbi etiam eſt bona gloſ.extrà de iureiur.& conſilio 53.remanentibus, in fin.libro primo & conſilio 323. proponitur quòd dominus, colum.2.lib.2. Rom.conſ.230.præſupponitur primo. Paul.Caſtren.conſil. 239. ſuper hoc facto, colum.vltim.lib.1.Franc.Aret.conſi.17.conſideratis,col.9.verſ.intelligimus tamen,& Fel.qui alios concor.affert, in d.cap.ad noſtram,column.1.& 2.& Doct. ubique.

2 *De eadem re.* Et vltra illos tex.ſunt alij plurimi in id optimi, videlicet in l.ſi à domino,vel à patre.§.vlt.ff. de pet. hære. vbi dicitur ad uerbum,Fructus dicuntur deductis impēſis,quæ quærendorum conſeruandorumque eorum gratia fiunt.Subditurque & hoc procedere etiam in prædone,quem tex.dicit ſing.& vnicum Ro.ſing.334. malæ fidei poſſeſſor.& etiam tex.in l.fundus qui dotis. ff. fami. erciſ.vbi dicitur quòd nullus caſus interuenire poteſt, q̃ hoc genus deductionis impenſarum impediat. Quem tex.ad hoc commendat,& dicit not.Ang.in l.ait Prętor. §.per hanc.ff.de his quæ in frau.credi.Et text.in l.diuortio.§.impendia.ff.ſol.mat.ubi glo.& Doct.adducūt quoque concord.& l.fructus & l.vlt.ff.de oper. ſeruo. & l.ſi quis argentum,in prin.cum glo.& ibi quoque Cy.C.de don.& l.fundi Trebatiani ff.de uſu & uſufruc.leg.& l.videamus.§.ex cauſa,& ibi Angel.col.2.in 10.notab. ff.de vſur.& l.quod in fructus eo.tit.vbi ita ſcribitur, Quod in fructus redigendos impenſum eſt,non ambigitur ipſos fructus diminuere debere. & ibi quoque Ang. & l.ſi pupilli.§.ſed & ſi quis.ff.de neg.geſt.vbi etiam prædo repetit impēſas,& ibi Bal.idem dicit de intruſo,& l.quod priuilegium. ff.depoſ. & d.l.ait Prætor.§. per hanc.ff. de his quæ in frau.cred. vbi etiam fraudator ſumptus & impenſas neceſſarias deducit [& in l.1.C. de fructi. & liti. expen.]& l.litibus,in fi.C.de agri.& cenſi.lib.11.& cap. 1.& ibi gloſ.& Hoſti.& iterum cap.2.extra de uſur.& eſt etiam glo.in c.uobis,in uerbo,quid ad cauſas, 12.q.2.& in c.grauis,& ibi Panorm.de reſtit.ſpol.vbi & ea gl. adducit concord.& in c.ex literis,in verbo,amplius,de iureiur.Idque etiam procedit in foro,quod conſcientię uocant,ut tradit è Theologis ſcholaſticis Ricard.in 4.ſent. diſtin.15.arti.5.q.6.Et intelliguntur hæc non ſolùm in diſpoſitione legis,de qua loquitur d.l.fructus,ſed & hominis,ut probatur d.l. fundi Trebatiani, & not. in d.l ſi quis argentum.Et id nuncupatim uoluit Bar.in d.l.fructus,& multi ex his, quos ſupra citauimus, & præterea Carolus Rui.conſ.62.circa caſum,col.2.verſ.ſed ad hoc reſpondetur,lib.1.

*Prædo impenſas deducit. Et intruſus. Et fraudator. Idque etiā in foro cōſcientiæ.*

3 *Lucrum dicitur,quod ſupereſt deductis impenſis. Iuſtum precium dicitur, deductis impenſis.* Et vt hæc ſpecialiter quibuſdam ſimilibus confirmemus,huc ſpectat text. in l.Lucius.ff.pro ſoc.ubi.dicitur, quòd lucrum dicitur,quod ſupereſt deductis impēſis.Cui affine eſt,quod tradit glo.in l.illud,in uerbo, lucrum,& iterum in verbo poterat, per illum textū & ibi Bald.& alij recentiores.C.de colla.lucrum id dici,quod ſupereſt deductis oneribus,quam dicit ſing. Bald. in ſua Margarita,in uerbo,lucrum,verſic.ult. Facit & quod uoluit glo.in l.per diuerſas,in glo.ult.circa medium, & ibi Bar.Bald.Sal.Ang.& alij.C. mand. quòd precium iuſtū actionis debet conſiderari deductis expenſis litis & laboribus,quæ interueniunt ad rei exactionem. Quod dicit Bar.menti tenēdum, & facere ad multa, & ꝙ ſemper actio debet æſtimari,deducto eo,quod cōiter impenderetur ad exactionē.Et uoluit quoq; ipſe Sal. in l.2.col.2. verſ.2.ſi minori.C.ne lice.potenti.& Barb.qui eam glo. dicit ſing.in d.c.cū contra,col.2.de pigno & Fabia.à monte S.Sabini,in tract.emp.& vend.in 5.q.prin.col.4.verſi. quid aūt ueniat.A quo nec lōgè abeſt,quod dicit gl.not. in c.qm,in prin.per illū tex.extra de uita & honeſta.cleri.quòd in æſtimandis facultatib.eſt habenda ratio impēſarum,& idem in æſtimando reditu dicit Bal.& Sal.in l. cohæredib.C.famil.erciſ.& idē Bal.in d.l.neq;,in fin.C. de compenſa.& in l.1.§.exercitorem.ff.de exercit.actio.

*Impenſæ deducūtur in æſtimandis facultatibus. Et in æſti. reditu.*

4 *Et in æſtimanda donatione ad effectū inſinuationis.* Nec ab his lōgo interuallo diſtat,quod ſcribit Bar. in l.quoties,per illum tex.ff.ad le.Fal.ꝙ cū donatio, quæ excedit quingentos aureos,requirat inſinuationem.l.ſancimus.C.de dona.ſi quis donet rem quampiam,quę pluris valeat,ſi nihil deducatur:minoris autē, deductis impenſis & gabellis,non requiritur inſinuatio: debēt.n.ad æſtimādam rem deduci impenſæ. quam deciſionem pro ſing.refert & ſequitur Ro.ſingu.202.dico unum:vbi dicit,ſuper hoc cōſuluiſſe & Fran.Cre.qui & id ſing.dicit, ſing.171.donatio ultra quingētos,& Ale. qui alios quoque adducit in d.l.quoties,& in l.ubi pura.ff.ad Senatuſ. Treb.& Franc.Are.in d.l.fructus,col.3.ff.ſol.mat.& cōſ. 2.intellecta,col.3.verſi.& probatur primū.& Iaſ.in l.cū quædā puella.§.1.col.2.uerſ.4.facit.ff.de iuriſd.om.iud. & Firm.in tract.gabel.in 3.parte 8.partis prin.q.28.Catel.Cot.qui id quoq; dicit ſing.memori.ſtatuto Mediolani cauetur,ſub Rub.de loc.

5 *Et in æſtimando precio.* His finitimum eſt,quod ab eodem Bar.traditum eſt in l.ſed ſi hoc,quam legit cū l.ſi uir uxori.§.cuidam, per illū tex.ff.de cond.& demonſt ꝙ ſtante ſtatuto, quòd de precio rei uenditæ,ſoluatur gabella trium denariorum pro libra,debent è precio deduci detrahiq; ea quæ impēſa ſunt in proxenetas,& proclamata. In quo tamē diſtinguit,ut ibi videre poteris.Et idem uoluit ipſe Barto.in l. quantitas patrimonij,per tex.optimum ibi.ff.ad leg.Falcid.& in l.in lege Falc.etiam per illum tex.ff.eodem tit. & in d.l.ubi purè.§.ulti.et ibi Alex. & Franc.Ripa.ff.ad Treb.Ang.& Imol.in l.ciuitatibus.§. eum cui. qui eſt ult.ff.de leg.1.idem Imo.conſ.138.præfatus Simus,col. 1.uerſ.quòd autem dicti.Firmia.in d.tract.gabellarum, quo loco nuper citauimus.Soc.in d.l.fructus,col.2.& ibi Iaſ.col.ult.ff.ſol.mat.Fabia.in d.trac.empt.& uend.in 5. parte princ.ubi ſupra citauimus, & Iaſon d.l. cum quædam puella.§.1.colum.2.uerſ.3.cum Bar.& Catel. Cot. ubi ſupra.

6 *Et in æſtimando valore beneficij.* Eiusdem farinæ eſt, quod tradit Bald. in d.l.1. col.2.uerſ.pone,impetraui à Papa,per illum text. C. de fruc.& lit.expen.quòd ſi quis impetrauit à Papa beneficium æſtimationis centum ducatorum,& uacet beneficium ducentorum,ſed quæ deductis impenſis & oneribus decedant ad centum tantum:illi debetur eiuſmodi beneficium,nec cenſetur ualere, niſi illos centum ducatos.Quod & idem tenuit ipſe Bal. in d.l. ſed ſi hoc. §. cuidam,per illum tex.ff.de condi.& idem Raph. Co.in d.l.fructus.ff.ſol.mat.Pau.Caſt.Ale.Fran.Aret.Iaſ.& alij Recentiores in l.non amplius,in prin.ff.de leg.1.è quib. tamen ipſe Paul.ſub dubitat, an curia Romana id obſeruaret,cum tales gratiæ ſint reſtringendæ,tanquam odioſæ.& Fel.in c.ad aures,col.pen.uerſ.duodecima concluſio,de reſcrip.& in c.cauſam quæ,col.8.uerſi.3.declaratio,eodem tit.& in d.c.ad noſtram, el 1.col.2.uerſic.ex his infertur,extra de iureiu.Iaſ.in d.l.cùm quædam puella.§.1.in fi.ff.de iuriſd.om iud.& in d.l.illud,in princ.& ibi quoque Phi.Dec.in 1.nota.C.de colla.& idem Dec. conſ.156.ſtatuto cathedralis eccleſię, col.1. Io. Lup.in rep.rub.de don.inter uir.& uxor.char.12.col.3.ubi & id dicit ſtatuiſſe Martinum ſecundum, in regula cancellariæ, incip. Sanctiſſimus Dominus noſter. Rebuf.in tracta.Nominationum,in 9.q.princ.nu.35.& in repe.c.poſtulaſtis,nu.150.extra de cler.excom.min.& Fran.Ripa, in l.1.§.ſi hæres,col.2.nu.27.ff.ad Senatuſ.Trebel. De quo,& ante hos omnes per Io.And.in addi.Spe.in Rub. de cōceſ.præb.in ult.q.Cui conſonat,quod tradunt D.à Rota deci.702. dic quòd ſi Papa, in antiquis, quòd ſi quis



quis opponat beneficium pluris valere,quàm fuerit expſſum in interpretatione, non auditur, niſi dicat deductis oneribus.

7 *Et in æſtimandis bonis eccleſię vacantis.* Denique his omnibus adde tex. ab ipſis Dominis à Rot.citatum,in c.præſenti. §.porrò,de off.ordi.lib. 6.vbi ſcribitur, quòd ſi quis ex priuilegio vel conſuetudine ſibi prætendat competere bona eccleſiæ vacantis , debet intelligi de his tantùm quę ſolutis expenſis, & ſalarijs famulorum,atque oneribus ſuperſunt. Quem tex. ad hoc expendit gloſ. in c.ſi tibi conceſſo, in verbo, fructus,de præben.eo.lib. quæ & ex hoc declarat illum tex. & Domi.conſi.78.formantur iſta, col.vlt. vbi ex hoc dicit,generaliter appellationem fructuum eccleſiæ, intelligi,deductis expenſis miniſtrorum & onerum. Adde(inquam) quod voluerunt Bal. Ang.Raph.Co. Pau.Ca. & Recentiores in d.l.nō amplius in prin. ff.de leg.1.quòd ſi ſtatuto debet ſolui gabella ex legato , intelligitur de eo , quod ſupereſt deductis oneribus, per illū tex. Quod & idem tenent Angel.in d.l. ciuitatibus, eodem tit. & Firmia.in tract.gabellarum.in 5.parte 8.partis princ.in 2.q. & alia.quæ in hoc colligit Iaſon in d.l. non amplius.

*Et in æſtimando legato.*

8 *Quid ſi qs iuſſus ſit īferre fructus integros.* Et hæc quidem,quæ diximus de deducendis impenſis ex reſtitutione fructuum , intelligere debes , etiam ſi quis iubeatur inferre fructus integros, ſecundum Bal. & Sal.in d.l.1.vtrumque,colum.2.C.de fruct.& lit. expen. per text.optimum in l.1.in verbo, fructus integros.C.de his quib.vt indig.nam ibi dicitur,quòd hæres, qui inultā reliquit necem teſtatoris,fructus hęreditatis integros reddere cogitur, vt malæ fidei poſſeſſor: ſed alijs iuribus probatur, malæ fidei poſſeſſorem expenſas deducere, vt ſuprà in prin. diximus, & probauimus , & hoc quidem ſequitur Fran.Are.in l.diuortio.§. vlt.colum.2.verſi. pro intellectu.ff.ſol.mat.idem Aret.& Alex.qui tamē diſtinguit inter diſpoſitionem legis,& hominis,in d.l.fructus, eod. tit. & allegant etiam ipſi Alex.& Iaſon tex. in l. diuortio.eo.tit.quę ſimiliter loquitur de fructibus integris, & tamen intelligitur deductis impenſis, per d.l. fructus, quæ loquitur in eodem caſu.Et idem quoque voluit Cor. conſil.289.videtur in hac , col. vlt. verſi. nō obſtat quod dixi lib. 1. & Caro. Rui. qui nuncupatim damnat illam diſtinctionem Alex.d.conſi.62.col.2.lib.1.

9 *De eadem re.* Quanquam huius contrarium expreſsè tenuit Ro. in d.l.fructus,per tex.in l.vlt.C.ad le.Fal.& in l.Mæuio.§. à me.ff.de leg.2.& per gl.in l.decem. ff de fideic. libe. & eum nuncupatim ſequitur idē Alex. ſibi contrarius conſ. 133.ſuper quæſitis,ver.& ſimiliter in propoſito,lib. 5.& idem quoq; voluit Barb. qui Ro. non meminit, in repe. c.Raynaldus,col.65. verſi. ſed adhuc poſſet argui , extrà de teſta.& Anto. Corſ.in ſuis ſing.in verbo, integrè,& Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras, extrà de dona.inter vir.& vxo.char.totius illius operis 98.col.3.verſ facit pręterea. Nec mihi obſtare uidetur tex.in d.l.1.de his quib.vt ind. & d.l.diuortio, quia ibi non fit mentio integrorum fructuum reſpectu ſumptuum, ſed temporis: vt ſcilicet ſoluantur ab initio , & ante controuerſiam motam . Super quo vide quę in ſimili à noſtris Doct.traduntur in ea quęſtione , utrum ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtitui,ex hoc uideatur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ,ut per Bart.Ang.Fran.Are. Alex.qui alios affert, in l. Centurio.ff de vulg.& pupil. ſubſt. & eundem Alex.conſi.5.circa primum dubium,col.vlt.verſ.circa ſecundum,lib.3.cum alijs ſimil.

10 *Impenſæ non deducuntur ex decimis prædialibus.* Fallit tamen primò quod generaliter dictum eſt de deductione impenſarum, ut nō procedat in ſolutione decimarum prędialium: quia hæ debentur ex fructibus , ſine aliqua deductione impenſarum culturæ , uel collectionis,per tex.in c.tua nobis,& c.Paſtoralis,& c.non eſt in poteſtate,& c.cū homines,extrà.de deci.& uoluit etiā gl.in d.l.ſi à domino.§.vlt.in verbo,impenſis,& ibi quoque Alberi.& Bal.ff.de peti.hære.& omnes propè in d.l. fructus.ff.ſolu. mat. Hoſtien.& Goſ.in Summa , titu. de deci.& Alberi.in d.l.fundus, in princip.ff.fami.erci. & Doctor.ubique,ne quidem enim vnus contradicit.Nam tex.illi adeò ſunt in hanc ſententiā aperti, vt nullo pacto cauillari poſſint.

11 *Quid,ſi fiſco ſolui debet certa pars fructuum.* Et ex hoc inferunt,(& hęc erit ſecunda fal.) Salyc.& Pau.Caſt.in d.l. fructus,quòd cùm fiſcus & eccleſia æquiparentur.l.vlt. C.de ſacroſ.eccle. certè etiamſi ex fructibus agri debet ſolui certa pars fiſco, intelligitur, non deductis impenſis, quemadmodum nec in decima ſoluenda eccleſiæ.Et idem videtur voluiſſe,licet à pleriſque in contrariam ſententiam allegetur,Bal in d.l.ſi à domino. §.ult.Et hoc quoque expreſſim uoluit Matthæ. Afflict.in conſtitut.Siciliæ,incip.quanto,in 9.q. & iterum in deciſ. Neapo.252.magnificis,colum.4. uerſic. item ubi datur. Et facit pro ijs argumentum ab æquiparatis, ut ſcilicet diſpoſitum in uno habeat locum & in alio, glo. ut communiter allegatur in l.ſi quis ſeruo,in fin.C.de furt . Sed melior eſt glo.etiam loquens in pœnalibus, in c. ſi poſtquàm.§.ult.in uerbo, prouiſione.& ibi Domi.de elec.lib. 6.cum ſim.Sed ita,ut non omiſerim,id quoque procedere in correctoriis , ex ſententia Bar.in Auth. ſed cùm teſtator,col.2.C.ad leg.Fal.& in l.Marcellus,in princ.ff.ad Trebell.& Iaſonis, qui alia quædam affert conſi.133. in caſu ad me tranſmiſſo,colum.penul.uerſi.ſecunda regula.lib.1.quibus adde gloſſ.Zenze. in extrauag. Io.22. incip.ad onus,in uerbo, electis.

*Argumentum ab æquiparatis, vide num.ſequ.*

12 *De eadem re.* Verum huius contrarium,ut ſcilicet fiſco ſint deducendæ impenſæ, tenet idem Bald.ubique ſibi contrarius , in d.l.1.colum.1.uerſi.modò accidit.C.de fruct. ac li.expenſ.ubi refert ita Bar.conſuluiſſe, idem Bal.Ang. Imol. Raph.Co.Ro.Alexan.Fran.Aret. Soc.& Iaſon in d. l.fructus.ff.ſolu.matr.Fel.in d.c.ad noſtram, le 1.col.2. de iureiur. Neque enim ( inquiunt ) eadem eſt utriuſque ratio : quia vt dicitur in d.c.tua nobis,decima eſt tributum animarum egentium:ideò eſt ſuper omnia fauorabilis.l. ſancimus. C. de ſacro.eccle. Id autem , quod fiſco debetur ex fructibus agrorum,eſt tanquam gabella quædam, quæ contra odioſa eſt:ut per Barto. in l.ſi pupillus. §. ult. ff.ad leg.Fal..Ideò non debet ſumi argumentum de vno ad alterum : ut etiam de æquiparatis voluit gl.notab. in c.pręſenti,in gl.1.de ſenten.excom.eod.lib.6. ubi Domi. col.2.uerſi.nota bene. dicit eam bene not. ad limitationem glo.in d. cap. ſi poſtquam. Quo etiam in loco ipſe Domi. idem dicit. Præſertim verò in hoc caſu, in quo æquiparatio, quę fit de eccleſia & fiſco,habet multas differentias: ut apud illos, maxime uerò Alexan. in d.l.fructus,uidere poteris.

13 *Quid in fructibus reſtituendis eccleſiæ.* Ego uero arbitror,& in eccleſia quoq;, præterquàm in illo caſu ſpeciali decimarum, impenſas eſſe deducendas ex fructibus.nam tex.& glo.in d.c.grauis,extrà de reſtit.ſpol. qui ſtatuunt huiuſmodi deductionem fieri , loquuntur nuncupatim in fructibus eccleſiæ reſtituendis. Ex quo etiam præter ea,quæ diximus in pręcedenti uerſ. planiſſimè liquet,falſam eſſe priorem illam Sal.& Paul. Caſt.opin.in d.l.fructus.Quanquàm Soc.ibi col.1.ita de ea re loquitur, ut uideat generaliter uelle, ex fructibus, qui debentur eccleſiæ,uel alteri piæ cauſæ, ex diſpoſitione hominis,ſiue legis,non deducendas eſſe impenſas. In qua re toto cęlo,quod dicitur, errat,ut uides.Et quod ſpeciale ſit in decimis,uoluit etiam glo. in d. c. paſtoralis in uerbo,credimus,& ibi Doct.poſt eam,de deci.

14 *Quid in fructibus decimæ perſonalis.* Quod autem diximus,non deduci impenſas ex decima eccleſiæ,intellige primo, ſecundū ea quæ diximus in decima reali.Aliud enim eſt in decima perſonali, quæ ſcilicet ſoluitur ex aliqua negotiatione: nam ex ea deducuntur impenſæ,ut cauetur in d.c.Paſtoralis, & ibi Inno. & alij,extrà de deci.glo.Albe. Bal. & Ang.in d.l.ſi à domino.§.ult.ff.de pet.hær.Bal.in d.l.1.col.1.& ibi quoque Ang.in ſi.C.de fruc.& li.expen. ubi rationem addit Bal. ipſe,

ipſe, quia decimæ reales percipiuntur Dei beneficio, ſed perſonales hominis ingenio: quamuis totum procedat à Deo, tanquam à prima cauſa, & radice omnium entiũ: vt etiam probatur in d.c.tua nobis, de deci. Sed & alias huius rei rationes, videbis apud gl. & Doct. in d.c. Paſtoralis, & Soc. in d.l. fructus, col. 1.

15 *Quid in decima prædiali debita Papæ.*

INTELLIGE ſecundò, quod diximus non deducendas eſſe impenſas ex decima prædiali, procedere, prçter quàm in ea quæ Papæ debetur: nam ex ea deducuntur, per conſtitutionem Ioannis vigeſimi ſecundi, incip. ſuſcepti regiminis, prout retulit glo. in Clem. 2. in verbo, taxationem, & ibi cæteri poſt eam, de deci & Ant. in d. c. cùm homines, extrà eo. tit. & Franc. Are. in d.l. fructus, col. 3. ff. ſol. matr. & Matth. Afflict. in d. conſtit. Siciliæ, incip. quanto. Sed illa conſtitutio, ut habetur in noſtris codicibus, qui vulgò circumferuntur, nihil omnino loquitur de detrahendis, vel nõ detrahendis impenſis: nec de decima quoque debita Papæ, ſed de alia quadam ſpecie decimæ, quæ illic iubetur dari vice ac loco neſcio quorum annalium: & Zenzel. ibi, in verbo, alijs eccleſiæ oneribus, diſputat, an in ea deducenda ſint onera, & alia huiuſcemodi. vt ibi videre poteris.

16 *Quid in legato fructuum.*

FALLIT ſecundò principaliter, quod dictum eſt, impenſas eſſe deducendas ex fructibus, ut ſcilicet non procedat in legato fructuum, quod omnino eſſet inutile, ſi deducerentur impenſæ: tunc enim non deducuntur, per tex. in l. qui concubinam. ſ. qui hortos, iuncta glo. notab. ibi, qui id ſcienter declarat. ff. de leg. 3. & hoc quoq; intelligit Bart. in l. his uerbis. ſ. vlt. eod. tit. Franc. Aretin. & Iaſ. in d. l. fructus. Et hoc quidem (vt id illis addam) fulcitur ex regula illa generali, qua omnes diſpoſitiones ita interpretari & intelligere debemus, ne ſint inutiles, ſuperuacuæ, inefficaces, vt latè tractauimus in noſtro tracta cui titulum nuncupauimus, nihil fruſtra.

17 *Quid de fructibus certæ menſuræ, aut quãtitatis*

FALLIT tertiò, vbi ita cautum eſſet, ut de qualibet corbe frumenti, ex illo agro collecti, tantum ſoluatur nomine gabellæ: vel ſi dicatur, Dono tibi decem corbes frumenti ex eo fundo, aut alijs ſimilibus verbis, expreſſa ſcilicet certa & determinata quantitate, aut menſura. Tunc enim non deducuntur impenſæ, per l. ſi debitor. §. veriſimile, cum ibi notatis. ff. de contrahen. empt. & not. per Bartol. & alios in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Ita enim uoluit ipſe Bart. Bald. Imol. Alex. Franc. Aretin. Soc. & communiter omnes in d. l. fructus. Bal. in d.l. 1. col. 3. C. de fruct. & lit. expen. & ibi Alexan. aut quiſquis eſt in addi. illius. Imol. in l. ſed ſi hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demonſt. Panor. in d. cap. Paſtoralis, col. vlt. extra de decim. Flor. in l. videamus. ff. de vſur. Firmi. in tract. gabel. in 2. parte 8. partis princip. in 5. q. Eſtq; optima huius ratio: nam impenſç non poſſunt minuere quod certum eſt & determinatum, l. merito. §. à me. ff. de leg. 2 & facit l. quod dicitur. ff. de impenſ. in re dota. fac. Quanquam Ro. in d.l. fructus, huic ſententiæ omnino non accedit, propter glo. in d.l. ſi quis argentũ. §. 1. C. de dona. Cui tamen reſpondet Alex. ibi col. 3. & in addi. Bal. ſi is eſt, in d.l. 1. de fruct. & lit. expen.

18 *Quid, cùm quærit̃ de fructib pẽdentibus.*

FALLIT quartò, quando nominantur fructus iã pendentes, ſiue extantes, uidelicet ſi quis donat omnes fructus, qui ſunt in tali agro meo, ſiue fructus huius anni talis agri mei. Tunc. n. dẽnt intelligi integri, vt nunc ſunt, & ſine deductione ſiue detractione expẽſarum, l. ſi pendentes, in prin. & l. quoties. §. ſi colono. ff. de vſuf & l. vlt. §. pen. ff. de his quæ in frau. credi. & voluerunt Bar. Bald. & alij. in d.l. fructus ff. ſol. mat. & Bal. in d.l. 1. col. 3. & ibi Pau. Caſt. in fi. C. de fruct. & lit. expen. Panorm. in d. c. paſtoralis, col. vl. Flor. in d.l. videamus. ff. de vſur. Matthæ. Affli. in d. conſtitutione inci. quartò, Steph. Bertran. conſ. 255. viſis petitionibus, col. 1. lib. 1.

19 *Quid cùm fundus ita datur, ut domin⁹ certam portionẽ fructuũ accipiat.*

FALLIT quintò, cùm dominus locat, aut aliter dat fundum colendum, ea lege, vt certam aliquam portionem fructuum accipiat: tunc enim debet habere eam partem integram, & ſine deductione impenſarum culturæ, & colligendorum fructuum: tanquam ſcilicet colonus ponat impenſas & operas pro reliquis partibus, quæ ſibi ex fructibus agri alieni remanent, arg. l. ſi cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & eſt text. expreſſus in d.c. tua nobis, de dec. ubi & hoc no. Innoc. Hoſt. Ioan. And. qui hoc dicit obſeruari de generali conſuetudine. Car. Flor. & Pan. in 3. not. & idem Hoſt. & Panor. in d.c. paſtoralis, eod. tit. Iac. Aret. Alb. Bar. Bald. & omnes propè in d.l. fructus. ff. ſolu. matr. qui & hoc dicunt obtinere de communi vſu & conſuetudine. Cyn. poſt Iac. Aret. in l. 1. in fin. & ibi quoque Bal. in 7. q. C. pro ſocio. Ioan. And. in addi. Spec. titu. de loca. §. poſtquàm, verſic. quid ſi tibi locaui fundum. Iac. But. Bar. Bal. & alij in d. l. 1. C. de fruc. & lit. expen. Alb. & Bald. in d.l. ſi à domino. §. vlt. ff. de pet. hæred. Corn. conſ. 289. uidetur in hac, poſt prin. & iterum colum. 3. uerſ. & hinc eſt quòd colonus, lib. 1. & Matthæ. Afflict. in d. conſti. quantò, & in d. Dec. Neapo. 252. verſ. propterea dicit, & Steph. Bertrand. d. conſi. 255. col. 1. nu. 4. lib. 1.

20

ET hanc quidem fallentiam (vt noſtri appellant) huc priuatim ſeparatimq; e adſcribere voluimus, ut res eſſet notior & apertior omnibus. Quamuis Panor. in in d.cap. paſtoralis, eam confundat, miſceatque cum eo quod ſuprà diximus in decima prædiali, in prima fal. & cum eo quoque, quòd diximus in 3. fallen. tanquam ſcilicet hæc omnia, ex eodem ueluti fonte oriantur. Cui tamen in hac re non omnino aſſentitur Iaſ. in d.l. fructus, in fi. ff. ſol. mat. Sed ſatis mihi eſt, hanc rem Lectoribus obuiam atque expoſitam exhibere, relicta illa non admodum utili (ni fallor) diſputatione.

21 *Quid, ſi qs delinquat faciẽdo expenſas.*

FALLIT ſextò, ut ſcilicet fiat expenſarum deductio in fructibus, niſi quis huiuſmodi expenſas faciendo delinqueret: ut ſi fructus immaturos decerpſerit. Nam tunc non utitur illo beneficio deductionis impenſarum, nec repetitionis earum, l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aquil. & ita generaliter uoluit Flor. in l. ſi fundus. ff. com. diuid. ubi & ad hoc facere uidetur. Et fortè non habet locum, niſi in caſu d. ſ. oliuam, cùm uidelicet decerpti ſunt fructus immaturi. Nam & prædo etiam has impenſas deducit, ut ſuprà diximus ex tex. in d.l. ſi à domino. §. ult. ff. de rei uend. Et fraudator ex d.l. ait Prætor. §. per hanc. ff. de his quæ in frau. cred. Sed & quod de fructibus immaturis dictum eſt, intelligi debet ſecũdum l. in fructu, quæ eſt in pen. ff. de vſu. lega. & in l. ſi abſente. §. ſyluam. & ibi gl. ff. de uſufr. & dicemus infrà tit. ſeq. qui eſt de retractu conuentionali. §. 5. in uerbo, pro rata temporis, quæ eſt gloſſ. 4. numero 15. illud quoque quæri.

22 *Quid in uẽditione certę portiõis fructuum.*

FALLIT ſeptimò, ſi quis uenderet dimidiam, aut aliã certam portionem fructuum. Nam is non deducet expenſas, cùm homines ita vulgò dicant, hoc anno tantum fructuum precepi: nec vulgari modo expenſas detrahunt, cui quidem vulgari modo ſtandum eſt, l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruc. & l. anniculus. ff. de verb. ſigni. Ita voluit Bal. in d.l. 1. col. 1. C. de fruc. & lit. expen. Et id dicit generale, cùm nomen fructuum apponitur ab homine in contractu. Quę verba ſunt Iac. Aren. in d.l. fructus. ff. ſol. mat. & Fran. Piſa. vt. refert. idẽ Bal. in d.l. ſi à domino. ff. de peti. hære & idem quoq; ſequitur Sal. in d.l. 1. poſt prin. & Panor. in d.c. paſtoralis, ad fi. de. deci. & Matthę. Afflict. in d. conſtitu. quanto. Sed tu hìc omnino vide Recentiores ſuper hoc, in d. l. fructus.

23 *Quid, ſi qd. iubeat̃ ſolui ex fructibus.*

FALLIT octauò, cùm fructus alteri non debent reſtitui, ſed tantùm aliquid præcipitur ſolui: verbi gratia, ſtatuto cauetur, vt omnium fructuum, ex prædijs collectorum, ſoluantur ſex denarij pro libra. Nam tunc non deducentur impenſæ, vt dicit Sal. in d.l. col. 2. verſi. item

quæro,



quæro, pone quòd ſtatuto. C. de fruc. & lit. expen. Nam quod leges (inquit) dicunt, impenſas eſſe deducendas ex fructibus, loquuntur, cùm fructus ſunt alteri reſtituendi. In hoc autem caſu aliud eſt, in quo fructus ipſi æſtimantur, & pro libra ſex denarij ſoluuntur: vnde à verbis ſtatuti non eſt diſcedendum, quæ conſiderant tantùm quantitatem perceptorum. Licet (vt ſubdit) Bal. ibi ſentiat cõtrarium. Et facit qđ tradit Ang. in d.l. fructus, in fin. ff. ſolu. matr. & Fabia. à monte S. Sabi. in tract. de empt. & vend. in 5. q. prin. col. 3. verſ. quid autem ueniat, ibi, aut ſimpliciter de qualibet. & Mod. Pariſ. in conſue. Pariſien. tit. 1. §. 24. in 1. q. in fi.

24 *Quid de impenſis factis ad perpetuã rei vtilitatẽ.*

SED præter ea, quæ dicta ſunt, Primò quæri poteſt, Quid de ſumptibus & impenſis non illis quidem, quæ factæ ſunt cauſa quærendorum colligendorumque fructuum, de quibus ſuprà diximus, ſed quæ ad perpetuam rei vtilitatem pertinent: an & eæ deduci debent ex fructibus, vt illæ aliæ. Bal. in d.l. 1. col. 1. verſ. quod dixi. C. de fru. & lit. expen. dicit has expenſas non minuere fructus, ſed ob eas competere rei retentionem, donec ſolutæ fuerint, per l. planè. ff. de petitio. hære. At idem in l. in inſulam. §. fructus, qui eſt 1. ff. ſol. matr. tradit, & has quoque impenſas compenſari cum fructibus, per l. ſumptus. ff. de rei vend. & not. in l. in fundo. ff. eodem titu. Tu autem hìc uide tex. in l. vel ſi uitis. §. 1. & l. quod dicitur, la 1. ff. de impen. in re dota. fact. & ipſum Bald. in l. diuortio. §. impendia. ff. ſol. mat. Sed & de his dicemus infrà tit. ſeq. §. 7. eodemque vltim. nam ille §. de his ſpecialiter loquitur.

25 *Quid de impenſis factis pro cuſtodia agri*

SECVNDÒ quæro, quid de impenſis factis pro cuſtodia agri, domus, aut caſtri, ne ſcilicet ab hoſtibus capiantur, neùe à furibus diripiantur: an & hæ deduci debent: De qua re non longiùs tractabo, ſed tantùm uide text. & Barto. in l. cùm quæreretur. §. prædijs, & ibi omnino Alex. in addi. ipſius Bar. ff. de leg. 3. & tex. in l. quod dicitur impenſas, quæ eſt penul. & ibi etiam Barto. ff. de impen. in re. dot. fac. & tex. in l. ſi ita. §. vlt. ff. de fun. inſtr. & in d.l. diuortio. §. impendia, & ibi Imol. Raph. Co. Pa. Caſt. Alexan. Franc. Aret. & Iaſ. ff. ſol. mat. Bald. in d.l. 1. col. 2. verſ. quæro nunquid expenſæ, & iterum col. vlt. verſ. quæro nunquid ſumptus. C. de fruct. & lit. expen. & conſ. 303. ad euidentiam, colum. 1. lib. 1. Imo. Raph. Co. Pau. Caſt. Flor. Ang. Pet. & Iaſ. in l. ſumptus, quam nonnulli legunt cum l. domos. ff. de leg. 1. Raph. Co. conſ. 19. quidam nobilis. Pau. Caſt. & Fran. Aret. in d.l. fructus. ff. ſol. mat. Ro. [in l. ſi à domino, verſ. no. vltimò. ff. de pet. hære.] ſingul. 332. malæ fidei poſſeſſor poteſt. & Barbat. conſ. 56. omnipotentiſſimi, col. 4. libr. 4. Has autem eſſe neceſſarias, aut certè utiles, ſuo nos exemplo docuit bonus ille paterfamiliàs, qui Matth. 21. & Marc. 12. poſtea quàm vineam plantauit, in ea continuò turrim ædificauit, qua enim alia de cauſa id egit, niſi illius cuſtodiendæ gratia, ut ſcilicet ea hoſtes, fureſq; arceret?

26 *Quid de bobus emptis pro cultura agri, et poſtea caſu amiſſis.*

TERTIÒ quæro, Quid ſi emi boues pro cultura fundi mihi venditi, quos caſu quodam amiſi: vtrum in reſtitutione fructuum potero eos deducere? Bal. in d.l. 1. C. de fruct. & lit. expen. negat deducendos, quia iſte ſumptus non eſt factus in re ipſa, arg. l. damnum. ff. loc. quod dictum pro pulchro commendat & ſequitur Fran. Cre. no. 133. tu ſcis, quòd fructus, & pro ſing. Catel. Cot. memor. incip. fructus. vbi tamen de hoc dubitat, ut ibi videre poteris. Tamen pro Bal. facit tex. in l. 1. §. in neceſſarijs. & in d.l. quod dicitur, la 1. ff. de impenſ. in re dotal. fact. vbi dicitur, eas demum impenſas dotem minuere, quæ in dotem factæ ſunt: cæterùm ſi extrinſecus, non habent in ſe reputationem.

27 *Fructus appellatione qđ ueniat.*

QVARTÒ quæro, quid veniat appellatione fructuum? Super quo vide text. in l. qui fundum. §. vlt. ff. de contrahen. emptio. & in d.l. diuortio, §. ſi fundum, & ibi Doct. præſertim Alex. col. pen. ff. ſol. mat. & in l. pen. & ibi Bar. ff. de vſufruct. leg. & in l. uenationẽ, & in l. in pecudum. ff. de uſur. Inno. in c. in literis, col. 1. de reſtit. ſpo. & in rub. de re iud. poſt medium ibi, nomine autem fructuum. Io. And. in c. 1. col. 1. eod. tit. Spec. tit. de dec. §. 1. ver. vltimò quæritur, qui eſt pen. & tit. de loca. §. 1. col. vl. verſ. illud autem quæritur. & in tit. de hæred. ad fi. Arch. in c. eccleſias, col. vlt. 13. q. 1. Zenzel. in extrauag. Io. 22. incip. ſuſcepti regiminis, in uerbo, fructus: ubi etiam docet, quid interſit inter fructus & obuentiones. Bar. in l. vl. ff. ſolu. mat. & in l. ex diuerſo, col. 1. ff. de rei uend. & in l. cùm in plures, circa medium. ff. locat. & in l. quædam. §. nihil, & ibi Ang. & Alex. ff. de eden. Bald. in d.l. 1. col. 3. verſ. extra no. C. de fruct. & lit. expen. & in l. pro onerib. & iterum in l. ubi adhuc, colum. penul. C. de iur. dot. & in l. traditio, ad fi. C. de act. emp. & in c. 1. §. his conſequẽter, in fi. tit. hic finit lex Corra. & in cùm Mart. Ferra. col. 2. verſ. nota, quòd nomine fructuum, extra de conſtitut. Pan. in c. paſtoralis, in fin. de dec. & in c. ſalubriter, ad fi. & ibi Barb. de uſur. Ro. conſ. 70. viſis themate, & quæſtione, col. pe. ver. 2. quia probatum eſt. Alex. & Iaſ. in d.l. diuortio, in prin. illum quidem, col. 9. uerſ. in gl. in uerbo, quarta. hunc autem, col. 2. ff. ſolut. mat. Alex. conſ. 181. in cauſa & lite uertente coram arbitris, colum. pen. & vlt. lib. 2. & conſil. 109. uiſo proceſſu, ad fin. lib. 4 Ioan. Ferra. in tit. forma libel. in actio. real. in verbo, ſimul cum fructibus, in fin. & nouiſſimè Chaſſ. tit. *des droictz appartenans à gens mariez*. §. 17. in uerb. *& faire les fruictz ſiens*, col. 2. uerſ. & ſimiliter.

28 *Fructus pcipiẽdi, nedum percepti, an ſint reſtituẽdi.*

QVINTÒ quæro, utrum hìc ſint reſtituendi fructus, non modò percepti, ſed & qui percipi potuiſſent, aut à poſſeſſore, aut ab eo, cui reſtituendi ſunt, intelliges ex ſcriptis à glo. Alber. & alijs in l. ſi fundum. C. de rei ven. & gl. ult. in c. cùm cauſa, & ibi Hoſt. Io. And. & Pan. de offi. deleg. D. à Rota dec. 597. ſi ſpoliatus, in antiquis, & Bernar. Biſguet. in dec. ipſius Rotæ tit. de reſt. ſpo. c. 11. an in cõdictione. Bar. Bal. Sal. & alijs, in l. domum. C. de rei uend. Bar. & alijs in l. fructus. ff. eodem quoque tit. & in l. ſi nauis. §. 1. eo. item tit. & Bar. in l. apud Iulianum. §. fructus, & ibi Sal. Ang. Raph. Floria. Imol. Paul. Caſtr. Alex. Fran. Aret. & Iaſ. ff. de leg. 1. Bar. & alijs in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. Ang. in l. ſi nauis, in fi. ff. de rei uend. & conſ. 308. portio hæreditatis. Ant. & alijs in c. grauis, de reſti. ſpol. Imol. conſ. 73. in caſu propoſito, in fi. Ro. ſing. 335. malæ fidei poſſeſſor tenetur. & iterum 341. tu ſcis ꝙ malæ fidei.Ættheſ. no. 160. nota ꝙ malæ fidei poſſeſſor. & Fran. Cre. ſing. 134. tu ſcis, quòd titulus. Fran. Are. cõſ. 17. conſideratis, col. antepen. uer. de parte autem. Nicol. Cano. poſt gl. in c. cùm contra, extra de pigno. Barb. cõſ. 80. illud, col. 7. uerſ. capio tertium, lib. 3. Fran. Curt. ſenior, conſ. 72. princeps, col. 1. & ſeq & uidere tex. in l. ſed & ſi. §. ſed fructus. ff. de petit. hæred.

29 *Quid ſi emptor ſua induſtria fructus uberiores percepit.*

SEXTÒ quæro, quid ſi è diuerſo emptor percepit ex fundo uberiores fructus ob ipſius artificium & induſtriam in his rebus ſingularem, quos conſanguineus ipſe retrahens non fuiſſet percepturus, ſi fundum ipſum poſſediſſet. An & hos quoque emptor reſtituet? Vide Bal. & Ang. par nobile fratrum, in l. cæterum. ff. de rei uend. & eundem Bal. in l. ſi traditio, col. ult. in 10. q. C. de act. emp. Sal. in l. poſt perfectam, in fin. C. eo. tit. Bar. in l. ratio. §. 1. ff. eo. tit. Rom. dicto ſing. 335. malæ fidei poſſeſſor tenetur. Ex his enim facilè intelliges, quid in noſtro hoc caſu dicendum ſit. Sed interim non omittas text. in l. cùm hæreditas. ff. de petitio. hęred. & in l. cùm autem. §. ult. ff. de ædil. edict.

30 *An emptor etiam preciũ operarũ ſuarum poſſit imputare.*

SEPTIMÒ quæro, an & emptor, à quo retrahitur, poſſit repetere, aut deducere non tantum ſumptus & impenſas à ſe factas gratia colligendorum fructuum, de quibus ſuprà in prin. latè diximus, ſed etiam preciũ operarum ſuarum. Et id quidem propè ſine dubio eſt, quando & malæ fidei poſſeſſor id quoq; imputet & repetat,

ex

ex ſententia Bal. & Sal. in l. ſi quis ſciens. C. de rei uend. vbi tamen Bald. dicit nullam eius rei eſſe legem expreſſam, cuius meminerit. & Pau. Caſt. qui id dicit not. in d. l. diuortio. §. impendia, col. 2. ff. ſol. mat. Et uide Bal. in l. æde, col. 3. verſ. ſed nunquid colonus. C. de locato. ubi dicit colonum, qui propter non ſolutam penſionem expellitur maturis fructibus, huiuſmodi operarum ſuarum precium repetere.

31 *Si emptor fructus integros reſtituit, an poſtea poterit impenſas repetere.*

Octavò quæro, quid ſi ipſe emptor fructus integros reſtituit ſine deductione impenſarum & operarum collatarum gratia ipſorum fructuum, an eaſdem poterit poſtea repetere, uide gl. in l. qui exceptionem. 1. in verbo, condici, & ibi Doct. ff. de condi. indeb. Petr. Dyn. Cy. Bal. & Salic. in d. l. ſi quis ſciens. C. de rei uen. & quæ dicemus infrà tit. ſeq. §. 7. gl. 1. nu. 7. quartò declara, ex quibus cognoſces, quid hîc dicendum ſit.

### *DEPVIS LA LITIS CONTESTATION,*

### A LITIS CONTESTATIONE, GLO. II.

1 *Litiſcõteſtatio quando & quomodo fit.*

Apud multos controuerſia eſt, quando & quomodo fiat litis conteſtatio alijs dicentibus, fieri per petitionem & reſponſionẽ negatiuam: alijs & per affirmatiuam quoque, ut ſcilicet cùm reus fatetur: alijs denique etiam per dubitatiuam. Quam rem aliter non ducimus ſpeciatim tractandam, contenti, ut ſæpe aliàs, ſedes huius diſſertationis præcipuas deſignare. De hac re igitur multa per glo. in cap. dudum, in verbo, reſponſionem, extra de elect. Doct. in l. 1. C. de litis conteſt. & in c. 1. extrà eo. tit. Spec. eodem quoque titul. §. nunc dicam, ferè per totum, & ibi etiam Ioan. Andr. Domi. à Rot. deciſ. 12. ſi pars rea, in nouis. Cyn. in l. 2. in 4. q. C. de iura. calum. Bar. & Bald. in l. quòd ſi dubitetur. ff. de acquir. hære. Bar. & alios in l. ſi domus. §. in pecunia. ff de leg. 1. Bal. in l. ſi reus paratus, in vtraq; lect. & ibi quoque Paul. Caſt. ff. de procurat. Maria. Socin. in tractatu, quem priuatim fecit de litis conteſtatio. in prin. Corn. conſ. 332. licet plerunque, per totum, lib. 1. Geor. Nat. in repe. Cle. ſæpe, in prin. in gl. ſuper uerbo, litis conteſtatio, quæ eſt in col. 81. & ſeq. de verb. ſignific.

2 *Cõteſtatio unde dicit.*

Vnum tamen hoc potiſſimum loco impingam, ab inſtituto nihil prorſus diſſentaneum, quod ſcribit Feſtus Pompeius, vir antiquitatis periſſimus libr. 3. non ſemel, Conteſtationem hinc dici, quoniam ordinato iudicio vtreque pars dicere ſolebat, Teſtes eſtote. Quæ res mirum in modum fauet eorum partibus, qui negant cõteſtationem fieri per confeſſionem: quòd tunc nullis ſit opus teſtibus, vel eorum teſtimonio, qui apud Diuum Matthæum c. 26. clamabant, Quid adhuc egemus teſtibus? Siue ut ſcribitur apud Diuum Lucam ca. 22. Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Nam & ſi verum huius vocabuli etymum tradit Pompeius, conteſtatio tantũ fieri dicitur, cùm propter partium controuerſiam opus eſt teſtibus, qui negocium dirimant. Ex quo & conteſtari eſt teſtes ciere, uocare, nominare. Tullius in actione ſexta in Verrem: Syracuſis flens ac Deos homineſq; cõteſtans, clamare cœpit. Et in oratione pro L. Flacco. Cùm ego te Flacce cœlum noctemque conteſtans, flens flentẽ obteſtabar. Quot & teſtari etiam ſimpliciter dicitur, idẽ Tullius in oratione pro Cecinna: Ego omnes homines Deoſq; teſtor. Vigilius lib. 2. Æneidos.

*Conteſtari quid ſit. Teſtari.*

*Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum*
*Teſtor numen.* -- Et lib. 3.
-- *Per ſydera teſtor.* Et lib. 4.
*Teſtor chara Deos.* --
Et paulò pôſt:
*Teſtatur moritura Deos.* --

Et Porcius Latro in ſua aduerſus Catilinam declamatione: Teſtor noctem ipſam impiarum molitionum tuarũ conſciam ac teſtem, &c. Et Hieronymus in uita Pauli Eremitæ: Quod ne cui impoſſibile videatur, Dominum Ieſum Chriſtum teſtor, & ſanctos Angelos, &c. In qua etiam ſignificatione Tullius teſtificandi uerbo eſt uſus epiſtol. ad Atticum libro 10. Nam Deos (ait) homineſq; amicitiamq; noſtram teſtificor.

*Teſtificari*

3 *Emptor à quo retrahitur, an reddat fructus ante perceptos.*

Ex eo autem quod noſtra conſuetudo dicit, conſanguineum, ſi obtineat, & fructus quoque à lite conteſtata obtinere, ſatis declaratur, fructus præcedentes emptoris manere, nec eos reſtituere debere: nam & interim, ſcilicet durante tempore retractus eſt rei dominus, ut diximus ſuprà eodem titul. §. 12. in gl. 1. in princ. Nec per huiuſmodi retractum uenditio retrahitur, ut ex tunc, ut noſtri loquuntur, ſcilicet ex tempore uenditionis: ſed ut ex nunc, id eſt, ex tempore ipſius retractus, quia cùm facultas ipſius dependeat ex mera uolũtate conſanguinei, non retrotrahitur. l. vltima. ff. quæ res pigno. oblig. poſſit & l. 1. in fine. ff. qui pot. in pigno. habe. Et ita voluit expreſſim Alber. in 1. parte ſtatutorum, q. 97. ſed nunquid proximior. & Pau. Caſt. conſ. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, col. 1. lib. 2 & Geral. Bagoil. in ſua diſputatio. retractus, per multas rationes, quas illic allegat, & ad alias reſpondet, quæ videbantur innuere contrarium, vt ibi videre poteris. neque enim diutius immorari volumus in re non admodum ambigua, quando & id copioſiſſimè tractauit Ioan. Igne in repetit. l. dudum, col. 26. nu. 41. verſ. ſed circa præcedentia, cum multis ſequent. C. de contrahen. empt. Et id quoque è Theologis tenuit Ioan Gerſon in tractatu de contractibus, parte, 1. conſider. 17.

4 *Emptor an reddet fructus à tempore oblationis, citationis, litiſ conteſtationis.*

Et hæc quidem de tempore ante retractum, ſiue litem, quæ ſuper hoc mouetur. Nam de ſequenti poſſet dubitari, an emptor debeat fructus reſtituere, vel à tempore oblationis, vel citationis, uel litis conteſtationis. De quo nominatim diſſerit Pet. à Bellapert. in l. vinum. ff. ſi cert. pet. ubi tandem concludit, fructus non reſtituẽdos, niſi à tempore litis conteſtatæ. & hoc ſequi uidetur Alberic. quo loco ſuprà citauimus, vbi & hoc in utramque partem diſputat, quem ibi vide: Nam cùm noſtra conſuetudo id apertè definiat, non eſt opus hîc diutius immorari. Sed tu tamen in hoc quoque uide Ioan. Fab. qui poſt Iaco. Ra. iſtud expreſſim uoluit, in §. actionum autem quædam, colum. 2. uerſicul. & iſta faciunt, Inſtit. de actionibus. Oldrad. in l. vltim. C. in quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſ. Guid. Pap. conſil. 257. cauetur de conſuetudine, column. 2. verſicul. ſed nonne in caſu propoſito. & latiſſimè Igne. in dicta l. dudum, ubi nuper citauimus. & Boer. titul. *de retraict.* §. 4. columna 2. verſicul. ſed an emptor. Super hoc autem uariæ ſunt Galliæ conſuetudines, vt uidere licet apud Meldenſes, cap. 86. Melodunenſes, cap. 46. Senonenſes, capit. 31. Trecenſes, capit. 151. & cap. 156. Ambianenſes, capit. 47. Andegauenſes, cap. 380. Borbonienſes, capit. 482. Bleſenſes, capit. 198. Angoliſmenſes, capit. 66. ubi eadem omnino eſt conſuetudo, quæ hic apud nos eſt. Rochelenſes, capit. 36. ubi & eadem eſt. Arteſienſes, ca. 87. Lorrienſes in præfectura Montargij, hoc titul. §. 21. Valeſienſes hoc titul. §. 7. qui eſt omnium 88. Laudunenſes, & alios Veromandienſes, huius quoque tit. §. 20. qui eſt 94. totius 3. partis.

*Cõſuetudines de ea re.*

5 *Quid ſi emptor ſubterfugit, ne lis conteſtetur. Fugam pro conteſtatione litis haberi.*

Sed hîc quæritur, quid ſi emptor de huiuſmodi retractu in ius uocatus omnib. modis ſubterfugit, ne lis conteſtetur, uel euocatus ad edictũ, non reſpõdet, aut alio mõ moram facit litiſconteſtationi, fortè ut interim lucretur fructus. Dic, quòd huiuſmodi fuga, cunctatio, mora, dilatio, contumacia, fruſtratio, habebitur pro litis conteſtatione, & operabitur eoſdem effectus, quos ipſa conteſtatio, l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & ibi Alber. col. 1. & Bald. qui negat alibi reperiri, Fulgoſ. Ro. Alex. Luc. Bol. qui





dicit, eum text. ſingul. in 2. interpre. & Iaſon. ff. ſi quis cautio. & l. electio. §. ſi is quem, iunct. gloſſ. vltim. ff. de noxal. & l. conſtitutionibus, ibi, quaſi lite conſtata. ff. de act. & oblig. prout illam intelligit gloſſ. ibi, dum allegat dictum §. qui iniuriarum. & Ioan. Fab. in §. pœnales. col. 1. Inſtitut. de diuer. & tempor. præſcrip. & text. quoque in l. ſed ad eos. ff. ex quibus cauſ. maio. & in l. 2. C. ubi in rẽ actio, ubi ad interrumpẽdam præſcriptionem paria ſunt litem eſſe conteſtatam, & quòd nõ poſſit conteſtari propter partis contumaciam.

6 *De eadem re.*

Et generaliter hãc moratoriam rei cunctationem, aut contumaciam, haberi pro lite conteſtata voluerunt, præter iam allegatos, Inno. in c. ſtatuimus, col. ult. in verbo, abſentia, extrà de elect. Iaco. Aret. in l. 1. ff. de vent. inſpic. Cy. & Bal. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tu. idem Cyn. poſt Pet. in l. ſicut, in 4. opp. & ibi Albe. num. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. Barto. in l. 1. ad fin. prin. ff. de priua. delict. Bald. in l. more. C. de rei vendicatione. ubi & ad hoc dicit ſingul. dictum §. qui iniuriarum. Idẽ Bal. in l. 1. colum. penul. uerſi. quæro nunquid actiones. & ibi quoq; Io. Fab. in princ. C. ex delict. defunct. ipſe Bal. in l. magnam, ad finem. C. de contrahen. & commit. ſtipul. & in repet. l. & ſi poſt tres, col. 4. uerſicul. ſed contra iſtud opponitur. ff. ſi quis cautio. & in l. vlt. in prin. poſt medium, uerſi. unum eſt tamen. & ibi Alexan. col. 3. in duobus locis. & Iaſ. colum. ulti. ff. de eo, per quem fact. erit, ubi etiam ipſe Bald. dicit ſing. tex. in dict. §. qui iniuriarum. & idem Bal. in c. quoniam contra falſam, col. 6. uerſicul. & ſcias, quod litis conteſtatio, extrà de proba. Angel. Imo. Rom. & Alex. col. 3. in l. ſi inſulam, & ibi quoq; Franc. Ripa. col. 7. num. 34. ff. de uerborum obliga. ubi ex hoc dicunt ita impediri moræ purgationem, ſicuti per litis conteſtationem. Flor. in l. inde Neratius. §. hanc actionem, uerſi. item quod dictum eſt. ff. ad leg. Aquil. Alex. conſi. 100. diſcuſſis, poſt prin. lib. 5. Fel. in c. illud. colum. pen. uerſi. prima cõcluſio, extrà de præſcrip. Iaſon in l. 1. col. penul. C. quan. libel. princip. datus. Et facit tex. in l. ult. ff. de procu. & in l. ſi finita. §. eleganter, ſecundum intellectum Bart. ff. de dam. infect. & in l. & qui data, iuncta gloſ. in uerbo, uel litis. ff. ex quibus cauſis maio. ubi abſens litis uitãdæ cauſa, pro præſente eſt. Et in illam ſententiam expreſſa ſunt ſtatuta Florentię, & Prati. & retulit Paul. Caſt. conſi. 290. uiſis his quæ ſuprà, col. 2. uerſicu. cæterùm non comparitio, lib. 6.

7 *Factum cẽſetur in eius præiudicium, p quem ſtat ne fiat.*

Idque perpetuum eſt, ut cùm per alium ſtat, quo minus quid fiat, id pro facto habeatur in eius præiuditiũ. l. ſi ideo. §. præſenti, & l. ſi dictum fuerit. §. ſi præſente. ff. de euict. & l. in executione. §. ultim. & ibi not. ff. de uerbo. obl. & l. hæc uenditio, & l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrahen. empt. & l. iure Ciuili. & l. quibus diebus, in princ. & ibi gloſſ. & l. hæres. & cùm pupillus. ff. de cond. & demonſt. & l. dedi. §. ult. & ibi Salic. in 1. not. ff. de cõd. cau. dat. & l. 2. §. ul. ff. quorũ leg. & l. ul. C. de cõdi. inſer. & l. Prętor. §. ſi quis paratus, & §. deinde. & §. adicijtur. ff. de oper. no. nun. & l. Prætor ait. §. 1. ff. de dã. infect. & l. cui uſufructus, in prin. ff. de uſu & uſufr. leg. & l. ſi poſt diem. §. 1. ff. quando dies leg. cedit. & in l. 1. §. qui ſub condicione. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. & l. 1. C. de his quæ ſub modo, & l. ſtatuliberos. §. 1. & alibi ſæpe in eadẽ l. & iterum, l. ſeruus. §. 1. in prin. ff. de ſtatulib. & l. in iure Ciuili. ff. de reg. iur. & c. cùm ſtat, eo. tit. lib. 6. cum multis ſimil. adductis à glo. & Doct. in duobus poſtremis locis. Et quod uoluit glo. in rub. ff. de cond. & demo. & in leg. qui concubinam. §. ult. ff. de legat. 3. & in c. ult. extrà de empt. & uendi. & Bart. in conſil. 133. ſtatuto ciuitatis Eugubij. in l. & ſi poſt tres, col. 10. nu. 25. ff. ſi quis cautio. Bald. conſi. 112. præmiſſo, col. 2. in fin. lib. 3. & Pontius, col. 2. uerſi. hoc ad euidentiam, eod. lib. 3. & cõſ. 444. quoniam ſubſtantia, poſt medium lib. 4. Ang. conſi. 349. conſultatio, col. 2. Raph. Co. in l. ſi marito. §. 1. ff. ſol. matr. Paul. Caſt. in l. iubemus nulli. §. ſanc. C. de ſacroſan. eccleſ. Rom. conſi. 486. in caſu propoſitæ conſultationis, circa medium. Franc. Aret. conſi. 120. in præſenti conſultatione, col. 2. Soc. in l. de diuiſione, col. 2. verſic. circa ſecundum. ff. ſolu. matrim & conſi. 170. in præſenti conſultatione, colum. 5. uerſic. præterea reſpondeo, lib. 2. Iaſon in l. hæc uerba, quæ eſt 3. in fin. ff. de leg. 1. & conſi. 41. in duabus, col. 3. verſic. ſecundò principaliter. lib. 3. Philip. Dec. conſi. 639. in occurrenti, col. 2. uerſic. ſolum ergo. & Docto. ubique. Sed unum non omiſerim a Rom. reſponſum conſi. 423. quæſtio diſcutienda, colum. penul. ſi Papa, qui promiſit ſe Papatu ab abdicare, id requiſitus non fecerit, abdicationem ſiue renunciationem haberi pro facta, per multa ibi allegata. & ſequitur Philip. Dec. in c. porrecta, col. 3. uerſic. & hoc confirmatur, extrà de conſir. uti. uel inutil. Nec ſine cauſa dixi in princi. in eius præiudicium, (ut id obiter dicam) quia quoad tertium, nõ id habetur pro impleto, l. ſi oleum, in princip. & ibi Bal. ff. de dol. mal.

*Non in alterius.*

8 *Quid ſi in ſiam caſam habeat ſubterfugiendi.*

Verum quod dictum eſt, huiuſmodi rei cunctationem moratoriam, ſiue contumaciam, haberi pro lite conteſtata in ſuum ipſius præiudicium (ut redeamus ad principale noſtrum propoſitum) intelliges duobus modis, ni fallor, haud contemnendis. Primò quidem, ut procedat, niſi reus ipſe iuſtam habeat cauſam, uel non ueniendi ad iudicium: vel, ſi uenerit, ſuperfugiendi, ut nuncupatim uoluit Io. Fab. noſter, in d. §. pœnales, Inſtit. de diuer. & temp. præſcrip. per tex. in l. ait Prætor. §. ult. ff. ex quib. cau. maio. Et huius quidem rei optima eſt ratio, nempe litem haberi pro conteſtata in odium rei, & ut eius dolus, aut certè culpa in hoc puniatur, ut patet ex omnibus iuribus, in princip. huius quæſt. allegatis, ne ſcilicet quis ex ſuo dolo, aut culpa, id lucri reportet, ut fructus lucretur, uel præſcriptio ab eo incœpta non interrumpatur, uel ut ſemper moram purgare poſſit, contra l. ſed & ſi. §. planè, in fin. ff. ad exhiben. ibi, Ne ei ſua calliditas proſit, cum ſim. Igitur ſi nullus eius ſit dolus, aut culpa, nihil eſt cur id procedat.

9 *Quid ſi lis non fuiſſet conteſtata, etiam ſi nõ ſubterfugiſſet.*

Secundo intellige, ſi modo ceſſante mora, aut cõtumacia aduerſarij, lis fuiſſet conteſtata: ſecus ſi non potuiſſet conteſtari, etiam ſi compariſſet, nec cunctatus fuiſſet, quia dum reus fruſtratur, differt, cunctatur, moratur, non reſpondet, interim uel iudex abeſt, uel moritur actor, antequàm lis potuiſſet conteſtari, aut alia mora iudici cõtingit, aut aliud impedimentũ interuenit, quod impediuiſſet litem ipſam conteſtari, etiam ſi reus ad edictum confeſtim reſpondiſſet, nec tantillum quidem diſtuliſſet: nam tunc lis non habebitur pro conteſtata, arg. eius, quod dicitur in d. l. ait Prætor. §. ult. in fin. ff. ex quibus cau. maio. & l. & in totum. ff. de impen. in re dot. fac. & l. vlt. §. 1. ff. ad legem Rhodiam de iact. & l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam. Et quod a noſtris traditur, non nocere contumaciam non comparentis, quando ſi compar uiſſet, nihil actum fuiſſet propter abſentiam iudicis. Ita enim uoluit Barto. Brix. quæſt. uenerabili. 19. qui dam citatus, per l. 2. §. vlt. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Alber. in l. properandum, in princ. col. 4. uerſi. ſed quæro quid ſi actor. C. de iud. & Petr. Ancha. conſi. 97. in quæſtione. Et idem, cùm pars aduerſa etiam non comparuit, ut eſt optimus text. in cap. 1. ibi, uenienti reo, & ibi glo. Ioan. And. Dominic. & alij, de dolo & contu. lib. 6. & idem Ioan. Andr. in cap. conſuluit, colum. 2. de officio delegati. Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus, col. 2. uerſic. procedo ulterius, & ibi Alex. col. 8. uerſ. item inquantum. ff. de dam. infect. Pet. Anch. d. conſ. 97. ubi id pulchrè ampliat ad caſum ſtatuti, de quo ibi loquitur, & in cap. cupientes. §. quòd ſi per 20. col. 1. de elec. lib. 6. Alex. conſi. 92. perſpectis, col. pen. uerſ. pro hoc facit. li. 1. Iaſ. in rub. ff. in ius voc. & in l. 2. ff. de eo per quem fac. erit. & Bertr. conſ. 267. ſi pactum, in ult. dubio, lib. 3. cum ſim.

*Quia iudex aberat.*

*Vel quia aduerſarius non comparuit.*

10 CVI concinit, quod tradit Guil.Cu. in l. item illa, & ibi quoque Bar.col.2.verſ. quæro pone, & Alb.ad fin. & Rapha.Fulg.ff.de conſtitu.pecu.quòd ſi ſolutio debet fieri Florentię die Paſchatis,& reus non probat ſe eo die Florentiæ affuiſſe, vt ſolueret.nec ſimiliter actor probat ſe ibi affuiſſe, vt reciperet.non eſt probata mora contra reum ex lapſu eius diei, per eum tex.in verſic.proinde.& l.arbiter ſi Calendas.ff.de arbit. & idem voluit ipſe Bar. in l.cùm filius.§.ultimo,ad fin.ff.de verb.oblig.& in l. continuus.§.cùm ita, circa medium, eo.tit.Signo.conſil. 141. in quæſtione vertente inter Obertinum, in multis eius conſil.locis.Petr.Anch.in c. ſignificante, de pigno. Floria.in l.pecuniæ.§.1.ff. de vſur. Alex. conſ.172.v.ſis & opportunè,col.2.uerſ.ad idem facit,lib.2.& conſ.41. viſis & optimè diſcuſſis,col.2.verſ.ad idem facit libr.4. & conſil.90.viſo proceſſu,col.vlt.verſ.nec obſtat, ſi diceretur,lib.5.& conſ.210 ponderatis his, colum.1.libr.6. vbi & alios concord.affert, & Philip.Dec.conſ.566.promiſit Ant.poſt medium.Et facit l.ſi & per emptorem.ff. de act. empt.Et uide quæ diximus ſupra §.9.gloſſ. vltim. nume.19.verùm Alexan.& ſeq. Et id nuncupatim in caſu noſtro voluerunt Pau.Caſt.Alexan. & Iaſ.in d.l. eum qui.§.qui iniuriarum.ff ſi quis cau. Nam & aliàs,ubi nõ habet locum veritas,nec fictio quoque.l. qui ad certum. ff.loca. Igitur cùm ob aliud impedimentum lis non potuit verè conteſtari, nec pro conteſtata quoque haberi debuit.

*Creditor debet probare ſe eo loci fuiſſe, vbi ſolutio fieri debuit.*

11 Et id quidem his quoque ſimilibus comprobatur. Nec enim tenetur quis de caſu fortuito, quem culpa præceſſit, ſi modò citra eam culpam contigiſſet.Bar. poſt Guil.Cu.in l.ſi vt certo.§.ſed interdum.ff. commo. & Bald.conſ.145. caſus talis eſt, in quodam inſtrumento, col.4.verſic.præterea cùm quæritur,lib.3.Nec mora debitoris certis caſibus ei obeſt ut tenetur de interitu rei, ſi res ita fuiſſet peritura apud creditorem, ut perijt apud debitorem, de quo in l. ſi plures.§.1. ff. depoſi.& l.ſi is qui,in princ.ff.de iure dot.per glo.Bar.& alios in l.quod te.ff.ſi certum petatur.gl.in l.mora, in prin.& ibi latiſſimè Salic.colum.vlt.ff.de vſur.& gloſſ.in l. item ſi uerberatum.§.vltim.ff.de rei uend.& in l.nemo rem ſuam utiliter.§.1.& ibi Doct ff.de verborum obli.Hoſt. in Summa, de vſur.§.ex quibus cauſis, verſicul. & facit etiam Cyn.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integ. reſtitu. nõ eſt neceſ.Bart.in l.nemo.§.1.ff.de uerb.obligat. Sal.in l. 1.colum.1.verſic. quæro nunc latius. C. quod met. cau. Paul.Caſtr.in l. ſi mora.ff.ſolut. matr. & facit ad hæc omnia,quod ſcribitur in l.vlt.§.1.ff. ad legem Rhodiam de iact.& in l.is qui.ff.ex quibus cau.maior.& in l. ſi pecuniam.§.vlt.ff.de condict. cauſ.dat.

*Alia ſimilia.*

12 Nec imputari debet marito, qui non adhibuit curam medicandæ uxori laboranti morbo incurabili.Pau. Caſt.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir.ff.ſol.mat.per tex.in dict. l.& in totum.ff. de impen. in re dot. fact. Quanquam huic non omnino accederem, quoniam non omnis, cui lętalis morbus eſt,moritur, ut probatur ex l. in ratione, la 1.§.ſi ſeruus teſtamento.ff.ad legem Falc.& ſcribit Galenus libr.Aphoriſmorum Hippocratis 6.capit. 18. ut nec omnis qui mortiferè vulneratus eſt,moritur.l.1.§.vl. ff.de Senatuſconſ.Sylla. & facit l.qua actione.§. ſed & ſi quis.ff.ad legem Aquil.ubi ſcribitur, aliud alij vulnus mortiferum eſſe ſolere. Et ut ſcribit Tullius ad Atticum li.Epiſtolarum 9.epiſtola 12. Ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur. Quod ſumptum eſt, ni fallor, ex Theocriti Idylio 4.

*Non omnis morbus letalis interimit.*

*Aegroto dũ anima eſt, ſpes e.*

Θαρσεῖν χρὴ φίλε βάττε. τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Ideſt,

*Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis.*
*Sperandum eſt viuis: functis ſpes nulla relicta eſt.*

Et huc haud dubiè alludit illud Virgilij, ſi is eſt, in obſcœno carmine.

*Dum viuis, ſperare decet.*-

Et quia etiam nonnunquam morbi videntur lętales & incurabiles,qui non huiuſcemodi ſunt, ideo in illis non omittenda eſt cura atque diligentia, ſed eò maior adhibenda,quò maius periculum imminere videtur, ut ſicuti extremis morbis, extrema remedia adhibenda ſunt, (vt iubet Hippoc.lib.Aphoriſ.1.c.6.& Tullius lib. Officiorum 1.) ita & extrema ſummaque & exquiſitiſſima cura & diligentia hiſce ægrotis adhibenda.

*Extremis morbis, extrema remedia adhibenda.*

Sed vt redeamus, huc quoque pertinet,quòd multi negant eum teneri ex conſilio vel mandato criminis cõmittendi, qui aliàs id facturo dedit. De qua re quia non omnes conueniunt,uide glo.in l. ſæpe.§. item dubitatum,in uerbo,condici.& ibi Bart. & Alex. ff. de uerb. ſignif.glo.in l.non ſolum.§.ſi mandato,verſ. Attilicinus, in uerbo,nolenti,& ibi Bart.col.vlt.& alij.ff.de iniur. & in l.conſilij,& ibi latè Doct.præſertim Philip.Dec. ff.de regul.iur.& in l.1.§.perſuadere,in uerbo, furtum facturus.ff.de ſeruo corru.& in §.interdum quoque furti.uerſic.ope,in gl.in ult.Inſtit.de obl.quæ ex delic. naſcun. & in c.nuper,in verbo, conſilium impendendo.& ibi Docto. extra de ſentent.excom.Hoſt.& Panor.in c. ex literis, de exceſ.Præla.Dyn.in c.nullus ex conſilio, extra de regul. iur.lib.6.Paul.Eleaz.in Clem.1.& ibi Imol.colum.4.de pœnis.Gand.in tract.maleſi.tit.de pœnis reorum, num. 36.Alber.& Bal.in l.ob hæc verba.ff.de his qui not. infam.Bal.in l.1.col.2.& ibi Iaſ.col.4.verſ.non omitto.C. de ſeruis fugit.& eundem Bal.in l.data,col.12.verſi.conſilium quoque pœna mortis. C.qui accuſ.non poſſ.& in l.non ideo minus,col.pen.in 12.q.C.de accuſ. & in l.obſeruare.§.poſt hæc,in 12.q.ff.de offic.Proconſ.& in c.1. col.4.uerſ.quid ſi præſtitit,poſt Andr.Iſern.ibi,tit.quib. mod.feud.amit.& conſ.250.in quæſtione domini, colum.2.verſic.ſecundò eſt videndum,lib.5.Ang. conſ.22. pro deciſ.Card. Floren. in Clemen.1.in 16. quæſtio. & oppo.eiuſdem,de foro compet.Salyc.in l.1.col.8.C.de rapto.& virg.Imol.in c.querelam,in fi.de elect.Doct. in c.1.extra de offic.deleg.Matthæſ.not.97.no. quòd is, cuius conſi.Corn.conſ.57.egregiè allegatur, col.2. uerſ. & quando eſt par.lib.4.Angel.Aret.in §.1.Inſtit.de mand. & in tract.maleſi.in uerbo, & Sempronium Rodul. col. pen.uerſ.vigeſimoſecundò quæro,& ibi Aug. Ari.in addit.Cæpolla caut.65.vidimus quamplures,ad fi.Fely.in c.ſicut dignum,col.4.uerſ. not. ibi animum regis, extra de homic.

*An de cõſilio vel mãdato teneatur, qui aliàs facturo dedit.*

Et hæc quidem puto procedere in caſu noſtro, tametſi interdum alijs in caſibus aliter ſtatuitur. 14 Nam uaſalli fuga in bello,licet non obſit domino,nec ipſius intereſſit, punitur feudi amiſſione,ut not.tradit Bald. in c.1. in princ.col.2.uerſ. quæro ſi uaſallus, Aluar col.2.uerſ. quæro ab extrà,Card.Alex.col.3.ver.eiuſdem initij,tit. quib.mo. feud.amit.& Franc.Curt.iunior, in tract. feudorum, in 4.parte princip.col.eiuſdem partis 4.uerſ. decimò quæro. Sed illud fit in eo caſu, tum alijs quibuſdam ſpecialibus rationibus, tum ea, quòd ea res eſt pernicioſi exempli, l. capitalium. §. famoſos, & l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis.ff. de pœnis. Et ut illis id addas, illud poteſt de huiuſmodi fugientibus dici, quod plus exemplo nocet, quàm peccato, quæ ſunt verba Ciceronis libro 3.de Legibus,ut proinde intelligas, nihil id ad ſuperiores caſus pertinere.

*Vaſalli fuga in bello, licet domino non obſit, priuat feudum.*

Sed quia hæc noſtra conſuetudo loquitur de retractu ſanguinis tantùm,nihil autem dicit de retractu conuentionali, à quo ſcilicet tempore debent fructus reſtitui, nec hoc quoque ſtatuitur in titul.ſequen. qui eſt de ipſo retractu conuentionali. Ideo & nos hic quærendum ducimus,quid dicendum ſit,ſi quis nõ admittat uẽditorem ad retractum conuentionalem,ideoq; in iudicium 15

*Fructus à quo tempore debeantur in retractu conuẽtionali.*



cium trahitur, & tandem vincitur:quid de fructibus ſtatuendum; Videtur quòd non debentur etiam,niſi à tempore litis conteſtatæ,cùm actio præſcriptis verbis,quæ cõpetit pro retractu conuentionali, vt dicemus tit. ſeq. §.1. in gl.1.nu. 2. ſit ſtricti iuris, ut dicit glo.in l.iuriſgentiũ. §.quinimò.ff.de pactis, & in l.pacta quę contra.C.eod.ti. Ex quo ſequitur id quod diximus, fructus non venire, niſi à tempore litis conteſtatæ l.cùm fundus, in princ.ff. ſi cert.petat.

16 Tu tamen dicito, hoc caſu fructus deberi ſtatim à tempore moræ,precio oblato & depoſito,per tex.in l.2. iuncta gl.in verbo, oblatam, & ibi omnes Doct.C.de pactis inter emp. & vend. quod & nos latius dicemus d. tit.ſeq.§.5.in gl.2.in verbo, *qui ſont eſcheuz*, nu.4. ſed vt ad caſum. Nam quod dicitur, in actionibus ſtricti iuris non venire fructus,niſi à tempore litis conteſtatæ, procedit,vt dicunt Bald. Saly.& alij Recentiores in d.l.2.cùm peto quod meum non fuit, ſecùs ſi meum fuit, per l. videamus,la 2.§.ſi actionem.ff. de vſur.& l. qui ſe debere, ad fin.ff.de condic.ob cau. & l.naturalis, in princ.ff. de cond.in deb.& l.ſed Celſus. §.ſi fundus. ff.de contra.emptio.De quo & nos latè dicemus infra eo.tit. ſequen. §.5. glo.2.num.5.vt hinc intelligas.

*De eadem re.*

17 Sed & illud non omiſerimus, quòd ſi conſanguineus qui litem de retractu mouit, poſt litem conteſtatam triennio ceſſauit à perſecutione litis, ideoque perempta eſt inſtantia,ſecundum no.in l. properandum. C. de iud. ita ut non amplius admittatur ad eam cauſam exequendam,niſi impetrata a Rege gratia huius ceſſationis,vt ſcilicet ei liceat litem reuocare & proſequi, non obſtante peremptione cauſę,vt quotidie fit in Gallia.Certè ſi id fecerit,& admittatur, fructus tamen ab emptore ſunt præſcripti,ita ut ad eos non teneatur,etiam ſi in retractu ſuccubuerit,ſecundum glo.ſingu.in l.ſequitur, quæ eſt in 4. §.fructus.& ibi Barto.ad fin.Ange.Imol.& Pau.Caſtren. qui eam glo.dicit no.& perpetuò notandam.ff. de vſuca. & Barto.in l.3.colum.ult.uerſi.item ſcitis.& ibi quoque Pau.Caſtren.colum.2.uerſic.nota etiam caſum, & col.3. uerſic.pone ergo;& Alexan.colum.ult.C.quod met. cau. ubi Bart. ipſe dicit id menti tenendum, quia millies in practicam uenit.Bal.in l.eos, in 5.oppo. C.de uſur. & in l.1.colum.1.uerſ.quæro nunquid fructus.C.de vſur. & fructi.lega & in l.ancillæ,col.3. uerſi.item dubitatur. C. de furt.& in c.grauis,col.2.uerſic. ſed nunquid poſt triennium, vbi dicit eam gloſſ. ſingu. & ibi quoque Anto. & Panor.colum.5.uerſic.aduertendum tamen, extrà de reſtitutio.ſpoliat.& idem Bald.in cap.grauis,colum.2.uerſicu.ſed nunquid poſt triennium:ubi dicit eam glo. ſing. & ibi quoque Anto.& Pan. colum. 5.uerſi. aduertendum tamen, extrà de reſtitutio.ſpoliat. & idem Bal.in cap. vigilanti,col.2.uerſic.quæro, emi rem, extrà de præſcript. ubi id dicit notatu dignum. Sal. qui eam quoque dicit ſing.in l.2.col.1.C.de fruct.& lit.expen.idem Sal. & Flo. qui & eam dicunt ſing.& benè no. in l. in fideicom. in fi. prin.ff.de vſur.& rurſus ipſe Sal.in l.neque in fin. eodem titu.ubi etiam dicit ſingu.& in l.Vaccæ.ff.de euict. ubi dicit uix reperiri ſimilem.Pan.in c.de quarta, colum. penu. verſi.ſecundò limita.extrà de præſcrip.Rom.conſi.149. cõcluſionem,colum.1.uerſ.ſecundum vero. Alex.in addit.Bald.in l.& ex diuerſo.ff.de rei uend,Soc.conſi. 251. quoniam in præſenti,colum.ult.li.2. ubi videbis quomodo id intelligat.Et Franc.Curt.ſenior conſi.72.princeps defunctus,col.4.uerſ.ſexta concluſio. & iterum col. ult. verſic.limita tamen,Barb.conſil.80.illud, col,8. verſi. & ſi quiſpiam,lib.3.Iaſon in l.ſi me & Titium, colum.1. uerſi.no.tamen quod in omni. ff.ſi cert.pet.ubi nuncupatim loquitur de fructibus, qui debentur in contractibus ſtricti iuris à tempore litis conteſtatę.& ibi quoque Dec. qui tamen id intelligit in fructibus extantibus, non etiã in conſumptis.& nouiſſimè Alciat. ibi. Idem Iaſon in l. Prætor ait.§.ultimo,colum.ult.uerſic.5. & propius. ff. de ope.no.nun.ubi & eam gl.dicit ſing.& Io.Fran. Balb. in tractat.præſcriptionum, in 35.quæſtio.4.part. 4. item partis principalis.

*Quid ſi cõſãguineus qui litem mouerat, integrum triennium ceſſauit.*

Et huc quoque propius ſpectat, quod uoluit gloſſ. ſing.in d.l.2.in fin primæ glo. C.de fruct & lit. expen. 18 quod licet poſt litem conteſtatam reus teneatur de fructibus,ut ibi cauetur, cum ſimil. tamen ſi lis fuerit triennio interrupta,non tenebitur ipſe reus ad fructus poſtea perceptos.& eam glo.dicit no.& ſingu.Bart.ibi,licet non ſit eius ſententiæ, vt ſtatim dicemus, ſed eam glo. expreſsè ſequuntur Ioan Fab.& Sal. qui & eam dicit ſingu. ibi & Bald.in d.cap.grauis, ad fi.uerſic.quærenti iniuſtè, extrà de reſtitut.ſpol.& Maria.Soc.in tract.de inſtantia, quẽ ſcripſit in c.venerabilis,de iud.in 27.princ.artic.niſi (inquit) inſtantia perierit intẽtione actoris prius plenè probata.Dicitque & idem tenuiſſe Fab.à mõte S.Sab.idemque tenuit Franc.Balb.in tract.præſcriptio. in 4. parte 3. partis 6.eiuſque vlt.partis prin.q.2. D.Coſ.Guy. in pragma.ſanct.tit.de pacific.poſſ.poſt prin.in uerbo, proteſtari.At contrarium ſimpliciter tenet Pet. Cy. Bar.Alb.Bal. Ang.& Pau. Caſt. in d.l.2.Bar. etiam nuncupatim illam gl.reprehendens in l.cum lite, col.1.ff.iud.ſol. & Alber. qui tamen ſubdubitat, in d.l.properandum. in princ.col. 5.uerſic.cùm prædicta. C. de iud. Pan. idipſum quoque faciens in c.cauſam quæ.col.ult.extrà de teſtib. & in c.illud.col.ult.uerſi.& ad prædicta, de præſcrip. & nouiſſimè Ioan.Copus in tract.de fructib.lib.2.tit.4.c.5.

*De eadem re.*

Ego uerò ſcio priorem ſententiam apud nos obſeruari, & ſecundum eam ſupremum Senatum Pariſienſem 19 ſolere eos, qui gratiam litis peremptæ impetrarunt, admittere ad litis proſecutionem, ſine reſtitutione fructuũ præteritorum. Et ita cenſuit ſuo areſto lato die 13. menſis Aprilis, Anno Domini.1518.inter magiſtrum & fratres Xenodochij, ideſt, hoſpitalis Pariſienſis actores, & religioſas & abbatiſſam [ut uocant non malè, cùm Hieronymus ea uoce uſus ſit) & conuentum Portus regalis. & iterum alio lato die 8.menſis Februarij Anno.1505. & ſæpe aliàs.Eſt autem cõſuetudo Aureliis, c.306. totius uolum.conſuetudinum eius loci,eodemque 31.tit.*de retract*.fructus perceptos tempore interruptionis,quæ ( ut ibi dicitur ) fit per ceſſationem vnius anni, & diei, non eſſe retrahentis,ubi commentarij nihil de hac re dicunt, niſi in id facere,quod ſcribitur in l.properandum. §. ſinautem. C.de iud.& in l. conſentaneum. C. quo. & quan. iud.quibus locis ne verbum quidem de ea re ſcribitur.Et eadem quoque conſuetudo eſt apud Lorrienſes in præfectura Montargi,hoc tit.§.21.

*De eadem re.*

*Areſtum.*

*Abbatiſſæ Dictio Hieronymi.*

*Conſuetudines de ea re.*

Et hæc quidem quantum ad fructus collectos poſt oblationem. 20 Quid autem de fructibus pendentibus eo tẽpore, quo fit oblatio. Et ſanè hęc noſtra cõſuetudo in hoc toto tit. nihil de his ſcribit:Sed tantùm in tit. ſeq. qui eſt de retractu conuentionali. §.5. ubi ſtatuitur, quid de his agendum ſit, tam in hoc retractu municipali, quàm in conuentionali, nempe hos diuidendos eſſe inter emptorem & conſanguineum pro rata temporis. De quo etiã vide quid ſtatuerunt Melodunenſes, ca. conſuetudinum eius loci 42.Cenomanenſes,c.289.Andegauenſes,c.380. Borbonienſes,c.428.&c.482.

*Quid ſtatuendum eſt de fructibus pendentibus.*

Sed manet hic ſcrupulus,quia dicitur hic,fructus reſtituendos à litis conteſtatione,in eo autem l.§.5.ti.ſeq. dicitur fructus pendentes tempore oblationis & receptionis,eſſe diuidendos pro rata temporis. 21 Quid igitur, ſi fiat conteſtatio litis fructibus pendentibus? Et certum eſt, quod ſi tunc emptor admiſiſſet conſanguineum ad retractum,ij ſimul diuiſiſſent eos fructus pro rata, ſecundum illam conſuetudinem. An igitur qui percepti ſunt poſt litem conteſtatam, eos integros emptor reſtituet, nulla habita ratione temporis præcedentis litis conteſtationem? Et ego ſanè id nõ putarim, ſed eos deducẽdos, ut ſic una conſuetudo

*Conſuetudines de ea re.*

*Emptor uictus, an reſtituet fructus pẽdentes tempore litiſconteſtationis an pro rata tẽporis.*

*Cõſuetudo ſecundum aliam conſuetudinẽ intelligitͬ.*

conſuetudo ſiue ſtatutum ſecundum aliud intelligatur. l.non eſt nouum. & ibi Alberic. & duabus ll. ſeq. ff. de legib.Bart.in extrauag.ad reprimendum,in uerbo, non obſtantibus.Bal.in l.omnes populi,colum.8.ver. modò quæro,utrum.ff.de iuſt.& iure,& in ca.1.col.1. extra de præſcript.Pet. Anchar.in repet.c.in 12.q. princ. uerſ. reperio ipſum Bart. & alibi ſæpe in ea quæſtio. de conſtit. & in c.ſtatutum.§.cum autem,col.2.de reſcript.lib.6.Iaſon in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium, in 4.notab. ff. de eden.& in l.triticum,ſuper glo.2.ff.de uerb. oblig. & Franc.Ripa lib.reſpon.1.cap.3.filia, num.24. Id enim fieri debet potius,quàm ut vnum alterum corrigat. glo. in l.ſciendum,in princ.in 2.quæſt.& ibi Bart.in princ.& alii.ff.qui ſatiſda.cog. Etiamſi poſterius dicat,non obſtante quocunque alio ſtatuto.glo.in §.1.in uerbo, euacuatus,in Authen.de hæred.quæ ab inteſt.defe. Bart. in extrauag.ad reprimendum, in uerbo, non obſtantibus. uerſ.ſed quæro ſi in l.& Rom.conſ.40.uiſis, col 2. uerſ. breuiter.& cõſ.57.in cauſa poſt medium. Et idem quoque dici poteſt in retractu conuentionali, de quo etiam loquitur d.§.5.tit.ſeq.

*DOIVENT ESTRE DEDVICTZ EN SORT.*

IN SORTEM PRECII IMPVTABVNtur, Gloſſ. III.

1 *An fructͣ pcepti poſt litem conteſtatã extenuẽt ſortem.*

IGITVR hi fructus poſt litem conteſtatam percepti, extenuabunt, ideſt, minuent ſortem, ſcilicet, precium venditionis, quod à conſanguineo debet reſtitui, ita vt ipſe non teneatur reddere, niſi quod reſiduum erit, deductis his fructibus, ut de contractibus vſurarijs & pignoribus dicitur in l.ex prædijs.C.de vſur.& l.1.& 2.C.de pign.act.& l.ſi dominiũ C.de pign.& l.1. C. de diſtract. pign. vbi id dicitur fieri ipſo iure, tanquam ſcilicet non neceſſe ſit id opponere, vt etiam dicit Iaſon conſi.44.ad dubia, col.3. verſic. ex prædictis,lib.1. Quod ad caſum noſtrum trahit Ferronus in hoc tit.*de retraict.* §.21. Idq; multò commodius eſt conſanguineo, quàm ſi primo loco oneraretur integra reſtitutione precij, & poſtea illi emptor hos fructus reſtitueret. Nam fortè conſanguineus interim dum lis pendet,precium quod ad hunc retractum parauerat, vel conſumpſit,uel amiſit, ut ſæpe fit, & fortè emptor illũ uenientem non admiſit,& de induſtria litem traxit, quo precium ipſum interim abſumeret, & ſic retractu excluderetur, dum id amplius numerare non poſſet. Sed & id rationabilius eſt,& æquius,vt euitetur circuitus,l.cùm fundus.§.ſeruum tuum.ff.ſi cert.pet.& l. dominus teſtamento.ff.de cond.indebi.& ibi concor.in glo. Et quòd id aliàs ſemper,cum fructus reſtitui debent,fieri debeat, facit l.minor annis 25.cui fideicommiſſum.§.prædia, & ibi expreſſè Bart.ff.de minor.& l.emptor,in princ. ff.de rei vendic. Ex qua etiam Bart. not. fructus compenſari cum precio. Verùm illi textus non videntur mihi id probare,nec reperio in alijs caſibus, quàm in pignorib. & vſuris.

§. XVI.

EN tous lieux & cas, ou le mari & la femme ſont commmuns en biens meubles & acqueſtz, ſi le mary retrait aucune choſe vendue par les lignagiers de ſa femme,ou par les ſiens propres, ou en ſon fief, *a* ladicte choſe ſera aqueſt commun *b* entre eux, comme ſeroit vne autre choſe acquiſe d'vn eſtrangier.

*QVibuſcunq; in locis aut caſibus vir & vxor ſunt communes in bonis mobilibus & quæſitis, ſi vir rem quampiam venditam ab vxoris, aut ſuijpſius conſanguineis aut in ſuo feudo ᵃ retraxerit,cenſebitur ea res vtrique eorum communiter quæſita,ᵇ perinde ac alia quæuis res ab extaneo quæſita.*

*OV EN SON FIEF.*

AVT IN SVO FEVDO, Glo. I.

1 *Vxor habet mediã partem eorũ,quę uir acquirit in ſuo feudo.*

IGITVR ſi maritus aliquid acquirit in ſuo feudo,licet id conſolidetur cum ſuo dominio,in quo vxor nihil habebat,ipſa tamen vi conſuetudinis, quæ facit communes virum & uxorem,in quæſtibus factis durãte matrimonio (vt alibi ſtatuitur) habebit dimidiam partẽ in hoc,quod ſic conſolidatum eſt,ut etiam nuncupatim & in ſpecie huius cõſuetudinis tenuit Io. Fab.in §.ſi cui, per tex.ibi,Inſt.de leg.de quo nos latius dicemus inf.eo. tit.§.32.gl.1.nu.72.quin & illud dubium eſt.Et eſt ſimilis conſuetudo apud Cenomanos,cap.300.Andegauos, c.284.Turones,tit.*de retraict.*c.30. Britones,huius tit.§. 21.22.23.24.& 25. Laudunenſes & cæteros Veromandenſes,huius quoque tit.§.vltim. qui eſt omnium totius 3.partis 96.

*SERA ACQVEST COMMVN.*

CENSEBITVR VTRIQVE EORVM, communiter quæſita, Gloſſ. II.

1 *An utr acquirat mediã partẽ rei retractę ab uxore, ut conſanguinea uẽditoris, vide §.ſeq.*

ID quidem mirum eſt, vt licet maritus non ſit conſanguineus venditoris, poterit tamen vxoris ſuæ cauſa retrahere, & ſibi rem retractam pro dimidia parte acquirere. Et ideò caſus eſt, in quo, qui non eſt conſanguineus, tamen retrahit, & ſibi quidem. Sed id fit propter illam bonorum mobilium & quæſtuum,durante matrimonio factorum, ſocietatem, ratione cuius ſibi acquirere poteſt,quæ aliàs non poſſet vt latè dicemus inf.eo.tit.§.26.in gl.1.nu.30. quintò intellige,& alijs multis ſeq.vbi videre poteris.

§. XVII.

MAIS ſi la femme va de vie à treſpas la premiere, & la choſe vendue & retraicte ſeroit tedargant ſon branchage,ou en ſon fief: les heritiers d'elle ſeront receuz dedans l'an & iour de la mort de ladicte femme à auoir le tout de ladicte choſe, en payant le my denier au mary, ou à ſes heritiers: c'eſt à ſcauoir la moitiè du pris que la choſe aura couſtè à retraire. Et ſi c'eſtoit redargant le branchage du mary, ou en ſon fief, il ſera ſemblablement receu, & deura auoir le tout de la dicte choſe, en payant dedans l'an & iour de la mort de la dicte femme aux heritiers



ritiers d'elle le demy denier. Et ſemblabemẽt ſeroit par le contraire, c'eſt à ſcauoir, ſi le mary alloit de vie à treſpaſsement. Et n'a point lieu my denier, fors en vente, ou qui ſonne vente ſeulement.

*SED ſi vxor prior de vita exceſſerit,et res vendita retractaq; lineam ipſius reſpiciat,aut ſita ſit in ipſius feudo,hæredes eius intra annum et diem mortis ipſius ad retrahendam rem integram admittentur,dimidio precij marito aut eius hæredibus per ſoluto. Quòd ſi res mariti lineam reſpiciat,aut in eius fundo ſita ſit, is ſimiliter admittetur ad rem integram.precij dimidio intra annum & diem mortis vxoris ipſius hæredibus perſoluto. Idemq; obſeruabitur in caſu contrario, videlicet ſi vir prior ab humanis decedat. Nec habet locum huiuſmodi retractus dimidij precij, niſi in uenditione,aliove æquipollenti.*

GLOS. I. ET VNICA.

1 *Conſuetudines de ea re.*

QVOD hìc dicitur de rebus retractis vi huius conſuetudinis, idem infra §.20.ſtatuitur de rebus ſimpliciter emptis à conſanguineis alterutrius coniugum. Et his ſimiles ſunt multæ conſuetudines noſtræ Galliæ, videlicet Pariſienſium, cap. conſuetudinum eius loci 184. Meldenſium, cap.93.& ſeq.Meldunenſium,c.36. Senonenſium, c.55. Trecenſium,c.150.Ambianenſium, c.48. Carnotenſiũ, c.72.& iterum cap.174.Aurelianenſium, c.281. & c. 283.Cenomanenſium,ca.300. & duobus ſeq. & iterum cap.407.Andegauenſium,c.96.& ſeq.& iterum ca.285. rurſumq; c.396.Sanctonum Angeriacorum,c.64.& ſeq. Burdigalenſium,c.26.& ſeq.Britonenſium,c.41.& 206. & 219. antiquarum conſuetudinum, & reformatarum, c.21.& multis ſeq.Bleſenſium,cap.207. Borbonenſium, c.464 Lorrienſium in præfectura Montargij, hoc tit.§. 5.& 8.Auxerrenſium,hoc quoque tit. §. ult. qui eſt omnium 54.Syluanectenſium,ſiue Senlitum, hoc item tit. §.8.& ſeq Rochelenſium,c.40.ſic enim eos uocare malo,quàm Rupellenſium, & Rochellam, ipſum oppidum,quàm Rupellam: nam & vulgò, & lingua Gallica Rochelle dicitur, non Rupelle. Eſt autem Rochella participium Hebraicum,quod ſignificat mercatrix,ſiue quæ mercatur: quæ appellatio mirum in modum ei oppido conuenit,quo nullum aliud in tota Gallia, imò in vniuerſa Europa, eſt mercatura celebrius. Vereor tamen, ne iſta recens antiquiſſimæ adeoque honeſtiſſimę politiæ immutatio,è mercatrice mendicatricem (meretricem nolui dicere) eam faciat. Id quod dolenter refero, ſortem miſeratus amicæ vicinæque urbis. Super eo autem, quòd hìc cauetur in hac noſtra conſuetudine, vide Ioan.Gal.in ſuis Areſtis.

*Rochela.* 1

§. XVIII.

ES pais de Touarcoys,& ailleurs, *a* ou les acqueſtz ſont au ſuruiuant du mary & femme, à exploicter le tout à viage, & moitiè en proprietè, ſi eux, ou l'vn d'eux, font aucuns acqueſtz, ou ledict my denier ayt lieu, & l'heritier du defunct fait ledict offre de my denier: ce non obſtant le ſuruiuant prendra à ſa vie la moitiè dudict acqueſt par le benefice de ladicte couſtume, qui veult, que leſdictz acqueſtz oyent au ſuruiuãt, pour exploiter moytiè en proprietè,& moytiè par vſufructuict: & l'autre moytiè aura celuy, qui ſera receu à l'offre dudict my denier.

*IN regione Tuarcenſi, & alibi, ᵃ vbi res quęſitę cedunt viro aut vxori ſuperſtiti,ex aſſe quidem in vſumfructũ, ex ſemiſſe verò in proprietatem, ſi ambo alterve rem quampiam acquiſiuerint in eo caſu quo locus ſit retractui dimidij precij, hæresq; defuncto dimidium precij obtulerit, nihilominus ſuperſtes obtinebit vſumfructum medietatis rei acquiſitæ beneficio conſuetudinis,quæ diſponit huiuſmodi acquæſtus cedere ſuperſtiti, uno quidem ſemiſſe in proprietatem, ex altero autem in vſumfructum. Alteram verò medietatem obtinebit is qui ad oblationem dimidij precij admiſſus fuerit.*

*DE TOV ARCOYS ET AILLEVRS.*

IN REGIONE TVRACENSI, ET alibi, Gloſſ. Vnica.

ID quidem eſt, quod ſtatuitur infrà titul. huius totius voluminis conſuetudinum 23. qui eſt huiuſmodi, *le maringe ſolu, quelz droictz appartiennent au ſuruiuant des conioinctz.* §.7.qui quidem eſt 294.totius eiuſdem volumi. quem quidem §. atque etiam §. proximè præcedent. huius titul.declarat hic §. nec mihi videtur indigere alia interpretatione.

§. XIX.

ET ſemblablement eſt l'on receu en payant le my denier dedans l'an, quand le mary & la femme, durant leur mariage, acquierent aucune rente, *a* charges, ou ſeruitutes, qui eſtoyent deuës ſur l'vn d'eux parauant leur mariage, ou ſur leur heritage. Mais ſi ce auroit eſtè vendu par eux, ou l'vn d'eux, durant leurdict mariage, & par eux, ou l'vn d'eux retraict, durant iceluy: l'acqueſt, ou retraict, ne ſeroyt pas commun, *b* & ſeroyt admorty des le retraict, que leſdictis conioinctz, ou l'vn d'eux en auroient faict, & n'en porroient riens auoir, ne demander l'vn d'eux, ne ſes heritiers ſus l'autre.

SIMILITER *admittitur quis reſtituendo precij dimidium, cùm maritus & vxor conſtante matrimonio acquiſierint aliquem annuum reditum, ᵃ aut onera, vel ſeruitutes, quæ ab altero eorum aut ſuper bonis ipſorum ante matrimonium debebantur. Verùm ſi res huiuſmodi per eos alterùmue eorum conſtante matrimonio foret vendita,& per eoſdem alterùmue eorum eodem matrimonio redempta, ea res non eſſet communis, ᵇ ſed cenſeretur extincta protinus ab ipſo retractu, ab ipſis alteròue eorum facto, neque ea ex cauſa, alter eorum quicquam petere poteſt.*

*ACQVERENT AVCVNE RENTE.*

ACQVISIERINT ALIQVEM ANnuum reditum, Glo. I.

1 *Conſuetudines.*

SIMILIS eſt propemodum conſuetudo Senonenſibus capit. 1. conſuetudinum eius loci 173. & Trecenſibus, cap. 82. Et vide etiam conſuetudinem Pariſienſium, cap. 119. & Cenomanenſium, cap. 391. & ſeq. & Andegauenſium, cap. 286. quæ & de hoc quoque caſu loquuntur.

*NE SEROIT PAS COMMVN.*

NON ESSET COMMVNIS, Glo. II.

1 *Patrimonium venditum & redemptum, an retineat naturã patrimonij. Emphyteuta recuperans rem à ſe venditã, an effugiat pœnam cõmiſſi. Vide infrà num. 3. & 4.*

TANQVAM ſcilicet patrimonium, quod primùm vendidi, poſteaque redemi, non ſit noua acquiſitio: ſed priſtinam retineat patrimonij naturam, contra text. in l. ſi à me ff. ad leg. Falci. vbi res recuperata non dicitur eſſe apud recuperantem eo iure quo prius erat. Ex quo Bar. ibi infert ad qõnẽ de emphyteuta, qui rẽ uenditã recuperauit, vt pp id nõ liberetur à pœna, in quã uendendo incurrit. De quo Bar. dicto (ne rem iam ſæpius actã agamus) latiſſimè diſſerit Alexan. ibi, ſed latiùs tamẽ Iaſ. in l. vlt. chart. pen. ver. vigeſimo quæro. C. de iure emphyteu. & omnes in l. 1. §. ſi rem. ff. depo. & in cap. 1. tit. quid iuris ſit, ſi poſt ali. feud. uaſal. id recup. & Franc. Curt. ſenior, conſi. 64. antiquiſſima, ante finem. & Phili. Deci. conſil. 160. in cauſa monaſterij, colum. vlti. & aliquid dicemus infrà tit. ſeq. §. 1. gl. 7. in uerbo, *feront preferez*, nu. 19. ideoque in ſimili. & in fin. eiuſdem titu. in 30. quæſt.

2 *Vxor an habeat partem in rebus conſolidatis cum feudo mariti.*

SED quod diximus in princip. confirmat, quod in ſimili tradit Ioan. Fab. in §. ſi cui fundus. Inſtit. de lega. quòd ſtante conſuetudine, ut mulier habeat partem in quæſitis à viro conſtante matrimonio, cuiuſmodi eſt apud nos: ſi vir habebat quædam feuda ſibi quæſita ante matrimonium, ideoque vxor nihil habebat in eis: & cõtingat, vt conſtante matrimonio quædam conſolidentur cum iſtis feudis, vt quia redeunt ad ipſum maritũ feudi dominum ex aliqua cauſa: mulier debet habere partem in his rebus conſolidatis: quia cenſentur alia & alterius naturę, quam prius illud ius dominij, atque tãquã alia & per ſe ſunt iudicanda, per text. ibi, & in l. Mæuius. §. fundo. ff. de legat. 2. de quo nos latiùs dicemus infrà §. 32. num. 72. quin & illud, & ſeq. confirmatque & hanc partem, quod ab Alexan. reſponſum eſt conſ. 28. in cauſa & lite, colum. 1. lib. 5. per d. l. ſi à me. & l. quidam in teſtamento, in princ & l. rogo. ff. de fideicom. libe. & quod ab Ange. ſcriptum eſt in l. quod dicitur, la 1. ſuper glo. vlti. ff. de impen. in re. do. fac.

3 *Quid, ſi emphyteuta retrahat ex pacto appoſito in cõtractu.*

VNVM tamen non omiſerim, quod ad eum caſum pertinet, de emphyteuſi ſiue feudo alienato & redempto, ut ſcilicet procedat, etiam ſi res fuerit uendita cum pacto de reuendendo. nam & ſi ui huius pacti ea redimatur à uenditore, tamen non tranſit in eum ipſo iure, ſicuti tranſiret ex pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, ſed opus eſt retraditione, vt voluerunt Bart. & Ange. in l. 1. ad fin. ff. de donat. & in l. hominem, de vſucap. cum aliis multis concord. collectis ab Alexan. conſi. 10. videretur fortaſſe lib. 1. & Franc. Curt. ſeniore, conſi. 12. Lucius Titius. & dicemus etiam in titu. ſeq. qui eſt de retractu conuentionali. §. 1. in uerbo, *feront preferez*, num. 12. ſunt igitur.

4 *De eadem re.*

VERVM ſi huiuſmodi pactum reuendendi eſſet appoſitum in ipſo contractu uenditionis, & vi illius res recuperaretur, non cenſenda eſſet noua acquiſitio, neque ex cauſa noua facta, ſed rediret in ſuam ipſius primam & propriam naturam, arg. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, ibi, ſed formę ſuę redditur. ff. de pactis. Nec dicitur ea res fuiſſe translata in priorem uenditorem, ſed illi reddita, ut dicitur in l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthum. & in ſimili in l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi certum petatur. & in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de legat. 2. & in l. cum quis. ff. de dot. præl. Et facit etiam l. voluntate. §. 1. quibus mod. pign. uel hypo. ſol. cùm dicitur, ſed in priſtinam cauſam res redit reſoluta venditione. Et quod ex ea voluerunt glo. Barto. Bald. Angel & alij, in l. vlt. C. de remiſ. pign. Et eſt in ſimili bonus text. in l. peculium eſt. §. ſi ære alieno. ff. de pecu. ubi res peculiares dicuntur, licet totum peculium ære alieno ſit exhauſtum: ideò ipſo ęre alieno ſoluto, non eſt opus noua conceſsione, nam origo & prima cauſa inſpicitur. l. qui id quod, in princi. ff. de donat. & l. 2. §. paruique refert. ff. de priuileg. cred. cum ſimilib. adductis à Hier. Cagno. in repetitio. Rub. ff. de orig. iur. columna quinta, verſicu. ferè igitur. Quibus adde & text. in l. qui poſſeſſionem. ff. de vi & vi arma. ubi qui poſſeſſionem ſibi ereptam recuperat, in priſtinam cauſam reuerti intelligendus eſt, & in l. ſi mater. §. eandem. ff. de exceptio. rei iudic. ubi res quæ poſtliminio rediit, eadem res eſſe intelligitur, & in l. ex hoc. §. ſi quis. ff. de ali. iud. mut. cauſ. fac. ubi ſi quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur eo edicto, quaſi ſcilicet alienaſſe non videatur. Et in l. ſi marito, verſicu. planè ſi fundum. ff. de fun. dota. ex quo facilè probatur rem alienatam, & poſteà redemptam, eodem iure cenſeri, atque prius erat. & in l. ſi poſſeſſor. §. ait Senatus, in fin. ff. de petitio. hæredit. ubi res redhibita manet hæreditaria, ut prius erat. Et quod per tex. in dicto §. ſi ære alieno, reſpondit Pau. Caſtren. conſilio centeſimoſeptuageſimoſexto, videtur dicendum dictam Mariam, in fin. libro 1. de quo dicemus infra §. 32. gloſſ. prima, numero 87. huius quoque.

5 *De eadem re. Retractus an habeat locũ in rebus uenditis et poſtea redemptis, uti in patrimonio.*

ET id quidem in ea ſpecie rei venditæ, & poſtea recuperatæ ex pacto de reuendendo in contractu uenditionis appoſito, non admodum obſcurè uoluit Barto. in l. in die, ver. tota die contingit. ff. de aqu. pluu. arcen. & Bal. in l. ab emptione, in prin. ver. ex hoc no. ff. de pact. & expreſsiſsimè Philip. Dec. conſi. 53. placet mihi, columna ſecunda, & iterum conſilio 88. cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum. in primo dubio, vbi hanc rem latè tractat, & reſpondet ad d. l. ſi à me. ff. ad legem Falcid. ex hocque dicit, quòd ſtatutum præferens conſanguineos in emptione rerum patrimonialium, habet locum in huiuſmodi rebus patrimonialibus uenditis, & poſteà redemptis ui pacti redemptionis appoſiti in contractu uẽditionis. & idem Philip. Dec. conſilio 238. proponitur quòd nobilis, colum. ult. verſi. quintò quæritur. & Hier. Cagno. in repetit. l. 2. in 8. quæſtio. C. de pac. inter empt. & uend. & Boe. deci. 78. Sed an proximior, & Chaſſ. in titu. *des droictz appartenans à gens mariez*. §. 25. & iterum hoc titu. *des retraictz*. §. 1. in verbo, *ancien*. uerſic. idem etiam, & Ferro. in conſuetu. Burdig. hoc item titu. §. 11. & iterum § 22. rurſumque §. 27. Et eſt optimus tex. in l. ſequitur. §. item Labeo. ff. de uſucap. ubi & Barto. hoc idẽ tenet reſpectu ipſus rei, licet alio reſpectu dicat eſſe diſtinguendum, ut ibi per eum. Et facit item, quod ſcribit idem Barto. in l. ſi mihi & Titio, ad fin. ff. de uerborum obligationibus. Et uide omninò quæ dicam infra eod. titulo. §. trigeſimoſecundo. glo. prima, numero vigeſimonono. quid autem de fundo, & titu. ſequen. de retractu conuentionali. §. 1. in uerb. in limine contractus, quæ eſt glo. 4. in princ.

§. XX.



§. XX.

SI le mary acquiert, durant le mariage de luy & de ſa femme, aucune choſe des parens & lignagiers de ſadicte femme, le ſeigneur feodal n'en peut demander ſinon les ventes & honneurs, & non pas auoir la choſe par puiſſance de fief. Car autant eſt, comme ſi elle auoit eſte vendue à ladicte femme. Et en ceſtuy cas auroit lieu offre demy denier pareillement que deſſus.

*SI maritus conſtante matrimonio rem aliquam acquiſierit à conſanguineis ſuæ vxoris, nihil inde domiuo feudi iuris competit, præterquam laudimiorum: neque poteſt ſibi rem ipſam iure feudi vendicare. Perinde enim eſt, ac ſi vxori ipſi vendita fuiſſet, habetq́; hoc caſu locum dimidij precij oblatio, non ſecus ac ſuprà.*

1 *An hæc cõſuetudo loquẽs de uiro et uxore habeat locũ in alijs ſocijs. Cõſuetudo.*

HIC §. erat antepen huius tit. ſed eum hic collocauimus, quia de eadem re loquitur, ut præcedentes, qui & ipſi loquuntur de conquæſtibus factis à marito & vxore ex conſanguineis alterutrius ipſorum, nec loquuntur de alijs ſocijs bonorum mobilium & conquæſtuum, cuiuſmodi ſunt vir & vxor, ſicuti nec vlla ex tot conſuetudinibus Galliæ, quæ idem ſtatuunt, quas tibi congeſſimus in §. 17. præter vnam Borboniorum, cap. 464. quæ nuncupatim loquitur de alijs ſocijs, eosq́; in hac re æquiparat, ut ſcilicet in his locus ſit retractui dimidij precij. Sed cùm noſtra, ut iam diximus, de illis non loquatur, ſed tantùm de viro & vxore, poſſet videri dubium, utrum ſi vnus horum extraneorum ſociorum, durante eorum ſocietate, acquirat a conſanguineo alterius, poterit alter, aut hæredes ipſius intra annum ſolutę ſocietatis rem illam retrahere pro parte alterius, reſtituendo dimidium precii venditionis, quemadmodum vir & uxor, aut eorum hæredes poſſunt. In qua re primum conſideranda eſt ratio huius conſuetudinis, loquentis de viro & vxore tantùm, ut proinde ſciamus an trahenda ſit ad alios. Ratio autem ea eſt, vt res in ea familia conſeruetur, ex qua exijt, ut diximus ſupra in præfatione huius tit. non ſemel, & dicemus poſtea in §. 26. glo. 1. num. 41. quare autem: in idq́ue ſtatuit tempus anni a tempore venditionis & notificationis factæ apud acta: quod quidem tempus non poteſt currere viro & vxori, durante eorum matrimonio, atque ſic durante eorum ſocietate: nam non poſſet vnus ab altero retrahere, quin & eidem acquireretur ob ſocietatem: ideoq́; illi eſſet inutile & inefficax beneficium conſuetudinis & retractus, eoque indebitè fraudaretur, niſi ei aut hęredibus ipſius, liceret ſoluto matrimonio, ideſt, finita ſocietate, rem retrahere.

2 *De eadem re. Eadem ratio omnes caſus decidit.*

IDEOQVE non tam ſimili, quàm eadem ratione aliquando interrogatus, reſpondi, idem ſtatutum videri de alijs ſocijs, vt ſi durante ſociate aliquid ab eis aut eorum altero comparatum ſit à conſanguineo vnius, locus ſit retractui dimidij precij intra annum à finita ſocietate. Nam quando in pluribus caſibus eadem eſt ratio, ea decidit omnes caſus, non quidem per extenſionem: ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio comprehendit diuerſas ſpecies caſuum emergentium, ut pulchrè uoluerunt Petr. & Cyn. in l. iura non in ſingulas. ff. de legib. & in l. quod uero contra rationem, eo. titul. & Bal. in l. de quibus, eodem quoque tit. & in Authen. poſt fratres, la 2. C. de legi. hęred. & in cap. quia V. paulò ante fi. extra de iudi. ubi dicit, quòd quæ rationis nexus connexuit, diſpoſitio iuris non ſeparat. Nec id quidem contingit per extenſionem, ſed uerius per tacitam diſpoſitionem eiuſdem, ut ſing. (inquit) notandum eſt, in l. his. C. de reuoc. dona. Petr. Anch. conſ. 96. ſuper dict. col. 1. Paul. Caſtr. conſ. 83. præſens caſus, col. 2. lib. 2. ubi id eleganter declarat, cum alijs multis concord. & ſimi. a me congeſtis in tractatu, Ceſſante cauſa ceſſat effectus, in 1. par. nu. 137. nam ubi eſt, & latius in noſtra repet. l. ſi vnquam, in uerbo, libertis, nu. 45. quorum ſententia.

3 *De eadem re.*

PROPTEREA non videtur obſtare, ſi quis dicat conſuetudinem non eſſe extendendam ad alios caſus, quia vt iam diximus, hæc non extenſio eſt, ſed interpretatio, aut potius declaratio huius conſuetudinis, quæ de uiro & uxore tantùm loquuta fuiſſe videtur, non tam reſtrictiuè, quàm exemplariter, vt loquitur Bal. in re omnino ſimili in d. l. de quibus, col. 11. verſ. item not. quòd non dicitur, per l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Et ut ibi etiam dicit, non dicitur extendi conſtitutio etiam odioſa, quando extenditur ex mente eiuſdem conſtitutionis, per notata a Io. Andr. in c. ſi poſtquam, de elect. libro 6. in Nouella. Imò verò ibi eſt glo. ordin. ipſius Io. Andr. in verbo, mente: & eſt ſimilis gl. in c. 1. in uerbo, Italiæ. de tempo. ordi. eod. libro 6. Ratio autem legis eſt mens eiuſdem, vt dicit Dyn. in c. ult. ad fi. de reg. iur. lib. 6. Cy. in l. 1. & ibi idem Bal. C. quæ ſit longa conſuetud. & Alber. in l. ſed ſciendum ff. ad leg. Pompe. de parricid. cum alijs multis concord. à me collectis in duobus illis locis nuper citatis. Et illud dictum Bal. in d. l. de quibus, eò magis annotandum eſt, quod loquitur in materia odioſa, atque etiam pęnali, ut expendit Alexan. in l. ſororem, col. vlt. C. de his, quibus ut indig. Et quanquam ea ratio noſtræ conſuetudinis, quam ſuprà diximus, non eſt expreſſa, ea tamen cùm ſola ſit, habetur pro expreſſa, ab eaque poſſumus ſumere argumenta à ſimili, à cõtrario, & alia huiuſmodi, ac ſi expreſſa eſſet, ex ſententia gloſſ. quam omnes ibi & ubique ſequuntur, in l. quamuis. C. de fideicom. cum infinitis propè concord. à me latiſſimè cumulatis in d. noſtro tractatu. Ceſſante cauſa in 21. limit. num. 8. & id quidem, & multis ſeq.

4 *Ratio frequentioris uſus nõ reſtringit.*

PRÆTEREA hæc conſuetudo cenſetur locuta fuiſſe de viro & vxore, ratione frequentioris vſus, quia ſcilicet vir & vxor ſemper, niſi aliud conuentum ſit, ſunt communes & ſocij omnium bonorũ mobilium, & acquæſtuum immobilium, vel citra aliam conuentionem, ſed ex ſola vi & natura matrimonij, ex noſtra conſuetudine, vt cautum eſt infrà titu. 24. qui eſt *de communitè de biens*. §. 1. qui eſt omnium huius volumi. 282. Ideò & ad alias ſpecies ſocietatis trahenda eſt, gloſ. in l. 2. in verbo, filio præcedente. poſt prin. ibi, ſed hoc frequentius contingit. & ibi quoque Iaſon. colum. 4. ff. de vulg. & pupil. & gloſ. in l. ſi is qui. §. quod dicitur, in verbo, per partes. ff. de iure dot. & in l. non impoſsibile. ff. de pact. & in l. 3. in gloſſ. 1. de publici. in rem acti. & in l. in facto, in gloſ. 2. in fin. ff. de condi. & demon. & in Auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. & in l. 1. C. de his qui ad eccel. confug. & in Authen. imò. C. de actio. & obligatio. & in l. 1. in verbo, ſponſam. C. de rapto. quę dicit, tex. ibi punientem virum rapientem mulierem, procedere, & in muliere rapiente virum, licet rarò eueniat: quaſi ſcilicet text. ille tantùm de eo fuerit locutus, quod frequentius contingit, nec ad id tantùm ſit reſtringendus. Et hinc potes intelligere hoc etiã procedere in pęnalibus & odioſis, & illam glo. ſequuntur Alber. Bal. & Ange. qui illam dicit ſingu. ibi. et idẽ Bal. in l. raptores. C. de epiſc. & cler. & in l. ſi ita. ff. de iniuſt. teſtamen. & in c. cauſam matri-

5 *Etiam in pœnalibus & odioſis.*

T 2 monij,

menij,ad fin.extrà,de proba.vbi & illam dicit ſingu. & in cap.ex conqueſtione,colum.2.verſic. ſequitur quarta. extrà de reſtitu. ſpol. & Collect. in c. peruenit, de adulter.Barba.in l.ſcire debemus,colum.2. & iterum in l. ſciendum, colum.86.ff.de verbo. obliga. & in Clemen. 1.chart.6.in paruis,de elect.vbi illam quoque dicit ſing. & in addi.Bal.in c.1.col.4.tit. quibus modo. feud amit. & conſ.6.ſcriptum eſt,col.7.verſi. & licet iura, lib.1.& conſ.64.ſcribitur,col.pen.verſi.& ſi opponatur,eod.lib. 1.Franc.Curt.ſenior,conſ. 11.ſtatuto Parmenſi, col.penul.Iaſon qui illam dicit not.in l. non hæc col.33. verſ. ſextò adde.C.vnde legi.Hippo.Marſil.conſ.85. poſt red ditum conſilium,col.3.verſic.pro quibus etiam.

5 *Feminæ, quæ viros rapuerūt.*

SECVNDVM quam ſententiam perhibent veteres hiſtorici,vxorem Phutifaris Aegyptij conatam fuiſſe ra pere Ioſeph. Phædram, Hippolitum: Authiam, aut vt Homerus lib.6.Iliados,Antheiam,aut vt Hyginus.Sthe nobœam,aut ut alij itē Sthefinoben,Præti, teſte Homero eo. lib.6. & Horatio lib. Carminum 3. Ode 7.Argiuorum regis uxorem,Bellerophontem, [Auroram Ceohalum:nam id tradit Pauſanias lib.3.]Gidicam,Momminium priuignum ſuum:Auroram,Clytum:aliam, cuius nomen nunc non ſuccurrit,Perſeum.Aliam denique neſcio quam, Diuum Eugenium habitum uiri mentitā, ut dicere poſſit, licet id rarò contingat, ut dicit d.glo. cōtingere tamen aliquando,ſicut etiā dicit Ang.in d.l.1. uideſſe ſe Florētiæ cōburi fœminā,quæ iuuenē rapuerat.

6 *Iterum de frequētiori vſu.*

SVNT & aliæ glo. præſertim Iuris canonici, quæ & id adſtruunt, quod diximus, caſus frequentiores, qui in legibus aut ſtatutis memorantur,alios,nō adeò uſitatos, in quibus tamen eadem ratio eſt, non excludere : uidelicet in cap. Diaconus, & ibi queque Domi.27.diſtinct. & in prooemio Decreta.in verbo,Bononiæ. & in cap.2. in verbo,Reus.de confeſſ. lib.6. quam & Domi.ibi dicit ſingu.in ſuo caſu.atque etiam Barb.in l. qui ante Calendas,colum.8.ff.de verbo.oblig.& valde ſolennem idem Barba.conſil.3.vbi Chriſtus,ad fin.lib.3. & multùm elegantem ipſe Barbat. conſil. 67. illud afferam, colum. 6. lib. 4. & aureis literis ſcribendam , ille ipſe conſil.6.& ſcriptum eſt,columna.7.libr.1. Item glo. in Clemen. 1. in verbo,præſidentes, in fin.de reſcript. Ex qua Anton. Pet.Ancha.Imol. & Barb. ibi. illud generale aſſumunt, quod diximus,quòd cùm de vno fit mentio ratione frequentioris vſus, ſit & ad alium extenſio, licet de eo non fiat mentio. & illam gloſſ. facit ſingu. Alexand. in addi. Bart. in l.1. ff.de verbo.ſignifi.Barba. d.conſil. 6. col.7. lib.1.& conſ.26 ſapienter ſcripſit, col.8.lib.2. & conſil. 28.clementiſſimi,colum.2.in fin.& ſequenti,eo lib.2.& conſil.67.eiuſdem initij, col.1. eo.lib.2. & Franc.Curt. ſenior,d.conſil.11.colum.pen.& Iaſon in repet.l.admonendi,colum.48.ff.de iureiur,

7 *De eadem re.*

NEC deſunt, qui præter eas gloſſ.alias quaſdam,& etiam text.in eam ſententiam allegant, videlicet gl. in l. tale pactum.§. vltimo.ff.de pact. &in l. Imperator.ff. de ſtatu homi. & in l. ſi mater. §. hoc iure.ff. de except. rei iudi & in l.1.C.de his qui ante aper.tabu.& in l. 1.C. de Nili agger. non rumpen.Et text.in l.ſcire oportet §.1. ff. de excuſ. tuto. Nam & eum in id citat Barba. in repet. l. cùm acutiſſimi,colum.22.C. de fideicommiſ. vbi eum dicit aureum.& in repet.Rubr. de reb. eccle. non alie.in 3.dubio,column. eiuſdem 4. quæ eſt totius illius repet. 42. uerſ.tu pondera,ſub numer.172.ubi dicit ſingul.& conſ.48.clementiſſimum,col.3.lib.4. Sed quantum illæ glo.& text.ad hoc faciant,cæteri videant: mihi nihil aut parum facere uidentur : ſed eius rei lectores admonere uolui,ut omnibus ſatisfacerem.

8 *De eadem re.*

SVNT quoque & aliorum Doctor. ſententiæ huic rei adſtipulantes,uidelicet Iacob.Ra.in l.ſi minor, & ibi Angel.de adult.Iac.But.conſ.10.uiſo puncto, colum.2, Andr.Iſern.& Martin.Laud.in cap.1.poſt princip. titul. conſt.feud.dom.Lotha.Imper.Eug.Pap.Bart.in l.1.§.1. in prima oppoſ.ff.ad Trebell.& in d.l.ſi mater. §.hoc iure.ff.de except.rei iudic.Bald.in cap. à crapula, de uit.& honeſta.cleri.vbi dicit,ideò ibi mentionem de aromatibus factam non fuiſſe,quia pauci vtuntur, licet idem ſit iudicium,quod de vino ibi memorato. Anton.conſ.10. caſus talis eſt,quædam generoſa,columna 3.verſicul. ex quibus concludo.Cardin.Floren. in cap. plerique, in 1. not.extrà,de pactis.& in alijs locis, vt à Recentioribus citatur,ubi tamen id non dicit,Aluar.& Card. Alexand. in cap.1.§.ſi quis ruſticus,tit de pace & treug. Alexand. conſ.65.quoniam omne datum,ad fin.lib.6. quod reperitur conſ.119.eodem lib.6.Barbat. in d. l. cum acutiſſimi,char.7.colum.1.C.de fideicommiſſ.& in cap.ad noſtram,colum.2.extra,de empt.& vend. & in repet. dict. Rubr.de reb.eccleſ.non alie.vbi ſupra,& in c.vlt.colum. 2.uerſ.pondera etiam.extra,de ſolut. & conſil.42. illud in medium, colum.2. lib.1. & conſ.23. ſapientiſſimus dicit,colum.5.& ſequen.lib.2.& conſ.26.ſapienter,colum.8.num.19.eod.lib.2.& conſ.30. ſacro, columna 2. verſicul.præterea, & multis ſeq.eod libro 2.& conſ.36. ſapienter,colum.11. uerſ. item Bart. eo.li.2.& conſ.66. ſcribitur,colum.2.eod. lib.2. & conſ.50. illud afferam, colum.antepen.eo.lib.3.& conſ.59.à Ioue principium, colum.6.uerſ & ſi ſubtiliter,eo.lib.3.& conſ.82. clementiſſimi, colum.1. lib.4. & alijs locis ſuprà ex eo citatis. Iaſon conſ.112.in primis,colum.pen.verſ. nam dum dicunt,lib.4.& conſ.166.procedendo, ad fin.eod.lib.4. & Bened.in repet,cap.Raynutius,in uerbo, ſi abſque liberis,el 2.num.32.de teſta. & Franc. Curt. iunior [in l. iubere,colum.1.num.6 ff.de iuriſdict.om.iud. &] conſ. 6.præſupponitur in ciuitate,colum.3.& 4. Philip. Dec. in d.Authen.caſſa.colum.2.C.de ſacroſanct.eccleſ.Ant. Corſe.in ſuis ſing.in uerbo,frequentia. & Rebuf in repet.l.1.in glo.in uerbo, in omnibus caſibus, num.3.C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & in tract. Nominationum,in 5.quæſt.princip.num.25. & ſeq. & Anton. Rube.conſil.92.uiſo ſtatuto,in fin. [ & Maria. Socin.iunior,conſ.8.in præſenti conſultatione,colum.4.num.11. libro 2.]

ET hanc quoque ſententiam fulcire poſſumus teſtimonio ſacrarum literarum. In lege enim Moſaica, in Hebræo cautum erat in hunc modum : Sacrilegam ne patiaris viuere. & ſic fœmina tantùm expreſſa. Hunc autem locum traducens Diuus Hieronymus maſculum in locum fœminæ ſubſtituit, in hæc verba : Maleficos ne patiaris viuere, vt ſcribitur Exodi 22.& repetitur in Decretis canonicis.§.hinc apparet,23 q.5.Ideò autem ſcriptura Hebræa de fœmina tantùm loquebatur, quoniam in hoc crimen longè eſſet quàm mas, propenſior, propterea que etiam in ea res eſſet frequentior. Sed Diuus ipſe Hieronymus intelligens idem ſancitum videri in maſculis, quod in fœminis, maſculum quoque in ſua traductionem expreſſit, vt interpretes Bibliorum eo in loco ſcienter annotarunt, atque etiam diximus in noſtris Legibus connubialibus in 8.lege, verſi.ex verberibus.quo etiam loco documus fœminas huic crimini, quàm viros eſſe magis obnoxias. Sed & in eodem ca.ita cauetur, Viduæ & pupillo non nocebitis. quo etiam in loco interpretes aſſerunt eam legem & de alijs quoque intelligendam : ſed eam tantùm expreſſiſſe, quod frequentius accidebat. Item Deut. 25. ſcribitur, Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Id quod Rabbi Solomon, cæterique interpretes, intelligendum dicunt de omni animali in re uictui noſtro accommodata operanti: ſed tantū de boue expreſſum fuiſſe, quod in eo id frequentius accidit. 9 *De eadem re ex ſacris literis.*

SED & Tullius id quoque comprobaſſe cenſetur, cū ſcribit in oratione pro Aulo Cecinna: Vim enim multitudinis reſtitui uoluerunt, non ſolùm conuocatę mul- 10 *De eadem re,ex Oratoribus.*

titudinis:



titudinis:ſed quia plerumque,ubi multitudine opus eſt, homines cogi ſolent,ideò de coactis compoſitum interdictum eſt:quod etiam ſi verbo differre videbitur, re tamen erit vnum : & omnibus in cauſis idem ualebit, in quibus perſpicitur vna eademque cauſa æquitatis . Et paulò pòſt: Quibus enim rebus plerumque vis ſit, eiuſmodi hæ res appellantur interdicto : ſi per alias res eadē facta vis eſt, ea tametſi uerbis interdicti non concluditur , tamen ſententia iuris atque auctoritate retinetur. Quanta ſit autem auctoritas Tullij etiam in decidendis cauſis forenſibus, ex eo ſatis conſtat,quòd noſtri Iuriſconſulti illum non ſemel nuncupatim citauerunt, illius omninò auctoritate innitentes, ut in l. Fulcinius. §. quid ſit autem. ff.quib. ex cauſ. in poſſ.eat.& in l. Cicero. ff.de pœn. Is enim fuit Iuriſperitiſſimus, ut uidere licet ex ſuis orationibus,præſertim pro P.Quintio, Aul. Cecinna,& Aulo Cluentio habita, ex qua citatur in d. l.Cicero.& ex multis quoque epiſtolis ad Trebatium illum noſtrum Iuriſconſultum , & ex tribus item illis libris de legibus, quibus ſcientiſſimè interpretatus eſt legem 12. Tabularum:tametſi eius rei peritiam aliquando diſſimulauerit.

11 *Omiſſum à ſtatuto,uel conſuetudine, haberi pro omiſſo.*

IDEOQVE, vt reuertamur, ſi quis aduerſus hanc noſtram ſententiam illud opponat, omiſſum à ſtatuto vel conſuetudine,haberi pro omiſſo, cap.pen. extrà, de iureiuran.& cap.in noſtra.de iniur.& Bald. in l.ſi plures, colum.8.uerſicul.iuxta prædicta formatur. C.de condi. inſer.& in l.ſi mater. C.de inſtit. & ſubſtit. vbi & ad hoc multa congerit.& conſil.452. ſtatuto ciuitatis, in princ. libro 1.Signor.conſ.98.in Lombardia,colum.2.uerſic. ex quo arguitur.& Alex. qui adducit concord. conſ.13. circa primum,colum. 5.uerſic.benefacit, libro 3.Barbat. conſ.35.clementiſſimi,colum. penult.lib.1. & conſ.10. ſapienter,colum.antepen.lib.2.& conſ.ſequen. illud afferam,colum.16.eod.lib.2.&Philip. Dec. conſ.188. in caſu propoſito , cum ſimil. Idque ſemper procedit in diſpoſitionibus ſtricti iuris. Petr.Anchara. conſ.1. pro iſto,circa medium. Huic confeſtim reſpondebo, id uerum eſſe,niſi illud ſit omiſſum ratione rarioris uſus, per ſuprà dicta. Aut etiam, niſi omiſſum ſit ſimile expreſſo,aut ſi in utroque eadem ratio, per ea quæ item ſuprà diximus, & præterea per l. ſi extraneus. ff.de condi. ob cau.& l.ultima.§.vltimo.ff.manda.& l. ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandaui.& ibi Bald.& Recentiores.ff.de acquiren.hæred.glo.in l.ſi cum dote,in princip. in uerbo, mulieri.poſt princ.ff.ſolut.matr.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,in uerbo,emancipatus.ff.de liber.& poſthum. Oldrad.conſ.224.iſtæ ſunt allegationes, colum. 8. verſ. nec obſtat,quod dicebatur. Bald.in l.ſed & ſi mores. ff. de donat.inter uir.& uxor.& in c. inter corporalia, col. 1.de tranſ. Præla.per not.in l. vltima. C. de indic. vidui. & Signor.conſ.14.ſuper infrà ſcriptis, col. vlt. per multa,quæ illic allegat. Vel in hoc ultimo reclamante Pet. Anchar.in conſ.245.duo prima,col.2.uerſ. contrarium, per tex.in c.cui de non.de præben.lib.6. de quo vide quę dicam infrà §.36.glo.2.in uerbo, *notifier au greffe*, num. 58.& ſanè,& duobus ſeq. *Niſi ſit omiſſum rationе rarioris vſus. Aut niſi ſit ſimile expreſſo, aut niſi in utroq; ſit eadē ratio.*

## §. XXI.

COMBIEN que le ſeigneur feodal puiſſe auoir par puiſſance de fief la choſe de luy tenue, en payant le pris qu'elle à couſte : touteſfoyes ſi aucun lignagier du vendeur vient dedans l'an du retraict, il ſera preferé audict ſeigneur feodal. Et auſſi ſera l'achepteur receu à retenir la choſe, s'il eſt lignagier du vendeur.

*QVAMVIS dominus feudi, refuſo emptori precio, rem ſui feudi iure ipſius poſſit retrahere: ei tamen præfertur conſanguineus venditoris intra annum & diem veniens, uti etiam ei præfertur emptor conſanguineus.*

### GLOSSA VNICA.

1 *Agnati præferuntur domino in reuocatione feudi.*

HOc vtique verum eſt ex conſtitutionibus feudorū,ut ſcilicet agnati præferantur domino in reuocatione feudi alienati,cap.1.§.porrò,in fin.& ibi glo.Iacob.Beluiſ. Bald. Mart. Laud. & alij,ti.qualiter olim pot. feud.alie. glo. Andr.Iſer.Iacob.Bel.Bal. qui hāc opin.dicit æquam,Mart.Laud. Aluar. & Cardi. Alexan. in cap.1.tit.de ſucceſſ.feud. Ioan. Fab.in §.1. Inſtitut.de empt.& vendi.Aluar.& Mart. Laud. in cap.1.§.ultimo. colum.vlt.& ibi etiam Cardin.Alexan.colum . antepen. tit.quæ fuit pri.cau.benef.amitt.Cardin.Alex.in c.Titius. col.pen.tit.ſi de feu.fuer. controuer. inter dom. & agna. Maſſuer.titul.de retractu.§.item ſciendum eſt. & iterum titul.de loca.§.item proximior.Iacob.à S.Geor. in tract. feud.in uerbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum,colum.18.uerſic.quæro nunc nunquid. Licet Petr.Corne.huic opin.contradicat in dict. cap.1. de ſucceſſ.feud.

2 *Conſuetudines de ea re.*

SED priorem opin. ſecutæ ſunt pleræque omnes Franciæ conſuetudines,vt Pariſienſis,c.83.& Meldenſis, c.113.& ſeq.& Melodunenſis,c.33.& 157.& Senonenſis,cap.36.Trecenſis,cap.27.Victriacenſis,cap.38.& iterum cap.124.Ambianenſis,cap.96.Monſtrolienſis,cap. 76.Belquercenſis,cap.16. Carnutenſis,cap.71. & iterum cap.173.Aurelianenſis, cap.288. Turonenſis.titulo *de retraict*,cap.8.& ſequen.Cenomanenſis, cap.360.& cap.400.Andegauenſis, cap.448. & iterum cap.390. Aruernienſis, titu.*des emphyteoſes & louages*, cap.15. & iterum titu.*de retraict*, cap.item.15. vbi tamen eſt quædam exceptio. Borbonienſis, cap.438. Bleſenſis, c.208, Engoliſmenſis,c.70.Rochelenſis,c.57.Bituricenſis,titu. *de retraict*, c.5.Burgundienſis, eod. titu. cap.10. Burdigalenſis,ca.5.Sanctonenſis,c.51.Normanienſis,ca.conſuetudinum eius nationis, 115.cuius titulus eſt, *de querelle, de fief à vendu*,non ſemel.Britonienſis,hoc eod.tit. §.9.Altimarchienſis,c.274. Marchienſis,c.281.Auxerrenſis,aut vt alij vocant,Altiſſiodorenſis, c.37. qui eſt 7. huius titu.Lorrienſis, in præfectura Montargij eo.tit.§. 11.Laudenſis,& cæteri Veromandenſes, partis 3. titu. 9.§.5. qui eſt totius illius partis 102.& ſeq. Valeſienſis, titu.1.§.15.& iterum tit.*de retraict*. §.6. qui eſt omnium 87. Siluanectēſis, aut vult vulgò appellant , Senlitenſis, hoc quoque tit.§.5.Niuernenſis,hoc item titu.§.32. Lodunenſis, hoc eo. tit. §.8. Vt vix aliam tam frequentem apud Gallos reperias. Tamen in comitatu Burgund.aliter ſtatuitur, tit.*reachaptz*.§.5.

DE Iure autem communi ſecus eſt in emphyteuſi, vt uoluerunt Guil.Cum.Ray.Forli.Alber. Bal. qui dicit not.& Angel. in l. Imperator. ff. de pactis. ijdem Guil. Ray.& Alber.in l.ex facto, in princ. per illum text.ff.de pecu.Nicol.Neap.& Aluaro.in d.§.porrò,Bald. in tractatu Protomixeos,col.2.uerſ.cùm vēditur res, qui quidem omnes dicunt,quòd ſtante conſuetudine, quæ concedit facultatem vicino, aut conſanguineo retrahendi rem venditam,dominus emphyteuſis illis præfertur , ſi 3 *Secus in emphyteuſi.*

uelit retrahere, ex l.vlt.C.de iure emphyt.per text.in l. ſi cum dotem.§.ult.ff ſolut.matrim. & d.l. ex facto.ff. de pecu.& quia etiam, ut dicunt, conſuetudo generalis non uincit ſpecialem: quin è contrario ſpecialis generalem.l.legatorum.§.qui plures.ff.de legat.1.& l.uxorem. §.feliciſſimo. ff.de legat.3. & l. ſanctio, ff. de pœn. cum ſimilibus.

4 *De eadem re.*

Et idem quoque tenet Alexan.conſil.27. viſo themate, columna 2.libro 6 & Franc.Aret.qui id dicit not. in l.ſi mihi & Titio, columna vltim.ff.de uerbor.oblig. vbi tamen erranter loquitur in feudo. Cæpolla cauſarū ciuilium conſi.45.& ſi in alijs, columna 2. Maſſuer. tit. de locat.§.item ſi emphyteuta. Iaſon in d.l.ult.colum.4. in 3.not.uerſic.ex hoc text. C. de iure emphyt. ubi & hanc rationem adijcit, quoniam ſtatutum & conſuetudo recipit interpretationem à Iure ciuili.l.1. C.de noxa. lib.& c.cum dilectus.extra, de conſuetudine. cum ſimilibus. Sed de Iure communi præfertur dominus aliis quibuſcunque, per d.l.ult.ergo ſecundum eam debet intelligi huiuſmodi ſtatutum, quæ etiam ratio affertur ab Aluar.in d.cap.porrò, quem tamen Iaſon non citat. Et præterea reſpondet ipſe Aluar. ibi, d. c. porrò, præferenti in ſuo caſu agnatos domino, quia ibi uterque dominus, & agnatus reperitur eo iure & conſuetudine priuilegiatus. In emphyteuſi autem dominus de Iure communi id priuilegium conſequitur, ſcilicet per d. l.2.vnde ſtatutum poſtea ſuperueniens debet intelligi ſine præiudicio domini iam priuilegiati, argu. l.reſcripta. C. de precib.Impera.offer. Et facit quod no.in l.ex uerbis.C. de donat.inter uir.& uxor.& quæ latè diximus ſupra eo. tit.§.1.gloſſ.14.quæ eſt in uerbo, *ou equipollent à vente*, num.93.& generale eſt ut lex.& iterum nume.104. & id quidem iure optimo. Et idem tenuit Ioan. Oidendorpius Actionum claſſe 4.in actione emphyteutica, in practica illius actionis.

5

At unum hìc non omiſerim, id quod hìc ſtatuitur præferri conſanguineum domino, idem quoque ſtatutum fuiſſe ſuprà titul. omnium huius uolum.2.§.9. qui eſt omnium totius uolumin.22. niſi quòd hìc prætereà additum eſt, ipſum conſanguineum præferri, non ſolùm quando res alteri fuit uendita, ut tunc ſcilicet ante dominū poſſit retrahere: ſed & cùm ipſe primo loco emit, vt poſſit retinere: quamquàm & id in alio ſatis contentum potuiſſet uideri ob eandem rationem. Tamē quia hìc clarius & dilucidius id ſcriptum fuit, & alioqui poterat videri dubium, propter ea quæ ſcripſimus ſuprà eodem tit. §.11.gloſſ.7. quæ eſt in uerbo, *il y ſera receu pro rata*.num.2. ſed & uidebatur. Ideò ob id tolerabilior eſt ea ſuperfluitas (ſi ſic nominari debeat) quæ ex repetitione huius §. oriri poſſet. Nam & aliàs ſemper toleratur ſuperfluitas ſiue eiuſdem rei repetitio, cùm fit, vt quod antè dictū eſt, clarius, apertius, dilucidius enarretur.ex ſententia gloſſ.in cap.1.in uerbo, & filio. & ibi Domi.& Philip.Franc.de ſum.Trin.lib.6. & alia glo. in cap.licet Canon.in glo.2.& ibi quoque Domi.& Philip. Franc.de elect.eod.lib.6.& idem Domi.cap.ſi Papa, de priuileg.eod.quoque lib.& in procemio Decretalium.& ibi poſt eum Felyn. in fin. ubi & ad hoc allegat text. in cap.ſuper quæſtionum, iuncto cap. cum te.extra, de offic.deleg.& idem Domin.in cap.erit autem, ad fin.4. diſtinct.Panorm.in cap.certificari, colum.2. uerſ.ſed quæro quid ſi, de ſepult.& in cap.ſolitæ, in glo.tanquam. in fin.& ibi quoque Felyn.colum.3.uerſic.idem quando id quod erat.de maioritat. & obed.Carol.Ruin.conſil.89. caſus iſte, colum.6.verſ.nec obſtat ratio, lib.2. & Philip. Dec.in l.2.§.ult.col.ult.ff.ſi cert. pet. & in l. quæ dubitationis, poſt princip.ff.de reg.iur.& Ant.Burg. in ca. cùm cauſa, in princip.extra, de emptio. & uend.ubi & ad hoc citat l.Gallus.§.nunc de legē. ff. de liber. & poſthum. & ibi Franc.Aret.qui tamen loquitur de repetitione, cum aliqua additione, ut hic etiam eſt.qui tamen alius eſt caſus, in quo etiam excuſatur repetitio, ut uoluit gloſſ.in l.liberorum, in princip.in uerbo, quòd ſi in codicibus. ff.de legat.3. vbi gloſſ.dicit, repetit.vt addat, & gloſ. ſimilis in §. Ius autem gentium, in principio. Inſtitut. de iure natur.gent.& ciui.quæ dicit, repetit de Iure gentium, vt aliquid addat, & Do. in c. ſi tibi abſenti, col. 5. ſuper.glo. 1.per eam glo. de præben.lib.6. & Ange. Aret.in §.1.columna 1.Inſtit.de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris. Felin. in locis. ſuprà allegatis, in quibus & alios pleroſque modos excuſandæ ſuperfluitatis congerit, poſt ipſum Domi.in locis ab eo relatis.

*Superfluitas et repetitio toleratur, cùm res fit clarior.*

*Et cùm aliquid additur.*

6 *Et alijs quoque modis.*

Qvibvs & Anton. Burg.in dict. cap. cùm cauſa. de empt.& vendit.alios quoque modos addit: qui quidem omnes ſunt notandi, vt dicit ipſe Felin. ad ſtatuta prohibentia articulos ſuperfluos. Ad eum tamen modum excuſandæ ſiue tolerandæ ſuperfluitatis, ab illis inter cæteros adductum, cùm ſcilicet quid repetitur diuerſis reſpectibus, ſiue ob diuerſos affectus, adde illis Philip. Franc.& Philip. Deci.in cap. ſignificantibus, in princip. de appella. & Franc. Curt.ſeniorem conſ.78.domina Franciſchina, colum.antepen.verſicu.& ſi diceretur, vbi & ipſe multos eius rei modos poſuit, vt per eum videre poteris, ne hìc tamen copioſè ab alijs acta iterum agamus, quod nonnulli faciunt aliorum ſcriptis ſuos libros infarcientes: quod cū aliquando conqueſtus fuiſſem de Chaſſeneo, cui id vitium propemodum ſolenne eſt, is adeò moteſtè tulit, ut in me neſcio quem Ennellanum hoſtiliter armauerit, ſed de his aliàs.

7 *De eadem re.*

Vervm illis omnibus addere potes alium modum, ex Franciſ.Aret.in l.liber homo.§.decem.columna 1.ff. de uerborum obligatio. cùm ſcilicet id quòd tacitè inerat, exprimitur: id enim, vt dicitur, toleratur: & poſt eum repetit Carol. Ruin.cōſ.168. Ieſu Chriſti, col. vlti. nu. 15.lib.1. Alium quoque modum, quem nobis ſuppeditat text.in l.item apud Labeonē.§. ait Prætor ne quid. ff.de iniur. videlicet cùm poſt generalem clauſulam eadem res ſpecialiter annectitur. Ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta.& ibi gloſſ.adducit concord.quos ibi videre poteris. Sed & hoc in loco in mentem venit veteris illius prouerbij: Δίς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Ideſt, bis & ter quod pulchrum eſt, quod adeò Platoni placuit, ut non ſit contentus ſemel atque iterum aduocaſſe: illius enim meminit in Philebo, rurſumque in Gorgia, atque etiam in lib. poſtremo de legibus. Et ei quidem mirè concinit, quod apud nos ſcriptum eſt in l. 1.§. ſupra dictis igitur. C. de emenda.Iuſti.Codi.in hæc uerba: Nemini uenit in dubium, quod repetita prælectio probauit, hoc eſſe ſatis validum, ſatiſque formoſum. Sed & ad primū caſum vide text.in l.1.§.ſed ſciendum, verſic. vitiumque. ff.de ædili.edict.vbi ſcribitur. Aediles tollendæ dubitationis gratia bis κατὰ αὐτοῦ ατοῦ idem dixiſſe, ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet. Vide etiam gloſſ. in cap. non exiſtimemus, in verbo, quia non diſcernimus. & ibi Archi. 13.quæſtio.2.& in l.certi condictio, in princip. in glo.2. ff.ſi cert.petat.& Spec.tit.de procur.§.hoc autem.uerſic. ſed oppone. & Panor. in ſua diſput. incip. ſtante ſtatuto, chart.vlt. col. 2. Nec omittendum, quod ſcribit Ioan. Andre.poſt Hoſtien.in c.nimis iniqua, ad fin. de exceſ. prælat.verba in inſtrumentis non poſſe nimis ſpecificari ad tollendam dubitationem, & ſophiſticam interpretationem.& poſt eos Phil. Dec.conſ. 11.quoniam, col. 9.verſi.allegata.

*Bis & ter quæ pulchra ſunt.*





§. XXII.

Et ſi ledict ſeigneur eſt acertenè du pris par lettres, *a* & ſerment dudict achepteur, & ledict ſeigneur ne vienne payer ledict pris dedans huict iours: *b* il en eſt forcloux, auſſi bien que ſeroit le lignagier, s'il ne veult monſtrer le pris eſtre moindre, comme dict eſt.

31 Q*vod ſi ipſe dominus certior factus per tabulas* a *& iuſiurandum emptoris, intra octo dies* b *precium non refuderit, omninò excluditur, non ſecus ac conſanguineus, niſi rem minoris emptam docere velit.*

*PAR LETTRES.* PER TABVLAS, Gloſſ. I.

1 *Emptor feudi dēt domino oſtendere inſtrumentū emptionis.*

Deſt, vt emptor oſtendat domino inſtrumentum emptionis, eique legendum præbeat, ſi id petat dominus, iuxta ea quę latè diximus ſuprà hoc eodem tit. §. 1. in glo.10.in uerbo, *dedans l'an*, in 18. quæſt. & iterum in §.2.eiuſdem tit.in gl. 1. ibi enim eſt eadem propè conſuetudo, illicq; reperies, quid dicendum ſit, ſi nullum inſtrumentum de emptione confectum ſit, & alia multa ad hunc locum pertinentia.

*DEDANS HVICT IOVRS.* INTRA OCTO DIES, Gloſſ. II.

1 *Quod tempus hac in re de Iure communi ſtatuitur.*

De Iure communi in emphyteuſi duo menſes huic rei præſtituti ſunt, in feudo autem annus, vt de primo text. eſt in l.vltim C.de iure emphyteu. De ſecundo autem in ca. 1.§. porrò, tit.quali.olim feud. alie. pot. Hanc autem conſuetudinem intelligas ſecundum aliā, quæ eſt ſuprà tit.2.§.3.qui eſt omnium huius uolum.16. vt ſcilicet dominus ipſe, tranſacto hoc octo dierum tēpore, non poſſit amplius rem ipſam ad ſe aduocare, reſtituto precio iure feudi, non tamen priuatur ſuis laudimijs. Quod autem poſteà dicitur in noſtra conſuetudine, *S'il ne veult monſtrer*, &c. intellige omninò ſecundum §.4.ſupra eo. tit.& quæ ibi diximus in glo.2. & 3.

§. XXIII.

Et ſi le lignagier ne veult retraire le tout, il ne ſera pas receu, *a* s'il ne paye le pris. Mais le ſeigneur du fief ſera receu pour la partie, qui ſera tenue de luy en fief. *b*

S*i conſanguineus rem integram retrahere nolit, non audietur,* a *niſi refuſo precio. Contrà dominus admittitur pro ea parte, quæ ſibi iure feudi eſt ſubiecta.* b

*IL NE SERA PAS RECEV.*

NON AVDITVR, Glo.I.

1 *Conſuetudines. An proximus poſſit retrahere partem rerum uenditarum.*

Hoc ipſum ſtatuit conſuetudo Meldenſium, cap.conſuetudinum eius gentis 104.quod poſteà declarat cap.ſeq. & Aurelianenſium, cap. 305.quod eſt 30.huius tit.*de retraict*, & Victriacenſium, cap.129.& Turonenſium, hoc eodem tit. *de retraict*, cap. 23. Borbonienſium, cap.349. Burdigalenſium, cap.30. qui eſt 27.huius tit.in fi.Sanctonenſium.cap.53. Niuernenſium hoc quoque tit.§.27. Nullamque ſcio, quæ contrarium ſtatuerit, præterquàm Britonum, cap.51. antiquarum conſuetudinum, & reformatarum hoc eodem tit.§.11.& ſeq.& Comitatus Burgundiæ, tit. *reachaptz*. §.9. Idque quod hìc ſtatuitur, dicit procedere de Iure communi Maſſuer.tit.de retractu.§. item una uel pluribus, & Boer.hoc eod.tit.§.5. col.2. verſ. ſed nunquid ſi plura.Pyrrhus in d.cap.30.tit. de retractu conſuetudinū Aurelianenſium.Io. Montolo. in promptuario utriuſq; iuris, Tomo 1.in uerbo, redimere.uerſi.2.in uerbo, habebit licentiam.& Ferro.in d.c.27.huius tit.atque etiam cap.3.eiuſdem tit.

Et id quidem æquum eſt: nam emptor aliàs nō erat veriſimiliter empturus, quàm ſi tota apud ſe maneret, aut tota redimeretur, ut poſteà dicemus. Et id ſatis cōprobat l. quod autem. §. vlt. & lex ſequens.& l. quòd ſi vno.ff.de in diē addic.quibus cauetur, quod ſi plures diuerſis precijs rem communem pro ſua quiſque parte vendiderint, ſub pacto addictionis in diem, ſi duo alteri addixerint, vnus addictionem eam non admiſerit, huius pars priori emptori empta manebit. Et per illum text.in d.l.quòd ſi vno.reſpondit Bal.conſil.32.præſupponitur in facto, libro 2.& iterū conſ.34.in cauſa iſta allegātur, verſicu.ſed videndum, eodem lib.2.quòd venditio plurium rerum, facta vno precio, non poteſt ratificari, quantum ad vnam rem tantùm, ſed debet in totum ratificari: nam non vnam rem (inquit) erat empturus.

3 *De eadem re.*

Et huc quoque ſpectant alij text. videlicet in l.cùm eiuſdem.& in l.Aediles aiunt.§.vlt.& l.ſi plura.& l.Labeo, quæ eſt pen.§.idem ait.ff.de ædili. edict. vbi ſi plura mancipia vno precio fuerint vendita, & vnum eorum fuerit morboſum, omnia redhibentur: nec cogitur emptor non morboſa, retinere pro rata precij. Id quod etiā ex illis legibus tradit Bald.in l. ſi prædium colu.2.verſi. ſed pone duas.C.de ædilit.act.& Roman.conſil.396. in cauſa propoſitæ conſultationis, col.1. De quo tamen vide Signo.conſil.53.ſuper prima.in princip.

4 *De eadem re.*

Hvivs autem rei autoritate ſuffulti Richard.Mal. Oldrad.& poſt eos ipſe Bald.in d.l. cùm eiuſdem. dixerunt, quòd qui plures res accepit in emphyteuſim ſimul ac eodem contextu.& pro vna omnium penſione, ſi malè verſetur in vna ex ijs, cadit omnibus, etiam in quibus non eſt malè verſatus. Quod & voluit idem Bald. in l. æde columna vlt.verſ.ſed quid ſi ex pluribus.& ibi quoque non obſcurè Alber. columna pen. C. de loca. dum Bald. ipſe dicit in hac re diſtinguendum, vt in redhibitoria, per d.l.ſi plura & Alexand.conſilio 118.in caſu de quo quęritur, col.1.lib.5.& Barbat.qui tex.in d.l.cùm eiuſdem, dicit omnium ſtupore dignum, in l.4.§.Cato. col.23.verſic.& adduco.tex.ff.de verbor. obligat.& iterum in l.ſcire debemus.columna 6. verſic. ego vidi dubitari, eodem titul.quibus locis ita dicit ſe conſuluiſſe, 8 ſicuti ipſe fecit, conſilio 36. ſapienter ſcripſit, columna. ſexta, uerſic.ſed circa hunc articulum. & multis ſeq. liba 2.& Iaſon in l.ſi ita quis promiſerit.§. ea lege, columna vltim. ff. eodem tit. & Pyrrhus in commentarijs conſuetudinum Aurelianenſium, vbi ſuprà. Vide tamen quæ dicam infrà, in hac eadem glo.verſic.28.tertiò intellige, & ſeq.

5 *De eadem re.* FACIT & tex.in l.ſi quis aliam.ff.ſolu.ubi ſi res inſolutum data fuerit pro parte euicta, aut ex duobus fundis alter euictus ſit, remanet integra obligatio: quia creditor eas res non accepiſſet, niſi pro ſolido eius fierent. De quo & tu vide l.cùm plures.ff.de euict.& Bart.in l.1.eodem tit. Facit item tex. in l. ſi duos.ff.de contrahen. emp. vbi ſi duos quis ſeruos emerit pariter vno precio, quorum alter ante traditionem mortuus fuerit, in vno quidem non conſtat emptio: quia (vt dicit gl.ibi) fortè non erat empturus, niſi vtrumque ſimul. & ibi ſequitur Alberi. Et eius l. argumen. reſpondit Imol.conſil. 39. viſis ac ponderatis, conductorem plurium rerũ vno precio, ſiue vna penſione, pro omnibus, poſſe reſilire à conductione omnium, propter vnam earum, qua frui nõ poteſt, quia reperta fuiſſet eſſe cuiuſpiã monaſterij. Sed & illo text.ſubnixi Iac. Raph.& Cyn. in l.ſi mihi & Titio.& ibi quoque Alex.qui illum text.dicit not. co..1. ff. de verb.oblig.dicunt poſt gl.ibi, in uerbo, non augeat, quod ideò in l.fundus ille. ff.de contrahen. empt.eſt locus iuri accreſcendi, quia veriſimiliter venditor non erat partem venditurus: quod & dicit gloſſ. in d.l. fundus ille.

6 *De eadem re.* EX his quoque concinit text.in l.fiſtulas.§. qui fundum.ff.de contrah. empt. vbi qui fundum ea lege emerit, ut ſoluto precio ei traderetur, ſi deceſſerit relictis duobus hæredibus, non poteſt vnus ſoluendo partem precij agere ex empto.& ibi reddit rationem Bart. ex d. l.ſi quis aliam, quia ſcilicet vẽditor non niſi totum alienaſſet, & ſequitur Alex.conſil.76. viſis dubitationibus, col.4.verſ.pro iſta parte, lib.5. & illius text. auctoritate dicit ipſe Bart. in d.l. ſcire debemus, in princ. circa medium, uerſ.quæro cuius vtilitatis. ff.de uerb.oblig. quòd vbi tractatur de reſolutione contractus, tunc venditio plurium rerum facta vno precio, cenſetur eſſe vna venditio, ideoque ob vnam rem reſoluitur contractus & in alia.& ſequitur Iaſ. ibi,& Alex.conſi.178.viſo proceſſu, col.2.verſ.alio principali fundamento, libro 6.& Franc. Aret.qui declarat, quomodo id intelligatur, conſi.129. conſultiſſime domine Collateralis, licet, col.1. Sed & per illum text.dicit Paul.Caſtren. in l.Iulianus §.offerri. poſt princip. ff. de act.empt. quòd ſi vnus de hæredibus emptoris offert partem precij ipſum tangentem, non cõſequitur partem rei inuito creditore.

7 *De eadem re.* SED & eodem reſpicit text.in l.tutor.§.Curator.ff.de min.vbi ſi curator adoleſcentium prædia communia ſibi,& ijs quorum curam adminiſtrat, uendidit, eatenus reſcinditur venditio, quatenus adoleſcentium pro parte fundus communis fuit: niſi emptor à toto contractu uelit diſcedi, quòd partem empturus non eſſet. Et in l. ſi id quod.§.ſi ex decem. ff.de don.inter uir. & vxor. ubi ſi ex decem donatis vxori à viro, ipſa vxor ſeruos duos emerit, & eorum alter ſit mortuus, alter decem dignus ſit: intereſt vtrum vno precio venierint, an diuerſis: ſi vno, tota domus petenda: ſi diuerſis, hoc ſolum petendum, quanti emptus ſit, qui ſupereſt. Et in l.ſi libertus. §.ſi quis plures.ff.de iure patro. & in l. & ſi vno & quod ibi not.Bart.ff.de actio.empt.& in l. quòd ſi nolit.§.Marcellus. & §.ſeq.& §.ſi venditori. ff.de ædil. edi. Et facit etiam tex.in l.qui pignori.ff.de pign.vbi qui pignori plures res accepit, non cogitur vnam rem liberare, niſi uniuerſo debito ſoluto.

8 *De eadem re. Datio inſolutũ à duobus facta, an poſſit ab altero redimi.* IN hanc quoque ſententiam facit, quod à Bart. reſponſum eſt, conſ.195.Angelotus, quòd ſi quid detur à duobus in ſolutum creditori, cum pacto de reuendendo intra certum tempus: vnus illorum non poterit pro parte redimere: quia nõ eſt ueriſimile, quòd unam partem uoluiſſet emere, vel retinere ſine alia. & allegat quædam ex dictis iuribus, & hanc quoque rationem, quæ huc optimè quadrat. Nam qnando conditio ſiue facultas, quæ conſiſtit in faciendo ſimpliciter, uel mixtim in dando & faciẽdo, ponitur etiam in perſona duorum, tunc non poteſt impleri per unum eorum pro parte. l. ſi ita fuerit, in princ.& §.quæſtio. ff.de manu. teſta. & not. in l.ſi plures. C.de condi. inſer. Sed hæc facultas redimendi ſiue retrahendi, conſiſtit in dando & faciendo. l. conſilio.& ibi not ff.de cura. furio. & not. glo.in l.certi condictio.ff.ſi cert.peta. Nec obſtat (inquit) l.legatum. §.vlt.& l.pen.§.1.ff.de cond.& demon. quia illæ loquuntur in conditionibus in merè dando conſiſtentibus: hìc autem in dando & faciendo. Sed & illæ loquuntur in legatis, ubi fauorabilis fit interpretatio pro legatario cõtra hæredem ſcriptum, qui certat de lucro, ut regulariter fit in teſtamentis. Hìc autem loquimur in contractibus, in quibus intereſt cõtrahentis, ne pars tantùm apud ſe maneat. Hæres verò, ſiue totum, ſiue pars apud eum maneat, ſemper lucratur, arg. pro ea ratione. d.l.fundus ille,& quod ibi not. ff.de contrahen. empt. & alia quoque addit ipſe Bart.huc pertinentia, quæ quiſque videre poterit.

*Facultas retrahẽdi conſiſtit in dando & faciendo.*

9 *De eadem re.* ET de hoc ipſius conſi.meminit ipſe Bartol. in l.cui vſusfructus.ff.de uſufruct.lega. ubi & idem voluit,& ibi quoq; Lancel.Dec.& iterum quoq; idem Bart. in d. l. ſi quis aliam, in fin.& ibi etiam Angel. & Paul. Caſtr.poſt princ.ff.de ſolut.Bal.in l.2.ad fin.& ibi Hier.Cagnol. in 14.q.C.de pact.inter empt.& vend.& idem Bald.conſil. 384.duo ſunt, col.2.lib.1.& d.conſi.32.lib.2.ubi præterea adducit duas rationes ſatis efficaces. Prior hæc eſt, quia ſi aliud diceretur, quis inuitus compelleretur ad communionem, quæ immenſas contentiones parit. l. in re communi.ff.de ſer.ruſt.præd. de qua re vide quæ dicã infrà, nu.17. ſed ut ad alias. Altera ratio Bald.eſt, quia pluris ualet, pluriſque emitur totum in toto, quàm pars reſpectu rei.l.Mæuius.§.in fundo. ff.de leg.2.de qua etiã ratione dicemus plenius d.nu.17.

10 *De eadem re.* IDEM quoque uoluit ipſe Bald.conſi.34. eod.lib.2. dum allegat Bart.ubi ſuprà.atque etiam Raph. & Ioan. Por.in d.l.ſi mihi & Titio.ff.de uerb.oblig.idem Raph. in l.cui fundus.ff.de cond.& demon.& Paul. Caſt. conſ. 222.in hoc paſſu duo ſunt, ad fin.lib.1. Io. Plat. in l.vlt. verſ.quid autem ſi quis emit.C.de agri.& mancip. libro 11.& Alex.conſ.143. viſo ſtatuto & Mediolanẽſi, lib.7. Franc.Capiliſtia Padua.in l.1.in fi. C.quando non petẽ. part.Soc.conſ.200.quoniam ex forma, col.pen. verſ. ſecundò dicitur, lib.2.quod iterũ repetitur cõſ.125.li.4.& idẽ Soc.cõſ.16.anno domini.fermè ubiq; li.4. vbi dicit, quod clara eſt concluſio, contra quam non reperitur aliquis ſcribentium tenere. & Fabianus in tracta. de empt. & vend.in 2.queſt.7.q.prin. & Iaſon qui & ita dicit omnes tenere, in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. 12. verſi.expedita theorica.ff.de verb. oblig.Phil.Deci.in l. eius qui.§.quas verò, col.1. in 5.not.ff.ſi cert.pet.Carol. Ruin.conſi.82.videtur, col.2. nu.4.lib.1. & conſ. 47.in cauſa, ad fin.lib.4.And.Alcia.qui & hanc dicit eſſe communem opi.in l.4.§.Cato, col.18.verſi. ex iſtis infertur, & ibi quoque Ant. Rub. ff eo.tit.idem Alcia. in l.ſi creditores, col.3.verſ. ſed quid in hac queſtione.C.de pact. & ipſe Anto. Rub. conſ. 90. viſo caſu. Steph.Bert.conſ. 41.licet cõtractus, lib.3.Chaſſe.in comment.conſuetud. Burg.tit.*de rentes vendues à reachapt*.§.1.in 4.quæ.Ioan. Mont.in prõpt. vtriuſque iuris, vbi ſup.citauimus, nu.1. huius gl.

11 *De eadem re.* ET certè nullos reperi, qui contrarium aſſererent, ſi me nõ prorſus fallat memoria, preter Obertum Cremo. Docto. antiquum in l. ſi legato.§. ſi Stichus. ff.de manu. teſt.per text.ibi, & in l. legatarius, in princ. ff.de lega.1. & in l.cuĩ fundus. ff. de condi. & demon. & Firmia. qui illum citat, & ſequitur, in ſuo illo vberrimo repertorio, in verbo, emptor retrouendens, verſic.3. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Senis in ardua quæſt. & iterum in verbo, obligatus. verſi. 125. Sed quid ij facerunt aduerſus tot

legum



legũ proceres. & eos quidẽ tot armis rationũ. & legũ munitos: ex quibus aliquot ſuprà adduximus, & paulò poſt quoque afferemus. Tu tamen vide quæ dicam infrà tit. ſeq.qui eſt de retractu conuentionali.§.1. in gl.6.quæ eſt ſuper verbo, *ou ſes heritiers*, nu.30.ſed ut iterum.& Fran. Aret.d.conſ.129.conſultiſſime domine, col.1. & Iaſ.in l. ſi duo patroni.ff.de iureiur.

12 *De eadem re. Locatio in longius pmiſſo facta an in totũ vitietur.* PRAECEDENTIBVS quoque adſtipulatur, quod Bal. ex facto interrogatus reſpondit conſil.475.ad euidentiam, colum.2. verſic. quia quæſtio noſtra, lib.1. quòd cùm locutio ſiue emphyteuſis rei eccleſiæ, poſſit fieri ad nouem annos tantùm, per no.in cap.vltim.extrà, ne prçla.vices ſuas.& ſi facta ſit ad prolixius tempus, uitietur, quod eſt ſupra eoſdem nouem annos tantum. l. ſancimus.C. de don. Tamen id debet intelligi, ſi ea locatio ita facta fuerit, vt pro ſingulis annis certa penſio ſoluatur: ſecus, ſi pro omnibus ſimul una tantùm penſio ſolui debet: quia tunc propter vnitatem precij eius contractus diuidi non poteſt, totumq; vitiatur, per d.l. cùm plura.ff.de ædil.edict.

13 QVIN ſunt, qui dicunt etiam in illo priore caſu Bal. etiam locationem ſiue emphyteuſim non ualere aduſq; nouem annos, ob id quòd Eccleſia poſſet dicere, ſe non fuiſſe conceſſuram, niſi ad totum tempus in conceſſione comprehenſum.argu.d.l. ſi quis aliam. & d.l. cùm eiuſdem. Ita enim uoluit hac ipſa ratione Bart.conſil. 159. viſa quadam conſtitutione, in 4. eodemque vltim. dubio.& Lapus alleg.80. quæris cùm locatio. & Alexand. conſil.17. viſo inſtrumento, columm.3.uerſ.nec etiam ſi diceretur.lib.4.ubi & alios citat, qui ſunt eiuſdem ſententiæ, alijs tamen rationibus moti.& Socin in l.1.§.ſed & ſi mihi.ff.de verb.oblig.& Caro.Ruin.conſil. 57.quo ad ea, colum. 5. num.12.lib.1. De quo tamen uide pleniſſimè apud Card.Alex.in c.1.in princip.colum.penul. verſ. ſed ſtat punctus, tit.qui feud.dar. poſſ.& Phil.Dec. in Auth.qui rem.col.ult.C.de ſac.eccle.ubi plurimos allegat in vtrãq; partem, ſed hic tãtum dicere uolui, quod ad hunc locum pertinet, & aliquid quoque dicemus infrà tit.ſeq.in fi.nu.145.& id quidem,& ſeq.

14 *De eadem re.* HVC quoque ſpectat, quod ſcriptum eſt à Rapha. Co. conſ. 41. ad primum quæſitum, verſ. ad ſecundum reſpondetur, & rurſum paulò ante fin.quòd unus cenſetur contractus eſſe, ſiue ſuper una re, ſiue ſuper pluribus contrahatur, quando eſt unica quantitas expreſſa, per d. l.cùm eiuſdem, de ædi.edict. Ideoque (inquit) non poteſt is, cui conceſſæ ſunt plures res in emphyteuſim, pro una penſione, ſoluere partem penſionis pro rata unius rei, & pro alijs non ſoluere. Et à Corne.conſi.38. uiſo libello, col.3.uerſ.& inſuper.li.3.quòd ſi tibi dedi mandatum de permutando fundum Titianum, aut eius partem dimidiam cum fundo Semproniano, aut eius parte dimidia, & tu permutaſti fundum illum Titianum cũ dimidia fundi Semproniani, & cum fundo Seiano: non ualet iſta permutatio, etiam quantum ad dimidium fundi Semproniani, de quo habebas mandatum. per d. l. quòd ſi uno,& d.l.cùm eiuſdem.

15 *De eadem re.* ET ut generatim confuſimque alia tibi congeram, facit ad ſuprà dicta, quod ſcribit Bart.in ſua diſputatione, incip.publicanus, colum.5.uerſicu.quintò probatur. Alberic.in l.patri.§.1.in fin.ff.de minor.Bald. conſi.44. iſte dominus Chriſtophorus, col.2. uerſ. ſecundò quia non poteſt, libr.2. Alexan.conſ.76.uiſis dubitationibus, col.4.in tertio, dubio libr.5.& conſ.178. uiſo proceſſu, colum.2.ad fin.& iterum colum.ultim.uerſicul.non obſtat etiam, lib.7.& Corne.conſ.125.uiſo puncto, colum. ultim.uerſ.& ſic,& ſequen.lib.1.& conſi.51.licet in hac, colum.2.in litera F.lib.2.Soci.conſil.82. in cauſa & lite. colum.ultim.lib.3.& Phil.Dec.in d. Authen. qui rem, in fin.C. de ſacro. eccle.& conſil.14. cuius ſuperſcriptio incipit, utrum ualeat aditio, colum.1.uerſ.comprobatur etiam. Et priuatim ad id, quod dictum eſt de pluribus rebus uenditis uno precio, ut unà cenſeri debeant, facit text.in l.prædijs §.Titio.& §. balneas.& iterum §.ult. ff.de leg.3.

16 *Rationes precedentium.* ET hæc quidem his rationibus fulciuntur. Nam obligatio de reuendendo continet rem tradi, per tex. in l.1.& l.ex empto, in princ.ff.de actio.empt. & l.ſi traditio.C.eod.& l.in conuentionalibus, in fin.ff. de uerbor. obligat. Rem autem tradi eſt indiuiduum. d.l. ſtipulationes non diuiduntur.in princ.eodem tit.de uerb. obli. quia etiam facta, cuiuſmodi eſt reuendere.l. conſilio.§. ult.ff.de cur.furi.& l.qui quadraginta.ff.ad leg Falc. & l. 2.§.item ſi in facto.& iterum l.4.§.Cato.ff de uerb.obli. & gl.in d.l.certi condictio.in glo.magna.ff.ſi cert.petat. Bart.in l.uxorem.§ agri plagam.ff.de leg.3.& in d.l. cui uſusfructus.ff. de uſufruct. leg. ubi loquitur de hoc noſtro pacto Bald.in l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& iur.& Alberic in l.uſus, in princip.ff.de uſu.& habi. & Doct. ubique. Igitur facta (ut repetam) ſunt indiuidua.l. fideicommiſſa.§.penul.ff.de legat.3.& l.ſi is qui.§.1.ff.ad leg.Falcid.& l.ſi ita fuerit.ff.de manu.teſt.& not.in d.§.Cato,& in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Et quòd obligatio rem tradi, ſit indiuidua, tam quo ad ſolutionem, quàm quo ad obligationem, tenuit expreſſim Bartol. in l.ſi ut certo.§.ſi duobus.columm.3.uerſicul. item oppo. duo rei. ff.commo. & in d.l. ſtipulationes, quibus locis id probat multis rationibus, quas uidere poteris. Tu tamen ad hanc rationem uide Franc. Aretin. conſi.6. uiſo inſtrumento diuiſionis, & Socin.d.conſil.16. anno domini, lib.4.qui affatim tractant, an emptor qui promiſit reuendere, teneatur ad tradendum.& dicemus alicubi in ſequen.tit.

17 *Aliç rationes.* SED, ut ad alias rationes tranſeamus, non eſt tanta utilitas & æſtimatio rei in parte reſpectu ipſius partis, quanta in toto reſpectu totius.d.l.ſi quis aliam. ff. de ſolut. & d.l. fundus ille.cum glo.ff. de contrah. empt.& l. Mæuius. §. ultim.ff.famil.erciſc. & l.ſi quis id quod, in fi.ff.de in diem addict.& l.Mæuius.§. in fundo. ff. de lega.2.& gloſſ.in l.1.in uerbo, partis. & ibi etiam Bald. in quarto nota.Saly.in quinto not.C.commu.diui.Bart. in d.l.uxorem.§.agri plagam.in fin.ff.de leg.3.Bal.in l.filiũ quem, colum.6.uerſ.ex qua lectura habes,& apertius colum.9.uer.ulterius quæritur.C.fam.erciſ.& d.conſ.384. lib.1.& Caro.Ruin.conſil.149.quæſtio uertitur, ante fi. lib.4.& Docto.ubique. Præſertim cùm præter intentionem emptoris incideret in communionem: ad quam nemo inuitus compellitur.l. ſi non ſortem.§.ſi centum. ff.de cond. indeb. Ea enim multa affert incommoda & difficultates.l pater.§.dulciſſimis,& ibi Docto. ff. de legatis 2.& l. in re communi, & ibi Bald. & Floria.ff. de ſerui.urba. prædio. & l.ſancimus.§. ne autem.C. de dona.& l.qui neque, in fin.ff. de rebus eor.cum alijs multis concord.à me tradttis infrà titul.24.qui eſt *de douaires*.§.3.qui eſt 305.omnium noſtrarum conſuetudinum. Vnde & uenditio partis multa etiam adducit incommoda, ut dicit Bal.in l.1.§.in primo, col.3.uerſ.extrà quæro C.de cad. tollen.per d.§.ſi centum. & l.2. C. quando & quibus quarta pars, lib.10.

18 *De eadem re.* ET hac ratione dicit Bal.ubi ſuprà, unum huic loco maximè accommodatum, quòd ſcilicet in contractu uẽditionis eſt locus iuri accreſcendi.d.l.fundus ille: ſecus in cæteris contractibus, d.l.ſi mihi & Titio.ff.de uerbor. oblig.ut ſcilicet uterque & emptor & uenditor, maneat indemnis: quia uerisimiliter neuter erat partem uenditurus aut empturus, cùm partis uenditio non minima habeat incommoda, per dicta iura. Id quod etiam ante eum uoluit gloſſ.in d.l.fundus ille. Hanc autem rationem ita confirma, quòd cùm non ſit tanta utilitas in parte reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius, ut diximus, ſequitur & ex hoc capite, id indiuiduum eſſe.

l.1.§.ſi

l.1.§.ſi pecuniam,& ibi Bart.ff.depoſi.idem Bart.in d.§. Cato.& in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, in 3.q. per l.in executione, verſic. ſecunda ad opus, eodem titulo, de verborum obligat.& Bald.in d.l.ſi plures.C. de condi.inſer.& Io.Berbe.in Viat.iuris,tit.de loca.char.5.verſ. ſolet & quæri.

19 *De eadem re.*

RESTANT aliæ duæ rationes,quæ mihi non uiſæ ſunt omittendæ. Vna hæc eſt, quod cùm una res, aut plures, vno precio emptæ ſunt, non debet precium particulari ſolutione diuidi.l. planè.ff. fam. erciſ. & not.in l. quidam exiſtimauerunt.ff.ſi certum petatur, & in l. tutor.§.Lucius.ff. de vſur. Altera & omnium poſtrema ex eo procedit, quod generaliter dicimus, aut totum admittendum, aut totum repudiandum.l. cùm quæritur, in fin.ff.de admi.tuto. & l.nam abſurdum.ff. de bon. liber.& l.ſi ita ſtipulatio, in fin.ff. de oper. libe. & l. quidam elogio.C.de iure dot.cum alijs multis concord. à me adductis infrà tit.procedente,in fi.num.5. faciunt & alia quoque.& ſeq.

20 *Quid in uẽditiõe pluriũ rerũ, ſingulis p̃cijs in ſingulas res diuiſis.*

EX ijs autem quæ dicta ſunt, ſatis potes intelligere, quòd ſi etiam in uno contractu vel inſtrumento venditæ ſint plures,res precijs in ſingulas res diuiſis,uidelicet domus centum aureis, fundus alijs centum, cenſentur eſſe plures ac diuerſæ uenditiones, vt probant iura quæ ſuprà in princip.huius gto.adduximus:præſertim verò, d.l.cùm eiuſdem.& d.l.ſi plura.ff.de ædili.edict.& præterea l.quod ſæpè.§.in his.ff.de contrahen. empt. & l. in bello.§.vltim.ff.de capti.& poſtli.reuer.& aſſerunt Fran. Aret.& Socin.in l.ſi ex toto.§.vltim.uterque in ſecundo notab.ff. de legat.1.& idem Aret. conſil.11.procedendum eſt,colum.1.& Fabianus in tractatu de emption.& vend.in 5.quæſt.princip.colum.6.verſicul.item diſtinct. & ante hos Bald.conſ.66. factum tale eſt, apparet, tum colum.1.in princip.tum colum.2.verſ.alij dicunt,lib.3. vbi ex hoc decidit pulchrum caſum. & idem Bald. in l. vltim.§.præterea,column.2.C. de iur.dot. ubi dicit per text.ibi, in verbo, pro ſingulis. quòd ſi in eodem inſtrumento plures res continentur, quæ quidem habeant diuerſa precia,dicuntur etiam plures venditiones. Ideò ſi alter contrahentium in vna re ſit deceptus ultra dimidiã iuſti precij, in illa tantùm habebit locum reſciſſio, ex l. 2.C.de reſcind.vend. non etiam in alijs. Ita enim eum allegat,licet id mihi dicere non videatur,Philip.Decius conſil.421.plenè & ſubtiliter,colum.1.Sed id planè uoluit ipſe Bal.alio in loco, cuius Decius nõ meminit,ſcilicet conſil.91.facti narratio,in fin.libr.2.vbi tamen intelligit, niſi in alijs rebus etiam ſingulariter æſtimatis tantum eſſet lucri, ut in ea uideri non poſſet fuiſſe deceptus: nam ex eodem contractu fit compenſatio vnius corporis ad aliud.l.ſi duorum.§.ſed rectius eſt.ff.de acti. empti. Hæc ille: qui & ipſe illud quoque poſtremum dixerat in d.l.vltim.§.præterea, de iure dot. & eum ſequitur Franc.Aretin.qui nec illius conſilij meminit, in d.l.ſcire debemus,colum.penultim.verſic.& adde duos effectus.ff.de verborum obligat. Sed & ipſe Bald.& Angel.in d.l.cùm eiuſdem.ff.de ædil.edict.ſcribunt,quod ſi ex ſtatuto debeat ſolui gabella ex omni contractu,in eodem inſtrumento venditæ ſunt plures res eodem precio, vna tantum gabella debetur: ſi diuerſis diſtinctiſque in ſingulas res precijs, tot debentur gabellæ, quot ſunt res. & ſequitur Firmia.in tract.gabel.in 15.quæſtio.5.partis princip.& Barb.d.conſ.36.col.7. verſ. & licet,lib.2.& Philip.Dec.conſ.344.applaudent,col.2.ver. ſecundus caſus.

21 *Quid, ſi vno precio quod diuidit in ſingulas res.*

ET idem quoque cùm plures res ſunt emptæ uno quidem precio, ſed quod poſtea in eodem contractu in ſingulas res diuiditur: verbi gratia,vendo domum & fundum trecentis aureis, ſcilicet domum ducentis,& fundum reliquis centum. Nam & eo caſu cenſebuntur plures venditiones,vt voluit glo.in d.l.Ædiles autem.§. ſi plura,verſic.fortè, in princip.& iterum in glo.ſequen. rurſumque in §.vltim.in verbo, vno precio,atque etiam in gloſſ.vltim.ff.de ædil.edict.& in l.cùm in ea,in glo.2. eodem titul.& Bar.in ſua diſputa.incip. publicanus, ad fin.vbi dicit notandum.& Fabia.à monte S.Sab. in tract. de empt.& vend.colum.omnium pen.vbi ſing.ad hoc dicit gl.in d.l.ædiles,in fin.& Anton.Corſe. in ſuis ſingul. in verbo, venditio, incip. licet plures, qui eſt in fin. illius operis:vbi dicit de hoc eſſe text.in l. cùm duo ſerui. ff.de in diem addic.Super quo tamen uide Signo. conſ. 53.ſuper prima,in princ.

22 *Quid, ſi è diuerſo p̃ciũ in ſingulas res diuiſum,in vnum cogitur.*

SED & idem denique,ſi ex contrario primum fuerit diuiſum precium in ſingulas res, & vnum ex omnibus coactum:uidelicet hoc modo,uendo tibi domum ſexaginta aureis, & fundum quadraginta,quæ quidem ſummæ in vnum contractæ faciunt centum aureos. Nam nihilominus cẽſentur eſſe plures vẽditiones, ut dicit Fran. Aret.in dicta l.ſcire debemus.col.3.verſ.& aduerte.ff.de verb.oblig.ubi de hoc dicit eſſe tex.not.& ſing.in dict.l. ſi plura,idq; ex eo dicit probari,quod ſcribit Barto.in l. vbi fideiuſſor.ff.de ſolut.quòd quando iudex in ſua ſententia exprimit diuerſas ſummas pro diuerſis cauſis,deinde dicit,quòd omnes ſummæ ſimul faciunt ſummam centum aureorum,in quam Reum condemnat, non dicitur Reus condemnatus in centum, ſed in quantitates ſpecialiter & diuiſim expreſſas.

23 *Quid,ſi cõſtet,cõtrahentes non niſi omnes res empturos & uenditur os fuiſſe.*

VERVM hæc omnia velim intelligas trib.aut quatuor modis. Primò, niſi conſtaret emptorem aut uenditorem, non niſi omnes res empturum aut uenditurũ fuiſſe: tunc enim licet in ſingula capita precium ſit conſtitutum, cenſebitur tamen una uenditio: nec poterit in quibuſdam tantùm reſcindi: ut eſt tex. expreſſus in d.l. cùm eiuſdem.§.interdum.ff.de ædili. edict. ubi ponitur exemplum in quo id manifeſtum eſt. Quo ſubnixus Philip.Dec.dict.conſil.421.colum.1.reſpondit, quòd ſi plures res ſingulis precijs eodem inſtrumento ſint uenditæ, quas tamen conſtat contrahentes non empturos aut uendituros fuiſſe,niſi omnes:huiuſmodi contractus habebitur pro una uenditione: unde & uenditori agenti ad precium obſtabit exceptio rei non traditę,donec omnes traditæ fuerint. Quæ quidem omnia ad hunc noſtrũ caſum ſunt notanda. Et faciunt ſcripta à Signo.d.conſil. 53.ſuper 1.quæſt.in 1.dubio.

24 *Precio in ſingula iugera conſtituto,an fertilia tantũ retrahi poſſint.*

QVID enim dicemus in hac ſpecie,cùm quis ſimul emit centum agri iugera, uel etiam fundum quempiam ſimpliciter, non deſignato numero iugerum, uno tamẽ eodemque precio in ſingula iugera conſtituto, quorum alia ſunt fertilia,alia ſterilia: dicemùsne, conſanguineũ poſſe retrahere fertiliora,ſoluto illo ſingulorum precio, relictis ſterilibus? Et id certè iniquum foret & abſurdum,per l.qui utilia,& l.quiſquis.C.de om.ag. deſer. li. 11.Et ita in hac ſpecie uoluit, quiſquis is eſt, qui repeti. fecit in l.1.C.de fund.rei pri.eo.li.in 4.reg.fal.2.conſiderationis.Nam & ut ad illam rationem redeamus,hic emptor uerisimiliter non erat ſterilia empturus ſine fertilibus,quamuis omnia æquali precio emerit.

25 *An, q̃ dicta ſunt in vẽditione, habeãt locũ in datione in ſolutum.*

SECVNDÒ intellige procedere, niſi res duæ ſeparatim & diuerſo precio fuerint datæ in ſolutum pro uno ac eodem debito: exempli gratia, tu mihi debes ex eadẽ cauſa trecentos aureos, pro quibus tu mihi das in ſolutum duos fundos, unum ſcilicet æſtimatum centum aureos, alterum ducentos: nam cùm tunc conſiderata cauſa primitiua,eſſet unum debitum indiuiduum, quod ſcilicet debitor non potuiſſet diuidere, & per partes ſoluere inuito creditore.l.tutor.§ Lucius.ff. de uſur. & habetur in dicta l.quidam exiſtimauerunt.ff. ſi certum petat. Ideò etiam ex poſtfacto non debet admitti particularis redemptio conſanguinei, ut in hac ſpecie nuncupatim uoluit Petr.Beſut.in d.l.ſcire debemus,ad fin princ.ff.de verbor.oblig.& ſequitur Iaſ.in l. ſtipulationes non diuiduntur,



duntur,col.14.uerſ.ad iſta etiam adde, eod. tit. ubi dicit ad hoc facere duos text. ſcilicet in l.tutor.ff. de fideiuſ. ibi,tituli cauſa reſpicienda eſt,& non titulus actionis.& text. notab. in l.id quod.ff.de don.ibi, cauſam & originem conſtitutæ pecuniæ præualere.

26 *Datio in ſolutũ an diuidu.*

QVIBVS & adde, dationem in ſolutum omninò eſſe indiuiduam, eamque totam, vel ad minimam partem reſcindi, atque infirmari.l. cùm amplius.ff. de regur.iur.& l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condi. indebi. ubi text. rationem adducit hucadmodum pertinentem, ne ſcilicet quis cogatur inuitus habere communionem. & Barto.ibi dicit eſſe notandum.pro dationibus in ſolutum,quæ quotidie fiunt, vt ſi fiant pro pluri quàm ſit debitum, vitientur omninò. & ſequuntur Fulgo.Paul. Caſtren. qui id dicit vtiliſſimum & quotidianum.& Alexan.Franc.Curt.ſenior in addit.illius Socin. & Iaſ. ibi, & Bald.ſubobſcurè in l.ordo, in penult. quæſtio.C.de execu. rei iudic.& apertius in l.certi condictio.§ quoniam.[colum.3.] verſ. ſecundò ſi iudex, & ibi quoque Franc.Aretin.Socin.colum.vltim.& Philip. Dec.colum.1. in 3.notab.ff.ſi certum petatur. vbi Bald. ipſe ita dicit ſe conſuluiſſe, vti fecit conſil.496. tenor literarum,colum.3.verſic.ſed hìc occurrit,libr.1. & quiſquis eſt inter conſilia eiuſdem conſil. 223. proponitur quòd vnus hæredum, colum.1 lib.2.& rurſus idem Bal. in cap.quoniam.§.ſi autem, colum.1.verſicu. ſed quid ſi miſſio extrà, ut lit.non conteſta. Fulg. conſil.137. quia ex facto ius oritus, in 1.dubio, & conſil. 172. uiſis proceſſu,colum.2.verſic hoc itaque recepto, & conſi. 190. viſis toto,column.2.verſ.nec quenquam moueat. Raph. Co.in l iuſtè poſſidet.& ibi etiam Alexan.colum.5.verſicul.ibi autem decretum.& Fran.Aret.ff.de acquir.poſſeſ.Rom.Paul.Caſt & Alexan.qui id dicit not. & Iaſ. in l.1.§. ſed ſi mihi. & ibi quoque Alcia.numer. 22. ff. de verbor.oblig.& idem Ro.in l.ſi is ad quem.ff. de acq.hęred.& conſi.450.præſens dubitatio, in fin.& conſi. 454. in re præſenti,colum.2.verſ.quinimò dicendum eſt Flo. in l.in hoc iudicio,colum.1.ff.famil.erciſ. vbi dicit Bar. ita ſe interroganti reſpondiſſe. Paul.Caſtr.in d.l.ſi quis aliam,col.2.verſ adde quartum caſum.ff.de ſolut.ubi id dicit ſing.& conſ.165. viſis & ponderatis allegationib. col.vlt.lib.2.ubi & id aſſerit procedere in minimo. Stephan Bertran.conſ.269.viſo proceſſu,nu.9.& 10. libr.3. Socin.conſ.82.in cauſa,paulò ante fin.libr.3. Phil. Dec. conſ.403. quamuis in caſu, colum.5. & conſil. 587. coram magnificis,colum.2.& Matth.Afflict. dec. Neapo. 218.petita,non ſemel,& iterum dec.358.in cauſa, ad fi. Caro Rui.conſ.136.primò uidendum.col.2.nu.5.lib.1. vbi & poſt alios dicit id quoque procedere in datione in ſolutum facta à parte,& conſ.160.uiſo,& col.penultim. num.27.lib.2.& conſ.17.quia ſatis,col.3.num.6.libr.5. [& Franc.Curt.iunior,conſ.170.ſacratiſſimæ.& c.habita,col.2.num.3.]

27 *An ea procedãt ĩ datione in ſolutum conuẽtionali.*

ET facit etiam, quod in ſimili re diſtinguit Bartol. inter venditionem,& dationem in ſolutum.in d.l.ſi quis aliam,de ſol.& poſt eum Franc.Aretin.conſil.229.conſultiſſime domine, column.1. Sed aduerte, quòd multi ex illis,quos ſuprà verſicul præcedenti citauimus,loquũtur in datione in ſolutum iudiciali. Suntque qui negant id procedere in conuentionali, ſiue extraiudiciali: de quo vide Franc.Aretin.& Socin.in d.§.quoniam.& Iaſ.in d.§.ſi centum, & Philip.Dec.in d.l.cùm amplius, & Alciat.in d. §. ſed & ſi mihi. Intellige autem (ne id omittamus) quòd etſi ea datio uitietur omninò, poterit tamen creditor rei ſibi datæ tanquam pignori incumbere, donec ſoluatur uerum debitum.ita tamen, ut fructus ſortem extenuent.l.Titia,cùm propter dotem.ff. de ſol. quam in hoc dicit mirabilem Bald. in d.c.quoniam.§.ſi autem,vbi ſupra.

*An autem creditor poſſit tunc pignori incumbere.*

28 TERTIÒ intellige,ut non procedant ſuperiora in feudo & emphyteuſi. Nam etſi plures res in feudum, vel emphyteuſim ijſdem pactis & oneribus conceſſæ fuerint,aut etiam una eademque res: tamen ſi vaſallus. vel emphyteuta, ünã rem ex multis, aut etiam partem vnius alienauerit,illam tantùm perdit,ut de feudo probatur in c.1.ibi,ſi totum,totum perdet.ſi partem, partẽ perdet, titul. de vaſal.qui contra conſtitu. Lotha. & ibi gloſſ.id intelligens ex eo colligit, neminem eſſe puniendum ultrà quàm deliquerit: & allegat alia multa iura, & ibi quoque Bald.Mart.Laud.& cæteri recentiores. & etiam text.in cap. ſi quis miles.in verbo, totum.& ibi, Mart.Laud.& Cardin. Alexand. qui id annotant & dicunt perpetuò not.tit.de feud. ſine culp. non amit. & in cap.1.§.illud, & ibi gloſſ. in verbo, retinet.& iterum in §.denique. in verbo, ſcriptum. & ibi quoque Aluar. in illo §.illud.in 23.concluſ.titu.quæ fuit prim.cau.benefi. amit.& gloſſ.in c.uaſallus.in uerbo, ex certa ſcientia. & ibi Marti.Laud.& Cardin.Alexan.titul.ſi de feud. fuer. controuer.inter domi.& agna.& glo.in cap.Imperialem §.callidis.in verbo, amittat. & ibi Bald.titul.de prohib. feud.alie.per Feder.gloſſ.in cap.1. §. aut ſi libellario. & ibi quoque Andr.Iſern.Bald.& Aluar.titu.quibus mod. feud amit.idem Iſern.in cap.1.in princip.colum.2.dict. titu.ſi de feud.fuer.contro.inter dom.& agna.Ioan.Andre.in cap.2.ſuper gloſſ.2.& ibi quoque Imol.colum. 2. & Panor.extrà,de feud.contra gloſſ.ibi.Ioan. Fab. in §. ſi verò.Inſtit.de leg.Bald.in c.1.column.1. & iterum colum.3. verſ. quæro utrum propter peccatum. & ibi latè Card.Alex.in prin. titu.de alie. feu. Soc. & Recentiores in l.4.§.Cato.ff.de verborum.oblig.Phil.Dec.conſ. 667. non conſonat,circa medium.& Mod.Pariſ.in conſue.Pariſi.tit.1.§.13.gl.5.num.7. Et de emphyteuſi uoluerunt Gu.Cu.& Ang.in quibuſdam lecturis,ut aliqui referunt in l.cum Syllanianum.C.de his,quib.ut indig. Rap.Co. vt à pleriſq; citatur.in l.quidam in iure.§. donationem. ff.de donatio.& Fran.Curt.ſenior,conſ.71.ſuper controuerſia,col.vlt.& Iaſ.in l.vlt.char.pen. verſ. decimotertiò quæro.C.de iure emphyt.

*An quę dicta ſunt p̃cedant in feudo & emphyteuſi. Vaſallus vel emphyteuta qui partẽ uendit, an eã tantũ partem amittat.*

29 *De eadem re.*

SVPER quibus tamen uide ipſum Bal.Mart.Laud. & omninò Card.Alex.id latè tractantem in c.1.tit.quali.feud.olim ali.pote.& eundem Bal.in c.1.§. hoc quoq; col.5.verſ.tertia concluſio,titul.de ſucceſſ. feud. & in d. c.1.col.1.in 3.nota.tit.de ali.feud. ipſum Card.in d.c.1. colum.1.titul.de vaſal.qui contra conſtit.Lotha.Roffre. Beneuenta.quæſtione Sab.52.Ioan.Hoſt.in Sum.titu.de feud.§.quod hodie.poſt princ.& rurſum §. quibus modis,verſ.veruntamen.[& Bal.conſil.341.qui litem habebat, lib.2.] & Rapha.Co.conſil.41.ad primam,in 3.dubio.& Barb.in d.l.4.§.Cato.colum.21.uer.mihi autem videtur.ff.de verbor.oblig.& conſil.36. ſapienter ſcripſit,colum.pen.& vltim.lib.2.& Bapt.Cacia. inter conſil. Corn.conſil.17.dominus Ioannes colum.2.verſic. ſextò præmitto,li.2.& ibi ipſum Corn. in ſubſcriptione eiuſdem conſ.ad fi & Franc.Aret.conſ.14. uiſo & diligenter,col.3.uerſ.utrum autem.& Franc. Curt. iuniorem in tract.feu.char.pen.4.partis,uerſ.reſtat tamen adhuc.Ludo.Gozad.conſ.86.uidetur,col.1. nu.5. & iterum col.3. nu.20.& u de quod in ſimili tractatur ab Ang.conſ.168. ex iſto dubio,col.1.in 2.dub.utrum ſcilicet hęres qui in conficiendo inuentario vnam rem ſuppreſſit ac ſurripuit ea tantùm priuetur,an omnibus.

30 QVARTÒ modo intellige hunc §.noſtrum,qui negat admittendum conſanguineum uolentem retrahere partem rerum uenditarum vna venditione & precio, ut non procedat in caſu nota. quem ponemus in gloſſ. ſequen.numer.6.ex iſtis denique, iunctis præcedentibus, in quem locum uolui id reijcere, quia in eum admodum quadrat, ſed hìc tantùm admonere Lectorem volui, vt ſciret caſum eſſe in quo hæc noſtra conſuetudo locum non habet. Et cum his fidem huic tractationi fecerim,

cerim, modò & præter ea quæ ſuprà diximus, Lectores commonefaciam quorundam aliorum tex.ad hanc materiam pertinentium,videlicet in d.l.ſi ex toto.§.vlt.ff.de leg.1.& in l.vxorem.§.agri plagam.ff. de legat.3.& in l. prædijs.§.Titio.& §.balneas,& §.vlt.eo.tit.& l.communi diuidundo.§.ſi debitor.ff.commu.diuid.

*Alij text⁹ ad materiā pertinētes.*

31 *Re ab vno duob. vēdita, an poſſit vēditor ab altero partē ipſius redimere.*

Verum antequam hinc abeamus, occurrit & hęc quæſt. Supra locuti ſumus de venditione facta vni à duobus cum pacto de reuendendo. Quid, ſi è diuerſo vnus vendidit duobus fundum cum eo pacto: vtrum venditor poſſit ab altero eorum partem ipſius redimere? In qua ſpecie interrogatus Steph.Bertr.reſpondit,eum poſſe: vtrúq; enim emptorē teneri in partes viriliter,l.reos §.cum tabulis.ff.de duobus reis, vbi gl. adducit concor. Ita is voluit conſ.41.licet contractus,libr.3.vbi reſpondet ad id quod ſupra diximus, quia vtriuſque caſus eſt aperta differentia: nam nihil hoc caſu, de quo nunc loquimur,intereſt vnius ex emptoribus, ſi partem ſuam re uendat:in alio autem caſu,de quo tam multa ſuprà ſcripſimus, intereſt ipſius emptoris, qui vnus eſt,ſi partem rei reuendit,vt ſatis ſuprà oſtendimus.

32 *Si vno contractu & precio quis vēdit rem ſuā, & ſui conſanguinei, an cōſāguineus poterit retrahere partem vēditoris tātum.*

Sed nec in hac tractatione illud omittemus, quod aliquando ex facto contingere vidimus. Quiſpiam cōſanguineus meus, vno eodemq́ue precio ac contractu vendidit rem communem, ipſius ſcilicet & meam, uti factum in l. portionem.C. de commu.rer.ali.aut etiam duas res, quarum altera ipſius eſt, altera mea, an ego ſum audiendus,volens retrahere partem, aut rem venditoris tantùm,pro rata precij,non etiam meam?Quod non videtur,propter noſtram hanc conſuetudinem,quæ non admittit conſanguineum volentem retrahere partem rerum venditarum, & rationes, quas ſuprà adduximus,præſertim ꝗ emptor dicet ſe non fuiſſe empturum, niſi rem ipſam integram, aut illas duas res ſimul, ideo etiam non niſi vtraſque à ſe retrahendas.

33 *De eadem re.*

Contra quoque videtur, quia ſic ego cogerer emere partem ſiue rem meam, cùm rei ſuæ nulla ſit emptio,l.ſuæ rei.ff.de contrah.empt. Et ſi aliter diceremus, eſſet paratiſſima uia, atque apertiſſima volentibus fraudare conſanguineos, quia ſemper cum portione aut re venditoris iungerent portionem,aut rem conſanguinei: qui ideo non poſſet rem & portionem venditoris retrahere, niſi & id damnum & incommodum pateretur, vt ſimul portionem, aut rem ſuam emeret, eiuſque daret precium. Et ſi quis diceret, quantum ad hanc rationem pertinet, quòd conſanguineus poſſet præſtando precium rei ſuæ repetere, tamen ſi & id procederet, in eo quoque admodum incommodaretur, cùm multò ſatius ſit precium ipſum retinere, quàm ſolutum repetere,l.3.ff. de compen.& l.poſtulante.ff. ad Senatuſconſul.Trebel.cum ſimil.

34 *De eadem re.*

Nec poteſt emptor, qui ſic emit rem aut portionem alienam cum re aut portione venditoris, ſe vindicare à mala fide, aut certè à culpa, ſi cauſari velit ſe ignoraſſe rem alienam emere:neque enim debuit ignorare rem huiuſmodi eſſe: nam ſicut qui cum alio contrahit, eſt vel eſſe debet non ignarus conditionis eius,l. qui cum alio.ff.de regu.iur.vbi gloſſ.nuncupatim dicit, eum eſſe in culpa,qui id ignorat:ita quoque pari ratione in culpa eſt,qui ignorat conditionem rei,quam emit,argumento illo receptiſſimo,de perſona ad rem, l.qui plures liberos.ff.de vulg.& pupil. & l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum.ff.de leg.1.

35 *Quid ſi ipſe vēditor rem ipſius conſanguinei poſſidebat.*

Vide igitur num diſtinguendum ſit, an venditor meus conſanguineus rem aut portionem illam meam poſſidebat, necne: vt ſi poſſidebat,neceſſe ſit mihi totū precium reddere, & poſtea ſi uelim pro rata rei meæ idem precium repetere,cùm & eam ipſam mihi neceſſe fuiſſet condicere,& repetere ab ipſo venditore conſanguineo meo poſſidente. Nam & uidemus quòd in beneficio l.vlt C.de edict.di.Adr.tol.veniunt non ſolum res, quæ fuerunt teſtatoris,ſed & eæ quoque,quas ipſe poſſidebat,etiam ſi non erat dominus.gl.in d.l. vlt. in uerbo, fuerunt,& ibi Bar.Bal.Io.Fab.Ang.& alij.& facit tex. in l.& non tantùm,in princ.ff.de petit.hæred.& in l.ſi quis libertatem,ibi,plus ait,eo.tit.& quod etiam ſcribit in ſimili Imol.in c.cùm ad ſedem,poſt princip.extrà de reſt. ſpol.Quodque à noſtris traditur, poſſeſſorem ſacerdotij poſſe agere pro iuribus illius,& cogere debitores, ut ſibi ſoluant,nec eos poſſe dominij quæſtionem referre.Feder.Sen.conſ.103.parœcianus.& Pan.in c.nihil, col.vlt. de elect. cum ſimil. Et propterea etiam liberatur, qui huic poſſeſſori ſoluit,vt reſpondit Pet. Anch.conſ.117. ſatis impertinens,circa medium,cum in fin. concordan. Adhæc,poſſum rem meam,quæ ab alio poſſidetur, emere ratione poſſeſſionis,l. ſi aliquam.ff.de acquir. poſſeſſ. & l.ſi in emptione.§.rei ſuæ.ff.de contrah.empt.Nec prima facie præſumitur fraus ob poſſeſſionem, quæ facit, vt venditor poſſidens præſumatur dominus, l. 2. C. de probat.cum ſimil.

36 *An cōſanguine⁹ poſſit euentū litis ꝓprietatis expectare.*

An verò ego poſſim meo periculo contendere de proprietate rei meæ,antequam eius precium refundam, vt ſi ex euentu iudicij conſtet rem meam eſſe,non teneat pro eius rata preciū ſoluere:ſin aliter,tenear:ita tamen, vt ſi interim tempus retractus exierit, non ſim amplius admittendus,arg.eius quod in ſimili ſcriptum eſt ſuprà eo.ti.§.4 & eorum quæ ibi latè ſcripſimus in gl.3.in verbo,*aura cours contre le retrayant*,nu.1.& ſeq.atque etiam §.1.in gl.10.in verbo,*dedans l'an*,nu.43.ſeptimò quia in præcedenti,& iterum in §.12.in gl.2.nu.4. quartò quod terminus. Ego verò tutius crederem id facere, quod in præcedenti verſ.dictum eſt.

*POVR LA PARTIE QVI SERA TENVE DE LVY.*

## PRO EA PARTE, QVÆ SIBI IVRE feudi eſt ſubiecta, Gloſſ. II.

1 *Dominus an poſſit retrahere eā partē tātūm, quæ eſt in feudo ipſius, vide infrà nu.4.*

Hoc igitur intereſt inter conſanguineū, & dominum feudi, quòd conſanguineus non poteſt retrahere partem rerum venditarum, ſed debet totum retrahere, uel totum relinquere: dominus autem id poteſt tantùm retrahere,quod eſt in feudo ipſius. Prioris multas rationes adduximus in præcedenti gloſſ.quibus hoc addere potes,conſanguineo id ius competere non tantum ratione unius rei aut partis, ſed totius, uno precio uenditi: ideo non mirum eſt, ſi vnam tantùm retrahere non poſſit,& aliam non retrahere. At domino non competit niſi ratione rei, quæ eſt in ſuo feudo: ideò eam tantùm poteſt retrahere ſine alia. Alioqui ius domini poſſet illi auferri facillimè, facto contrahentium, miſcendo ſcilicet aliquid etiam minimum,quod non eſſet in ſuo feudo,quod fieri non debet. §.ſed non ſolum,in Auth.de nupt.neque enim alteri per alterum debet iniqua conditio afferri.l.non debet.ff. de reg.iur.& ibi concord.

2 *Et vicinus quoq; rem vicinam.*

Atque ita in ſimili ſtatuto, illo uidelicet,ut uicinus habeat ius retrahendi reſtituto precio, ut hic habet conſanguineus, ſi quis uno contractu ac precio uendat res duas,quarum una ſit mihi uicina,altera non ſit,poſſum retrahere eam quæ mihi uicina eſt, & alteram non viciná relinquere,ut per multa expreſſim, & in hac ſpecie tenuit Bal.in tract.Protomixeos,col.pen.uerſ.ſed pone quòd quis habens, & poſt eum Matthæus Afflict. in eodem tract.in verbo,ſcriptum eſt,col.2.uerſic. quartò no.ubi uterq; dicit,aliud eſſe,ſi totum id,quod uenditū eſt,eſſet mihi uicinum, & uellem partem tantùm retrahere: tunc enim non eſſem admittendus:ſicuti diximus de conſanguineo,qui ius habet retrahendi.

Ex



3 *Dominus non poteſt rem vnā ex multis quę omnes ſūt in ſuo feudo, redimere. Conſuetudines.*

Ex quo & ego infero ad caſum retractus feudalis, quòd ſi quis vno contractu & precio plures res emerit, quæ quidem omnes ſunt in feudo eiuſdem domini,non poterit is dominus iure feudi aliquas earum retrahere, & alias relinquere: nam tunc non ſumus in caſu huius conſuetudinis, quæ loquitur, quando pars tantùm eſt in feudo vnius, vt ipſe ſcilicet eam partem tantùm poſſit retrahere, quòd ſi res omnes ſint in eiuſdem feudo, non video cur poſſit partem retrahere, per ea quæ abundè diximus in præcedenti gloſſ. & in hac etiam, in præcedentibus verſicul. Et ſecundum hanc noſtram ſententiam eſt expreſſa conſuetudo Aruernorum tit.21. qui eſt, *des emphyteoſes & louages*,cap.7.& ſequen. quibus ſtatuitur, non poſſe dominum retrahere iure feudali partem rerum feudalium, ſi omnes ſunt in ſuo feudo. Quòd ſi ſint in diuerſis feudis, poteſt eas retrahere, & reliquas relinquere, niſi emptor ei totum offerat. Quod idem repetitur titul.22. qui eſt *des fiefz*, cap.22. & duobus ſequen.& eſt eadem conſuetudo apud Altam Marchiam, cap.275. & ſequen. de quo vide quæ dicam inferius,numer.8.& hæc faciunt,& ſequen.An autem ceſſante ea conſuetudine in vltimo articulo, poſſit emptor totum relinquere, vide quæ diximus ſuprà eo.titu. §.11.in verbo,*il y ſera receu pro rata*, quæ eſt glo.7.eius §. num.3.at in caſu.

4 *Quid,ſi vnus dominorum vult retrahere, alter laudimia accipere.*

Caeterum Guid.Pap.deciſ. Delph. 508. pone aliquis dicit, quòd ſi quis vno precio emit plures res, quæ ſunt in dominio directo vel emphyteuſi diuerſorum dominorum,non poteſt vnus dominorum partem retrahere iure prælationis, per quædam ex ijs, quæ allegauimus. Quod & ante eum,licet non alleget,tenuerunt Guli.Cu.& Alberic.in l. ſi duo patroni, in princip. ff.de iureiur. per l. fundus ille.ff. de contrah.empt. quos ſequitur Iaſon in l.ſtipulationes non diuiduntur,colum. 13.verſicul. ad idem pro iſta deciſione. ff. de verborum oblig.& Fran.Ripa in repet.l.quominus,column.vltim. verſ.ſed pone quòd volens.ff.de flum. Licet contrarium videatur tenere idem Guid.Pap.deciſ.Delph.411.dominus directus, verſicul.ſunt duo domini, vbi dicit, quòd ſi in hoc caſu vnus dominorum uelit retinere, alter nolit,ſed vult inueſtire emptorem ſolutis laudimijs, uterque ſuo iure vtetur, per l.1.§. ſi alter ex hæredibus.ff. quorum lega.licet (inquit) contrarium videatur, per l. quod ſi uno.ff. de in diem addic. quam citauimus in gl. præcedenti, in princip & idem repetit ſing.465.verſicu. ſunt duo domini. Sed tu hic omnino uide quæ ſcripſimus ſuprà, d.§.11.gloſſ.7.d.num.3.& ſeq. & quod in ſimili tradit Alb.poſt Ray.& Gul.Cu.in l. communis.ff. de in ius voc.

5 *De eadem re.*

Et pro hac ultima opin. & noſtra etiam conſuetudine, quæ ius fecit domino retrahendi partem, quæ in feudo eſt,eſt Bald.& Matth.Afflict. ubi ſuprà, uide Oldra.conſil.34.quæſtio talis eſt.& Ioan. And. qui præceptoris non meminit in addit.Spec.tit.de loca §.nunc aliqua,uerſicul.72.& Alber.ipſum, qui utriuſque nomen ſuppreſſit, in l.per fundum, column.2. uerſicul. ultimò quærit.ff.de ſeru.ruſt.prædio.quibus locis tradunt,quòd ſi quis teneat in emphyteuſim quædam molendina, uidelicet à quodam capitulo pro octaua parte,& à quibuſdam nobilibus pro alijs ſeptem partibus, & iſte emphyteuta uendit molendina cum conſenſu Capituli & nobilium, uno excepto, qui vult partem ſuam, quam etiam habet pro indiuiſo, ſibi retinere iure dominij, certè id facere poterit,per text.in d.l.per fundum,& alia quædam iura: nec poſſunt alij conſortes eundem in iure retentionis pro ſua ſua parte impedire. Et ſequitur Fran. Ripa, Alber.tantùm mentione facta,lib.reſpon.15.c.1. ſub rub.de feud.& iure emphyt.& in l.1.col.11. nu.41. ff. de pigno. Sed tu hîc uide Franc. Curt. iuniorem in tract.feud.q 6. quartæ partis. & Ioan.Berbe. in ſuo Viatorio iuris,titu.de locat.chart.5.uerſicul.quæritur etiam è contrario, & omnino Moder.Pariſ.in conſuetu. Pariſ. tit.1.§.13.q.iterumque in 7.& Ferro.in conſue. Burdig. tit.de retractu.§.2.uerſ.& ſi plures.& iterum tit.de feudis.§.6.& iterum §.9.

6 *Si conſanguineus nō poſſit vnā partē retrahere an poterit alteram.*

Ex iſtis denique infero, quòd ſi conſanguineo non competeret ius retrahendi totum id quod uenditum eſt uno precio: verbi gratia, Mæuius & Titius uendiderunt ſimul rem quampiam communem, quia fortè eandem ſimul comparauerant. Conſanguineus Mæuij non poteſt iure conſanguinitatis retrahere partem Titij, cuius non eſt conſanguineus: ſed certè poterit partem Mæuij tantum retrahere. Et de hoc eſt caſus, ſi non oſcitanter inſpiciatur, in cap conſtitutus, extra de in integ.reſtitu. Nam ibi ij qui reſtituuntur in integrum, non poterant redimere partem ſuam à patre eorum conſenſu venditam: ideò quantum ad eam partem, alio remedio eis prouidetur. Tamen admittuntur ad retractum alterius partis vi conſuetudinis, quamuis vtraque pars eodem contractu & precio fuiſſet vendita, vt ibi dicitur. Quod nota, quia nondum vidi eum text in id ab aliquo annotatum.

7 *De eodem.*

Et hoc quidem confirmo alia ratione ex verbis noſtræ conſuetudinis, cùm dicitur, *& ſi le lignagier ne veult retraire le tout*: nam ea verba non poſſunt adaptari, niſi ad eum qui poteſt retrahere totum, ſi velit.l.quis ſit fugitiuus.§.idem ait ſi ſeruus.ff.de ædili.edict. vbi is dicitur non velle, qui poteſt facere, & non facit.& l. nolle adire,quæ eſt 4.ff.de acquir.hæred.vbi non uidetur nolle adire, qui non poteſt.& l.pater Seuerinam, in prin.ff. de cond.& demonſtr. ex qua not.Bart.quòd non dicitur nolle nubere, quæ nubere non poteſt, quia nondum viripotens eſt, & l.ab adminiſtratione.C.de leg.ex qua nota.Bal.quòd non nocet nolle ei,qui velle non poteſt, inferrque poſt Iacob.Butr.ad ſtatutum, quod punit declinantem iuriſdictionem poteſtatis, vt non habeat locum in clerico,qui etiam ſi velit,non poteſt litigare coram iudice ſeculari,& ſequuntur Ang.Raph.Paul.Caſt. Alex.Corn.& Iaſ.ibi.

8 *Si res patrimonialis & acquiſitia ſimul vendātur, poteſt cōſanguine⁹ rē patrimonialem tātū retrahere.*

Et hæc faciunt pro conſuetudine,quæ eſt in quibuſdam locis Franciæ, videlicet, quòd cùm ex eorum locorum conſuetudine retractus non habeat locum in quęſtibus, nec in rebus quoque patrimonialibus, quæ non proceſſerunt à linea retrahentium, ſi quis ſimul eodem contractu & precio vendat rem patrimonialem, & rem acquiſititiam,aut etiam plures res ex diuerſis lineis:cōſanguineus uenditoris ex altera tantùm linea poterit retrahere rem patrimonialem, quæ ex ſua proceſſit linea, & alteram relinquere, quæ eſt acquiſititia, uel etiam eſt ex alia linea. Hæc enim eſt conſuetudo Meldenſibus, cap.104.& Melodunenſibus,cap.57. Laudunenſibus, in Veromandia huius titu.§.13.qui eſt totius tertiæ partis 87.& ſequen. Verùm Aurelianenſibus res patrimonialis attrahit ad ſe rem acquiſititiam, capit. 299. At Turonenſibus eſt in facultate emptoris admittere conſanguineum,uel ad totum,vel ad eam partem,quæ ex linea eius eſt,ut ſcribitur hoc eo.titu.conſuetudinum eius loci,c.22.Similiterq; Cenomanenſibus,c.378.& Andegauenſibus,c.368.Auernienſibus,tit.*de retraict*,c.29. iūctis duobus præcedentibus,& Borbonienſibus,c.447.& ſeq.Niuernenſibus,hoc quoque tit.§.27.& Marchienſibus huius item ti.c.22.quod eſt omnium 282.& ſeq. Lodunenſibus hoc item tit.§.20.

*Conſuetudines.*

9 *Sed quid ſi emptor res omnes offerat reuendere.*

Et ego ſanè in ea ſum ſententia,ut licet his caſibus, quibus conſanguineus poteſt tantùm partem retrahere, poſſit eandem petere ſine altera, oblato pro rata precio: ſi tamen emptor offerat totum eidem relinquere, reſtituendo integrum precium uenditionis, tenetur conſanguineus totum retrahere,uel totum relinquere, per text. not.in l.tutor.§.1.ff.de minori.cùm dicitur: Reſpondi,

eatenus

eatenus reſcindi, niſi emptor à toto contractu velit diſcedi, quòd partem empturus non eſſet. Et facit optimè text. in l.communi.§. ſi debitor.ff.commu.diuidun. atque etiam id quod voluerunt Guil. Cun. & Alberic. in dict. l. ſi duo patroni.ff. de iureiurando, & quod diximus ſuprà eodem titulo §.undecimo, gloſſ. 7. quæ eſt in uerbo, *il y ſera receu pro rata*, numero tertio, at in caſu, & aliquid etiam diximus ſuprà hac eadem gl.numer.3. & ſequen. Tametſi Bald. aliud videtur voluiſſe in tract.proto.colum.penul.verſicul.ſed pone quòd quis & ibi quoque Affl.in verbo, ſcriptum eſt, colum.2. verſ. quartò not.

10 *Quid è diuerſo, ſi cõſãguineus vult totũ retrahere.*

Sed hìc dubium aliud eſt, ſi è diuerſo conſanguineus vult totum retrahere, quod ſcilicet patrimoniale eſt, & quod acquiſititium, an cogetur emptor ei totum relinquere, reſtituto integro precio. Dic quòd non, ut in ſimili voluit Alberic. in dict. l. ſi duo patroni. ff. de iureiurando, quòd vnus ex duobus dominis rei emphyteuticæ, non poteſt inuito emptore retinere totam rem emphyteuticam reſtituto toto precio, ſed ſuam tantùm partem, per text. in l. in bello.§. ſi ſeruns plurium. ff. de capti. & poſtlim. reuer. & idem voluit ipſe Alberic. in l.penult.§. primo, ff. loca. per l.vltim.in princip.ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtitut. & l. ſi ſeruus duorum. ff. de acquirend. hæreditat. quæ l. non extat. & l. ſi ſeruus plurium. ff. de ſtipul. ſeruo. quæ item non extat, & puto Codicem Alberic. corruptum. Subditque id videri expreſſum in l. ſi hac lege.§. quoties. ff. qui & à quibus manu. Et id quidem puto veriſſimum, licet contrarium teneat Franc. Ripa in dict. l. quo minus, in fin. ff. de flum. dicens id voluiſſe Socin. & Iaſon in l. prima, §. ſed & quoties. ff. ad Trebellen. qui id tamen non dicunt. Sed Socin. aliud quidpiam ſimile, de quo dicemus titulo ſequent.§.1.gloſſ.6.in verbo, *ou ſes heritiers*. numero 33. at maius, & multis ſequentibus vbi etiam multa videbis ad hanc rem pertinentia, quæ ibi omnino videas.

## §. XXIIII.

SI aucun achepte in globo, & poer vn pris pluſieurs choſes eſtans en pluſiers fiefz & ſeigneuries, à luy eſt extimer & liciter que vaut la choſe eſtant chaſcune deſdictes ſeigneuries. Et à chaſcun deſdictz ſeigneurs reſpectiuement appartient d'ſſire dedans le temps de la couſtume (qui eſt huict iourr apres ladicte exhibition de contractz) les ventes & honneurs, ou prendre la choſe par puiſſance des fiefz.

*SI quis ſimul quoq; precio res plures emerit in diuerſis feudis, & dominijs ſitas, ipſius eſt æſtimare, quanti qu æque res in vno quoque feudo ſitæ val eant. Et ſingulorum dominorum, eligere intra tempus conſuetudinis (quod eſt octo dierum ab exhibitione tabularum) velintne laudimia accipere, an rem iure feudi vendicare.*

## GLOSSA VNICA.

1 *Si conſanguineus vno precio emit res diuerſas diuerſorum feudorum quõ fiet æſtimatio laudimiorum.*

HIc §. fortè melius collocaretur ſub titulo huius voluminis ſecundo, qui eſt *des droictz de ventes & honneurs, & de prendere la choſe par puißance de fief*, quem collocauimus ante §. decimumquartũ, totius huius voluminis. Hìc tamen non omnino ineptè ponitur, quia veluti obiter & transeunter declarat vltimam partem præcedentis §. vt plerunque ft in noſtris legibus. Atque etiam hinc occaſione ſumpta, declarabimus quæſtionem huic maximè loco & titulo conuenientem. Quid enim, ſi conſanguineus emit vno precio res diuerſas, & in diuerſis feudis ſitas (quo caſu domini feudorum non poſſunt vti iure prælationis, cùm conſauguineus ipſe qui emit, eis præferatur, vt ſuprà cautum eſt, huius titulo §. vigeſimo, & dicto titulo ſecundo, §. nono,) quomodo igitur fiet hæc rerum emptarum æſtimatio? Nam in hoc caſu fieri non poteſt, quod hìc ſcribitur, cùm hæc æſtimatio ab emptore fit, vt poſtea dominus eligat vel laudimia, vel rem iure prælationis. Igitur æſtimabit iudex, deducta ſcilicet aliarum rerum æſtimatione, & facta omnium collatione: vt in ſimili dicitur in l. quod ex Pamphila, & l. qui ſolidum. §. primo, ff. de legatis ſecundo, & optima gloſſ. in l. ſi plura.ff. de ædil. edict. & Baldus loquens in ſtatuto præferente vicinum extraneo, in tractat. Protomixeos, columna vltima, verſiculo ſed quomodo fiet æſtimatio. & Matth.Afflict.in eodem tracta.in verbo, ſcriptum, columna 3. verſicul. ſed iterum quæro, pone.

2 *An dominus poſſit queri licitationẽ in caſu huius § ab emtore factam eſſe iniuſtam.*

ILLVD autem quæſtionis eſt, ſi cum emptor licitauerit rem, quæ eſt in feudo alicuius, dominus ipſe queratur iniuſtam eſſe licitationem, id eſt, aut iuſto precio minorem, cùm ſciret emptor non uanis argumentis ductus, dominum non redempturum, quia fortè inops eſt nummorum: aut è diuerſo maiorem, cùm intelligeret dominum omnino redempturum propter vicinitatem, aut aliam huiuſcemodi veriſimilem affectionem. ideo petit dominus, ne ſtetur licitationi emptoris, ſed res ipſa arbitrio boni viri æſtimetur. emptor autem negat id fieri debere, ſed ſequendam eſſe conſuetudinem, quæ primum illi ius facit licitandi, deinde & domino eligendi, vt ſcilicet ſi emptor modicè æſtimet, dominus rem redimat: ſi immodicè, laudimia recipiat, eiuſque rei rationem eſſe, vt cogatur emptor iuſtè licitare, ne ſi iniuſtè ac malignè id faciat, mox ſuæ iniuſtitiæ & malignitatis pœnas luat: idque fiat ſine lite aut ſumptibus. Et certè clara eſt & aperta noſtra conſuetudo, licitationem eſſe emptoris, optionem domini, ideoque dominum ipſum cauſari non poſſe iniquam eſſe aut iniuſtam emptoris licitationem, nec ſequendam eſſe conſuetudinem: nam ubi eſt caſus legis vel ſtatuti, ibi nulla eſt quæſtio uel dubitatio, l. ancillæ, & ibi gloſſ. in uerbo, quæſtio. C. de furt. & cùm in uerbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti quæſtio uoluntatis, l. ille aut ille. §. cùm in uerbis. ff. de legatis tertio, cum ſimilib.

Et



3 *De eadem re. Quid ſi ex ſtatuto maior debet diuidere, minor eligere.*

Et ita in ſimili quæſtione reſpondit Corn. conſilio 234.licet in hac, per totum, lib. 1. ibi enim huiuſcemodi ſpecies eſt. Statuto Senarum cautum eſt, vt maior natu fratrum diuidat hæreditatem, & poſtea minor eligat. Minor quiſpiam petebat recedi à ſtatuto, & diuiſionem fieri arbitrio iudicis, reſpondit Corne. eum non eſſe audiendum, ſed omninò ſtandum eſſe ſtatuto, & diuiſioni factæ à maiori, per multa alia illic allegata, quæ ſunt in promptu omnibus. Sed & idem Corne. de eodem ſtatuto, loquens conſilio 239.viſis ſtatutis, lib.3. negat arbitros poſſe ab eo recedere, ſed id omnino ſequi debere, ſi tamen ei locus ſit, quia nullum aliud extat, quod id in aliqua certa ſpecie impediat, aut partes tacitè vel expreſſè eidem renunciauerint. Et ex illic ſcriptis intelliges, etiam maiorem non poſſe ſe huic diuiſioni eximere inuito iuniore, cui poſtea datur optio, vt ſic etiam intelligas in caſu noſtræ conſuetudinis, non poſſe emptorem hanc licitationem effugere.

4 *Quid ſi ſit euidens fraus aut iniquitas.*

Qvod tamen intellige in illo priori caſu, vt ſcilicet licitationem ab emptore factam non poſſit dominus impugnare, vt ſupra diximus, niſi in ea licitatione eſſet euidens quædam fraus aut iniquitas: tunc enim eam poſſet dominus ad arbitrium boni viri reuocare, arg.l.in ſumma, verſ.ſin autem euidens calumnia.ff.de cond. indeb. vbi id quod datur ob tranſactionem, non poteſt repeti, tanquam indebitum, licet nulla res media fuerit: nã hoc ipſum quòd à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe, niſi tamen euidens calumnia detegatur. Ex eoque limitant plerique omnes eam communem noſtrorum ſententiam, quæ negat in tranſactione locum eſſe remedio l.2. C.de reſcin.vend. vt ſcilicet non procedat, ſi in ea ſit euidens calumnia. Et facit quod per eum text. voluit Barto. ibi, & in l.ſub prætextu inſtrumenti.C.de tranſ.& glo.in l.poſt rem.ff.eo tit. & Ang.conſil.94.cùm lis & quæſtio, col.6. verſ.pro hac parte.

5 *De eodem.*

Et vt id apertiùs intelligas, audi ſimile quidpiam, quod huic loco admodum conuenit. Vetus lex erat, cuiuſmodi eſt illud ſtatutum Senarum, de quo ſuprà locuti ſumus, vt frater maior diuideret patrimonium, minor eligeret, cuius meminit Seneca libr.6.declamationum, idque etiam non pauci dicunt ex legibus noſtris eſſe obſeruandum, vt latiſſimè ſcripſimus in noſtro tractatu Primogeniorum, q.60. Finge igitur & aliam quoque legem eſſe, qua liceat filium e ancilla tollere; nam & id Seneca eodem in loco aſſcribit. Quidam igitur cùm haberet filium legitimum, alium ex ancilla ſuſtulit, deinde deceſſit: maior frater ita diuiſit hæreditatem, vt totum patrimonium ex vna parte poneret, ex altera nothi matrem, ſicque cogeretur minor frater, aut matre carere, aut integro patrimonio, id eſt, aut matrem apud alium in perpetua ſeruitute relinquere, aut mendicum & rerum omnium inopem manere.

*Senecæ elegans declamatio.*

6 *De eadem re.*

Et certè nemo hoc in caſu cenſeret ſtandum eſſe huic diuiſioni, ſed eam omninò reijciendam, vt etiam nuncupatim è noſtris dicit Petr.Anch.in rep.ca.1. char. 15.in paruis, col.3.verſ. in hac quæſtione, & eſt in fin.5. q.princ.extrà de conſt. & Io. Plat.in l.1. C.de his qui ſe defer.lib.10.& in §.vlt.Inſtit.pro ſoc. & Maria.Soc. conſil.65.circa primam quæſtionem.col.6.verſic.fit enim.& Steph.Fed.in ſuo opere de legum interpretatione, in 2. parte prin.char.pen.motus hac ratione, quæ optimè facit ad hunc caſum, quia lex dans fratri maiori facultatẽ diuidendi, ſemper intelligenda eſt voluiſſe excipere dolum, & captioſam diuiſionem, arg.l.cum Aquiliana, in fin.ff.de tranſa.& l.ſi vxori.ff.de aur.& arg.leg.de quo & nos latius diximus in d.tractatu Primogeniorum, vbi ſuprà. Et ego quoque cenſeo, ſi ſimile quidpiam contingeret (quod vix fieret) eam licitationem eſſe reformandam. Eſt autem (ne id omittamus) eadem conſuetudo, & ijſdem omninò verbis, apud Engoliſmenſes, c.71.& Sanctones Angeriacos, c.54.

*Conſuetudines.*

7 *Si domin. elegerit, an poterit variare.*

Sed & illud in dubium quoque vocatur, ſi ſemel dominus vnum elegerit, vel laudimia, vel rem iure prælationis, vtrum poterit poſtea variare, quod videtur ex l. eum qui certarum.§.1.ff.de verb. obl. vbi qui habet electionem à lege, poteſt quoties volet, mutare voluntatem. Verùm hæc res in vniuerſum patitur multas diſtinctiones atque limitationes, quas hìc referre prolixum foret. Ideò ibi vide pleniſſimè per glo.Barto.Bald. Ang. Imol. Paul.Caſtr.& Franc.Aret.ex quibus planè intelliges, an, quomodo, quando, & quoties id fieri poſſit. Sed & tu vide tex.in l.ſi quis ſtipulatus ſit, & ibi quoque Doct. præſertim Alex & Franc.Aret.ff.de verb.oblig.& in l.ſi fundus.§.eleganter, & ibi Docto.ff. de lege commiſ.& in l. huiuſmodi.§.Stichum, & ibi glo.Bart.& alios.ff. de leg. 1.& in l.ſtatuliberum.§.1.& ibi glo. & Bartol. ff.de leg. 2.& omnino glo.notab.in c.gratia, in uerbo, eligas, quæ eſt vlt.glo.& omnes Doct.& quæ ab ijs allegantur, de reſcript.lib.6 Dyn.in c.quod ſemel, & iterum in c.mutare, de regul.iur.lib.6.Barto.conſ.101.Giraldus, in 3.dubio. Albe.in l.ſerui electione.ff.de leg.1.Bald.conſ.412.verba teſtamenti, ad fin.lib.1.& Zenzel. in extrauag. Io.22. incip.ſuſcepti regiminis, in verbo, tranſeat. Alex. Franc. Aret.Iaſ.& Fran.Rip poſt alios Antiquiores in d.l. ſerui electione.ff.de leg.1. Ex quib.item locis intelliges, an & hìc liceat emptori, qui ſemel licitauerit, variare,

*Quid ſi deceptio interuenerit facto partis.*

*Quid ſi facto alterius.*

Modò illud non neſcias, poſſe ſemper vtrumque variare, atque ex integro licitari aut eligere, ſi deceptus fuerit alter in licitatione, alter in electione fraude alterius partis, l ſcyphi, quæ eſt 4.cum l.ſeq.ff.de opti.lega. Quid autem ſi fraude tertij, videbis per glo.ibi, & in l.ſi quis affirmauerit, in princ.ff.de dolo malo vbi etiam eſt bonus text.& quæ in ſimili dicuntur in l.eleganter, in prin. ff.de dol.mal.& in l.qui cum tutorib.§. qui per fallaciã. ff.de tranſact & in l.ultim. in princ. in uerſicul. planè.& ibi Barto. & alij. ff. de eo per quem fact.erit. & per glo. & Doctor.in l.1.C.de inſt.& ſubſtit.Spec.tit. de aduo.§. vlt.verſi.ſed quid ſi ex induſtria. & Bart.in l.in teſtamento ita erat ſcriptum.ff.de condi.& demonſtr.& Alber.in l.ſi quis cùm aliter, col.ult.uerſ. expeditis. ff. de uerbor. oblig.& Io.Fab.in l.1.col.ult.uerſ.illud autem cõſtat. C.de reſt.mil. Et in multis ex ijs locis uidebis, an aduerſus illum tertium agi poteſt, præſertim in d.l.ult.de eo, per quem fact.erit, de quo uide quid dicam infrà eod.titu.§. 35.in gl.4 in uerbo, *ignorans*, nu.33. ſed hìc in dubium, Quid autem, ſi ſine fraude, aut dolo partis, uel alterius, ſed mero errore eligentis, uide tex.in l.mater, & ibi Bal, in ult.notab.ubi allegat Ariſtotelem.ff.de inoffic.teſt.& Zenzel.ubi ſuprà.

*Quid ſi mero errore eligentis.*

9 *Electionẽ in alium tranſire, ſi intra tempus ea facta nõ fuerit.*

Illvd autem ſcire debes, quòd cùm alicui datur electio intra certum aliquod tempus facienda, ſi id non faciat, tranſit electio ad alium, ſiue detur electio à iure uel ſtatuto, c.ſi pluribus, in fin.& ibi Domi.in uerbo, ſi uerò, in 3.nota.de præb.lib.6.& c.ult.in fi.de conſue. eo. lib.6.in extrauag.Io.22.in c. ſuſcepti regiminis, uerſicu. quam electionem, ſiue ab homine, d.l.ſtatuliberum.§.1. ff.de leg.2.& l.mancipiorum.& l.ſi tibi.ff.de opt. leg. & c.ſi tibi, de præbend.glo.in d.c.ult.in uerbo, duntaxat, de conſue.lib.6 Et utrumque uoluit Zenzel. in d.extrauag.ſuſcepti regiminis, in uerbo, tranſeat.& Pet.Ancha. in d.c.ſi pluribus, in 6.eodemque ult.nota. Et facit quod uoluit glo.in l.heredes mei.§.ſi incerto, in prin.ff.famil. herciſ.& in l.legato generaliter, in glo.1.circa medium. ff.de leg.1.& in c.inter cæteras, in uerb, quodcunque, extra de reſcript.

10 *De eadem re.*

Et id generale eſſe dicit Ioan.Fab.in l.cùm quidam in fin C.de uerb.ſign.ut ſcilicet ſi tempus fuerit præſtitutum optioni, alteri deuolutum eſſe cenſeatur, tranſacto eo tempore, etiam ſi id dictum non fuerit, per d.c.ſi pluribus, & l.ſi quis.C.de fideicom.liber.& l.1.de optio.lega. &

ga.& rurſus idem Fab.in §.ſi generaliter,ad fin.Inſtit. de lega.& Alber.& Bart. in d.l.eum qui certarum. §.1.ff.de verb.obl.vbi & ad hoc ipſe Bar.allegat l.1.cũ l.ſeq. ff.de ſol.Et hinc Pet.& Iacob.Aret. & alij nonnulli in ea.l.eũ qui certarum.§.1.aſſumunt eam practicam,vt cùm quid eſt in electione alicuius, ſtatuatur ei tempus ad eligendum:& ſi id non fecerit intra ſtatutum tempus, transfertur electio in aduerſarium. De quo tamen vide Imol.& omnino Franc.Aret.ibi,col.1.& 2. Sunt autem & qui dicunt tranſacto tempore ad eligendum præſtituto, ſi electio facta non fuerit,cenſeri electam rem, quæ deterior eſt ei,qui eligere debuit,arg.l.ſcimus.§.penul.C.de iure delibe.vt etiam per Barto.in d.l.eum qui certarum. §.1.

*An dominus petẽdo laudimia videatur elegiſſe.*

11 ILLVD quoque quæri poteſt, vtrum dominus ſimpliciter petendo laudimia ab emptore extra iudicium, videatur elegiſſe,ita vt amplius non poſſit petere rem ipſam, quod videtur, per id quod in ſimili dicitur in l. Aemilius, ibi, precium petendo. ff.de minori.& quod tradit Alber.in l.2.column.4. verſiculo quid ſi dominus petit,& ibi quoque Iaſ.col.42.nu.128.C.de iure emphy. dominum ſimpliciter petendo ſolutionem canonis,ſibi præiudicare in iure expellendi,in ijs caſibus, in quibus ſibi præiudicium facit recipiendo. Et quod item ſcribit ipſe Alb.& Sal.in l.commiſſoriæ.C.de pact.inter empt. & vend.& quæ dicam infra tit.ſeq.§.1.gl.2. in verbo, *à tel temps*,numero 62.quid autem ſi non. Sed tu de hoc vide Modern.Pariſ.in conſuetudine Pariſ. titulo primo. §.14.numero 4.Qua etiam in glo.alia multa tractat,quę ad hunc locum pertinent,ibi eum omninò vide: nam cũ (vt iam diximus in prin.huius gl.) non ſint propria huius noſtri titul.ea omittenda ducimus.

*An hæc iura licitãdi & eligendi trãſeãt ad hæredes.*

SED quia noſtra conſuetudo nuncupatim tradit facultatem emptori licitandi, & poſtea domino eligendi, poſſet dubitari,an huiuſmodi facultas tranſeat ad hæredem vtriuſque. Sed tu vide textum in l. illud, & ibi Bartol. & alios. ff. de opti. lega. Ex quibus facilè intelliges, quid hìc dicendum eſt, & vide etiam quæ dicam infra eodem titulo §.26.glo.1.nume.76. vigeſimoquartò. & iterum gloſſ. 3. numero incip. trigeſimoſeptimò. 12

## §. XXV.

EN choſe mobilaire *a* n'a point de retraict,ne en donation par prouiſion de corps. *b*

**IN** *re mobili non eſt locus retractui,* a *neque in donatione facta nomine alimentorum.* b

### *EN CHOSE MOBILAIRE,*

### IN RE MOBILI, GLO. I.

*An retractꝰ habeat locũ in mobilib. ſi vẽdantur cũ immobilibus.*

1 HOc intellige, cùm ipſæ res mobiles per ſe venduntur. Quòd ſi ſimul cũ rebus immobilibus, vel acceſſoriè, & in conſequentiam earum venduntur,videtur & res ipſas mobiles tũc venire in retractum, arg.l.eum qui. ff.de vſucap.& l.longæ. ff. de diuer. & tẽpo.præſcr.& l.1.§.planè ſi quæ. & l.pen.ff de vi & vi arma. Sed tu de hoc vide quæ ſcripſimus ſuprà eo.tit.§.1.gl.7. quæ eſt in verbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*,nume.8.nunc autem,vt ad alia,& multis ſeq.Ex quibus intelliges, quid hìc dicendum eſt.

### *NE EN DONATION PAR PROVISION DE CORPS,*

### NEQVE IN DONATIONE FACTA nomine alimentorum, Gloſſ. II.

*Retractus non habet locũ in donatione.*

1 IN ſimplici donatione non eſt dubium retractum non habere locum: nam ei locus eſt tantùm in venditionibus, aut alijs contractib.ei æquipollentib.vt dictum eſt ſup. §.1.vbi de hoc quoq; diximus in glo.14.q̃ eſt in verbo,*ou equipollent à vente*, nu.90.ſed & ſi ſcire. Et idẽ ut hic ſtatuitur in conſtitutione Protomixeos Federici,in verſ.cauſa verò dotis. Quanquam ſcio uẽditionẽ in ſacris literis ſępe pro donatione accipi,vt i ſal.43. Vendidiſti populum tuum ſine precio. Et Iſaiæ 52.Gratis venditi eſtis,& non cum argento redimemini. Quod & annotat D.Aug.lib.7. Quæſtionum in libros Iudicũ, ca.17. illud in eundem ſenſum intelligens, Et vendidit eos in manu inimicorum ſuorum in circuitu. Nam ſcripturarum (inquit) locutio eſt, vt uenditus, etiam qui donatur,dici poſſit. Quod an procedat in noſtro iure,intelliges ex gl.& Bar.in l.2.ff.de vſuc.pro emp.Cy.poſt Petr. in l.vl.in 3.q.C.de reb.alie.non alie.& Bal. in l.volũtas, col.2.verſ.modò reſtat quærere.C.de fideic. Quicquid ſit autem in alijs dictis caſib. id non poteſt procedere in caſu retractus,in quo percipitur reſtitui precium, vt dicitur in d.§.1. Ideo debet intelligi de vẽditione propriè ſumpta,vt ibi diximus in verbo,*à vendu*, q̃ eſt gl.2.nu.1. & ſeq.vide tamen quos citauimus ſuprà eo.ti.§.1.in uerbo,*ou equipollent à vente*,quæ eſt gl.14.d.nu.90.ſed & ſi ſcire vis.Nouiſſimè autem Io.Coraſ.lib.3.Miſcel.cap.3. nu.4.tenuit retractum habere locum in donatione. Cui omnino accedere non poſſum.

*Venditio pro donatione in ſacris literis.*

*Quid autẽ in iure noſtro.*

*Retractus an habeat locũ in donatione ex lege facta, ut donatarius alat donantem.*

CAETERVM hæc donatio,quę fit ob prouiſionem corporis,id eſt,ea lege,vt donatarius alat donantem, de qua ſupra tit.13.§.7.qui eſt omnium huius volu.168. & ſeq.eſt oneroſa: ideoq; potuiſſet videri habere aliquid ſimile venditionis,vt dicemus in ſeq.verſ. Idcirco & ex ea debentur laudimia,vt voluerunt Corſe.& Aufre.poſt alios in deci.Thol.q.279.item ſi aliquis dat. Tamẽ hæc conſuetudo noſtra expreſsè ſtatuit, non eſſe in ea locum retractui. Sed is,qui proximè ſucceſſurus eſt donanti,habet facultatem ſubeundi huiuſmodi oneris alendi donãtem,& ita res donatas ad ſe reuocandi,præterquam mobilia & acquæſtus,vt ſcribitur d.tit.13.§.8. qui eſt omnium huius uol.187.& ſeq. Et ꝙ in huiuſmodi donationib.ob prouiſionem corporis nõ ſit locus retractui, ſunt aliæ multæ conſuetudines, uidelicet apud Mèlodunenſes,c.conſuetudinum eius loci 52.Victriacenſes,c.39.& iterum 125.ubi redditur ratio: nam ita donans uidetur elegiſſe perſonam, fidem, atque induſtriam donatarii, cui ſe alendum committit.Borbonienſes,c.469. Tu tamen interim uide quod dicemus in ſeq. 2

*Conſuetudines de ea re.*

*Quid de alijs donationib. remuneratorijs.*

QVAERO igitur,an in alia donatione remuneratoria,aut aliàs ob cãm,ſiue mutua,aut reciproca habeat locũ retractus? Et põt uideri habere,ex noſtra conſuetudine,quæ loquitur non tm̃ de uenditionib.ſed alijs contractib.æquipollentib.uenditioni,d.§.1.At huiuſmodi donationes habent uim uenditionum,ut dicit Io. Fab. in l. 1.col.ult.uerſ.quid ſi duo.C. de inoff. donatio. & Guid. Pap.conſ.214.circa materiã,col.6.verſ. ſed reſtat aliud, & cõſ.218.indubitãter,col.antepe.uer.ad octauum, rurſumq; ſing.878.donatio,uer.ſi duo donent, ubi ex hoc dicit deberi laudimia ex huiuſmodi donationib. qd poſtremũ ante eũ uoluit Pet.Iac.quẽ non allegat tit. de act. in rẽ pro re emphy.col.9.uer. itẽ excepta datione in dotẽ.Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo Caluimõteſiũ,c.41. 3

*Conſuetudines de ea re.*

Victria-



Victriacenſium:c.30.Turonenſium,tit. *des rachapz, & ventes*,c.15.in fi.& Bleſenſium,c.121.vt nõ abs re Chaſſen.in tit.*de retraict*.§.1.in verbo, *vendu*, nu.5.conſtãter affirmarit in huiuſmodi donationibus eſſe locum retractui. Quod & expreſsè ſtatuitur in conſuetudine Turoniæ,hoc quoque tit.cap.34.Cenomaniæ,c.431.vbi tamẽ poteris videre,quid ſuper hoc dixerint viri eccleſiaſtici in proceſſu verbali(quem vocant) delegatorum principis.Vix tamen apud nos obtineri poſſet, vt in ijs donationibus retractus locum haberet.Et non habere,nuncupatim tradit Ferro.in conſuet.Burdigal.hoc tit.c.25.ver. idem erit.Et de hoc latiſſimè,vt ſolet, diſputat Igneus in l.3.§.ſi conditioni,verſiculo,& ſi aliud,numero 52.& multis ſequentibus vſque ad 76. ff. de Senatuſconſulto Syllaniano, vbi tandem videtur concludere non eſſe locum retractui. Et vide conſuetudinem Valeſiorum hoc titulo §.quartò,qui eſt omnium 85.quo ſtatuitur,non eſſe locum retractui in donationibus puris & ſimplicibus, & minimè oneroſis, quaſi ſecus ſentiat in oneroſis.

## §. XXVI.

DROICT de retraict, qui vient par proximitè de lignage, ou conſanguinitè, ne peut eſtre tranſportè *a* à autre non eſtant dudict lignage *b* ou branchage. Autre choſe eſt du conuentionel. *c*

IVS *retractus gentilitij non poteſt transferri* a *in alium extraneum,qui ſcilicet non ſit eiuſdem gentis aut familiæ,* b *Contrà retractus conuentionalis* c *transferri poteſt.*

### *NE PEVLT ESTRE TRANSPORTE,*

### NON POTEST TRANSFERRI, Gloſſ. I.

*Ius retractus proximitatis an cedi poſſit. Qui negãt poſſe.*

1 IVS quod competit conſanguineis ex noſtra conſuetudine,& vicinis, & conſortib. ex alijs multis Italiæ ſtatutis, cedi non poſſe extraneo, expreſsè tenuerunt Petr. vt ab omnibus citatur,Cyn.Bal.Alb.Ang.Sal.& Paul. Caſt.in l.ad officium,C.commu.diuid.Alb. in prima parte ſtatutorum,q.62.item quæro ſi ex forma, & iterum q.89. ſed an proximior.Io.Fab.in §.1.col.vlt.Inſtit. de acquiſ. quæ fit per arrog.Bald.in tract. Protomixeos, colum.2. verſ.quæro nunquid iſtud ius.Matth.Afflict. in eo.tract. §.1.col.antepe. verſ.vltimò nota. & iterum in §. vt infra triginta dies,col.9.verſ.3.nota. & quiſquis eſt in Marga. ipſius Bald.in uerbo,alienatio,col.vlt.Signo conſ.81.in quæſtione vertente inter Nigrum,col.2.verſ.præterea omiſſo.Lucas Pen.in l.vlt.col.1.in uerbo,permutationes. C.de prædi.cur.lib.10.Paul.Ca.in l.apud antiquos,col. 2.verſ.vltimò iſtam regulam.C.de furt.& in l.1.§.vſufructuarius,in fi.dum allegat Cyn.ubi ſupra, & ibi quoque Iaſ.col.4.uerſ.item circa iſtam.ff.de oper.no.nunc.idem Paul.conſil.1.uidetur dicendum, quòd dictus Chriſtophorus,in prin.lib.2.Rom. [in l.poſt dotem,col.22.uer ſicu.ſecundò ad idem deduco.ff.ſolut. matr. ubi id dicit ſingul.] conſ.484.hoc quod uicinus. Alex. in l.poſt dotem.ff.ſolut.mat.Ang.Aret.in §.actionum quoque. col. 9.uerſ.quæro an iſtud ius.Inſt.de act.& in §.præterea, le 2.col.22.uerſ.poſtquam uidemus de procuratore, Inſti. de excep.ubi tamen quodam modo nutat.Barb.conſ.51. ſcripſit ſapientiæ fons,col.19.uerſiculo,& ſi opponitur, lib.1.Soc.in l.qui Romæ.§.cohæredes, col.3.in quinto notab.ff.de uerborum oblig.Coſ.Guy. in prag.ſanct.tit. de colla.§.ſequitur,in uerbo, alio.Lud.Bolo.conſ.25.in ampliſſimo,col.5.uerſ.& nota,ꝙ tale ius.Iac.à S.Georg. in l.Imperator.ff.de pactis.Caro.Rui. conſ.47. in cauſa. colum.1.nume.2.& iterum,colum.4. uerſ.nec obſtat, dum dicebatur,lib.4.& omnium latiſſimè Ioan.Igne.in repet.l.dudum, col.14. uerſ. his adde unum articulum, cum multis ſeq.per 4.colum.C.de contrah.empt.& Boe. in conſuetu.Biturg.tit.*de retraict*.§.3.column.4.uerſ.ſed an hoc ius.& Chaſſ.conſ.21.*le cas de noble & puiſſant*,colum.12.uerſ.*neant moins par autant*.Ioan.Monto.in prõptuario utriuſque iuris,tomo 1.in uerbo,redimere,uerſ. ſecundo ſuper uerbo,licentiam habeat,in fin.Alb. Bru. conſ.80.circa primum,colum.antepen.uerſiculo nec obſtat ſi dicatur. Moder.Pariſ.in conſue.Pariſ.ti.1.§.13.nume.20.Ferro.in conſuet.Burdig.hoc ti.§.1. col.4.uer.ex his ſimul.& iterum §.6.col.pen.Paulus Pariſ.cõſ.82.pro ueritate,col.4.nu.26.lib.3.& Ioan.Coraſ.libr.3.Miſcel. c.3.num.7.

*Conſuetudines in eã rem.*

ET in id quoque eſt ſtatutum Lucanum, quod id ius Recompræ,ut alibi diximus, appellat, ne ſcilicet liceat id ius alteri cedere,ut refert Phili.Dec.conſ.222.uiſo puncto,col.2.ver.ſed his nullo modo obſtat. Et idem quoque ſtatuitur apud Turonos hoc eo.tit.*de retraict*.ca. 25.Aruernos tit.*des emphyteoſes*,c.20.& iterum tit.*de retraict*,c.14.vbi præterea additur,conſanguineum,ſi ceſſerit,cadere hoc iure Borbonios,c.457.Engoliſmos, ca. 71.Sanctones Angeriacos,c.55.Altimarchiẽſes, c.273. Marchienſes,c.280.qui eſt 20.huius ti.ibique ſtatuitur, illum priuari iure retractus,qui conuincitur eum proſequi in fauorem alterius.Auxerrenſes, ſiue Altiſſiodorẽſes,hoc quoque tit.§.19 qui eſt omnium 50.Niuernenſes,hoc item ti.§.23.Valeſienſes,hoc etiam titu.§.8.qui eſt omnium 89. 2

*Qui dicũt poſſe.*

QVANQVAM huius rei contrarium nuncupatim in caſu noſtri ſtatuti voluerunt ſoli omnium, quos hactenus legimus,niſi me fallit memoria,Petr.in d.l.ad officium,argum.illius tex.in fin. vt in meo codice ſcriptum reperi.& Henric.Boer.in c.ſanè,in fin.extrà de priuil.eo. tantùm arg.motus, ꝙ minor poteſt cedere in integrum reſtitutionem,de quo dicemus in ul.gl.huius §. Et contrarium quoque in caſu ſtatuti prohibentis alienare in alios,quàm in conſortes,voluit Albe. ſibi contrarius in prima parte ſtatutorum,q.62. item quæro ſi ex forma. 3

*An admittatur hæres extraneus ad actionem retractus intentam.*

SED quod diximus primo loco in caſu noſtræ conſuetudinis,adeò uerum eſt,vt ſi conſanguineus vi ipſius conſuetudinis emptorem conuenerit, vt ei rem cedat oblato precio,& lite pendente ipſe conſanguineus moriatur,extraneo hærede inſtituto,nõ admittetur ipſe hæres extraneus,vt nũcupatim uoluit Io.Fab.in §.ex contrario. in fi.Inſt.de legat.vbi tamen hæc uerba ſubdit. Cõtra.ff. de inoffi.teſt.l.poſthumis.§.vlt.qui non multum ad hoc facit,tñ ex hoc potes intelligere Io.Fab.in ea re nutaſſe, ſeq; ita obſcurũ p̃buiſſe,vt neſcias utrã partẽ ſequi velit. 4

*Prohibens alienare ĩ extraneũ, an poſſit eum hæredem inſtituere.*

SED id ex eo pẽdere vr̃, an q̃ prohibitus eſt alienare in extraneũ,eũ poſſit hr̃dẽ inſtituere, de quo in l.ex hoc. §.alienare.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.& per glo. in l.1.in verbo,loc.& ibi Doct.C.ne lice.habit.lib.11.& Doct.in l.peto.§.vl.ff.de leg.2.Alb.Bar.Bal.Ang.Imo.Raph.Co. Frã.Are.& alios Recentiores,afferentes cõc. in l.ſi ita q̃s promiſerit.§.ea lege.ff.de verbo.obl.Oldr.cõſ.270.in q̃ſtione propoſita,in primo dub.Bart.& Recentiores in l. filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.Alb.in l.ſi quis prioris,col.1.& ibi Bal.in §.certũ.C.de ſecun.nup.Bald.in ea lege,col.4. 5

V verſic.

verſ.ſecundò quæro,& ibi Sal. col. 5. uerſ. quæro ſecundò,& iterum colum. pen. verſic. quæro ſucceſſiuè. C.de condict.ob cauſam, & conſ.349. ſtatuto Placentiæ, in primo dubio,rurſumq; in vlt.lib.1.& conſ.83. an prohibita alienatione,lib.2.& conſi.310.ad euidentiam, colum.2.lib.3.Angel.conſ.57. ad declarationem, col.pen. & ult.Salyc.in l.ea lege,colum.5. uerſiculo quæro ſecundò,& multis ſeq.C.de condict. ob cauſ.Raph. Co.conſ, 84.præſuppoſito,alter Raph. Fulgoſ. conſ.215. in primo.Paul.Caſtren.conſi.115. ſuper primo videtur dicendum,in primo dubio,lib.1.& conſ.324. ſuper ſecundo, in quinto dubio,eodem lib.1.Ioan.Plat.poſt glo.& Bar, in l.quemadmodum,in 3.quæſtio.C.de agricol. & cenſ. lib.11.Alex.conſi.155.viſis & accuratè conſideratis, libro 2.& conſ.56.ponderatis his,lib.3. Ioan. Rayn. poſt gloſſ.in cap.imperialem.§.habito, colum.12. in paruis, verſ.quæro ulterius & reddo,titul.de prohib. feud. alie. per Feder.Corne.conſi.111,licet videatur,per totum libro 3. Fabian. à Monte S. Sab. in tractatu emptionis & venditionis,in 16.artic.22. quæſt. quartæ partis princip. Socin.conſ.251.quoniam in præſenti, etiam per totum, libro 2. Franc. Curt. ſeniorem conſ.46. ſæpe reuoluta, colum.antepen.& ſeq.Philip. Dec. nuncupatim de hoc caſu loquentem dicto conſilio 222.colum.5. verſiculo, his nullo modo obſt.Iaſ.conſi.101.ſuper præmiſſa, lib. 1.& conſilio 164.ſuper terra,columna 3.uerſiculo,benè facit,libro 4.& Carol.Ruin.conſi.95.circa ea. colum.3. numero 10,libro 2.& conſi.110.circa caſum, colum.1. num.2.eod.lib.2.

6 *Quid, ſi is hæres ſuccedat ab inteſtato. Prohibit⁹ alienare extra familiã an poſſit relinquere extraneo, qui ab inteſtato ei ſuccedit.*

Sed ſi id recipias, ut non admittatur extraneus hæres inſtitutus,illud intelliges, ſi is extraneus ipſius conſanguinei ei non ſucceſſiſſet ab inteſtato. Secus ſi ab inteſtato erat ei ſucceſſurus,aut ſucceſſit:nam tunc uideretur id ius ſemel inteptatum à defuncto in eum tranſire,etiamſi nõ eſſet conſanguineus venditoris(quod accidere poteſt)per id quod dicitur,prohibitũ alienare extra familiam, poſſe eum inſtituere, qui ei ab inteſtato eſt ſucceſſurus,etiamſi non ſit ex ea familia:ſicque & is rem prohibitam obtinebit. glo. quæ in id ab ominibus citatur,quamuis mihi id dicere non uideatur, in l. pater. §. Julius,aut vt alij legunt,Iulianus Agrippa,& ibi Dyn.& Cyn.ff.de leg.3.idem Dyn.Rayn.Bart.Imol. Raph Co. & Paul.Caſt.in l.cum pater.§.cum inter,per eum text.ff. de lega.2. Ex quibus Imol.& Raph. aſſeuerant eam gl. communiter approbari, & dicit præterea Imol. in Practica obſeruari.Bart.in d.l.peto.§.fratre, & ibi Imol. qui illam glo.dicit ſingul.ff.eod.tit.& idem Bartol.in l.ſi ita quis.§.ea lege,colum pen. & ibi Ang. Imol. qui & illam glo.dicit ſing.Paul. Caſtr. Franc.Aret. & cæteri Recentiores.ff.de uerbor.oblig.Bald.Angel.& Sal.in d.l.ea lege.ille col.4.verſ. tertiò quæro. alter ante fin. uerſ. & ex prædictis concludo hìc,colum.pen.verſ. quęro ſucceſſiuè.C.de condict.ob cauſ.ubi tamen Sal. ipſe dicit,quòd ſi ſtatutum conſiderauit onera ciuitatis,ipſe hæres tenetur alienare in ſubditum illius.Ang. conſil.7. ex d. themate,col.2.Fulg.d.conſ.215.col.2. Imol. in l.uentre, & ibi Franc.Aret.col.11.verſ.& attende quia licet. ff.de acquir.hæred.& Paul. Caſtr. conſ.447. ſi iſte maſculus, in princ.lib.1.vbi dicit omnes in hoc concordare.Alexan. conſ.56.conſideratis uerbis teſtamenti, colum.ult.verſ. quinimò etiam,lib.1.quod repetitur conſ.23. libro 2.& idem Alex. d. conſ.55. ponderatis his quæ in themate, col.2.uerſ.fortius uoluit,cum multis ſeq.lib.3.ubi dicit illam glo. cenſeri ſing. & hanc eſſe communem opin. à qua in iudicando non eſt diſcedendum. & conſi.59. attentis uerbis teſtamenti,col.4.uerſ.quintò probatur,eo. lib.3.Corn.conſ.113.circa primum,col.2. uerſ. nec obſtant adducta,librò 2.& d.conſ.111, licet videatur,col. vlt.in princ,lib.3.Soc.conſ.227.præſens conſultatio,col. 11.uerſ.circa tertiam quæſtionem,li.2.& conſ.292. viſis ſtatutis magnificæ ciuitatis,ad fi.lib.2.Fran.Cur.ſenior, conſ.64.antiquiſſima, col.16. verſ. ad tertium principale, Iaſ.in l.filiusfamiliàs.§.diui,in prima lectu.columna antepen,uerſ.ad confirmationem prædictorum,& iterũ in 2.lect.col.18.verſ.tu pro confirmatione.& ibi quoq; Ioan.Crotus.col.23.verſ.tertiò limitatur.Et Ferd.Loaz, char.8.num.155.& iterum char.24.num.482. ff. de leg. primo.& idem Iaſ.in l.uoluntas,col.2.uerſ.prima fallentia.C.de fideicommiſſ.ubi dicit eam glo. ualde ſing. & conſi.220.in præſenti,colum.2.uerſic. aliquando & tertiò,libro primo,& conſil.96. dominus Ioannes. colum. 5.uerſicul.condeſcendo, libro 4. ubi eam gloſſam dicit not.dicitque id communiter approbari. Carolus Ruin. conſil.108.viſa. col.2. num.1. lib. 2. & conſil.134.viſo, colum.2.num.4.& iterum colum.3.num,8.lib.2. & conſi.203.de duobus,colum.2.num.3.& iterum colum.9. num.17.& ſeq. eod.lib.2. & Philip. Dec. conſil.182. in caſu occurrenti,colum.1.& conſil. 377. viſis & diligenter,colum.vltima,verſiculo,circa primum, & conſ.422. cuius ſuperſcriptio incipit,filij quadrantenus,columna ſecunda,verſiculo tertio in caſu,& iterum verſiculo,his tamen vt infrà Stephan.Bertrand. conſilio 127.non putò,num.12,lib.3.

*Quid ſi hic non fuerit inſtitutus, an admittetur ab inteſtato.* 7

Nam & citra inſtitutionem & ſucceſſionem ex teſtamento, hæres legitimus admittitur ab inteſtato, etiam ſtãte prohibitione alienandi extra familiam,quamuis is non ſit de familia.d.l.cùm pater.§.cùm inter,& ibi Bart. in fin.ff.de leg.2. Bald.conſil. 52. ſubſtitutio facta, col. 1.lib.2. Rom. conſil. 457. circa propoſitam, colum. 2. verſic.cæterùm quòd eadem. Paul. Caſtrenſ. conſil. 60. viſis ſtatutis communis Vicentiæ,colum.1.libr.2.Ioan. Plat. in dict. l. 1. vbi ſuprà. C. non licere hab. libr. 11. Alexand.in l.qui Romæ.§.cohęredes,colum.3.verſiculo in contrarium. ff. de verborum obligat & d. conſilio 55.vbi ſuprà,lib.3.Pet.Ferr.in tit. forma libel. in actio. rea.in verbo veris ac legitimis,col,5.verſiculo.venio ad primum.& Iaſ.conſil.4.Nicolaus, paulò ante fin. lib.1. & magna pars aliorum,quod in pręced.verſi.citauimus, cum alijs concordantijs adductis ab ipſo Iaſone, in dicta l.filius familiàs.§. Diui, in priori lect. col. quæ antepen. præcedit, verſic. ſi verò prohibitio eſt. & d. conſil. 96.col.5.verſic.confirmo,quia quando,lib.4.& Socin.d. conſil.292.viſis ſtatutis,col.vlt.lib.2.& conſil.227. præſens, colum. 11. verſic. circa tertiam quæſtionem, cum multis ſequent.lib. 2. Quibus adde, quæ diximus ſuprà eod.tit.in gloſſ.9. quæ eſt in verbo *ou lignagier*,nu. 168. ſed huius poſtremi, & ſequent. vbi & hanc ſententiam autoritate Tullij cõfirmamus,in oratione pro L.Flacco.

*De eadem re.* 8

Svper eo tamen,quod de inſtitutione hæredis diximus, vide omnino Soc. qui ſibi contrarius, late tenet contrarium, poſt alios à ſe allegatos, conſil. 43. viſis teſtamento, colum.6.verſicul. circa ſecundum, lib, 3. vti etiam facit Philip.Dec.conſil.23.cuius ſuperſcriptio incipit,& an & quando ex prohibitione,per totum.& ante hos Bald.cuius non meminerunt, conſi.57 item inſtituto,col.2.verſiculo modò deſcendi oportet,lib.2.Sed & in ſucceſſione ab inteſtato contrarium quoq;tenuit Rapha.Fulgo.conſil.117.Ioannes,colum.3.uerſiculo. reliqua dubitatio. ubi id ſcienter tractat & ipſe Socin. ſibi item contrarius.conſi.251.quoniam in præſenti,colum. 3. uerſic ſecunda principalis, lib. 2. ubi tamen fatetur aliam opin.eſſe communem, uti etiam ex alijs diximus. & Iaſ. dict.conſil.2.ad finem lib.1. & Phil. Deci.conſil. 481.in caſu de quo Peruſij,col.2.ueſic. tertiò reſpondetur, cum alijs concordan. adductis à Ioan. Croto. in repet.dict.filiusfamiliàs.§.Diui.colum.32.uerſic.ſecunda eſt difficultas.ff.de leg.

*De eadem re.* 9

Si tamen id procedit in ſucceſſione ab inteſtato, ſecundum priorem opinionem,quæ communior eſt vel eorum teſtimonio, qui contrarium tenuerunt, non video,



video,cur etiam non procedat in teſtamento,cùm inſtituitur is,qui ab inteſtato ſucceſsiſſet. Id enim nihil aliud eſt,quàm id exprimere, quod intel ligebatur:ideo nihil hæc res immutat conditionem iuris. l. non rectè. C. de fideiuſſo.& l.aliquando.ff.de condit. & demon. ex quibus illud omnes vbique aſſumunt, expreſsionem eorũ, quæ tacitè inſunt,nihil operari. Et qui expreſsè non teſtatur,id diſponere atque ordinare videtur,quod de eius ſucceſſione lex ordinat, & diſponit ab inteſtato: habetque veniens ab inteſtato tacitam voluntatem defuncti,l.ſi quis cùm nullum,& l.conficiuntur.§.ſed ideo.ff. de iure cod.cùm dicitur,Creditur paterfa.ſpõte ſua his relinquere legitimam hæreditatem. & l. ſi fundum per fideicõmiſſum. §.1. ff.de leg.1.& l.2.ibi,tit.largitionis, vel etiam inteſtati ſucceſsione contulerint. C. de bonis mater.& gloſſ. in l.1.§.toties, verſiculo, vel maximè, in verbo,meruit,& ibi Bart.& alij.ff.de collat.Bald.conſil. 119. præſuppoſito quòd ſtatutum,poſt medium, libr.4. & Doct. vbique. Ideoque ſi legitimus non prohibetur ab inteſtato,minus debet prohiberi ex teſtamento,cùm fauorabilior ſit in eadem perſona cauſa teſtati, quàm in teſtati,l.1.& l.2.ff.ſi quis omiſſa cauſ. Et locus ille Ciceronis ſuprà citatus loquitur de ſucceſſione ab inteſtato, vt interim illud omittam,nihil referre,quid ex æquipollentibus fiat,l.3.C. de inſtit. & ſubſtit. cum ſimil. Porrò Iaſ.propè omnibus in hoc aduerſus in d. conſil. 4. ad finem,iunctis præcedentibus,in ea eſt opi. vt id procedat in ſucceſſione ex teſtamento,non etiam ab inteſtato.

10 *Si vnus tãtùm ſit cõſãguineus an is extraneo retractũ cedere poſſit.*

Secvndò intellige, niſi vnus tantùm ſit conſangnineus vẽditoris: nam is poterit id ius retrahendi extraneo cedere,vt nuncupatim voluit Pau.Caſt. dict.conſil.1.videtur dicendum quòd dictus Chriſtophorus,verſicu. & ideo ſi non eſſent,libr.2. arg.eius quod dicitur,rem alienari prohibitam extra familiam, ſi non ſupereſt niſi vnus de familia,poſſe ab eo extra familiam alienari,quãdo nullus eſt, qui alienationem poſſit reuocare, vt probatur,licet non alleget,in l. cùm pater.§. libertis, in fin. & l. qui ſolidum.§.prædium.ff. de leg.2. & vtrobique gloſſ.& Doct.& idem dicit ipſe Pau.conſil. 453. de eo quod primo loco quæritur,in 2.dubio.lib.1.Et ſequitur Iaſon primũ illud conſ. tantùm allegans in dict. l. filius familiàs.§.diui,col.10.verſi.vndecimò limita. ff.de leg. 1.in 2.lect.vbi & ad hoc allegat.tex.in l.Mutianę,in fin. ff. de condit. & demonſtrat. Sequitur item Lud.Bolo. conſil.43.viſo igitur puncto, colum.3.verſic. nonò præſuppono.& Iac.à S.Georg.in l.ſi mulier.§. ex aſſe, in fi. ff.de iure dotium.& Phil.Dec.conſi.511.viſo teſtamento,colum.2.verſic. poſtremò. & conſil.584. viſa prohibitione,ad fin.quod iterum repetitur conſ.637. & idem Dec. conſi.635.viſo copioſo,colum.2. ad fin. Boer. hoc eod. titu.*de retraict.*§.3. colum.5. verſicul. & maximè ſi ſint.& Deci.139. alia fuit quæſtio, & Franc. Ripa in d.§. diui,colum.3.num.17.& Ioan. Coraſ. lib.3. Miſcel.c.3. in fin.Et bene facit,quod in ſimili traditur in l.2. quando non pet.part. & quod ibi tradit Bald.de ultim.ſuccedente in re ſubiecta reſtitutioni, vt liberè poſſit de ea diſponere,vti etiam voluit Iaſon,d.conſ.4. col.4.verſic. moueor primò,lib.1.

11 *De eadem re.*

Sed huic ſententiæ, in caſu noſtræ conſuetudinis, non poſſum accedere,quando non tantùm interſit familiæ venditoris, ne id ius alteri extraneo cedatur, vt in ſpecie legum ſuprà allegatarum,in quibus nullius omnino intererat rem ipſam alienari in extraneum. Verùm & hìc intereſt quoque emptoris,ne ſcilicet ab eo res retrahatur prętextu huius iuris,quod tantùm familię competit,& ſic ne extraneo in eius præiudicium cedi poſſit: qua ratione,eius ſcilicet, quod ipſius intereſt, poteſt petere, vt conſanguineus retrahens iureiurando affirmet, id pro ſe,& ad ſuum cõmodũ retrahere,& ſine fraude,vt cauetur ſuprà hoc eo tit.§.1.Sed & in caſu Pau. Caſt. illius ſententiæ antiſtitis, vide omnino Alber. Brunum, conſil.80.circa primum,col.antepen. verſiculo, & licet adduci poſſet.

*An conſanguineus id ius poſſit cedere creditori inſolutum.* 12

Tertiò intellige, niſi conſanguineus fortè debitorum mole depreſſus, id ius retrahendi ſuo creditori cederet inſolutũ ſui debiti. Id enim poteſt facere, cùm ſit ex neceſſaria cauſa,ſi credimus eidem Paul.Caſt.in d. conſil.1. in fin.lib.2.arg.eorum quæ,vt dicit ſing.not. in l.pro hærede.§. ſi quid tamen, in fin. magnæ gloſſ.ff. de acquiren. hæredit. vbi ea quæ non tranſeunt ad extraneos hæredes, tranſeunt tamen ad creditores, propter inopiam vel neceſſitatem, & ex ea not. Bartol. Angel. & Recentiores,quòd quæ ſunt inſeparabilia à perſona,fiũt tamen ſeparabilia propter neceſſitatem. Et allegat præterea Paul.d.l.filiusfamiliàs.§. diui, ibi, ſed hæc neque creditoribus.ff.de lega.1.Cui adde alia multa à me collecta ſuprà §.1.in gl.14.in uerbo, *ou equipollent à vente*, n.8.ſecundò intellige,& multis ſeq.dum ibi tractamus, an retractus habeat locũ in alienatione neceſſaria, multiſq; ibi probauimus, prohibitionem alienationis non intelligi in huiuſmodi alienatione.

*An creditores id ius poſſunt capere in cauſam iudicati.* 13

Ex ſententia autem Paul.Caſt.d. conſil.1. potes intelligere creditores poſſe in cauſam iudicati capere id ius retractus competens debitori conſanguineo venditoris,qui aliàs non eſt ſoluendo.Nam & de hoc caſu loquũtur allegata ab ipſo Paulo. Et benè etiam facit text.in d. §.ſi quid tamen,cuius glo. tantùm Pau.citauit, ibi enim ſcribitur, operarum officialium petitionem creditorib. competere, quamuis ex alijs iuribus eæ cedi non poſſunt,vt eſt text.in l.ſi non ſortem.§.libertus,verſic.vlt.ff. de condi.indeb.& dicemus infrà hac eadem gl.nu.51.ſeptimò operæ.Sed & facit text.in l.1.ff.de fun.dotali. vbi ob neceſſitatem creditor mittitur in poſſeſſionem fundi dotalis,alioquin inalienabilis,& in l.peto.§.prędium. ff.de lega.2.ſecundum 3.lecturam, quam ſequitur Bart. ibi,& Io.Ana.conſ.47.illud præſupponitur,col.2. verſi. primò ergo non obſt.Et quod ſcribit Steph.Ber.cõſ.18. viſo,col.1.li.2.Et quæ latè diximus ſupra,in §.1. in gl.7. in verbo, *ou autres choſes cenſèes pour immeubles*, nu.48. quòd autem fructus. & ſeq. ſcilicet eorum quæ alienari non poſſunt,poſſe commoditatem capi in cauſam iudicati.De quo etiam per Bal.Ang.Alex.& Fran.Aret.in d. §.ſi quid tamen.& latè Iaſ.qui poſt alios id intelligit,cũ deſunt alia bona in l.commodis.ff.de re iud.

*De eadem re.* 14

Sed & ad hanc ſententiam non modicum facit, quia ſi conſanguineus ipſe debitor rem ipſam retraxiſſet,poſſet confeſtim creditor eandem rem in cauſam iudicati accipere, ne poſſet dici id factum in fraudem creditoris,niſi aliud oſtenderetur. Cur igitur ante retractũ non poterit & hoc idem ius retractus capere,aut à debitore in ſolutum accipere? præſertim ſi nihil habeat debitor conſanguineus, ex quo poſſit creditorem dimittere, vt ſæpe noſtri Iuriſconſulti loquuntur, ideſt, illis ſatisfacere,& ſe debito liberare:nec ei ſuppetunt pecunię, quib.retractum peragere poſſit: nam & id cedet cõmodo,non ſolùm creditoris,ſed & ipſius debitoris conſanguinei,qui ita liberatur à debito, & conſequenter totius familiæ,cuius quodã modo intereſt,hunc ſuum conſanguineum liberari,& dignitatem communis familiæ cõſeruari,arg.l.1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de vent.in poſſ.mittẽ. & quę in ſimili diximus ſuprà,in d.verbo,*ou equipollent à vente*,nu.51.tum quoq; quòd idem. Et aliàs ſæpe admittimus propter vtilitatem contrahentium, quæ aliàs non admitterentur,l.ſed uiæ.ff. de pigno. Præſertim uerò, quoniam cæteri conſanguinei poterunt & ab eodem creditore retrahere,vt diximus in eadem gl.nu.2.huiuſmodi autem eſt,& multis ſeq.

*De eadem re.* 15

Nisi tamen,ſi quis hìc diceret,quantum ad illum caſum de creditore volente id ius capere in cauſam iudicati,debitorẽ poſſe in quærendis obeſſe creditorib., uel

inuitis.l.qui autem, in prin.ff.quæ in fraudem creditorũ & l.non fraudantur. ff. de reg.iu. & vtrobique concor.in gl. Et id propè perpetuum eſt, ut in quærẽdis nocere poſſimus, quibus aliàs non poſſumus.l.ul.C.de acq.poſſ.& l.quoties.ff.ſol.matr. & l.ſi duo.ff.ſi quis cautio. & l.1.§. utrũ autem.ff.ſi quid in frau.patro.cum alijs multis congeſtis tit.2. uniuerſarum noſtrarum conſuetudinum Pictauienſium. §. 11. in uerbo, *alienation de bien d'egliſe*. Quid ergo queri poteſt creditor, ſi debitor hoc iure retractus vti non poſſit aut nolit, poteritne eo iure loco ipſius uti? Cùm nec iura illis ſubueniant, quibus in quęrendis nocitum eſt, vt patet ex iuribus ſuprà allegatis. Niſi & illud reſpondeas, id ius retractus iam quæſitum eſſe, à tempore contractus uenditionis factæ ab ipſius conſanguineo, ex ſententia Bald. in Rubr. C. res inter alios act. verſicu.nota quòd ex conſuetudine, & alibi latius diximus. Cùm igitur ei nata ſit & quæſita actio, poteſt in eã creditor manus ueluti inijcere, ſaltem iudicis autoritate. Cogita tamen, quia hæc res admodum noua eſt, & uide tamen Ang.conſ.243.multi conſortes.

16 *An id ius ſaltẽ ob famis neceſſitatem poſſit vendi.*

16 Illvd autem ſcio, Barb.in repe.rub. de rebus eccl. non alienan.col.11.verſ.vndecimo limita, tenuiſſe quòd ſtante ſtatuto, ne liceat in extraneum alienare, cuiuſmodi eſt propè noſtra conſuetudo, poteſt tamen ob neceſſitatem famis id fieri, ſi non inueniatur emptor non extraneus, inſtar eius quod dicitur patrem ob eam neceſſitatẽ poſſe uendere filium, in l.2.C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxere. Quo in loco (vt id obiter dicam) dictio eſt à noſtris non intellecta, ea eſt, ſanguinolentus. ibi.n. ſcribitur, filium filiamue ſanguinolentos vendiderit. nam ſic legendum eſt, non conſanguinolentus. Quod vt intelligas in Codice Theodoſiano libro 5.c.8.titul. eſt huiuſcemodi: De his, qui ſanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint, ſub quo lex eſt Conſtantini Imperatoris, à qua haud dubiè decerpta eſt d.l.2 ſub nomine eiuſdem Conſtantini. Cuius hęc uerba ſunt, Si quis à ſanguine quempiam eiuſmodi comparauerit, &c. Paraphraſtes autem non indoctus, quiſquis is fuerit. Si quis (inquit) infantem à ſanguine emerit, &c. Ex quibus facilè intelliges ſanguinolentos illic uocari eos, quos Græci ἀρτιγενῦς, ſiue ἀρτιβλάςυς vocant, id eſt, recens natos, & adhuc ſanguine menſtruo madentes, & vt utar uerbis Iuuenalis Sat.7.

*Sanguinolenti filij, q a patre vẽduntur, quare dicuntur,*

*--Modo primos incipientes*
*Edere vagitus, & adhuc à matre rubentes.*

Nam & in dicto C. Theodoſiano titulus eum præcedens, quem ſuprà citauimus, hic eſt, de expoſitis, cuius tit.l.1.loquitur de his qui ſeruos & liberos recens natos domo abiecerunt. In noſtro autem Iuſtiniano C.lib. 8.titulus eſt, illos vtroſque titulos ſimul iungens, his verbis, de infantibus expoſitis liberis & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperint. Vbi Azo in Summa, & Petr.à Bella Pert.in Rub.dicunt hos infantes iõ ſanguinolentos vocari, quòd ſanguinis pœna luendum eſt tantum ſcelus. Accur.autẽ ibi nihil dicit, ſed in priore illo loco, videlicet in d.l.2.C.de patr.qui fili.diſtrax. cùm nec ipſe id intelligeret, nec illius poſterioris tit. (vt opinor) tunc recordaretur, ſcribit aliàs ibi legi, ſanguinolentus, aliàs ſanguinolentus: ſed priorem illam lectionem meliorem eſſe, vt ſcilicet legatur, ſanguinolentus, & ad patrem referatur: atque ſic dicatur, tanquam pater ſanguinolentus, id eſt, ſanguine (vt dicit) & capitaliter puniendus, ſi ſine iuſta cauſa filium vendiderit. at Cyn.& poſt eum Saly.dicunt id non congruere text. qui loquitur de uenditione licita: ideoque ibi dici patrem ſanguinolentum, quòd ſanguis contradiceret neceſſitati famis, quæ uenditioni aſſentiebat. Alb. autem ibi tradit ideo ita uocari filios à patre venundatos, quia eorum ſanguine alantur parentes, uel quia conſanguinolentum fiat per famem, vel quia pater occidit filium ciuiliter eũ uendendo, atque ſic ſeruum faciendo: quia ſeruitus morti æquiparatur. Idem in ſuo dictionario interpretatur, ut Accurſius, ſanguinolentum in ead.l.2.id eſt, ſanguine & capitaliter puniẽdum. Verùm nimium in ijs noſtrorum nugis immorati ſumus.

Igitvr ut redeamus ad principale inſtitutum, eadem l.2.C.de patri.qui filios ſuos diſtrax.non tam aliena à paterna pietate uideri debet, quã pleriſq; uidetur: quandoquidem Nehemiæ 5.cap. populus fame oppreſſus in hæc verba prorupit: Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro precio eorum frumẽtum, & comedamus & uiuamus. Idque etiam aliquando factitatum tradit tempore Maximini Imperatoris Euſebius Cæſarienſis lib. Hiſtoriæ eccleſiaſticę 9.c.8. Et longis ante temporibus Friſichthon, cùm præ fame patrias attenuaſſet opes, tandem & filiam uendidit. 17

*Filij a parentib. ob famem aliquando vẽditi.*

*--Et tandem demiſſo in viſcera cenſu,*
*Filia reſtabat non illo digna parente:*
*Hanc quoque vendit inops.--*

Hæc enim ſunt uerba de eo Ouidij (ni fallor) 8.Met. Cuius etiam rei meminerunt Leucophron, Palæphatus, & Tzetzes.Hiſtor.2.ca.47.ubi & eam filiam Maſtram appellat.

Illam autem Barb.ſententiam, quam ex d.l.2.deprompſit (ut ad eam tandem reuertamur) confirmat gl. in l.quemadmodum, in uerbo, uendi.C.de agri.& cenſi. lib.11.quæ eum text uetantem omnifariam (ſunt enim hæc uerba legis) originarios atque etiam ruſticos cenſitoſque ſeruos uendi ſine terra, ita intelligit, ut propter neceſſitatem liceat.arg.d.l.2.& eam ſequuntur Barto. & Io.Plat.ibi, id quoque trahentes ad quæuis alia alienari prohibita. Et alia glo.in l.ob æs alienum tantum. C. de præd.min. quæ & ipſa eam l.loquentem dictione illa taxatiua, tantùm, trahit ad famis neceſſitatem, per illam l.2.& eam ſequuntur omnes ibi, & Ange. in Authen.res quæ, col.ult.C.com.de leg. Quibus ſubſcribit, quod tradit Arch.in c.abbatib.12.q.2.bona eccleſię alienari poſſe inconſulto Capitulo. Et quod à Dy. ſcriptum eſt in l. 2.ff.ſol.mat.& à Cy.& Alb.relatum & comprobatum in l.1.C.de noua.domino licere uaſallum inuitum alienare imminente neceſſitate, per l.patronus, & l.medicus.ff. de ope.lib.quamuis aliàs non liceat, c.1.§. præterea ducatus, tit.de prohib.feud.alie.per Feder. & dicemus inf. ea.gl.nu 78.uigeſimoſextò. 18

Qvodqve Bal. ſcriptum reliquit in tract. Protomixeos col.4.uerſ.ſed tunc quæro, & iterum colum.2. verſ. quid ſi vendo. quòd etiam ſtante conſuetudine Protomixeos, quæ id ius conſanguineis ſocijs ac vicinis tribuit, vt præferantur extraneis intra 30. dies à denunciatione illis facta ab eo qui vult vendere: ſi tamen urgeat iuſta quæpiam neceſſitas, poterit liberè uendere cuilibet, non expectato eo tempore, niſi illi confeſtim emant, quia neceſſitas non ſubeſt legi.l.1.ff. de off.Proconſ.& eum ſequitur Matthæ.Affl.loquens in neceſſitate famis, in eo. tract.Proto.col.6.verſ.ſed iuxta hoc quærit, ubi & alia multa de neceſſitate allegat. Et inter cætera, quòd feudum ex cauſa neceſſitatis alienari poteſt, per c.1.ti. qual. olim feud. ali. pot. Quanquam ille text.probat contrarium, vti etiam annotant And.Iſer.Bald.Mart.Laud.Alua.& Card.Alex.ibi, & ipſi Andr.& Bald. in capit.1.§. aut ſi libellario, tit.quib.mod.feud.amit.& ipſe quoque Aluar.loquens de neceſſitate famis, in cap.vlt. in 33.concluſione, titul.quæ fuit prima cau.benef.amit.& Philip. Dec.in c.quæ in eccleſiarum, colum.3.in 6.not.per eum text.de conſtitut.& Franc.Curt.Iunior, in tracta. feud.in 4.q.princ.quartæ partis, ubi item loquitur de neceſsitate famis. 19

Porrò autem alia multa de neceſſitate collegit Alber.in d.l.2.C.de patri.qui fili.diſtraxe.& maximè de neceſſitate famis, & in l.1.ante fi.ff. de offi. Proconſul. & Lucas Pen.in l.1.col.2.C.de delato.lib.10.& in l.Curiales, la 2.poſt princip.C.de Decur.eod.lib.& in l.1.col.1. & 2.C.de commeat.lib.12.Roman.in repet. l. ſi uerò.§. de viro, in 54.fal.ff.ſol.matr.Firmianus in ſuo vbere Lexico, in uerbo, neceſſitas, ferè per totum.Franc.Curt. ſenior, in rep.l.admonendi.char.16.colum.3. uerſ. ad hãc deciſionem, & ibi quoque Iaſon in repet. col.74. verſic. circa ſecundam concluſionem, qui eſt in nu.214. & ſeq. ff.de iureiur.& ipſe Iaſon in l.1.in princ.col.pen.uerſ.gl. in uerbo, non aliter, & ibi Franc. Purp. col. item penult. & ſeq.ff.de offic.eius, cui manda.eſt iuriſdict.& idem Iaſon in Authent.res quæ, col.3.uerſ.vndecimo, & iterum col.6.verſ.ſexto & ultimo.C.com. deleg. & in l. principalibus, colum.2.ff. ſi cert.pet.Fel.in c. cùm acceſſiſſent, col.9.uerſ.tertiò reſtringitur, extra de conſti.& in c. querelam, col.vlt.extra de iureiur.& in cap.2.colum. pen.de ſponſ.Philip.Dec.in l.quæ propter, de regul.iur. Matth. Afflict.[in cap.licet uaſallus, col.3.in 5. not.tit. ſi de feu. fuer.controu.inter dom.& agna. & ] in conſtit. Siciliæ, incip.ſi quando contingit, in 1.not. Franc. Curt. iunior, in tractat.feudorum, in 4.parte principali, char.43.uerſ. decimoſextò quæro.Hipp. Marſil.in l.1.§.præterea, col. 18.& duabus ſeq.ff.de quæſtio.Ferd.Loaz.in repet. l.filiusfamiliàs.§.diui.num.219.& multis ſeq. ff.de lega.1. Geral.à Pet.Sancta, ſing.cap.neceſſitas, Ioan. Lup. in repet.rubr.de donat.inter vir.& uxor.§.17.colum.5. uerſi. quod procedit, & ſeq. & Alciat. in lib.1. ff. de uerbor. ſignifi.ad fin.qui id integrum accepit à Rom.in dict.§.ſi uerò. Quorum dicta ſi hìc adijcere uellem, dies me prius deficeret. 20

*De neceſſitate multa remiſſiue.*





21 *Neceſſitas omnib.dominatur.*

21 Sed illis addere potes, quod & de ipſa neceſſitate externi ſcriptores tradidere. Orpheus in Hymno Noctis, ſcribit, grauem neceſſitatem omnibus dominari, aut ſi mauis omnia fortificare.

--Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

*Neceſſitas & fatum connexa.*

Thales Mileſius apud Plutarchum lib.1. de Placitis Philoſophorum, cap.25.& Diogenem Laërtium in ipſius vita, dicit validiſſimum, ſiue fortiſſimum quiddam neceſſitatem eſſe, ut quæ uniuerſæ naturæ præualeat ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ παντόν. [Nam & alibi apud eũdem Plutarchum in conuiuio ſeptem Sapientum, idem Thales interrogatus, τὶ ἰσχυρότατον, ideſt, quod fortiſſimum, ἀνάγκη, inquit, ideſt, neceſſitas: μόνον γὰρ ἀνίκητον, ideſt, ſola enim immobilis, ſiue ſemper ſibi conſtans, ſiue inuicta, ſiue inſuperabilis: hæc enim omnia ea dictio ſignificat.] Triſmegiſtus in libro de uoluntate diuina, qui Aſclepius inſcribitur, cap.14.tradit εἱμαρμένην, ideſt, fatum, & ἀνάγκην, ideſt, neceſſitatem, ambas ſibi inuicẽ indiuiduo connexas glutino, alteram uerò rerum omnium parere initia, neceſſitatem autem cogere ad effectum. {Quod & propemodum aſtruit Seneca lib.2. Naturalium quæſtionum.} Parmenides verò & Democritus, atque etiam Heraclitus & Plutarchus, ubi nuper citauimus.& iterum c.27.neceſsitatem eandem atque fatum eſſe uoluerunt, omniaque ipſius præſcripto fieri. Plato (vt & idem Plutar.tradit, c.26.) euentorum partẽ prouidentiæ, partem neceſsitati adſcribit. Idem & cum eo Stoici, neceſſitatem quidem fixam cauſam & uiolentam dicunt, vti etiam refert ipſe Plutarchus in illo c.27. Idem Plato lib. de Republica decimo, atque Plotinus eiuſdem ſectæ Philoſophus, Neceſſitatẽ Deam faciunt, Parcarum matrem, quæ & ipſæ ineluctabiles atque inexorabiles uocantur. Nam & Pauſanias lib.2. quo Corinthia tractat, ſcribit Corinthi Neceſſitatis ac Violentiæ ſacellum fuiſſe, quod ingredi minimè conſueuerant. Ex quo intelligis & neceſsitatem pro Dea fuiſſe habitã, eandemq; Violentię coniunctam, tanquam ea cuncta violet. Valerius Maximus, lib.1.cap.6.quo loco de Cn. Pompeio loquitur, inuictas leges neceſsitudinis eſſe dicit, ibi .n. neceſsitudo pro neceſsitate (ut ſæpe fit) ponitˊ.

*Neceſſitas cauſa fixa et uiolẽta. Neceſſitas Dea Parcarũ mater.*

Simonidis ſententia eſt ex arcanis Homericis, quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor, deprompta, Neceſſitati ne deos quidem reſiſtere, ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, quam aduocat Plato tum in Protagora, tum lib.de Legibus 5.rurſumq; 7. Eamq; expreſſiſſe videtur [Dionyſius Halicarnaſſeus libro 6.in oratione Menenij Agrippę, cùm dicit, Poſtremò cogitãtes neceſſitatis uim, cui ſoli uel Dij coguntur cedere. Et] Liuius lib.ab Vrbe cond.9.cùm ſcribit: Pareatur neceſſitati, quam ne Dij quidem ſuperant. Sed & idem lib.4.ita facit loquentem Vectium Meſſium Volſcorum regem: Neceſſitate, quæ vltimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. Vnde opinor illud vice prouerbij celebratum, Ingens telum neceſſitas. quod Plinij eſſe nonnulli tradunt. Cæterùm Euripides in Helena ex Sapientum ſententia dicit, nihil plus poſſe, graui neceſsitate: 22

*Neceſſitati ne Deos quidem reſiſtere.*

*Neceſſitas telum ultimum.*

*Neceſſitate nil plus poteſt.*

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Et in Aceſti,

Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκης ηὗρον.

Hoc eſt,

*Potentius nihil neceſſitate inueni.*

Idem ſuam Hecubam ita claudit στερρὰ γὰρ ἀνάγκη, id eſt, dura, ſiue mauis, rigida neceſsitas. Nã & hanc quoq; duram ſæpius uocat Diuus Auguſtinus, enarrans illud Pſal.30. Saluam feciſti de neceſsitatibus animam meã. Horatius autem lib. 1. Carminum Ode 35. eandem ſæuam uocat:

*Neceſsitas dura & rigida. Sæua.*

*Te ſemper anteit ſæua neceſſitas.*

Et lib.3.Ode 24.diram, quod non longè abeſt,

*Dira.*

*Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira neceſſitas*
*Clauos.--*

Quintilianus auus Declama.260. Multum (ait) contra iuſtitiam neceſsitas ualet. Palladius lib.Rei ruſticæ 1.c. 6. Neceſsitas ferijs caret. Valerius Maximus lib. 7. tit. 6.qui de neceſsitate eſt, ſcribit, Abominandæ neceſsitatis leges amariſsimas eſſe, & truculentiſſima imperia. Tullius libro 2.Officiorum: Neceſſitati parendum eſſe iubet. Et Herodianus libro 5.Parendum, inquit, neceſſitati fuit. Græcus eſt verſiculus Menandri.

*Neceſſitas uincit iuſtitiam.*

*Neceſſitati parendum.*

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα.

Ideſt ad uerbum,

*A neceſſitate omnia in ſeruitutem rediguntur uelociter.*

*Neceſſitas omnia in ſeruitutẽ redigit.*

Et alter.

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.

*A neceßitate multa facimus mala.*

Græco autem Epigrammate, πάντολμος ἀνάγκη appellatur, quòd omnia audeat. Porcius autem Latro in illa in Catilinam declamatione, grauiſſimos pronunciat morſus irritatæ neceſſitatis. Plato in Phædro tradit neceſſitatem omnibus in rebus cuiq; grauem eſſe.

*Ab ea mala omnia. Ea omnia audet.*

Καὶ μὴν τό γε ἀναγκαῖον,
Εἶναι βαρὺ παντὶ παράπαν ἂν λέγεται.

Homerus autem neceſſitatem fortem uocat, libro ſexto, Iliados.

--Κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

Et rurſus lib.10.Odyſſ.

--Κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη.

Sed tu hìc aduerte Lector, nam quæ de neceſſitate famis priuatim noſtris legibus conſtituta ſunt, ad alias trahenda non ſunt, ut in caſu d.l.2. C. de patribus qui filios diſtraxe.uoluerunt Azo in ſumma eiuſdem tit. Accurſius, Petrus à Bella Pert.Cyn.Bartol. dum citat.Dyn. quo loco ſtatim dicemus, Bald.Angel. & Salyc. & Paul. Caſtren.in d.l.2.& Dyn. in capit.in argumentum, de regulis iuris, libro ſexto. Ex quo & Ioannes Fab.in §.1. colum.2.Inſtit.quib.alie.licet uel non, dicit, quòd licet maritus poſsit dotem alienare ex neceſsitate famis, non tamen ob aliam quamuis neceſsitatem, argumen. d.l.2. C.de patrib.qui filios diſtrax.& ſequitur Ange. Aretin. in d.§.1.columna prima, in fi. Et facit quod in alio caſu 23

*Ob famem cõſtituta, ad alias neceſsitates non ſunt trahenda.*

voluit Ioannes Fab.in §.nullius.col.vltim.& ibi poſt eũ Ang. Aretin §. ſacræ, Inſtit. de rerum diuiſio. & in alio item caſu Bal.in c.1.§.aut ſi libellario,col.2.in verbo,poterat olim,tit.quib mod.feud amit. dum ibi loquitur de neceſſitate victus.

24 *Fames teterrimum mortis genus, atq; miſerrimum.* ET hæc quidem optimo iure,quando nulla omnino neceſſitas fami par eſt. Teterrimum enim mortis genus famẽ eſſe pronunciauit Homerus,qui lib.12.Odyſſ. ita facit Eurylochum loquentem:

*Πάντες μὲν συγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,*
*Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν*

Id eſt ad verbum,

*Omnes quidem terribiles mortes miſeris mortalibus:*
*Fame autem miſerrimum mori*

Cuius ſententiæ meminere Plato in lib.de Republ.3.& Columella lib.2.Rei ruſticæ,cap.item 2.& Cn.Pompeius in ea epiſtola ad Senatum, quæ dicitur fuiſſe depró-pta ex libris hiſtoriarum Salluſtij: Quantum in uobis, fame miſerrima omnium morte confectus. Et his ſúbſcribens Liuius lib.10. Secundi belli Punici, ſcribit famem & frigus miſerrima eſſe mortis genera. Hiſque alludens Plautinus paraſitus in Captiuis, Miſerrimum ait eſſe hominem,qui cum eſſe cupit, quod edat non habet. Hinc Horatius lib.1.Carminum,Ode 21.miſeram famem vocat.

*Hic bellum lachrymoſum,hic miſeram famem, &c.*

*Fames miſera.* Ouidius lib.8. Meta. appellat famem, miſerabile genus pœnæ:

*Moliturq́; genus pœnæ miſerabile.--*

Tullius autem ad Atticum lib. epiſtolarum 5. Fame nihil miſerius eſſe, pronunciauit Ioſephus lib.6. belli Iudaici,cap.14.ſcribit, famem rerum omnium clades ſiue acerbitates ſuperare. *Fames clades et acerbitates omnes ſuperat.* Quod & ex ipſo repetit Euſebius Cæſarienſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib.3.cap.4. aut vt alij diuidunt,6. Sed & idem Ioſephus lib.7.eiuſdem operis cap.11.tradit,Omne pereundi genus fame leuius videri. Et Menander.

*Λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.*
*Fames maximus dolor hominibus eſt.*

Quintilianus,ſi is eſt, in Cadauerum paſtis: Felix(ait) peſtilentia,felix præliorum ſtrages, deniq; omnis mors facilis. Fames aſpera,uitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magiſtra peccandi, duriſſima neceſſitatũ,deformiſſima malorum. Hæc ad humile corpus nobiles manus mittit,hęc alienis pedib. mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit,hæc venena populis publicè dedit,hęc in parricidiũ pios egit. Quem citat Lucas Pen.in l.2.col.2. C.de quibus muneribus uel præſta.lib.10.

25 PLINIVS lib.2.c.65.de terra loquens, Quin & uenena,ait,noſtri miſerta inſtituiſſe credi poteſt,ne in tædio uitæ, diræ famis mors terræ meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe. Quibus vides, famem peculiariter diram uocari,vti & apud Virgilium lib.3.Aeneid. *Fames dira.*

*Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem,*
*Quam vos dira fames, noſtræq; iniuria cædis,*
*Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.*

[Et Horat. lib.1. Serm. Satyr.2. haud multò poſt princ.

*--Inopi dare nolit amico,*
*Frigus quo diramque famem propellere poſſit.* ]

Et Ouidium lib.8. Meta.

*Tum quoq; dira fames, implacatæque vigebat*
*Flamma gulæ.--*

*Sæua.* Sæuam quoq;(quod eiuſdẽ eſt ſenſus)vocat Luca.lib.6.

*Sed patitur ſæuam, ueluti circumdatus arcta*
*Obſidione famem.--*

[Et Senec.Tragœdiographus in Octauia.actu.4.

*Turpisque egeſtas, ſæua cum luctu fames.* ]

*Obſcæna.* Idem autem Virgilius eod.lib.3.eam obſcœnam vocat:

*Obſcænamq́; famem, quæ prima pericula vito.*

Quia,ut dicit Seruius ibi homines ad obſcœna compellit,ut de male ſuada ſtatim dicemus. Nonius autẽ Marcellus,obſcœnam,in eo loco exponit,pro uitabili. Sic quoque eam, & præterea tetram, uocat Euſebius Cæſarienſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 9.capit.8. *Tetra.* Sed & ipſe Virgilius(vt ad eum redeamus) veſanam eam vocat, libro 9. *Veſana.*

*Suadet enim ueſana fames, manditq́; trahitq́;*
*Molle pecus.* - Et iterum lib.10.
*Suadet enim veſana fames, ſi fortè fugacem*
*Conſpexit capream.*

Et poſt eum Apuleius lib.8.Metamorph. Cui nou abſimile eſt,quod Lucanus eam inſanam appellat,lib.7.

*Inſanamq́; famem,permiſſasq; ignibus vrbes.*

*Inſana.* Idem Virgilius libro 6.eandem quoque uocat maleſuadam, quòd ſcilicet ad omne malum ſcelusque ſuadendum ſit efficaciſſima, vt paulò poſt dicemus, eamque fabulatur ſedere in veſtibulo inferni inter tetra diraque monſtra. *Maleſuada. Fames in veſtibulo inferni.*

*Veſtibulum ante ipſum, primisq́; in faucibus Orci*
*Luctus, & vltrices poſuere cubilia Curæ,*
*Pallentesq́; habitant Morbi, triſtisq́; Senectus,*
*Et Metus, & male ſuada Fames, ac turpis Egeſtas,*
*Terribili viſu formæ.* -

Idem lib.Aeneidos ſexto,eãdem Rabidam vocat, quòd in rabiem quandam adigat homines:

*--Ille fame rabida tria guttura pandens.*

Hinc idem Virgilius lib.9.eiuſdem operis:

*--Collecta fatigat edendi*
*Ex longo rabies.-*

Et Silius Italicus, loquens de fame Saguntina, libro 2. Punic.

*Rabidi ieiunia ventris*
*Inſolitis adigunt veſci.-*

Ex quo eſt illud uetus adagium apud Plautum in Amphytrione, Fames & mora bilem in naſum conciunt. *Adagium* Ouid.lib.8.Metamorpho.peſtiferam eam vocat. *Peſtifera.*

*Peſtifera lacerare fame.--*

*Dura.* ET duram lib.4.de Ponto:

*-Vix humili duram reppulit arte famem.*

Et ante eum Horat.lib.Sermonum 1.Saty.2:

*-Duramq́; famem depellere poſſit.*

Et atram Claudianus:

*Pallor & atra fames.-* *Atra.*

Quod accepiſſe uidetur ab Heſiodo qui αἴθοπα λιμὸν libro 1. Operum & dierum vocat, id eſt, nigram, ſiue atram famem. At eidem Heſiodo lib.eiuſdem operis 2. λιμὸς quoque ἀτερπὴς, id eſt, iniucunda, dicitur, Quod epitheton antè ei tribuerat Homerus,lib.19.Iliados: *Iniucũda.*

*-ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκηται.*

Sed ut redeamus ad Claudianum, is in Rufinum eam item vocat imperioſam,quòd extrema queque imperet. *Imperioſa.*

*Imperioſa fames, letho vicina ſenectus.*

Et Lactantius in Phœnice,violentam, quod non multũ ab illo diſtat, quia ſcilicet violet iura omnia,etiam naturalia,vt paulò pòſt oſtendemus. *Violenta.*

*Et curæ inſomnes, & violenta fames.*

Et pernicioſam, T.Liuius Victoribus(ait) victiſque pariter pernicioſa fames inſtabat. *Pernicioſa* In li.5. Epigrammatum Græcorum, vnum eſt nomine Callimachi in quo λιμὸς πανταμάτωρ dicitur,quaſi omnia domans: *Omnia domans.* Mœſtam quoque illam vocat Seneca Tragœdiographus in Hercule furente. *Mæſta.*

*Famesq́; mæſta tabido rictu iacens.*

IDEM Liuius lib, Secundi belli Punici primo, dicit famem vltimum humanorum ſupplicium. Et Amianus Marcellinus libr. 19. eam vocat vltimum omnium malorum. Idem libro 25. ignotiſſimum mortis genus appellat, veluti admodum ignobile. Et paulò pòſt, Dies (inquit) quatuor ſunt euolari inedia cruciabiles,& omni 26 *De fame alia multa*





ſupplicio triſtiores. Aegiſippus libr.5. Famem [vehementem] carnificem appellat. Diuus Hieremias Threnorum c.4.dicit,Melius eſſe occidi gladio, quàm fame extabeſcere. Cui conſentiens Vegetius, Ferro (inquit) multò ſæuior fames eſt. Dauid autem peſtilentiam eligere maluit,quàm famem,cùm vtriuſque ei data eſſet optio,vt ſcribitur Regum lib.2.c.24.Ouidius libr.8. Metamorph. famem Erebi & Noctis filiam dicit, eamque graphicè deſcribit. E noſtris Bal.in l.pactum,col.vlt. C. de pact. tradit illud tanquam prouerbium vulgò celebratum,fames eſt acutiſſimus enſis.idem conſ.458. lata fuit ſententia,colum.2.libr.3. ſcribit nihil triſtius eſſe, quàm fame necari,nihilque fami comparari. Epicuri autem ſententia eſt, licere pro ſiti & fame depellenda aduerſus Iouem pugnare,teſte Theodorico lib.de curatione Græcorum vndecimo.

27 *Fames ad quæ nos mala impellat.* ET ſanè Lector hæc peſtis omnium rerum teterrima eſt,& ad omne ſcelus ſuadendum efficaciſſima. Ex nullo malorum fonte fœdiora manarunt exempla.Hinc filiorum cædes,& infandæ epulæ:hinc præcipitationes, aliæque feſtinatæ mortes:& quod omnium atrociſsimũ eſt,reperti ſunt,qui ſeipſos laniarunt,quando obſcœnos morſus in alios vertere non potuerunt.Nam in ea obſidione,quam inter ſecundum bellum Punicum paſſus eſt Spendius ab Amilcare Carthaginenſium Duce, eo inopiæ ventum eſt,vt Spendiani milites ſuis ipſorum corporibus inedia veſcerentur, captiuiſque(quod Polybius tradit)et ſeruis cęſis,eorum carnib.ſuſtentarentur. Hanc autem rem ita explicat Porphyrius lib.2. de abſtinentia ab eſu carnium:Poſt primum (inquit)bellum, quod de Sicilia à Romanis aduerſus Chartaginienſes geſtum eſt, cùm Phœnices mercenarij milites defeciſſent, ſimulque alios Pœnos in defectionem induxiſſent, Amilcar cognomento Baleas expeditione in ipſos facta in eã victos inopiã redegit,vt primùm eos,qui in prælijs caderẽt,in cibum ſumerent:deinde, vbi illi quoque defeciſſent,captiuos occiderent,eorumq́ue carnibus veſcerentur:poſteà in ſeruos omnes manus inijcerent: poſtremò verò, cùm omnia alia iam conſumpta eſſent, in ſe mutuo conuerſi ſorte eductos commilitones comederent. Numantini quoque à Scipione obſeſsi, cùm omnia,quæ famem eorum trahere poterant,cõſumpſiſſent, ad vltimum humanorum corporum dapibus vſi ſunt. Captaque vrbe complures inuẽti ſunt, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes, vt autor eſt Valerius lib.7.c.6.qui ſubdit,horum trucem pertinaciã in conſimili facinore Calaguritanorum, execrabilem impietatem ſupergreſſam eſſe: qui quia nullum iã aliud ſupererat animal, vxores ſuas, notosq; ad vſum nefarię dapis verterunt.Quoq; diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus aleret,infęlices cadauerum reliquias ſalire non dubitauit.Liuius li.4.ab urbe condita tradit.Cũ fames vrgeret Romanos, multos ex plebe, ſpe amiſſa, potius quàm vt cruciarentur trahendo animam, capitibus obuolutis ſe in Tiberim præcipitaſſe, Herodotus li.3.refert,exercitum Cambyſis Perſarum regis in expeditione,quam mouit aduerſus Aethiopes, tanta fame oppreſſum fuiſſe,vt ſortiti ex ſeipſis milites decimũ quenque comederint.

28 *Eriſichthõ præ fame membra propria dilaniauit.* TRADVNT & antiqui ſcriptores,Eriſichthonem, de quo nos ſupra locuti ſumus, propter neglecta Veneris ſacra ad tantam famem adactum fuiſſe,vt propria ipſius membra corroſerit.Ex quo Ouid.lib.8.Meta.

*Vis tamen illa mali poſtquàm conſumpſerat omnem*
*Materiam, dederatq́; graui noua pabula morbo,*
*Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu*
*Cępit,& infęlix minuendo corpus alebat.*

Et alter neſcio quis Poeta:

*Membra aliena fame lacerabant, eſſe parati*
*Et ſua.-*

Vt non abs re ſcriptum ſit E ſa.9.c. Eſurit & comedet ad ſiniſtram,& non ſaturabitur. Vnuſquiſque carnẽ brachii ſui uorabit.Nec ideò mirum videri debet,quod multi tradiderũt Polypum præ fame ſua ipſius brachia, ſiue cirros[aut,vt alij vertunt,pediculos]corrodere. *Polypus.* Id enim Heſiodus libro ſecundo Operum,Opianus libr.de piſcib.& præter hos 2.Aelianus li.12.ſtatim poſt princ. & Albertus Magnus lib.animalium 24.ſcriptis reliquerunt:Pherecrates,Cominus,Alceus,& alij multi, Atheneo lib.7.cap.32.citari: tametſi Ariſtoteles li. de natura animalium 8.ca.2.& Plinius li.9.c.29. & Athenæus ipſe reclamant.

SED vt redeamus, in Hieroſolymitana expugnatione,cùm Iudæi arctius à Romanis obſiderentur, non ſolùm non abſtinuerunt à ſtercoribus hominum & brutorum,& calciamentis & corijs à ſcutis detractis, quod ſæpè aliàs factitatum eſt:ſed & reperta ſunt à militib. omnia ob inediam diſcutientibus, in priuata mulierculæ domo,puerilia membra,quibus infęlix mater, nomine Maria,Eleazari filia,occultè veſcebatur, trahebatq; vitam illius viſceribus,qui omni vita ſolet eſſe parẽti charior. 29 *De eadem re.* Teſtis Ioſephus lib.Belli Iudaici 6.c.vlt.in fi.& lib.7.c.6.aut ex aliorum codicum ſectione 11.& repetit Aegeſippus Excidij Hieroſolymitani lib.5.ca.41.& Euſebius Cæſarienſis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.3.capit.4.aut vt alij codices computant 6.Diuus Chryſoſtomus lib.1. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ. Quin longo antè interuallo Doda rege Syriæ Ioram in Samaria obſidẽte,fames adeò inualuit,vt matres inedia adactæ filios necauerint,coxerint,comederint, vt ſcribit ſacra hiſtoria, 4.Regum,cap.ſextò.& Ioſephus libro 9.Antiquitatũ, cap.4.Et in alia ipſius Samariæ obſidione, facta ab Ariſtobulo & Antigono Hyrcani filijs,fames quoque obſeſſos ad tetra humanorum cadauerum alimenta coegit,vt tradit Aegeſyppus lib.Excidij Hieroſolymitani 1.ca.itẽ 1.Sed & imperante Iuſtiniano, eo anno, quo vrbs Roma,dum Belliſſarius inibi eſſet,à Gothis obſideretur,tãta per vniuerſum orbem,& præcipuè apud Ligures, fames excreuit, vt pleræque matres infęlicium natorum membra comederent,vt vir ſanctiſsimus Datius Mediolanenſis Antiſtes,& eius autoritate Paulus Diaconus retulere.Hincq; dolenter & flebiliter Hieremias,quo loco nuper citauimus,manus(inquit)mulierum coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum. Diuus ille Chryſoſtomus Homilia in Geneſim 64. loquens de Iacob illo patriarcha, ſcribit, famis neceſsitatem patriæ amorem in eo viciſſe. Et Diuus Hieronymus in Amos lib.3. Vetus narrat hiſtoria,nil fame durius,quæ ſæpè obſeſſos compellit humanis veſci carnibus, & in ſuam ſæuire naturã, ita,vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus vxoris dudum amatæ membra dilaceret. Ex quib.ortum vetus adagium, Omnia eſculenta obſeſsis. *Adagium* Quod quidem adagium(vt id addas)ſumptum eſt ex ueteri illo Senario cuiuſpiam Poetæ.

*ἅπαντα γάρ τοι βρωτὰ τοῖς πολιορκουμένοις.*

Idem quoque de obitu Marcellæ ad Principiam, loquens de quadam fame,quæ tunc Romanos obſeſſos tenebat:Terribilis(ait)de occidente rumor affertur, obſideri Romam,& auro ſalutem ciuium redimi, ſpoliatoſque rurſum cruciari,vt poſt ſubſtantiam vitam quoque amitterent.Hæret vox,& ſingultus intercipiunt verba dictantis.Capitur vrbs,quæ totum cæpit orbem: imò verò fame perijt,antequàm gladio:& vix pauci,qui caperẽtur, inuenti ſunt. Ad nephandos cibos erupit eſurientium rabies,& ſua inuicem membra laniarunt,dum mater non parcit lactenti infantiæ, & recipit vtero, quem paulò antè effuderat. Ex quibus eſt illud Leuitici 26. Corripiam uos ſeptem plagis propter peccata ueſtra, ita, ut comedatis carnes filiorum veſtrorum, & filiarum ueſtrarum. Et Deutero. capitulo 28. Obſidebe-

ris intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus, etc. Et Baruch 2. Vt adduceret Dominus ſuper nos mala magna, quæ nõ ſunt facta ſub cœlo, quemadmodum facta ſunt in Hieruſalem ſecundum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ. Et Ezechielis 5. Patres comedent filios ſuos in medio tui.

30 *De eadem re.*

NON mirum igitur videri debet, quod Plinius lib. 8. c. 57. tradit Annibale Caſilinum obſidente, væniſſe murem cc. nummis, eumque qui vendiderat fame interijſſe, emptorem vixiſſe, Quod & ipſum tradit Valerius lib. 7. cap. 6. Quanquam apud Strabonem lib. 5. legimus non murem in ea obſidione, ſed modium frumenti vẽditum fuiſſe cc. drachmis, emptoremque ea alimonia incolumem ſeruatum, venditorem autem fame extinctum. Non mirum (inquam) quod in exercitu Marci Antonij, quo tẽpore cum Phraorte, aut, vt alij vocant, Phrarte rege Parthorum pugnaretur, chœnix Attica frumenti (tanta fames erat) quinquaginta drachmis empta ſit, & pro hordeaceis panibus paris ponderis argentum datum, vt ſcribit Plutarchus in vita ipſius Antonij. Et quod in ea Samariæ obſidione, de qua nuper locuti ſumus, caput aſini venũ datũ eſt lxxx. argenteis, & quarta pars cadi ſtercoris colũbarum quinque argenteis: ſicuti quoq; ſcriptum eſt eo. c. 6. li. 4. Regũ. Et apud Ioſephum, vbi ſuprà, qui eam quartam partem cadi, ſextarium appellat.

31 *Deciſio prin. huius dubij.*

QVID igitur (vt ad principale noſtrum inſtitutum tandem veniamus) etiam mirandum eſt, ſi quod aliàs vænire prohibetur, liceat vẽdere, vrgente tam tetra, diraque atq; omnia audente, ſuadenteq;, famis neceſsitate. Et ſi quæ cogit liberos proprios, vxores noſtras, propriãque noſtram carnem (ut diximus) mãdere, quæque permittit liberos ipſos uænundare, eadem permittat & Ius familię & generis etiam uendere: quod non adeò arctum eſt & peculiare, quàm liberorum, id eſt, noſtræ priuatæ genituræ. Retractum dico, qui ratione generis & familię competit. Proinde (ut id caput concludam) facilè conceſſerim in hac tãta neceſsitate ius iſtud retractus cuiuis uẽdere, ſi cæteri conſanguinei emere differant, hoc ſolo argumento quòd liberos quoque tunc uendere liceat. In cæteris autem neceſsitatibus non auſim tam conſtanter aſſeuerare, tametſi Bald. & Paul. Caſtrenſ. ut ſuprà diximus, id adſtruant.

32 *An retractus cedi poſſit ſaltẽ in præiudicium cedẽtis.*

QVARTÒ intellige, ut huiuſcemodi ceſſio fieri nõ poſſit, quantum ad præiudicium conſanguineorum, ſed quantum ad præiudicium ipſius cedentis poſſit, ut ſcilicet locus pateat cæteris conſanguineis, ut quibuſdam placere uideo, argum. l. 1. §. Titius filios, titu. ſi de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. Ita enim uoluit Ferronus in commentarijs conſuetudinum Burdig. hoc eodem titulo §. 1. id quod ſine dubio uerum eſt, ut ſcilicet alter conſanguineus etiam remotior uenire poſſit, ſi ſit intra annum. Sed an ſibi ita præiudicarit, ut propter ceſſionem nõn amplius audiatur, dicam pleniſſimè in gloſſ. ſequen. numero quintò, ſed dubitari, & multis ſequen. Sed & an valeat ea ceſſio in præiudicium emptoris, ſi alius conſanguineus non veniat, & ſic teneatur emptor admittere extraneum ceſſionarium, ſatis patet ex ijs quæ diximus ſupra eadem gloſſ. numero 10. ſecundò intellige, & ſequenti.

33 *Conſanguineus retrahens, an acquirat ſocio omniũ bonorum.*

QVINTÒ intellige, vt ſi conſanguineus retrahens ſit ſocius bonorũ alterius extranei, certè retrahendo per ipſum conſanguineũ, alteri extraneo ſocio acquiritur in re retracta, proportione ſocietatis, arg. l. ſi is qui duos. ff. de libe. lege. vbi ex duob. ſocijs, qui incapax eſt, propter eũ qui capax eſt, capit per cõſequentiam, hæc. n. ſunt verba eius legis, cuius autoritate ſuffultus Dyn. & poſt eũ Bart. ibi, in fin. tradit quòd licet ſpurius non poſſit capere à patre, tamen ſi ipſe ſpurius contraxerit ſocietatem cum alio capace, iſte alius poteſt inſtitui hæres à patrẽ ſpurij, atque ita tranſibit dimidium bonorum in ſpuriũ. & idem voluit Bal. qui dicit menti tenendum, in l. 1. col. vltim. in 14. quęſtio. C. pro ſocio, vbi & illum textum dicit not. Salyce. qui & eum not. dicit & ſingu. in l. ſi ſocietatis. C. eodem titu. & in l. ſocietatem. la 1. ff. eodem titu. vbi & eũ dicit & not. Petr. Ancha. Ioã. Ana. & Felin. c. 2. extrà, de Iudęis & Lud. Sard. in tracta. legitimationum, chart. vlti. verſic. octauò ſi ſpurius, vbi & huius rationem reddit & Cæpolla cautel. 38. ſecundum vltimam computationem, & 64. ſecundũ primam, incip. nunc videamus, verſi. octaua cautela eſt. Barb. qui propè vbique dicit, illum text. ſingu. in repet. c. Raynaldus chart. antepen. extrà, de teſta. & in reper. Rubr. extrà, de reb. eccleſ. non alie. colum. 12. uerſic. duodecimò limita. & conſil. 36. ſapienter, col. 8. lib. 2. & conſi. 44. quod eſt ſimili exordio, col. ulti. eod. libr. 2. & conſi. 83. illud afferam colum. 2. lib. 3. & conſi. 5. illud medium. col. 7. uerſi. facit. etiam, lib. 4. & illius diſcipulus Ant. Corſe. ſingu. Spurius, ubi dicit etiam illum text. ſingu. (& Cæſar Lamberti. in tracta. de iure patro. in 6. artic. 1. q. princ. 1. partis 1. lib. colu. 2. num. 5.) & Ioan. Crotus in repet. l. filius familias. §. diui, col. 24. uerſ. ſextò & ult. fallit. ff. de leg. 1. ubi ex hoc dicit, quòd ſi hoc ſtatuto prohibeatur res immobilis alienari in extraneum: tamen ſi extraneus contraxerit ſocietatem bonorum cum ciue, qui acquirat, iſte extraneus in conſequentiam ſocietatis etiam acquiret, quę res proximè accedit ad caſum noſtræ conſuetudinis. De quo etiã eſt expreſſa cõſuetudo apud Borbonios, c. conſuetudinum eius loci 464. Et de uiro & uxore habemus etiam conſuetudinem expreſſam ſuprà eodem titu. §. 16. ubi & nos aliquid diximus in 2. gloſſ. *Conſuetudo.*

34 *De eadem re.*

ET hanc quoque ſententiam confirmat, quod uoluit glo. not. in l. ulti. in uerbo, fratribus. C. de hono. & mune. non conti. lib. 10. quòd ſocius omnium bonorum conſequitur uacationem ſiue immunitatem munerum, ex perſona ſui ſocij empti. quã gl. ſequitur, & dicit ſingu. Alex. conſ. 122. uiſo puncto, col. 4. uerſ. ad hoc etiam facit, lib. 4 & Barba. locis ſuprà citatis, & prætereà in l. 2. in prin. col. 12. ff. de uerb. obligat. & iterum in l. 4. §. Cato col. 29. uerſ. mihi autem uidetur, eod. titu. & Iaſon. qui & eã dicit ſingu. in l. 1. col. 1. C. de tranſa. & in l. ſi emancipati, col. 3. C. de colla. De quo tamen uide Feli. dubitantem c. 1. col. 5. uerſ. ex quo dubito. extrà, de pręſcrip. nã & Bart. & Io. Plat. quorum tamen non meminit, in d. l. ulti. de hono. & mune. eam gl. ſententiam reijciunt. Et uide alia quædam ſimilia apud (Roma. in l. 1. col. 2. uerſ. tertio facit, & ſeq. ff. de cond. ob turp. cau. & latius) Barb. in Rub. de reb. ec. non ali. & locis ſuprà ex eo citatis. & Hip. Marſ. ſing. 180. plura & Ant. Cor. d. ſing. ſpurius, & quod dicemus infrà in ead. gl. nu. 42. nec mirum quidem, & quæ etiam diximus ſup. eo. tit. §. 1. gl. 9. in verbo. *ou lignagier*, nu. 68. & quanquàm pater. Et vide etiam aduerſu sea quod ſcribunt Marti. Laud. & Rard. Alex. in c. 1. in fin. titu. de inue. in re ali. fac.

35 *Quid, ſi de fraude appareat.*

SED quod de caſu noſtri retractus diximus, intelligendum eſt ſecundum Barto. in d. caſu ſpuriorum, in d. l. ſi is qui duos, ut ſcilicet procedat, niſi de fraude appareret per quaſdam coniecturas: de quibus, ut ipſe ſubdit, dixit in l. poſt contractum. ff. de donat. & id ſequuntur Ludo. Sard. & Cæpolla, quibus locis ſuprà citauimus: qui tamen dicunt in dubio præſumi fraudem. Sed ego quantum ad caſum noſtri retractus, magis accedo ſententię Bar. ſimpliciter, ut ſcilicet debeat conſtare de fraude: quoniam fraus in dubio non præſumitur. l. meritò. ff. pro ſocio. & l. patronus. & l. quoties. §. qui colo. ff. de prob. & leg. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & leg. 3. §. ultimo. in fine & ibi gloſſa. ff. de tribu. actio. & leg. dolum & ibi Bar. & alij. C. de do. ma. & l. 1. & ibi Corn. in 2. no. C. ſi omiſ. *Fraus in dubio non præſumitur.*

omiſ.



omiſ. cau. teſta. & c. officij. in verbo, cõſtiterit. & ibi Barb. col. 31. nume. 29. de teſta. & c. accedens. de falſis. & ca. 2. de renuncia. lib. 6. & gloſſ. in l. 2. C. ſi alie. res pigno. da. ſit. & in c. ex tenore, in gloſſ. vlt. extra, de reſcript. Specu. tit. de appellat. parte 2. §. nunc tractemus, verſ. ſed ſecundum præmiſſa. & iterum tit. de donat. §. 1. verſ. item pone aliquis. Albe. in l. 1. ad fin. princ. ff. de rer. diui. & in 1. parte ſtatutorum, q. 110. ſtatuto Parmæ, ad fin. Bal. conſi. 198. ad intelligentiam, colum. 1. libro 1. quod repetitur conſ. 466. lib. 5. & idem Bal. conſ. 70. de iure ciuili, lib. 4. & vtrobique per d. §. qui dolo. Ioan. Cald. conſ. 7. titu. de conſtitu. incip. an ſi ſtatuto caueur. D. à Rot. dec. 271. ſi de mandato, in fin. in nouis. & iterum deciſio. 481. extra rotam, in princ. etiam in nouis. & Ang. conſ. 142. ſuper primo, ad fi. Raph. Fulgo. conſ. 198. in quæſtione, colum. 2. verſ. ſupereſt. Petrus Ancha. conſilio 204. viſis & ponderatis. colum. vlt. veſ. non obſtat 4. ratio, & conſilio 251. ex his, poſt medium, & conſilio 255. dubium, colum. 2. & conſilio 388. in caſu præmiſſo, colum. 1. & Docto. vbique.

36 *Fraudem & dolum germanos eſſe.*

NAM & ſi illa iura maxima ex parte de dolo loquãtur, illud tamen verum eſt, dolum & fraudem germana eſſe, & quadam cognatione coniuncta. l. iuriſgẽtium. §. ſed ſi fraudandi, & ibi glo. Bar. Angel. & communiter omnes. ff. de pact. & l. 1. in princ. & ibi glo. in verbo, fraude. ff. de his qui not. infa. & in c. cæterum. extrà, de reſcri. Quanquàm alij vnum ab altero diſtinguunt, vt genus à ſpecie, vt videre licet per omnes in d. §. ſed ſi fraudandi. & in l. 2. C. de in lit. iuran. & in c. 1. 81 diſtinct. Alber. in l. fraudis. ff. de reg. iur. & Bal. in l. quæ fortuitis, col. 2. C. de pigno. actio. & Panor. in c. ex tenore. col. 1. in 4. nota. extrà, de reſcript. & conſ. 68. videtur primò dictũ magiſtrum, col. 1. lib. 1.

37 *De eadem re.*

SED vt redeamus ad principale noſtrum inſtitutũ, ea ratio, quam Ludo. Card. & Cæpolla locis ſuprà deſignatis afferunt, priuatim ac peculiariter reſpicit illum caſum ſpuriorum, de quo & ipſi loquuntur: nec aliquid facit ad caſum noſtri retractus, vt ex ijſdem locis videre licet. Et apertiſſimè videmus, ſi nõ omninò cæcutimus, in hoc caſu non tantam eſſe cauſam ſiue occaſionem pręſumendæ, aut in ſuſpicionem vocandæ fraudis, ſi quæ ſit, quàm in illo caſu. Et interim tamen vide eundẽ Bart. qui propemodum ipſe ſecum diſſidet in illo caſu, in l. vltim. colum. 1. verſ. quæro vtrum ſi aliquis. ff. de his, quib. vt indig.

38 *An autem iſte conſanguineus poterit retrahere partẽ ſocio acquiſitam.*

SED & alio modo intellige hunc caſum noſtri retractus, vt videlicet quamuis ob ſocietatem pars acquiratur ſocio conſanguinei retrahentis, licet extraneus ſit, vt diximus: tamen intra annum ſolutæ ſocietatis poterit ipſe conſanguineus, aut eo mortuo, hæredes illius eam partem illi olim ſocio extraneo acquiſitam retrahere, reſtituendo precium pro rata eiuſdem partis, vt expreſſè cauetur, quantum ad virum & vxorem, qui & ipſi ſunt cõmunes in bonis mobilibus & quæſtibus, iure ac vi matrimonij, ex noſtra conſuetudine, ſuprà eod. titu. §. 16. & ſeq. quod & nos optimis, ni fallor, rationibus ad alios ſocios traximus, in §. 20. eiuſdem tit. Eſtque expreſſa conſuetudo tam in cõiugibus, quàm alijs ſocijs, permixtim apud Borbonios, d. c. 464. qua & ipſa declarantur cæteræ huiuſmodi conſuetudines noſtræ Galliæ, loquentes tantùm de coniugibus. *Conſuetudines.*

39 *An ius retractus trãſeat in extraneum cum uniuerſitate.*

SEXTÒ intellige, quod dictum eſt, vicinum, aut cõſortem, qui ex forma ſtatuti poteſt retrahere, ab extraneo non poſſe eam facultatem alteri extraneo cedere: intellige, inquam, niſi & rem uicinam ratione cuius id ius competit, cedat: ut ſcripſerunt Bald. in tracta. Protomixeos, colum. 2. verſ. quæro nunquid iſtud ius, & iterum colum. 6. uerſ. his ſic præmiſſis. in fine, Matth. Afflict. in eodem tract. §. 1. colum. antepen. uerſ. ultimò not. ibi, & ex ijs deciditur, & iterum in uerbo, ut infra 30. dies, col. 9. uerſ. ſed iuxta hoc quæro, in fi. eius uerſ. Alber. in l. qui ſolidum. §. prædia. per eum text. ff. de leg. 2. Pau. Caſtr. in l. apud antiquos. C. de fur. & conſ. 430. circa primũ quæſitum, in 2. dubio, lib. 2. & Ioan. Bap. Roſel. inter conſilia eiuſdem, conſ. 243. ſtatutum Paduæ, poſt medium, eodẽ lib. 2. Paul. Pariſ. conſ. 82. pro veritate, colum. 4. numer. 26. lib. 3. & alij multi ex ijs, quos ſuprà in princip. huius glo. citauimus.

40 *De eadem re.*

QVÆ res tamen non poteſt procedere in caſu noſtri retractus: nam ius ipſius non competit ratione rei, ſed perſonæ: cuius qualitas, id eſt, conſanguinitas, ob quam competit, cedi non poteſt, ut paulò poſt dicemus. Ideò nec id ius tranſit cum uniuerſitate, ut expreſſim uoluit Io. Fab. in §. 1. colum. ult. Inſt. de acqu. quæ fit per arro. nam nec tranſit in hęredem uniuerſalem extraneum, ut dicit idem Fab. in §. ex contrario, in fin. Inſtit. de leg. de quo diximus ſupra in eadem gl. nume. 3. ſed quod diximus. Tu tamen uide quod in ſimili tractatur, an ſtante ſtatuto prohibente fieri alienationem in extraneum, poſsit tamen fieri cum uniuerſitate, ut per Bal. & Sal. inuicem diſſidentes in l. ea lege. illum quidem, col. 3. uerſ. 2. quæro. hunc col. pen. uerſ. conſidero igitur. C. de cond. ob cauſ. Paul. Caſt. conſ. 224. ſuper ſecundo, in 5. dub. li. 1. Io. Crot. in repe. l. filiusfamilias. §. Diui, col. 21. uerſ. 2. fallit. ff. de leg. 1.

41 *Ratio quare ius retractus extraneo cedi non poteſt.*

QVARE autem id ius cedi non poteſt, afferunt multi multas rationes: ſed omnium plurimas Io. Igne. in repet. l. dudum, colum. 14. uerſ. his adde unum articulum, & ſeq. C. de contrahen. empt. Omnes autem hanc, ueluti præcipuam, adducunt: quoniam huius retractus ratio eſt, ne res exeat de genere, ſiue familia, argum. l. pater. §. fundum Titianum, ibi, de nomine ueſtro nunquã exeat. ff. de legat. 2. & in l. qui ſolidum. §. prædium. & l. cùm pater. §. libertis. & l. peto. §. fratre. & l. filiusfamiliàs. §. cum pater. ff. eodem titu. & l. is qui complures. ff. de lega. 3. & l. libertis. ff. de cond. & demon. cùm ſi. Et ultra eos, quos ſupra in prin. citauimus, qui hanc propè omnes rationẽ adſtruunt, eandem quoque huic conſuetudini aſsignat Io. Fab. in §. 1. Inſtit. de empt. & uend. & Phil. Dec. conſ. 275. in cauſa quæ Lucæ agitatur, col. 6. uerſic. nec obſtat ſi dicatur. & conſ. 471. iuridicum, paulò ante fin. Io. Ign. in d. l. dudum, colum. 4. in fin. & alibi ſæpè in ea repe. & omnes vtique de ea loquentes. Cui rationi admodum concinit, quod diximus ſuprà in præfa. huius tit. nume. 7. id autem ius. Et lex antiqua Locrorum, qua cauebatur, ne quis patrimonium alienare poſſet, niſi euidentem calamitatem ſuperueniſſe oſtendiſſet, & vt præterea antiquę hæreditates conſeruarentur, vt ſcriptum reliquit Ariſtoteles lib. Politicorum 2. c. 5. *Locrorum lex.*

42 *De eodem.*

IGITVR cùm ea cauſa conſuetudinis ceſſaret, ſi id ius cederetur extraneo, in quo non eſt ea qualitas, quæ requiritur à ſtatuto, vel conſuetudine, id eſt conſanguinitas, gentilitas, proximitas, neceſſitudo ſanguinis, conſentaneum eſt, id ius competens ratione illius qualitatis, cedi non poſſe, non magis quidem, quàm qualitatem ipſam, quæ haud dubiè cedi non poteſt, cùm ſit ius & qualitas ſanguinis & agnationis. l. ius agnationis. ff. de pact. & l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. per quæ dicit Barto. in l. cætera. in princ. & ibi Iaſon. ff. de legatis 1. huiuſmodi iura non eſſe in commercio noſtro. Et ſic cùm deficiat in extraneo illa qualitas ſanguinis, debet deficere vis & effectus beneficij eiuſdem l. ætatem. §. vltimo. ff. de cenſibus & l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua. & l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iure immunitatis.

43 *Retractus feudalis an alteri cedi poſſit.*

SICVTI etiam in ſimili dicitur à quibuſdam, dominum feudi uel emphyteuſis nõ poſſe cedere ius retentionis ſiue prælationis, quod habet in re feudali, uel emphyteutica ex conſuetudine. & ex l. vl. C. de iure emphy. vt per Guid. Pap. qui ita dicit vidiſſe ſe ſæpe iudicari in curia

curia

curia Parlamenti Delphinatus, deciſ.411. an ius prælationis. ubi alios allegat, qui tamen nihil de ea re loquuntur. Sed & hoc uoluit Petr. Iacob. quem ille non allegat, tit. de actio. in rem pro re emphyt. colum. 10. verſic. quid ſi directus dominus. & Boer. in conſuetud. Biturigum, tit. *de la retenne des choſes vendues en fief.* §.1. col.1. uerſ. & intelligo. & iterum in hoc tit. *de retraict.* §.3. col.5 uerſ. & idem eſt in domino. & Chaſſ. in conſuetu. Burgun. in tit. *des cenſes.* §.1. in uerbo, *retenue*, in princ. Et *Conſuetudines de ea re,* hoc expreſſim ſtatuit conſuetudo Turoniæ hoc eod. tit. *des retraictz*, cap.32. cuius loci commentarij muti ſunt, atque etiam conſuetudo Lorrienſis apud Montargium, tit.1.§.5. Et id quidem, quia illa qualitas domini ceſſat in extraneo, niſi totum ius emphyteuſis cederet, ut diximus ſupra in uicino numero ab hinc 4. Et idem nouiſſimè tenuit Moder. Pariſ. qui id latiſſimè & doctiſſimè, ut pleraque omnia, tractat in conſuet. Pariſ. tit.1.§. 13. nu.20. & multis ſeq. vbi dicit, nullum ſe ſcribentium reperiſſe, qui contrarium teneret.

44 *De eadem re. Conſuetudines de ea re.* TAMEN in hoc iure prælationis ſiue retentionis feudalis, aut emphyteuticariæ, contrarium, ut ſcilicet alteri cedi poſſit, tenuit Collecta. in ca. potuit. colum. vlt. uerſ. quid ſi dominus fingit. extra, de locat. & Paul. Caſt. conſ.335. laudatio & inueſtitura, in princip. iuncto facto. quod ponitur ante illud conſ. lib.1. Et in hanc ſententiam eſt expreſſa conſuetudo apud Borbonienſes, c. conſuetudinum eius gentis 357. & Aruernienſes tit. *de emphyteoſes*, c.20. Marchienſes, hoc tit. §.20. qui eſt omnium 280. Et idem ſatis uoluiſſe uidentur conſuetudines Cenomanorum, ca.409. & Andegauorum, c.399. dũ ius faciunt domino, confeſtim quàm feudum redemerit reſtituto precio, uendendi illud ipſum alteri. Et ut è nonnullis accepi, hanc etiam partem approbauit ſupremus noſter Senatus Pariſiẽſis, ut ſcilicet id ius cedi poſ- *Areſtum.* ſit, areſto ſuper ea controuerſia lato pro Epiſcodo Carnotenſi in Baronia Dalluye, anno Domini 1520.

45 *Reſcriptũ cedi non poteſt.* NEC mirum quidẽ, ſi id ius retractus cedi non poſſit. Sunt enim & alia permulta, quæ ſimiliter cedi non poſſunt: ex quibus nonnulla, quorum nunc in mentem venit, hìc ſubnectere decreuimus. Inter quæ primo loco eſt reſcriptum c. vlt. extra, de reſcript. & ibi Ioan. Andre. col.1. Bal. col.2. uerſ. deinde nota. Panor. in 2. notab. poſt alios Antiquiores: qui & hoc dicunt procedere, etiã ſi is, qui reſcriptum obtinuit, iura ſua cederet: nam nec ita faciens, reſcriptum poſſet concedere, cùm ſit merè pſonale, nec tranſgrediatur perſonas in eo contentas. cap. pen. & 9. extrà, de offic. deleg. Dicitque Bal. ubi ſupra, hoc ita procedere, vt & reſcriptum ab uno ſociorum impetratum, nihil alteri prodeſſet, quamuis ſit arg. contrà, in l. ſi is qui duos. ff. de lib. leg. Super quo vide quæ diximus ſup. ead. gl. nu.33 quintò intellige, & ſeq.

46 *Nec uſusfructus. Nec quæ ſua natura ſunt inſeparabilia.* SECVNDÒ vſusfructus, quia inſeparabilis eſt à perſona, cedi quoque nõ poteſt. l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. & l. vſufructu §.1. ff. ſol. matr. & §.1. Inſtit. de uſufruct. Nam & aliàs quæ natura ſunt inſeparabilia nec ea quoq; ſunt ceſsibilia. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de de iure dot. Tamen fructuum commoditas poteſt ab vſufructuario cedi. l. neceſſariò. §. vlti. ff. de peri. & commo. rei vend. [& d. l. vſufructu, & ibi Rom. col.2. in 6. notab. ff. ſolu. matrimo. & in l. in venditione, in princ. & ibi Bart. ff. de bon. author. iudic. poſſid.] De quibus & tu vide Hoſt. in c. Raynutius, colum.12. in verbo, tertia Cleræ primo deducta. extrà, de teſta. Barto. in l. ſi vſusfructus, quę eſt 4. in fin. de nouat. & in l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. Bal. in l. ſi tibi decem. §. pactum. in 2. notab. ff. de pactis. & conſil.335. quædam mulier, in 1. dubio. lib.1. & conſ. 384. in hoc puncto, lib.4. Panormi. in ca. præterea. paulò ante fin. extrà, de iure patro. Fabi. à monte S. Sab. in tractatu de empt. et vend. in 21. quęſtio. princi. et Stephan. Bertran. conſ.346. ponitur in facto, nu.12. libr.1. [Nam & ſimile eſt, quòd licet decima cedi non poſſit Laico, cùm ſit quid ſpirituale cap. cauſam, quæ, de præſcript. & cap. prohibemus. de deci. poteſt. tamen eidem cedi eius commoditas. c.2. de locat. & Specu. in titu. de pigno. §.1. verſi. quid de decima. & Roman. in d. l. vſufructu. vbi ſuprà, & late diximus ſuprà §.1. gloſſ.7. in uerbo, *ou outres choſes*, num.51. ſed & faciat.]

47 *Nec bonorum poſſeſſio.* TERTIÒ, bonorum poſſeſſio. l.3. §. acquirere. ff. de bon. poſſ. Ita enim per eum text. uoluit Bald. conſ.186. quia allegationes, col.3. li.1. Sed aduerte: nam is tex. non dicit expreſsim, quòd bonorum poſſeſſio non ceditur, ſed id tantùm, quòd nõ tranſmittitur ad hæredem: quod ſatis eſt, ut inde ignoſcas, quòd nec cedi poteſt: nã quic- *Ceſſio non eſt, quod nõ eſt tranſmiſſibile ad hæredes.* quid non eſt tranſmiſsibile ad hæredes, nec id quoque ceſſibile eſt. l. ſi ex pluribus, & ibi Dyn. Bart. & alij. ff. de admin. tut. & l. non ſolùm. §. ſi puellæ. ff. de ritu nupt. & l. ſi ſtipulatus fuerim, in princ. ff. de verb. obl. Bal. in Rub. C. de nouo Cod. compo. in fin. & in l. vlt. C. de hære. vel act. vend. & conſil.327. pridie, col.3. lib.1. & conſi.123. reuerendiſſimus, col.4. verſi. ſequitur videre. li.5. & Docto. vbique.

48 *Ceſſibile nõ omne eſt, quod trãſmiſſibile eſt.* SED non è diuerſo tamen, quod tranſmiſſibile eſt ad hæredes, continuò eſt ceſſibile, vt multi falsò aſſumunt ex dictis iuribus: vti optimè intelligunt, & declarat Alexand. in addi. Bart. in d. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. & idem Iaſ. in l. ſi conſtanter, col. vlt. ff. ſol. matrimon. & in l.1. §. vlt. col.3. verſic. item circa. ff. de oper. noui nuncia. & in Authen. res quæ, col.10. verſ. decimoquartò. C. commu. de leg. & in repet. l. quo minus, in 30. verſ. confirmo quia facilius. ff. de flumi. & Bertran. conſi. 4. viſis hinc inde, num.39. lib.3. Philip. Dec. conſi. 614. in cauſa feudali, col.2. quod propè ijſdem verbis repetitur conſ.680. & Caro. Ruin. conſ.72. viſo, colum.2. numer.4. lib.1. & Franc. Ripa in repet. c. ſæpe, col.7. nu.26. extrà, de reſtitut. ſpolia. Et apertè ex eo probatur, quòd fideicommiſſum vniuerſale, tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarij. l. cogi. §. idem Męuianus. ff. ad Treb. & tamen cedi non poteſt. d. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. & dicemus infrà num.52. octauò fideicommiſſum. Et ex eo quoque, quòd iura directa trãſmittũtur ad hæredes, & tamen cedi etiam non poſſunt, vt & dicemus numer.58. decimoſextò actiones. Ex eoque, quòd iura ſepulchorum tranſmittuntur ad hæredes, tamen cedi non poſſunt, vt dicemus etiam infrà num.55. igitur duodecimò. Et vide quæ dicam infrà in glo. vlt. huius §. nu. 29. trigeſimoſecundò, quod libet. & titulo ſequen. §.1. [gl.6.] in verbo, *ou ſes heritiers*, nu.12. at is confeſtim. Et id quidem erit pro quarto.

49 *Nec ius adeundi, ſiue immiſcendi cedi põt.* QVINTÒ, igitur ius adeundi ſiue immiſcendi, quod penè idem eſt, cedi non poteſt. de quo tu vide Bal. in Rub. extrà, de proc. col.4. circa medium. & in c. ex reſcripto, col.1. de iureiur. & conſ.357. nulla mulier, col.1. lib.1. & conſ.448. ſanctus Franciſcus, in fi. lib.5. & Corne. conſ.211. videtur prima fronte, in col.2. verſ. his tamen non obſt. lib.2. & conſ.206. uiſo ſuprà ſcripto themate, col.6. verſ. coadiuuantur præmiſſa, lib.3. & conſil. 299. videtur prima facie, col.1. & iterum col.4. uerſ. non obſtat ſecundum, eod. lib.3. & conſ.236. diligenter, colum.3. verſ. inſuper, lib.4. & conſ.239. in hac, col.2. uerſ. nec poteſt, eo. lib.4. & conſ.254. principalis difficultas, in princ. eod. lib.4.

50 *Nec actio iniuriarum.* SEXTÒ, actio iniuriarum, vt quidam volunt, inter quos eſt Ioan. gloſſator antiquus, ut refert gl. in l. iniuriarum. ff. de iniur. & in l. vlt. C. de hæred. vel act. vend. Verùm gl. ipſa utrobique uidetur ſentire contrarium: quã uide Doct. in ijſdem locis. & rurſus in l. ſi nomen, & ibi Saly. ff. de hæred. uel act. uend. Hoſtien. in Summa, tit. de ali. iud. mut. cau. fac. §. ult. Spec. tit. de ceſſi. act. §.1. uerſi. an actio iniuriarum, & ibi Ioan. Andr. in addit. incip. de actione iniuriarum. Petr. Iac. in tit. de act. iniuriarum ex

leg.



leg. Corne. Alberic. in l.1. colum.2. uerſ. ſed quid erit. C. ne lic. poten. Bald. in l. per diuerſas, in 16. quæſt. C. man. & in l. ultim. & ibi Sal. C. de hære. uel act. uend. {Ægid. Bellam. in c. ex parte, col.17. uerſi.19. quæritur, de alien. iud. mut. cau. fact.] Fran. Aret. in l.1. col. antepen. ff. ſolu. matri. Guid. Pap. in ſtatuto, ſi quis per literas, in gloſſ. uel quaſi, col.14. uerſ. item quia actio.

51 *Nec operæ officiales.* SEPTIMÒ, operæ officiales. l. ſi non ſortem. §. libertus, uerſ. ult. & ibi Iaſon in decimotertio notab. ff. de condi. indeb. & l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hæred. & Bal. in l. liberti libertæque, colum.4. uerſ. item dubitatur, quidam promiſit. C. de bon. liber. cum ſimil. Nam & huiuſmodi operæ adhærent perſonæ. l. operæ in rerum. ff. de oper. liber. Ideò nec delegari poſſunt. l. unica. §. ne autem. C. de cad. tol. Sed quomodo id intelligatur, uide per Bal. ubi ſuprà. Alex. in d. §. libertus in ult. notab. & ibi Iaſ. ubi ſuprà.

Caetervm ad hanc controuerſiam, de qua principaliter hic tractamus,nonnihil pertinet & illa, vtrum is qui ceſſit actionem alteri etiam utiliter, poſſit nihilominus agere,acſi non ceſſiſſet.de quo per Iac. Aretin.in l.1.§.1.ff.ad Trebel.Bartol.in l.facta §.ſi hæres,column. 1.verſiculo quæro poſt factum,& ibi per Paul. Caſtren. eodem titulo & eundem Barto. in l.ſi cum emptore , in prin.verſiculo quæro utrum eo ipſo.ff.de pact.Bald. in l. 1.column.penul.verſiculo quinto, quæro, an poſt ceſſionem.C.de act.& obl.in l.3.poſt princ. & ibi quoque Alber.colum.1.& 2.C.de nouat.& in l.1.colum.penultim. verſiculo quæro quid ſi eſſet.C. quando prouoc. non eſt neceſ.& conſilio 160.præmittendum eſt , in princip. libro 1.Raph. Fulgo.Paul.Caſtr.Alexand.& Iaſon in d.l. ſi cum emptore.ff.de pact.& Paul.Caſtrenſ. conſilio 93. in cauſa appellationis,libro ſecundo Cæpo.caute. ſecundum veterem computationem. 245. tu habes. & Guid. Pap.Deciſ.Delphi.530.qualiter,verſiculo ſed pone , & conſilio 118.circa diffinitiuam,in tertio dubio , in fine. & Stephan.Bertran.conſilio 116.uiſo, in quarto dubio, libro ſecundo & conſilio 303.etiam ſi debitor, in princip.libro ſecundo.Sed quod ad noſtrum caſum pertinet, ex conſuetudine Aruernorum,titu.*de retraict*, capitulo 14.conſanguineus,qui id ius retrahendi ceſſit extraneo, eo priuatur.Et id quoque de iure communi uidetur eſſe verius,per ea quæ ſuprà diximus. *Conſuetudo de quęſ. princ.*

15 *Conſanguineus qui alteri cōſanguineo ceſſit,qui poſtea vēdit, an poterit retrahere.*

Qvid verò, ſi poſteaquàm proximior id ius alteri conſanguineo remotiori ceſſerit(quod facere poteſt, vt hic ſatis declaratur) & is remotior poſt retractum à ſe factum eandem alteri uendidit: an ille proximior, qui ſemel illud ius ceſſerat, nunc admittatur ad retractum huius ſecundæ uenditionis factæ ab eo, cui ceſſerat, cognoſces ex ijs quę in caſu ſimili ſcripſimus ſupra, eodem titulo.§.1.glo.9.in uerbo, *ou lignagier* , numero 125. ſed in duobus,& ſeq & iterum nu.160. ſed his maturè relictis,& ſeq.

16 *Alia quæſtio retractus.*

Nec tamen illud omiſerim,quòd ſi conſanguineus id ius alteri conſanguineo ceſſerit (quod poteſt, ut diximus) ſi hic ceſſionarius agat ad retractum aduerſus emptorem, ui huiuſmodi ceſſionis , ſine mentione conſanguinitatis,reus abſoluendus eſt, vt in ea ſpecie interrogatus Signor. reſpondit conſilio 81. in quæſtione vertente inter Nigrum, per multa illic allegata, quæ ſunt omnibus obuia,ideoque nec reperenda ea ducimus,& quia etiam res per ſe ſatis clara eſt. Et videas etiam quæ ſcripſimus infra,eo.tit.§.32.in gl.1.nu.97.ſed hic quæri poteſt, vbi & id conſ.Signo.citaui.

17 *An qui donauit omnes ſuos acquæſtus pręſentes & futuros,poterit poſtea retrahere.*

Tandem & illud in mentem venit,quod ex facto contingere vidimus: Quiſpiam alteri extraneo donauerat omnes ſuos acquæſtus,præſentes & futuros,ut quotidie ſit:poſtea vero conſanguineus illius donantis, uendidit rem quampiam immobilem:an hic eandem poterit retrahere iure proximitatis? Et certè non poteſt, nempe cùm hæc res, ſi retrahatur, ceſſura ſit illi donatario extraneo,& contra hanc conſuetudinem, quæ uetat alienationem iuris retrahendi in extraneum : neque enim refert,an nunc cedat id ius retrahendi ſibi competens ex uenditione ; an uerò longo antè tempore ceſſerit, quod poſtea acquiſitum eſt, cùm utroque modo res ita retracta, abeat in familiam extraneam,contra rationem cōſuetudinis retractus,& cùm eadem ratio ſit in utroque, idem quoque ius ſtatuendum eſt.l.illud.ff.ad legem Aquil.cùm ſimilibus,præſertim cùm habeamus conſuetudinem expreſſam ſuprà §.4.conſanguineum teneri iurare ſe retractum facere ad ſuum commodum, hic verò ad illius donatarij faceret.Si autem hic donatarius eſſet etiam conſanguineus venditoris, nihil eſt quod impediret donātem retrahere,cùm(vt hic dicitur) ius retractus poſſit cedi conſanguineo.

## DV CONVENTIONEL.

### CONVENTIONALIS, Gloſſ. III.

1 *Retractus cōuentionalis cedi poteſt.*

Nemo, quem viderim, ſi non me fallit memoria,id negauit,præter Angel.in d.l.officium,in fin. C.commun. diuid. & nouiſſimè Caro.Rui.qui poſt primam noſtram editionem impreſſus eſt conſilio 72.viſo ferè, per totum, libro primo ubi innititur autoritate eorum, qui dicunt,retractum proximitatis cedi non poſſe, qui multum diſtat ab hoc conuentionali, quantum ad hanc rem pertinet. Sed contrarium, & ſecundum hanc noſtram conſuetudinem, nuncupatim reſpondit Paul. Caſtrenſ. conſilio primo,videtur dicendum, quòd dictus Chriſtophorus,libro ſecundo.ubi loquitur in caſu , qui videbatur magis dubius,de quo dicemus infra, numero quadrageſimoſecundo, ſed his maturè. Et generaliter huiuſmodi facultatem cedi poſſe, conſuluit Alexand.conſilio 228.ponderatis his quæ ſeriosè , poſt princip.& per totum,libro ſextò , & conſilio 232. conſideratis his quæ in themate, poſt princip. eodem libro ſextò. Barba.conſi.51.ſcripſit ſapientiæ fons,colum.18.

verſ.capio ali um articulum,lib.1.& conſ.6.illud in medium adducam,colum.15.verſ.& ex iſtis apparet,lib.4. Iaſ.in l.1.§.vlt.col.3. verſ.item circa iſtam materiam.ff. de noui ope.nuncia.Phil.Dec.conſ.164.non fuiſſet propoſiti mei,in fi.& conſ.543.in caſu propoſito, colum.1. & conſ.614.in cauſa feudali,colum.2. verſ.circa ſecundum, quod conſil. maiore ex parte repetitur conſ.680. Chaſſa.qui unum Barb.in priore loco citat,in conſuetu. Burgun.tit.*de rentes vendues à rachat*.§.1. in 5.dubio.& iterum conſ.11.*le cas eſt tel*,col.14.uerſ.17.Hiero.Cagn. in rep.l.2.col.8.ver.quæſtio nunc prima.C.de pact. inter empto.& vendit.& Anto.Rub.conſ.146. circa primum, col.1.in fi.& noſter Moder.Pariſ.in conſue. Pariſ.ti.1.§. 13.num.20.Aym.Crauetta,conſi.191.in cauſa egregij, numero 2.& ante hos omnes Bald.quem nullus memorat,conſilio 38.proponitur quòd quædam domina,col. 1.lib.6.

2 *Omnis actio cedi poteſt. Res vendi catio. Etiam ſine poſſeſſione.* Nec id quidem mirum, quia regulariter omnis actio cedi poteſt,vt in titul.de hære. vel act. vend. Vnde rei uendicatio cedi poteſt.l.vlt.eo.tit. & l.2.& ibi glo. & Bald.C.de litig.glo.in l.planè,in uerbo,debeat.ff.famil. hercifc.Barb.d.conſ.51.lib.1.& d.col.6.lib.4.Idque etiã ſine poſſeſſione, ſecundum Dyn.in c.pro poſſeſſore, in 7.eademque vltima quæſt.de regul.iur.libr.6.Cyn. poſt Pet.in l.1.in 4.q.C.de ali.iud.mut.cau.fact.Bal. in Rub. ff.de rei uend.in addi.colum.ult.& conſil.9. factum tale eſt,anno domini,colum.ult.lib.1.quicquid in ultimo di cat glo.in d.l.ult.C.de hære.vel act.uend.ibi omninò ui de Doct.& pleniſſimè Ang.in Rub.C.de rei uend. & Nico.Mil.in repertorio,verſ.cedi poteſt realis.

3 *Vtilis actio ceſſa.* Secvndò etiam utilis actio ceſſa cedi poteſt.l.1. §.de illo.ff.ad Senatuſc.Treb.& l.ex aſſe.& ibi not.eo.ti. & l.emptor.& ibi quoque not.C.de hære.vel actio. uẽd. & per eos tex.uoluit Bar.in l. Modeſtinus,col.vlt. verſic. ſed quæro quando ille.ff.de ſol.

4 *Spes.* Tertiò, ſpes,res omnium fallaciſſima, vt plenè oſtendimus in noſtris Legibus connubialib.in gl.1.poſt vltimam legem connub.quo loco tractamus,utrum ſpõſa ſit in poteſtate ſponſi,vt uxor mariti ex conſuetudine. verſiculo,quibus quidem mouemur. Ea tamen cedi poteſt.l.ſpem.C.de do.& l.nec emptio.ff.de contrah. emp. & l.pactum,in fi.ff.de pact.Bart. in l.vlt.ff.de admin.tut. Card.Rui.qui id intelligit de ſpe approbata, conſ.98.uiſa renunciatione,col.6.nu.15.lib.1.

5 *Debitũ cõditionale. Et actio cõditionalis.* Qvartò, quod proximiori accedit proximè, de bitum conditionale,& in diem,atque etiam actio conditionalis,cedi quoque poteſt,vt de debito eſt text. in l.nomina.& l.multum.ff.de hære.vel act.uend.& glo.in d.l. ſpem.C.de do.& de actione conditionali uoluit gl. in l. ſi minoris,in uerbo,prouocantes.& ibi Alber. col.2.nu. 5.ff.de adm.tuto.

6 *Spes futuri fideicommiſſi conditionalis,an cedi poſſit.* Qvintò, quòd & ex ijs procedit, ſpes futuri fideicommiſſi conditionalis,ut per multa reſpõdit Raph. Fulg.conſ.101.teſtator in ſuo,per totum.[Et Guid.Pap. dec.Delph.232.dicta Ioanna.] Quanquam contra id facit, quòd ſpes huiuſmodi fideicommiſſi ante impletam conditionem non tranſmittitur ad hæredes. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione.C.de cadu.tol.cũ alijs multis concordan.tex.& Doct.à me citatis ſuprà, eo.tit. §.1.in gl.2.in verbo,*à uendu*,num.24. & quod denique, ex quibus intelliges communem hanc eſſe opinionem, etiam in liberis.quamuis gl. tenuerit contrarium in l.is ſui ſub conditione. ff.de act.& obl.Quę autem non trãſmittuntur ad hæredes, nec ceduntur quoque extraneis, vt diximus ſuprà,in gl.prima huius §.nu.44.tertiò bono rum poſſeſſio.

7 *Spes actionis de dote.* Sextò, quod & huc pertinet,licet mulier conſtante matrimonio, non poſſit cedere dotem.l.conſtante.C. de donat. poteſt tamen eodem conſtante cedere ſpem eius actionis de dote,quę illi competitura eſt ad recuperandam dotem,gl.in d.l.conſtante.& ibi Bal. & Sal. qui illam glo.dicit ſing.& ipſe Bal.qui & illam dicit ſing. in ſua Marga.in verbo,dos,col.4.Iaſ. qui illam dicit ſolennem,in l.ſi conſtante,col.vlt.verſ. adde pro iſta parte.ff. ſol.mat.Sicut & ſoluto quoque matrimonio cedere pōt. l.2.ibi,nec cogitur.ff.ſol.matr.& voluit Bald. in l.1.col. ult.verſ.modò ego quæro. C.de priuileg. dotis. & vide quæ dixi ſuprà, in gl.1.huius.§.num.80.trigeſimoprimò ius repetendi.

Septimò, hæreditas cedi quoque poteſt,per totũ tit.ff.& C.de hæred.vel actio.vend.ſecundum tamen diſtinctionem Bart.(neque enim id omittendum fuit) in l. per diuerſas,col.vlt.verſ.ul.circa hanc l.C.manda. 8 *Hæreditas.*

Octavò, condictio furtiua.l.cũ quis.§.1. ff.de ſol. & l.quod ſæpè.§.ſi res.ff.de contrahend.empt.& l.ſi uendidero.§.ſi Titius.ff.de furt.[Rom.in l.quòd ſi in diem, in §.Iulianus.ff.de petit.hæred.& ante illum] Bal.d.conſilio 9.colum.vl.lib.1.& in d.l.vlt.col.2.C.de hæred.uel actio.uend.& in rep.l.2.col.34. verſiculo quo ad quartã quæſtionem.ff.de iureiur.ubi & idem dicit de condictio ne ſine cauſa, & cæteris condictionibus. Et id erit pro Nono. 9 *Condictio furtiua. Condictio ſine cauſa. Aliæ condictiones.*

Decimò, actio furti(hæc enim differt à cõdictio ne furtiua,vt patet ex l.ſi pro fure.§.1.ff.de condict. furti.) hæc igitur actio furti,cedi quoque poteſt, ut eſt text. in l.eum qui,in princ.ff.de furtis,ubi & id not.Alber.qui ſubiungit idem eſſe & de cæteris actionib.pęnalib. Et id erit pro Vndecimo. 10 *Actio furti. Actiones pœnales.*

Dvodecimò ergo,quia ſuprà in 1.gl.huius §.lo cuti ſumus de actione iniuriarium, certè in uniuerſum cæteræ actiones,quæ ex delicto deſcendũt,cedi poſſunt, ex ſententia Io.Andr.in addi.Spec.titu.de ceſſio.actio.§. 1.colum.pen.in addi.quæ incipit, de actione iniuriarũ. Bar.& Bal.in l.quòd ſi in diem,§.Iulianus,per illum tex. ff.de pet.hæred.An autem accuſatio cedi poſſit, uidebis apud Spec.in d.tit.& uide etiam in illa 1.gl. huius §.nu. 81.trigeſimoſecundò ius accuſandi. & Alb. in l.1.col.2. uerſ.ſed nunquid accuſatores.C.ne lic.poten.& in d.l.ul. C.de hære.uel actio.uend.Aegid.Bellam.in ca.ex parte, col.17.poſt præmiſſa,de ali.iud.mut.cau.fact. 11 *Actiones ex delicto deſcẽdẽtes.*

Decimotertiò, directa actio legis Aquilię cedi item poteſt,d.l.quòd ſæpè.§.ſi res.ff.de contrahend. empt.[& l.unde quæritur.ff.commod. & uoluit Roma. in dict.§.Iulianus.& ante illum] Bald.dict.conſil.9. libr. 1.ubi & ex hoc,atque etiam eo quod ſuprà diximus de condictione furtiua,dicit generaliter actiones, quæ ſoli domino competunt, cedi poſſe. Et hoc erit pro Decimoquartò. 12 *Directa actio l.Aq. Actiones ſoli domino competentes.*

Decimoqvintò, reſtitutio in integrum.l.q ſi minor,in princ.& ibi Alber.& alij.ff. de minori. & l. ſi minoris.& ibi gl.Alb.Bar.& alij.ff.de admin.tuto.& l. non idcirco.& ibi Bal.ff.de tutel.& ratio.diſtra.& gloſſ. in l.ex pluribus.ff.de adminiſt.tut.& in c.hinc eſt.in uerbo,ſigillatim.& ibi Arch.16.q.1.Alb. in d.l.ult. col.ult. C.de hæred.uel actione uend.Bar.in l.non ſolũ, in prin. ff.de reſt.in integr.& Bal.in repe.dict.l.2.ubi ſuprà. ff.de iureiuran.& in l.1.col.4.uerſ.quærunt Doct.C.de priui. dot.& in ſua Marga.in uerbo,cedere,col.ult.uerſic. cedi poteſt conditionalis,ubi dicit ſing.glo.in dict.l. ſi minoris,ad hoc,ut cedi poſſint ea, quæ ſperantur futura per reſtitutionem in integrum.Ioan.Fab. in §. vlt. col.2. & ibi etiam Ang.Aret.Inſtit.quib.modis ali.licet,uel non. idẽ Angel.in §.ſi quis agens,colum.antepenultima uerſiculo poteſt etiam dictum.Inſtit.de act.Sal.in l.1.colum.2. C.de priuil.dot.Barb.conſil.6.illud in medium, colum. 15.uerſic.& ex iſtis apparet, libr.4.Guid.Pap.in ſtatuto Delphi.incip. ſi quis per literas, in gl.1.col.6.uerſiculo ſimiliter etiam poteſt.& iterum in uerbo, uel quaſi, col. 13.uerſ.ſed pone, fui ſpoliatus,& ſingu.976.uerſ.beneficium reſtitutionis. 13 *Reſtitutio in integrũ.*

De-



14 *Officiũ iudicis etiã extraordinarium.* Decimosextò, ex illis iuribus aſſumunt omnes, vbique officium iudicis, etiã extraordinarium,cedi poſſe,ob id quòd reſtitutio in integrum competit ſolùm per officium iudicis. Ita enim colligit Bal. in d.l.quòd ſi mi nor, de minor.& in repe dict.l.2.col. 35.ff.de iureiuran. & in l. ex legato, ad fi.C.de lega. Bar.& propè omnes in l.1.§. vltim.ff. de noui operis nuncia. & idem Barto.in l. Modeſtinus,col. vltim. ff. de ſolu.Ang. & Imol.in l.Modeſtinus,col.vltim.ff.de ſolu.Ang.& Imol.in l. ſi eius pu pilli.ff. ad Senatuſconſult. Trebel.Angel. Aret.in dict.§. ſi quis agens, col. antepenult. verſ. ex quo nota maxi mam, ibi, poteſt etiam dictum beneficium, Inſtit. de actio.Guid.Pap.ſingu.606.uerſic.officium iudicis.

15 *Actio habens executionem paratam.* Et id quidẽ amplia, ut procedat etiam in officio iudicis, uel actione habẽte executionem paratam: nam & hæc quoque cedi poſſunt, per text.not. in l.hæres.& in l. in iudicio.ff famil.herciſcund.ſecundum Bal.in ſua Marga.in dict.uerbo, cedere, columna.3.uerſic.ceſſio poteſt fieri.Et uide etiam quæ dicam inferiùs, numero 21. vigeſimo quartò, tenuta,quam vocant,& duobus ſequent. Et hoc erit pro Decimoſeptimo.

16 *Obligatio naturalis.* Decimooctavò, obligatio naturalis dict. l.ſi eius pupilli.§. quod ſi hæres.& ibi gl.in verbo, non alia ratione. & Ang.ff. ad S.C.Treb.& l.quamuis. & ibi Alber.eo.tit.Bar.& omnes in d.l.1.§.ult.ff.de no. oper. nun cia.idem Bar.in l.huiuſmodi,la 1.ad fi.ff.de verbor.obl. & in d.l.Modeſtinus, col. ult.ff.de ſolu. Aloiſius Luſcus inter conſi.Bald.conſ.436.quidam creditor, col.2.uerſi. quarto: nam per actum uerbi, lib.3.& ipſe Bal.in d. ſua Marga.in dict.uerbo, cedere.col.3.uerſic.cedi poteſt.& Angel. in d. l. quod ſi in diem. §. Iulianus. ff. de petit. hæred.

17 *Interdictũ retinendæ poſſeſſionis.* Decimonono, interdictũ retinenẽdæ poſſeſſionis. Alberic. loquens de interdicto vti poſſideris, in l. 1. col. ultim.uerſicu. ultimò quæro.C.uti poſſid. Bal.in repe.d. l.2.col.35.ff.de iureiur.Io.Fab. in §.retinendæ, Inſtitut. de interdict.Guid.Pap.in d.ſtatuto,ſi quis per literas, in d.gl.vel quaſi,col.13.verſ.ſed pone fui ſpoliatus, & ante hos gl.quam neuter citat,in l.2.§.item Nerua, in verbo, experiaris.ff.ne quid in loco public.quam not.& ſecutus eſt Bald.in ſubſcriptione d.conſ.436.verſ.4. præmittendum,lib.3.ubi ex hoc dicit, quòd facultas retinendæ & continuandæ poſſeſſionis cedi poteſt.& idem Bal. qui eam glo.dicit ſing.in c.licet cauſam,colum.8.verſ.col.4. item interdicta,extrà de proba.Paul.Caſt.& alij recentiores in d.l.vlt.ff.de no.ope.nuncia. *Facultas retinendæ & continuandæ poſſeſſionis.*

18 *Interdictũ recuperandæ. Etiam reſpectu damnorum & intereſſe.* Vigesimo, interdictum recuperandæ poſſeſſionis,puta,Vnde vi,d.l.q ſi in diem.§.Iulianus.& ibi gloſſ. Bal.Ang.[& Roma.]ff.de peti.hæred.Bal.in l.licet, tum circa medium,tum ad finem,per illum text.C. de excep. ubi dicit procedere non ſolùm reſpectu poſſeſſionis,ſed etiam damnorum, & eius quod intereſt, & conſ.186. quia allegationes,colum.3.lib.1.& conſ.216. fuit quidã nobiliſſimus,col.2.verſ.ſuper eo paſſu,libr.2.& conſilio 309.ſuper quo puncto,lib.3.& in repe.d.l.2.col.35.ff.de iureiur. vbi & hoc dicit notari in d.l.licet. C. de except. Barb.conſ.51.ſcripſit ſapientiæ fons,col.18.lib.1. vbi di cit illum tex.eſſe ad hoc meliorem,totius iuris.Gui.Pap. in dicto ſtatuto Delph.vbi ſuprà proximè.& Fran. Ripa in repet.c.ſæpè,colum.7.verſ.4.dubitatur, extrà de reſti. ſpol.vbi ex hoc dicit remedium cap.redintegranda,3.q. 1.poſſe cedi,vt etiam uoluit Soc.in rep.l.rem quæ nobis, col.6.verſ.ultimo poteſt dubitari.ff.de acq. poſſeſſ. Et id erit pro vigeſimoprimo. *Remediũ c.redintegranda.*

19 *Beneficiũ l.edicto.* Vigesimosecvndo, beneficium l.edicto.C. de edi. diui Adr.tollen.quod etiam eſt remedium poſſeſſorium, cedi quoque poteſt.Bald.d.conſ.186.col.3. [in 5.dubio] libro 1.

20 *Omne poſſeſſorium iuris.* Vigesimotertiò, generaliter omne poſſeſſorium. Bald.in eod.conſ.per tex.in d.§.Iulianus.& not. in d.l.2. §.quod Nerua.ff. ne quid in loco publico. Quod tamen dicit procedere in poſſeſſorio facti,non etiam iuris, cuiuſmodi eſt bonorum poſſeſſio, quæ nec tranſmittitur, nec ceditur.l.3.§.acquirere.ff.de bon.po.ſſ Cuius rei rationem reddit Bal.vbi ſuprà,quam uidere poteris.De bonorum autem poſſeſſione diximus ſuprà,in glo. huius §. nu.47.tertio bonorum poſſeſſio,vbi uidere poteris.

Vigesimoqvarto, tenuta,quam uocant, & miſſio in poſſeſſionem.l.ult.§.ſin autem hi.C.de bon. autor. iud.poſſi.ubi Sal.not.& dicit valde ſing. & Alex. in add. Bart.in d.l.1.§.vlt.ff.de noui oper.nuncia.& Barb.d.conſil.51.col.18.lib.1. 21 *Tenuta & miſſio in poſſeſſionẽ.*

Vigesimoqvinto, ius ſententiæ.l.in iudicio.& ibi Odof.& Florian.ff.famil.herciſcun.Bal.in d.l.ex legato, in fin.C.de legatis,ubi ex eo ſubdit,quod ſi cedẽs habeat ius executionis paratæ,idem & ceſſionarius & legatarius habebunt. Quod & dicit Floria. in d.l. in iudicio. & Nicol. Mil. in ſuo reperto. uerſiculo cedi poteſt actio iudicati. 22 *Ius ſententiæ.*

Vigesimosexto, generaliter ius executiuum cedi poteſt,per text.not.in l.1.C.de contrario.iudi. tutel. ubi etiam dicitur,quod in dubio uidetur ceſſum eſſe,cùm cedi tur actio. & ad hoc illum text. annotauit & dixit not. Franc.Aret.in l.1.col.pen.ff.ſi cert.pet.& Calca. qui alia iura ſatis aliena allegat,conſ.18.pro parte hoſpitalis,col. 6.uerſ.28 Et uide quæ dixi ſuprà, in hac eadem gl.num. 15 & id quidem amplia. 23 *Ius executiuum.*

Vigesimoseptimò, ius capiendi alterum propria autoritate,ut ius illud,quod habet creditor capiendi debitorem fugientem: id enim cedi & demandari alteri poteſt ex ſententia glo.in l.1.in verbo,ab his. C.vbi quis decuri.Ang.in l.generali.C.de Decur.libr.10. Roma. in l.1.§.vlt.colum.2.verſ.& per hoc.ff.de ope noui nuncia. Fran.Aret.in l.ſi ita ſtipuler.per te,in fin.ff.de uerborum oblig.Alex.conſ.133.circa executionem,col.1.lib.6. Et de hoc eſt optimus text.quem nullus eorum memorat,in l.Imperator,ibi,pecunia accepta manus iniectionem uen diderat.ff.qui ſine manu. ad liber. perue. & Iac. Aret.& Bened.Plumbi.eum text.ad hoc nuncupatim not. Eſt.n. manum injcere, verbum antiquum iuris, cùm ſcilicet nulla expectata iudicis autoritate, nobiſipſis ueluti iudicentes,perſonam quampiam,aut rem noſtram, vel nobis debitam, prehendimus, vel ſiſtimus, vt & in l.ſed & ſi hac.§.1.ff.de in ius vocan.& in l. Titius, in princ. ff.de ſer.expor.in l.1.& iterum 2.C. ſi ſer.expor. vene. & in l.ſi quis poſt hac, in prin.C de bon.dam. de quo affatim & ſcienter per Budæum noſtrum in Annot. ff. in l.vlt. de ſenato. De hoc tamen,an ſemper id ius cedi poſſit, vide Lucam Pen.diſtinguentem in l.coloni,col.8.in 7.q. C.de agric.& cenſi.Et quæ diximus ſupra, hoc eod.§.in glo.1. nu.62.uigeſimo facultas expellendi,& ſeq. 24 *Ius capiendi alterum propria autoritate. Manum injcere.*

Vigesimooctavò, ius legitimæ & Trebellianicæ l.1.§. inde Neratius. ff. ad Trebel. Bald.conſilio 438. factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt, videlicet quidam dominus, colum.3. verſiculo hoc præmiſſo, libro primo, quod conſilio repetitur conſilio 377.quidam Alexan.libro tertio, niſi quòd priore loco factum paulò amplius proponitur. & Iaſon conſilio 43. Ioannes Laurentius, colum. pen.verſ.primum quod poſito,lib.3. 25 *Ius legitimæ & Trebel.*

Vigesimonono, inſtantia,ſiue ius inſtantiæ.l. in cauſæ.§.penult. & ibi gloſſ.in verbo, transferri. ff. de procur.Bartol.in l.1.in princip.ff.ad Senatuſconſul.Trebel.& in l.ſi eum hominem, colum.ultim.ff de fideiuſſ. Bald.in d.l.ex legato, ad fin.C.de lega. & in l.per diuerſas, in 14.q. C.mand. Barbat. d.conſilio 51. ubi ſupra, libro 1. 26 *Inſtantia.*

Trigesimò, ius proteſtationis faciendę.l.ſi res,in 2. reſpon.ff.de euictio.Bal. in Rub. extrà de procura col.1. uerſ.qui uendidit,& conſ.314.utrum dictus contractus, *Ius proteſtationis faciendæ.*

in 4.dubio, lib.5.vbi eum tex.ad hoc dicit not.& Franc. Aretin.in l.ſi ita ſtipuler, per te non fieri.ff.de verborum obligat.

28 *Priuilegium fiſci.* TRIGESIMOPRIMÒ, priuilegium fiſci l.vltim. & ibi Bart.Bal.& Salicet.C.de priuil.fiſc.idem Bald.in l. 1.poſt medium. & ibi quoque Salicet.columna 1. C. de priui.dot. Marti. Laud.in tracta. de fiſco, in 195.priuilegio.& Franc. Lu. in 72 priuilego fiſci.Barb.dict.conſil. 51.lib.1.& d.conſi.6. colum.15.verſi. & ex iſtis apparet lib.4.& Iaſ.in l.ſi conſtante,col.vlti. verſicu.quartò facit. ff.ſoluto matrimon. Matthæ.Afflict. in conſtitu.Siciliæ, incip.beneficium,in fin.

29 *Quodlibet priuilegiũ tranſmiſſibile.* TRIGESIMOSECVNDÒ, quodlibet priuilegiũ tranſmiſsibile ad hæredes, cedi poteſt. Ange.in dict.l.ſi eius. in princip.ff. ad Senatuſconſul. Trebellian. Nam & aliàs quicquid eſt tranſmiſſibile, idẽ quoq; eſt ceſſibile. Bar.in l.ſi mulier.§.exaſſe, ad fi.ff.de iur.dot.& Pau. Caſtren, conſi.1.uidetur dicendum,quòd dictus Criſtophorus,col.1.lib.1.Sed tu ſuper hoc vide omninò, quę ſcripſimus ſuprà in 1.gl.huius §.nu.48. ſed non ẽ diuerſo.& quæ ſcribemus infrà, titu.ſequen. §.1. gloſſ.6. in uerbo, *ou ſes heritiers*,num.12.at is confeſtim, ex quibus cognoſces,an id uerum ſit. Et hoc erit pro trigeſimotertio.

30 *Ius colonarium.* TRIGESIMOQVARTO, ius quod habet conductor vel colonus,ſiue ſit partiarius,ſiue is nummis colat. l.ſolutum.§.vnde ſi domum.ff.de pigno.act. Bald.in cap. contingit,colum.antepen.verſ.quæro ſimplex colonus, extra de dolo & contuma.vbi & ad id allegat l.viam. C. de locat. vbi id ius tranſit ad hæredes. Ex hocque dicit idem Bal.quòd creditor poteſt mitti in poſſeſſionem colonariæ facultatis.

31 *Ciuilis poſſeſſio ex cõſtituto.* TRIGESIMOQVINTÒ, ciuilis poſſeſſio, quam quis habet ex clauſula conſtituti, ſiue ex ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, etiam in alium trãſferri poteſt, vt reſpondit ex facto Alouiſius Luſius inter conſ.Bald.conſ.436.quidam creditor, colum.1. verſiculo & ſic cùm creditor, & colum.2. verſ. ſed nunc eſt uidendum,libr.3. De quibus & tu vide quæ diximus in tract.Conſtituti poſſeſſorij,in ſecunda parte,ampliat.22. & in tractatu,*le mort ſaſiſt le vif*, [in 2. declaratione primæ partis.

32 *Nomẽ debitoris.* TRIGESIMOSEXTÒ, nomen debitoris cedi poteſt.l. 1.ibi,nominis venditio.& l.3.C.de nouat.& l.2.C.de donat.& l.nomina.ff.de hære.vel act.uend.& l.nominis. C. eo.ti.Ideoq; & pignorari poteſt.l.nomen.C.quæ res pig. obl.poſſint. & in cauſam iudicati accipi.l. à Diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iudi.

33 *Ius eligendi ex cõtractu.* TRIGESIMOSEPTIMÒ, ius eligendi, quod competit ex contractu.l.ſi ſic.§.vlt.& ibi Iac.Aret.Bar. Bal. & alij. ff.de lega.1.& l.ſi ſtipulatus fuerim.& l.vlt.§.1.ff. de verborum obligat.Bald.conſ.93. in quodam contractu, in primo dubio,lib.1.ubi etiam poſt ipſum Iac.dicit ius arbitrij,videlicet ſi quis aliquid mihi promiſit facere arbitrio meo, & ius denunciandi aliquod impedimentum, poſſe item cedi, imò & in ſingularem ſucceſſorem ſimpliciter tranſire. Et hæc erunt pro trigeſimooctauo, & trigeſimonono. Sed tamen ſuper illo iure eligendi vide quæ diximus ſupra,in gl.1.huius §.nu.76. vigeſimoquartò,facultas.

*Ius arbitrij. Ius denunciandi impedimẽtũ.*

34 *Ius ob artem quæſitum.* QVADRAGESIMÒ, ius quæſitum alicui ad certã rem contemplatione alicuius artis. Verbi gratia, Ius,quod in traturæ vulgo Itali appellant,in aliquam Apothecã,poteſt cedi alteri eiuſdem artis, vt pulchrè reſpondit Pau. Caſt.conſ.243.ſuper primo dubio,lib.1.argu.l.nemo eſt qui neſciat.& ibi not.ff.de duob.reis.

35 *Ius retinẽdi pro expenſis.* QVADRAGESIMOPRIMÒ, ius retinendi rem pro expenſis,cedi etiam poteſt, & in ſingularem ſucceſſorem tranſit.Bart. in l.in fundo,per illum text. ff. de rei vend.& Franc.Aret.in d.l.vlt.in princ.col.vlt.ad fin.ff.de uerb.oblig.

QVADRAGESIMOSECVNDÒ, operæ famuli eo inuito alteri cedi poſſunt,vt voluit Barto.in l.ſi non ſortem.§.libertus & ibi Ang.Raph.Fulgo.Paul.Caſtr.& Alex.col.3.ff.de cond.indeb.Bald.in l.liberti, colum.vlt. C.de ope.libert.Pau.Caſt.in l.2.in princ.ff.ſoluto matrimon.& ſatis probat text.in l.operæ in rerum, in fin.ff.de ope.liber.Sed ſuper hoc vide omninò Alexan. in d. §.libertus.& quod diximus ſuprà in glo.1.huius §.nu.51.ſeptimò,vbi de operis officialib.locuti ſumus. 36 *Operæ famuli.*

QVADRAGESIMOTERTIÒ, ius pignoris, quod quis habet in libero homine,vt in caſu l.nam & Seruius.ff.de nego.geſt.& not.Doct.ibi.& in caſu l.2. C. de capt. cum ſimil.etiam cedi alteri poteſt.Ita expreſſim uoluit Franc. Rip.in l.obligatione,colum.6.num.18. præmiſſa faciũt. ff.de pign.dummodò(inquit)id fiat ſine detrimẽto obligati,per l.generaliter.§.vlt.ff.de ſtatulib. 37 *Ius pignoris in libero homine.*

QVADRAGESIMOQVARTÒ, ciuiles actiones, quæ etiam tendunt ad vindictam,cedi poſſunt, vt tradit Bal. in l.per diuerſas,col.vlt.verſ.16.quæro.C.man.quia (inquit)ſaltem poſt litem conteſtatam, tranſmiſſionem recipiunt,ut not.in l.1.C.de hære.vel act.vendi.quæ autem traſmiſſibilia ſunt,eadem ſunt ceſſibilia.l.ex plurib.ff.de adm.tut.De qua ratione diximus ſuprà, in gl.1. huius §. nu.47.tertiò bonorum,.& ſeq. 38 *Ciuiles actiones ad vindictam tendentes.*

QVADRAGESIMOQVINTÒ, actiones quoque criminales,per l.quòd ſi in diem.§.Iulianus.& ibi gl.in verbo, victus.ff.de pet.hæred.& l eum qui,in 2.reſpon.ff. de furtis.quod intelligit Alb poſt Vber.Bob.in l.ult.col.2.verſ. quid de actione criminali.C.de hæred.vel act.vend. dũmodò huiuſmodi actiones tales ſint,quæ imponant pœnam relegatione maiorem: tunc enim non ſunt in bonis noſtris, nec poſſunt per alium exerceri.l penult.§. ad crimen.ff.de publ.iud.& not. in l.ſeruum quoque.§.2.ff. de procu. Si verò minorẽ,& cedi poſſunt,& per aliam exerceri.l.abſentem.ff.de pœnis.& l.vlt. C. an per alium cau. appel.agi poſ. 39 *Actiones criminales.*

QVADRAGESIMOSEXTÒ, ius, quod quis habet potentia,licet non actu,cedi poteſt,licet ſecus ſit, ſi non habet nec potentia,nec actu,vt pulchrè not.& declarat Panormitan.in c.cura paſtoralis,in fi.extrà de iure patron. Nã electores(inquit)non habent dignitatem eſpicopalem, tamen eam transferunt in electum. 40 *Ius potentia competens, licet non actu.*

QVADRAGESIMOSEPTIMÒ, ſeruitium ſerui alteri cedi poteſt, vt eſt text. expreſſus in l.uxori fructu. §. Scorpium,qui eſt vlt.ff.de uſu & uſufruct. leg. dum interpretatur ea uerba cuiuſpiam teſtatoris: Seruum meum Sempronio ſeruire uolo. 41 *Seruitiũ.*

SED his maturè relictis, redeundo ad caſum noſtræ conſuetudinis, quæ dicit retractum conuentionalem cedi poſſe, illud in dubium uocatur, ſi emptor dat huiuſmodi facultatem retrahendi uenditori,ob id, ut in inſtrumento aſſeritur,quod conuenientius eſt,ut ipſe & filij ipſius recuperent rem uenditam, quàm alij, cùm ea ipſius ab antiquo fuerit,utrum in eo caſu poterit uenditor uendere hanc facultatem alteri.Dubium facit, quòd id pactum factum eſt contemplatione ipſius uenditoris, & filiorum ipſius tantùm:ideo ad extraneos tranſire non debet,argum.l.pater.ff.de ſeru.leg. & l.iuriſgentium. §. pactorum.ff.de pact.& l.tale pactum. ff. ſolu.matr. Tamen contrarium, cùm id ex facto incidiſſet, reſpondit Paul. Caſt.conſ.1.uidetur dicendum,quòd dictus Chriſtophorus, lib.2.per multa quæ ibi allegat, quæ ſunt omnibus obuia,ne hìc repetam. 42 *An retractus conuẽtionalis in hoc caſu cedi poſſit.*

QVID autem, ſi expreſſum ſit in facto reuenditionis,vt uenditor poſſit per ſe redimere, & non alij id ius cedere.Dic,id pactum eſſe ſeruãdum,nec ceſſioni locum fore:nam contractus ex conuentione legem accipiunt.l. 1.§.ſi conueniatur.ff.depoſi.cum ſimil. Et cùm liberum fuerit emptori eam facultatem redimendi non concedere, omninò potuit eandem concedendo limitare, 43 *An valeat pactũ ne liceat venditori ius retrahendi alteri cedere.*

l.uidea-



*An & valeat nec liceat id ius cedere, quòd emptor præferatur. An tũc emptor teneatur reſtituere precium. An tunc impediatũ alienatio.*

l.videamus.§.iurare.& l.in actionibus.§.1. ff.de in litem iuran. Et ita nuncupatim voluit Hieronym. Cagnol. in repet.l.2.col.8.verſ.limita, niſi pactum. C. de pactis inter empt.& uendit. Cui adde quod voluit Guid. Pap. conſ.181.ex facti narratione,in primo dubio,quòd ſi in venditione dictum ſit,ne venditor poſſit id ius redimendi ei conceſſum,alteri vendere, quin ipſe emptor alteri præferatur,valet huiuſmodi pactum, ex eoque adſtringitur venditor præferre emptorem alteri: & ſi aliter fiat, impeditur alienatio, & ita dicit fuiſſe iudicatum in Curia Parlamenti Delphi. Tu autem illum vide dec. Delphi.569.pactum. Illud autem intereſt inter hunc caſum Guid.& illum Cagno. quod in hoc tenetur emptor tantum precium dare,quantum venditor ab alio reperit de huiuſmodi facultate, ſecundum ea quæ diximus ſuprà eod.tit.§.1.glo.18.in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*,num.1.& multis ſeq. In priore autem nihil debet dare emptor,ſed tantùm tenetur reuendere venditori, aut eius hæredibus,nõ etiam alijs, quibus id ius ceſſum eſt. Quid autem,ſi dictum ſit,ut venditor ſolus,uel tantùm poſſit redimere:an tunc poterit id ius alteri cedere, videbis infr.tit.ſeq.§.1.gl.6. in verb. *ou ſes heritiers*, num. 11.quòd ſi quis dicat & ſeq.

44 *An ceſſionarius teneatũ oſtẽdere inſtrumentum ceſſionis.* ILLVD denique monitum velim ceſſionarium, vt cùm emptorem conueniet, huius oblationis conuentionalis faciendæ cauſa,ei oſtendat inſtrumẽtum ceſſionis: neque enim aliter tenetur emptor eum admittere, nec ſufficeret oblatio & interpellatio ſiue requiſitio facta,vt in ſimili dicit Bart.in l.1.in princ.in 11.q.& iterum in l. non ſolùm.§.more,col.7.in materia proteſtationis prohibitoriæ.ff.de operis noui nuncia.& in l.grege. §.1.col. 2.uerſ.aduerte quòd ſi denunciatio. ff.de pignor.& Soc. aut quiſquis eſt alius,in tract.fal.regula 79.in 1.fal.cum alijs concord.à me adductis ſuprà §.1.in uerbo, *dedans l'an*, quæ eſt glo.10.in 18.q ubi etiam videbis, an id legere uel legendum præbere debeat, & eius exemplum relinquere uel offerre. Et hæc omnia notabis, quia ſi interim tempus laberetur his non obſeruatis, quæ obſeruari debent, hic ceſſionarius perpetuò excluderetur.

45 *An is, cui uẽditor donauit facultatẽ retrahendi præferatũ conſanguineis.* NEC tamen interim illud omiſerim. Hìc dicitur, quòd hæc facultas redimendi ex pacto competens,alteri cedi poteſt. At infra, tit.ſeq.§.1. cauetur venditorem, qui ſibi in contractu huiuſmodi facultatẽ retinuit, præferri conſanguineis. Quid igitur, ſi hic uenditor eam facultatem alteri extraneo donauit: an hic donatarius etiam conſanguineis præferetur? Quod videtur, cùm is ſit loco venditoris, qui donauit, eodemque iure vti poſſit,ac ipſe donans,l.inuitus. §. plerunque.ff de regul. iur.cum alijs multis ſimil. à me adductis ſupra eo. tit.§. 1.in glo.9.in uerbo,*ou lignagier*, num.129. his tamen. Verùm audio contrarium à ſanctiſſimo noſtro Senatu Pariſ.fuiſſe iudicatum,& id quidem ſanctiſſimè,& optimo iure,quia ſi aliter diceremus, eſſet ſemper in facultate contrahentium fraudare conſanguineos iure retractus, id ſcilicet pactum retrahendi apponendo in contractu, & poſtea alteri amico emptoris id ius donando. Ideoque & facilimè noſtra conſuetudo retractus illudi poſſet, contra l.vlti.§ vbi autem.C. de bonis quæ libe. & c.commiſſa.de elect.lib.6. cum ſim. Nec veriſimile eſt ſtatuentes id intellexiſſe. Imò uerò ſi interrogati fuiſſent, id quod diximus, ſtatuturos fuiſſe, ideo & pro ſtatuto habendum eſſe,ex ſententia gl. in l. tale pactum. §.ult.ff de pactis, cum concord. à me omnium latiſſimè congeſtis,in repet.l.ſi unquam,in præfat. num.56.inter tam multa C.de reuocan.dona. *Arreſtum.*

QVÒD ſi venditor eam facultatem non donet alteri, ſed uendat: tunc conſanguineus tenetur aut rem venditam reſtituto ſibi precio ab hoc tertio ceſſionario eidem reuendere, aut precium illius facultatis ei reſtituere, vtpote quod ſit pars precij principalis venditionis,uti erat eadem facultas, ob quam res ipſa minoris & æſtimata eſt,& uendita,ut latè dicemus infrà, titul. ſeq. in præfat. num.18.quartum, & multis ſeq. Et apud Niuernenſes hoc tit.§.12. ſtatuitur emptionem huiuſmodi facultatis factam ſine fraude ante citationem retractus,computari in precio. Et hæc omninò procedere cenſeo,cùm ea facultas nocet conſanguineis, ut noſtris moribus nocet, ſi data fuerit die uenditionis aut ſequenti: quo caſu uenditor præfertur conſanguineo,ut ſcribitur infrà,tit.ſeq. §.1. & conſequenter etiam ceſſionarius, niſi ei reſtituatur precium eiuſdem facultatis. Quòd ſi ex longo alio interuallo fuerit data facultas, ita, ut non obſit conſanguineo,quin præferatur,ut latè dicemus eo.ti.ſeq.§.1.in gl 7.in uerbo, *ſeront preferez*,num.18.ex hac autem, & multis ſeq. nihil uideo, cur teneatur conſanguineus id precium reſtituere. Porrò illud planum eſt, fraudem facilius præſumi ex contractu gratuito ſiue lucratiuo, quàm oneroſo,ut uidere licet ex toto tit. ff. quæ in frau. credi.& tit.ſi quid in fraudem patro. 46 *Quid,ſi vẽditor eam facultatẽ vendidit. Conſuetudines.*

## §. XXVII.

SI l'achepteur dedans l'an de l'achapt vend ou eſchange par autre contract, tranſporte ladicte choſe qu'il a eu par contract de vente,ou qui le ſonne:ce non obſtant le lignagier du vẽdeur peult venir au retraict dedans ledict an & iour de la premiere vente. Et peult offrir ledict retraict à celuy qui tient la choſe, s'il ſait qu'il eſt. Et ſi non, il peult offrir au premier achepteur dedans l'an & iour. Lequel achepteur eſt tenu declairer audict retrayant, à qui ledict achepteur à tranſporté ladicte choſe comme deſſus eſt dict. Et lors ledict retrayant doit d'abondant aller preſtement deuers celuy, qui ledit achepteur aura nommé, & luy offrir ledict retraict.

*SI emptor intra annum rem ſibi ex contractu emptionis aut alio æquipollente quæſitam vendat, permutet, aut aliter transferat,nihilominus conſanguineus admittetur ad retractum intra annum & diem primæ uenditionis, poteritq́, oblationem ei denunciare,qui poßidet,ſi quidem reſcierit quis ſit. Sin minus, primo emptori intra annum & diem. Qui quidẽ emptor tenebitur ipſi conſanguineo declarare,cuinam rem ipſam ceſſerit,uti ſupra dictum eſt. Tuncq́, demum conſanguineus eum adibit,quem emptor nominarit,eiq́, retractum offeret.*

## §. XXVIII.

ET ſic ? eſtoit ſi pres de la fin de l'an & iour, que bonnement il ne le peuſt faire dedans ledict an & iour,ſoit en retraict conuentionel, ou par proximité de lignage,partant ne doit laiſſer à lui offrir ledict retraict preſtement, & le pluſtoſt qu'il pourra, meſmement quand id à offert au primier achepteur dedans ledict an & iour. Car attendu qu'il

ignoroit que autre euſt la choſe, & qu'il à fait ſes diligences au premier achepteur, duquel eſtoit preſumption qu'il la tint, ledict temps du retraict ne doit courir contre luy.

*QVOD ſi ſub ipſum anni & diei ſpacium id contigerit, ſeriusq; omninò quàm vt intra id tempus id exequi poßit, ſiue in retractu conuentionali, ſiue gentilitio, nihil uetat, quin ei continuò, & cùm primum fieri poterit, retractum offerat, præſertim cùm intra præſcriptum anni & diei tempus eum iam obtulerit. Cùm enim ignoraret ad alterum rem perueniße, feceritq; quod potuit erga primum emptorem, quem verisimile erat rem etiamnum apud ſe habere, tempus ei currere noa debet.*

SVPER his duobus §§. uide omninò quę ſcripſimus ſuprà §.12. qui his eſt affinis, eſtque eadem utroꝝumque materia. Quantum autem ad id, quod dicitur, non currere tempus uenditori ignoranti rem alteri fuiſſe uenditam à primo emptore. Vide etiam quæ dicam infra, eod. tit. §.35. ſuper uerbo, *ignorans.*

## §. XXIX.

LE lignagier, qui eſt receu à retraict, doit payer le ſort ou pris que la choſe à couſté, & enoultre les ventes & honneurs, *a* & les finances & amortiſſemens, ſi l'achepteur les auoit payées, *b* & les couſtz des lettres, *c* facon d'homage, le deuoir dudict homage, les couſtz de fief baillé par eſcript, & autres ſemblables *d* dependens dudict contract de vendition. Et l'achepteur luy doit accorder & paſſer lettres *e* de la reception: & luy doit faire les ceſſions & transports du droit qu'il y auoit.

*CONSANGVINEVS ad retractum admiſſus tenetur refundere ſortem ſiue precium, quo res diſtracta eſt, prætereа laudimia,* a *financias, & admortiſſamenta (quę uocant) ſi emptor ea exoluerit,* b *item impenſas inſtrumentorum* c *& præſtationis homagij (quod item appellant) & quod ob id domino debetur, atque etiam impenſas Catalogi rerum feudalium in ſcriptis domino traditi, aliasq; eius generis* d *appendices contractus venditionis, debetq; emptor ipſi conſanguineo inſtrumentum admißi contractus conſentire,* e *eiq; cedere ius, quod in re habebat.*

### *LES VENTES ET HONNEVRS.*

### LAVDIMIA, Gloſſ. I.

1 *Vtrū laudimia debeātur ex uenditione retracta à conſanguineo,*

POTVISSET tamen videri, cùm venditio à conſanguineo retrahitur, laudimia domino non deberi ex ea uenditione retracta, per not. in l. ult. §. ſed quia noſtra. C. com. de leg. Verùm Bal. col. 1. uerſ. quæritur hic, tradit quòd ſi contractus reſcinditur tanquam inualidus, ex eo non debentur laudimia, aut aliæ gabellæ, quia poteſtas euictionis tollit intellectum acquiſitionis. l. poſtulante. ff. ad Trebell. Sed ſi fit quædam translatio, ut in cap. conſtitutus, extra de in integrum reſtit. quod quidem loquitur de noſtro retractu, tunc debent ſolui, per not. a Guil. Cune. in l. ab emptione. ff. de pactis. Et ita illum ſequitur Barb. in l. ſi id quod aurum, columna penultim. ff. de uerborum obligat. Quamquam contrarium ex facto conſuluit Stephan. Bertrand. conſilio 211. punctus quæſtionis, columna 2. uerſi. præterea pro dicto, lib. 4.

2 *De eadem re.*

SED priorem Bal. opinionem confirmat, quod non obſcurè voluit Bart. in dict. l. vlt. §. ſinautem. quòd cùm res ſubiectæ reſtitutioni ſub conditione, poſſint interim ante conditionem alienari, ſecundum Dyn. Petr. Cyn. & omnes ibi. & glo. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. 2. & in §. quamobrem, in Authent. de reſtit. fideicom. cum alijs concord. traditis à Corn. conſi. 234. videtur in præſenti, ad fin. lib. 3. & iterum conſi. 294. videtur prima facie, colum. 4. verſic. nam videmus, eodem lib. 4. Certè ſi alienetur, quamuis poſtea adueniente conditione reuocetur alienatio, tamen debetur gabella, quæ à ſtatuto ſolui iubetur ex alienatione. & illum ſequitur Paul. Caſ. ibi. & etiam Iaſ. qui id optimè declarat in ea ipſa l. §. ſed quia noſtra, colum. vlt. & Corn. d. conſi. 294. vbi ſuprà, lib. 3. Sed & tu de hoc noſtro caſu expreſſim vide Alb. diſtinguentem, ſed admodum obſcurè in eo ipſo §. ſed quia noſtra, & in prima parte ſtatutorum. q. 95. quid ſi ſtatuto cauetur, & quæ latè dicemus infra, tit. procedente, qui eſt *de retraict conuentionel.* §. 6. in uerbo, *les loyaux couſtemens.* nume. 3. ſed quid de laudimijs & multis ſequen. Et quod ſuper hac re diſponit conſuetudo Melodenſis, cap. trigeſimooctauo, & duobus ſequentibus. & iterum capit. quadrageſimooctauo, & quæ etiam dicemus in ſequen. verſicul. & in gloſſ. ſequen. numero 1. & ſecundo. *Conſuetudo.*

3 *An autem debeantur ex ipſo retractu.*

ET hæc quidem quantum ad laudimia prioris venditionis, quæ retracta eſt à conſanguineo. Sed quid de ipſo retractu ſiue redemptione, an ex ea debeat conſanguineus laudimia? Et conſuetudo quidem Melodunenſis, d. cap. 48. ſtatuit deberi in his rebus, quæ ſunt in cenſu, non in his, quæ ſunt in feudo. Conſuetudo autem Meldenſis, ca. 87. ſtatuit nullo modo deberi ex retractu. Similiterque Caluimontenſis in Baſſigniaco, cap. 35. Victriacenſis, cap. 50. Ambianenſis, ca. 96. Carnutenſis, cap. 17. & iterum 79. Aurelianenſis, cap. 282. vbi Commentarij nihil dicunt. Borbonienſis, cap. 445. Bleſenſis, cap. 117. & Dunenſis, cap. 83. Niuernenſis hoc tit. *de retraict*, cap. 26. Montargienſes, & cæteri Lorrienſes hoc titul. §. 7. Valeſienſes hoc quoque titul. §. vlt. qui eſt omnium 91. Et ego quoque id procedere cenſeo de Iure communi, per id quod uoluit Bal. in l. cùm dotem, uerſ. modò extra quæro. C. de iure dot. quod ex uno contractu in alium transfuſo non debetur niſi una gabella, ex ſtatuto diſponente, quòd ex quolibet contractu debeatur gabella, per multa illic allegata. & ſequitur Firmia. in tract. gabel. in quinta parte princip. quæſt. 5. verſ. de contractu uerò. Nam ualet argumentum de re ad perſonam, & è contrario. l. qui furere. & ibi Bal. & Alber. ff. de ſtatu homi. & l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. ff. de leg. 1. & l. ſi quis filio exhæredato, ante fin. uerſ. ergo. ff. de iniuſto teſta. & gl. & Doct. in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. cum ſimil. *Conſuetudines.* *Argu de re ad perſonam, & è contrario.*

4 *Ex alienatione neceſſaria non debentur laudimia.*

ET quia etiam hic retractus fit ex neceſſitate primi contractus, & inuito emptore, ideo ex eo non debentur laudimia. Guil. Cun. Bart. Bal. Fulg. & Paul. Caſtr. in l. & ideo. ff. de cond. fur. idem Gul. & Alb. in l. ex hoc. §. 1. ff. de ali. iud. mut. cau. fac. Maſue. in tit. de emp. & uēd. verſ. item



item in caſu. & Iaſon in l. vlti. col. 12. in 7. & 9. quæſt. C. de iure emphyteu. Corſe. & Aufre. in additio. ipſius, deci. Tholo. 75. item fuit quæſitum, ſi ex diuiſione. & Alb. Bru. conſil. 44. in caſu iſto, colum. vltim. verſicu. ſecundò quia. Et id nuncupatim in noſtro caſu voluit Ar. Ferro. in conſuetud. Burdig. hoc titul. *de retraict.* §. 2. Et faciunt, quæ diximus ſuprà. §. 1. in verbo, *ou equipollent à vente*, quæ eſt gloſſ. 14. nu. 8. ſecundò intellige, & tribus ſequentib. Quanquam ſcio Boer. fuiſſe in contraria ſententia, vt ſcilicet debeantur laudimia ex retractu conſanguineorum. in conſuetu. Bitur. hoc eod. titul. *de retraict.* §. 5. col. 1. vbi in id allegat Alb. in prima parte ſtatutorum. d. q. 95. Sed is admodum fallitur: quandoquidē ipſe Alb. loquitur de priori venditione, vt diximus in præcedenti verſicu.

5 *Quid, ſi emptor vēdit conſanguineo, ut extraneo, & non iure proximitatis.*

SED quæſtionis eſt, ſi cùm conſanguineus eſſet intra tempus retractus, proindeque poſſet rem iure proximitatis retrahere, tamen is emptorque ita contractum inierunt, vt non tanquam conſanguineo, ſed veluti extraneo emptor rem vendiderit, vtrum ea hac venditione debeantur laudimia, & an conſanguinei ipſius emptoris poterunt venire ad retractum huius venditionis. Certum eſt autem, quòd ſi poſt tempus retractus huius huiuſmodi venditio facta fuiſſet conſanguineo, etiam tanquam conſanguineo, & iure proximitatis: tamen conſanguinei ipſius emptoris, qui reuendiderunt huic conſanguineo, admitterentur ad retractum, vt diximus ſuprà eod. titu. §. 1. in gloſſ. 10. in verbo, *dedans l'an*, num. 30. ex quibus potes.

6 *De eadem re.*

HIC autem quærimus è diuerſo, cùm venditio fit conſanguineo, non tamen tanquam conſanguineo, ſed ut cuilibet alteri. Et ſanè ſi hæc venditio facta fuerit diuerſo precio, aut maiore, aut minore, aut alijs conditionibus, pactis, & conuentionibus, nihil eſt quod dubitandum ſit, hanc nouam eſſe omninò venditionem, per id quod in ſimili voluit glo. not. in cap. hi qui, in fin. & ibi Domi. col. vltim verſi. no. iſtam glo. de pręben. lib. 6. Bal. in l. Titius, quæ eſt pen. per eum text. ff. de excu. tut. & in l. ſi qui ex conſenſu, col. 3. verſicu. ſecunda ſpecies. C. de epiſcop. audi. vbi eam gloſſ. dicit ſing. & in repe. l. Aemilius. tum col. 5. verſicu. quid de ſyndicatu, tum col. vltim. in fin. 2. concluſionis. ff. de minorib. & in l. teſtamenta, col. 1. verſic. & adde. C. de teſta. & in l. non dubium, col. 4. verſicu. intellige quando. C. de legi. vbi eam gloſſ. dicit elegantem. & in l. ſi à te, poſt princ. C. de pactis inter emptorem & venditorem. & in l. ſi conſtante, circa medium. C. de donat. ante nupt. & in cap. 1. §. inſuper, in fine, titu. de prohibita feud. alie. per Fede. & conſil. 436. quæritur ſi factum ſit, colu. 2. verſicu. præterea hoc confirmatur, lib. 1. vbi eam gloſſ. dicit elegantem. Panormitan. cap pen. & glo. col. 5. verſic. ſed aduerte, extrà de offi. deleg. vbi eam gloſſ. dicit not. Corn. cōſ. 92. placet mihi, col. 2. verſicu. ex quo itaque, lib. 3. vbi illam glo. dicit. ſingul. & conſil. 235. de pluribus quæritur, col. 3. verſicul. vltimò quando ad aliqua, eod. lib. 2. Felin. in cap. de. cauſis, col. 2. verſic. ſecundò limita & ibi Phili. Deci. col. 4. uerſic. ſecundò prædicta concluſio. extrà de offi. deleg. Iaſon, qui & illam dicit ſingul. in l. lecta, colum. 5. uerſicul. circa iſtud moneo. & ibi quoque Philip. Deci. col. 3. uerſic. ſextò not. ff. ſi cert. pet. Nam & aliàs quando aliquid additur uel detrahitur, cenſetur eſſe nouus actus. l. Ius Ciuile. & ibi Guli. Cu. & Barto. ff. de iuſti. & iur. cum multis concord. à me adductis ſuprà, §. 1. huius titul. gloſſ. 28. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſté*, nume. 54. contrà quoque uidetur, & ſequen. Et in ſpecie huius noſtrę quęſt. Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. titu. 1. §. 23. in 12. q. dicit hoc caſu locum eſſe laudimis & retractui.

7 *De eadem re.*

QVÒD ſi hæc ſecunda venditio ſit facta eodem precio, iiſdemque pactionibus & conditionibus, tunc poſſet videri hanc non nouam eſſe & ſpontaneam uenditionem, ſed potius ueram retractus agnitionem, quia cū neceſſe eſſet emptori dimittere conſanguineo uenditoris, non cenſetur liberaliter vendidiſſe. l. rem legatam. ff. de adim. leg. ſed potius ex neceſſitate retractus, ſiue metu, ne aliter compelleretur, ſciens ſe poſſe compelli. l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tut. auto. cum alijs multis ſimil. & concord. à me collectis ſupra, §. 1. gloſſ. 18. in uerbo, *le pris que la choſe aura coſtè*, num. 62. idemque ſi in ius. Contrariū tamen decidit Pariſ. Mod. vbi ſuprà, quantū ad laudimia, vt ſcilicet ea debeantur. Non tamen dominus poſſit rem iure & retractu feudali ab ipſo conſanguineo redimere, per quædam ibi ab eo allegata. Sed quantum ad retractum proximitatis, de quo hìc quærimus, nihil aliud dicit, tamen ex illic ſcriptis, poteris intelligere, quid & hìc dicendum ſit.

### *SI L'ACHEPTEVR LES AVOYT PAYEES.*

### SI EMPTOR EA EXOLVERIT, Gloſſ. II.

QVID igitur, ſi nondum ſoluit? an poterit illum dominus cogere, ut ſoluat poſt ceſſionem factam conſanguineo? an verò dominus ipſe debet ipſum conſanguineum in ius vocare? Et ſanè Petr. Cyn. & Alb. in l. ult. §. ſed quia noſtra. C. commu. de leg. & idem Alber. in 1. parte ſtatutorum. q. 95. quid ſi ſtatuto caueatur, quòd alienans, dubitant, an ex contractu uenditionis alicuius fundi, qui vi huius conſuetudinis à propinquo redimitur, debeantur iura, quæ ex ſtatuto debent ſolui dominis ob uenditionem. Et poſt aliqua in utramque partem allegata ita hoc definiunt, intereſſe an dicat conſuetudo, quòd ſi res cenſualis vendatur, tale quid ſoluatur domino: tūc enim etiamſi res à cōſanguineo retrahatur, domino id debet ſolui, quod ſtatutum præcipit, cùm ſufficiat cōditonem, ideſt, uenditionem ſemel extitiſſe. l. ſi quis. C. de inſtitu. & ſubſtitut. An uerò dicat, quòd tenens dominium rei alienatæ, id domino ſoluat: tunc enim quia fingitur retrò non fuiſſe primi emptoris, is non tenetur, per dict. §. ſed quia noſtra. & argumen. l. in diem. §. vlt. ff. de acqua plu. arcen. & l. lex vectigali. ff. de pigno. 1 *An dominus poſſit cogere emptorē poſt ceſſionē factam conſanguineo, vt ſoluat laudimia.*

EGO verò cenſeo ſemper laudimia deberi ex uenditione, licet conſanguineus retrahat, ut diximus in gloſſ. præcedenti, num. 1. & 2. ſed emptorem, qui ex neceſſitate huius conſuetudinis ceſſit conſanguineo, non cogendum ea ſoluere, ſed tantùm conſanguineum fundi dominum & poſſeſſorem cogēdum fore: nec enim emptor ipſe debet pati damnum ex iſta uenditione neceſſaria, quamque inuitus facit cogente conſuetudine. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. cum à matribus. C. qui petant tuto. & l. ſi dictum. § ſi compromiſero, in ratione ſui. ff. de euictio. & l. qui autem, §. apud Labeonem. ff. quæ in fraudem credi. & c. ult. & ibi glo. in uerbo, inuita. 5. diſt. & quod ſcribit Bart. in ſua diſp. incip. Piſanæ ciuitatis, col. 1. uerſ. tertiò hoc probat, ubi & alia iura allegat. Sed illi manifeſtum atque euidens præiudicium pararetur, ſi cogeretur fundo carere, dum ſtatuto paret, & nihilominus ipſius laudimia ſoluere, ſicuti in ſimili dicitur in l. 2. in princ. ff ad Senatuſconſul. Trebell. æquiſſimum eſſe in fideicommiſſarijs hæreditatibus, ſi qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos ſubire, in quos ius fructuſque transferretur potius, quàm cuiquam periculoſam eſſe fidem ſuam. Ideoque ibi ſtatuitur, omnes actiones quę in hæredes competebant, in fideicommiſſarios, quibus hæreditas reſtituta eſt, transferri. Et aliàs cùm fit cuiuſpiam rei trāslatio, de una perſona ad aliam, id fit 2 *De eadem re.*

cum omnibus eiuſdem oneribus. l. legatum ſub conditione, in princip. ff. de adi. lega. & l. legatum. ff. de condi. & demonſt. & l. Caio. in prin. ff. de alimen. & ciba. lega. & ibi concor. in gl.

3 *De eadem re.*

Nec ſatis facit, ſi quis dicat, quòd eadem laudimia poterit emptor à conſanguineo, qui retraxit, repetere, quia ſatius multò non ſoluere, quàm ſolutum ab alio repetere. l. ſi cùm legetur. §. ſi Titio. & ibi Frã. Aretin. in 3. not. ff. de lega. 1. & l. ſi debitor, in fin. ff. de libe. lega. & l. ſi ſtipulatus eſſes. ff. de fideiuſſ. vbi ita ſcribitur: Intereſt eius pecuniam retinere potius quàm ſolutam repetere. & l. poſtulante, in princ. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia. ibi, pecuniam retinere maluit, quàm petere. Et eſt apertiſſima ratio, quia fortè conſanguineus non erit ſoluendo, aut etiam erit litigioſus, & à quo vix & non niſi cum maximo certamine & detrimento, ius ſuum emptor obtinebit, aut aliàs erit conuentu difficilis, de quo in l. 2. ff. qui ſatiſd. cog. Hincque dici ſolet, minus eſſe habere actionem, quàm rem. l. minus eſt. ff. de reg. iur. Ex quibus, vt dicit Aret vbi ſuprà, oritur æquitas eius, quod not. in l. ſi pro ea, cum ſua materia. C. manda. & in l. Lucius. ff. eodem titul. quibus fideiuſſor, qui diu ſtetit in obligatione, poteſt petere, vt liberetur, ne ſcilicet cogatur ſoluere, quod à reo principali poſtea repeteret.

4 *De eadem re.*

Praeterea ex natura prioris contractus, & conditione in illo tacite intellecta à conſuetudine, ius retractus ad conſanguineum pertinet Et ideo ſi is retrahat, cenſetur ille primus contractus ipſo iure reſolutus, quantum ad ipſum priorem emptorem ſpectat, quemamodum cùm contractus reſoluitur ex lege in ipſo contractu appoſita ſecundum not. à gl. & Doctor. in l. ab emptione. ff. de pact. & dicemus titu. ſequen. §. 1. in gloſſ. 7. quę eſt in verbo *seront preferez*, nume. 4. quod ita tamen demum, & ſequen. & ita quidẽ, vt hoc caſu reſolutionis ita factæ, nulla debeantur laudimia, etiam ex priori contractu, ſi credimus Alb. & Pau Caſt in d. l ab emptione. De cuius tamen veritate dicemus infrà, d. titu. ſequen. §. 6. in verbo, *les loyaulx couſtemens*, nume. 3. ſed quid de laudimijs, & multis ſequen.

5 *De eadem re.*

Sed multò magis in iſto caſu non debentur laudimia ab ipſo primo emptore, quantum ad ipſum pertinet, præſertim cùm ob retractum fingitur ipſe retrò non acquiſiuiſſe, vt voluit Alber. in d. q. 95. primæ partis ſtatutorum, argum. d. l. in diẽ. §. vltim. ff. de acqua pluu. arcen. & dict. l. lex. vectigali. ff. de orign. Debet. igitur ea dominus petere à conſanguineo, in quem contractus transfuſus eſt, ac translatus, vt loquitur Bald. in hoc eodem caſu, in dict. l. vltim. §. ſed quia noſtra, col. 1. C. commu. de lega. quique fundum habet huic rei obnoxium. Et facit quod in ſimili tradit Pau. Caſt. conſi. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, col. 3. verſic. concluditur ergo, libr. 2. Et nonnihil quoque facit tex. in l. etiam. verſi. & benignum. ff. de ædil. edict.

6 *Sed an ſaltem teneatur ob id, quòd domino non declarauit, nec exhibuit contractum.*

Illud tamen verum eſt, quòd ſi prior emptor non declarauit ſuum contractum, nec exhibuit inſtrumentum eiuſdem intra tempora in hæc præſtituta à noſtra conſuetudine ſuprà, tiu. 2. qui eſt, *de ventes & honneurs*. §. 3. qui eſt omnium huius volum. conſuetudinum 16. & ſequen. quæ quidem tempora tranſacta ſunt ante ceſſionem conſanguineo factam: certè ipſe emptor tenebitur domino ad emendas, quas vocamus, id eſt mulctas, in id à conſuetudine eo in loco ſtatutas: neque enim ab illis liberatur emptor propter ceſſionem poſtea factam: nec ęquum eſt, vt propinquus, qui nihil in hoc peccauit, eas pendat, ſed ibi pœnam eſſe, vbi & noxia eſt. l. ſancimus. C. de pœnis, cum ſimil.

7 *Quid aũt ſi ſpõtè crediderit.*

Sed & illud quoque verum eſt quòd ſi emptor ſpontè alteri vendiderit haud dubiè tamen à domino cogi poteſt, vt ſoluat laudimia ſuæ emptionis, vt qui ſit obligatus pro eo contractu à ſe facto atque inito: nec per alienationem hanc ſpontaneam à ſe poſtea factam potuit ſe hac obligatione eximere & liberare inuito domino, cui quæſita eſt ex eo contractu, vt de tributis & vectigalibus tradit Pau. Ca. in l. imperatores. ff. de publ. & vecti. vbi id dicit ita colligi ex eo textu, atq; etiam ex tex. in Authen. ſed periculum. C. ſine cenſ. vel reliq. Et de decimis etiam voluerunt Ioan. And. & Pan. in c. cùm homines extrà de deci. & Pan. in c. poſtoralis, col. 2. verſic. ſed quæro. eo. tit. & Feder. Senen. ipſius Ioannis And. diſcipulus, conſ. 81. laicus de prædio. Et generaliter id not. in l. 2. C. de pac. & ibi præſertim Sal. in in 1. oppoſi. verſi. primo caſu.

*Tributis vectigalibus decimis præteritis, non liberatur, qui rẽ uẽdit.*

8

Nec, quod plus eſt, videtur poſſe dominus laudimia petere à ſecũdo emptore ex ſuperioribus venditionibus ſed ex ea tantùm venditione, quę ei facta eſt. Nam actio, quæ competit domino feudali aut emphyteutico ad laudimia, perſonalis eſt, nec ſequitur fundum, aut tertium ipſius poſſeſſorem, vt conſtanter tenuit Petr. Iac. in titul. de actio. in rem, pro re emphyteutica, col. 5. verſ. ſed contra alium, & iterum col. 19. verſ. item fructus. quem refert, & ſequitur Guid. Pap. conſ. 46. in facto præſupponitur, col. vltim. verſi. & videtur quòd nullo. atque iterum conſi. 126. de anno Domini, in 3. dubio. & conſi. 177. conſilium, col. 6. verſ. idem etiam videmus. Quanquam ſcio hìc aliter in hoc vltimo obſeruari. Sed quantum ad illud primum, nihil eſt quod dubitandum ſit.

9 *An ſi dominus emit, aut retraxit ab alio emptore, conſanguineus ab eo retrahens teneat̃ ſoluere laudimia.*

Qvid autem, ſi dominus feudi emit, aut iure feudi ab alio emptore retraxit: an conſanguineus ab eo retrahens (quod vtique poteſt, ut ſcribitur ſuprà, §. 21.) teneatur ei ſoluere laudimia. Quod non videtur, cùm ſibi ipſe non deberet laudimia, ſed ſunt per huiuſmodi emptionem aut retractum à ſe factum confuſa, uti in ſimili dicitur in l. ſi communi, & ibi not. ff. de ſeruitut. ruſti. prædio. Nam & aliàs quod ſemel extinctum eſt & confuſum, amplius non reuiuiſcit. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de verb. obli. & ibi concordan. Et in hanc ſententiam facit quod & in alio ſimili dicemus de clerico, qui non ſoluit vectigal, & à conſanguineo repetere nõ poſſit, inf. in gl. huius §. 4. num. 3.

10 *De eadem re.*

Verum ego aliter cenſeo, quia actio aut debitum tum demum perpetuò confuſum eſt, & extinctum, cùm acquiſitio, ex qua confuſio ſiue extinctio facta eſt, perpetua eſt, & irreuocabilis. At ſi ea reuocetur, actio ſiue debitum reſtituitur, & in priſtinum ſtatum reuocatur, modò dolus abſit. l. propter. §. neptis. & ibi Bar. Bal. Ange. & cæteri. ff. de Senatuſconſ. Sylla. & l. eum qui. §. vlti. ff. de inoff. teſt. & l. cum bonis. §. 1. ff. de acquirend. hæredit. & l. hæredem. & ibi Bar. ff. de his quibus vt indig. Et idem de pignoribus, ſeruitutib. vſufructu, & alijs id genus latè diximus, & probauimus ſuprà, eod. tit. §. 1. in gl. 7. in verbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, nu. 68. pro ea autem, & duobus ſequentibus. & iterum inf. tit. ſeq. §. 2. n. 10. tertiò acquiſitio, & multis ſeq. rurſumq; nu. 42. igitur licet, & ſequen.

*LES COVSTZ DES LETTRES.*

## IMPENSAS INSTRVMENTORVM Gloſſ. IIII.

1 *Cõſanguineus debet reſtituere impenſas inſtrumentorum.*

Nam & ſimiliter debitor tenetur creditori refundere impenſas inſtrumentorum debiti, ut notat Bald. & Salicet. in l. vlt. C. de condict. ex leg. & idem Bal. in l. non ignorat, col. 2. ver. modò ego quæro. & ibi quoque Sal. col. item 2. verſic. quæro an impenſa. C. de fruct. & lit. expen. & dicemus infrà, titul. ſequen. §. 6. gloſſ. 2. numero penul. dubium. Et in hoc caſu voluit expreſſim Chaſſane. hoc eod. tit. §. 1. in verbo, *les fraiz raiſonnables*, col. 2. verſ. item quæro, & ſeq. quamquam in contrarium adduxiſſet Alber. in l. diſſolutæ. C. de cond. ex leg. vbi dicit impenſas inſtrumentorum pertinere ad creditorem, non ad debitorem, argum. l. eos. §. interdicta. & ibi glo. C. de vſur. Sed id nihil obeſt noſtræ ſententiæ, imò uerò eam adiuuat. nam cùm conſanguineus ſubeat ius ac locum emptoris, qui veluti creditor eſt, conſequens eſt, vt & ipſe ſubeat onus impenſarum inſtrumẽtorum, quæ ad emptorem pertinent. Similis autem in hac re conſuetudo eſt apud Melodunenſes, c. 41. & Burdigalenſes hoc tit. cap. eius tit. 18. & totius vol. 31. vbi & Ferronus id quoque iuris eſſe dicit.

*Conſuetudines.*

2 *Et impẽſas alias factas ad recuperationẽ eorum.*

Idqve intellige, ut non ſolùm ſumptus ipſorum inſtrumentorum refundi debeant, conſanguineo retrahente, ſed & alij impenſi ab emptore, quo inſtrumenta à Notarijs recuperaret, per id quod dicit Bal. in d. l. ult. C. de cond. ex leg. quod is qui tenetur reſtituere inſtrumentum debitori ſoluenti, debet habere expẽſas factas ad recuperandum ipſum inſtrumentum. & Salyc. ibi, cũ diſtinctione, quæ huc nihil pertinet, ſed tamen intelligit de ſumptibus neceſſarijs. Sequitur item Philip. Dec. in cap. cùm dilecta, col. 5. in 12. eodemq; vlt. not. de confir. vtil. vel inutil.

*ET AVLTRES SEMBLABLES.*

## ALIASQVE EIVS GENERIS, Gloſſ. IIII.

1 *Cõſanguineus debet reſtituere gabellam ab emptore ſolutam ex contractu.*

Pvta, ſi fortè ex ſtatuto debeat ſolui aliquod tributum, aut gabella, quam vocant, pro quolibet contractu. Cùm enim hoc dependeat ex contractu, non eſt dubium, quin id reſtitui debeat, ſi ſolutum fuerit ab emptore. nam indemnis emptor abire debet, cùm res redimitur, per text. expreſsè loquentem de eo quod datũ eſt vectigalis nomine, in l. debet. ff. de ædil. edict. & id ſatis ſentiũt omnes, quos ſtatim citabo, in ſeq. & dicemus latius in retractu conuentionali, infrà, tit. ſeq. §. 6. glo. 2. nu 1. & 2. nam & id, & omnes propè ſeq. quæſtiones ad retractum quoquę conuentionalem pertinent.

2 *Quid, ſi emptor nõ ſoluit, quòd eſſet priuilegiatus.*

Sed in hoc verſatur quæſtio, quid, ſi id non fuit ſolutum, ob id, quia emptor erat clericus, aut aliter priuilegiatus, ne teneretur ad huiuſmodi tributa, aut vectigalia, ſiue etiam laudimia: tamen ea vult repetere à conſanguineo retrahente, tanquam ſi ipſe ſoluiſſet. Super quo Cyn. & Alber. in l. neque. C. de hæred. inſtit. in hac ipſa ſpecie expreſſim dicunt, primùm videri, clericum id iure poſcere, arg. illius tex. Subdunt tamen eſſe argum. contra in l. cùm autem, §. vlt. ff. de ædil. edict. Ideoque (inquiunt) in hac quæſtione poteſt brochardicari pro & contra. Ita enim loquuntur, vocantes, ut cæteri noſtrates, brochardica, quæ perplexa rectè vocare poſſumus, nec aliud vterque de hac re dicit.

*Brochardica. Perplexa.*

3 *De eadem re.*

At Bal. ibi aſſeueranter tenet contra clericum, quia ſua (ait) non intereſt, id autem peti non poteſt, niſi tanquam intereſſe, per l. ult. ſecundum 2. lect. C. de fructib, & lit. expen. Et idem tenet ipſe Bal. in tractatu Protomixeos, colum. 4. uerſ. ſed pone quòd res fuit. vbi & ita dicit ſe conſuluiſſe. Et Alber. in prima parte ſtatutorũ, quæſt. 94. quid ſi vendita eſt res. & Fabia. in tract. de emptio. & vend. in 8. quæſt. princip. col. 2. verſ. quintus effectus. & Ioan. Igne. qui illos non memorat, in repet. l. dudum. char. pen. verſ. ad extenſionem, C. de contrahen. vbi & in hac re multa allegat, quæ ibi videre poteris. & Hieronym. Cagnol. in repet. l. 2. in 25. q. verſ. ſecundò pro iſta parte. C. de pact. inter empt. & vendit. & nouiſſimè Ferro. in conſuetu. Burdigal. hoc tit. de retractu. §. 20. & Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 15. nu. 5. ubi aliud dicit, quòd iſte conſanguineus non immunis eſt, quin teneatur ſoluere huiuſmodi laudimia domino, licet non ipſi clerico, aut alteri priuilegiato, & id certè uerum eſt.

*Vtrũ aũt conſanguineus redimẽs à priuilegiato, poſſit ſe aduerſus dominũ tueri.*

4 *Et ſi priuilegiatus, q emit, ſoluit an & à quo poterit repetere.*

At quæſtionis eſt, ſi ipſe clericus, aut alius priuilegiatus, ne ſoluat gabellam ex contractu, tamen eam ſoluit: an repetet à conſanguineo retrahente, an verò ab eo, cui ſoluit, an denique à neutro: ex ijs intelliges quæ ſcribit glo. in §. triplici, in verbo, in libello, & ibi Doct. Inſt. de actio. & Bal. in d. l. vlt. col. 3. verſ. ſed quid ſi iſte priuilegiatus. & iterum verſ. modò venio ad ſecundam. C. de fruct & lit. expen. Quamquam nihil eſt, cur non repetat, cùm ipſe retrahens teneretur ſoluere domino, & diximus in fine præcedentis verſ.

5 *Si dominꝰ emptori donauit laudimia, an conſanguineus retrahẽs teneatur ea reddere.*

Qvid autem, ſi dominus donauit, aut remiſit laudimia emptori, an nihilominus debebit conſanguineus retrahens ipſi emptori reſtituere? Videtur quòd non, per ea quæ in ſimili diximus ſuprà, num. 2. & 3. & quod præterea in alio non admodum abſimili caſu à multis traditur, eum qui obtinuit in cauſa, non poſſe petere expenſas patrocinij gratis præſtiti ab Aduocato. Ita enim non obſcurè videtur voluiſſe Bart. in l. vltim. ad fi. C. de fruct. & lit. expen. & apertiſſimè voluit Bal. ibi, in fi. & rurſum in tracta. Protomixeos, in col. vlt. verſ. præterea in iure, vbi allegat ipſum Bart. in l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſ. vbi de hac re nihil dicit, ſed de alia non multum diſſimili, an videlicet aduocatus, qui ſibi ipſi patrocinatus eſt, & vicit, poſſit ſuum ipſius ſalarium petere.

6 *De eodem.*

Sed contrarium in illo gratuito ſalario uoluit ipſe Bart in l. quòd ſi domus. per illum textum. ff. locati. & ante eum Iacob. Aret. in tractatu de expen. col. pen. uerſic. ſed quid ſi habebat. Nam hic (inquit) naturaliter obligatus eſt ad antidora. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitione hæreditatis. Ideoque ei tandem abeſſe videtur. l. ſi quis mandato. ff. de negocijs geſtis. & l. planè vbi. §. quòd ſi rem. ff. de leg. primo. Nam & hæc obligatio (vt id ei addas) adeò efficax eſt, ut impediat repetitionem indebiti. l. ſi non ſortem. §. libertus, ſecundum unam lecturam. ff. de condi. ind. & glo. in l. ex hoc iure, in uerb. obligationes, in ſi. ff. de iuſt. & iur. & utrobique Iaſ. alios multos effectus huius obligationis antidoralis collegit, nos multo plures in repet. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, nu. 11. ſecundò hinc ſequitur, cum multis ſeq. Sed & hanc opinionem ſequitur Alb. in l properandum. §. ſin autem alterutra, col. totius l. 15. verſic. quęrit. etiam. C. de iudic. & in l. ſed & ſi. §. 1. ff. ad exhib.

7 *De eodem.*

Spec. autem tit. de expenſis. §. poſtremo, uerſ. quid ſi victor, diſtinguit, utrum aduocatus animo donandi patrocinatus ſit, an ſpe remunerationis, ut primo caſu victor eas expenſas non habeat à victo, ſecundo habeat, per text. in l. idemque. §. ult. cum duabus legibus ſeq. ff. man. q̃ optimè faciunt ꝑ primo membro ſuę diſtinctionis. Pro ſecundo autem non ita faciunt, quandoquidem Specul. loquitur, cùm fit remiſſio ſpe remunerationis, & ſi de futuro loquitur. Illæ autem leges loquuntur de cauſa remunerandi præteritam quampiam obligationem. Et ita quoque hoc in caſu videntur intellexiſſe Dom. de Rota deciſ. 534. ſed quid ſi habuit, in antiquis. Sed, ut tandem concludam caſum, qui ad noſtrum retractum pertinet, putarim emptorem hæc ſibi dònata a domino poſſe repetere à conſanguineo retrahente. In qua etiam ſententia fuit Moder. Pariſ. in d. conſuetud. Pariſ. §. 15. in fin. ubi tamen nihil allegat. Tametſi Ferro. in alia fuit ſententia in conſuet. Burdig. tit. hoc de retractu. §. 20. niſi emptor (inquit) alioqui gratus eſſet domino, aut de eo benemeritus, per l. ſi uerò non remunerandi. ff. mand. & l. ſi pro patre. §. ſi domini. ff. de in rem verſo. Ideo (vt dicit) emptor proferens apocham laudimiorum ſolutorum domino, tenetur iurare, ſi conſanguineus id petat, an integrè ea ſoluerit, necne. Cui non accedimus, cùm id fruſtra iuraret.

*An emtor proferens apochã laudimiorũ, teneatur iurare ea integrè ſoluiße.*

Sed quæritur, an id, quod emptor dedit proxenetis,

idest

*An quod datum eſt proxenetis debeat reddi à retrahente. Proxenetę qui dicantur. Mediatores. Pararij.*

id eſt mediatoribus (vti eos appellat Apuleius libro 9. Aſini aurei, & Eccleſiaſtici ſcriptores ſæpiſſimè) vel pararijs (vti etiam uocat Seneca, lib. 2. de beneficijs) vel cõciliatoribus, ſiue interuentoribus, qui hanc ſcilicet venditionem procurauerunt, de quibus in l. 2. & 3. ff. de proxene. & apud Martialem lib. 10.

*Quæ ſulphurato nolit empta ramento*
*Vatiniorum proxeneta factorum.*

An igitur (vt repetam) quod ijs datum eſt ab emptore, ſit reſtituendum conſanguineo, uide tex. in l. debet. ff. de ædil. edic. vbi cùm res redhibetur, debet emptori reſtitui pecunia, quam dedit, vel ſi quid acceſſionis nomine dederit, & ſi quid denique emptionis cauſa erogauerit. Id quod exponit gl. ibi ſcilicet mediatoribus, quia fortè venditor dixit emptori, non tibi uendam, niſi tu id des tali mediatori, & ipſe nos concordabit. Subdit autem ea l. continuò (vt ad eam reuertamur.) Hoc autem ita demum deducitur, ſi ex voluntate uenditoris datur. Cæterùm ſi quid ſua ſpontè datum eſſe proponatur, non imputabitur: nec enim debet, quod quis ſuo arbitrio dedit, à venditore exigere. Et ibi Bart. [& poſt eum Ang. & Cæp.] etiam nuncupatim quærit, quid ſi emens aliquid dederit mediatoribus, an poſſit repetere. Aut ſpontè (inquit) dedit, & non repetit: aut ex neceſſitate, & repetit. Et idem propè uoluit Pet. Iac. in tit. de act. ex uen. quando uenditor eſt deceptus &c. col. 3. verſ. & eſt notãdum, vbi loquens in caſu l. 2. C. de reſcin. uend. dicit imputandum eſſe precium, quod traditum eſt mediatorib. volente uenditore: ſecus ſi ſponte emptoris traditum eſt per d. l. debet. Subiungitq; idem ſi ueſtis, aut aliud quidpiam datum ſit vxori venditoris. Ex quibus facilè potes intelligere, quid hìc dicendum ſit, id ſcilicet, ut ſi iubente, aut conſentiente uenditore id datum ſit proxenetæ, id reſtituendum ſit tanquàm pars precij, alioqui non ſit reſtituendum. Quod & in hoc caſu nuncupatim uoluit Geral. Bago. in ſua diſputat. retractus & Boer. in hoc tit. §. 4. colum. pen. & voluiſſe uidetur Chaſſ. in hoc quoque tit. §. 1. in uerbo, *le pris*, verſicul. quæro quid ueniat, vbi tamen id tranſeunter attigit, & etiam in uerbo, *les frais raiſonnables*, nu. 4.

9 *De eodem.*

QVANQVAM contra hoc videri poſſet facere, quod ſcribit Bart in l. ſed ſi hoc, quam legit cum l. ſi vir vxori. & ibi etiam Imol. & Pau. Caſt. ff. de cond. & demonſtra. quòd ſi ex ſtatuto debeant ſolui à venditore ſex denarij pro libra precij rei venditæ, & aliquis uendiderit rẽ quãpiam centum libris, ſed uiginti dedit proxenetis, debet ſolui gabella pro 80. tantùm, & ita deductis illis uiginti datis proxenetis. quod & uoluit Bart. ipſe in l. quantitas patrimonij. ff. ad legem Falcid. & in l. in lege Falcidia. ff. eodem titul. & in l. purè §. vltim. & ibi Franc. Rip. col. 2. ff. ad Senatuſconſ. Trebellia. & idem Bar. in l. vlt. §. in computatione. & ibi quoque Ange. & Corn. vterque poſt princ. C. de iure deliber. & Socin. & Iaſon in l. fructus. ille, col. 2. hic vltim. ff. ſoluto matrimon. cum alijs concord. à me traditis ſuprà eodem titul. §. 15. in glo. 1. numer. 5. his finitimum eſt. Nam uides hoc in caſu rationem haberi eorum, quæ proxenetis data ſunt, etiam quãtum ad tertium, cui ius competit ex contractu. [Et adde quod poſt Oldra. in l. 1, C. de ſponſal. ſcribit Alberic. in l. ult. col. 3. uerſ. ſed adhuc quæro. C. eod. titul. Quòd ſi is qui contraxit ſponſalia, quippiam dedit mediatoribus, & ſponſa poſtea renuit perficere matrimonium, poteſt repeti ab eadem quod datum eſt ipſis mediatoribus, licet pęna peti non poſſit.]

10 IDEO paulò amplius cogita, præſertim cùm Angel. Aret. in §. in duplum, col. penul. verſi. & dicitur redhibitoria, Inſtit. de actio. teneat ſimpliciter redhibentem teneri reſtituere id, quod datum eſt proxenetis, per l. ędiles etiam. §. vltimo, cum l. ſeq. & l. illud ſciendum. ff. de ędil. edict. Et Ferr. in cõſue. Burdig, hoc eo. ti. §. 15. col. 3. verſ. in his ſumptibus. & Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 9. in princ. nuncupatim de hoc noſtro caſu loquẽtes tenent retrahentem & hæc reddere debere. Et ſi id uerũ ſit, multò magis obtinet in eo, quod datum eſt uxori uẽditoris. Et vide etiam quæ ſcribam infrà, tit. procedente. §. 6. gl. nu. 21. ſed quid ſi emptor. & id item, quod ſcribit Alb. poſt Mart. Fanen. in l. 1. & ibi quoque Iaſ. circa medium, verſ. ult. ff. de condi. cau. da.

*An & reddi debet quod emptor dedit uxori, vt ratificaret contractũ.*

QVID autem, ſi maritus nomine uxoris & promittens illam ratam habituram, fundum ipſius vxoris uendiderit, uxor autem poſtea non vult ratificare, niſi priùs vltra precium ſolutum aliquid ſibi detur, (nam hoc ſæpius contigit.) An & hoc ſit reſtituendum. Vix hìc uideo quare ſit dubitandum, quin reddi debeat, cùm hęc venditio robur accipiat ex huiuſmodi ratificatione domini, cui & aliud precium præter primum acceſſit, per d. l. debet, in illis verbis, acceſſionis nomine. Præſertim cùm ob hanc ratificationem cenſeatur uenditio facta ab vxore rei domina, non à viro, ex ſententia Specul. titul. de iud. §. 2. verſicul. ratihabitione, ut ab omnibus ubique citatur, quanquam id ſit in verſicul. ex prædictis, iunctis ſequen. & Bald. in l. ſi pecuniam. C. de negoc. geſtis. Atque etiam uide quæ ſcripſimus ſuprà, eodem titu. §. 1. in verbo, *dedans l'an*, in 12. quæſt. Et de hac quoque re ſcripſit plura Chaſſe. hoc eo. tit. §. 1. in uerbo, *dedans l'an & iour*, ante finem, iterumq; §. 5. col. 2. ſed quæro maritus, cum multis ſeq. 11

*Si emptor litem ſuſtinuit, an cõſãguineus teneatur ſumptus illius refundere.*

QVID item, ſi emptor ante retractum litem quampiam ſuſtinet vel agendo, vel defendendo ſuper quibuſdam iuribus rei uenditæ, & vicit, uel etiam fortè victus eſt: an ſumptus litis conſanguineo retrahente repetet? Vide tex. in l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione. & ibi glo. & Doctor. ff. iud. ſolui. & in l. 1. & ibi quoque glo. & Docto. C. mand. & in l. ex parte, in princip. & ibi gl. in uerbo, & obtinuit. & latè Florian. ff. famil. herciſcund. & in l. exceptione. & ibi Bar. Paul. Caſtren. & alios. ff. de fide iuſſ. & not. in l. qui proprio. §. litis. ff. de procu. & Bald. conſil. 8. erant quinque nobiles, lib. 1. Et quod etiam in ſimili tractatur de emptore, qui lite de empta re mota, vicit, aut victus eſt, an ſumptus litis repetit: de quo per glo. Cyn. Bar. Bal. Ang. & Salicet. in l. 1. C. de euict. Iaco. Butr. Alberic. & Ang. in l. qui abſentem, numero 3. ff. de procur. Bart. in l. uenditores ff. de verborum obligatione, & ibi plenè Alexand. qui alios affert, & cæteros Recentiores. & præterea Ioan. Ana. conſilio trigeſimoprimo præſuppoſito, in primo dubio. & ibi quoque Ludo. Bolo. in addit. 12

*An conſanguineus propinquior, remotiore, huic teneatur refundere ſumptus litis, quam cum emptore habuit.*

AT quid, ſi conſanguineus, qui priot obtulerat emptori, litigauit cum ipſo emptore, qui dicebat contractũ non eſſe ſubiectum retractui, & obtinuit ipſe conſanguineus, eique eſt facta ceſſio: deinde conſanguineus propinquior, vel æqualis gradus, vult intra annum & diem admitti ad retractum vel integrum, uel pro rata, ſecundum §. 11. ſuprà eodem titul. prior autem eum admittit reddendo ſumptus illius litis, vel integros, ſi hic ſit proximior: vel pro rata, ſi æqualis gradus: an hic eos refundere teneatur? Quod videtur per id quod in ſimili dicitur in l. ſi finita. §. ſi ante, verſicu. ſed ſi quis eorum ff. de dam. infect. Sed ita tamen, vt ſi quos ex emptore victo conſecutus fuerit, ij primùm deducantur, ne bis idem conſequatur. contra l. bona fides. ff. de regul. iur. & cap. bona fides, eodem titul. libr. 6. cum concor. utrobique adductis. Sed quibus adde l. ſi quis dolo. §. 1. ff. de re iudicat. ubi ita ſcribitur; Et puto improbum eum eſſe, qui velit iterum conſequi, quod accepit. Et vide etiam hìc dict. l. venditores, & ibi not. ff. de verborum obligat. 13

*An emtor recuperabit, quod dedit alteri conſanguineo ne veniret ad retractũ.*

QVID uerò, ſi ipſe emptor aliquid dedit proximiori venienti ad retractum, ne ueniret, an & illud recuperabit ab alio conſanguineo remotiori poſtea uenienti intra annum, quaſi ſcilicet hic excluſus fuiſſet, niſi emptor proximiorem eo delinimento à retractu auertiſſet, quod faciens huic viam ad retractum veluti muniuit ac præparauit. Vide Geral. Bago. in ſua diſp. retractus, ad fin. & Boer. hoc eodem titulo *de retraict.* §. 4. & iterum deciſ. 76. proximiori, colum. 2. verſicu. ſed benè quando. & Chaſſa. hoc quoque tit. §. 1. in verbo, *le plus prochain*, verſiculo ſed quæro proximus, qui tenent id reddendum & Ferro. qui contrà tenet in conſue. Burd. hoc item tit. §. 15. cui magis accedo. Et vide etiam quæ diximus ſuprà eodem titulo. §. 11. in verbo, *s'il eſt plus proche*, quæ eſt gloſſ. 6. numero 3. ſed dubium eſt, & ſequent. Et non oſcitanter vide, an id faciat, quod ſcriptum eſt in l. fuit quæſtionis. ff. de acquirenda hæreditate. & in l. 2. & 3. ff. ſi quis omiſ. cauſ. 14

*Quid, ſi emtor ueniẽs ad domum venditoris cauſa contractus, à latronibus ſpoliatus fuit, an id à conſanguineo recuperabit.*

ILLVD quoque dubium eſt, Si cùm emptor iret ad
15 domum venditoris, ut fieri aſſolet, gratia conficiendi contractus, & quia etiam fortè id conuentum erat inter eos, incidit ipſe emptor nulla ſua culpa in latrones, qui eum ſpoliarunt pecunia, quam pro precio uenditionis deferebat, aut etiam alia pecunia, uel re, videlicet veſtibus, equis, & id genus alijs, an hæc illi ſint reſtituenda à conſanguineo retrahente, uide tex. in l. inter cauſas. §. non omnia. & ibi gl. & DD. ff. mand. & in l. cum duobus §. quidpiam. ff. pro ſoc. Inno. Ioan. And. & Panor. in c. ſicut, el 2. extrà de iureiur. Iac. Aret. in tract. de expen. col. pen. verſ. ſed quid ſi dum veniebat, & Collecta. in c. cùm pro cauſa, ad fi. extrà de proc. Bal. in c. 1. in fi. & ibi quoque Mar. Laud. etiam in fi. & Car. Alex. col. 2. verſ. inſuper quærit, tit. an agnati vel filij.

16 *An emtor recuperabit, quod impendit gratia cuſtodiendi caſtri empti.*

QVID denique, ſi cum caſtrum, quod emptum eſt fortè controuerſioſum erat & prætendebatur ab aduerſarijs admodum potentibus, & qui ipſum quotidie armis appetebant, aut etiam proximum erat hoſtibus, qui tempore belli veriſimiliter erant capturi, ideoque emptor, ut id ipſum defenderet aduerſus hoſce aduerſarios vel hoſtes, multa pro cuſtodia tutelaque ipſius impendit, an & hæc ipſa à conſanguineo repetet? Vide text. in l. ſi ita. §. vltim. ff. de fun. inſtru. & quod per eum dicit Bal. in l. 1. col. 2. verſ. quæro nunquid expenſæ. C. de fructi. & lit. expen. cum alijs concord. text. & Docto. à me collectis ſuprà eo. tit. §. 15. gl. 1. nu. 25. ſecundò quæro.

*LVY DOIT ACCORDER ET PASSER LETTRE.*

## DEBETQVE EMPTOR IPSI CONSANGVINEO INSTRVMENTVM ADMISSI RETRACTVS CONSENTIRE, Gloſſ. V.

1 *An emtor teneatur cõficere inſtrumentum retractus. Cogendus ẽ quilibet cõficere inſtrumentũ de contractu.*

ID generale eſt, ut quis poſſit petere inſtrumentum, ſibi fieri de contractu, cogaturque altera pars ei inſtrumento conficiendo conſentire, vt plerique omnes uoluerunt, per l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis, in fin. ff. de eo quod met. cau. & l. dedi, quæ eſt 3. & ibi Bar. ad fin. prin. qui hoc declarat. ff. de cond. ſine ca. & l. ex ea parte, in prin. ſecundum unam lect. Bar. & ibi quoque Alex. & Franc. Aret uterq; in 2. not. & Iaſ. ff. de uerb. obligat. & l. plures apochis. & ibi Bal. col. 2. C. de fide inſtr. & l. ſicut datam. & ibi Alb. Bal. & Sali. qui ita eam intelligunt, licet aliò referri poſſit. C. de liber. cau. gl. in l. 2, in prin. in uerbo, ſuſpectum, ad fin. & ibi Bar. Imo. Pau. Caſt. Fran. Aret. & alij. ff. ſolu. matr. & gl. in l. chirographis, in uerbo, aut ad nouationẽ, ubi etiam eſt bonus text. ff. de adm. tut. & ſubobſcurè in c. ſignificauit, in glo. 1. & ibi Inno. in uerbo, publica. & Bal. circa medium. & Fel. col. pen. uerſ. tertiò gl. penul. extra de teſti. Alber. in l. diſſolutæ. col. 2. uerſ. item ad hanc. C. de cond. ex leg. & in l. de minore. §. tormenta, col. 1. verſ. facit etiam. ff. de quæſt. Bart. in l. qui tabulas, in fin. prin. ff. de furt. & in l. ſi finita. §. eleganter, col. 2. & ſeq. & ibi latè Alex. col. ult. ff. de dam. infe. Bal. in l. ult. in fin. C. de pac. conuen. & in l. inſtrumenta, col. 2. uerſ. quæro teſtator. C. de fideic. & conſi. 458. quidam emit, libr. 1. & conſil. 133. caſus talis quidam, col. 1. lib. 5. Maſue. tit. de emp. & uend. §. item ſi uenditio. Alex. conſ. 39. uertitur lis, poſt prin. lib. 5. Corn. conſ. 120. licet prima facie, col. 1. uerſ. & poteſt quis, li. 4. & latè Fel. in c. accedens, el 1. col. 2. in 5. q. in fi. extra ut lite non conteſt. & Guid. Pap. ſing. 576. verſ. creditor. & Docto. ubique.

*An & garentigiatũ.*

HÆC tamen uelim intelligas, ut licet debitor teneatur conficere creditori inſtrumentum de debito, ſecundum ea quæ diximus: id tamen debet intelligi de inſtrumento ſimplici, non etiam garentigiato, quod appellant, quoniam ex hoc efficeretur illius conditio multò deterior, ob paratam ex huiuſmodi inſtrumento executionem, vt dicit Angel. in d. l. ſi finita. §. eleganter. & ibi Alexand. in fin. & idem Angel. in l. ſi pupillus, in princ. ff. de nouatio. & in l. in omnibus, in fi. ff. de iudi. & Fran. Aret. in dict. l. ex ea parte, in fi. ubi id dicit ſingulare. & ibi quoque Iaſ. etiam in fi. & idem Aret. in d. l. 2. in prin. col. pen. & ibi item Iaſ. col. vl. & Thomas Parpa. col. quoque antepen. & Fran. Rip. col. antepen. nu. 49. ff. ſol. mat. Et bene facit quod ſcribit Bal. in d. ca. ſignificauit, col. 2. verſ. item charta, de teſtib. quòd quis tum demum cogitur conficere inſtrumentum, cùm non eſt oneroſum facienti, id eſt, vt idem declarat, non plus grauat. 2

*Conſuetæ apponi debent in inſtrumento.*

SED neſcio, an id in Gallia noſtra admitteretur, in qua nullum non garentigiatum inſtrumentum cõficitur 3
ex antiquo more regni: tenetur autem debitor in inſtrumento conſentire apponi omnia, quæ ſunt de conſuetudine, ut dicit Bar. in dict. l. ex ea parte, per l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. & l. ſi prius. §. 1. ubi & idem Bar. ff. de aqua pluu. arcend. & Bal. qui loquitur de venditore, in l. ſi prædium, col. 3. verſ. deinde videmus. C. de ædi. actio. cum alijs multis concord. adductis ab Alex. in dict. l. ex ea parte, & conſ. 105. reuerende domine, paulò ante fin. lib. 2.

*An venditor teneatur ſe obligare de euictione.*

IDEO non aſſentior Maſuerio, qui in dict. titul. de empt. & vend. vbi ſuprà dicit, quòd venditor non tenebitur in eo inſtrumento ſe obligare de euictione: nam non tantum id eſt conſuetudinis, ſed & iuris communis, vt de euictione obligetur, etiam ſi dictum non fuerit. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit me. & ibi gloſſ. ff. de iureiurand. & l. ex empto. in princip. & ibi Bartol. ff. de act. empt. & l. vltim. ff. de condi. cau. dat. & l. 1. poſt princip. ff. de rer. permutat. & dict. l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ędil. edict. & l. 1. & 2. ff. de euict. & l. in vendendo, in princip. ff. de contrahen. emptio. & l. non dubitatur. & ibi Bald. C. eodem titul. & l. ultim. C. de commu. re. ali. & gloſſ. in l. vltim. in uerbo, non liberaueris, in princ. ff. de cond. ob cau. Hincque procurator ſimpliciter conſtitutus ad uendendum, poteſt cauere de euictione, ut tradit Angel. in l. 2. columna prima, ff. de iuriſd. omn. iud. & Phil. Dec. in l. ciuitas, columna vltima, ff. ſi certum petatur. Qua etiam ratione Paul. Caſtren. conſi. 207. viſis omnibus, poſt princip. libr. 1. tenet nuncupatim contra illud Maſuer. ut ſcilicet uenditor teneatur de euictione ſe per inſtrumentum obligare, & id quidem ex more regionis, ſcilicet cum hypotheca bonorum & ſolenni ſtipulatione, ſi ita ſit ſolitum fieri. Et Philip. Decius dum illum ſimpliciter, ſed corruptè citat conſil. 483. pro reſolutione, column. 3. uerſicul. & uenditor. Et benè facit quod ſcribit Bartol. in l. litis, ad fin. in 3. quæſt. ff. de vſucap. pro empt. 4

## §. XXX.

SI aucun à eu par eſchange, *a* ou par aucun autre contract, aucune choſe immeuble, & en retour & recompenſation an ayt baillé argent ou heritage, ſi la ſomme de l'argent monte & vault plus, que ledict heritage, ledict contract ſera censé contract de vente, & le lignagier de celuy, qui à receu l'argent, ſera receu au retraict: s'il y vient dedans l'an & iour, & ſera ledict heritage ou choſe immeuble, qui aura esté baillé auec l'argent, eſtimè en argent. Et ſera tenu le retrayant de payer à iceluy, à qui il offre le retraict, le pris & ſomme qu'il auoit baillé. Et en outre ladicte eſtimation dudict heritage baillè en eſchange. Et laquelle choſe ou heritage ſera eſtimèe par le iuge, ſi autrement on ne ſe peult accorder. Et ſi la choſe baillè auec ledict argent eſtoit de plus grand valeur, que ledict argent, le contract ne ſera pas cenſè contract de vente, & n'y aura aucun retraict: mais entant que touche ledict argent, le ſeigneur du fief en auroit ventes & honneurs *c*.

*SI QVIS contractu permutationis,* a *aut alio, rem quampiam mobilem acquiſierit, pro eaq; viciſſim & pecuniam & fundum dederit, ſi pecunia pluris valeat, quàm fundus, is contractus venditio cenſebitur, admitteturq; conſanguineus eius qui pecuniam accepit ad retractum intra annum & diem, æſtimabiturq; fundus ita datus pecunia, & tenebitur retrahens vltra pecuniam datam fundi eſtimationem refundere. Fiet autem ea eſtimatio à iudice,* b *ſi alioqui inter eos de ea non conueniat. Si verò contrà fundus pluris valeat quàm pecunia, non cenſebitur contractus, nec erit retractui locus: verùm pro modo pecuniæ debebuntur domino feudi laudimia* c.

*ESCHANGE,* CONTRACTV PERmutationis, Gloſſ. I.

1 *Cambium.*

NESCIO vnde prodierit, vt permutationem, *eſchange*, lingua noſtra vernacula vocemus. Scio autem nos cùm loqui Latinè volumus, cambium (vnde *eſchange* manauit) appellare permutationem, verbo non tam barbaro, quàm quibuſdam videtur. Nam apud Priſcianum, libr. 10. cap. 2. eoque vlt. Chariſius, cambio ἀμείβομαι, quod permuto eſt, poſuit, & eius præteritum campſi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα, Græco, eſſe videtur. Vnde & campſo quoque apud Ennium lib. 10. Leucaten campſant, ideſt, permutant. Vnde item campſores vulgò collybiſtas atque trapezitas ſiue menſarios, aut etiam numularios, vocamus. De quibus apud Alci. lib. 1. Parergῶn, c. 46. Hoc autem Cambij verbo pro permutatione vſæ ſunt conſuetudines feudorum in cap. 1. §. ſi quis dominus, titul. quo temp. mil. & in ca. 1. §. cùm autem, tit. de contro. inueſti. quo in loco Bald. colum. 1. hoc dicit tantùm intereſſe inter cambium & permutationem, quòd hæc propriè eſt ſpeciei ad ſpeciem: illud autem ſpeciei quoque ad genus, puta ad frumentum, & tunc (inquit) eſt contractus innominatus.

*ἀμείβομαι. Campſo. Campſores.*

*Quid inter eſt inter cābiū & permutationē*

2 *Si detē ſpecies pro ſpecie & pecunia, quis is contractus ſit. Et an inſpiciendū ſit quid cōtrahētes principaliter intendunt facere.*

IN hac autem huius §. ſpecie, vt relictis nominibus ad rem veniamus, concludunt Doct. maxima ex parte, quòd ſi conſtat quid principaliter egerint contrahentes, illud certè omnino ſequendum eſt: id eſt, ſi principaliter eorum animus & intentio (quam vocamus) eò ferebatur, ut permutarent, ſed propter rerum inæqualitatem alter pecunias refunderet, id permutatio eſt. Si autem contrà illis animus erat emere & uendere: tamen quia fortè ei, qui volebat emere, non tantum eſſet pecuniarum, quanti res erat: id quod ſibi ex pecunijs deerat, ſuppleuit in fundo, ea eſt emptio, & uenditio: nec tunc inſpicitur, vtrum præualeat precium, an ſpecies. Ita enim voluerunt Ioan. And. Anto. Imo. Card. Flor. Pan. Barb. & Gui. Pap. in c. ad quæſtiones, extrà de rer. perm. Bar. & Bal. in l. ſi in emptione, per illum tex. ff. de cōtrah. emp. & ven. idem Bar. in l. 1. col. 2. verſ. quæro extra gl. & ibi Iaſ. in fi. ff. de rer. permu. Bal. in l. 1. col. 2. verſ. quid ſi data eſt res. C. eo. tit. per tex. quem dicit not. in l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de dona. inter vir. & vxo. idem Bal. loquēs in caſu retractus, in tracta. Protomixeos, col. 3. verſ. quæro quidam permutauit, & iterū verſ. quæro quid in alijs. Pet. Anch. conſ. 72. tantam familiaritatem, circa mediū, & latè Panor. conſi. 15. quæritur an prædictus, colum. 1. lib. 1. Roma. in l. 2. colum. 3. ff. de verb. oblig. Ioan. Plat. in §. item precium, poſt prin. & ibi quoque Ang. Aretin. col. 2. Inſtit. de empt. & vend. idem Ang. in §. ſi tamē alienam, Inſtit. de rer. diui. & in §. item quæritur, Inſtit. de locat. Alex. etiam loquens in caſu retractus, conſ. 63. in cauſa, col. 2. verſ. & per hæc, lib. 8. Io. Berbe. in Viator. tit. de rer. permu. colum. 2. verſ. quæro quid ſi ex vna. Barb. in Rub. extrà de emp. & ven. col. vltim. verſ. quid autem ſi actum. & iterum in Rub. extrà de rer. permuta. col. 2. vbi id dicit not. & conſi. 56. ſapienter, col. 6. verſic. & licet fuerit, lib. 2. Socin. in l. pacta quæ contra, colum. 2. verſic. ſed ad iſta. C. de pact. Firmia. in tract. Gabel. in 3. parte 8. partis prin. in 2. q. verſi. item an habeat, & Iaſon conſ. 45. aggredior, in 1. dubio, lib. 1. & Lud. Gozad. cōſ. 90. in cauſa Mantuana, col. 4. n. 12. & maior pars eorum, quos citabo infrà nu. huius gl. 9. ſi autem.

ET ſimile eſt, quod Cy. Bal. & Soc. nonnihil tamen dubitans, ſcribunt in l. 1. C. de pact. venditionem factā minimo precio animo donandi, donationem eſſe: animo autem uendendi, venditionem; quantumlibet precium reſpectu rei ſit modicum, per d. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de dona. inter vir. & vxo. & alia iura ab illis citata. & idem voluit ipſe Bald. conſ. 66. inter vir. & vxorem. in prin. lib. 1. & Panor. d. conſ. 15. col. 1. libr. 1. De quo & nos abundè diximus in repeti. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, num. 2. & multis ſeq. C. de reuoc. donatio. Et quod etiam in ſimili reſpondit Calder. conſ. 2. ſub Rub. de emp. & uendi. Et hanc ſententiam uidetur ſecuta fuiſſe in hoc noſtro caſu retractus conſuetudo Aruernorum tit. *de retraict*, cap. 31. ubi ſtatuitur, in permutatione non eſſe locum retractui, etiam ſi ex altera parte detur pecunia, quæ excedit valorem rei permutatæ, modò id ſit ſine fraude & ſimulatione. Et pro ea bene facit tex. in l. fundi partem. ff. de contrah. emp. vbi in uenditione interuenit precium & factum, & tamen cenſetur uenditio, & ex uendito agi poteſt, nam partes vendere & emere cogitabant, ut probat is tex. cū dicit, ea lege vendidiſti.

3 *De eadèm re.*

*Cōſuetudo de ea re.*

4 *Actus iudicatur ex principali intentione agentium.*

NAM aliàs ſemper actus iudicatur à principali intentione agentium, l. ſi quis nec cauſam, in princ. & ibi Bal. & cæteri, præſertim recentiores. ff. ſi certum petatur, & l. rogaſti, in prin. & ibi quoq; Bal. & alij, eo. tit. & l. qui exceptionem, in prin. cum ibi no. ff. de condi. inde. & l. ſi quis donationis. ff. de contrah. empt. & l. 1. §. idem Pomponius. ff. depoſi. & l. ſi vir vxori. ff. ad ſenatuſcon. Velle. & l. quamuis, & ibi Bar. ff. de auro & argen. leg. & l. 1. ff. de autor.



autor. tut. & l. verum eſt meretricem, & l. qui iniuriæ, in princi. ff. de fur. cum alijs ſimi. congeſtis à Cæpo. cautel. ſecundum priorem impreſſionem 313. ſi ſtatuto.

5 *Statutū cēſeri odioſū aut fauorabile ex prīcipali intētione ſtatuentium.*

ET ex hoc inferunt Barto. Bald. & Paul. Caſtren. d. l. qui exceptionem. in prin. per eum text. ſtatutum cenſeri odioſum aut fauorabile ex principali intentione ſtatuētiū: ut ſcilicet ſi principaliter fecerint in fauorē unius, licet conſequenter uergat in odium alterius, cenſeatur fauorabile, & è conuerſo, quod & idem voluit ipſe Bal. in l. cunctos populos, col. 12. uerſi. ſed hic quæro de effectu. C. de ſum. Tri. & in leg. uenia, ante fi. & ibi etiam Recentiores. C. de in ius uocan. & conſilio 433. domina Ioanna, col. 2. lib. 3. Calder. conſ. 14. de verborum ſigni. Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 180. pone ſtatuto. Pet. Ancha. conſ. 112. ſuperſtite domina, colum. 2. & conſ. 153. pro fratribus, circa medium, & conſi. 404. iſta allegata, poſt medium. Domi. in c. ſi propter, column. 4. verſi. in fi. glo. per gloſſ. ibi, in uerbo, primi anni, in fi. de reſcri. lib. 6. & in c. ſciant, in fi. per gl. ibi, in verbo, alios, de elect. eod. lib. 6. Raph. Co. conſi. 2. proponitur, col. 1. in fi. Ro. conſi. 32. viſa municipali, col. 2. verſ. ad conſiderandum, & conſi. 39. in propoſita, col. 2. verſic. ad hoc enim poteſt. Paul. Caſt. con. 92. notandum eſt, in fin. lib. 1. Nico. Mil. in repert. verſ. lex dicitur fauorabilis. Alex. loquens de noſtra conſuetudine retractus, conſi. 197. in cauſa vertente inter Ser Sulimanum, col. 1. lib. 7. Franc. Aret. conſi. 29. diligenter & maturè, colum. 7. verſ. quartò præmiſſo, Corne. conſi. 89. viſo ſuprà ſcripto, colum. 1. lib. 3. Barba. in l. 2. in princ. col. 4. verſi. dicebam. ff. de verb. oblig. Fran. Curt. ſenior, conſil. 9. Ticinenſi. col. 6. num. 48. Phil. Dec. in l. 2. col. 2. C. de in ius uocan. & in l. 1. col. 1. C. vnde legi. & Lud. Gozad. conſil. 5. an in quæſtione, colum. 2. num. 6. & Docto. vbique. de quo tamen vide quid ſcripſerim ſuprà in præfat. huius tit. nu. 66. fateor tamen.

6 *Alia multa ſimilia.*

ET hinc quoque alia multa prodeunt. Nam ſtatutū dicitur contra libertatem eccleſiæ factum, aut contrà, ſecundum principalem intentionem ſtatuentium, ſi verum dicit Bald. conſ. 299. dicunt, col. 1. lib. 1. per d. l. qui exceptionem, de cond. indeb. Et ſi quæritur, an ędificiū factum ſit ad ęmulationem alterius, an non, inſpicitur quo animo principaliter id faciat is, qui extruit. idem Bald. conſil. 88. dicitur ꝙ opus, colum. 1. libr. 2. per d. l. ſi quis nec cauſam, & d. l. rogaſti. Et huc reſpicit gloſſ. in l. non uerè dicitur. ff. ex quib. cau. maior. ꝙ ſi quis in legatione eſt, partim cauſa reipublicæ, partim ob priuatum quoddam ſuum negocium, debet inſpici utrius cauſa principaliter eo ſe contulerit. & ſequitur Bal. ibi in utraque lect. & in c. dilecti, le 1. col. 2. verſic. ſed quid ſi quis, extrà de appel. & Iaſon conſi. 147. præſens conſultatio, col. 5. verſi. ſextò principaliter, lib. 2. Sed & alia multa, quibus oſtenditur inſpiciendum eſſe, quod principale eſt: nec conſiderari qđ fit in conſequentiā, colligit Ale. conſil. 1. viſo proceſſu, colum. pen. verſic. item reſpōdeo quòd iſtud, & multis ſeq. lib. 3. ſed multò plura Iaſon in d. l. ſi quis nec cauſam, ſi certum pet. & conſil. 74. inſtrumentum, colum. 2. ver. ſecundò principaliter, & ſeq. lib. 3. Ego uerò plurima, ſuprà tit. omnium huius volu. conſuetudinum 9. qui eſt, *de tenir noblement en fief*, §. 20. qui eſt 108. omnium noſtrarum conſuetudinum, in prima limitatione regulæ, qua dicitur, unumquemque uocari debere ad eum actum, ex quo lædi poteſt.

7 *An in dubio debeamus ſequi appellationem cōtrahētium, vide nu. 11. & 12.*

IN dubio autem, ſi nil aliud appareat, contrahentes cenſentur talem contractum uoluiſſe principaliter facere, qualem nuncupatim & expreſſim nominant: ut ſi dicant ſe permutare, ſit permutatio: ſi uendere & emere, ſit venditio & emptio: vt in ſimili, uidelicet cùm dubitatur vtrumne contractus factus, ſit uenditio, an locatio, uoluit Bart. in l. cotem. §. qui maximos, in 5. q. ff. de pub. & vectig. Ang. conſ. 2. certum eſt, Pet. Anch. & Imo. in cap. propter ſterilitatem, ad fi. exttrà de loc. Fran. Aret. conſi. 55. in cauſa, in princ. iterumque ad fin. Barb. in d. cap. ad quæſtiones, de rer. permu. ubi & ipſe in noſtro caſu loquitur. Neque enim, ut dicit Ang. dicto conſi. 2. recedendum eſt à mente uerbis declarata, l. non aliter. ff. de lega. 3. cum ſimilibus. Quam rationem & tu confirma ex multis à me collectis in repet. l. ſi unquam, in verbo, libertis, nume. 15. & hæc quidem & ſeq. ubi inter alia citatur illud Caſſiodori, Nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum. Quam ſententiam Bal. ubique habet in ore, ut ibi diximus.

8 *De eadem re.*

ET huc quoque pertinet, quod ab Oldra. reſponſum eſt conſ. 159. ex præſenti, in primo dubio, quòd ſi in dubium reuocatur, an dicatur conceſſio feudi, an donatio, uerba conceſſionis inſpicienda ſunt: nam ſi in ea dicatur, donamus, donatio eſt, quia uerba clara ſunt, & ſequitur Alber. in Rub. C. de dona. uerſi. item quęro de quæſtione ardua, & Philip. Dec. in Auth. ex teſtamento, col. 2. verſiculo, ſed certè. C. de collat. & conſi. 32. cuius ſuperſcriptio incipit, an fœmina dicatur, colum. 2. & conſ. 208. ad clariorem, colum. 2. verſic. poſtremò, & conſi. 468. ſuperiori anno, colum. 2. verſicu. & ex his patet, & conſ. 498. viſo caſu propoſito, colum. 2. verſ. eiuſdem initij. Nam ut ipſe Dec. dicit in d. Authē. ex teſtamento, id confirmans, contractus in dubio ita debent cenſeri, vt verba illius ſonant, niſi effectus rei aliud oſtendat: vt not. Bald. in l. 2. C. commo. & in Rub. C. de iure emphy. in fin. & Panorm. in c. conſtitutus, col. pen. extrà de relig. domi. cum ſim.

9 *Et ſi nō cōſtat, quid contrahentes intendant agere, nec id exprimant an inſpiciēdum ſit, qđ pluris eſt.*

SI autem non conſtat, quid contrahentes principaliter egerint, nec id expreſſerint, inſpicitur quod pluris eſt: vt ſi precium præponderet, cenſeatur eſſe uenditio: ſi ſpecies, permutatio. Io. And. Ant. Pet. Anch. Imo. Car. Flor. in 2. q. Pan. Barb. & alij in d. c. ad quæſtiones, per illum text. de rer. permu. Iac. Ra. & Cyn. in l. cum te. C. de pact. inter emp. & vend. Bar. in d. l. ſi emptione, in princ. ff. de contrah. empt. & vend. & in l. Ariſto, & ibi quoque Ang. Imol. Ro. & Paul. Caſt. ff. de dona. Bald. in l. quæritur, in 2. lect. per illum tex. & ibi quoque Alber. circa medium, & Ang. ff. de ſtat. homi. idem Bald. [in l. uſufructu, col. vlt. ff. ſol. mat. &] in præludijs feudo. col. 4. verſi. pro intellectu horum, per text. in d. ca. ad quæſtiones, & in l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & in l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. emp. idem Bald. d. conſ. 66. in prin. lib. 1. & in d. trac. proto. colum. 3. uerſ. quæro quid in alijs, ubi expreſſim loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis, & ibi quoque Matthæ. Affl. loquens in eodem caſu, in §. licet enim ſupra diximus, colum. 5. verſ. ſed iuxta hoc quæro. Pet. Ancha. in c. quantò, quod eſt 3. col. 2. extrà de iud. & in c. acceſſorium, colum. 3. verſ. quartò induco, de regul. iur. libr. 6. Maſuer. titu. de emp. & uendi. colum. 1. §. item ſi aliquis permutauerit. Rom. in l. ſi quis cùm aliter, col. 5. ff. de verb. oblig. Panorm. d. conſ. 15. lib. 1. Alex. in l. 2. in prin. col. vlt. non ſemel. & ibi etiam Iaco. à Georg. nu. 7. & Iaſon colum. 3. verſ. iſta doctrina. & Fran. Purpu nu. 56. & multis ſeq. vſque ad fin. ff. ſi cert. pet. vbi & id ipſe Alex. dicit ſing. & in l. Gallus. §. inſtituens, colum. ulti. ff. de libe. & poſth. & conſ. 119. eodemque pen. uiſis narratis, colum. 2. verſ. pro hoc facit, lib. 3. & d. conſ. 63. col. 2. lib. 7. ubi loquitur in caſu retractus, & d. conſ. 197. col. ult. uerſ. non obſt. quòd depoſitum, eodem libr. 7. ubi & in eodem caſu loquitur Franc. Aretin. in l. continuus. §. ſi ab eo, ad fin. ff. de uerbo. obl. Io. Plat et Ange. Aret. in d. §. item precium, Inſt. de empt. et uend. Corne. conſ. 45. licet in hoc iudicio, colum. 2. in fin. lib. 4. Barb. conſi. 56. ſapienter, colum. 6. lib. 2. Soc. in d. l. pacta quæ contra. C. de pact. et conſ. 215. uiſa prædicta, colum. 1. libr. 2. quod iterum repetitur conſ. 22. libr. 4. Guid. Pap. dec. Delphi. 92. de conſuetudine generali, Iac. à S. Georg. in tract. feudorum in uerbo, præſentes et recipientes, columna 1. uerſi-

verſiculo, ad hæc bene facit, & in tracta. de Roydis, ſiue operis, colu. 10. verſiculo. ſed ponamus quòd fiat, Iaſon in l. lecta, colum. penul. verſicu. octauò limita. ff. ſi cer. pet. & Caſpar Valaſc. in repet. l. imperium, colum. 4. verſi. octauò limitatur. ff. de iuriſdi. om. iudi. Anto. Burg. in cap. ad noſtram, colum. 15. verſiculo, item & ſecundò infero, extrà de emptio. & vendi. Stepha. Bertran. conſi. 155. ponitur in facto, lib. 2. Fabia. à monte S. Sab. in tracta. emptio. & venditio. in 2. quæſtio. princip. colu. antepen. verſicu. ſed iuxta prædicta. And. Alcia. in l. 2. in princ. nume. 18. tertiò infertur. ff. de verbor. obliga. Et in
*Conſuetudines de ea re.* id ſunt aliæ multæ præter noſtram, conſetudines ſimpliciter ſtatuentes, id inſpici, quod pluris eſt: ut apud Turonenſes, cap. huius titu. *de retraict*, 21. Borbonienſes, cap. 454. Engoliſmenſes cap. 74. Marchienſes, hoc titu. §. 12. qui eſt omnium conſuetudinum 272. Altimarchienſes, cap. 265. Et faciunt, quæ in ſimili dicemus infrà §. 33. in princip.

10 Et id perpetuum eſt, ut contractus in dubio ſit iudicandus, & denominandus, ſecundum naturam eius, quod in eo præualet: vt per Bar. loquentem de venditione & locatione, in l. 1. §. 1. ff. locat. Alexand. conſil. 119. viſo proceſſu, colum. 3. verſiculo, quod autem peruenerit, in fi. lib. 5. & Alber. Bru. conſi. 41. viſo inſtrumento, col. 3. verſi. & ſic non obſt. Ant. Rube. conſ. 142. præſuponit. col. vlt. ver. cōfirmant. Sicuti & cætera oīa. per tex. optimū in d. l. quæritur, vbi Guli. Cu. tradit venditionē minori precio factam cenſeri donationem, ſi pro maiori parte ea excedat precium: aliàs cenſeri venditionem, & ſequitur Bal. in l. vſufructu, colum. 2. in fin. ff. ſolu. matri. & eſt etiam bonus text. in l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de auro & argen. lega. & in l. is qui rei. ff. ex quib. cau. maio. & in l. domum. ff. de contrah. emp. & in l. quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de leg. 3. & in l. quicquid. §. cùm partes. ff. de acquir. rerum dominio. & in l. ſi vir. ff. de vſucapio. pro donat. & in l. repetundarū. §. Hermaphroditus. ff. de teſtib. & bene facit l. tenetur. §. 1. ff. de act. emp. Et voluit etiam Signo. conſil. 48. quæritur, col. vlt. & conſi. 95. quæſtio. talis eſt in portu, col. 2. verſiculo itē in mixtis, lib. 2. & Doct. vbique. Sic & poſſeſsio, quę plus iuris habet, à iure denominatur: quæ plus facti, à facto: vt not. in l. 1. C. de acquiren. poſſeſſio.

11 *Iterum de eo, quod cōtrahentes intēdunt, aut dicunt ſe facere.* Et hæc quidem nullo modo dubia eſſe videntur: quantum ad hunc ſecundum caſum pertinet. Sed prior non omnino caret ſcrupulo: quandoquidem videtur magis inſpiciendum, quid re ipſa agunt contrahentes, quàm quod dicunt, aut etiā credunt ſe agere. Quid enim ſi in eo ſecundo caſu (ne longè exempla petamus) precium longè excedit ſpeciem, dicuntque ac credunt contrahentes ſe permutationem facere, non venditionem: iudicabimùsne permutationem factam, non venditionem, atque ita conſanguineum non eſſe admittendum
*Cōſuetudo.* vt eſt Aruernorum conſuetudo? Certè minimè, quia ſemper, præſertim cùm agitur de præiudicio alterius, potius inſpicitur natura & effectus actus, quàm nomen ab agentibus ipſi actui attributum & impoſitum l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. & l. ſi olei, & ibi not. C. de loca. & l. ſi vno, in princ. ff. eod. tit. & l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. & d. cap. conſtitutus, de relig. domi. Oldr. conſ. 139. ad habendum, col. 1. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de inſtr. edi. §. porrò, col. vlt. Barto. in d. l. eotem. §. qui maximos. ff. de publ. & vectig. Fran. Purp. qui expreſſim loquitur in hac ſpecie noſtræ conſuetudinis, in d. l. 2. colu. antepen. ff. ſi cer. pet. D. Boer. qui & de hoc caſu loquitur deci. 144. ſed quid vbi facta eſſet: ubi ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Burdig. & Ferro. in conſuetu. Burdig. tit. de feudis. §. 18. & iterum. §. 29. & dicemus latius infrà eo. ti. §. 32. nu. 34. contrariū. Sed hìc nō pretermiſerim quod Plato tradit in Cratylo, nomina rebus eſſe imponēda ex eo qđ principaliter effectū earū reſpicit.

Et ſi aliter diceremus, facilè fieret fraus in præiudicium alterius, cui obuiandum & occurrendum eſt, l. in fundo. ff. de rei vendi. & l. 1. in princ. ff. ſi. quis omiſ. cau. teſta & l. ult. ff. de ſuſpect. tut. & c. ciuitatis, de ſenten. excommuni. lib. 6. Ideoq; noſtra conſuetudo hìc ſimpliciter ſtatuit inſpiciendum eſſe, quod pluris eſt, uti etiam facit conſuetudo Engoliſmorum, ca. 74. & Sanctonum cap. 56. & ſeq. Et ab hac noſtra ſententia ſtat Alcia. d. l. 2. in uerbo, aliud genus. ff. ſi cer. pet. ubi id dicit ſemper procedere, cùm agitur de præiudicio alterius, ſcilicet laudimiorum, aut caduci, aut aliorum id genus, & idem quoque uoluit Franc. Rip. ibi num. 37. niſi tamen quantum ad ius caduci: quia uerbo permutationis partes uti potuerunt ſine fraude, ſi permutare principaliter intendebant, licet pecunia ſpeciem ſuperaret, ſecundum ea quę ſuprà diximus, & alia quæ ibi allegat. Niſi (ut ſubdit) emptor ſub colore huiuſcemodi permutationis nō denunciauerit domino, antequàm poſſeſſionē apprehenderet: tunc enim incipit res cadere in commiſſum, ex l. ulti. C. de iure emphy. Et ita defendi poteſt opinio Decij, qui contrarium reſponderat, conſil. 160. in cauſa monaſterij, in 1. dubio. Ideò nec D Igneo accedo, qui in l. 3. §. ſi conditionis, uerſiculo, & ſi aliud, num. 77. ff. de Senatuſconſul. Sylla. in ea eſt opi. vt ſi pro fundo data ſit alia ſpecies & pecunia, ſemper debet cenſeri contractus emptionis, vt retractus locum habeat etiam ſi ſpecies excedat pecuniā, propter fraudis ſuſpicionem: quia ex ijs quæ diximus, ſatis conſtat, aliud dicendum eſſe, niſi aliter de fraude conſtaret. 12 *Conſuetudines.*

Sed maius dubium eſt, cùm ſpecies & precium per omnia ſunt paria, & eiuſdem æſtimationis, ita vt neutrum alteri præſtet, nec conſtat quid principaliter partes intendunt facere, permutationem, an venditionem, vtra earum cenſeri debeat. Et id quidem adeò dubium eſt, vt Guli. Cu. & Bald. in d. l. quæritur. ff. de ſta. homi. non auſi ſint diffinire, contenti in dubium id reuocaſſe. Verùm ipſe Bald. in præludijs feudorum, vbi ſuprà, hanc cunctanter, nec intrepidè aſſerit, tunc venditionem eſſe ea ratione motus, quòd contractus venditionis eſt fauorabilior, quàm permutationis, cùm ipſo conſenſu pariat actionem, l. iuriſgentium, in prin. ff. de pactis. Et ſequitur Alex. in addi. Bart. in d. l. ſi in emptione. ff. de contrah. empt. vbi id dicit not. & Fabia. à Monte S. Sab. in tract. empt. & vendi. quo loco ſuprà citauimus, vbi & id quoque dicit not. 13 *Quid ſi pecunia & ſpecies ex eadē parte data, ſint æqualis ualoris, uide uſq; ad fi. huius §.*

At hoc non adeò leuiter cencedendum erat: quoniam cōtrarium videtur voluiſſe text. in d. c. ad quæſtiones, de rer. permut. vbi interuenit ſpecies & preciū: nec dicitur ibi, quòd ſpecies pluris eſſet, quàm precium, & tamen dicitur permutatio: tanquam ſcilicet in dubio debeamus potius iudicare permutationem, quàm venditionem. Et ita illum tex. aduerſus illam Baldi ſententiā expendit Guid. Pap. d. dec. Delphi. 92. de conſuetudine. Sed poſſes dicere, ideò illic permutationem vocari, quoniam animus contrahentium huiuſcemodi erat, vt permutarent, ſibiq; fundos quoſdam vicinos & conuenientes pro alijs remotioribus ex ea permutatione adſciſcerent, vt ſatis ibi declaratur: ſed quia fortè res quas permutabant, non erant æqualis æſtimationis, is cui fundus erat pauperior, pecuniam adiecit. Ideò cùm id principaliter agerent, ut permutarent, permutatio dicta eſt, iuxta ea quæ ſuprà in princ. diximus. Aut etiam dici poteſt, illic ſpeciem ueriſimiliter exceſsiſſe pecuniā, cùm permutatio dicatur, ſecundum not. à Doct. in eo loco, ut ſuprà diximus. 14 *De eodem.*

Sed quicquid ſit de eo tex. certè ſunt multę rationes, quæ ſuadent, ut in dubio, & cæteris paribus, debeamus permutationē potius dicere, quàm uenditionem. Quarum hæc prima erit. Actus denominattio ſemper debet fieri à dignori, l. 1. in prin. & ibi gl. & Docto. ff. de. uerb. obligat. 15 *Actus denominatio à digniori.*



obligat. cum concord. adductis à Iaſon. ibi, & in l. imperium. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & à Feli. in Rub. extr. de offi. deleg. Quod & optimè intelligunt Medici, qui dicunt, quòd ſi alicuius rei fiat mentio, cuius ſunt plures ſpecies, videlicet ſpicæ, roſarum, caſſiæ, non adiecta ſpecie, debet ea appellatione intelligi ſpecies cæteris dignior, ſcilicet ſpicę nardi, roſarum rubearum caſſiæ ligneæ. Cuius rei meminit pharmocopola Saladinus in libro, quem compendium aromatariorum inſcribit, quoniam (vt ille ſubdit) ſecundum Philoſophum, à digniori fit denominatio. Et hinc fit, quod ſcribit Innocen. & cæteri in c ſolitæ. de maio. & obed. quod vbi in eadem perſona concurrit duplex dignitas, ea debet denominari à dignorii, ſiue maiori dignitate, vt ſi quis ſit Comes, Dux, Marchio. Quibus concinit, quod ſcribitur in c. inter dilectos, de fide inſtrum. de eo qui Epiſcopus & Comes erat. Hinc quoque fit, vt maius dignum trahat ad ſe minus, l. cùm in diuerſis. ff. de relig. & ſump. fune. cum concord. à me adductis ſuprà hoc eod. titu. §. 1. gl. 7. quæ eſt in uerbo, *ou autres choſes censèes pour immeubles*, num. 82. ego autem contrà, & ſuprà titulo omnium huius voluminis 9. §. 26. in princip.

*Permutatio dignior emptione. Antiquius quicquid eſt, id & dignius eſt.* Permvtatio autem dignior eſt emptione: & res, ſiue ſpecies, qua conficitur, numo ſiue precio, ex quo venditio fit. Quod ex eo comprobatur, quia quod antiquius eſt, idem & dignius quoque eſt, l. in teſtamento. C. de teſta. & c. anteriorum. §. illud. 11. q. 6. & c. quanto, extrà de tranſlati. Præla. & argu. eorū, quæ copioſiſsimè ſcripſimus in tractat. Primigeniorum, ſtatim poſt princip. Qua etiam ratione Bal. à Bar. Doctor egregius, in repe. Rub. ff. de verb. obl. veſ. quartò quia debemus, probat. contractum emptionis & venditionis eſſe digniorem ſtipulatione, quia ſit antiquior, vtpote ex Iure gentium, quàm ſtipulatio, quæ ex Iure ciuili eſt, ar. l. 1. ff. de alb. ſcriben. & l. ſemper. ff de iure immuni. Conſtat autem rerum ſpecies à mundi exordio creatas fuiſſe, id atteſtantibus ſacris literis in princ. Gene. Numum autem
*Numi inuentio.* longo pòſt interuallo adinuētum, autore Herodoto lib. 1. vbi eius rei inuentum Lydis attribuit: & Strabone lib. 8. Liuio paulò ante fin. lib. 4. ab Vrb. cond. Plinio lib. 18. c. 3. & lib. 33. c. 3. Macrobio li. Saturnaliorum 1. c. 7. & Eutropio lib. 2. & noſtro Iuriſconſulto in l. 1. ff. de contrahen. empt. Conſtat autem numos argēteos fuiſſe ante tempora regum Hebræorum, vt patet 1. cap. 2. ad fi.

17 *Permutatio vetuſtior emptione.* Similiter conſtat permutationem eſſe vetuſtiorē emptione & venditione, ex eadem l. 1. cuius hæc verba ſunt, Origo emendi vendendique à permutatione cœpit. Olim enim nō erat numus, & c. nam & teſte ipſo Plinio li. 7. ca. 56. Liber pater emere & vendere inſtituit. Quanquàm apud Ioſephum lib. 1. Antiquitatum c. 5. legimus ante eum emptiones & venditiones in vſu fuiſſe. Verùm & ante ea tempora fiebant permutationes numo nondum reperto. Quibus ſuccinit & ipſe Plinius, qui lib. 33. cap. 1. in princ. Vtinam (inquit) poſſet è vita in totum abdicari aurum, ſacra fames, vt celeberrimi autores dixere, proſciſſum conuicijs ab optimis quibuſque, & ad perniciem vitæ repertum. Quantum fęliciore æuo, cùm res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim, vt opinor, cōmercia victus gratia inuenta, alios corijs boū, alios ferro captiuiſque rebus emptitaſſe tradit. Quanquàm & ipſe miratus aurum, æſtimationes rerum ita facit, vt centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum dixerit, cum Diomedis armis nouem boum. Hactenus ille. Locus autem illarum permutationem, prioris ſcilicet, eſt li. 7. Iliados, ad fin.

ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

*Vinum emère ſibi crinito vertice Græci,*
*Quidam ære, aſt alij, ferro lucente; bouinis*
*Pellibus aſt alij, bubus plerique ſed ipſis,*
*Mancipijs alij.*

Vel ſic ad verbum: quod libenter facio, vt Lectores faciliùs Græcè loqui diſcant:

*Hinc vinum emebant comati Achiui*
*Alij quidem ære, alij autem elaborato ferro*
*Alij autem pellibus, alij autem ipſis bobus,*
*Alij autem ſeruis captiuis.*

Qvod enim in princ. dicit οἰνίζοντο, vno illo verbo ſignificat, vinum emebant, quo quidem verbo & idem vtitur lib. 8. Iliados non ſemel. Et ille quidem locus citatus etiam, tum à Iuſtiniano in §. item precium, Inſti. de emp. & vend. cuius hæc verba ſunt, id quod diximus apertè declarantia. Vnde illud eſt, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi eamque ſpeciem emptionis & venditionis eſſe vetuſtiſſimam: argumentoque vtebantur Gręci poétæ Homeri, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum ſibi cōparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus. Tum quoque à Iuriſconſulto Paulo in d. l. 1. vbi ſcribitur: Sabinus Homero teſte vtitur, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibuſque vinum emere, refert illis verſibus, ſed poſtea in antiquis codicibus locus erat vacuus, quem illis verſibus repleuit Budæus noſter in ſuis Annotationibus, ut & aliū, quem ſtatim deſignabimus. Nam & apud eūndem Homerum lib. 6. eiuſdem operis, eſt alter locus illius tā celebris permutationis Glauci & Diomedis, commemoratę a Plinio, quo loco nuper citauimus. De quo Homeri loco, ut opinor, etiam intellexit idem Iuriſconſultus in d. l. 1. cùm dicit. Sed hi uerſus (de prioribus illis loquitur) permutationem ſignificare uidentur, non emptionem, ſicut illi: *Glauci & Diomedis permutatio celebris.*

ἔνθ' αὖτε γλαύκῳ κρονίδης φρένας ἐξέλετο ζεύς,
ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

*Iuppiter eripuit mirè hìc præcordia Glauco*
*Qui aurea Tydidæ mutauerit arma viciſſim*
*Pro factis ex ære, boueſq; valentia centum.*

Vel ad verbum:

*Tunc iterum Glauco Saturnides mentes abſtulit Iupiter,*
*Qui ad Tydidem Diomedem arma commutauit,*
*Aurea æreis, centum boum, nouem boum.*

Id eſt, vt intelligas, aurea centum boum, æreis nouem boum. Nam illic in ſecundo verſu ἄμειβεν ex ἀμείβω verbo eſt, quod permuto ſiue commuto ſignificat: vt ἄμειψις, quod inde fit, commutationem ſignificat. Et ad hunc quoque locum alludit Ariſtoteles lib. Ethicorum 5. c. 9. Qui verò (inquit) dat ſua, quemadmodum arma ſua Diomedi Glaucus dedit χρύσεα χαλκείων, &c. Et Tullius libr. Epiſtolarum ad Atticum 6. epiſtola omnium 112. Habes ad omnia, non vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus. Et Martialis lib. epigrammatōn 9.

*Tam ſtupidus nnuquam, nec tu puto Glauce fuiſti,*
*χρύσεα donanti, χάλκεα qui dederas.*

Et Plinius Iunior libro Epiſtolarum 5. ad Flaccum, epiſtola, cuius initium eſt, accepi, Recipies (ait) epiſtolas ſteriles & ſimpliciter ingratas, ac ne illam quidē ſolertiam Diomedis in permutando munere imitantes. & Gellius lib. 2. c. 23. quo de Menandri & Cæcilij comparatione diſſerit. Diomedis (inquit) hercle arma & Glauci non diſpari magis precio æſtimata ſunt. Et Iuſtinianus in procemio. ff. ad fi. his verbis, Et ueſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt, diſſimilia permutātes Quem locum enarrans Accurſius, fabulam ex meris ſomnijs affert.

fert. Huius quoque loci Homerici meminit Maximus, Tyrius Phyloſophus Platonicus, Sermo 36. quo diſſerit, quomodo ad am icum ſe habuerit.

18 *De eadem re.* SED vt ad illam l. 1. de contrah. empt. reuertamur, id quod ſuprà ex ea ad duximus, confeſtim & hæc verba ſequuntur, Magis autem pro hac ſententia illud dicetur, quod aliàs idem Poeta dicit:

*τὴν ποτε λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν,*
*πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν.*

*Quam proprijs rebus Laertes emerat olim,*
*Vigintiq; boues pro vigine tradidit empta.*

Vel ad verbum:

*Quam olim Laertes emit poſſeſſionibus ſuis,*
*Inpubertate adhuc exiſtentem, viginti boum autem preciū dedit.*

QVI locus eorum verſuum in ea l. 1. inanis quoq; erat in vetuſtis codicibus: ſed eum ſuppleuit Catellianus Cotta, in ſuis prioribus memori. ex illis verſib. qui ſunt ex libro primo Odyſſeæ ipſius Homeri. *Lycurgi lex.* Iuſtinus autem lib. 3. ſcribit Lycurgum ſuis legibus iuſſiſſe ſingula emi non pecunia, ſed compenſatione mercium, quod ex ueſtigijs Homericis Lycurgus ipſe deprōpſiſſe videt. Et ex illis uerbis potes interim annotare uerbum emendi trahi ad permutationem. Quod & in ſacris literis uidimus aliquādo factitatum. Nam Gene. c. 33. Iacob à filijs Emo emit partem agri centum agnis.

19 *Permutare pro vendere.* EX hac autem Priſcorum conſuetudine factum eſt, ut opinor, ut etiam permutare pro uēdere uſurparit Tullius ad Atticum lib. 11. epiſtola totius operis 230. incip. quæ dudum: Scripſerat vt H. S. XII. permutaret, tantum eſſe reliquum de argento. & Plinius non ſemel. Nam li. [6. c. 31. Clitarchus uerò Alexandro regi renunciatam adeò diuitem, ut equos incolę talentis auri permutarent. Et] 7. cap. 38. Praxiteles (ait) marmore nobilitatus, Gnidiaq; Venere precipuè, veſano amore cuiuſdam iuuenis inſigni, & Nicomedis æſtimatione regis, grādi Gnidiorū ære alieno permutare eam conati. lib. 9. cap. 55. Sex millia numor. murænarum mutuo appendit: nam permutare quidem precio noluit. Et lib. 12. cap. 22. Permutatur in libras ſex ſerichatum. Et lib. 13. cap. 15. de menſa quadam citra loqueas. Interijt (ait) nuper incendio, quam Cathegus decedens è Mauritania H. S. XIII. permutauerat. Et li. 31. cap. 8. in princ. Singulis milibus numum permutantibus congios pene binos. Et lib. 33. cap. 4. Quanquàm auripigmenti libræ, 14. permutarentur. Et lib. 35. cap. 9. Poſtea donare opera ſua inſtitui, quòd ea digno pretio permutari poſſe diceret. Et apud noſtros quoque Iuriſconſultos, in l. ſi ei, & l. ſequen. ff. de iure dot. & in l. ſi mulier. ff. de pact. dotal. Niſi ſi quis dicat in illis locis pecuniam fuiſſe loco ſpeciei.

20 *Mutare, pro permutare.* NAM & ſimplex mutandi verbum, ex quo illud permutandi compoſitum eſt etiam pro uerbo emendi vſus eſt Columella libro 7. capitu. 9. Nam ſuburbanis (ait) lactens porcus ære mutandus eſt. Et alibi: Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt. Et Palladius lib. Rei ruſticæ, 8. capitulo 4. Autumno debiles quæque precio mutentur. Nam & id verbum ſimplex ſæpe aſſumit ſignificationem ſui illius *Salluſtij locus nunc primum emēdatus.* compoſiti: vt apud Salluſtium in Iugurtha: Quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emendi, aut mutandi copia erat. Ita enim haud dubiè legendum eſt, non mutuandi, vel refragantibus omnibus codicibus. Nam haud multò poſt ita ſcribitur: Nam freto diuiſi ab Hiſpania mutare res inter ſe inſtituerant. Sed & in alio loco eiuſdem operis: Lixæ pecoris & mancipiorum prædas certatim agitare, eaque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & alijs talibus. Ibi enim vides mutare procul dubio permutandi ſignificationem habere. Et apud Plautum in Captiuis: Cœpit captiuos commercari hic alios, ſi quem reperire poſſet, cum quo mutet ſuum. Et Virgilium, Ecloga 4.

*-Nec nautica pinus*
*Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.*

[Et lib. 3. Georg.

*Quamuis Milepa magno*
*Vellere mutentur.-*

Vbi Seruius: Apud maiores omne mercimoniū in permutatione conſtabat. Quod & Paulus Homero teſte cō firmat in d. l. 1. ff. de contrahend. empt. [Et Stati. libr. 4. Thebaidos:

*-Sed perfida coniunx*
*Dona viro mutare velit-*

Vti è diuerſo compoſitum, permutare pro ſimplici mutare, etiam ſæpe ponitur: vt in l. pen. ff. de ſenato. & in l. cùm in plures. §. lege. ff. loca. & l. Seia, ad ſi. ff. de. aur. & arg. leg. Nam & aliàs id frequens eſt, vt ſimplex pro cōpoſito ponatur: & econuerſo. *Permutare, pro mutare.*

CÆTERVM ex his factum illud eſt (ne & id omittam) quod & ad hac quoq; tractationem non nihil pertinet, vt nummus, aut, vt alij ſcribunt, numus, vtrunque enim reperitur (& νόμισμα, quo & Latini pro ſuo vtuntur, numiſma dictū ſit à νόμῳ, id eſt lege, vt Ariſtoteles ſcribit li. 5. Ethicorum, c. item. 5. & Zaſius conſ. 16. orta, nu. 25. quòd ſcilicet, vt tradit ipſe Ariſtoteles, non à natura, ſed à lege numus ortus ſit: qui & ipſe paulò poſt in eodem c ſubiungit rerum permutationes fuiſſe, antequàm numus eſſet. Id quod apertè probant, quæ ſuprà diximus permutationes fuiſſe, ante venditiones, quæ non niſi nūmo fiant. Hæc autem (ne id quoque prætermittam) addere poteris ad Bart. Bald. & Sal. in d. l. 1. ff. de contrah. emp. tractantes, an nummus ſit de iure naturali, an gentium, an denique ciuili: vt etiam facit Bal. in Rub. C. eo. tit. in princ. & Barb. & Anto. Burg. in Rub. extrà eod. quoque titu. 21 *Numus unde dictus.* *Numus an ſit de iure naturali, gentiū, an ciuili.*

QVANQVAM (ne & hoc omittatur) noſtro Iuriſconſulto in d. l. 1. de contrahen. emptio. his Homericis locis innitenti aduerſarur, quod Iulius Pollux Naucratites Onomaſt. ad Commodum li. 9. cap. 6. tradit, quoſdam putauiſſe. boues in illis ipſis locis intelligi pro numis, in quibus effigies bouis impreſſa erat. Hincque eorum vetus illud adagium Athenienſiū, Βοῦς ἐπὶ γλώττης, id eſt, bos in lingua: quod de his dicebatur, authore Suida, qui loqui liberè non audebant, metu mulctę deterriti, quam pendere eos oportebat, qui paulo liberius loquerentur. Teſtis enim eſt Plutarchus in Theſeo, ipſum Theſeum Athenienſium regem ſtatuiſſe nummum, figura bouis, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducem vel quòd ad agriculturā prouocare vellet. Subditq; ab eo nummo dici ἑκατόμβοιον, quod eſt cētum boum, & δεκάβοιον, quod decem, nomen traxiſſe. Et fortè Theſei imitatione, Seruius Romanorum rex æs ſignauit boum effigie, vt autoritate Timæi tradit Plinius lib. 18. cap. 3. quod & nos alibi quoque retulimus. Nam & idem Plutarchus in Publicola ſcribit, in vetuſtiſſimis numis bouis ſignum inciſum apparere. Et in Problematis capit. 39. quo quærit, cur veteris numi altera Ianum bifrōtem impreſſum habuit, tradit Romanos alio quoque vſos fuiſſe numo, ouem bouemque inſignitum habente: quod quidem genus numi erat inſigne, & in primis documento, veteres gregibus & armentis abundaſſe. Varro Rei ruſticæ libro. 1. cap. 1. ſcribit, apud Priſcos Romanos & ſuo quoque tempore mulctam bobus & ouibus dici ſolere, & æs antiquiſſimum pecore conſtatum fuiſſe. 22 *An boues pro numis in illis Homericis locis.* *Adagium, Bos in lingua.* *Bouis effigies in nūmis.*

ADDIT autem Pollux (vt ad eum redeamus) in Deliacis ſpectaculis, ſi cui munus dandum eſſet, præconem denunciare ſolitum, Tot boues illi dabuntur. Bouem autem ualuiſſe duabus drachmis Atticis: unde fuiſſe, qui crederent hoc numiſma Deliorum fuiſſe proprium, non Athenienſium. Sed & ſubiungit in Draconis legi- 23



legibus extare mētionem, περὶ τοῦ ἀποτίνειν δεκάβοιον, id eſt, de pendendis decem bobus, quod eſt decem numis. Et hanc Pollucis interpretationem in illis Homeri locis ſecutus eſt Andreas Diuus Iuſtinopolitanus, qui illū ipſius Homeri verſum ex lib. 6. Iliados.

*χρύσεα, χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.*

ita vertit ad verbum:

*Aurea, æreis: centum Ducatorum, nouem Ducatorum.*

Tanquam ille bos intelligatur pro eo genere monetæ, quam hodie Ducatum vulgo uocamus.

Et huic quoque ſententię adſtipulatur ipſe Homerus, qui lib. 13. Iliados ſic infit:

*τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην,*
*τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον ἀχαιοί.*

Id eſt:

*Huic quidem vincenti magnum tripodem igni accommodatum.*
*Hunc autem duodecim boum precio inter ſe appreciauerunt Achiui.*

Et poſtea, uno tantum uerſu interiecto, de ancilla loquens:

*πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα, τῖον δέ ἑ τεσσαράβοιον.*

Multa autem ſciebat opera, appreciabant autem ipſam quatuor bobus. Huic quoque opi. concinit Dydimus Homeri interpres, qui lib. 2. Iliados in illud carmen:

*πάντες ἐυπλοκέες, ἑκατόμβοιος δὲ ἕκαστος.*

Veteres (inquit) plurimi bouem animal faciebant, adeò ut pecuniam ſic ſignarent, ut ab una parte regis inſculperetur facies, ab alia bouis effigies: unde ἑκατόμβοιος cētuſſem ſignificat. Quod & noſter Alciatus ſequutus eſt libro παρέργων 9. c. 17.

24 *De eadem re.* SED hanc opinionem, quæ ſcilicet ita eos locos Homeri intelligit, vt boues in illis pro numis accipiantur, planè refellit idem Pollux in eodem c. quibuſdam interiectis, oſtendens illam fuiſſe cōmutationem rerum, ſine numis. Cui, in hac poſteriore ſententia aſſentior, vel Plinij teſtimonio ductus lib. 33. c. 1. quo loco ſuprà citauimus. Neque enim (niſi omnino cæcutimus) ille intellectus bouis de numi genere, poſſet ullo pacto conuenire illis verſibus Homeri primo loco citatis ex li. 7. Iliados, vt ex illis perſpicuè videri poteſt, quibus ſcribit uinum emptum boum pellibus, & ipſis quoque bobus. Quanquàm (vt uerum fatear) cæteri loci mirum in modum illi interpretationi conueniunt. *Polluci q̄tū tribuendum ſit in literis.* Quantum autem Polluci tribuendum eſt, vt illud quoque obiter dicam, videre licet ex Athenodoro, qui illum eſſe veluti Tantali hortos pronunciauit. Et Philoſtrato, qui ambigit doctúmne an indoctum: & quod fatuum eſſe uidetur, doctum pariter & indoctum appellauit. Sed de his iam ſatis ſuperque & propè nimium diximus.

25 *Concluſio primæ rationis.* IGITVR (vt tandem redeuntes ad id unde nonnihil digreſſi ſumus, hanc primam rationem concludamus) ex ijs quæ diximus, ſatis ſuperque apparet, ſpecies antiquiores adeoque digniores numo eſſe, & permutationem venditione. Ex quo conſentaneum eſt, ut cùm vtrumque, ſcilicet numus, & ſpecies, æqualiter interuenit, debeat is contractus cenſeri ac denominari permutatio, vt quæ dignior ſit & antiquior emptione, ſicut ſpecies numo. *Vetuſtiori in dubio attribuendum.* Nam & quod ad antiquitatem priuatim pertinet, quoties dubium eſt, cui quid attribuendum eſt, debet in dubio attribui vetuſtiori, ex ſententia Io. Fab. in §. 1. col. 4. verſ. præterea quoties, Inſt. de act. & Signo. conſi. 167. in curia, num. 22. vbi in id citat l. in finalibus. ff. finiū regund. & l. emancipatum. ff. de Senato. Et quod propius accedit ad id caput, Alber. in l. 2. §. deinde ex his, colum. 1. uer. præterea ſi dubium. ff. de orig. iur. tradit in dubio actum quemlibet denominari debere à uetuſtiori, per d. l. in finalibus, & §. ſingulorum, Inſt. de rer. diui. Et hæc quidem de prima ratione.

26 SECVNDA ratio hæc eſt, quæ ad primam proximè accedit: Quod naturale eſt preualet ei, quod accidentale, aduentitium adſcititium eſt; inſpiciturque potius natura, quàm accidens, l. qui habet, in prin. & ibi Dyn. & Bar. ff. de tutel. & l. ſi quis poſthumos, & ibi Iaſ. in 1. not. ff. de lib. & poſth. Bar. in l. ult. ff. de offi. Proconſ. Bal. in l. 1. C. de cura. furi. Imol. conſ. 35. in caſu præmiſſo, col. 1. Domi. in c. præſenti. §. per illum textum. de preb. lib. 6. & Docto. vbique. At permutatio eſt ſecundum naturam, quippe cùm ſit in ſupplementum naturalis indigentiæ. Venditio autem non ſecundum naturam eſt, ſed magis ſecundum artē & peritiam, vt luculenter declarat Ariſt. lib. politicon 1. c. 5. & duobus ſeq. Ex cuius quoque uerbis facile intelliges, permutationem (quod & ad primā rationem pertinet) eſſe antiquiorem & laudabiliorem vēditione. Vide tamen ad id, quod diximus ex Ariſtotelis ſententia, text. in l. ex hoc iure iuncta gl. in uerbo, commercia. ff. de iuſti. & iure, vbi vtraq; & venditio iuriſgentium eſt. *Natura prævalet accidenti.*

TERTIA ratio: Debemus ſemper dubios & incertos caſus in eo ſenſu accipere, quo minus lędunt, l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. & in cap. in obſcuris, eodem titu. libro. 6. & vtrobique concord. in gl. Et cùm actus quiſpiam poteſt trahi ad duo, quorum vnum prodeſt, alterum nocet: debet potius attendi, quod prodeſt quàm quod nocet, l. non intelligitur. §. ſi quis palàm, & ibi Barto. ff. de iure fiſc. & l. emancipatum. §. ult. ff. de Senato. & l. ſi uir uxori. ff. de uſucapio. pro donat. & l. liberis. §. ſi duo. ff. de libera. cauſ. & l. ſi patronus teſtamento. §. ſi filiuſ. ff. de bonis libert. Cyn. in quadam allegatio. quæ eſt inter conſil. Bald. ante conſil. 41. allegationes domini Cyn. libr. 4. Signo. conſil. 169. quæſtio. column. 4. numer. 22. [Roma. in l. 1. colum. 2. nume. 13. ff. de condict. ob turpem cauſ. [Ioan. Plat. in l. cum allegas. C. de Caſtren. pecul libro. 12. & Docto. ſæpiſſimè. 27 *An inſpiciatur qd plus, an quod minus lædit, vide num. 29. 30. & 31.*

AT permutatio eſt multò minoris detrimenti & pręiudicij, quàm emptio & vēditio. Quod ex eo patet, quod res dotalis in præiudicium mariti eo non conſentiente vendi non poteſt, conſtante matrimonio, l. ſi prædium. C. de iure dot. cum ſimi. at permutari poteſt eo inſcio, Cyn. in Authen. ſiue à me. C. ad Velleia. & Alber. in l. 1. §. & cùm lex. C. de rei vxo. act. Maſuer. in tit. de dote & matri. §. item ſi maritus, Rapha. Co. in §. quamuis. ff. ſolu. matri. Atque etiam ex eo quòd videmus res ſpirituales uendi non poſſe, permutari autem cum alia re ſpirituali poſſe, text. glo. & Docto. in c. ad quæſtiones, extrà de rer. permut. & glo. in cap. ſuper eo, de tranſact. Quorum quidem nulla alia ratio reddi poteſt, quàm quòd permutatio ſuapte natura non tantum affert præiudicij permutanti, & cæteris, quàm mera uenditio. Et id ſanè manifeſtum eſt, uel ceſſantibus, alijs rationibus ex alijs multis, quæ noſtris conſuetudinibus ſtatuta ſunt. Nam ut cætera omittam, uidemus permutationem non obnoxiam laudimijs aut retractui feudali, nec etiam retractui proximitatis, ut hoc ipſo §. cauetur, ne longè exempla petamus. 28 *Permutatio minus lædit, quā emptio. vide nu. 33. & 34.*

ET quamuis hæc ratio non ſatis tuta videri poſſet, quoniam plerunque, imò ſemper, videtur potius eſſe attendendum quod nocet, quàm quod prodeſt, l. 3. §. eleganter, qui eſt ult. & ibi gl. & Bar. in 3. not. & Ro ff. de ſenatuſconſul. Sylla. & l. ſi quis poſthumos, in fin. ff. de libe. & poſth. & l. 2. §. ſi à pupillo. ff. de vſucap. pro empt. & l. auia. §. 1. ff. de cond. & demon. & l. cùm pater. §. Mæuio. ff. de leg. 2. & l. Pedius. §. 1. ff. de arbit. & l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eat. [Et l. 3. §. ſi quis palam. ff. de iu. fiſci.] Dyn. in cap. poſſeſſor, de regu. iur. libro ſexto, & cæteri Docto. vbique. Niſi tamen quod prodeſt, eſſet tantæ uirtutis, ut uinceret id, quod nocet. Bartol. in dict. l. ſi uir. ff. pro dona. per textum ibi, & quoſdam ex ijs quos ſuprà pro contraria parte adduximus, & idem Bartol. in d. l. ultima. ff. de offic. 29 *De eo, an quod minus lædit, inſpiciendū ſit.*

de offic.Proconſ.& in d.l.2.§.vlt.& ibi quoque Alberic. ff. de ſenatuſconſ. Sylla. Bald. in d.l. ſi quis poſthumos, Imo.ind.c.ad quæſtiones, colum. 2.verſicu.item not.de rer.permut.[Ro.in Auth.præterea. colum pen.verbo.ſecundo principaliter.C.vnde vir.& vxor.[Alex.conſ.100. ex inſpectione, col. vltim.lib.2. Fran.Aret.in l.ſi ſeruus plurium.§. ſi numerus, ad fi. ff.de leg.1.Iaſ.conſ.74.præſens conſultatio, col.4.verſ.ſed poſſet vltra,lib.2.& conſ. 74.inſtrumentum tranſactionis, col.2.verſ.quinto facit, lib.3.

30 *De eodem.* Tamen hæc vera ſunt, vt ſcilicet in dubio inſpiciẽdum ſit id quod nocet, quando duo certa & determinata concurrunt,quorum vnum prodeſt,alterum nocet.Ita enim loquũtur leges ſuprà in id citatę, & id videre licet ex Alber. in l.in pari cauſa,col.1. num.4.ff. de reg.iur.& in d.l.auia.§.1.ff.de cond.& demon.Sed quando duo nõ concurrunt, ſed vnum tantùm occurit,quod poteſt trahi ad diuerſos ſeu uſus, actus,vel effectus,debet ad eũ trahi qui prodeſt, non qui nocet. Et ita loquuntur pleræque ll. in priori parte allegatæ. Hic autem ſumus in eo caſu, quia vnicus eſt actus, ſiue cõtractus,qui dubius eſt, ſitne ad permutationem trahendus, an verò ad emptionem & venditionem. Ideò cùm illa minus noceat, ad eam potius trahendus eſt.Nam & aliàs cùm ex duobus ſimplicibus fit mixtum quodpiam, ex quo noua quædam ſpecies oritur,participans naturam vtriuſque, in quibus tamen repugnantia quædam deprehenditur: tunc illud mixtum debet ſibi aſſumere,quod vtilius eſt, & fauorabilius ex altero ſuorum ſimplicium l.1.C.de rei vxo.act. & l.1.C.com.de leg.& c.1.& ibi not.extrà ne ſede vacã. Pet.Ancha.conſ.70.apparuit,poſt princ.quod repetitur conſ.346.Et aliàs quoque in commi tis ſequimur naturam eius quod fauorabilius eſt & benignius. Alber.poſt gl.in l.2.§.1.ff.ad leg.Aquil.

31 *De eodem.* Vel etiam aliter dici poteſt,multis quidem modis: aut ſcilicet, quòd illud procedat, vt potius inſpiciatur quod nocet,quàm quod prodeſt,niſi vnum eſſet naturale,alterum accidentale:tunc enim inſpiciendum omnino eſt,quod naturale eſt,ſecundum Ro.in l.2.in prin. & ibi Fran.Aret.colum.4 ff.de uerbo.obli. per d.l.qui habet.& Io.Crot.in repet.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ,char. 6.ver.quarta concluſio.ff de libe.& poſth. Superius autem docuimus ex Ariſtotelis ſententia permutationem naturalem eſſe, venditionem accidentalem. Aut etiam procedat,niſi cauſa quæ prodeſt,ſit benignior.l.ſi pupillus.ff.ad leg.Falc.Alc.in l.2.in princ.ff.de verbor.obl.& in tract.præſump.reg.1.præſump.30.num.6.Aut(quod præcedenti connenit)niſi id quod prodeſt, ſit fauorabile:quod nocet,odioſum:vt per Petr.Anchar.multa in id allegantem conſ.37.contra Ioannem,poſt medium.Aut denique,niſi id quod prodeſt, uériſimilius ſit potius cogitatum ab ijs, qui actum ipſum conficiunt: vt voluit Imol.d.conſ.35.in caſu præmiſſo,col.4.verſ.ad tertium. Hîc autem veriſimilius eſt partes cogitaſſe de permutatione, quæ minus nocet, & quæ facit ne res retrahi poſſit,& ſic contractus maneat perpetuus & irretractabilis, ſecundum ea quæ diximus ſuprà in præfat.num.24.imò verò illa,& ſeq.

32 *Eum contractum debemus accipere, qui eſt utilior.* Et id poſtremum hac quoque ratione confirmatur,quòd cùm dubitatur quis contractus factus ſit, eum accipere debemus,qui ſit vtilior contrahentibus glo. in l.ſi quis nec cauſam,in prin.ff.ſi cer.pet.Bald.in l.incendium,ad fi.C.eod.tit.& conſ.48.iſta quæſtio, in fi.lib.4. Et licet Pau.Caſt.in l.cùm quid,ad fi.ff.ſi cer.pet.& in l. Lucius,la 1.ff depoſi.id videatur impugnare, cùm alteri tantùm contrahenti vtilius eſt,per l.veteribus. ff. de pac. tamen ex eius tacita ſententia id uerum eſt,ſi vtrique vtilius eſt, & ſequitur Io. Lup.in repet. Rub.de dona.inter vir.& vxo.§.7.col.1.uerſ.5. Nam & aliàs cenſetur quis actum gerere ea intentione,& ex ea cauſa, quæ ſibi magis eſt utilis,l.1.cum multis ſeq.ff.de ſolu. Bar.in l.gerit, col. 5.uerſi.ad ſecundum.ff.de acqu.hær.Cor. conſ.308. licet dicta allegatio,col.3.uerſi.& idcirco, lib.1.

Nec ab his abhorret,quod Bald.ipſe, alterius ſententię Coryphæus,in eo ipſo loco, quo eam adſcripſit, ſcilicet in præludijs feudorum, apertè ſentit, in dubio appellatione contractus,eum eſſe cenſendum, qui ſit fauorabilior:ex hoc affirmans illam ſuam ſententiam, uidelicet in caſu noſtro cenſendam eſſe uenditionem potius, quàm permutationem, quoniam illa ſit fauorabilior,ut ſuprà diximus in prin.huius quæſt. Sed is longè fallitur, in eo quòd dicit emptionem & uenditionem eſſe fauorabiliorem: ut ex ijs patet quæ diximus, & quæ item ſtatim dicemus in 4.ratione. Atque etiam ex eo, quòd in contractu permutationis eſt locus pœnitentiæ. Bald.in Rub.C.de rer.permu.Imo.in d.l.Ariſto.ff.de donat.Iaſ.in l.iuriſgentium,& in l.ab emptione. ff. de pac. & Docto.ubique, neque enim dubium eſt permutationem eſſe contractum innominatum.glo. & Docto. in d. Rub.C.de rerum permu.in quo locus eſt pœnitentiæ, l. ſi pecuniam,in prin.ff.de cond.ob cau. non autem in cõtractu emptionis & uẽditionis,& alijs nominatis,ut plenè traditur in d.l.ſi pecuniam, & in d.l.ab emptione, & in l.2.C.quan.lic.ab emp.diſce.Nec dubium eſt,cùm fauor & odium concurrunt(ut id ſuprà dictis addam) fauorem eſſe præferendum.Bal.in l.2.C.qui non poſ. ad liber.per.Pet.Ancha.d.conſ.37.ubi in id multa allegat.& iterum conſi.215.ſcripſit,col.2.uer.in contrarium, Pan. in c.in literis,ad fi.extrà de reſt.ſpol. 33 *De eodem.* *In permutatione locus eſt pœnitentię.* *Fauorem odio præferri.*

Quarta ratio:ubi actus ſe habet ad prohibitum & permiſſum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum gl. in l.2.in uerbo,probaretur.C.de pet.hære. quem not. & ſequitur Bal.in l.1.col.2.ff.ſol.matr.& bene facit l.meritò.ff.pro ſoc.cum ſi.Et quod non longè ab eo abeſt in dubio actus ita debet interpretari,ut agens pęnam non ſubeat.Barto.in l.non ſolum.§.ſciendum.ff.de no.op.nũc. cum concor.ibi adductis à recentioribus. Emphyteuta autem non poteſt,inſcio & inconſulto domino, uendere:& ſi id fecerit,cadit res in commiſſum.l.ult.C.de iur. emphyt.Permutare autem poteſt liberè & impunè. Bal. in l.ſi domus.§.ult.ff.de leg.1.Imo.in c.potuit, column. 13.extrà de loc.Iaſ.latè in d.l.ult.col.30.in glo.parua,ſuper verbo,tranſponere.Igitur cùm venditio ſit prohibita,& ita quidem prohibita,ut qui contra fecerit, incidat in pœnam,permutatio autem ſit permiſſa & impunita: conſequens eſt,ut in dubio ſit potius cenſenda permutatio,quàm uenditio.Sed hæc ratio non haberet locum,niſi in reb.emphyteuticis. 34 *Actus dubius ad permiſſum trahendus,magis quã ad prohibitũ.*

Quinta ratio;Cùm ſimul concurrunt res mobilis & immobilis,accedit mobilis immobili, & illius naturam mutuatur & ſequitur, ut patet ex l.eum qui ædes. ff.de uſuc.& l.longè.ff.de diuer.& temp. præſc. ubi ſi res mobilis & immobilis ſimul poſſidentur, mobilis non uſucapitur triennio,ut aliàs, cùm ſola eſt,& per ſe uſucapitur:ſed ſpacio decem annorum,ut res immobilis.Nec id immeritò ſi cedat mobile immobili,tanquam ſcilicet infirmius firmiori,euanidum,temporale,deciduum ſtabili, perpetuò manenti, per ea quæ diximus ſuprà eodem titu.§.1.in gloſſ.7.in uerbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*,nume.83.ego autem contrà. Poſſeſſio.n. rerum mobilium vilis eſt & abiecta.l.ſi rem, & ibi glo. ff.de acquit.poſ. Igitur cùm fundus & precium ſunt paris æſtimationis(nam de hoc caſu loquimur) conſentaneum eſt,vt precium quod mobile eſt, cedat fundo immobili,& ſic potius dicatur permutatio, habita ratione fundi,quam uenditio ratione precij. 35 *Mobile accedit immobili.*

Quid quòd Barto.in d.l.1.col.2.uerſicu.quæro extra glo.ff.de rer.permu.ſcribit in hoc ipſo caſu, de quo loquimur,uidelicet cùm non cõſtat,ſitne permutatio, an uenditio, in dubio dicẽndus eſt cõtractus innominatus. 36 *An ſit potius indicãdus cõtractus innomi-*

Quem



*natus, quã nominat.* Quem ibi ſequuntur Rapha. Fulg. & Iaſ. in vlti. verbis, qui id negat alibi ſe ſcriptum reperiſſe:ſubditque ex hoc putare ſe,reddi falſam illam Bald. opin. quam ſuprà in princip.huius quæſtionis adduximus, cùm ſcilicet dicit in hoc dubio potius cenſeri venditionem,quàm permutationem. Sed & hanc Bart. ſententiam ſequuntur Imo. & Ro.in d.l.Ariſto.ff. de donatio. & idem Ro.qui & ob id expreſſim illam opi. Bald.reprobat, conſ.86.viſo quęſtionis themate, col. 1. & Ioan.Barba. in titu. de rer. per muta.colum.2.verſic. quæro quid ſi ex vna.& Guid Pap. d.deci.Delph.92.de conſuetudine,per tex.in d.c.ad quæſtiones.Firmia.in tracta.Gabel.in 3.parte 8.partis princ. in.2.quæſt.uerſic. item an habeat,& ipſe Iaſ.qui & illam Bald.ſententiam, quam tamen dicit ſingu. reprehendit, in l. 2.col. ulti. uerſicul. quid autem eſſet, & ibi quoque Franc.Ripa colum.ulti. ff. ſi cert.peta.& idem Iaſ.in prælud.feud.colu.8.uerſi. nota tamen inter cætera.& Catel. Cotta in memo.incip. contractus an in dubio. & Ferro. hoc tit.de retractu conſuetudinum Burdigal.ca. 29.& Igne.in l.3.§.ſi conditione, verſ.& ſi aliud, nu.29. ff. de S. C.Syllaniano.

37 *De eadem re.* Quanquam Bald.ipſe (cuius nullus iſtorum meminit) conſil.261.primò quæritur,ſtatuto cauetur, colum. 2.uerſicu.præterea cum dubitatur,lib.1.contrariũ eius, quod ex Barto.diximus, e diametro ſcribit,uidelicet in dubio nominis contractus, præſumi contractum nominatum:vt dicit no.in l.ſi margaritam.ff. pro ſocio.& idẽ dicit ipſe Bal.in ſua Margar.in uerbo, contractus, col.2. verſ.contractus dubius,per l.vlti.ff. de condict. ob cauſ. Sed pro alia ſententia facit,quod uoluit gl.not.in l.elegãter.§.1.in verbo,ex ſtipulatu de dolo,poſt prin. verſicu. ſed quare in dubio.ff.de dolo malo.quod cùm non conſtat de ſpecie,vel nomine contractus, cenſetur cõtractus innominatus,& hoc ibi ſequuntur Barto.& Bald. qui eũ §.legit cum prin.eius l.colum.ul & Iaco.Are.qui id multum commendat,vt dicit ipſe Bald.in l.1.C.de iure emphy.Et eſt eius rei optimus tex.in l.1. ff. de æſtima. act. in illis verbis, quoties enim de nomine contractus alicuius ambigeretur,&c.[& ibi Iaſ.notat.] Et bene etiam facit tex.in l.1.& ibi gl,in uerbo,non poſſumus, & duabus ll.ſequen.ff.de præſcrip.verb.& uoluit etiam Iaſ. qui & ea iura allegat,conſ.174.ſpectabilis,col.1.lib.2.

38 *An ī prin. quæſt. magis dicẽdũ ſit eſſe duos cõtractus.* Nec interim tamen omittemus, quod in ſpecie propoſita tradit Alcia.in d.l.2.in princ nume.18. tertiò infertur.ff.de verbor.oblig.& lib.3.de verbo.ſign.charta 8.uerſi.in ſecundo caſu, ibi, ſed in hac quæſtione, quòd cùm æquales ſunt vtrinque ſpecies & pecunia, duo ſunt contractus,& permutationis,& venditionis, pro media parte:nec aliquid tamen allegat. & idem quoque nouiſſimè repetit ipſe Alcia.in d.l.2.in verbo, aliud genus,colum.2.verſic. quartus caſus. ff.ſi cert peta.per l.ſi ſponſus.§.circa,& l.cùm hic ſtatus.§.penul.ff.de dona.inter vir.& vxor. Et hoc quoque ſubobſcurè cenſuiſſe videtur Spec.tit.de rer.permu.verſ.ſi vero res. & Cy.in l.quæritur.ff.de ſtat.hom.vbi Ang.nuncupatim eam ſententiã ſecutus eſt. Nam ſi ex ſtatuto(inquit) debeantur laudimia ex uenditione, non etiam ex permutatione: ea in hoc contractu,de quo tractamus,ſoluantur pro rata precij,qua ſcilicet venditio eſt: pro altera, qua permutatio eſt,non ſoluantur.Et ſi ex ſtatuto debent ſolui ex permutatione duo denarij pro libra, & decem ex uenditione: certè quatenus permutatio eſt, ſoluentur duo denarij: quatenus venditio decem.Nam vt ſubiungit, duo cõtractus poſſunt ſic eſſe permixti, l.Lucius. ff. de præſcript. verb. nulla tamen l.eſt eius initij in eodem titu.& fortè voluit allegare l.Titius, eiuſdem tit. quæ quantum ad id faciat, cęterorum ſit iudicium. Et idem propè voluit Bald.in d.l.quæritur,in 3.lect.in fi.

39 *De eadem re.* Sed contra hanc ſententiam facit,quòd cùm vnum tantum negocium actum eſt,nõ uidetur poſſe dici,duos eſſe contractus,vt in ſimili dicitur in l.2.§.1.ff.loca.& facit l.ult.ff.de cond.ob cau. nec ex vno quoque ac eodem contractu oriri poſſe diuerſas ſpecies contractuum, d.l. 2.& ibi Bart.& alij.ff.ſi cert.peta.& l.1.§. quòd ſi rem.ff. depoſi.& l.idemque. §. ſi quis Titio. ff. mandat. & facit item,quod aliàs diximus,unam ac eandem rem, nec debere,nec poſſe diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes ff.de vſucap.vbi ex hoc dicitur,unum alteri cedere, eodemq; iure cenſeri,ut etiam diximus ſupra num.35. quinta ratio,cum alijs concord.à me adductis ſuprà eodem titul. §.1.in gl.18.in verbo,*le pris*,&c.nu.21. at dicet quiſpiã, & latius in l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus. nu. 284.tertia ratio.

Illam tamen priorem Alciati & aliorum ſententiam,ne id prætermittamus,videtur ſecuta fuiſſe conſuetudo Senonenſium c.conſuetudinum illius gentis 32.& Andegauenſium,c.353.& Cenomanenſium,cap.163.& Auxerrenſium,hoc titu.§.2.qui eſt omnium 33. Et eam quoque mirum in modum confirmat, quod in non longè diſſimili caſu voluit Baldus ille, qui nullo in caſu abeſt,d.conſ.261.primò quæritur ſtatuto, colum.3.uerſic. non tamen nego, libr.1.atque iterum conſ.451.nobilis Marchius,colum.2.verſi.in contrarium videtur, eodem lib.1.& Matth.Afflict.in deciſ. Neapo.72. Nardus Andreas,colum.ultima uerſiculo unde fuit concluſum, uti apud eos uidere poteris, ne hîc alıter repetam, & quæ nos quoque latè ſcripſimus in d.l.ſi unquam, in d.uerbo,donatione largitus, nu.5.at fortè quis, rurſumq; nu. 69.& id quidem. 40 *De eodem. Conſuetudines.*

Et facit etiam pro hac parte,quod ultra Angel. ubi ſuprà uoluerunt Cyn. & alij in l.in bonæ fidei. C. de pact.idem Dyn.in l.hac conſultiſſima §. per nuncupationem.C.de teſta.Barto.in d.l.ult.ff.de cond.ob cau. idem Bar.Fulg.Roman.Alexand. Soc.& Phil Dec.in d.l.2. in prin.ff. ſi cert. peta. quòd ex uno eodemque facto oriri poſſunt duo contractus compatibiles,& allegant propè omnes,l.2.C.de pact.inter em. & uend.& l.Ariſto.in prin.ff.de don.ubi ex eodem facto ſit commixtio contractus nominati & innominati. Et idem quoque uoluit Franc.Are.in l.certi.§.quoniam,in 1.nota ff ſi cert.peta. per eum tex.ibi,ſiue coniunctim.Sed tu de hoc uide, ne hîc diutius immoremur,Soc.in Rub.ff.de uerbo. oblig. colum.7.uerſ.ſed circa prædicta.& Franc. Ripa in d.l.2. in 2.notab.ff.ſi cert.pet.Hunc autem noſtrum caſum huius noſtræ,diffuſiſſimè,ut ſolet,tractat Io. Igne. in l.3.§. ſi conditioni, uerſ. & ſi aliud, numero 16. & multis ſequen. uſque ad numerum 51. ff. de ſenatuſconſ. Sylla. ſed ita, ut uix intelligam, quæ illius ſit in his rebus ſententia. 41 *De eodem.*

## PAR LE IVGE, A IVDICE, Gloſſ. II.

Huc facit textus in l. ſi fundum. ff. mand.ubi dicitur, quòd ſi tibi mandaui,ut mihi emeres fundum, qui ex parte tuus eſt: aliorum partibus à te redemptis, tuam quoque præſtare debes:ſed ita quidem, ut ſi certo precio emendas eas mandauerim, quanticunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars coarctabitur,ut non ſuperet mandati quantitatem,in quam totum emendum curaui: id eſt, ut interpreter uerbis noſtrorum, tuam partem dare debes pro reſiduo precio. Sin autem nullo certo precio conſtituto, emere tibi mãdauerim, tuque ex diuerſis precijs partes cæterorum redemeris, tuam partem uiri boni arbitratu æſtimato precio,mihi dari oportet.Quem textus dicit ſingu. Bartol. ibi. & notabilem Bald. in l.1. in 6.q.C.ſi ſer. exte.& multum commendat Iaſon in l.ſi quis ita. §. Seia cauit, 1 *Quomodo in hoc caſu æſtimandæ ſint ſpecies.*

 colum.

columñ. 2.ff.de verbo.oblig. Et faciunt quæ diximus ſupra §.2.numer. 27. quid igitur. Quod autem in ea l.dicitur, arbitratu viri boni, intellige iudicis. ita enim interpretatur l.continuus.§. cùm ita.ff.de verbor.oblig.& l.ſi vnius.§. prætor ait, & ibi gloſſ de iniur.& gloſſ.in l. omnis,quæ eſt penul.ff. de procu & in c.potuit, in verbo,celeri,in fi extrà de loca.cum ſimi.

*Vir bonus, iudex intelligitur.*

2 *An retractus habeat locũ reſpectu ſundi æſtimati.*

AT hic quęſtionis,eſt an retractus habebit locũ reſpectu huius fundi æſtimati. Et ſanè, ſi alter fundus, puta Sempronianus, qui ſolus datus eſt pro hoc, ſcilicet Corneliano, & pecunia, non retraheretur à conſanguineis eius, qui illum Sempronianum dedit (vt retrahi poteſt ſecundum hanc noſtram conſuetudinem) putarem, nec hunc Cornelianum eſſe obnoxium retractui conſanguineorum eius,qui eum dedit pro Semproniano: quia tũc nihil deperiret familiæ,ſed potius acquireretur, nempe fundus precioſior pro viliori. At retracto illo precioſiore,ſcilicet Semproniano,videlicet reſtituto à conſanguineo eius,qui eum dederat,precio, quod pro eo datum eſt,& æſtimatione alterius vilioris,vterque ei abeſt, qui viliorem dederat:& vilior ipſe,quem ille dedit:& precioſior,qui ab eo retractus eſt: perindeque nunc eſt,ſcilicet retractu precioſioris facto, ac ſi ab initio ſimpliciter is illum viliorem vendidiſſet eo precio,quo ob retractũ æſtimatus eſt,& quod ei reſtituitur.Nam & ea æſtimatio & æſtimationis reſtitutio fit ex conſequentia neceſſaria prioris contractus, ita ſtatuente conſuetudine. Et hæc quidem neceſſitas (ſi ita vocari debeat) ortum habuit ex principio voluntario,id eſt,ex mera uoluntate huius, qui ita ſponte cõtraxit, vltroque ſe in eam neceſſitatem coniecit. Ideò non hæc habetur pro neceſſaria uoluntate,ſed potius voluntaria,l.1.§.quòd ſi exiſtant, cum glo. in verbo,pacto.C de natur.liber. & l. alienationes.ff.famil.erciſ.& quod ſcribit Ange. conſ.243. multi conſortes,poſt prin. cum alijs multis à me traditis ſuprà eodẽ tit.§.1.glo.14.in uerbo,*ou equipollent à vente*,num.13,& has quidem, & duobus ſequentibus. Ne quis hìc obijciat,quod multis placuit, retractum non habere locum in venditione neceſſaria.de quo nos latè diximus in illa eadem glo.num.7.tamen ſi teneas,& quatuor ſeq. Nec quis miretur,quod diximus,id ex euentu pendere: nec enim id nouum eſt in iure noſtro,ut plenè docebimus infrà in ſi.huius tit.nu.18.ſed ut tandem, & duob.ſeq.

3 *De eadem re.*

IGITVR ex facto huius contrahentis, res immobilis ipſius tranſit in familiam alienam: & id quidem numerato eo,quod conſuetudo ob factum illius iubet reſtitui. Atque ita caret & re,quam habuerat ex huiuſmodi contractu,ut quæ retracta eſt à conſanguineo eius cũ quo contraxit:atque etiam re,quam dederat, vt quæ manet apud eum,cum quo contraxit: & cogitur recipere æſtimationem illius:quod nihil aliud eſt, quàm ut eam vendidiſſe cenſeatur eo precio,quod ex æſtimatione recipit.Et ſi id non eſſet propria ueraque uenditio, haud dubiè tamen æquipolleret venditioni. Ideò nihil eſt,qđ dubitandum ſit, quin retractus in ea locum habeat ex priuata noſtra conſuetudine,ſuprà § 1.Et ſi non haberet, eſſet aperta via fraudandi conſanguineos,ita,vt hìc dicitur,contrahendo:quod non admittendum eſt,l.cùm hi.§.ſi cùm lis.ff.de tranſac.& c.quantò,de diuort.cum ſi.

IN FINE EIVSDEM §.
Gloſſ. III.

1 *Laudimia an debeãt, ſolui p rata pecuniæ cum traditur pecunia et ſpes.*

HIc finis huius §.eſt ex ſententia Cyni, Baldi,& Angeli,in l.quæritur.ff.de ſtatu homin.vbi dicunt,quòd ſi emphyteuta permutat rem valentem centum,cum re valente ſexaginta, & quod reliquũ eſt æſtimationis recipiat in pecunia, debent ſolui laudimia ex pecunia,non ex re,vti etiam ſuprà diximus in 1. gl.huius.§ nu.38.nec interim.Verùm Iac. à S. Georg. in tract.de Rhoidis,ſiue operis,col.10.verſ. ſed ponamus, tenet quòd ex neutro debentur, cùm huiuſmodi contractùs cenſeatur eſſe permutatio,non venditio,per ea quæ diximus ſupra eo.§.gl.2.nu.9.ſi autem non cõſtat.Et idẽ videtur voluiſſe Guid.Pap.dec.Delph.92.de conſuetudine generali,ad fi.Quem ita ſequitur Andr.Alc. lib.3.de verb.ſig.char.8.verſ quapropter ex conſuetudine,& in l. 2.in prin.nu.19.ff.de verb.oblig.

§. XXXI.

SI LE mary,& la femme,& chacun d'eux pour le tout vendent ſur eux, & chacnn d'eux aucune rente: ainſi comme le crediteur la peut demander pour le tout, auquel des deux il voudroit:ſemblablement le lignagier de l'un ou de l'autre peut in ſolidum venir au retraict de ladicte rente,& y eſtre receu dedans l'an & iour. Et ſi le lignagier du mary la retraicte,vel econtrà,le lignagiers de l'autre (s'il vient dedans l'an & iour) ſera receu à retraire la moytié.Et ſi ledisdictz deux lignagiers tant de mary, que de la femme viennent enſemble,ilz ſeront receuz chacun en la moytié. Ou quel cas qu'ilz ſeront concurrens, chacun n'en pourroit demander que la moytié.

*SI vir & vxor & quilibet eorum in ſolidum ſuper ipſis & quolibet eorum vectigal aliquod annuum vendiderint, quemadmodum creditor à quolibet eorum in ſolidum idipſum exigere poteſt:ita & conſanguineus cuiuslibet ipſorum intra annũ & diẽ in ſolidũ admittitur ad retractũ. Et ſi conſanguineus mariti id retraxerit,vel è cõtrario conſanguineus alterius,ſi quidem intra annum & diem venerit,admittetur ad retractum dimidiæ partis.Quòd ſi ambo ſimul cõcurrant,alter viri,alter vxoris conſanguineus,vterq; eorum pro dimidia parte admittetur, neque poterunt ita concurrentes niſi dimidiam ipſam partem petere.*

GLO. I. ET VNICA.

1 *Si maritus & uxor et eorum quilibet vendiderunt annuum vectigal,*

HANC rẽ expreſſim, & ĩ ſpecie huius §. diſputat Io.Fab.in ∫.vlt.col.2.verſi.ſed egò moneo, Inſt.de duobus reis.Maritus(inquit)& vxor & quilibet eorũ ĩ ſolidũ renũciantes Auth.de duobus reis, vendunt decem libras annuas: duo conſanguinei,alter viri,alter uxoris, volunt retrahere ex conſuetudine permittente retractum conſanguineis venditoris: quid agendum eſt: nam ſi ambo admittuntur & quilibet in ſolidum, emptor habebit duplex precium, & ille qui non eſt de genere retrahet, quod alius, cuius non eſt conſanguineus, vendidit. Et ſi dicas, quòd quilibet admittetur ad ſolidum obligationis uenditionis de ſuo genere, adhuc habebit emptor duplex precium. Quòd ſi dicas, quòd quilibet ſolu et dimidium precij, certè admittetur ad ſolidum: ſoluendo tantùm dimidium precij, contra conſuetudinem, quæ iubet ſolidum & integrum precium

*vtrius conſanguinei admittuntur.*



precium réſtitui. Quòd ſi unus tantùm de genere alterius ueniat,erit maior quæſtio, quia ſolueret totum precium,& non retraheret, niſi obligationem ſui conſanguinei:& ſic remaneret apud emptorem alia portio ſolida & integra,& totum precium. Quòd ſi dicas,quòd quilibet admittetur ad medietatem, erunt aliæ duæ medietates apud emptorem. Et ideò relinquit Fab. cogitandum. Sed hìc vide Chaſſ.hoc eo.tit.§.23.in gloſſ.2. num.6. ex iſtis denique, & ſeq. Eſt autem ſimilis omnino huic noſtræ conſuetudini, Borboniorum conſuetudo,cap.466.

*Cõſuetudo.*

2 *Quid ſi illi vendunt, quod alterius tantũ eſt.*

SED hic locus offert quæſtionem,quam ex facto vidimus: Vir & vxor ſimpliciter, uel quilibet eorum in ſolidum,aliquid vendunt, quod eſt alterius eorum tantùm,(id quod ſępe faciunt fieri ementes,ut contra vtrũque euictionis nomine poſſint agere)an hoc caſu conſanguineus eius, cuius erat res uendita, admittatur in ſolidum, an uerò & conſanguineus alterius quoque admittatur? Dic ſolum conſanguineum eius, qui dominus erat, eſſe admittendum: quia is ſolus totum vendidiſſe videtur, qui ſolus eſt dominus, argumento eius, quod reſpondit Bartolus, prout illum retulere, & ſecuti ſunt Bald.& Sal.in l.ſi liqueat,& ibi quoque Franciſ.Aretin. qui eam l.legit cum l.ſi mater.C.de inoff.do. quod ſi vir & vxor in eodem inſtrumento donauerunt rem viri,ipſe vir tantùm cenſetur donaſſe,per textum, ibi, & in l.2. C.ſi aduer.donat.& idem Baldus,& Alexan. in l.ſi conſtante.§.ſi uxor.ff.ſoluto matr. Quibus adde text.in l.ſi res.ff.de iure.dot.& quod uoluit Bal.in Authen.hoc amplius, col.vlt. C. de fideicom. quem citabimus infra nu. 6.& quod item uoluit Iaſon conſ. 193. concurro, in fin. lib.2. Et quia etiam ratio retractus hic ceſſat,cùm ea res non exierit à familia.

3 *Intereſſe conſiſtit in pecunia numerata.*

QVòD ſi quiſpiam hìc dicat, ut aliquando nonnullos doctos audiuimus dicere, hunc qui adhibitus eſt ad contrahendum, licet non eſſet dominus: tamen teneri ad euictionem, ſi res euicta fuerit: uel inſolidum, ſi ita promiſerit:uel ad minimum pro uirili parte, ex l. reos. §.cùm tabulis.ff.de duob.reis. & ibi concor. quæ quidẽ euictio id totum quod emptoris intereſt, comprehendit,l.venditor.ff.de euict. & l. ſi controuerſia, & l. cùm ſucceſſores.C.eo.cum ſim. ideò tenetur emptor in alium fundum æqualis æſtimationis: vt probat text.in capil.1. tit.de inue.de re ali.fac.& in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, el 1.extrà ut lit.pen.neque enim ſatis eſt, ſi offerant quantùm precij nomine dederit,d.l.cùm ſucceſſores. Igitur aberit à familia is fundus, quem loco alterius pro euictione debet. Huic ſtatim illud reſpondebo,non inſpiciendum eſſe,quòd ille obligatur ad euictionem. fortè enim res nunquam euincetur:nec ſatis eſſe, quòd euinci poſſit,per not.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verbor.oblig.& in l.ſi diem.∫.ult.ff.de iuriſdict. omn. iudi. & Ioan.Fab.in §. illud quæſitum, Inſtit. de rerum diuiſ. Deinde nec illud ſtatim concedo, ut is teneatur ad æquale prædium. nam in iure id non probatur,ſed potius contrarium:ut colligi poteſt,ſi ſolerter inſpiciamus, ex l.fideiuſſor.& ibi Bart. ff. de doli mali except.& eodem Bart.in l.ſi inſulam.in 3.oppoſ.2.partis princip.& ibi latius Imol.char.ult.ff.de uerb.obli.& Bal. in l. ſi traditio, in 7.q. C. de actio. empt. Ex quibus intelliges euictionem non in eo eſſe,ut reddatur fundus ipſe euictus, ſi ad manus uenditoris redierit,nedum ut alius tradatur, ſed in eo tantum quod intereſt: id quod conſiſtit in pecunia numerata,ut per text. in l.ſi quis ab alio. ff. de re iud. & voluit glo.not.in extrauag.prouidè,in uerbo,obligationibus,tit.de ſent.excom.quæ ob id dicit eũ text. loquentem in debito pecuniario habere locum & in obligationibus ad intereſſe. Quæ autem traduntur in d. ca.1. de inue.de re ali.fac. & in dicto cap.eccleſia ſanctæ Mariæ, ſunt caſus ſpeciales,ut non obſcurè ſentiunt Doct. in eis locis.Poſtremò ſi is cogatur ad tradendum aliquod prędium, uel etiam ad uendendum, quò ſoluat pecuniam ob quam condemnabitur pro huiuſmodi intereſſe: tunc haud dubiè admittetur conſanguineus ad retrahendum id prædium traditum uel uenditũ,reſtituto precio prioris uenditionis, pro quo tunc dabitur, uel æſtimatione ipſius intereſſe, iuxta ea quæ plenè dicta ſunt ſupra §. 1. glo.14.in nerbo, *ou equipollent à vente*,pluribus in locis. Et tunc nihil aberit à familia.

4 *Cùm uir et vxor uendunt, ad quem eorũ præſumitur pecunia puenisse.*

NEC tamen aliud omittemus, quòd in caſu noſtræ conſuetudinis,uidelicet cùm vir & vxor ſimul vendunt, & fatentur ſe recepiſſe precium,& Bart. conſ.124. punctus quæſtionis talis eſt,Domina P. dicit præſumi pecuniam ad utrumque pro dimidia parte perueniſſe, argu. d.l.reos §.cùm tabulis.ff.de duob.reis. quo in loco Fran. Aret.huius conſ.meminit, nec tamen aliquid certi diffinit: ſicuit nec Alex.qui & illum memorat, conſ.38.cõſideratis his,col.1.uerſ. fortius uoluit, lib.2. Verùm id expreſsè ſequitur Paul.Caſtr.in d.∫.cum tabulis,& conſ. 296 uiſis actis & actitatis coram domino Aſtorgio, col. 1.lib.1.& rurſum conſ.360.Bar in quodam, in princip. eod.lib.1. & conſ.362. ſuper primo dubio præſuppoſita cæcitate,ante fi lib.2.& Franc.Cur.ſenior conſ.54. ſæpe,col.2.verſ.pro qua parte.& Lud.Bolog. in l.ult. ff.de iure dot.in 2.interpreta.& ante eos Bal.in l.mater, col.4. uerſ.modò quęritur.C.de rei vendi niſi(inquit ipſe Bal.) appareat contrarium. Verbi gratia,ſi primùm vir recepit totum precium, poſteà uxor ſe precium participaſſe dicit: nam ex præambula numeratione apparet uirum totum recepiſſe: ex ſequenti verò confeſſione, licet inducatur probatio inter emptorem & mulierem, non tamen inter maritum & uxorem. Idem autem Bald.in l. 1.col.2.uerſ.prædicta faciunt.C.de duo.reis, poſteaquã illam Bart.ſententiam retulit, nulla re alia adiecta confeſtim ſubdit,hæc non determino. Idem prætereà in c. conſtitutus,ad fi.extra de procur. In eodem (inquit) inſtrumento uir & vxor poſſunt eſſe duo rei credendi in ſolidum,ſed non debendi,niſi tota pecunia perueniat ad vxorem:ut dicit not. à Spec. quo loco ſtatim citabimus. Et ſubdit tamen, habes gloſſ. quòd unuſquiſq; pro parte acquirit, & pro parte tenetur, in l. ſcripturę.C de fide inſtrument. nec aliud addit, tanquam hæreat in ſalebra.

5 *De eodem.*

IDEM denique Bal.in Auth. ſi qua mulier,col.2.verſic. pone ergo quòd uir. C. ad S. C. Macedo. conſtanter aſſerit, ex confeſſione non pręſumi aliquid ad eã perueniſſe,niſi id verè probetur,per tex.ibi. niſi ſi coram iudice in figura iudicij id faciat. ſecundum Nicolaum Matt. argu.l.nec ſi volens,& l.cùm affirmes,& l.iubemus.C.de lib.cau.& ſequitur Sal.& Pau Caſt ibi & Imo.in c. cùm contingat,col.15. verſ.ſed iuxta prædicta poteſt dubitari,extrà de iureiur.& in l.ſi cùm dotẽ.§. tranſgrediamur. & ibi quoque Ro.ff.ſol.matr. & in l.cùm vir,col.antepe. verſi.item aduerte,quia poteſt.ff.de de vſucap.Pan.conſ. 44.in præſenti quæſtione, col.1.lib.1. & Ang.Are. in §. eſt & aliud,col.1.verſ.& aduertas,Inſti.de donat.& in §.item ſi in iudicio, col.17.verſ.quid ſi cum iuramento, Inſti.de excep.& Alex. ſubdubius tamen, conſ.109.viſo proceſſu,lib.4.& conſ.172.in cauſa & lite,col.5. verſic. ſimiliter non obſtat,lib.6.Bal.Nouel.in tracta. dotium, in 1.priulegio 7. partis princ. & Ioan. Campe. in tract. eiuſdem titu.in prima quæſt.4. partis.Soci. conſi.15.cõſ. prædictis,col.6.uerſic.eſt ergo aduertendum, lib.1.& Matthæ.Afflict.dec.Neapo.209.in cauſa ſororis,vbi dicit hanc opinio.fuiſſe probatam,& ſecundum eam iudicatam fuiſſe à ſacro con.Neap.& Fabia.in tracta.de emptio.& venditio.in 37. quæſt. 3. partis principa. & Bernard.Laud.in additio.Barto.in dicto conſ.124.& Steph. Bertr.cõſ.236.multa ſunt,nu.22.li.1.Et idẽ voluit Spec. tit.de oblig.& ſol.§.ante omnia.verſicu. ſed porrò vir &

vxor,& ibi Ioan.Andr.in addi.poſt Vber.Bob.& Alb. in d.Auth.ſi qua mulier,ubi & alios Antiquiores citat. Et facit quod ſcripſit Homod. conſi.41. omiſſa narratione. Sed & idem Bal.de hac re ſcripſit in l.ſi eum ſeruum, colum.2.verſ.ſed quid ſi mulier.ff.ſi cert.pet. ubi addit iuramentum mulieris, ut nonnulli alij ſuprà dictorum.

6 *De eodem.*

Nec interim tamen prætermittam, quod in eadem propè ſpecie tradidit Bald.in Authen. hoc amplius,col. pen.verſ.& not.hìc arg. C. de fideicomm. quòd ſi vir & vxor in eodem contractu ſunt nominati, & primo quidem loco vir,ſecundò vxor, præſumitur vir principaliter contrahere,uxor uerò intercedere,argumen.tex. ibi, ante ſi cùm dicitur,prout quiſque eorum prior nominatus. Subiungit autem,quòd quando ſunt ambo pariter obligabiles, vterque cenſeatur principalis, niſi contrahatur ſuper re unius tantùm, uel niſi ad unum tantùm res perueniat.l.non ſinguli.ff.ſi cert.pet.vel niſi color ſit quæſitus.l.vir vxori.§.ult. ff.ad S. C. Velleia. Et id nuncupatim ſequitur Ludou.Bolog. conſi.44.cor mundum, & cap pro tanto, columna ſecunda, uerſic. quod etiam probatur.

7 *Si pater et filius ſimul fatētur recepiſſe precium, ad quē præſumitur perueniſſe.*

Sed & tu ſuper his vide,quæ in ſimili diſſerunt Doctores,videlicet in patre & filio, qui ſimul in eodem inſtrumento confitentur recepiſſe precium,aut aliud quippiam:an vterque teneatur,an alter tantùm,tanquam precium,aut aliud, præſumatur ad vtrūque perueniſſe, aut ad alterum ſolum. Vide Pet.Dyn.Cyn.Ray.Alber. Bar. Bal.Ang.Raph.Co.Imo.Rom.Alex. & alios Recentiores in d.l.ſi cùm dotem §.tranſgrediamur.ff.ſoluto mat. Iacob.Aret.Bart.Bal.Imol.& Recentiores in l.ſi conſtante,in princ.eodem tit.Rapha.Com.conſi.40.quidam filio,in ſecundo dubio.Roma.conſ.462. quo ad propoſitum.Alex.in addit.Bart.in l.in duobus.ſ. ubi duo, col. vlt.ff.de duobus reis Angel.Aret.in dicto § eſt & aliud, Inſtit.de donat.& in §.fuerat,colum. antepen. verſ. quæro,uidimus quid debeat,Inſtit.de actio.Franc.Curt. Seniorem dicto conſ. 54. per totum. Corne. conſ.303. in hac conſultatione,ferè per totum lib.4.Barbat.conſ.43. ſempiterna,colum.5 uerſic & adduco,lib.2. Lud. Bolo. dicto conſ.44.colum.2.verſ.cùm itaque. Steph.Bertran. conſ.4.donatio,in 4.dubio,lib.1. Carol. Ruin. conſilio 186.ponderatis, columna 2.numero 7. libro 1.& conſi. 53.de duobus, columna 6. uerſic. præterea & ſecundò, libro 2.

8 *Si pecunia ad unū ex contrahentibus puenit, an alter obligetur, ut prīcipalis, an ut fideiuſſor.*

Qvid autem, cùm plures ſe æqualiter obligant, conſtat tamen pecuniam ad alterum tantùm perueniſſe,aut ad eum principaliter negotiū pertinere: an uterque tenetur,tanquam principalis,an verò is, ad quem pecunia non peruenit, aut negotium aliter non pertinet, tanquam fideiuſſor tantùm? Vide glo.in l.ſed Iulianus. §.item ſi duos,& ibi quoque Gul. Cun. tum ibi, tum in princip.eius l.& utrobique Ang.& Paul. Caſtr. etiam in princip.ſi.ad S.C.Macedo.Bart.in d.l.in duobus,quę eſt 3.§.vbi duo.& ibi quoque Paul Caſtr.& Franc. Aret. ff. de duobus reis.eundem Bartol.in l.ſi ut certo. §. ſi duobus,colum.5.verſ.ſed contra iſtam. ff. commo. Salyc. in l.hoc ita,in 10 q.C.de duobus reis. Rom.in l. generaliter,ad fin.ff.de fideiuſſ.ubi de hoc conſuluiſſe ſe dicit, ut fecit conſilio 114.viſis ſupra conſultis,in 1.dubio.Paul. Caſt.conſ.331.in cauſa Syluestri,col.1. lib.1. & conſil. 409.conſideranda,poſt princ. lib.1. Ioan.Ana. conſ.60. in quæſtione iſta,& ibi Lud.Bolog.in addi.Alexan.in l. Marcellus.ff.de fideiuſſ.& conſ.149.viſo proceſſu, colum.1.lib.2.Barba.dicto conſ.42.ſempiterna,col.4.uer. capio modò,lib.2.& conſ.26.ubi Chriſtus,col.2. lib.3. & conſi.91.illud referam, col.6. eodem lib.3. & conſil. 12.illud afferam,colum.8.in 3.dubio,lib.4.& conſi.86. magnus dicit,col.4.verſ.& indubitanter, eodem libr.4. Corne.conſi.316.in conſultatione,col.1.uerſ.tamen his non obſt.lib.4.Frac.Cre.ſing.38.in eodem inſtrumento, ubi ſing.dicit gloſſ.in d.§.item ſi duos. Socin. conſi.71. ſuppoſita concluſione,lib.3.Hipp.Marſil.ſing.2. ſi plures fideiuſſores.

9 *An cùm duo ſimul ſe obligāt, alter pro altero uideatur fideiubere.*

Denique, an duo etiam æquè principaliter aut in ſolidum obligati, uideantur inuicem fideiubere, quod magni eſt momenti. Nam ſi unus non eſſet ſoluendo, alter tanquam fideiuſſor teneretur. Vide igitur text. & gloſſ. in d. l.vir uxori.ſ.vlt.& ibi omnes propè Doct. ff. ad Senatuſconſul. Velleia. & in l.ſi duo rei, & ibi Franciſ.Aret.ff.de duob.reis,& in l.reos in princ.& ibi quoque Alber.Barto.Ang. Imo. & alios ff.eod. titu. & gl.in d.l.in duobus.§.ubi duo,in uerbo,à reo & ibi Albe. nu. 2. eod. quoque tit. & in l. 1. & ibi quoque Cyn. Bald. & alios.C.eo quoque tit.& in.§.1.in uerbo,ſi quis enim, & ibi quoque Iacob.Beluiſ.& Bart. in Authen. eiuſdem titu.Signorol. conſil.76. quidam nomine D. Alb. in l. idem eſt.colum.1.num.2.ff.ad Senatuſc.Velleia.Bart.in l.ſi cōſtante,col.5.in fi.8.quęſt.& ibi Alex. in §. quoties, col.4.uerſ. iuxta hoc dubitatur. ff.ſolu. mat. Bal.in l. per diuerſas, in 15.quæſtion.ibi, ſi autem iſta. C.manda. & conſil.198.ad intelligentiam,ad fi.lib.1. quod repetitur conſil.466. lib.5. & eundem Bald. conſil. 192. punctus prohibetur,eo.lib.5.Io.Fab.in ſ. ult.col.1.Inſti. de duobus reis Ange.conſ.32. quidam Andreas, Ant.conſ. 38. Ieſu.& c.quia maior pars,in 1.dubio.Corn.conſ.51.licet in hac col.1.lib.2. & d.cōſ.316. col.1.lib.4. & Fran. Aret.conſ.33.conſultatio,in 4.& eo.ultim.dubio.Ludo. Bol.d.conſi.44.colum.3.uerſ. pro hoc etiam.

10 *Si duo ſunt in ſolidum obligati, an qlibet inſolidum poteſt conueniri.*

Ex uerbis autem huius §. cùm dicitur, *le crediteur le peut demander pour le tout auquel des deux il vouldroit*, ſatis conſtat,quòd ſi duo aut plures in ſolidum ſint obligati ad quid dandum, poterit quilibet eorum in ſolidū conueniri,cogiq́ue ad id dandum, quod & iuris antiqui eſt,d.l.reos.ſ.1.& ibi gloſſ.& Docto. ff.de duob. reis, & l. 1. C. eod. titu. & l. ſi diuiſa. C. locat. De iure autem Authen.unus in ſolidum non tenetur,etiam ſi id actum ſit, niſi ſi cæteri non ſunt ſoluendo, aut ſunt abſentes. §. 1.in Authen.de duob. reis. & Auth. hoc ita. C. eodem titu. Niſi etiam renunciatum ſit beneficio diuidendarū actionum, ut dicit gloſſ. in d. Authen. hoc ita, & gloſſ. quoque ult.in ſ.ulti.Inſti. eod.titu.& in d. §.1. in uerbo, cedere,in Authen.eiuſdem tit.quę dicit id conſuetudine obſeruari, & Doct. ubique. Apud Pictauos autem uſus paſſim obtinuit,ut obligari in ſolidum poſſint, & in ſolidum conueneri, & compelli, etiam ſi nulla ſit renunciatio. Et hoc ut diximus,apertè oſtendit hæc coſtra cōſuetudo.

11 *Dictio (quilibet) facit, ut oēs inſolidum teneātur.*

Sed & illud ſcire debes,quòd ſi etiam non dicatur, ut omnes teneantur in ſolidum, ſed ſimpliciter, ut quilibet eorum teneatur, ſine ea adiectione, in ſolidum, id eſt, ut uerbis Gallicis pronunciemus, *leſdictz telz, & chacun d'eux*: certè illud ſignificatur, ut unuſquiſque ſolus in ſolidum teneatur.ea eſt enim priuata ac peculiaris ſignificatio eiuſdem dictionis, quilibet,l.ſi pluribus, & ibi gl.& Barto.& Imo.ff.de leg.2. & l.nō diſtinguemus. §.cùm in plures.& ibi quoque Barto.& alij.ff.de arbi.& c.cùm plures,de offic.deleg. lib.6.Iacob. Butr. & Bald. in l.pluribus.ff.de procu.Bart.in l.hoc articulo,colum.1. uerſic. oppone & uidetur,.& ſeq.ff.de hære.inſti.Bald.in l.ulti.§.ipſum .C.de bonis quæ lib. & in c.1.§. ult.prope fi.& ibi quoque Aluar.tit.de ſucceſ.feu.& idem Bal.conſil.158. proponitur quòd quidam,in 2.dubio,lib.3.Pet. Anch.conſil.355.uiſis puncto,colum.1. Anto.conſ.29. uiſis puncto, col.1. Pau. Caſt.conſi.383.notandum eſt, col.1.lib.1.Alexan conſi.13. perſpectis hic, col.ulti.lib. 5.& conſi.22.uiſo titu. col.3. uerſi.quarta ratione, eodē lib.5.& conſ.135.uideretur prima. in princ. eod. lib. 5. Cæpolla conſ.cauſarum criminalium 14.col.4. uerſ.& licet plures.Corne.conſ.40. in hac conſultatione, in fin. li.2.& cōſ.240.Bonaura, col.2.eo li.2.Soc.qui alia allegat

*Alia de ea dictione.*

gat conſ.50.viſo inſtrumento,colum.1.lib.1.Guid.Pap. ſing.309.verſ.dictio cuilibet.Franc.Curt.Senior, conſi. 50.memoriæ,num.258. Carol.Ruin. conſ.76. circa caſum,colum.2.num.4.libro 1.Ludo. Gozad. conſ.26.in cauſa illuſtriſſimorum,col.6.num.38. Sed & tu de alia vi & natura huius dictionis,quilibet,vide Bar.in l. re cōiuncti,col.5.verſ.ſecundò quæro dixi.ff.de legat.3.Paul. Caſtren.conſ.275.ſuper primo quæſito.col.2. uerſ.contrarium puto,quia licet. & iterum verſ. contrarium puto:nam ſola,lib.1.& Mod.Pariſ.in conſuetud. Pariſ. tit. 1.§.2.num.45.

12 Illvd autem vulgare verbum Gallorum, *chacun*, non tantùm per eam dictionem, quilibet, intelligitur, ſed per eam quoque,ſinguli', nam ſi uelis Latinè dicere: *André, Pierre, & Iean, & chacun d'eux*, ita poteris dicere: Andreas,Petrus,& Ioannes,& eorum quilibet, & ſinguli. Ideoque & hæc quoque poſterior dictio rem cuilibet in ſolidum attribuit.l.poteſt,ibi,uel unus in plurium,uel ſinguli in ſingulorum. & l. ſequent.quæ incipit, uel ſingulis. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & l. ſingulis.ff.de exceptio.rei iudica. & uoluit per quædam ex illis ll.Bal.conſ.461.inter Ioannem, colum.2. lib.1. Et idem de dictione,quiſque,uoluit Petr.Anch. conſ.245. duo prima,in 2.dubio. Et de dictione,quacunque, per l.filiabus.& ibi Doct.ff.de leg.1.& Carol.Ruin. d.conſ. 76.vbi ſuprà.

*Idem de dictione, ſinguli.*

*Idem de dictione, qſque.*

*Ide de dictione, quacunque.*



## §. XXXII.

En acqueſtz faict par aucun & par luy venduz ſont receuz au retraict les lignagiers du vendeur, ſoit de par pere, ou de par mere. Et ſi le dictz lignagiers eſtoient concurrens dedans l'an, ilz ſeront receuz: c'eſt aſcauoir ceux deuers le pere en la moytie, & ceux deuers la mere en l'autre moytie.

*In rebus à quopiam quæſitis & ab eodem venditis admittuntur ad retractum conſanguinei venditoris tā paterni quàm materni. Et ſi vtrique intra annum conſanguinei concurrant,ferent paterni dimidiam partem,materni alteram dimidiam.*

### GLOSS. I. ET VNICA.

1 *Retractus an habeat locum in acquæſtib. Conſuetudines de ea re.*

In multis partibus Franciæ non habet locum retractus proximitatis in rebus acquiſitis,ſed tantum in bonis, quæ ex ſucceſſione generis nobis obuenerūt,videlicet apud Pariſienſes,cap.174.Meldenſes, cap.87. & & expreſſius cap.105.Melodunenſes,cap.22.& expreſſius cap.25. Senonenſes,cap.31.Trecenſes, cap.144. & multis ſequentib. Caluimontenſes in Baſſigniaco, cap. 112. Victriacenſes,capit.127. Ambianenſes, capit.47. Monſtrolienſes maritimos,cap.72.& 75.Belquercenſes, cap.13.Carnutenſes,cap.68.& iterum 171.Aurelianenſes,capit.276.& alijs pluribus. & declaratur capit.294. Turonenſes, cap.1. huius titul. *de retraictz*, in illis uerbis, *les lignagiers du vendeur habiles à luy ſucceder en la ligne, dont meut la choſe vendue*, quæ uerba non poſſunt conuenire rebus acquiſitis. Borbonienſes, cap.422. & cap.434. Bleſenſes, cap.194. Dunenſes, cap.79. Bituricenſes,hoc eodem titul.cap.1.Burgundienſes, hoc quoque titul.cap.item primo. Arteſienſes,cap.83.& expreſſius cap.85. Morinenſes, cap.18. Marchienſes titul. *de retraict lignagier*,cap. primo. qui eſt omnium conſuetudinum 260. niſi tamen in conſanguineis paternis, non etiam maternis,ut declaratur §. 8. qui eſt omnium 267. Et Lorrienſes in Præfectura Montargij, hoc eodem titulo ſ.1. Altiſſiodorenſes, quos vulgò vocant Auxerrenſes,hoc quoque titul. ſ.1. qui eſt omnium 42. Senlites, ſiue Syluanectenſes hoc item titulo. §. 1. Comitatenſes Burgundos,titul. *reachaptz*.§.8. Niuernenſes,hoc quoque titulo,cap.primo. Valeſienſes, tit.1.§.15. & expreſſius titul. *de retraict*. §.1.qui eſt omnium 82.Laudunenſes, aliosq́ue Veromandenſes, partis tertiæ,tit.8.§.1.qui eſt 75.illius tertiæ partis,à contrario ſenſu. Vt non immeritò Maſuer.in titu.de retractu.§.1.dixerit retractum non habere locum in bonis acquiſitis, ſecundum conſuetudinem Franciæ,uti etiam dicit Bened.in repet.cap. Raynutius,in uerbo,& uxorem nomine Adelaſiam, numero 636.de teſtamen. Statutum quoque Mediolanenſe, ex quo huiuſmodi ius competit, loquitur nuncupatim de re paterna, vt videre licet apud Iaſonem, conſil. 194.ſuperuacuò,libro ſecundo. Idque etiam ex ſtatuto Lucanæ ciuitatis obſeruatur,ut videri poteſt ex Philipp. Dec. conſ.222. viſo puncto [ & Marian. Socin. Iunior. conſ.22. pulchra eſt præſens conſultatio, in caſus poſitione,& in ſecundo dubio,libro 1.& iterum conſ.1. pro reſolutione,colum.6.verſ. aggrediar nunc quartum, libro ſecundo, & ex ſtatuto Caſtri noui de Carfagnana, teſtimonio eiuſdem Maria. conſ.20. in propoſito caſu, libro 1.

2 *A maioribus acceptæ, magis ſunt familiæ, quam à nobis cōparata. Vaſallus nō pōt præiudicare hęredib. in feudo antiquo, poteſt autem in nouo.*

Idqve ſumma ratione ſubnixum eſt,quia ea, quæ ita ex ſucceſſione noſtrorum excipimus, magis ſunt familiæ,quàm quæ nos ipſi comparauimus. argum.l.3.de interd.& relegat. Ideo Bal.in cap.inter dilectos, colum. 3.uerſic.item ſcias, extra de fide inſtrum. dicit, quòd ſi vaſallus alienat feudum, quod ſua induſtria quæſiuit, nocet ſuis poſteris: non etiam ſi alienat feudum à progenitoribus acceptum. Nam & generaliter vaſallus non poteſt pręiudicare filijs,aut agnatis, etiā ſuis hæredibus, in feudo antiquo,cap.1.§.hoc quoque.& ibi gl.in verbo, inueſtire, & Docto.tit.de ſucceſſ.feud. In nouo autem poteſt.gloſſ.Iacob.Beluiſ.Bal.Martin. Laud.Card.Alex. & omnes ibi. Andr. Iſer. in cap.1. per illum text. à contrario ſenſu,tit.de ali.feud.pater. idem Iacob. Beluiſ. in cap.1.ſ.aut ſi libellario.& ibi Bal.colum.1.uerſ. tertius caſus,tit.quibus mod.feud amit.Nicol.Mat.in l.1. C.de reuoc.dona.Bald. in l.1. col.2. verſ. & prædicta faciunt. C.de bonis libert.& in l.vlt. in princip. C. de liber. cau. & conſ.276.ad euidentiam,paulò poſt princip. libro 5. vbi id dicit rationabile. Angel.in l.adoptiuum.ſ.1.ff.de in ius uocan.Iac.Aluar.in capit.1.ſ.vlt.in 18. & iterum, 47.conciu.tit.quæ fuit pri.cau.beneſi.amit.Alex. conſil. 18,attentis narratis,colum.2.verſ.hoc etiam, & ſeq. lib. 5.quod repetitur conſ.118.libro 6. & idem Alex. conſ. 28.in cauſa,colum.1.eod.libro 5.ubi & alios citat. Barbat.conſi.66.afferram in medium,colum.10. & ſequen. lib.4.& Lud.Gozad.conſilio 4.prima facie, columna 3. numero 9.& diximus ſupra,eodem titul.§.11. in glo. 6. in uerbo, *s'il eſt plus proche*, verſ. vltim. Et de emphyteuſi quoque idem reſpondit Petr. Anchar. conſil. 143. pro domina. Et uide interim Bal.in c.1.col.3.verſ. quęro utrum pater,tit.de prohib.feud. alien. per Feder. Et quod dicit Ang.conſ.110.ſanctiſſima,col.2.id eſſe diuturnius atque ad noſtros tranſmiſſibilius, quod a capite in membra tranſmitti cœpit, per l.pater.ſ. quindecim. ff.de leg.3.

3 *De eodem.*

Et facit etiam quod in ſimili tradit Bald.in l.1.ante fi.C.per quas perſ.nobis acqui.& Franc. Aret. in l.idem

Iulianus.§.ſi quis alicui, col.penult.ff de lega.1.& Alex. conſ.106. viſo themate inſtrumenti, colum. vlt.lib.4.& latè conſ ſequen.in cauſa Nicolai, poſt princip. & Iaſon in l.2, col.76.quæ eſt in char.penult.col.1.verſ. tertiò limita. C. de iure emphyt. Nam & in ijs, quæ ipſi nobis comparauimus, plus iuris quàm in cæteris, habemus. l. ſi quid in bello.& ibi glo.& Bart.ff.de capti.& poſtli. reuer.& not.Io.Mol.in cap.nullus de elect.lib.6.& Bart.in l.ſi inſulam,col.3.in 6.oppo.ff.de uerbor. obliga. & latè oſtendimus ſupra,tit.14.qui eſt, *de donations*. §.1. in gl. 2.cum reddidimus ratioṅe illius conſuetudinis facientis ius diſponendi liberè de ſuis acquæſtibus, non item de ſuis bonis patrimonialibus. Qua etiam ratione Gera.Bago.tenet,retractum non habere locum in rebus acquiſitis,in illa ſua diſputa.retractus,verſ.ſuper termino, immobilem,uti etiam facit D. Boer. in conſue. Biturig. hoc tit. *de retraict lignagier*.§.1.in gloſſ.2.& latiùs deciſ. 76.proximiori,col.1.& 2.Sed & huc pertinere videntur omnia iura, ſupra in præfat.huius tit. pro ratione retractus adducta, quæ maiori ex parte loquuntur de rebus quæ maiorum noſtrorum fuerunt.

4 *Conſuetudines, quæ permittūt retractum in acquæſtibus.*

VERVM cum noſtra hæc conſuetudo, & in acquæſtibus quoque retractum admittat,ea haud dubiè, quantū ad nos, ſequenda eſt: quandoquidem unaquęque prouincia ſuo ſenſu abundat, cap. illa 12. diſt. cum alijs ſimil. Nec tamen in hoc ſola eſt noſtra conſuetudo, nam & ſimilis eſt apud Cenomanos,cap.376.Andes,quos Andegauos nunc vocamus,cap.366.Rochelanos, ca.29. Burdigalos,cap.14.Normanos,ca.115. qui talis eſt, *de querele de fief vendu*. §. *ſi aucun à conquis*. Ex conſuetudine autem Aruernorum, acquæſtus retrahi poſſunt a conſanguineis paternis eius, qui acquiſiuit,& poſtea vendidit, non etiam a maternis,ut cauetur tit. cōſuetudinum eius nationis, *de retraictz*, c.25. Cuius etiam meminit Maſuer.tit.de ſucceſſio.§.item in bonis acquiſitis, & in d.§. 1.huius tit.de retractu.

5 *An retractus habeat locū ī re retracta p proximitatem,& poſtea uēdita.*

CÆTERVM ſtante alia conſuetudine,quę frequentior eſt in Gallijs, quæ ſcilicet retractum non niſi in bonis patrimonialibus admittit, multa occurrunt dubia, quæ nos diſcutienda ducimus, neque enim noſtratibus tantùm canere uolumus. Quæro igitur, quid ſi quis tanquam conſanguineus retrahat rem patrimonialem ab alio ſuo conſanguineo venditam, & poſtea eandem alteri vendit: an erit locus retractui, tanquam in re quæ proceſſit a genere: an non erit,tāquam in acquęſtu. Bal. conſ 85.præmiſſis,lib.5.repetito conſi.460. eodem lib. conſuluit in caſu ad hanc ſpeciem pertinente. Teſtator enim prohibuerat, ne filij ipſius hæredes domos ſuas alienarent, niſi ſibijpſis: vnus autem eorum alteri vendiderat,an iſte emptor poſtea poterit extraneo vendere id, quod à fratre emit permiſſu teſtatoris. Nam quod ipſe non emit,ſed iure ſucceſſionis habet,alienare haud dubiè non poteſt in extraneum. Et reſpondit Bald. in d.conſilio,eam portionem, quam à fratre emit, liberè eum poſſe alteri vendere; nam prior illa venditio facta fuit iudicio teſtatoris, vnde emptor ius habet vendendi cuicunque velit.l.pater filium.§ quindecim. ff. de leg.3. cui ipſe Bal. hanc epitomen adſcripſit. Qui prohibetur alienare partem ſuam, non uidetur prohibitus alienare partem, quam redemit. Nam verba prohibitoria deficiunt,& cùm teſtator permiſerit ei uendi, & liberè quoque tradi permiſit,ex natura contractus,cuius obligatio eſt ad rem liberam tradendam,ut not.in l.ex ijs prędijs, C.de euict. Hæc ille propemodum, in dicto conſilio, quæ & huc multùm faciunt, quia & hic conſanguineus redemit iudicio legis municipalis, quæ comparatur iudicio teſtatoris.gl.Bart.Ang Raph.Corne. & Alex. in l. 1. C.de his quib. ut indig. cum concord. à me congeſtis infra,eo.tit.in fi.totius tit. in 3. quæſt. num.13. denique obligatio.

6 *De eadem re.*

CVI adde ad id quod dictum eſt, venditorem teneri ad tradendam rem liberam, text. in l.in venditione. ff. de act.emp.quem ad hoc expendit gl.in l.cùm venderes. ff.de contrahen. empt. cum alijs ſimilib. à me adductis ſuprà,eod.tit.§.1.gloſſ.9.in verbo, *ou lignagier*, num.56. & idem videri. Sed & quòd res ſemel licitè alienata, poſſit & poſtea ſemper licitè alienari in quemcunque, per d.§.quindecim. voluit Bart.ibi qui id trahit ad merum imperium ſemel delegatum. & rurſum in l. 1. paulò ante fin. & ibi quoque Io. Plat. col 3. verſi. ſimiliter vbi ius.C.de impo.lucr.deſcrip. lib.10. & Signo. conſil. 210.in nomine,& c.quæſtio præſupponitur,col.2. verſi. ſecundò ſic.Alber.in l.1.nu.22.ff.de off.eius, cui mand. eſt iuriſd.Bald,conſil.52.ſubſtituo, poſt medium, lib. 2.& conſil.57.item inſtituo, col.2.eod. lib.1. Pau. Caſt. conſi.243.ſuper primo,col.2.verſicul.ſecundò quia poſt venditionem,lib.1.& conſil.447. ſi iſte maſculus, in fin. eodem lib.1.Lud.Bolo.conſ.43.Ser Iacob. col.5.verſic. aut & tertiò.Franc Rip.lib.1.reſpon.cap.2.clerici, num. 13.& lib.2.eiuſdem operis cap.25.feudalibus, num.19. Et facit etiam text. in l. tutor. rerum, & quod ibi dicit Bart.de admi.tuto.

*Res ſemel licitè alienata pōt ſemper poſtea licitè alienari.*

7 *De ea quæſtione.*

CONTRARIVM tamen videri poſſet in noſtro caſu, ſcilicet quòd redemptio, ſiue retractus, aut recuperatio, facta ab eo, qui eſt de familia vel genere prioris venditoris,non debet operari,vt res ita recuperata non dicatur eſſe de genere vel de patrimonio,cùm ea recuperatio ad id eſſet deſtinata, vt ea res remaneret in familia ſiue genere huius cōſanguinitatis,ideo cùm ſit inducta ad hunc effectum, non debet contrarium operari.l. legata. ff. de lega.1. & legata.ff.de adi. legat.& l. cùm tale.§ vlt. ff.de condi.& demon.& cap.cùm inter, extrà de except. & c. ſuggeſtum.& ibi Imol.de appel.cum ſimil. Quam rationem in caſu huius ſtatuti expendit Philip.Deci.conſ. 88.cuius ſuperſcriptio incipit,ualet ſtatutū, col.3.verſi. ſecundò principaliter. In qua re inſpicienda ſunt verba ſtatuti, nam ſi ea loquuntur de rebus quę fuerunt maiorum, aut alijs uerbis ſimilibus utuntur, putarem in his rebus à cōſanguineo redēptis,& poſtea alienatis ſtatutū habere locum; nam uerum eſt, hæc fuiſſe maiorum. Si autem loquerentur, de rebus, quæ nobis ſucceſſione obuenerunt,aut ſimilibus,contrà putarem non eſſe locum ſtatuto,cùm hæc nobis ſucceſſione non obuenerunt, ſed ea noſtris facultatibus redemimus.

8 *De eodem.*

AD d.autem § quindecim, uide omnino Paul. Caſt. poſt glo.in l.uoluntas,col.2.uerſ.breuiter aduerto,& ibi quoque Iaſo. col. ult. C. de fideicom. & eundem Pau. conſil. 77. uiſis & conſideratis. colum. 3. uerſic. circa primum,lib.1.& conſil.447.ſi iſte maſculus,col.2.& iterum in fi.eo.lib.1.Io.Ana.conſi.47.illud præſupponitur, col.2.verſi.nec prædictis obſt. & ante hos Bar. in l.peto, §.fratre, uerſ.uenio ad tertiam partem.ff. de leg.2. & in l.filiusfamiliàs, § diui, col.3.uer. circa materiam, & ibi Iaſ.tum in 1.lect.col.7.uerſ.circa ſecundum remedium, tum in 2.lectu.col.12. uerſic. eiuſdem initij, & ibi Ioan. Crot.colum.15. uerſi.prima ſit concluſio, & multis ſeq. & Fer.Loaz.num.430.& ſeq.& Fran. Rip. num.66.ff.de leg.1.Et uide etiam Alexan.poſt alios,in l.1.col. penul. ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſd. & Soci. conſil. 240. materia,col.11.uerſi.ex quibus,concludendum,lib.2.& Philip.Dec.conſi.19.uiſis duobus, col.uerſi. quartò pro iſta,& col.3.uerſi.,ult nō obſt.& d.conſi.88.col.3.uerſi. ſecunda difficultas,& duobus ſeq.& in addi. conſi.182. in caſu occurrenti,col.ult.

9 *Conſuetudines de ea re.*

SVNT autem priuatæ quædam noſtræ Galliæ conſuetudines, id priuatim expreſſimque, de quo hìc quærimus, diffinientes. Nam ex conſuetudine Pariſienſi retractus habet locum, cùm quis uendit rem patrimonialem familiæ,quam à cōſanguineo uenditā retraxerit, & quod plus eſt,quam etiam à cōſanguineo primo loco,& ſine



ſine retractu comparauit,vt cauetur capite Pariſienſium conſuetudinum 175. Similiterque apud Meldenſes, ca. 92.& iterum c.105.& Melodunenſes,cap.25. & iterum 37.& Senonenſes.cap.44.& ſeq.Trecenſes,c.158.Monſtrolienſes maritimos,c.73.Belquercenſes,c.13.Carnutenſes,c.73.& ſeq.& iterum c.175.& ſeq.,Aurelianēſes, c.277.& c.280.Borbonienſes,c.434.Montargienſes,cæterosq; Lorrienſes,hoc tit.§.1.Burgundienſes,huius tit. *de retraictz*,c.7.Arteſienſes,c.51. Comitatum Burgundiæ,tit.*reachaptz*.§.11.Verùm apud Laudunenſes,& cęteros Veromandenſes,huius tit.§.21.qui eſt totius tertię partis 95. huiuſmodi res retracta cenſetur acquiſititia, nec in ea habet locum retractus,ſi poſtea vendatur.

10 *Res empta ex pecunia redacta ex fundo patrimoniali an & ca ſit patrimonialis.*

SED & illud quæri poteſt: Si quis vendidit fundum patrimonialem, & ex pecunia ipſius alium fundū emit, an hic cenſebitur patrimonialis,ut prior ille,an verò acquiſititius,ut ſic habeat aut non habeat locum retractus qui tantùm conceditur in patrimonialibus, ex multis Francię conſuetudinibus,vt diximus.Volui enim(quod & iam diximus) non noſtris tantùm Pictonibus, ſed & alijs quoque ſcribere,præſertim in his caſibus frequentiſſimis, ac penè quotidianis. Igitur Maſuer.quem nos ſubinde in rebus conſuetudinarijs citamus, in titul. de ſocietate.§.item nomina ſeu debita, dicit huiuſcemodi fundum comparatum ex pecunia alterius fundi patrimonialem quoque cenſeri, & quod plus eſt, ipſam quoque pecuniam nondum conuerſam in emptionem aliorum prædiorum, huiuſcemodi eſſe cenſendam, per illam regulam generalem, ſubrogatum ſapere naturam., &c.

11 *De eodem.*

SED & idem de fundo(vt nunc pecuniam relinquamus) voluit Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,& uxorem nomine Adelaſiam,nu.791.verſ.idem uidetur, extrà de teſta.eadem ſcilicet ratione, quòd hic fundus ſuccedit loco fundi patrimonialis uenditi, cuius tanquam ſubrogatus naturam mutuatur,l.ſi eum.§.qui iniuriarū. ff.ſi quis cautio. & l.ſi filiæ.§.Titia.ff.de cond.& demon. Et facit(inquit) l.ſi donatæ res.§. ſi ſponſus.& quod ibi not.Bald.& alij.ff.de donat. inter vir. & uxo. Cui adde optimum text. loquentem de pecunia legata, & poſtea conuerſa in emptionem prædiorum,in l.pater.ff.de adi. lega.& alium loquentem de rebus ex dote comparatis, in l.ſi cùm dotem.§.vltim.ff.ſol.matri.Subdit tamen ipſe Bened.(vt ad eum redeamus) dubium facere text. in l.coiri ſocietatem. ff. pro ſoc.in illis uerbis, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcendit. Vnde(ait) licet facilis ſit reſponſio, cauti tamen uiri in talibus rebus acquiſitis,declarant uelle pecuniam ex uenditione ſui patrimonij redactam tenere locum illius.

12 *De eodem,*

CHASSA. quoque in conſuetud. Burgund. titul.*des droitz appartenars à gens mariès*.§.2. in verbo, *& acqueſtz*,col.2.idem tenet ijſdem omninò iuribus & rationibus, imò propè uerbis ipſis, ut apertè intelligas ab illo deſumpſiſſe,licet eum non memorauerit, qui mos ei ſolennis eſt, & penè perpetuus.Et idem quoque tenet ipſe Chaſſan.*de ſucceſsions*. §.8.in verbo,*ſont iſſuz*, col.2. vbi allegat Bald.in duobus locis, qui id in neutro dicit. Idem etiam tradit Ferro.in conſuetudin.Burdigal.titul. de teſta.§.6. in fin.& iterum in titu.de retractu.§.23.colum.1.& Ioan. Lupus in repet Rubr.de donation. inter virum & vxorem.§.61.colum.3.uerſ. illud tamen quod dixi, dum ſcribit, apud Hiſpanos legem eſſe in foro legum lib.3. titul.4.l.12.quòd fundus emptus ex pecunia redacta ex uenditione alterius fundi,ad alterum coniugum ſpectantis, non fit eorum communis, tanquam acquiſitus, ſed manet eius proprius, cuius is prior fundus erat.Idq; iuris communis eſſe contendit,per iura idē ius naturamq; præbentia rebus ſubrogatis.Et idem deniq; expreſſim ante illos voluit Bal.quem nullus eorū citat, conſ.112.quæritur,col.2.verſ.prædicta ſunt uera. lib.1. Vide tamen quid de eo poſtea dicam.

*Hiſpanorū lex.*

13 *De eodem.*

ET pro iſtorum ſententia faciunt ultra allegata per eos, duo tex.tam formales,ut cum noſtris loquar, ut pro hoc noſtro caſu facti fuiſſe pleriſque poſſent uideri, uidelicet in l.ſi & rem.ff. de petit. hæredi.ubi ſcribitur ad verbum; Quia poteſt exiſtimari in locum hæreditarię rei uenditæ precium eius ſucceſſiſſe, & quodam modo ipſum hæreditarium factum. Alter in l. Imperator.§. ultim.cum l. ſequen ff.de legat.2.cuius hæc uerba ſunt, Cùm autem rogatus, quicquid ex hæreditate ſupererit, poſt mortem ſuam reſtituere, de precio rerum uenditarum alias comparat,diminuiſſe,quæ uendidit,non uidetur,ſed quod inde comparatum eſt, uice permutati dominij reſtitueretur. Quid igitur his iuribus uidetur in eam rem clarius,apertius, expreſſius?

14 *De eodem. Res empta ex pecunia fænebri fænebris quoque eſt.*

PORRÒ autoritate poſterioris,ſcilicet d.l.Imperator, tradit Hoſt. ſummæ autoritatis Doct. in Summa. tit.de uſur.§.ult.col.4.uerſ.quid ſi uſurarius, quòd ſi uſurarius de pecunia fœnebri, id eſt uſuraria,emat prædiū, & ipſum poſtea uendat, & aliud emat eodem precio, quod ex illa uenditione redactum eſt, id poſterius prædium, ex ea pecunia emptum, cenſebitur fœnebre,poteritque à debitore, à quo uſuræ primùm exactæ ſunt, repetere. De quo & tu uide eundem Hoſtien.in c.cùm tu,col.ultim.extrà eodem tit.de uſur. Bart. Brix. quæſt. venerabili 76.aliquis emit.& Lapum allegat.74.quæro an res empta, & quos ibi allegat.& Alb.in d.l. ſi & rem, de petit.hæredi.& in l.qui uas.ff.de furt.& optime quoque facit,quod in ſimili per illos tex.reſpondit Pet.Anc. conſ.102.contra dictam donationem,col.2.uer.ultimò conſiderandum.

15 *De eodem.*

SED audi tamen alium text. qui vult precium fundi haberi loco fundi, ſed non alium fundum ex eo precio comparatum, in l.ſed & ſi lege §.1.ff.de petit.hæred qui huiuſmodi eſt: Item ſi rem diſtraxit,& ex precio aliam rem comparauit,uenit precium in petitione hęreditatis, non res,quam in patrimonium ſuum conuertit. Et ex eo not.Barto.quòd licet precium ſuccedat loco rei, non tamen res loco precij. Id quod etiam voluerunt Cyn.& Alber.in l.mater.C.de rei vend.& ibi quoque Bald. col. penult.uerſ.ſed quæro quid e contra,per l.ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſſ.redditq; rationem differentiæ, quam uidere poteris.& idem quoque Bal.in l.ſi eum ſeruum, col.2.verſ.ſed quid econtrà.ff.ſi cert.petat. ubi & ad hoc allegat l.Proculus.ff.de iure dot.& l.Titium.§.altero, ff. de adminiſtr.tut.

16 *Res empta ex pecunia mea, non eſt mea. Nec res empta ex pecunia dotali, dotalis eſt. Nec res empta ex pecunia pignorata, pignorata eſt.*

ID quod etiam ſatis apparet ex eo, quòd regulariter res empta ex pecunia mea,nō eſt mea.l.ſi ex ea.C. de rei vendi.& ibi plurimæ concord.in gloſſ.Nec ideo res empta ex pecunia dotali,dotalis eſt.l.ex pecunia.C de iure dot. & l.ult.C. de ſer. pigno.dat.manu. niſi id actum ſit ex voluntate mulieris.l.res quæ.& ibi gloſſ.& Docto.ita eum text.qui repugnare uidebatur, intelligentes.ff.de iure dot.Nec res empta ex pecunia pignorata, eſt pignorata.l.idemque.§.ultim. ff. qui pot.in pig. hab. Nec res empta ex pecunia Eccleſiæ, eſt eccleſiaſtica,ſi credimus Lap.alleg.72.in quæſtione. De quo tamen, ne fallaris, vide gloſſ.& Doct.in l.ſi ut proponis.C. de rei uēdica. Sed ita, ne interim omittas quod ſingul. ſcribit Bald.in c. uigilanti.colum.2.uerſic. quæro, emi rem de pecunia,extrà de præſcript. quòd licet pecunia eccleſiæ ab alio poſſeſſa præſcribatur aduerſus eccleſiam ſpacio triennij, ut quælibet alia res mobiles eccleſiæ,quicquid dicat Innocen. tamen res immobilis ab eodem empta ex illa ipſa pecunia, non poteſt ab ipſo præſcribi minori tempore, quàm 40. annis, ut cæteræ res immobiles eccleſię,argum.l.item illa.§.quod adijcitur.ff.de conſti. pecu.& l.quod debitori.ff.de don.cau.mort.quanquam prius in contrarium allegaſſet d.l.ſi donatæ res.§.ſi ſpō-

ſus.

ſus.ff.de donat.inter virum & vxo.& alia quædam,quæ ibi videre poteris.

17 *Nec res empta ex pecunia cõmuni, communis eſt.* NEC denique res empta ex pecunia communi nomine alterius tantùm, eſt communis, ſed eius ſolius,cuius nomine empta eſt: ſed acquirens vel communicare debet,ſecundum quoſdam, vel partem pecuniæ tantùm reddere, ſecundum alios.l.ſi quis ſocietatem. & l. ſed & ſi ſocius.§ ſi abſenti.& l.actione.§ diximus.& l. ſi vnus. §.ſi vnus.ff.pro ſoc.& l.ſi patruus.& ibi Doct.C.com. vtriuſque iudi.& l.qui aliena & ibi Bald.Sal.& alij.C.ſi quis alte.vel ſibi.& Azo in Summa.C.pro ſoc.colum.5. & Spec.titul.de iudic.in 4.parte.§.ſequitur uidere, verſi. vt autem.Bart.in l.Titium & Mæuium.§.altero, col.vlt. ff.de admin.tut.Bald.poſt Nicol.Mat.in d.l.ſi ut proponis,colum.vltim.verſ.ſextò quæro.C de rei uendic. & in l.1.§.ſi fuit.ff.pro ſoc.& in l.cum duobus.§. ſi fratres. & ibi quoque Sal.eo.tit.& idem Bal.in l.1.C. ſi quis alte.vel ſibi.& in l.cum oportet,in prin.col.2. verſ. quæro quare fratres C.de bon.quæ libe.& in l.ſi ſocius.ff.ſi certum petatur & in l.vltim.§. quatuor, per illum tex.ff.de leg.2.& conſ.304.non eſt nouum,colum.2. in 2.dubio, lib.1.& conſ.195 quidam Ioannes,colum.1.lib.5.Ang. conſ.112.Vannucius.poſt princ.& conſ.174.filius Hugonis.latè Card.Flor.conſ.27.orta lite,in 2.dubio.Petr. Anch.conſ.149.plura dubia,col.2.& conſ.302. materia de qua quæritur.Rapha.Co.conſ.8.duo erant ſocij,poſt prin.Ro.conſ.3.viſo themate,& conſ.291.cùm iſti fratres,col.2 & 3.Paul.Caſtren.conſ.349.ex die,col.2.verſ. ſecundo oppo.lib.1.Ioan.Ana.conſ.65.viſo puncto. latè Alexand.conſ.49.maturè,colum.penul.& vlt.lib.1.& conſi.78.diſcuſſis,col.1.& 2.lib.2.& conſ.37.conſideratis.col.vlt.lib.4.& conſ.152.in cauſa.col.2.verſ. confirmantur prædicta,libro 7.Bald.à Bart. inter conſ.Corn. conſ.61.Nicolaus colum.2.verſ & ex quo,lib.1.& conſilio 122.circa præſentem,colum.2. verſ. circa quod fuerunt,lib.2.Socin.conſil.192.capio difficultatem,colum.3. verſ. ex quibus infero,lib.2.Guid.Pap. conſ.20. exordiendo,col.6.ver.tertiò præmittendum eſt.& conſ. 46.in facto,col.1.Lud.Bol.conſ.7.viſo igitur,col.vltim. Iaſon in l.1.col.4.verſ.ſecundò inquantum.C. qui teſtamen.fac.poſſ.Franciſ.Cur.Iunior conſ.7.Iacobus,col.5. Io.Lup.in repet.Rub.de donat.inter virum.& vxo.§.65. col.3.verſ.adde prædictis.

*De eodem.* 18 QVID igitur dicendum eſt in noſtra quæſt. principali? D.Boe.in Commentarijs conſue.Biturig. tit.de cõſue.mat.§.2.col.3.dicit cõſuetudine obſeruari,vt fundus comparatus ex precio fundi patrimonialis, non cenſeatur patrimonialis, ſed acquiſititius, niſi vendens fundum ipſum patrimonialem, & poſtea alium emens aliter proteſtatus fuerit. Nihil tamen allegat,præter d.l. coiri.ff.pro ſocio.Io. Gallus, olim regius in Senatu Pariſienſi Aduocatus,in ſuis deciſ.q.1.quidam maritus.refert, quòd cum quidam maritus conſentiente vxore vẽdidiſſet patrimonium ipſius vxoris,ea lege,ut pro compenſatione illius haberet certam ſummam pecuniæ, eſſeq; ſtatutum,quo alij ſuccedebant in bonis mobilibus alij in patrimonio,fuiſſe in eo Senatu iudicatum, quòd hæredes bonorum mobilium eam pecuniam obtinerẽt, non hęredes patrimonij,quamuis quadam æquitate motus fuiſſet in contraria opinione.

19 *De eodem. An pecunia redacta ex uẽditione rei immobilis pro immobili habeatur.* IN quam etiam ſententiam Firmia. in illo ſuo fœcundiſſimo Indice,in verbo,bona mobilia,uerſ.4. tradit pecuniam redactam ex venditione rei immobilis eſſe inter mobilia connumerandam,per not. à Bal. in l.ea demum.C.de colla.quo in loco Bal.ipſe,& pręterea Iac. Ra.Cy.Alb.Corn.& Phil.Dec.tradiderunt, hæredes bonorum mobilium hanc ipſam pecuniam obtinere, non autem hærędes bonorum immobilium, etiamſi ea pecunia obuenerit poſt eius mortẽ,de cuius ſucceſſione agitur. Sed illorum ſententia non multum huc facit,quia loquuntur de fundo primùm empto à defuncto, & poſtea à venditore redempto, reſtituto precio ex lege venditionis & ita precium eò redit,unde abierat. Ideo non mirum, ſi cenſeatur mobile vt prius erat. De quo caſu nos copioſè tractabimus,infrà,in fi. huius tit.q.3.vbi videre poteris.

20 *Deciſio principalis quæſt.* SED, quantum ad hunc noſtrum caſum pertinet, primùm arbitror pecuniam ex uenditione fundi patrimonialis redactam,nõ cenſeri patrimonialem,nec ideo quoque fundum ex eo emptum: ea potiſſimum ratione motus, quòd regulariter precium non ſuccedit loco rei in ſingularibus,per tex.in dict.l.qui vas.§.vlti.ff.de furt. vbi precium ex re furtiua redactum,non eſt furtiuum. *Preciũ an & quando ſuccedat loco rei.* Ideoq; ſi dominus rei furtiuæ illud aufert,furtum committit,& gl.ibi affert concor.ut uidere poteris, uti etiam facit in l.Labeo.& Sabinus.§.1.ff.de verborum ſignificatione. *Res emptæ ex pecunia redacta ex vẽditione feudi, an ſit feudalis.* Ex quo Iac.Bel.Bald.Mart.Laud.Aluar.& Card. Alexan.in c.1.tit.de feud.non hab.nat.feud.aſſerunt precium redactum ex venditione feudi, non ſubire uicem, aut locum feudi,nec aliud quidpiam ex ea pecunia comparatum,per c.vltim.titu.de feud.cogni.& ſequitur Frãciſcus Aret.conſ.14.uiſo,col.2.Iaſ.& Alciat.in l. ſi eum ſeruum.ff.ſi certum petat.Matth.Afflict.in conſtitu. Siciliæ,incip.Baiuli locorum,la 1.col.3.in 3.notab.verſic. quæro,an pro damnis.Licet Ioan.And. id leui brachio, ac veluti neglectim attingens,contrarium ſenſiſſe uideatur, in addi.Spec.in Rubr.de feud.col. vltim. quem tamen ſequi videtur Card.Alexand.in c.1.col.ultim.tit. ſi de feud.vaſal.ab ali.inter. *Merces emptæ ex precio mercis obligatæ, an ſit obligata.* Sed pro priori ſententia facit, quod tradit Bal.in l.pro debito,colum.1.C.de bonis auto.iudi.poſſ. quòd licet uenditori mercium merces ipſæ ſint tacitè obligatæ ad precium: ſi tamen huiuſmodi merces fuerint venditæ,& aliæ ex eorum precio emptæ, hæ non cenſentur eſſe obligatæ,ut priores per tex.quem dicit valde no.in l quidam.ff.de in rem verſo.De quo tamen vide eundem Bal.in l.vlt.ad fi.C.commu.vtriuſque iudi.& in l.eum cui.C.de act.& oblig.

21 *De eodem.* QVOD autem traditur in d.l.ſi & rem,de pet. hęre. & d l.Imperator.§.vlt.de leg.2.ſuprà allegatis,quę huic ſententiæ è diametro aduerſari uidentur procedit in vniuerſalibus iudicijs,ut ex illis videri poteſt & aſſerunt Bar.Alber.& Angel.hanc,quæ uidebatur,antinomiam ita diſſoluentes.in d.l.ſi & rem.& idem Bar.Bal.& Imo. in d.l.Imperator.§.vltim.ipſe Bar.in l.qui à debitore. ff. quæ in frau.cred.& in Rub.ff.ſol.ma.col.6.& conſ.124. punctus quæſtionis talis eſt, domina P. Albe.in l. qui cum tutoribus poſt medium prin.ff. de tranſact. & omnes abundè,præſertim Bal. in d.l.mater. C. de rei uend. & in l.item ueniunt,in prin.ff.de petit.hæred.& in d.l. ſi eum ſeruum,& ibi quoq; Sal.& late Rom.qui id bene declarat,& Iaſ.ff.ſi cert.pet.idem Bal.conſ.53.remanẽtibus,circa medium,lib.1.& d.conſ.112. vbi ſuprà eodem lib.1.vt ex eo poſſis intelligere, illum ita intelligere, quod ſuprà ex eo diximus de prædio comparato ex pecunia redacta ex uenditione aliorum prædiorum. & conſ.135.pater,eod.lib.Pau.Caſtr.conſ.360.Bar.in quodam,ad fin.lib.1.& conſ.326.ſuper primo,lib.2.Ioan. Plat.in l.1.paulò poſt medium.C.de caſtren.pec.lib.12. Alex.conſ.81.perſpectis,col.4. verſ. quòd autem,libr.2. quod iterum reperitur conſ.40.lib.3.rurſumq; conſ.51. li.6.& idem Alex.conſ.item 40.ſuper primo,col.4.ver. vlterius non obſt.li.4.& conſ.124.ſuper primo,col.4.eo. lib.4.& conſ.119.uiſo proceſſu,col.vl.li.5.& conſ.186. omiſſa,in prin.& iterum col.vlt.eo.lib.5.vbi id declarat Iaſ.conſ.43.Ioannes,in fi.lib.3.

22 *De eodem.* ET ne de hac re dubitandi occaſionem uel minimam habeas,text. eſt, qui id diſcrimen nuncupatim facit inter ſingularia & uniuerſalia, quem miror à paucis, ne à nemine dicam, fuiſſe animaduerſum, in l. venditor ex hæreditate.ff.de hæredi.vend. Nec tamen illud interim omitten-



omittendum ducimus, quòd etiam in ipſis vniuerſalibus, in quibus precium ſuccedit loco rei, id quidem non uerè procedit, ſed ex fictione, ut pulchrè & ſing. uoluit Bald.in l.cogi.col.ultim.uerſ.deinde quæro pone C.de peti.hære & id ſequitur & commendat Iaſon in dict.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.pet.Quod maxime notandum eſt in interpretationibus noſtrarum conſuetudinum, aut, ut uerius appellem, ſtatutorum, quæ uerè & proprie intelligi & interpretari debent, ut iam ſæpius diximus.

23 *Quid ſi is, qui ita uẽdit, & poſtea emit, id exprimit, & proteſtatur.* FATEOR tamen, quòd ſi is,qui ita uendidit unum fundum,& ex pecunia illius alterum emit,proteſtetur, ſiue declaret, eo ſe animo ſiue nomine id facere, ut hic fundus alterius locũ ſubeat, ſequi debemus eius declarationem,ex ſententia gl.in d.l. ſed & ſi lege.§. 1. ff. de pet.hæred.& in d.l.Imperator.§.ult.ff.de leg.2.& in ſimili alterius gl.& DD.in d.l.res quæ,per eum tex.ff.de iure dot.& bene etiam facit tex.in ſimili in l.at ſi quis.§. ſed interdum,uerſ.oportebit.ff.de relig.& ſumpt.fune.Ideo quod in cautelam & conſilium adhibendum cenſuerũt Bened.& Chaſſe.locis allegatis ſuprà,nu.11. ſed & idẽ, & ſeq.id in neceſſitatem conuertendum eſt,ſi quis hunc fundum poſteriorem patrimonialem eſſe uoluerit.

24 *Quid,ſi cõfeſtim unũ poſt aliud factum ſit.* IDEM tamen cenſeo, ſi uendens ipſe confeſtim uenditione facta pecuniam in emptionem aliorum prædiorum conuerterit,quia id faciens, ſatis uidetur ex temporis breuitate declarare in id ſe uendidiſſe,ut emeret,ſubſtitueretq; hunc fundum in alterius locum, per ea quæ in ſimili dicemus infrà,titul.ſequen.§.1.in glo.5.in uerbo,in limine contractus.in prin Nam & aliàs ex breuitate temporis præſumimus ea, quæ ſecuta ſunt, in primo actu fuiſſe cogitata,eumq; ipſum ob ea factũ fuiſſe.l.ſi uẽtri.§.ult & ibi Bart.& alij.ff.de priui.cred.& c.officij, de offi.dele.& Bar.in l.poſt contractum, col.3.uerſicul. quintò præſumitur.ff.de donat.Iac.But & Alb.in l.ſi tibi pecuniam,ff.ſi cert.per.Bal.conſ.493.multiloquium, colum.2.uerſ.certe ego,lib 4 ubi per d.l.ſi uentri.§. ult. reſpondit, ex breuitate temporis præſumi pecuniam aliunde receptam,fuiſſe conuerſam in prędij emptionẽ, cùm ſcilicet non multum eſt ſpacij inter receptionem & emptionem, qui eſt caſus noſter,& certe eſt optimus tex.in d.§ ult.

25 *De eodem.* NIHIL autem intereſt,uerbis, an facto uolũtas declaretur.l.de quibus.& ibi gl.ff.de legib.& l. recuſari. & ibi etiam gl.ff.de acquir.hæred.cum multis ſimilib. & concord.à me adductis infrà,tit. omnium noſtrarum cõſuetudinum 24.qui eſt,*de communité de biens*,§.2.in glo. 6.Ideoque hic non minus cenſetur is fundus ex pecunia alterius in id emptus,ut loco illius ſubrogetur, quàm ſi id uerbis declarauiſſet. Ex quibus etiam potes intelligere idem eſſe,ſi ex alijs coniecturis deprehendatur, uendentem eo ſe animo & conſilio feciſſe Et,ne de his hæſites, ſcire debes,etiam in particularibus, nedum in uniuerſalibns, ſubrogatum in locum alterius,eius naturam ſapere, ut aperte probat dict.l. ſi donatæ res. §. ſi ſponſus.ff.de donat.inter uirum & uxo.& tradit Iaſon in l. ſi grege,colum.2.uer.nonò no.ff.de legat.1.Igitur, ut concludam,ſi uendens uoluerit hunc poſteriorem fundum in locum prioris ſubrogare, idque declarauerit uel expreſſe,uel tacite,nihil eſt quod ſit dubitãdum, eundem cenſeri eſſe eiuſdem naturæ.

26 *Quid, ſi permutetur fundus patrimonialis cũ alio, an hic cenſebitur patrimonialis.* NEQVE enim hic caſus longe abeſt à permutatione, uidelicet cùm quis permutat fundum patrimonialẽ cum alio:nam haud dubie hic fundus cenſebitur patrimonialis,ut tenet etiam Bal.in conſ.112.ubi ſuprà, li.1. & Maſuer.d.ti.de ſociet.§.item & dicuntur conquęſtus. Et id nemo,ut opinor,negabit. præſertim cùm utraque res eſt immobilis,& ita eiuſdem naturæ, quãtum ad id, de quo tractamus. Et id nuncupatim cenſuerunt multæ Galliarũ cõſuetudines,& inter cęteras Pariſienſis,c.179. Melodunenſis,c.55.Senonenſis,ca.33.& 38. Trecenſis, c.154.Victriacenſis,c.115.Aurelianenſis,c.298.Borbonienſis,c.462.Andegauenſis,c.273.Cenomanenſis,cap. 290.Altimarchienſis,c.266.& Marchiẽſis,c.273. quod eſt 13. huius tituli *de retraict.* Lorrienſis in præfectura Montargij,hoc quoque tit.§.19.Auxerrenſis,ſiue Altiſſiodorenſis hoc idem tit.§.2.qui eſt omnium 33. Senlitenſis,ſiue Syluanectenſis,hoc quoque tit.§.10. Britaniẽſis,tit.*des promeſſes & retraict lignagier*, qui eſt omnium 15.§.17. *Conſuetudines.* Vt non temere ab eo diſcedendum ſit, in quo tot conſuetudines conueniunt.

27 ET id quoque in ſimili uoluit Alber.poſt Guli. Cu. in l.ult.col 2.uer.item quærit.ff.de neg.geſt.cùm tractat, vtrum ſi quis rem meam permutat cum alia,& ea res mea poſtea perit. poſſim contra eum agere ad aliam rẽ, quam habuit cauſa permutationis. & quod ſcripſit Lucas Pen.in l.1.col.4.uerſ.ſed quid in quæſtione.C.de impo.lucra.deſcrip.li.10.ubi tenuit, & multis argumentis & rationib. probauit, rẽ immobilẽ à patre receptam ex permutatione alterius eãdem omninò naturam ſortiri. Ideoq; filios in eodem modo ſuccedere debere, atq; in illa, quam pater reliquit, etiamſi aliàs aliter ſucceſſuri fuiſſent. quod eſt multum not. & Iaſ. conſ.231.iſtæ duæ mulieres col.1.li.2.ubi dicit,quòd res permutata cum re ſubiecta fideicommiſſo,fit fideicommiſſaria. & Matth. Afflic.dec.Neapo.336.quidam nobilis,quòd res permutata cum re dotali,efficitur dotalis.

28 *De eodem.* ET ex his fit, vt prohibitus nouum locum acquirere, non videtur prohibitus antiquum cum nouo permutare,vt videre eſt apud Do.& Phil.Fran.in c.1. de exceſ. Præl.lib 6.In præcedenti autem caſu,ut ad illum ex hoc non tam diuerticulo,quàm adminiculo,redeamus, cenſetur quædam veluti permutatio, quantum ad uendentem ipſum,qui confeſtim pecuniam prioris venditionis conuertit in emptionem alterius,tanquam eo animo feciſſe videatur, ut hunc fundum loco alterius ſubſtitueret. Ideo idem iudicandum eſt, ac de permutatione. Et interim uide, quid præterea de his ſtatuerit conſuetudo Melodunenſis,cap.80.Senonenſis,ca.273.Cenomanenſis:cap.311.& Andegauenſis,cap.296.& duobus ſequentibus.Laudunenſis in Veromandia,huius tit.§. 13. *Conſuetudines.* qui eſt totius tertiæ partis 87. Quod autem ſuprà diximus fundum permutatum ſortiri eandem naturam, quàm alius, cum quo permutatus eſt, non per omnia procedit, ne hic fallaris. Nam ſi fundus obligatus cum alio permutetur,hic alius non perinde cenſetur obligatus,vt ille erat,ut not.tradit Bal.in l.pro debito.col.1.ff. de bon.aut.iud.poſ.per not.in l.Labeo.ff.de verb.ſig. & in l.mater.C.de rei uend.

29 *Quid de fundo patrimoniali commiſſo, & a domino remiſſo.* QVID autem de fundo patrimoniali,commiſſo ſiue confiſcato ob noxiam in dominum commiſſam, aut aliàs,cuius tamẽ dominus ipſe fecit gratiam, facinuſq; vaſallo cõdonauit,an cenſebitur patrimonialis, vt prius erat,an acquiſitus? Et id quidem deciditur ex eo,quod a noſtratibus tractatur, an feudum antiquũ uel paternum ita commiſſum,& poſtea nihilominus uaſallo relictum à domino,cenſendum ſit priſtinæ illius qualitatis & naturæ,ut in eo frater fratri ſuccedat,atque alia, quæ in feudo antiquo uel paterno locum habent, etiamnum habere debeant: an verò nouum. De quo ne hìc diutius immorer,uide glo.in l peculium.§.ſi ære,in uerbo,manent,& ibi quoque Gul.Cun.Albe.Bart.Bald.Angel.& Paul.Caſt.ff.de pecul. & glo. in l. quod dicitur,in uerbo,creuiſſe.& ibi etiam Dy.Bart.colum.ult.uerſ.hæc lex.& latius Albe.col.quoq; ult.& Ang. in fin. ff.de impen.in reb.dot.fac. & glo.in c.imperialem. §. inſuper, in uerbo,priuetur.& ibi Bald.ad fin.Ioan.Rayn. col.6.in paruis,uerſ.quærit ulterius. Mart. Laud. circa medium. & Card.Alexan.colum vltim.verſ.quæro ſubſequenter, tit.de prohib.feud.alie.per Fed. Odof.in Summa. titul. quid

quid ſit inueſti.in fin.Andr.Iſer.in c.1.col.1.& ſeq. & ibi Aluar.colum.2. verſ. quæro quidam uaſallus. Mart. Laud.col.1.verſ.quæro.pone,vaſallus commiſit.& iterū col.2.uerſ.quæro,uaſallus. rurſuſque uerſ.ult. quæro. & latè Card.Alex.col.etiam 2.uerſi.quæro, pone uaſallus, & ſeq.q.tit.de uaſal.decre.æta.eundem Iſer. in ca.1.§. ſed & res.& ibi ipſum Mart.Laud.col.ult.& Cardin. Alex.col.2.uerſ.deinde quærit,tit.per quos fiat inueſtit. Pet.Iaco.titu.de cauſis ex quib.feud.amit. col.6. in paruis,uerſ.ex prædictis.Bald.in l.1.in 15.q.ff.de rerum diui. & in c.quæ in eccleſiarum,colum.penul.uerſ.extrà quæro,de conſt.& in c.1.§.ad hoc,colum.5.uerſ.nota in uerbo,tanquam,tit.de pac.iur.fir.aut,ut alij collocant,titu.de allodi.& in addi.Specu.titu.de loca.§.nunc aliqua, uerſ.23.& conſ.250. ad euidentiam præmittendum eſt quod uaſallus,ante fin.lib.2.Ang.in l.agros. C.de fund. limit.lib.11.Imol.in ca.2.colum.4.uerſ. item etiam aduerte.& ibi Card.Alex.q.9.extrà de feud.Petr.Anchar. conſ.171.caſus,ad fin.Mart.Laud.in c.1.§.ult.colum.2. uerſ.extra glo.not.tit.quib.mod.feu.amit. le 1.Pau.Ca. conſi.425.ponitur,colum.2. uerſic. ſecundò uidendum eſt,lib.2.Io.Plat.in l.ſancimus,uerſic. item facit ad aliā. C.de conſuli.lib.12.Alex.conſ.34.uiſis,col.2.uerſi. hoc comprobatur,lib.5.Fran. Aret. & Iaſ. in l.ſi mihi & Titio,utrumque colum.ul.ff.de uerbor.obl.& eundē Fran. Aret.in l.filio quem pater, in fin.prin. & ibi quoque Iaſ. col.3.uerſ.facit iſte text.ff.de lib.& poſthu. Franc. Curt. Seniorem,conſi.50.memoriæ.nume.397.Card.Alex.in præludijs feudorum,in 6.diui.& in cap.1.col.3.tit. quo tempo.mil.Iacob.à S.Georg. in tracta. feudo. in uerbo, dictique vaſalli promiſerunt non committere, col.ult. verſicu.dubitatur etiam.& Zaſ.in eo.tracta.feu. parte 3. char.1.& conſi.13.ex facto,num.12.lib.1.Iaſ.conſ.64.in cauſa caducitatis,colum.3.uerſ.ſecundo poſſunt, libr.3. Albert.Bru.conſ.74.quia caſus,col.1.& Bart. à Scarampis,inter conſilia eiuſdem conſ.112.caſus ſuper quo,col. vlt.& conſ.ſeq.in prin.Lud.Gozad.conſ.46. viſis inſtrumentis,colum.pen.num.17.& conſ.84 prima facie, nu. 4.& iterum 10. & multis ſeq. & Io. Ign.in l.1.§.ſi dominus mortiferè,num.40.& ſeq.ff.de S.C.Sylla. & nouiſſimè,latiſſimè,doctiſſimè Moder.Pariſ.in conſue.Pariſ.§. 30.in 28.q.& Ferro.ad hunc retractus caſum in conſue. Burdig. hoc tit.*de retraict.* §.11.& iterum §.23.& quod etiam ſcripſimus in l.ſi vnquā,in verbo, reuertatur, nu. 12.ex ijs autem.C.de reuoc.donat.

30 *Quid de bonis confiſcatis, & reſtitutis.*

Sed & ex ſcriptis ab ipſis Andr.Iſern.Mar.& Card. Alexand.in d.cap.1.titu. de uaſal. decre. æta.in locis ſuprà deſignatis,facilè intelliges, vtrum ſi quis à Principe reſtitutus fuerit ad bona confiſcata,ea cenſeri debeant patrimonialia,an acquiſititia.De quo etiam Chaſſ. in conſue.Burg.tit.*des droictz appartenans à gens mariez*.§.6.in uerbo, *anciens*, col.3.uerſ.præpoſitus. & nos quoque aliquid dicemus infra , hac eadem glo. dum loquemur de reſtitutione in integrum. Si autem uaſallus renunciat feudum antiquum domino, qui poſtea illum denuò inueſtit, ut noſtri loquuntur, utrum cenſendum ſit antiquum,an nouum,& ſic patrimoniale,aut acquiſitium, cognoſces ex glo.in cap.1.in verbo,de nouo, & ibi Bal. colum.5.verſ.demum quærit,& ibi quoque alijs,titu.an agnat.vel filii.Sed & ſi vaſallus renunciat,vt dominus filium ipſius vaſalli inueſtiat,dicemus infrà, nume.45.& in id quoque.Quid item ſi cùm finita eſſet emphyteuſis per generationem,dominus eam renouauit in alios conſanguineos,iuxta ea quæ diximus ſuprà in præfat.huius titu.numero 41. huc item pertinet, & ſequen. vtrum ea res cenſebitur antiqua,an uerò noua? vide Bartol.in d.l. ſi mihi & Titio.& ibi omninò Franc. Aret. colum. pen. verſiculo circa ſecundam quæſtionem. ff. de verborum obligat.& Bald.in d.l.1.in 15.q.ff.de rerum diu.& Imol. in c.2.col.4.verſ.ſi autem quærimus.extrà, de feud.

*Alia quæſtio.*

*Aliud item.*

31 *An fundus emptus ex pecunia dotali, quam vir promiſerat côuertere in emptionē prædiorum hæreditariorum cenſebitur patrimonialis. Feudū nouum cōceſſum iure antiqui feudi.*

At non adeò leuiter tranſeundus hic caſus, qui ſæpè vſu euenit: Cùm filia nuptui datur ſolet ei dari à patre certa pecuniæ ſumma, pro hæreditagio (ita vocamus quod ex ſucceſſione obuenit) quam ſummam ſponſus promittit conuertere in emptionem prædiorum,quæ cēſebuntur hæreditagium ipſius ſponſæ, id eſt, antiquum ipſius patrimonium.Quid igitur, ſi huiuſmodi prædia, poſtquàm fuerint comparata,alteri extraneo venduntur ab ipſa filia:an eius conſanguinei admitti debeant ad retractum eorum,tanquam patrimonialium? Quod quidem uidetur ex eo,quod ſcribit Bald.in cap.1. colum.1. verſ.extrà not.& ibi Mar.Lau.& Card.Alex.tit. de alien. feudi pater.q ſi Rex mihi concedit caſtrum poſſidendū nomine ac iure antiqui feudi, licet id verè ſit feudū nouum,vtpotè tunc primum conceſſum,tamen aſſumit naturam & qualitatem feudi antiqui. arg.l.quicunque deſertum.C.de om.agr. deſer.lib.11. Ideoque, vt ſubdit, poterit huiuſcemodi feudum, tanquam antiquum alienari in agnatos proximiores:quod minime poſſet, ſi nouum eſſet.Et id quidem dicit eſſe not.

32 *De eodem, vide infra 37.*

Et idem quoque uoluit ipſe Bald.in c.1.col.5. uerſ. demum quærit glo. tit.an agna.vel filii.& ſubobſcurè in c.1.§.hoc quoque,ante fi.tit.de ſucce.feud.ubi & hoc dicit eſſe menti tenendum.& ibi etiam Iacob.Alua.& Cardina. Alex.qui & ipſi idem uoluerunt in c.1.ad fin. titu. de uaſal.decre.æta.& in c.1.titu. de ſucceſſi. frat. ſiue de grad.ſucceſſ.in feud.Andre.Iſer.in ca.1.titu.de controu. feud.apud par.termi.Mart.Lauden.& idem Card.in c.1, §.porrò,titu.qualiter olim feud.aliena.pote. Paul.Caſtr. conſ.44.circa præſentem caſum,in princ.libr.1. & conſ. 284.de utroque quæſito,libro 2.ubi dicit hæc uerba habere uim pacti, ut in eo feudo ſuccedatur, tanquam in feudo ueteri.Alexand.conſilio 30. quoniam omne datum,colum.3.uerſ.fortius dicit, libro primo , quod duplicatum eſt conſ.2.lib.5.& idem Alexand.conſ.45. perſpectis,lib.3.& conſ.55.perſpectis,colum.10.uerſ. circa aliud dubium,lib.4.et conſ.1.ponderatis,col.7.uer.non obſtat dum dicebant,li.5.et conſ.29.perſpectis, colum. penul.uerſ.confirmantur hæc,eodem lib.5.Pet Ferrar.titu.forma libel.quo agi.ad reuoca.feud.in uerbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis, in fine, et latiſſimè omnium Franciſc.Curt.ſenior,conſ.49.recolendæ, ferè per totum,et conſ.ſequen. quod eſt eiuſdem initii , columna vigeſimanona,uer.quinto et fortius, cum multis ſequentib. et collegium Bononienſe inter conſ.illius conſ.ſeq.præſens conſultatio.Soc. qui tamen non omninò aſſeuerat,inter conſ.Alber.Bru.conſ.10.uiſa quæſtione,col.uerſ.ſed contra prædicta.Card.Alex.in præludiis feud.in 6.diuiſ.ad fin.Iaſon conſ.1. nobiles uiri , col.4. uerſ.ſecundò principalius,lib.3.ubi hanc dicit eſſe communem opi.& conſi.136. præſupponitur, col.5. uerſ.ſecundò ſpecialis.libr. 4 ubi & hanc dicit cōmunem opi. Phili.Deci.conſ.53.placet mihi, col.2.uerſ.quartò facit. & conſil.185.in cauſa iſtorum, col.ult.uerſ.non omitto, & conſi.114.uiſo tenore, col. 2. ubi & hanc quoq; dicit communem.& Car.Rui.conſ.5.uidetur,in prin. lib.1.& conſil.14.de pluribus, colum.4.num.5.eodem libro.& Zaſius in epitome feudorum, part.12. eademq; ultim. paulò ante fi.& Alc.qui & hanc dicit cōmunem in tract. præſum.reg.3.in 28.præſumpt.nume.4.Franc.Ripa in l. 1.colum 2.uer.tertiò induco. ff.de lega.1.Matth.Afflict. in coſtitu.Siciliæ,incip.poſt mortē,col.2.in fi.Ant.Rub. conſ.84.uiſo col.2.ubi hanc item dicit cōmunem,& cōſ. 264.circa primum,colum.3.verſ.circa aliud. & Moder. Pariſ. in conſue. Pariſ.titu.1.§.5.nu.84. Et ex antiquioribus Iaco. Ardiz. in Summa feud. titu.nouum & non paternum, ſub rubricella 2.& Andre.Iſer.in cap. 1. col. vltim.uerſic.ſed ſi Rex, titu. de contro. inueſt. apud par. termi.& c.1.col.3. titul. de Capitaneo qui curiam vend.

33 *De eodem.*

Nam & è diuerſo, ſi quis de feudo veteri inueſtitur,



tur,tanquam de nouo,id nouum fit,& amittit qualitatē veteris,vt ex facto interrogatus reſpondit Paul. Caſtr. conſi.159.punctus, colum.2. verſicu.nam ad hoc, lib.2. per text.in c.1.ibi, vel niſi ad hoc,tit.de eo qui finem fec. agna.& Matth.Afflict. deciſ. Neap.112. inter dominas, col.2.verſ.ſecundo caſu,& deci.148.fuit diu;col.5.verſ. quare fuit vocatum. Sed & ſi quis de feudo antiquo inueſtiatur, tanquam de paterno , nam & hæc inuicem differunt, vt pater ex not. ab omnibus in præludijs feudorum. Si quis igitur inueſtiatur de feudo antiquo, tanquam de paterno , id feudum antiquum aſſumit vires & naturam paterni , vt etiam reſpondit Bald. conſil. 249. verba inueſtituræ, colum. 2. lib. 2. Et facit in hanc ſententiam , quod in ſimili etiā tradit ipſe Bald.de æſtimuo (quod noſtri appellant)id eſt cenſu veteri, vt nouus cenſeatur , ex verbis deſcriptionis. id enim voluit cōſ.142. quidam dominus Paſinus,circa medium,lib.2.

*Si de feudo veteri quis inueſtiatur tanquā de nouo,an nouum cēſebitur,uide infrà nu. 38.*

34 *Aduerſus ſupradicta appellatio ſiue denominatio rei nō eius mutat propriā vim.*

Contrarium quoque uidetur: quia veritas & ſubſtantia rerum non immutatur hominum denominatione.l. ſi fortè.ff. de caſtren. pecu. ubi ſi quis non eo caſtris notus aliquid filiofamiliàs donauerit , adieceritque nominatim,vt id habeat in caſtrēſi peculio,tamen non cenſebitur tāquam caſtrenſe peculium , veritatem enim (vt ibi ſubditur)ſpectamus,& in l.non epiſtolis,& l.non nudis.C.de probatio.& l.aſſumptio.& ibi Bart.& Alb. qui eam legem legit cum l.Labeo. ff. ad municip.& l. inſulam.& ibi Paul.Caſt.ff.de præſcript.verb.l. vbi ita donatur.ff.de donatio.cauſ. mort.& l.ſi olei, & ibi not. C.de loca.& l.ſi vno,in princi.ff.eod.& l.cum falſa.C de iuris et fac.ignoran.cuius verba,quia hìc ſunt accommodatiſſima, ſubnectere libuit : ea ſunt. Cùm falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poſſit, reſpondendo id quod paternum erat, ex matris eſſe bonis, nihil egiſti & c.conſtitutus.extrà, de reli. domi.& Cle. vlt. in 2.reſpon.de ſententia excommunic.Cuius autoritate dicit Ioan.Andr.in addi.Spec.tit.de inſtru.edit.§.porrò, col.vlti. quòd veritatem rei non immutat etiam Papalis denominatio.Ideoque,vt ſubdit ſi contrahentes alio cōtractu, quàm donationis , vtantur verbo donandi , non propterea erit donatio.quod & ante illum voluit Oldra. ipſius præceptor,conſ.139.ad habendum; col.1.

35 *De eadem re.*

Et eadem propè voluit Nic.Mat.in l.1.ad fin.& ibi Iaſon colum. 9. verſicul. dicit etiam not. & iterum col. ſeq.verſi.bene facit,quod dicit.C de iure emphy. & Bal. in Rub. eiuſdem tit.etiam ad finem.& in l.2. verſic.ſed iuxta hoc quæro.C.commo.vbi dicit,quòd verba magis deſeruiunt naturæ contractus,quàm econtrariò,per textum,quem dicit not.in d.l.inſulam.& idem Bal.in l.qui ſe patris,col.7.eademq; antepenul. verſi. hoc ſcias quòd ſi princeps.C.vnde liberi.& in l.1.colum. 2.verſic. quid ſi notarius.C.de rerum permuta.vbi dicit,quòd non attenditur nomen contractus, quo vtuntur contrahentes et notarij,qui ipſius inſtrumentum conficiunt , ſed ſubſtantia ipſius,per d.l.inſulam.& idem Bald.in l.ede,col. 2.verſicu.ſed quid de eo qui emit.C.locat. vbi dicit non eſſe inſpiciendum nomen contractus,ſed rerum ſubſtantiam,per d.l.inſulam. & ipſe Bald.in l. licet certis, colu. 2.verſi. quintò quæro, eod. titu. vbi dicit per eandem l. ſolam nominis differentiam non mutare ſubſtantiam. & in ca.licet de vitanda,poſt princip. extrà,de elect. vbi dicit,cautela verborum non poſſe rei naturam mutari, per not.in Cle.vlt.de reſcri.& conſi. 291.ad euidentiam col.2.verſi.apparet igitur,lib.2. vbi dicit ducatus,comitatus,& alias huiuſmodi dignitates,quocunque alio nomine vocētur,tales tamen manere,quales ſunt:nam realitatem(vt ipſe loquitur)potius inſpicimus,quàm nuda rerum vocabula:ideò & feudum re ipſa ligium manere ligium,etiam ſi tale non dicatur,& è conuerſo.& conſil. 202.omnis poteſtas col.uerſi,2.ego pro certo lib.4. vbi dicit,uoces ad beneplacitum non tollere propriam ſpeciem actus , quocunque modo rem ipſam appelles , per d.l.inſulam.

36 *De eadem re.*

Et vt ad alios Doctores ueniamus,eadem planè uoluit Bart.in l.eodem.§. qui maximos. ff. de publi. & uectig.& conſ.155.facti cōtingentia,col.2.& in diſputati. incip.publicanus.& Signo.conſ.22.in quæſtione uertente inter commune , col.5. uerſic. & licet inſtrumentum. & Imol.in ca.ad audientiam, col.2.extrà, de reb. eccleſ. non alie.Panor.in d.c. conſtitutus, col.ult. per illū text. de relig.domi. & in cap.illo uos, in 4.not. de pignor & conſ.114.in quæſtione mouenda,libro 2. Paul. Caſtren. in l.2.quam legit cum l.1.§ adeò ff. loca. Franciſ.Aret. in l.2.colum.2.& ibi etiam Franc. Purpur. col. antepenultim.verſ.credo potuit ſit.ff.ſi certum petatur, & idem Aretin.conſ.10.caſus talis eſt , quidam Titius,colum.2. verſic.item præmitto.& conſ.160.longa eſt, columm.8. ver.ex his infertur.Alexan.conſ.40.ſuper primo dubio, colum.5.verſ.ſed circa tertium,lib.4.Iaſon in Rub.ff. de legat.1.colum.penultim.Philip.Dec.d.conſ.53. colum. vltim.& conſil.160.in cauſa monaſterij,colum.1. & conſ.164.non fuiſſet,colum.2.verſ. non obſtat quod in contractu.& conſ.413.conſuluit,colum.1.& cōnſ.quod ſine præfixione numeri ſequitur conſ.542.præſuppoſita validitate,col.vltim.cum ſimilibus.nam huius ſententię plena ſunt vbiq; noſtrorum volumina. Et vt ſcribit Ariſtoteles paulò ante finem libr.1. περὶ ἑρμηνείας,ex vulgari tranſlatione,vt omnes intelligant,Propter noſtrum affirmare,vel negare,nihil mutatur in re. Et ita vulgò ſummatur d.l.aſſumptio.ff.ad municip.

37 *De eadem re. Contrariū eius quod ſuprà dictū eſt de feudo nouo conceſſo iure veteri, vide ſupra 31. & ſeq.*

Ex quo etiam multi fuerunt in diuerſa ſententia eius,quod ſup.diximus de feudo nouo conceſſo iure ac nomine antiqui feudi : vt ſcilicet per huiuſmodi verba non mutet ſuam qualitatem, quin nouum ſit,& nouum maneat, & inter hos Oldr.& Alber.in l.qui teſtamentū, per eum tex.ff.de proba.idem Oldra.conſi.178.factum tale eſt,quidam nobilis,colum.2.per d.l.ſi fortè. ipſe Albericus.in ſuo Lexico,in verbo,nouum,vbi in fine ita dicit fuiſſe determinatum in facti contingentia.Bal.in præludijs feudorum,in 3.diſt.& ibi Mart. Laud. in c.1.col.4. in 3.quoque diuiſione,tit.quæ feud.dare poſ.Pau.Caſt.ut à multis citatur,conſ.154.quòd iſtud feudum pertineat ad filias.ſed illud conſilium reperire non potui, niſi fortè id ſit conſ.191.uiſis,lib.2. nam ibi aliquid eſt huic rei proximum,in col.3.verſ.non obſtat dicatur,& poſt principium illius conſilij ſunt quædam verba illi initio ſimilia . Sed & hoc expreſſius voluit ipſe Paul.Caſt. conſil. 183.de vtroque quæſito, eodem libr.2. quanquàm neutrum id ſit, in quo citatur. Alexan.ſibi contrarius,conſil.10 ponderatis,colum.2.verſ.quia ad hoc reſpondeo, lib.3.Iaſon ſibi quoque contrarius,conſ.57.in cauſa mota per ſpectabiles,col.5.verſ.ſcio quòd poſtremò, lib.1. & conſ.152. ſuper feudo,colum.1.lib.2.& conſil. 180. circa primum,colum.5.verſ. ſextò moueor, & column. ſequen.verſicul. primò , quòd quando feudum, eodem lib.2.& conſ.7.vertitur,colum.6.verſ. tertiò deueniendo,lib.3.& conſ.107.in diuiſione,colum.penul.verſicu. confirmatur quod conſenſus, lib.4.Zaſius conſ.13. ex facto,numer.15.Albertus Bru.conſ.79.poſt ſcripta, ſtatim poſt medium.Et bene etiam facit,quod ſcribit ipſe Pau.Caſt.conſ.461.viſis,col.1.uer.nunc uideamus,cum multis ſeq.lib.1.

38 *Contrariū eius quod dictū ē de feudo ueteri, de quo quis inueſtitur tāquā de nouo,ut de ſuprà, nu.33.*

Sicut è diuerſo, ſi feudum re vera ſit paternum, vel antiquum , & de eo tanquam de nouo fuit uaſallus inueſtitus,non propterea nouum cenſebitur: ſed manet, vt prius erat, paternum , uel antiquum: per textum expreſſum in d.cap.1.& ibi gloſſ.quæ id intelligit , quantum ad aliorum præiudicium . Bald. Aluarot. Martin. Laud. & Cardin.Alexand.qui eam gloſſ.ſequuntur titu. de uaſal.decre.æta. & rurſum in d.c.1. & ibi quoque gl. Bald.Aluar.& alij, titul.an cogna.uel filij.in d.c.1.titul. de

de eo qui finem fecit ag. glo. in c. quicunque. 25. quæſt. 2. Iacob. Ardiz. in ſumma feud. in ſecunda parte ſecundæ partis principalis, in 1. quæſt. ad finem, verſic. & erit ſciendum. Bal. in l. 1. in 15. quæſt. ff. de rerum diuiſio. & in l. quoties, col. 2. uerſ. ſecundo caſu. C. de ſuis & legit. & in præludijs feud. in quinta diuiſione, in fine. Card. Floren. conſ. 92. nobiles viri. in primo dubio. Paul. Caſtren. conſ. 290. uiſa, col. 1. lib. 2. & conſ. 425. ponitur in facto, in primo dubio, lib. 2. Roman. conſ. omnium 1. viſis, in fi. & conſ. 315. in caſu, in princip. ubi idem dicit de emphyteuſi. Iaſon conſ. 96. dominus Bonioannes, columna ult. lib. 1. & d. conſ. 180 colum. antepen. verſ. iſta opinio, lib. 2. Philip. Dec. conſ. 78. licet in caſu, colum. ult. verſ. & licet uaſallus. & conſ. 445. in caſu ad me tráſmiſſo, col. 2. uerſ. quia ad hoc reſpondetur. & Zaſ. in epitom. feud parte ult. paulò ante fi.

39 *Forma antiqua feudi vel emphyteuſis, nō debet mutari in renouatione.* Et optimè faciunt, quæ ſcribit Bald. in l. 1. col. pen. uerſ. ſed quid ſi dominus, & ibi Roman. in 11. quæſt. C. quando non peten. part. quòd dominus in renouatione feudi uel emphyteuſis non poteſt immutare formam antiquitus inſtitutam, in præiudicium alterius. Et idem propè uoluit ipſe Bal. in c. 1. col. 1. in fin. tit. de eo qui ſib. & hære. & in ca. 1. §. ult. col. 2. uerſ. modò quæro. tit. de feu. guard. & laté conſ. 215. proponitur, col. 2. uerſ. in eo autem, lib. 2. Petr. Anch. conſ. 30. an ualeat, col. ult. uerſi. ſuper tertio. Paul. Caſtr. conſ. 311. circa id quod primo, in fi. 1. dubij, lib. 1. & conſ. 46. viſo & examinato, col. 2. verſ. ſed ultra prædicta, lib. 2. & conſ. 32. in cauſa appellationis, col. 1. eo. lib. 2. & conſ. 142. videtur dicendum quòd dictus, col. vlt. uerſ. nec etiam obſtat, eodem lib. 2. & Philip. Dec. conſ. 148. in cauſa iſtorum, col. 3. verſ. primo, quòd prima, & conſ. 185. in cauſa iſtorum, col. 3. uerſ. non obſtante, quòd in alia, & conſ. 193. cuius ſuperſcriptio incipit, in ſucceſſione, colum. 2. ver. præterea etiam. & conſ. 208. ad clariorem. col. penult. verſ. prima attenditur. & conſi. 390. quoniam, col. 2. verſ. nec obſtat illa, & conſi. 465. in caſu, col. 5. verſ. & non obſtat confirmatio, & conſ. 468. ſuperiori, col. pen. verſ. ſecundò principaliter, & conſi. 498. viſo caſu, colum. 3. verſ. ſecundò principaliter, & conſi. 516. quoniam cauſa, col. pen. verſ. ſubſequenter. Stephan. Bertran. conſi. 1. nu. 98. & ſeq. lib. 1. ibi. & idem dicit è diuerſo, & Franc. Rip. lib. 1. reſpon. c. 1. defuncto. num. 48. & ſeq. Ludo. Gozad. conſil. 26. in cauſa illuſtriſſimorum, colum. 7. num. 40. & conſi. 53. prima facie, colum. vltim. num. 18. Et facit, quod tradit Cardin. Floren. conſ. 123. ſuper præmiſſo, col. 1. verſi. ad primum.

40 *Et ſi idſtat an ex hoc cenſebitur nouum.* Qvid autem ſi in renouatione veteris feudi addatur noua quædam forma vel qualitas: an tunc cenſebitur vetus, an nouum. Vide Bald. in l. quoties, col. 2. C. de ſuis & legit. & in cap. 1. col. pen. & ibi Mart. Laud. Aluar. & Card. Alexan. tit. an agn. vel fil. & in d. c. 1. tit. de uaſal. decre. æta. & in cap. 1. §. hoc quoque, tit. de conſue. recti feu. & in c. 1. §. inſuper, tit. de prohibi. feud. alie. per Fed. & d. conſil. 249. verba inueſtituræ, lib. 2. Alexand. in l. ſi mihi & Titio, col. 5. verſic. & tene menti dictum. ff. de verb. oblig. Iaſon conſ. 7. pro reuerendiſſimo, col. 2. uerſ. ſecundo, & rurſum col. 8. uerſ. non obſtat ſecundò, libro 3. & conſi. 24. in cauſa feudali, colum. 5. verſicul. præterea & fortius, eod. lib. 3. & Alber. Brun. conſil. 78. quia caſus, col. 2.

41 *Diſtinctiones circa prædicta.* Tv tamen, quantum ad priorem illum caſum de feudo nouo conceſſo, tanquā de veteri, ſcire debes, quoſdam è noſtris, & eos quidem multos, diſtinguere inter perſonas prohibitas infeudare de nouo, cuiuſmodi ſunt perſonę eccleſiaſticæ, & perſonas liberas & non prohibitas, vt ſcilicet inter prohibitas feudum non mutet ſuā propriam, genuinam ac priſtinam naturam & qualitatem: inter alias mutet. quorum omnium veluti Coryphæus eſt Bal. in d. proœmio feu. in tertia diuiſio. Alios autem diſtinguere inter perſonas, quibus ius eſt & poteſtas mutandi ſtatus rei, eiuſque in alium reformandi, vt ſunt principes non recognoſcentes ſuperiorem, & inter alios inferiores. De quibus inter cæteros vide Martin. Laud. in c. 1. §. 1. col. 5. verſ. circa hanc diuiſionem, tit. qui feud. dare poſſunt. Alex. d. conſil. 10. lib. 3. Barbat. conſ. 66. afferam, col. 15. verſi. & ſi quiſpiam opponat, lib. 4. Cæpol. conſil. cauſarum ciuilium 31. ſuper cauſa, col. 1. & iterum col. 3. & ſeq. Iacob. à S. Georg. in tract. feud. in verbo, nobiles Agaſi. in fi. & iterum in uerbo, in feudum, col. 2. verſ. iuxta prædicta. Ludo. Bolog. qui tamen de hac re admodum obſcurè loquitur, conſil. omnium 1. illuſtriſſimus, ferè per totum. Cardin. Alexan. in præludijs feudo. in 6. q. verſic. Bal. quærit hic. & in d. ca. 1. colum. 2. verſic. nota text. tit. de gradi. ſucceſſ. in feud. Franc. Curt. ſeniorem dict. conſ. 48. & ſeq. & in prælud. feud. in 7. quæſtio. princip. verſic. incidens occurrit quæſtio. & Franc. Curt. iuniorem in tractat. feud. in 8. quæſtio. primę partis. colum. 2. verſi. ſed hic cadit, & ſequen. & conſil. 1. facti contingentia, colum. 9. verſic. nec obſtat præmiſſæ. Iaſ. etiam in prælud. feud. colum. 26. uerſic. pro pleniori inſtructione, qui eſt in numero 89. & in omnibus propè conſilijs ſuprà citatis. & Zaſi. in epitome feud. parte tertia, chart. 1. & 2. Alciat. in dicto tractatu præſump. regula 3. in 28. præſumpti. Albertum Brun. conſil 40. contra dominum, colum. 1. verſic. & ſi dicatur Ioan. Anton. inter conſilia illius conſ. 71. dicitur. & Mod. Pariſien. qui hanc rem ſubtiliter & abundanter tractat in conſuetudinibus Pariſien. tit. 1. §. 5. nu. 83. & multis ſequen.

Ego (vt tandem iudicium in hac re meum interponam) arbitror, id ſemper & à quocunque fieri poſſe, niſi ſi fieret in præiudicium alterius. Alias fieri non poſſe, nec à principe quoque. Qua in ſententia nuncupatim fuit Stephan. Bertran. vir optimi ſanè iudicij, conſ. omnium 1. viſo proceſſu, num. 98. & ſeq. lib. 1. Et eò propemodum tendunt omnes, qui de hac re ſcripſerunt. Nam quod de prohibitis dictum eſt, non alió ſpectat, quàm quòd id fieret in præiudicium aliorum. Conſtat autem principem nec ius alterius poſſe tollere. l. reſcripta, & ibi not. C. de prec. impe. offer. cum ſimi. Igitur, ut tandem ad noſtrum principalem caſum reuertamur, cùm res hæc verè non obuenerit ex ſucceſſione, nec ideò ſit matrimonialis: putarim hanc pro tali non eſſe habendam ex huiuſmodi matrimoniali conſenſu in præiudicium emptoris, qui ſcilicet eam rem emit, ut ab eo conſanguineus retrahere poſſit, cùm non niſi patrimonialia retrahere poteſt ex conſuetudine. Verùm quantum ad ipſos contrahentes & eorum hæredes, pro patrimoniali ſiue hæreditario habenda eſt, poſteaquàm ita conuenerunt. 42 *Deciſ. principalis quæſtionis.*

Illvd quoque in quæſtionem uocatur: Si quis emerit fundum ab eo, cui aliàs ſucceſſurus erat ab inteſtato, & eum fundum poſteà alteri vendidit, an retractus in eo locum habebit, tanquam in patrimonio, an ſecus, tanquam in acquæſtu. Et certè ex multis Franciæ conſuetudinibus, quas tibi ſuprà deſignauimus, numer. 9. ſunt autem priuatæ, in omnibus rebus, quas à conſanguineis quibuſcunque, etiam ſi eis non eramus ſucceſſuri, acquirimus, ſi eas poſtea vendimus, habet locum retractus, quamuis ex illis conſuetudinibus non habeat locum in cæteris acquæſtibus. Sed fac conſuetudinem ſimpliciter & ſine exceptione concedere retractum in rebus patrimonialibus non in acquæſtibus, quid dicendum eſt in noſtro caſu, de eo ſcilicet quod emimus ab eo, cui ab inteſtato ſuccedere debemus, an in ea poſtea à nobis extraneo vendita, habeat locū retractus. Io. Fab. omniū, vt reor, primus in proœmio Inſtitutionū, in verbo, Alemanicus, aſſeuerat id nō cenſeri acquiſititium, per l. 1. §. qui autem. & §. ſed ſi libertus. ff. ſi quid in frau. pat. & c. 1. tit. de 43 *Si qs emit fundum ab eo, cui ab inteſtato ſucceſſur° eſt, an iſſu dus cenſebit patrimonialis.*



de vaſ. decre. æta. Ideoq; ait in eo non eſſe locum ſtatuto permittenti liberè diſponere de acquæſtibus.

44 *De eodem.* Nec in ea opi. ſolus fuit Fab. nam multi eum nuncupatim ſecuti ſunt, neminemque hactenus reperi, qui ei contradiceret. Secutus eſt ergo Ioan. Plat. in d. proœmio, col. 3. verſ. quid autem ſi quis acquirit D. Coſ. Guy. in prag. ſan. titu. de concubinis. §. quia verò. in verbo, quę ſtus. vbi ex hoc dicit, quòd ſtante ſtatuto, ut conquæſtus facti conſtante matrimonio ſint communes viri & vxoris, non erit eommune, quod donatum eſt ei, qui donanti ſucceſſurus eſt, dicitque & ad hoc facere l. caſtrenſi. ff. de caſtren. pecu. & l. 1. C. de impo. lucr. deſcr. libr. 10. qui poſterior tex. in id certè eſt optimus. Sequitur item, & ad idem ſtatutum trahit, D. Benedictus in repe. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. numer. 791. & iterum 1041. extrà, de teſtam. & in priori loco dicit ad hoc facere text. in l. 1. C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſta. cùm dicitur. Et ſi teſtamentum non eſſet ſcriptum, iuſtus poſſeſſor futurus erat. Sequitur deníque Chaſſa. in conſuet. Burgund. titul. *des droictz appartenans à gens mariez.* §. 2. in verbo, *& acqueſt.* poſt princ. & iterum tit. *de ſucceſſions.* §. 7. in verbo, *ſont yſſus,* col. 2. Et quiſquis is fuit qui repetit l. 1. C. de fund. rei pri. li. 11. in 11. q. 3. conſiderat.

45 *De eodem.* Et in id quoque facit, quòd prohibita alienatione ſimpliciter, non ea cenſetur prohibita in eum, qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato gl. vt paſſim ab omnibus citatur, in l. pater. §. Iulius, & ibi Dy. & Cy. ff. de lega. 3. cum alijs multis concord. à me collectis, ſuprà eodem titul. §. 26. gl. 1. num. 4. ſed ſi id recipias. Et quod feudum aliàs alienari prohibitum, poteſt tamen in proximiorem alienari. c. 1. §. ſed etiam res, & ibi gloſſ. & alij, titul. per quos fiat inue. cum alijs quoque multis concor à me item cōgeſtis ſuprà in præfat. huius tit. num. 52. item feudum. Et quod præterea ſcribitur in d. c. 1. tit. de vaſ. decre. æta. quòd ſi pater inueſtiri fecerit filium de feudo, id feudum non propterea erit nouum, ſed manebit antiquū, vt prius erat. & ibi id not. omnes Doct. & Bal. in l. 1. in 15. q. verſ. & no. quòd ſi pater ff. de rerum diui. vbi id dicit not. & in c. 1. §. & quia vidimus, col. 5. verſ. & quia hic agitur, ti. qui feu. dar. poſ. & Card. Alex. in prælud. feud. in 6. diuiſ. col. 1. eiuſdem diui. & Iaſ. conſ. 7. pro reuerendiſſimo, col. 5. verſ. tertiò deueniendum, li. 3. Ex quo etiā potes intelligere, huiuſmodi feudum in hoc caſu noſtri retractus non cenſeri acquiſitum.

46 *Quid de eo quod donatum è ſucceſſuro ab inteſtato.* Et hæc quidem ſententia Fab. & aſſeclarum (vt ad eam redeamus) poſſet procedere in eo, quod donatur aut legatur ei, qui ſucceſſurus eſt: & ita videntur intelligere Fab. & cæteri, & huc quoque reſpiciunt omnes leges & rationes in id adductæ Sed ſi id non ſit donatum aut legatum, ſed venditum, aliud videri poſſet: cùm nihil ſit, cur is qui hæc emit, non tantum iuris & facultatis in eis habeat, quantum ſi ab omninò extraneo emiſſet: nam & ea etiam veluti extranea & tanquàm ab extraneo emit, cùm è diuerſo ea uideantur ei donata aut legata tanquam ei qui ſucceſſurus eſt, & reſpectu huiuſce propinquitatis, magis quàm alterius cauſæ gratia. l. inter. §. quæ tutoribus. ff. de excuſa. tuto. & pleniſſimè diximus in repet. l. ſi unquàm. in verbo, donatione largitus, numer. 72. licet contrarium, & multis ſequen. C. de reuoc. donat.

47 *De eodem.* Sed & huiuſmodi donatio, eſt potius debiti quædam ſolutio, quàm muneris oblatio, vt ſcribitur in d. l. 1. C. de impo. lucr. deſcr. quæ etiam nuncupatim diſtinguit inter contractus lucratiuos, & non lucratiuos. Ex eaque not. Bar. & Ioan. Plat. ſtatutum de ſoluenda gabella locum habere in contractu inito inter patrem & filiū ex cauſa oneroſa, non etiam gratuita. & ſequitur Rom. in l. 1. col. 2. ff. in ius voc. ut eant. & Firmia. in tract. gabel. in 7. parte prin. q. 21. & iterum in 3. parte 8. partis princip q. 25. In qua re deceptus eſt amicus noſter Modernus Pariſien. qui vtrūque confundit in conſuet. Pariſien. tit. 1. § 2. nu. 4. in id allegans Alber. Brun. conſ. 43. circa caſum, col. vlt. verſ. tertiò uidendum, qui tamen de donatione tantùm loquitur, non etiam de venditione, vt ibi videre licet. Sed Mod. Pariſ. illud incogitás, ac tráſeunter aliud agens, ſcripſit. nec dubito, quin ſi paulo attentius cogitet, ſit huius noſtræ ſententiæ, adeò eſt ingenij animiq; candidi & ſynceri.

Igitvr putarim, in caſu noſtri retractus nihil referre, emerit quis ab eo cui ſucceſſurus eſt, an ab alio: licet ſecus, ſi titulo donationis aut legati acceperit. Quāquàm in quibuſdam locis expreſſa conſuetudine ſtatuitur res à conſanguineis comparatas, ſiue titulo donationis, ſiue etiam emptionis, cenſeri patrimoniales, ut in eis habeat locum retractus, qui ex illa ipſa conſuetudine non habet locum in acquæſtibus. Nam talis eſt conſuetudo adud Mendenſes. ca. 92. & iterum cap. 105. Melodunenſes, c. 37. Marchienſes, hoc tit. §. 8. qui eſt omnium conſuetudinum 267. & Auxerrenſes, ſiue Altiſſioderenſes, hoc quoque titul. §. 15. qui eſt omnium 46. Sed apud Ambianenſes eſt conſuetudo huic noſtrę ſententiæ concinens, cap. 5. quæ ſcilicet res donatas ei qui ſucceſſurus eſt, habet pro patrimonio, nec de emptis loquitur, tanquam in ijs aliud ſentiat, uti etiam apud Engoliſmenſes, capit. 320. & expreſſius apud Cenomanenſes, cap. 337. Dunenſes, cap. 65. Niuernenſes, titul. *quelles choſes ſont reputées meubles, conqueſtz, heritages,* cap. 14. Et idem ſtatuiſſe videtur conſuetudo Pariſienſis, c. 159. Apud alios quoque donata fauore matrimonij à parentibus, cenſentur patrimonialia, vt apud Senonenſes, c. 100. Trecenſes, c. 141. Bleſenſes, c. 172. Borbonienſes, c. 468. Auxerrenſes hoc eo. ti. §. 5. qui eſt omnium 36. Laudunenſes in Veromandia, partis 2. tit. 1. qui eſt, *que c'eſt que acqueſt.* §. 1. 48 *Cōſuetudines de huiuſmodi rebus.*

Sed nec omiſerim tamen, quòd etiam in caſu donationis, vel legati aut alterius tituli merè gratuiti, de quibus ſuprà locuti ſumus, donata vel legata ei qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato, teneant uicem antiqui patrimonij, non acquæſtus, illud certè intelligendum eſſe, pro rata portione eius, in quo donatarius ſiue legatarius ſucceſſiſſet, non etiam in cæteris. Verbi gratia, Pater habens tres filios, vni fundum donauit, is fundus cenſebitur patrimonialis, non acquiſititius, pro tertia parte, in qua donatarius ſucceſſiſſet, non pro reliquis, in quibus erat tanquam extraneus, quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris, in prin. iuncto fin. & ibi Alberic. ff. de acqui. rer. domi. & l. age. & ibi Bald. & Sal. & l. ſi de certa. C. de tranſact. & l. cùm tale. §. falſam. ff. de cond. & demonſtra. & l. cancellauerat ff. de his, quę in teſt. dele. & l. ſemper. §. negociatores. ff. de iure immu. & l. ita autem, in prin. ff. de adminiſtr. tut. & l. ſi mater. §. eandem. & l. cùm quæritur, & duabus ſeq ff. de excep. rei iudic. & l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & l. militis codicillis. §. 1. ff. de teſtamen. milit. & l. ſi domus. ff. de ſerui tu. vrb. prædio. & l. procuratoris. §. non autem totum. ff. de trib. acti. & l. Fulcinius. §. quòd ſi. ff. ex qui. cau. in poſſeſſionem eat. & l. etiam. §. 1. ff. ſolu. matr. & l. ſolutum. §. planè. ff. de pigno. acti. & l. ſed & ſi. ff. ad Senatuſcon. Macedo. & l. ſi pro patre. §. in rem. ff. de in rem uerſo, & l. 2. & ibi Bal. in epito. ff. de ſeruis exportan. & l. Lucius, verſ. quare. ff. de exercit. acti. vbi eſt optimus tex. & c. ex multa. extrà, de voto. & c. de cætero. & c. ea noſcitur, de ſenten. excommu. & c. licet, de dec. & cap. ſi pro Clericis, de præben. lib. 6. Ex quo Bal. Imol. & Recentiores in l. ſed ſi plures. §. in arrogato, per eum tex. ff. de vulg. & pupill. ſcribunt, limitatam potentiam cauſæ efficientis, limitatum quoque effectum producere. & idem Bald. in l. non modus. C. ſeruitu. notat ex eo text. quòd quæ limitata ſunt, non debent extendi. 49 *Quid, ſi is cui donatū eſt, nō vniuerſaliter ſuccedit.* *Limitata cauſa.* *Limitata potentia.*

Et

50 *De eodem.*

Et ex hac ratione uidemus, quod debitum non confunditur hæredi, niſi pro hæreditaria ſua portione, non item pro alijs.l.ſi adulta.C.de hære.act. cum alijs cōcor. ibi allegatis à gloſſ.Ex quo Saly.ibi not.hæredem repræſentare defunctum pro ea tantūn parte, in qua hæres eſt: in cæteris autē eſſe extraneum. Pro quo etiam eſt bonus tex.in l.cùm à matre,& ibi glo.& Doct.C.de rei uend.& glo.not.in l.2.§.ult.in gloſſ.ult poſt medium. & ibi quo Barto.colum.2.ff.de Præto.ſtipul.& Petr.Anchar.conſil. 125.viſis,colum.vlt.[Roman.Imo.in l.4.§.Cato, col.2. in prin.ff.de uerbo.obl.Roman. qui illam gloſſam dicit ſingu.in l.cùm donationis §.ſed tu aduerte. C.de transactio ]& Corne.in l.vlt.colum.2.C.de impube.& alijs ſubſtit. ita intelligens eum textum qui dicit defunctum & hæredem cenſeri unam perſonam, videlicet in ea portione, in qua ipſe hæres ſuccedit, non in alijs. & Iaſ. in l ſi ita quis promiſerit.§.ea lege, in 4 notab. per illū text. ff.de verborum oblig & Lancel.Gal.in l.2.§. & harum, col.2.ff.eodem tit.& Iacob.à S.Georgio in tract. feudo. in prin.col.3.verſ.tertiò moueor. Et id procedere in caſu noſtri retractus cenſeo, vt ſcilicet res donata ab eo, cui ſucceſſurus eſt donatarius, cenſeatur patrimonialis, eatenus ei ſucceſſurus eſt. Quamuis apud Niuernenſes, illo ca.14.ſuprà a nobis citato, nuncupatim ſtatuatur, id generaliter procedere, ſiue in totum, ſiue in partem ſucceſſurus ſit.

*Hæres non repræſentat defunctum, niſi pro hæreditaria portione.*

*Conſuetudo.*

51 *Quid, ſi aliter fuerit declaratū.*

Tertiò intelligas, vt illud quod donatum eſt ab eo cui ſucceſſuri ſumus, obtineat uim patrimonij pro ea parte, cui illi ſucceſſimus: niſi aliter fuerit à donante declaratum, vt ſcilicet habeat vim acquæſtus: nam & tunc cenſebitur acquæſtus, non patrimonium: dummodò res donata talis eſſet, de qua donator poterat liberè diſponere ad commodum ſui hæredis: cuiuſmodi ſunt acquæſtus, quos ex noſtra priuata conſuetudine quis poteſt donare quibuslibet etiam ſuis hæredibus, vt ſcribitur ſuprà omnium noſtrarum conſuetudinum §. 199. & alibi ſæpè. Cùm enim ius ei ſit liberè diſponendi de huiuſmodi acquæſtibus poteſt eam legem, quam vult, in eorū donatione apponere.l.videamus.§.iurare.ff.de in lit. iur. cum ſim.proindeque id quod antiquum eſt, nouum facere, quantum ad vim & effectum, & è diuerſo: licet ſecus eſſet in perſonis & actibus prohibitis, vt per Bald.in procœmio feudorum, in 3.diuiſio.Mart. Laud.in c.1.§.1. colum.5.verſ.circa hanc diuiſionem, tit.qui feudum dare poſſunt, & alios, quos tibi congeſſimus ſupra eadem glo.nume.41.tu tamen. Præſertim cùm in hoc caſu noſtro res donata hęredi ideò cēſetur patrimonialis, quod tanquam hæredi, & qui aliquando habiturus ſit, donari cenſeatur ex voto & mente donatoris, quos nos vulgò *auancement d'hoyrie*, vocamus. Si igitur apertè de contraria mente & uoluntate ipſius donatoris appareat, in re, de qua, vt diximus, liberè potuit diſponere: nihil eſt, quòd dubitare debeamus.l.continuus.§.cùm ita, in fin. ff.de uerborum oblig. cum ſimilibus. Et bene facit ad hæc text.in Auth.excipitur. C. de bonis quæ liber. cum ſimilibus.

52 *An quæ diximus procedāt in rebus donatis à collateralib.*

Svnt & poſtremò, qui intelligunt, quod dictum eſt ex Ioan.Fab.& alijs ſuprà citatis, procedere in rebus donatis aut legatis à parentibus, aut alijs maiorib. ſuis filijs aut alijs deſcendentibus: ſecus ſi à collateralib. quibus etiam ſucceſſuri ſumus: moti quòd hęreditas magis debetur deſcēdentibus, quàm collateralibus, ut probat ille tex.quo maxima ex patte illi innituntur in d.l.1. C.de impo.lucra.deſcript.lib.10.Et uidemus etiam donata ab illis, id eſt, aſcendentibus regulariter conferri debere, tanquam ſcilicet donata in anticipationem (vt ſic dixerim) hæreditatis & ſucceſſionis, non etiam donata à collateralibus, vt patet ex toto tit.ff. de collat. bono. & C.de collat. Audioque id à Senatu noſtro Pariſienſi ità aliquando fuiſſe iudicatum.

53 *An ædificium factū in fundo patrimoniali cenſeatur patrimoniale.*

Hvc item pertinet & hæc quæſtio: Si ædificium forte inædificatum eſt in fundo patrimoniali nullius propè valoris, an id ædificium cenſebitur patrimoniale, ſicuti ſolum, in quo ædificatum eſt? Quod videtur ob illud uulgò iactatum:

*Quicquid plantatur, ſeritùrue, aut ædificatur,*
*Omne ſolo cedit, &c.*

Vt ſcribitur & not.in §.cùm in ſuo.Inſt.de rer.diui. Sed tu hìc tamen omnino uide Odoffre.in l.ult. & ibi quoq; Alber.col.item ult.uerſic.item quærit ſi quis. & Iaſ.col. 11.uerſic.quartò quęro.C.de iure emphyt. Specu.tit.de loca.§.nunc aliqua, uerſic.119.Barto. in l.1.§.1. ff.de ſuperfi.Bald.in c.1.§.ſi quis de manſo.colum.4.uerſic.extrà quæro, titu.de contro.inue.& conſi.74. ſuper ſolo, li. 4.& iterum conſi.134.quidam emit à Titio, lib.5. Ant. conſil.33.in facto fratrum, colum.ult.quibus in locis diſputant, an & quando ſolum emphyteuticum faciat ædificium in eo extructum cenſeri emphyteuticum. Et Bal. in l.1.in 8.quæſt.ff.de rer.diuiſio.vbi tractat, vtrum caſtrum ædificatum in fundo feudali, ſit etiam feudale: uti etiam facit Card.Alex.in ca.1.paulò ante fin. titu.de ali. feud.& Ioannes Lup.in repet Rubr. de donat. inter virū & vxorem.§.62.colum.7.verſ.ex iſtis infertur.Sed ita, ut non omittas text.in c.1.§.ſi vaſallus.& ibi Doct.titu.hìc finit lex.

54 *De eodem.*

Sed & uide ipſum Bald.in l.2.uerſic. quæro an præſumatur.C.de rei uendic.illic differentem, an ſi emphyteuta extruxerit ædificium in re emphyteutica, id feciſſe videatur animo donandi, ita ut finita emphyteuſi cedat domino.de quo etiam per eundem in l.Senatus.§. Marcellus.& ibi Imol.& Alexand.qui adducit alios. ff.de legat.1.& præterea Ange.Aret.in d.§.cùm in ſuo. Inſti.de rer.diui.& Iaſ.qui etiam alios citat, in l.2.colum.8.verſi. vltimò circa prædicta.C.de iur.emphyteu.Et quod item tractatum eſt à Iureconſultis, an ſi emptor fundi obligati, ædificauit in eo, ſit etiam ædificium obligatum, in l. domo ff de pigno.act & l ſi fundus.§ ſi res ff.de pig.& l.Paulus.§.domus.& iterum l.vlt.eod.tit.& Corſe.in deciſ.Tholo.quæſt.329. item fuit quæſitum, quidam fundum. Et vtrum ædificium factum à patre in re aduentitia filij, in qua erat vſufructuarius, cedat commodo ipſius filij tantùm, an & cæterorum: videbis apud Bald.in Auth.excipitur, col.vlt.ver quæro pater.C.de bonis quę libe.Sed & utrum ædificium à teſtatore impoſitum areę legatæ, cedat legato, vide text.in l.ſeruum.§.ſi areæ ff.de leg.1.& in l.ſi clauis §.area.ff.de legat.3. Et an ædificiū ab vxore factum in re ei donata à marito, ſit vxoris, an mariti, uide text.in l.ſed ſi vir.§.ſi vir.ff.de donatio.inter uir.& uxor. Et an ædificium factum à Clerico in fundo patrimoniali ex pecunia eccleſię, ſit & ipſum patrimoniale, uide Specu.& Ioan.Andr. in titu. de empt. & uendi.§.tertio loco, verſiculo quid ſi clericus. Et uide etiam conſuetudinem Borboniorum cap.271. & ſequen. dum loquitur de vno ſociorum in bonis mobilibus & acquæſtibus, qui ædes extruit in fundo patrimoniali.

*Conſuetudo.*

55 *Domus extructa in loco in quo domus patrimonial. exuſta eſt, ſit etiam patrimonialis.*

Et ex ijs quoque intelligere potes, an ſi domo patrimonali exuſta, fuit alia domus in area recens extructa, ea cenſeri debeat patrimonialis, ut ante erat. Sed quibus addere potes, huiuſcemodi domum non videri eandem eſſe, quæ primum fuit. l.inter ſtipulantem. §.ſacram, ad fin.ff.de uerborum obligat. Ideoque legata domo deſtructa, etiamſi alia eodem loco à teſtatore ædificata fuerit, interit legatum. l.ſi ita legatum. §. ultimo.ff.de leg.1.nec manet uſusfructus in hac domo, qui in priori debebatur.l.quid tamen.§.1.& iterum.§.in nauis. ff.quibus mod. uſusfru. amit. Quamuis his aduerſari uidetur alius textus, in l.ſeruitutes.§. ſi ſublatum. ff. de ſer.urb. præd. quo probatur ædificium eadem ſpecie & qualitate repoſitum, cenſeri idem ædificium, atque in id durare priſtinam ſeruitutem. De quibus uide DD.

ibi,



ibi, & Albe.in d.§. ſacram, in.21.op.Et adde etiam, quæ dicam inf. in fi.huius tit.in 14.q.

56 *Quæ à ſolo principe conceduntur, cenſeri impoſſibilia, uide num.61.et ſeq.*

Qvid autē re patrimoniali vendita, & poſtea à venditore aut eius hærede recuperata per reſtitutionem in integrum, & ob læſionem vltra dimidium iuſti precij ex l. 2. C. de reſcin. ven. an ea maneat patrimonialis, vt prius erat, an verò acquiſititia, Chaſſ.in conſue.Burgun. in duobus locis. primùm quidem in tit.*des droictz appartenans à gens maries.* §.25. colum.vlti.verſic. quid ſi fuit recuperatum, deinde hoc tit.*de retraictz*.§. 1. in verbo. *ancien*, colum.2.verſicu.ſed quid ſi recuperauit.negat cenſeri patrimonialem, tribus rationibus, quarum duas priore loco adſcripſit, tertiam poſteriore. Prima ea eſt, quoniam in Gallia reſtitutiones à ſolo Principe impetrari poſſunt, & ſolent: ideò pro impoſſibilibus habentur.l. apud Iulianum.§. vltimo. ff. de lega.1.voluit, vt puto, allegare l.idem Iulianus, quę illam continuò ſequitur.§.vlti.nam & ita ab alijs allegari ſolet.

57 Cvi adde in hac ratione tex.in l. continuus. §. cùm quis & ibi gl. Alber. Bart.& alios. ff. de verbo.oblig.eūdem Bartol.in l.ſi quis ſub conditione, col. 2.verſicu. oppono dicitur hic. ff. de teſt.tut.& in l. 1.paulò ante fin.ff. de iniuſt.teſta.& in l. 1. §. qui habebat.poſt princip.ff.de bon. poſſ.contra tabu.& in l. vlti. col. 3.verſic. venio ad quartum.C. de ſenten.paſ.Dyn. in c.ſemel, in fin.de reg. iur.lib.6. Signo. conſi.39.quæritur nunquid, col.2.verſ. tertio probatur, Bald.poſt Ray. in d. l.Iulianus.§. vlti.& in c.1.col. 3.verſ. prætereà vt dixi, titu. hic finit lex Corra.& in c. cùm non ab homine, in fin.extrà, de iudi.Cardin. Flor.conſi. 57. pro magnifico, nume.3.Paul. Caſtr. [& conſ.104.ſex ſunt.col.2.verſic.ſanè metum.lib.1.] in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, col. pen.verſicu.3.& vlti.ff. de liber.& poſthum.Alex.conſi.224.in re tam graui, col. 2.verſi.& quando pendet, lib.6.& Franc.Curt.ſeniorem, conſil.74.ſuper memorata, col.19.num.60.

58 *Reſtitutio in integrū non habetur in conſideratione, uide nume.64.*

Altera ratio Chaſſa. quæ ad primam proximè accedit, hæc eſt: quia reſtitutio in integrum non debet haberi in conſideratione.l.4.§.1.ff.de fidei commiſ.liber. & voluit (inquit) Georg.Nat. in Clemen.1. in princi. in 4. notab. de verb.ſig.Cui & in hac quoque ratione adde text. in l. exceptiones quæ perſonæ.§. vlti.ff.de except.& in l.vlti.§. vlti. & ibi gloſſ.vlti.ff.de condi.indeb.& gloſ. not.in l.2.in princ. in verbo, repudiauerit, & ibi Bart.qui illam dicit menti tenendam, in verſicu.item quęritur.ff. de bono.poſ. ſecun.tab. Innoc. in c.quia plerique, col.2. verſ.ſed quid dices.extrà, de immu.eccleſ.vbi & id dicit procedere in foro conſcientiæ. de quo tamen vide quæ dixi ſuprà eo. tit.§. 1.in glo.18. in verbo, *le pris*, etc.num. 67.præſertim. Adde item Bar.in d.l.ſi quis ſub conditione, vbi ſuprà. & in l. 1. col. 4. verſic.ſed circa. hoc.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& in l.quādiu, la.1.ff.de acquirend. hæred.& in c.l.vlti.ubi ſuprà. C.de ſen. paſ.& in d.l.4.§. 1.ff. de fidei com. liber. & in d.l. 1. §. qui habebat, poſt princi. ff. de bono.poſſeſ. contra tab.& in d.l.1.ad fin.ff. de iniuſt.rupt.teſta. & Bald. in dict. c.1.titu.hic finit lex Corra.& in dict.cap.cùm non ab homine.Imol.in l.uentre, & in l. Pantonius. ff. de acquirend. hæred. & Socin. conſil. 153. pulchra, columna. 10.uerſicul. & tenendo, libro.2.& eſt.1.eius lib.

59 *Fieri non poſſe dicitur, quod per reſtitutionem tantū fieri poteſt. Et quod per diſpenſationem tantùm.*

Nam (ut id quoque addas) non dicitur poſſe fieri, quod per in integrum reſtitutionem tantùm fieri poteſt, ut dicit Innoc. in c. paſtoralis, poſt princ. & ibi quoque Panor.in fin.qui id dicit not.extrà, de cau.poſ. & propri. & Car.Flor.qui & id not.dicit d.conſ.57.col.1.& Soc. conſ.116.non poteſt, colum.5.uerſic.ſecunda reſponſio, lib.1.Sicuti etiam de diſpenſatione (quam uocant) dicit gloſſ.in cap.gratia, in uerbo, non potes, & ibi Domi.colum.ult.de reſcrip.lib.6.& in cap.ventum eſt, in uerbo, non poſſum.1.q.1.& Bald.in d.l.1.in fin.ff.de iniuſto teſta.Imol.in d.l.continuus.§.cùm quis, in pen.notab.ff.de verb.obl.Panor.in c.quod Dei timorem, col.2.uer. item adduco.extra, de ſtatu mona.Barb.qui alios allegat, conſil.57.præclarè, col.pen.li.1.& conſ.54 à Ioue, col.6.uerſicu.nec eſt credendum, lib.4.Phil. Dec. conſ.655.viſa donatione.col.3.nu.21.Et ſic hæc ratio (quod iam diximus) in priorem incidit.

60 *Reuēditio quæ fit ex l. 2. de reſcin. vend. an dicatur uolūtaria, an neceſſaria, vide num.66.et ſeq.*

Tertia ratio Chaſ.hæc eſt: quoniam hæc reuēditio, quæ fit ex diſpoſitione d.l. 2. C. de reſc. uen. non eſt neceſſaria, ſed uoluntaria, ex uolūtate ſcilicet emptoris, in cuius facultate eſt ſupplere precium, ſi malit idipſum facere, & non rem reſtituere: & nihil prætereà dicit ipſe Chaſ.ſed ſe tantùm ita conſuluiſſe, cùm ex facto interrogaretur, conſ.incip. ex proceſſu moto: quod tamē non reperi inter conſ. eiuſdem. Cui item adde, quantū ad hanc rationem, quod Bart.in multis locis tradit, hanc reuenditionem, quę fit ex dict.l.2.C.de reſcind. vēd. fieri ex uoluntate emptoris: cùm ſi velit, non cogatur eam facere, ſed tantûm ſupplere, videlicet in l.in diem, & ibi quoque Rapha.Co.ff.de aqua plu.arcen.idem Bart. in l. 3.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol. & in l.ſi ex duobus.§.ſed & Marcellus. ff. de in diem ad.& idem poſt eum voluit Pet.Ancha.in c.acceſſorium, col. 10.verſic. prædictis applico, de reg.iur.li.6. ubi & hoc dicit tenuiſſe Thomam Piperatum.Sed & id ſequitur Alex.conſ.45.in cauſa, colum.2.uerſ.ad quod pluribus, lib.5. & ante eos non obſcurè Ioan.And. cuius tamen non meminerunt in addi. Spec.in Rub.de obli.& ſol.col.2.verſicu.propoſito congruit.Quorum ſententiam probat text. quem nullus horum alegat, in l.adigere.§.1. ff. de iure patro. vbi qui ſtipulatus eſt cētum operas, aut in ſingulas aureos quinos dari: non uidetur contra legem ſtipulatus, quia in poteſtate liberti eſt operas dare.

61 *Refellūtur rationes prioris ſententiæ. Prioris rationis refutatio.*

Sed quæſo, Lector amantiſſime, paulò penitius cōſideremus, quantum virium habeant hę rationes, ad hūc noſtrum caſum, de quo tractamus. Nam quod primo loco dictum eſt, pro impoſſibilibus cenſeri, quæ à ſolo Principe poſſunt impetrari, ut illud concedamus, de quo tamen per DD.in locis in ea prima ratione allegatis: tamen id tantùm obtinet reſtitutione nondum impetrata, ob difficultatem ſcilicet impetrationis, vt dicunt omnes leges & DD.qui de ea re loquuntur. At impetrata reſtitutione, & obtenta, & ad effectum deducta, vti eſt in caſu de quo loquimur, ſcilicet de re uendita, & per in integrum reſtitutionem recuperata: quid eſt, quod amplius de impoſſibilitate, aut etiam difficultate, queramur, aut quæramus? ut in ſimili dicemus, cùm de ipſa reſtitutione priuatim loquemur paulò poſt verſicu. ab hinc 3. Illud autem hìc ſcire debes, ne erres, in Gallia non poſſe intentari remedium d.l.2.C.de reſcin. vend. de quo hìc etiam priuatim loquimur, niſi impetrata à Principe gratia, tametſi de Iure communi id non ſit neceſſarium.

62 *De eadem re.*

Præterea hæ noſtræ Galliæ reſtitutiones, quæ à Principe impetrari ſolent & debent, tam facilè obtinentur, quàm à iudice ordinario, vt quibus concedendis uerbis Principis ſint ab eo deputati, delegatique Præfecti illi libellorum (ſiue malis appellare Magiſtros ſcriniorum, quos uulgo Magiſtros requeſtarum vocamus) nec eſt aliter neceſſe adire ipſum Principem. Ideoq; non eſt id exſtimandum impoſſibile, ac nec difficile quidem, ſi in id eſt materia (vt eſt in caſu noſtro) ſubiecta, ex doctrina Franc.Alberg.in d.l.item Iulianus.§.vlt.& ibi quoque Raph.Co.Paul.Caſt. & Alex.per text.ibi, in uerbis, cùm diſtrahi non ſoleant.Rapha.& Pau.Caſt. in d.l. continuus.§.cùm quis, de uerbo.oblig.Rom.in l.2.char. vltima ff.de re iud.Socin.in l quidam relegatus, colum. 3. uerſ. prima limitatio. ff. de rebus dub. & Iacob. à S. Georg. in tract. feud. in uerbo, Princeps Pedemontium, colum.6.uerſicu.quadrageſimaquarta.Phil. Dec. in l.ea quæ raró, in fin.ff.de reg.iur.& in l.2.col.2. uerſic.

& fuit. C. qui adm it. In idque etiam allegant plerique omnes l. qui cùm maior. §.1. in uerbo, alterum non facilè impetretur. ff. de bonis libert. & l. penul. & ultim. ff. de cada. punit.

63 *De eadem re.* PRÆSERTIM verò, cùm hæc dependeant nõ à mera quidem gratia, ſed à iuſtitia, quamobrem nullo pacto impoſſibilia eſſe cēſentur, vt probatur in l. cùm quis §. ſi quis pro reo, & ibi Bar. col. 1. in ſecunda oppo. ff. de ſolu. & Soc. in d. l. quidam relegatus, col. 5. verſ. ſecundò infertur. Quæ autem ita facilè impetrari ſolent, & poſſunt, adeo conſiderantur, vt imputetur ei, qui non impetrauerit, aut non petierit. Ro. in d. l. 2. char. vlt. ff. de re iud. per d. l. qui cùm maior. §. 1 ibi, neque enim impu tare. ff. de bon. libert. & l. 2. §. tractari. ff. ad Senatuſcon. Tertul. & ſequitur Phil. Dec. conſ. 677. viſis & conſideratis, num. 5. qui & ad hoc dicit facere dict. l. quidam relegatus, & l. intercidit. ff. de condit. & demonſtr. & ante eos id quoque voluit Angel. conſil. 219. arbitror, col. 2. verſicul. dicet quis. Et facit quod not. Anton. in ca. ex ratione, in 5. q. colum. 4. verſ. hæc intellige ſanè, de app. quòd cùm ſtat per iudicem, quò minus cauſa decidatur, non currit interim tempus proſequendæ appellationis, ſed tum demum tantùm, quando appellans ſibi per ſuperiorem aut aliter prouidere non poteſt, per tex. in l. vlt. §. illud. C. de temp. appel.

64 *Secũda rationis refutatio.* SIMILITER quod dictum eſt in ſecunda ratione Chaſſ. reſtitutionem in integrum non haberi in conſideratione, verum quidem eſt, re adhuc integra, & nondũ impetrata ea reſtitutione, quia quod euenire poteſt ex iure quodam ſpeciali, nihil mutat ex re præſenti. Ea verò iam impetrata, non amplius de futuro quærimus: nam & id apertè declarat d. l. 4. §. 1. ff. de fideicom. liber. cùm dicitur, Si is qui reſtitui poteſt. & rurſum, Quandiu poterit in integrum reſtitui. Et d. l. exceptiones quę perſonæ. §. vltim. ff. de except. cùm ſcribitur, Nec ipſe ante habet auxilium, quàm reſtitutus fuerit. Et ita expreſſim intelligunt gl. Bar. & Ang. in d. l. vlt. §. vlt. ff. de cõd. indeb. & Bal. loquens in caſu illius §. in l. vlt. ad fin. C. de compenſa. & Tyndar. in tract. de compenſ. char. penult. col. 1. verſ. quid dicemus de eo. & Iaſ. in l. non quocunq; §. 1. in fi. ff. de legat. 1. & Philip. Dec. in d. l. ea quæ rarò, verſ. ſecundò quod dictum, de reg. iur.

65 *De eadem re.* ET ita quoque expreſſim & in omnibus caſibus intelligunt omnes Doct. ſuprà in ea ſecunda ratione allegati, & quoquot alij, qui de hac re loquuntur, præter Chaſſ. vbi ſuprà, vt ſcilicet reſtitutio in integrum non ſit conſideranda, antequam impetretur, vt apud eos videre licet. Nec tamen aliàs ſemper verum eſt, vt conſiderari non debeat, quòd quis reſtitui poteſt etiam à ſolo Principe, vt per Ang. & Iaſ. in d. l. idem Iulianus. §. vlt. col. 1. ff. de leg. 1. & omnium copioſiſſimè Soc. in d. l. quidam relegatus, columna 2. & 3. ff. de reb. dub. Sed quibus addere potes, ſcripta ab Ioan. Andr. in c. commiſſa, de elect. li. 6. & Lapo alleg. 9. diſputat hîc an ſi Papa, col. vl. verſ. tertiò diſputat.

66 *Tertiæ rationis refutatio.* QVOD autem tertio ac poſtremo loco dictum eſt, hanc reuenditionem, ſiue reſtitutionem rei, quæ fit ex d. l. 2. C. de reſcindend. vend. non eſſe neceſſariam, ſed voluntariam, quia ſcilicet non fit nolente emptore, qui ne id fiat poteſt ſupplere, ſi id aliquid faciat ad huius dubij deciſionem: vide quæſo, an hæc ipſa reſtitutio ſit merè voluntaria, cùm emptor cogatur eam facere, aut ſupplere: hoc autem facere non poſſit, penuria fortè pecuniarum, vt plerunq; contingit, aut ſi habeat, dare tamen non poſſit ſine maiore aliquo ſuo detrimento. Igitur ſi reſtituat potius, quàm ſuppleat, videtùrne id liberè facere? Et tam liberè quidem facit, quàm ſi quis ob orta graui tempeſtate ſuas merces in mare proijciat, ne ipſe pereat, aut faciat quod rex iuſſerit, niſi malit parētes & liberos, quos is in poteſtate habet, perire. Hæc enim ſunt exempla Ariſtotelis li. 3. Ethicorum c. 1. & aliquid de ea re traditur in c. meritò, 15. q. 1. Et quamuis noſtrates dicant hanc coactam voluntatem eſſe voluntatem, ea tamen talis eſt, cui per in integrum reſtitutionem ſubueniri debeat, l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod met. cau.

67 *De eadem re.* SED fac tamen nullum maius malum imminere, quàm quod cogitur alterum vnum ex duobus præciſè facere, facietne idipſum liberè, qui velit nolit, cogitur alterum illud facere? Et certè non facit, ut optimè probat tex. in l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. verſ. ſed ſi. ff. de cond. inſt. & non obſcurè ſentit Azo in caſu, de quo nunc loquimur, in Summa. C. de reſcind. vendi. col. 1. per illũ text. & eius diſcipulus Accur. in d. l. 2. in verbo, iudicis, verſ. item quid ſi iſte vendicet. & ibi quoque Bal. in 13. q. verſicul. iuxta hoc quæritur. C. eod. tit. de reſcind. ven. vbi & ipſe Bal. ob id dicit, reſciſſa venditione ex ea l. reſcindi quoque omne ius ſeruitutis & pignoris conſtituti ab emptore in rem ipſam. & ſequitur Salic. ibi in 15. q. & Paul. Caſt. in 8. q. & Pantal. Calde. in repet. d. l. 2. colum. 43. verſic. quærit etiam Bald. de quo vltimo nos latius dicemus infrà tit. ſeq. §. 3. gl. 1. nu. 8. hic autem, & duobus ſeq.

68 *De eadem re.* ET licet cùm alterum tantùm ex duobus cogimur facere, non ſit tanta vis, nec tam præcipua neceſſitas, quàm ſi unum aliquid tantùm facere compellamur, neceſſitatem tamen eſſe, nemo, vt opinor, negabit: quando & neceſſitatem hanc appellet tex. quem nullus eorum, qui de hac re locuti ſunt, expendit, ſi me memoria non decipiat, in l. illud. §. 1. ff. de conſt. pec. loquens de eo cui delatum eſt iuſiurandum, qui tenetur iurare, uel iuſiurãdum referre. & (ut ibi ſcribitur) ſi nolit iurare, neceſſitate referendi adſtringitur. Et in id quoque facere uidetur text. in l. non utique, in princ. uerſic. proinde. ff. de eo quod cert. loco, cùm dicitur alternationi ex neceſſitate facit actoris electionem. Sed ut concludam in caſu noſtro, cùm uenditor retrahat ex ui & neceſſitate prouenientе ex ſuo ipſius contractu uenditionis, ſequitur rem eandem ad eum redire eodem iure, quo prius penes eũ fuerat, arg. l. ſi mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. & l. qui poſſeſſionem. ff. de ui & ui arm. & etiam quæ latè di ximus ſuprà eo. tit. §. 19. in gl. 2. nu. 5. eodemq; ult.

69 *De eadem re. Reſtitutio in priorẽ ſtatum locũ & gradum reductio.* ADDE & tu tamen, quòd reſtitutio, qualiſcunque ea ſit, ſiue ex d. l. 2. C. de reſcind. uend. ſiue ex alio capite uidelicet doli, metus, fraudis, ætatis, & alio quocunque, eſt in priorem ſtatum, locum, & gradum omnimoda integratio; reductio & repoſitio. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio, & ibi Bart. & alij. ff. de minor. & l. 1. & ibi Salic. & alij C. de ſentent. paſ. & l. 1. & 2. & ibi Doct. C. ſi aduer. tranſact. & l. 1. C. de reputat. & l. uideamus generaliter. §. uideamus. ff. de uſur. gl. in c. quamuis, in uerbo, cùm talis, in prin. de reſcrip. lib. 6. Cy. in l. ſi quidem. C. de pręd. minor. Bart. in l. qui proprio. §. item quæritur. in prima oppo. ff. de procu. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, col. 3. uerſicul. redeo ad gloſſ. ff. de liber. & poſthu. Bald. in cap. cùm cauſam, colum. 1. extra de teſtib. D. à Rota deciſ. 446. ſi lata una, in nouis. Alber. in l. qui rei. §. aream, numer. 2. ff. de ſolut. & Ang. conſ. 256. ſecundum ea, colum. 1. Barb. qui alia in id multa adducit, conſilio 9. ſupremi, col. penult. lib. 1. & Doct. ubique. Ex quo apertè ſequitur, quòd res ſic reſtituta reponitur in ſuum priorem ſtatum.

70 *Niſi tertius ante reſtitutionem fuiſſet in eundẽ locũ cooptatus.* ET id quidem ſemper ita procedit, ut reſtitutus recuperet primum locum, niſi ſi fortè tertius quiſpiam extraneus, interim, id eſt, ante reſtitutionem, fuiſſet in eundem locum cooptatus, ut per gloſſ. quam ſequuntur Bart. & alij in l. quid ergo. §. pœna grauior, in uerbo, oneraſſet. ff. de his qui no. infam. nam ſi is locus teneatur ab eo, qui ſuccedit in locum primi, tunc is primus omninò reſtituitur in ſuum priſtinum locum. l. 1. §. ul. & ibi glo. Bart. & alij. ff. de bonor. poſſeſ. contra tab. & idem Bart.



Bartol. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, colum. 4. verſic. ſed contra hæc videtur. Hic autem emptor, ex ea venditione ſucceſſerat in locum venditoris. Si ergo venditor reſtituitur aduerſus ipſum emptorem, nihil eſt quod impediat venditorem reſtitui in priſtinum ſuum ſtatum & locum. Quib. conſequens eſt, rem venditam & recuperatam manere apud venditorem reſtitutum, in eodē loco, ſtatu & qualitate, qua prius erat, id eſt, patrimonialē, ſi patrimonialis erat ante venditionem. Id quod etiam ſatis probat, quod ſtatim dicemus in fi. ſeq. verſic.

71 *An retractꝰ habeat locũ in venditione reſtitutionis ĩ integrũ.* ET ex ijs quoque aliud vnum in primis notandum inferri poteſt: Quòd ſi is qui vendidit fundum patrimonialem, deceptus eſt ultra dimidium iuſti precij, aut aliter ei competit reſtitutio in integrum ad retrahendum rem uenditam, quia ſcilicet dolo aut metu inductus eſt ad vendendum, aut minor erat, & eam reſtitutionem in integrum alteri vendat, quod facere poteſt, l. quòd ſi minor, in princ. ff. de minor. & l. ſi minores, & ibi glo. Bart. & alij. ff. de admi. tuto. & glo. in l. ex pluribus. eodem ti. Bart. in l. non ſolum, in prin. ff. de in integ. reſtit. cum concord. à me plenius adductis, ſupra eodem tit. §. 26. in gl. 3. num. 13. decimoquinto reſtitutio, poterit conſanguineus huius venditoris venire ad retractum huius actionis, reſtitutionis in integrum, quæ competit ad reuocationem rei immobilis patrimonialis, vt & nos in ſimili diximus ſuprà eodem titulo §. 1. in gloſſ. 7. in verbo, *ou autres choſes cense'es pour immeubles*, numero 31. ex quo infertur. vbi etiam diximus, retractum habere locum in uenditione facultatis redimendi ex pacto reuēditionis, iunctis præcedentibus ab initio eius gloſ. Nam & nemo videtur re excluſus, quem Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur, l. nemo. ff. de in integrum reſtitutio. quod etiam facit ad quæſtionem præcedentem.

72 *An res q̃ redit ad dominum iure feudi uel emphy. cenſeatur acquæſtus.* QVIN & illud dubium eſt, cùm feudum vel emphyteuſis redit ad dominum ex aliqua cauſa, an ea cenſeri debeat, tamquam acquæſtus, an tamquam patrimonium antiquum, vti eſt dominium directum, cum quo ea res conſolidata eſt. Quod uidetur, cùm ſint ueluti acceſſoria, quæ ideò debent ſequi naturam eius rei, cui accedunt. l. cùm principalis. ff. de regul. iur. & c. acceſſoriũ, eodem tit. lib. 6. & utrobique concord. in glo. Contrà quoque uidetur: neque enim ea, quæ conſolidantur, vidētur acquiſita illo iure, quo res, cui conſolidantur: ſed tãquam alia, & per ſe iudicanda ſunt. l. Mæuius. §. fundo. ff. de lega. 2. & §. ſi cui, Inſtit. de lega. ubi Io. Fab. id expreſſim uoluit, traxitque ad conſuetudinem, qua uxor habet partem in rebus acquiſitis, durante matrimonio, vt ſcilicet habeat partem ui huius conſuetudinis in feudo con ſolidato, licet ea nihil haberet in re patrimoniali mariti, cui feudum ipſum eſt conſolidatum, de quo & nos habemus expreſſam conſuetudinem, ſupra eodem titulo §. 16.

73 *De eadem re.* NEC Faber ipſe ſolus fuit in ea ſententia: nam & alij plurimi, non paruæ autoritatis, eum ſecuti ſunt, uidelicet Ioan. Plat. & Angel. Aret. in dict. §. ſi cui, de lega. ex quibus ipſe Ange. in id quoque allegat l. non quocunq;. §. fundus. ff. de legat. 1. & præterea Iaſ. in ultim. addit. ad Chriſto. Porc. in §. ſi eadem, qui proximè præcedit d. §. ſi cui. & Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num. 791. Boer. in conſue. Biturig. ti tu. de conſue. matrim. & dot. §. 2. & iterum tit. de conſue. feud. & cenſ. §. 5. colum. ult. & Ioan. Lupus in repet. Rub. de donatio. inter uir. & uxor. §. 62. colum. 5. uerſi. ex his infero: ubi id dicit nunquam eſſe obliuioni tradendum. Chaſſan. in conſuet. Burgund. titu. *des droitz appartenans a gens maries*. §. 2. in uerbo, *& acqueſtz*, colum. 3 uerſicu. itē quæro quid ſi. & Ferro. in hoc ti. de retractu. §. 23. col. 2. Sed tu tñ uide, quid de his ſētiat Mod. Pariſ. in cõſue. Pariſ. ti. 1. §. 30. nu. 175. & multis ſeq. ubi & tractat nũcupatim, an id cadat in retractum proximitatis.

74 *Quid in feudo vſucapto.* SED quid de feudo à nobis uſucapto: an id obtineat uicem patrimonij, an acquæſtus? Id quod facilè digno ſci poteſt ex eo, quod ſcribit Bald. in l. liberti, colum. pe nult. uerſic. quæritur de eo qui præſcripſit. C. de oper. libert. ubi quærit, an feudum ab aliquo uſucaptum, tranſeat ad hæredes, tamquam antiquum, an non: & reſpondet, cùm vſucapio non contineat aliquid diffinitum ab homine, id certè continetur, quod eſt diffinitum à iure vel conſuetudine, quia æquiparatur pacto ſimpliciter facto, vt not. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua. Ideoque & ij tacitè includuntur, qui veniunt ex natura feudi conceſſi ſimpliciter, argum. c. ſuper quibuſdam. §. præterea, extra de verbo. ſig. Hæc ibi, ex quibus iam intelligis, huiuſmodi feudum cenſeri nouum, & acquiſititium. Ad id autem, quod dictum eſt, vſucapionem habere vim pacti, vide omnino quæ diximus ſupra eodem ti. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 249. at maius dubium eſt, & iterum nu. 253. nec id quidem.

75 *De eadem re.* SED & tu præterea de feudo vſucapto, vide ipſummet Bal. in l. vlt. uerſ. ſed nunquid ille qui præſcripſit. C. de liber. cauſ. & in l. 2. col. 2. verſ. quæro quando per præſcriptionem. C. de iure emphy & in l. 1. in 31. q. ff. de rer. diuiſ. in quib. locis eadem propè uoluit, ut in dict. l. liber ti. & rurſum eundem Bal. Iac. Aluar. & Card. Ale. in c. ul. ad fin. tit. de feud. dat. in vicem legis commiſſoriæ. Ang. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. hær. Fran. Aret. in l. 3. §. ex contrario col. 6. uerſi. & occaſione. ff. de acqui. poſ. Alex. conſ. 15. viſis narratis, col. vlt. verſ. & dato, lib. 5. Iac à S. Georg. in tract. feud. in uerbo, ita q̃ iſti inueſtiti, col. vlt. ver. an autem filius. & Fran. Cur. iun. in eodem tractatu, in 3. q. prin. col. eiuſdem pen. verſic. poſtremò, qui eſt in charta 32 totius operis. & Zaſi. in epitome feudor. parte 8. ad fi. Nec interim tamen omittas text. in l. 3. ff. de vſuc. qui dicit uſucapionem, uel eſſe acquiſitionem, uel adiectionem dominij, & in l. item ſi res, in princip. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. quæ & ad hanc quæſtionem nonnihil facere videtur.

76 *Quid de eo quod quis præſcribit vltra fines fundi patrimonialis.* SED conſequenter, quid de ijs, quæ quis ultra antiquos terminos fundi antiqui, ſiue patrimonialis, uſucepit, quia ſcilicet ea longo tempore poſſedit bona fide exiſtimans eadem eſſe ex corpore uel appendicibus huiuſcemodi fundi: utrum & ea cenſebuntur patrimonialia, uti & fundus ille principalis, an uerò diuerſo iure cenſenda ſint, ſcilicet acquiſititia. Cognoſces ex ſcriptis à Bal. ipſo in §. rurſus, qui eſt ul. col. 2. uer. ſed pone quòd uaſallus & ibi quoque Iac. Alua. Mar. Laud & Card. Alexan. tit. de contro. inueſt. aut ut in alijs codicibus is tit. inſcribitur, ſi de inue. feud. contro. fuer. dum loquuntur de eo quòd uaſallus bona fide uſucepit ultra antiquos terminos conceſſionis feudi, an ſ. id finiatur una cũ feudo, in quo illi non ſecum omnino conueniunt, de quo & tu quoq; uide Fran. Cur. iun. in d. tract. feud. parte 4. q. 1. in fi. & Mod. Pariſ. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 7. nu. 30.

77 *Quid de horto comparato ad vſum domus patrimonialis.* ET illi quidem quæſtioni ſatis appoſitè & hanc ſubijciam. Eſt mihi domus patrimonialis, cui fortè hortus abeſt, ideo illius cauſa comparaui hortum continētem, qui domus eſſet ueluti appendix, & (ut noſtri loquuntur) pertinentiæ ipſius, an & hic hortus erit etiam patrimonialis, ut domus, cui mea deſtinatione acceſſit? quod uidetur, per l. cùm fundus. ff. de leg. 2. & l. prædijs. §. qui domum. ff. de lega. 3. Verùm Bal. in l. 1. in 6. q. ff. de re di ui. tradit in ſimili propè ſpecie, uidelicet q̃ ſi quis emit hortum uicinum domus feudalis in conſequentiam (ut ipſe loquitur) ipſius domus, non erit propterea hic hortus feudalis, quia hęc acceſſio eſt diſcreta, non concreta: ideoque erit huiuſmodi proprius, non feudalis. Separatarum enim rerum ſeparatum eſt dominium: licet, ut ipſe ſubdit, ſub iure nonunquam noſtro includatur etiam alienum, l. Marcellus. ff. de rei uend. & ca. 1. extrà de poſtul. prælat.

78 *Quid de uectigal uendito ſuper fundo patrimoniali conſuetudines de ea re.*

ILLVD quoque in dubium uocatur: Si uenditur uectigal annuum ſuper fundo patrimoniali, an in eo habebit locum retractus, ut in feudo ipſo, ſtante ea conſuetudine, quæ eum admittit in patrimonialibus tantùm. Et ſanè ſunt priuatæ quædam conſuetudines in Gallia, quæ dicunt retractum hic habere locum, uidelicet apud Pariſienſes c.172. Melodunenſes, c.50. in fin. Senonenſes, ca.34. Trecenſes, c.148. Aurelianenſes, c.276. Barbonienſes, c. 423. Bleſenſes, c. 193. Nec id quidem abs re, quãdo huiuſmodi uectigal ſequitur naturam ipſius fundi illi ita obnoxij, voluit Chaſſan. de alia re loquens in conſuet. Burgun. tit. *des confiſcations*. §.1. in verbo. *& apparrient la confiſcation*, colum.7. uerſi. & primò uidetur, per l. defuncta. ff. de vſufruct. quæ non loquitur de hiſce vectigalibus.

79 *Poſſeſſoriũ an poſſit intentari ob annuũ vectigal.*

SED id ſatis probatur (vt hoc illi addas) ex quo à noſtris traditur, poſſeſſorium licet intẽtari non poſſit ratione uectigalis perſonalis, ut multis placet, poteſt tamẽ haud dubiè intentari ratione vectigalis ſuper re conſtituti, æquè ac ratione ipſius rei: tamquam ſcilicet vectig. ipſum ſit eiudem naturæ, ac res, ſuper qua debetur. Alb. in l. ſi certis col.2. nu.8. C. de pact. in repet. l.2. col.7. uerſ. ſecundum eſt autem. C. de ſeruit. & aqua. Ange. in l. regulariter, ff. de petit. hær. Pan. in c. peruenit, col.1. extrà de cenſib. & conſi.23. in cauſa quæ ad præſens, in 1. dub. lib.1. Rom. conſ.211. in cauſa propoſitæ conſultationis, in 3. dub. Ang. Aret. in §.1. col.2. Inſti. de interdict. Guid. Pap Dec. Delph. 551. in materia, col.2. philip. Dec. conſ. 136. in cauſa reuerendi. Steph. Bert. conſi. 243. quicquid, in princ. lib.2. Matth. Afflict. deci. Neapol. 365. pro deciſione, nu.8. & in conſt. Siciliæ, incip. circa violentiarum, col. vltim. Franc. Rip. in repet. l. rem quæ nobis, nume. 16. ff. de aquir. poſſ. & noſtrates ubiq;, & diximus etiam ſuprà eod. tit. §.1. gloſſ. 6. in verbo, *rentes*, nu.11. tertiò limita, & ſeq. vti & alia quoq; diximus huc pertinentia.

80 *Clericus an in forũ ſeculare vocari poſſit ob vectigal prædiarum.*

ATQVE ex eo quoq; quòd clerici pro cenſibus ſiue vectigalibus, quæ pendunt ratione rerum ſuarum, in ius vocari poſſunt ad iudicem ſecularem, vti pro rebus illis ſuis patrimonialibus, vt voluit Guli. Cu. in l. de his, quæ eſt 3. C. de epiſco. & cleri. in Authent. clericus, eodem titul. & Sal. in Authent. ſed periculum. C. ſine cenſu vel reliq. & licet Bal. in d. l. de his, teneat contrarium, ſicuti & Raph. in l. iubemus nullum. C. de ſacroſanct. eccle. & Panorm. in c. qualiter, in fi. extrà de iud. & Maria. Soc. in cap. ſanè, colum.6. in 9. declara. extrà de for. compet. & ante hos Petr. Iacob. tit. de duello, col.5. verſi, quidam tamen dixerunt, & multis ſequent. vbi id latè diſputat. Tamen ob id ita voluerunt, quia etiam in ea fuerunt ſententia, vt nec pro rebus quidem ipſis patrimonialibus poſſit clericus actione reali ad iudicium ſeculare trahi, vti etiam uoluit idem Bal. in d. Auth. clericus, poſt princ. & in c.2. in fin. de iud. & Arch. in cap.1. de cler. coniug. lib. 6. & Oldrad. qui hanc rem latè tractat conſil.83. an epiſcopus, Collec. Panor. & Fel. in d. cap. qualiter, de iud. & idem Pan. in c. eccleſia, col.1. verſic. vnde falſa eſt, de cõſtit. Ioan. Plat. in l. viros, verſ. & propter hoc. C. de Palat. ſacra. largi. lib.12. Guido Pap. deciſ. Delph. 77. lex ſi conuenerit, col.1. verſi.1. & prædicta Matth. Affl. dec. Neap. 2. ſereniſſimus, nume.5. & in d. conſtit. de Burgenſaticis, ad fin.

*An clericus ad iudicium ſeculare trahi poſſit actione reali.*

81 *De eadem re.*

TAMEN prior opin. quæ clericos ſubijcit iudicibus ſecularibus ratione rerum ſuarum patrimonialium & uectigalium, ſiue penſitationum, quæ ſuper illis debẽtur, ſeruatur ex conſuetudine Frãciæ, ut dicunt Gul. Cu. & Bald. in d. Auth. clericus, & ipſe Bald. in ca. cùm veniſſent, colum.3. verſic. oppo. dicitur, extrà de eo qui mit. in poſſeſ. & Ioan. Fab. in §. ultima colum.2. uerſi. quid in neceſſario, Inſtit. de ſatiſd. & in Authent. ſtatuimus, colum.1. de Epiſ. & cler. & Maſuer. titu. de remiſ. §. item ſi presbyter, ubi & idem dicit de actionibus miſtis. & Aufrer. in rep. Clem.1. de offic. ordin. in 4. fal.2. regul. ubi nũcupatim loquitur de reliquijs huiuſmodi vectigalis, & in fi. illius limitationis dicit ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſ. & Bened. in rep. c. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num.322. & multis ſeq. de teſt. ubi & ipſe loquitur de cenſibus & vectigalibus. Scioq; inter Areſta Senatus Pariſ. collecta ab ipſo Aufre. id areſtum eſſe 15. quo dictum eſt, Epiſcopum Cabilonenſem non eſſe admitendum ad dicendum ſe eſſe in poſſeſſione cognoſcendi de actionibus realibus inter clericos. Et aliud quoque areſtum 21. quo etiam Iudex eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere de reliquijs penſitationum realium, etiam ſi in ſtipulationem uel promiſſionem deductæ fuerint. Sed de hoc ultimo eſt aliud areſtum contrarium, num.49.

82 *De eadem re.*

IMÒ uerò ſunt, qui etiam tenent, de iure communi hanc opinionem procedere, vt iudex ſecularis cognoſcat de actionibus realibus & penſitationibus rerum patrimonialium inter clericos, quos uidere poteris apud ipſum Aufre. in d. clem.1. de offic. ordin. quo loco ſuprà citauimus & Barb. conſil.1. magnus, ſcripſit Pſalmiſta, colum.18. uerſ. præterea adduco, & multis ſeq. libr.3. & ipſum Bened. ubi ſuprà. num.431. Porrò Io. Fab. in §. itẽ Seruiana, colum.9. uerſic. & facit quòd Prælati, Inſtit. de actio. dicit generaliter prælatis Franciæ interdictum eſſe, ne cognoſcant de actionibus realibus, & hypothecarijs, quod & nos alibi diximus. Et ita quoque ſeruatur in regno Neapolitano ex illa conſtitut. de Burgenſaticis. Super eo autem, quod ſuprà diximus de reliquijs penſitationum deductis in promiſſionem, uide ultra ea quæ citauimus, ipſum Aufrer. in d. areſtis, c.20. & Io. Gallum in ſuis quoq; areſtis, queſtio.50. & iterum 88. rurſumq; 153. c. ult.

83 *De ijſdem rebus.*

SED vt redeamus, illud quoque, quod ſuprà diximus, has penſitationes debitas ratione rei, ſortiri naturã ipſius rei, ex eo comprobatur, quòd licet aliàs iura non ſint mobilia, nec immobilia, ſed tertia quædam ſpecies, vt per Bald. in ca.1. §. ſciendum, uerſi. extrà quærit, tit. de feud. cog. & diximus ſuprà eod. tit. §.1. glo.5. in uerbo. *ſeruitutes*, in princ. uti & de huiuſmodi iuribus annuorũ redituum tradit Panor. in c. nulli, col.3. uerſi. quid autem extrà de reb. eccl. non alie. atque etiam diximus in d. §.1. gloſſ.6. in uerbo, *rentes*. num.5. ſed ut ad noſtram. Tamẽ ſi ea iura accedant ſiue adhæreant rebus immobilibus, & immobilia quoque eadem eſſe cenſentur, vt ſcribit Maria. Soc. qui in id multa allegat in tract. oblationum, libel.8. in.6. q. col.1. verſic. & prędicta procedũt. Nam & aliàs quæ ſolo cohærent, immobilia eſſe cenſentur. Ang. in §. hæc ergo, qui eſt. 2. in Authent. de non alie. Phil. Franc. in c. 2. in princ. col.2. de reb. eccleſ. non alie. Alexand. conſil.211. ponderatis, colum.2. lib.6. cum ſimilibus.

*Iura adhærentia rebus immobilibus cẽſeri immobilia.*

84 *Iuriſdictionem eſſe realem.*

DENIQVE Ange. Doctor celeberrimus, conſilio 117. in Canonica, col.1. ſcribit iuriſdictionem, quę & ipſa ius eſt, eſſe realem, ob id quòd ſolo cohæreat, eiusque ratione competat. Ex quibus (vt concludam) iam ſatis, ac propè nimium probatum eſt id, quod ſuprà ſæpius diximus, huiuſcemodi annuos reditus ſuper re quapiam immobili conſtitutos & aſſignatos, eiuſdem rei qualitatem nanciſci, & naturam. Tu autem interim vide eũdem Chaſſan. quem ſuprà in prin. huius quęſt. citauimus in illo eodem titu. *des confiſcations*. §.1. in uerbo, *& appatient la confiſcation*, colum.5. uerſic. ſed iuxta prædicta ubi tractat, an confiſcatis cuiuſpiam bonis, huiuſcemodi reditus ei debiti ratione alicuius fundi, applicentur domino, in cuius iuriſdictione fundus ille ſitus eſt, an ei, in cuius iuriſdictione habitat is, cui reditus debebatur.

*Deciſio principalis quæſtionis.*

85 *Quid de uectigali conſtituto generaliter ſuper omnibus bonis.*

VERVM plus dubitationis eſt, ſi huiuſmodi vectigal venditum & conſtitutum fuerat ſuper omnibus bonis,



bonis, & ita comprehenſis rebus patrimonialibus, & acquiſititijs: an erit locus retractui ſtante ea conſuetudine, quæ tantùm illum admittit in patrimonialibus? Et hic certè locus eſt, ex conſuetudine Senonenſium, cap. 34. & Aurelianenſium c.302. Quanquam in contrarium præbet argumentum, quod ſcriptum eſt in §.6. huius tit. At tu vide ne hìc diutius immoremur, quæ in ſimili diximus ſuprà eod. titul. §.1. gloſſ.7. in uerbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, numer.81. nunc autem, & alijs ſequent. & iterum §.23. in glo.2. numero 8. & hæc faciunt, & ſequent. iunctis omnibus præcedentibus, in eadem gloſſ. quo tractamus, an ſit locus retractui, & quomodo, quando venditæ ſunt ſimul res patrimoniales, & acquiſitiæ. Ex quibus colliges quid hic dicendum ſit.

*Conſuetudines.*

86 *Si fundus patrimonialis datũ ad uectigal annuũ an id ſit patrimoniale.*

EX ijs autem, quæ dicta ſunt, potes intelligere, quòd ſi quiſpiam dederit fundum ſuum patrimonialem in emphyteuſim, aut cenſum, aut libellum, aut alio quouis modo uel nomine, ad penſionem ſiue vectigal annuum, an id vectigal cẽſendum ſit patrimoniale, uti is fundus, cuius naturam omnino ſequitur, vt amplè ſupra probatum eſt. Et id alijs quoque hoc in caſu rationibus comprobauit Chaſſ. tit. *des ſucceſſions*. §.8. in uerbo, *ſont iſſus*, quem tu videre poteris, ne & ego quoque faciam, quod ille ſemper & ubique facit, ideſt, integros aliorum libros, nedum paginas & chartas, in ſuos impudenter & tacitis nominibus inſerit.

87 *An fũdus patrimonialis à tyranno occupatus, & poſtea redditus, maneat patrimonialis.*

HVIVS quoque cenſus eſt, & hæc ſpecies: Tyrannus quiſpiam nullo iure, ut mos eſt tyrannis, occupauit fundum meum patrimonialem, is tandem ab Harmodio quopiam aut Ariſtogitone tyrannicidis illis celebratiſſimis interemptus eſt, reſque publica ſibi reddita, & omnia bona priſtinis dominis reſtituta, an is fundus mihi cenſebitur patrimonialis, ut prius erat, an acquiſititius. Paul. Caſtr. conſil.176. videtur dicendum dictam Mariam, in fi. lib.1. ex facto interrogatus, reſpondit feudum paternum occupatum à tyranno, & poſtea recuperatum in priſtinam cauſam reuerſum eſſe intelligi, atq; ita manere paternum, nõ nouum, per text. in l. peculium eſt §. ære alieno. ff. de pecul. Et ultra eum bene facit tex. in l. qui poſſeſſionem. ff. de vi & vi arma. & in l. ſi mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. & quæ diximus ſupra eo. tit §.19 glo.2. num.4. & ſeq.

88 *Si ex diuiſione vni fundus patrimonialis, alteri acquiſititius adiudicetũ: an in hoc ſi uendatur, erit locus retractui. Diuiſionẽ eſſe ueluti permutationem.*

QVID verò in hac ſpecie dicendum? Duo fratres ita inter ſe diuiſerunt communem parentum hæreditatem, & communes quoſdam acquæſtus, à ſe communi pecunia & nomine factos, ut vni uniuerſa illa hæreditas ceſſerit, alteri uniuerſi acquæſtus: ij poſtea alijs vendunt, ille eam hæreditatem, hic acquęſtus: an ſtante ea conſuetudine quæ retractum admittit in bonis patrimonialibus tantùm habeat locum retractus, & quomodo? Et id quidem ex eo pendet, utrum ea bona cenſenda ſint, & pro qua parte, patrimonium, an acquæſtus. Qua in re illud ſciendum eſt, diuiſionem habere vim permutationis, aut ut alijs, & quidem rectius, placuit, eſſe permutationem aut ſpeciem ipſius, ut probat l. cùm pater. §. hæreditatem poſt mortem, & ibi Bart. & Bald. ff. de lega 2. Bart. in eadem l. § euictis. in fi. glo. Cyn. Alb. Bald. Ang. Paul. Caſtr. qui id optimè declarat, in l.1. C. com. utriuſque iud. & alius text. in l. ſi filia. §. ſi frater. ff. famil. herciſc. gl. Bal. & Paul. Caſtr. in l. ſi familiæ. C. famil. herciſ. Specul. tit. de feud. §. quoniam, uerſic.53. Alber. in l. qui Romæ. §. cohæredes, col.1. ff. de uerb. oblig. Ang. in l. ſi fratres. C. com. utriuſque iud. Ant. conſ.37. Leugus quidam, in princip. Corn. conſi.38. uiſo libello, col.2. lib.3. Doct. ubique. Et in hac ſententia in caſu noſtro videtur eſſe Albe. in l. qui cum tutoribus, in princ. poſt medium. ff. de tranſact. cùm dicit, quòd in diuiſione id quod ex perſona mea uenit ad fratrem meum, ſuccedit loco illius partis, quam mihi dedit. Et in hanc quoque ſententiam eſt expreſſa conſuetudo apud Altiſſiodorenſes hoc tit. *de retraict*. §.9. qui eſt omnium 40.

*Cõſuetudo.*

89 *De eodem.*

EX quo conſequens illud fit, ut in hac diuiſione id cenſeatur patrimonium, quod loco patrimonij alter habuit, & acquæſtus, quod alter item loco acquæſtus habuit, ideſt, pro rata cuiuſque portione. Erit ergo in noſtro caſu perinde, ac ſi quis eodem cõtractu vendat rem patrimonialem, & rem acquiſititiam, de quo nos diximus ſuprà eod. tit. §.23. num.8. & hæc faciunt. Et interim tamen uide quod in ſimili tractatur a gloſſ. Bald. & alijs in ca.1. tit. Imper. Lothar. de duobus fratribus, qui ita bona patris diuiſerunt, ut apud alterum feudum paternum maneret, & apud alterum cætera bona: ſi ille poſtea moriatur ſine liberis, an hic ei ſuccedet omnino in illo feudo, tanquam paterno, an dominus, tanquam in nouo. De quo etiam per Bald. in l.1. in 11. q. ff. de rerũ diuiſ. Alex. conſ.13. perſpectis his, colum.1. & 2. Franc. Curt. ſeniorem conſ.49. memoriæ, colum.18. nu.71. & conſi. ſeq. eiuſdem initij, colum.68. num.383. & ſeq. Sed & uide Guid. Pap. conſi.46. in facto, col.2. verſ. plus poſſet, dum tractat, ſi an ita diuiſio fiat inter fratres, ut apud unum maneat pecunia, & cætera bona mobilia, & apud alterum immobilia emphyteutica, an ex huiuſmodi diuiſione debeantur laudimia. Et quæ diximus, ſupra §. 1. glo.14. in uerbo, *ou equipollent à uente*, num.76. cæterum & hæc.

90 *Quæſtio alibi tractata.*

HVIVS item monetæ eſt & illud dubium: Vendidi fundum patrimonialem ſub lege redimendi intra aliquod tempus, aut ſimpliciter, uel etiam ſine ea lege, poſtea autem eundem redemi, utrum cenſendus ſit patrimonialis, ut prius erat, an acquiſititius. Sed nos de hoc latè tractauimus ſupra eo. tit. §.19. in glo.2. ubi tu uidere poteris, ne hic iterum repetam, ſed illud te hic admonere uolui, quia ea quæſtio ad hunc locnm pertinet, uerebarque ne ſi hìc perquireres, nec inuenires, intactam à nobis relictam putares.

91 *In dubio an res cenſeatur patrimonialis, an acquiſititia.*

SED quid cum dubium eſt, an quod vendendum eſt ſit patrimoniale, an acquiſititium: & certè in dubio poſſet videri cenſendum eſſe patrimoniale, vt expreſſim voluit Ioan. Berb. vir utiq; & in Iuriſprudentia, & in practica nõ contemnendus, in viatorio iuris, tit. de locat. col. 15. verſic. & ex hac quæſt. arg. l. ſiue. C. de proba. & l.1. C. de bonis mater. & cap.1. extrà de pecu. cler. & c.1.12. q.3. Et idem quoque voluit, ad hoc noſtri retractus propoſitũ, D. Ferro. in conſuetu. Burdig. hoc titul, *de retraict*. §.11. in fin. per text. optimum, in ca.1. §. vlt. & ibi Doct. tit. de ſucceſſ. fratr. ſiue de grad. ſucceſſ. in feud. vbi ſi dubitetur, an feudum ſit antiquum, an nouum, onus probationis ei ingruit, qui dicit nouum. & illum text. dicit mirabilem Bald. ibi, & eſt ſimilis tex. in c.1. tit. ſi de feu. fuer. cõtro. inter do. & agna. & ibi no. Iac. Bel. Nic. Neap. Bal. qui id dicit valde not. Aluar. Mart. Laud. & Cardin. Alex. atque etiam tex. in cap. 1. § item placet. & ibi quoque Mart. Laud. tit. de inueſt. in marit. fact. & voluit etiã Paul. Caſtr. conſil.283. de vtroque quæſito, in fin. lib.2. Alex. qui & id dicit not. conſil.15. viſis narratis. col. pen. in princ. lib.5. Iaſon conſ.114. ad obiecta, col.2. verſic. quod autem, lib.1. & conſil.14. in cauſa feudali, col.6. verſi. item dicit Bald. lib.3. vbi id dicit not. Philip. Deci. conſil.152. agitur cauſa. col. vlti. verſic. ſecundò reſpondet. & conſil.269. conſultus, colum.2. verſicu. & prædicta. & conſ.445. in caſu, colum.2. verſ. & etiam in dubio. Zaſius in epitome feudo. parte 11. cap. ſecunda concluſio 2. & Alciat. in tract. præſumpt. regul.3. præſumpt.28. numero 1. & Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. titul. 1. §.5. num.89.

92 *De eadem re.*

ET ad id optimè facit, quia magis præſumitur id quod naturale eſt, cuiuſmodi eſt quod ex ſucceſſione progenitorum accepimus, quàm quod accidentale, l. qui habet. in prin. ff. de tutel. & latè diximus ſup. eo. tit. §.30.

*Aliquid potius uetus, quàm nouum præſumitur.*

in gl.1.num.26.ſecunda ratio. Facit etiam quod uoluit glo.in Clem.literas,quæ eſt ult.in verbo,creatum, ad fi. de reſcrip.quòd aliquid potius præſumitur uetus, quàm nouum. Quam ita allegat,& ſequitur Bald. conſil.263. tres ſunt ſententiæ,lib.2. Ea autem glo. ab alijs ſolet in id expendi,quòd ei qui dicit nouum,incumbit onus pro bandi.& ad hoc ſing.eam dicit Card.Flor.in d.Clemen. literas,col.ult.in 7.q.& ibi quoque Barb. col.18. uerſic. & quod onus.& idem Barb.in l.in illa ſtipulatione. col. 33.uerſic.cui autem pondero.ff.de uerb. oblig. & utrobique pro ea dicit eſſe text. quem in poſteriore loco dicit meliorem totius iuris, in capit. conſtitutus, extra de reſcript.

93 *Quid autẽ cum quis agit ad aliquid tanquã uetus.*

Sed hæc poſſent intelligi procedere, niſi quis ageret ad aliquid,tanquam uetus,aut antiquum, & reus negaret: tunc enim onus probandi ingrueret agenti, ut in feudo expreſsè uoluerunt Iac.Bel. Aluar. Mart.Laud. & Card.Alex.in d.c.1.§.ult.tit.de gradib.ſucceſſ. in feudo,per text.in c. 1. tit. de conten. inter me & dom.& in c.1.§.cùm autem.tit.de controu.inueſt.& Signo.conſil. 10.in quæſtione uertente inter Vgetum,col.3.uerſ. modò his præmiſſis, quia qui ſe fundat (inquit) in aliqua qualitate,eam debet probare,l.habebat, in princip.ff.de inſtito.act.& alia quæ allegat.& idem Signo.loquens in caſu noſtri retractus, conſi.81. in quæſtione vertente inter Nigrum,col.vlt.Mart. Laud. & Aluar. in d.c.1.tit.ſi de feud.fuer.controu.inter dom.& agna. & Paul. Caſtr. conſ.44.circa præſentem caſum,col.1.in fi.lib.2.& conſ. 279.viſa petitione,col.2. & ſeq.eo. lib.2. Alex. conſ.10. ponderatis his,col.1. uerſi.præterea illud,lib.3. & Fran. Curt.ſenior conſi.49. memoriæ recolendæ Dux, col.3. verſ.primò adducitur.& conſ.ſeq. quod eſt eiuſdem initij,col.2. uerſ. & primò arguitur. Alter Franc. Curt. iunior,in tract.feu.in 8.quæſt.primæ partis, col.6. uerſ. illud tamen quod dixi.Card.Alex.in prælud.feud.col.14. in ſexta diuiſ.uerſ.ſi uerò non conſtat.Chaſſ.in conſuet. Burgun.tit.*des droitz & appartenances à gens mariez*, §. 6.in uerbo,*anciens*,col.3.uerſ.præpoſitus.

94 *Paupertas præſumĩt.*

Nam & videmus,quòd licet aliàs potius præſumatur paupertas,quàm diuitiæ: cùm illa naturalis ſit, hæc aduentitia:nudi enim naſcimur,ac rerum omnium inopes,c.ſicut hi.47.diſt.& vt ſcribit Plinius lib.9.cap.35. Nos rerum natura nudos excipit. Tamen ſi paupertas ſit cauſa intentionis agentis, debet eam agens probare, glo.Bart.Alber.Angel.qui eam gloſſ.commendat.Paul. Caſtr.Soc.qui eam dicit ſemper allegari pro ſing. & alij in l.ſi uerò.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſda.cog. Alber. in l.ei incumbit.col.vlt.nu.8.ff.de prob.& in l. ſi creditores. ff. de priuil.cred.Bal.in l.non prius,in princip.C.quan fiſc. vel priua. ubi dicit eam glo. eſſe meliorem totius iuris, ad hoc,ut cùm negatiua eſt cauſa intentionis, ideſt,ut ipſe dicit,aperit viam ipſi intentioni,ea probanda eſt. & in c.ult.colum.1.extra de præſumpt.ubi eam glo. dicit ſingul.& in cap.in præſentia,colum.antepenult. verſ. quæro quare probatio,extrà de probatio.vbi & eam quoque ſing.dicit.& conſil.304. non eſt nouum, col.2. [verſ.reſpondeo iſta probatio] lib.1. ubi & illud de paupertate probanda dicit Panor.in c.bonæ,el 1.colum.antepen.de elect. Floria. qui hanc dicit eſſe perfectam doctrinam, quæ communiter approbatur in d.l.ei incumbit, col.2. verſ.ſed ſi loquamur.ff.de proba.Petr. Anch.conſi.5.pro parte nobilis,col.1.in fi. Maria. conſ.24.viſis, col.antepen.verſ.confirmatur hoc.Philip.Franc. in c. ſemel malus,circa medium,de reg.iur.lib.6. Matth.Afflict.deciſ. Neap.377.Princeps conceſſit,col.vlt.verſ.& pro iſta parte,ubi dicit illam glo.ſing.

*Niſi ea ſit cauſa intẽtionis agẽtis.*

*Negatiua ſi cauſa ſit intẽtionis, eam proponentis,dẽt probari.*

95 *Idem de probatione negatiua.*

Sed & illud de negatiua probatur in l.pen. §.docere.& ibi Bart.Bald.[Roma.]& omnes.ff.ne quis eum,& in l.hoc iure,& ibi etiam Bart.& alij.& inter alios Ripa. qui id ampliat tribus modis,eamque l.legit cum l.in illa.ff.de uerborum obligatio. & probatur etiam [in l. ſi emancipati,& ibi Roma.in primo notab. C.de coll.&] in cap.1.& ibi Domi.in 2.not.de confeſ.lib.6. Innoc. in cap.ſuper his,colum.3.uerſ.ſed quid dices,& ibi quoque Hoſtien.& alij extrà de accuſ. Cyn. in l.2. in 5. oppoſ.quæſt.C.de iure emphyt. Ioan.Andr. in dicto capit. bonæ,el 1.de elect.& in cap.ſine poſſeſſione,& iterum in cap.infamibus,de regul.iur.libro 6.Bart. conſilio 81. Martinus, colum.1. & conſ.94. uiſo puncto quæſtionis, colum.2.& conſi.137. Statuto communis Gualdi, in quarto dubio.Bal.in l.actor,paulò ante fin. C. de probatio.& in l.inter, paulò ante fin.ff.de pactis. & in l.ab eo, colum.3.uerſiculo,quæro nunquid poſitio. C. quomodo & quando iudex. Angel.conſi.161. viſo puncto, colum.vlt.Salyc.in Authen. hoc amplius. C. de fideicommiſ.Paul.Caſtren.conſ.205.in cauſa,colum.2.uerſiculo, nec obſtat quod concludit, libro 2. & conſilio 279. viſa petitione,ante fin.eodem libro 2.Imol.conſ.132.in cauſa,columna 2.verſiculo,ad tertium,& conſilio 136.in cauſa quæ uertitur,columna 2.uerſiculo, & pro hoc. & conſilio 147.in cauſa inter Franciſcum,columna 2.Domi.in capit.1 in 2.notab.de confeſ.libro 6.Petr.Anchar. conſilio 79 ſubtiliter,poſt medium, & conſ.254. ſuper primo quæſito,in 1. dub. Card.Flor. conſi.140. factum tale eſt, magiſter Bartholomæus,col.pen. uerſ.ad aliud de negatiua.Ioan.Plat in l.1. circa medium. C. de exacto.tribu.libro 10.& in l.ſi quis,per illum text.C.de Fabr.lib.11.vbi & utrumque dicit de paupertate, & negatiua. Alexan. qui alios multos adducit, in d.l. hoc iure, quam legit cum d.l.in illa,columna ſecunda, uerſ.extra glo.de uerbor.obligat.Corne. conſ.110. uiſo infra ſcripto,colum.penult.uerſ.& inſuper, libro 1.& conſ.120. in hac conſultatione,columna ultim.eodem lib.1.& conſilio 123.uiſo proceſſu,colum.2.uerſ.nec obſt. quòd eſt negatiua,eodem lib.1.& conſ.11.pro deciſione,colum. 3.uerſ.& maxime,cum ſeq.libro 2.& conſ.43.in hac conſultatione,colum.3.uerſ & qui ſe fundat,eodem libro 2. & conſilio 106.pro parte, columna penul. uerſ. nam qui ſe,eodem libro 2.& conſ.87.uiſis actis, columna 2.lib. 3.& conſ.89.uiſo ſupra ſcripto, columna 4. uerſ. itaque ex his,eodem libro 3.& conſilio 241.uidetur in hac, columna 2. uerſ. ſolùm eſt inſtandum, eodem libro 3.& conſ.267.in hac conſultatione, colum.6. uerſ. non obſt. tertia,libro 4 & conſ.ſequen.cuius idem eſt initium,columna 2.uerſ.ſeptimò non videtur,eodem libro 4.& cõſilio 325.animaduertens,colum 1.uerſ.nam qui ſe,eod. lib. 4.Guid.Pap.ſing.18.quilibet tenetur. & ſingul.189. cauſa actionis,& ſing.703.uerſ.negatiua, & conſi.67. in cauſa dudum, colum.4. verſ. alia etiam ratione.Iaſ. qui & alios citat, idque etiam poſt alios declarat, in d. l. 2. colum.46.uerſ.in ead.glo.ibi ut ſupra. C. de iure emph. & conſ.34.ad motiua,col.4.uer.non obſtat modò. lib.j. & Catel.Cotta in memori.maritus priuatur.Steph.Bertran.conſ.218.etiam ſi uerum,col.1.lib.1. & conſ.220. ex exhibitis,col.1.eod.lib.1. & conſ.241. uiſis duobus, nu.7.eo.lib.1.& conſ.247.duabus, col.2. nu.4. eo.lib.1. & conſ.6.uiſo proceſſu,col.2.in fin.lib.2.& conſ.121. ſi attendatur,in fi.eo. lib.2. & conſ.181. uiſo conſultationis themate,poſt prin.lib.3.& conſ.88. ex themate, nu. 11.lib.4.& conſ.138.thema,col.pen.num.8.eo. lib.4.& conſ.195.pro breuiori,nu.6.eo.lib.4.Philip. Dec. conſ. 634.procedendo,colum.3.uerſ. non obſt.quòd dictum, Matth.Afflict.d.deciſ.377. De quo tamen uide Cæpol. conſ.cauſarum ciuilium 44.in quæſtione, col. ult. uerſ. poſtea nec obſt.ubi id declarat.

48

96 *Qui ſe fundat in aliquo, id probare dẽt.*

Illud enim generale eſt in omnibus,ut ſcilicet qui ſe fundat in re quapiam,eam probare debeat. ut per gl. & Doct.in l.eum actum.ff.de neg.geſt. Igitur ut concludam noſtrum caſum, ſi quis conſanguineus ageret ad retractum fundi uenditi, tanquam patrimonialis, quia is tan-



*Deciſio q̃ſtio.princ.*

is tantum ex conſuetudine retrahi poteſt, ei certè incũbet onus probandi eum talem eſſe, ſi reus negaret. Ita tamen vt id intelligas, illum talem præſumi, ſine alia probatione,ob diuturnitatem poſſeſſionis eius,qui uendidit. Sicuti in ſimili dicimus,feudum antiquum præſumi,aut certè paternum, ob diuturnam eius poſſeſſionem,ut per Doct.& maximè Bal.Mart.Laud.Aluar. qui id dicit ualde notatu dignum,in d.c.1.tit.ſi de feud.fue. controu.inter dom.& agna.& Alex.conſ.15. viſis narratis,col.3.lib.5. qui ad hoc alia quædam iura allegat, ut ibi videre poteris.& Iaſon in prælud.feud.col.28. uerſi. vltimò in iſta materia.& Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ,incip.ut de ſucceſſionibus,colum.19. verſ. ſed iuxta hoc quæro.& Philip.Dec.conſi.395. in cauſa magnifici, in princ.

*Feudũ antiquũ prę ſumi ob diuturnitatem.*

97 *Si conſanguineus agat ad retractũ,nec aliter declarat rem eſſe patrimonialem, an obtineat.*

Sed hìc quæri poteſt, ſtante ea conſuetudine, quæ retractum admittit in rebus patrimonialibus tantùm, ſi conſanguineus venditoris agit ad retractum rei uenditæ ſimpliciter, nec aliter declarat eam rem eſſe patrimonialem,an obtinere debeat? Quod videtur,cùm huiuſmodi eſſe præſumatur, ſi non negetur, ut dictum eſt. Verùm contrarium reſpondit Signor. conſi.81. in quæſtione uertente inter Nigrum,ubi probat qualitatem illam neceſſariò allegandam eſſe, & probandã ſi negetur.

98

Sed cui addere potes,quòd ſi etiam res ipſa præſumeretur patrimonialis,etiam ſi negaretur,ita ut non neceſſe eſſet eam talem probare, tamen opus eſſet id allegare,l.ſi adulterium.§.inceſtum,ibi,utique ſi error allegatur.ff.ad leg.Iul.de adul.quam in id not.Bart. qui dicit id no.& perpetuò menti tenendum, & Petr. Anch. conſ.288.in caſu præmiſſo,col.2.ubi & illum text. dicit not:& Panorm.qui eum dicit ſing.in c.afferte, col.2.uer. ex prædictis,extrà de præſumpt.& Fran.Aret. qui etiam dicit ſing.conſ.112.conſideratis, in fi. cum alijs multis concor. à me adductis ſupra tit. noſtrarum conſuetudinum 5.§.quoq; 5.in glo.4. Idq; etiam ſi notorium eſſet. gl.in clem.appellanti,in uerbo,aliàs, & ibi Ioan. Ligna. Card. Flor. Imol. & Panor. de appell. cum alijs quoque multis concord.à me in illo eodem loco collectis. Sed tu tamen uide Barb.eam gloſſ.declarantem, conſ. illud, pen.verſ.& adduco,lib.1.

99

[Imò verò agenti ad rem tanquam patrimonialem, & quam neceſſe eſt talem eſſe vt obtineat, neceſſe eſt ẽt ut eam talem eſſe probet,licet aliàs talis præſumatur, ut diximus ſupra,num.83.& ſeq. de feudo, quod etſi præſumatur antiquum potius quàm nouum, agenti tamen ad feudum tanquam antiquum,neceſſe eſt eam qualitatem probare, uti & in cæteris quoque rebus diximus in ſeq.num.]

100 *Si maritus uẽdat conquæſtus ſibi et uxori cõmunes, uti poteſt, an,& quibus loc⁹ eſt retractui.*

Cæterum, quia noſtra hæc conſuetudo permittit retractum in acquæſtibus, & ex alia noſtra conſuetudine,tit.*de contracter compagnie*.§.1.qui eſt omnium huius vol.282.acquæſtus facti à marito,& uxore,aut alterutro eorum ſunt utriuſque communes, ita tamen, ut ex alia noſtra conſuet.tit.14.qui eſt, *de la puiſſance & administration des maris*.§.6. qui eſt omnium totius volumin. 295.ius ſit marito eoſdem acquæſtus inſcia adeoque inuita & renitente uxore vendendi. Igitur ſi maritus ſolus fundum à ſe,aut vxore acquiſitum, conſtante matrimonio vendat: an conſanguinei ipſius tantùm admitti debent ad retractum,an uerò & uxoris. Quod uidetur, tanquam uxor alienaſſe quoque uideatur per maritum adminiſtratorem bonorum uxoris,& in cuius poteſtate ea eſt,ut ſcribitur in d.tit.*de la puiſſance & adminiſtration des maris*.§.1.qui eſt omnium 193.& quem noſtris legibus connubialibus olim inſigniuimus, & propediem multò pluribus abundantioribusque commentarijs illuſtrabimus. Ideoque peræquè habendum eſt,ac ſi uir & uxor ſimul uendidiſſent, quo caſu conſanguinei utriuſque admitterentur,ut ſcribitur ſupra §.præcedente. Et faciunt ea, quæ ſcripſimus ſupra eod.tit.§.1.in gloſſ.9. in uerbo,*ou lignagier*,nu.106.ſed ut ad cætera, & ſeq.

At ego tamen cenſeo,conſanguineos tantùm mariti uenditoris eſſe admittendos,non uxoris, quæ non uendidit. Nam conſuetudo noſtra loquitur de conſanguineis uenditoris:ideò de alijs intelligi non poteſt, etiam ſi ſint conſanguinei alterius etiam domini rei venditæ, aut cuius aliàs intereſt,teſtimonio Albe.in 1. parte ſtat. q.98.item præſuppoſito,ubi poſt And. Piſa. hac ratione negat conſanguineos uxoris admitti ad retractum fundi dotalis à marito permiſſu ſtatuti venditi. Et quia etiã cum vir huiuſmodi acquæſtas poſſit liberè uendere,cõſtante matrimonio, conſequens eſt ut interim ſolus cenſeatur eſſe dominus: nec enim aliter transferret dominium.l.traditio,in princ.ff.de acq. rer.dom. nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt,quàm ipſe habet,l. nemo plus iuris.ff.de reg.iur.& ibi concord. Eſtque ſententia Platonis in Sympoſio, Quod quis non habet,dare non poteſt. Et hoc nuncupatim in caſu ſimilium conſuetudinum uoluit Moder.Pariſ.in conſuet. Pariſ. tit. 1. §.30.nu.74.ubi ex hoc dicit, per feloniam ſolius mariti huiuſmodi conquæſtus in totum committi, [de quo diximus in noſtris legibus Connubialibus, in uerbo, *contracter*.] Sed & cum ipſa uxor conqueri non poſſit, quod maritus uendiderit; ergo nec conſanguinei ipſius, qui non niſi reſpectu ipſius uenire poſſunt,arg. Auth. multò magis.C.de ſacroſ.eccl. 101 *De eadem re.*

Vxor igitur conſtante matrimonio non cenſetur eſſe domina dimidiæ partis horum acquæſtuum, ſed tũ demum,cum ſolutum fuerit matrimoniũ,ſi ſcilicet maritus interim aliter non diſpoſuerit, quaſi ipſius uxoris dominium interim quoque ſit in pendenti, ut in ſimili dicitur in l.ſeruus.§.1. ff.de acquir. rer.dom. & l. pen.§. penult.ff.de caſt.pec. cum alijs multis ſimil. quas afferemus infrà in fin.huius ti.nu.20.quibus adde, & ſequent. Et ſic expreſsim (ne auctoritate careamus) intellexit Cardin.Floren. conſil. 15. quòd maritus, in fin.iunctis præcedentibus, loquens de duobus ſtatutis illis noſtris ſimilibus;vno ſcilicet, ut bona quæſita conſtante matrimonio ſint communia: altero, ut maritus eadem poſſit liberè alienare. Nam primum (inquit) illud ſtatutum, quod dicit ea bona eſſe communia, intelligitur ſecundũ aliud,uidelicet niſi maritus ea alienauerit,ut ſic hæc ſtatuta inuicem ſibi concordent,ca.cùm expediat, de elect. lib.6.Et idem propemodum uoluit Pet.Ancha.loquens in ſimilibus quoque ſtatutis, conſil. 102. contra dictam donationem, uerſic. ſecundò etiam ſubtilius,ubi etiam dicit, maritum cõſtante matrimonio cenſeri dominum in ſolidum huiuſmodi acquæſtuum. Et hoc apertè declarat conſuetudo Pariſienſis cap. omnium conſuetudinum, quod eſt tit. *de commun auté de biens*. Sed hæc tamen intelligenda ſunt, niſi maritus ipſe ſuo iure decedens, admiſerit, adhibueritque uxorem, quæ ſecum uenderet, ut fit interdum. Nam tunc conſanguinei utriuſque admitterentur ſecundum ea quæ latè dicta ſunt ſuprà eodem §.præcedente. 102 *De eadem re.* *Cõſuetudo.*

[Sed quid de re patrimoniali uẽdita cum pacto de reuendendo, aut etiam ſine eo, & ui huius pacti,aut aliàs poſtea redempta: An cenſebitur patrimonialis, ut prius erat, an acquiſititia? De quo uide quę ſcripſi ſuprà §.19.in glo.2.& quæ dicam infrà tit.ſeq.§.3.glo.1.nu.10. hìc autem opportunè.& ſeq.] 103

Illud denique non omittemus,quod ad uerbi ſignificationem pertinet, quia ſuprà de patrimonio & re patrimoniali locuti ſumus, in Gallia nos vulgò uocare patrimoniũ quod à patribus & alijs maioribus noſtris ex ſucceſſione accepimus; nec id quidem ſine imitabili exemplo, quando & Cicero ſæpe in hac ſignificatione accepiſſe uideatur. Nam in Oratione pro domo ſua: Liberis autẽ noſtris ſatis amplum patrimoniũ paterni nominis, 104 *Patrimonium quid ſit.*

minis, & noſtræ memoriæ relinquemus. Et pro Caio Rabirio: Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, remq; præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet: quid eſſet tandem cauſæ, cur æſtimari vellet nihil habere. Et in lib. de Oratore: Mutius paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator.

105 *Patrimonium dici etiã de rebus quæſitis & mobilibus.*

QVAMQVAM etiam paſſim apud noſtros Iuriſconſultos, ſignificationum verborum obſeruatores exactiſſimos reperimus patrimonium pro omnibus facultatibus & diuitijs cuiuſpiã, atque etiam mobilibus, etiam ſi à maioribus noſtris non accepimus, vt in l. 1. §. item ſolent. ff. de offic. præfec. vrb. & l. quantum. ff. de eo quod met. cauſ. & l. 3. §. ſed utrum, in fi. & l. ſi ex cauſa. §. 1. ff. de minor. & l. cogi. in princ. vbi eſt optimus text. & iterũ in l. Titius. ff. ad Senatuſconſ. Treb. & l. ſed & ſi. §. primo. & §. quod autem. ff. de petitio. hæred. vbi patrimonium dicitur de re acquiſititia, & etiam probatur precium in patrimonio eſſe. & l. 2. C. de his, quibus vt indign. & l. 1. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſu. & l. vt tantùm. §. 1. ff. de ſeru. corrupt. ubi dicitur de re mobili. & l. Papinianus §. quarta. ff. de inoff. teſtam. ubi etiam dicitur de ſeruis, & l. 1. C. de peric. tuto. & l Neſennius. ff. de negotijs geſtis. & l. depoſiti. §. 1. ff. de pecul. ubi dicitur peculium dici, quaſi patrimonium puſillum, & l. hinc quæritur. & l. peculium ex eo, eodem tit. ubi patrimonium dicitur peculium ſerui. & l. Spadonem. §. vlt. ff. de excuſ. tuto. & l. ex facto, uerſic. vltim. ff. de hæred. inſtit. ubi patrimonium de pecunia dicitur. & in l. ſi cùm mulier. ff. de donat. inter uir. & uxor. ubi item dicitur de pecunia. & l. prædiorum. C. de præd. minor. & alibi ſæpe. Nã & glo. in l rei appellatio latior, in uerbo, patrimonio. ff. de uerbor. ſignif. dicit res omnes eſſe in patrimonio, de quibus habemus actionem uel exceptionem, per l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum domi. quæ quidem l. non loquitur de patrimonio, ſed de bonis. Ex quo potes intelligere bona, & patrimonium idem ſignificare. & id certè ex ea glo. not. eamq; dicit ſing. Bal. in ſua Margar. in uerbo. patrimonium. Et idem etiam uoluit D. Coſ. Guy. in pragmat. ſanctio. tit. de collatio. §. cui rei, in uerbo, patrimonijs.

106 *De eodem*

IN quo etiam ſenſu accepiſſe videtur ipſe Tullius in Philippicis: Quæ rationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. Et in oratione pro Cecinna: Non minus diligenter publica patrimonia iuris, quàm priuatæ rei ueſtræ retinere debetis. Et Quintilianus in calce Procœmij, lib. 6. quo deflet mortẽ vnici filij: Nos (inquit) miſeri, ſicut facultates patrimonij noſtri, ita hoc opus alijs præparamus, alijs relinquemus. Sed ita ut interim intelligas nomina non cenſeri eſſe in patrimonio noſtro, l. cùm pupillus. ff. rem pup. ſal. for. vbi ita ſcribitur, non ſolum quæ in patrimonio habet, &c. Et ita illum text. expendit Phil. Dec. in c. in præſentia, col. 4. uerſ. non obſt. quod dicitur, extra de proba. Niſi tamẽ (inquit) in vltima uoluntate, per l. nam quod. § vlt. ff. ad Senatuſc. Trebell. voluit allegare d. l. cogi. in princ. quæ iungitur cum d. § ultimo, de quo tamen vide Petr. Paul. Conſen. in repet. eiuſdem cap. col. 12. nu. 24. & ſeq.

*Nomina an ſint in patrimonio.*

*Patrimoniũ an dicaĩ de reb. ſucceſſiõis tranſuerſalium.*

107 FORRÒ quod ad priorem illam ſignificationem pertinet, Chaſſe. in hoc tit. *de retraictz.* §. 1. in uerbo, *ancien*, in princ. tradit Philip. Decium conſi. 88. ſcribere, hanc dictionem (patrimoniale) in ſtatuto non comprehendere id, quod nobis obuenit ex ſucceſſione patruorum, & aliorum tranſuerſalium, quamuis Decius non dicat, ſed tantùm referrat quoddam ſtatutum, quo cauetur rem intelligi patrimonialem, ſi fuerit aſcendentium per lineã paternam. [De quo & tu omnino uide Maria. Soc. iuniorem loquentem in caſu ſtatuti permittentis retractũ in re patrimoniali, conſi. 20. in caſu propoſito, in 1. dubio, libro 1.

## §. XXXIII.

SI aucun baille ſons fons & heritage à rente admortiſſable, & quelque temps apres ladicte rente eſt rachetée: en ce cas le parent & lignagier de celuy qui à arrenté ledict fons & heritage, & qui pour ladicte rente à prins argent, pourra pour ledict pris auoir par retraict ledict heritage. Idem du ſeigneur de fief, qui le pourra prendre par puiſſance de fief, ou demander ſes ventes & honneurs. Mais ou la rente ne ſeroit admortiſſable, toutes fogyes s'il aduient qu'elle ſoit rachaptée, en ce cas telle rente choit en retraict.

*SI quis ſuum fundum ſiue hærediũ tradiderit in ſolarium extinguibile, quod tamen aliquo poſt tempore redimatur, admittetur conſanguineus eius, qui ita tradidit & pecuniã ob redemptionem ſolarij accepit, ad retractum. Similiterq; dominus cliẽtelaris poterit ad ſe iure feudi reuocare, uel laudimia ſua exigere. Si verò id ſolarium inextinguibile foret, poſtea tamen extingui contingat, erit huiuſmodi ſolarium retractui obnoxium.*

### GLOSSA I. ET VNICA.

1 *Retractus an habeat locũ in cõtractu emphyteutico, & ſimilibus. Quid ſi ultra penſionem datur pecunia fauore contractus.*

EX hoc §. apertè declaratur retractum non habere locum in ſimplici datione in emphyteuſim vel libellum, vel cenſum, cuius ſcilicet penſio perpetua eſt, nec ſubiecta redemptioni. Quod & voluit Steph. Bert. conſil. 7. non vidi, lib. 1. & Gereal. Bago in ſua diſputat. retractus, verſic. quarta concluſio eſt, quòd in re data in emphyteuſim, vbi hinc occaſione ſumpta quærit, quid ſi ultra pẽſionẽ is qui accepit in emphyteuſim, fauore cõtractus dat concedenti certam pecuniæ ſummã, an erit locus retractui ob illud precium? Qua in re multa allegat, & tandem hæc eſt illius ſententia, ut ſi penſio ſit competens, quamuis minor, quàm res ipſa valeat, cenſeri debeat contractus emphyteuticus, & ſic non eſt locus retractui. Quòd ſi modica ſit penſio, & ingens precium, cenſetur eſſe venditio, eſtque locus retractui. Quod & ipſum nuncupatim voluit Ioan. Fab. in §. adeò, colum. pen. uerſic. ſed quid dices, ſi partes dicunt, Inſtit. de locat. Sed & tu ſuper hoc vide Matth. Affl. deciſ. Neapol. 72. Nardus, per totum, vbi hanc rem latiſſimè tractat, & Io. Igneum in l. 3. §. ſi conditioni, verſ. & ſi aliud, nu. 52. & alijs multis ſeq. ff. de S. C. Sylla. & Mod. Pariſ. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 23. in 17. q. Et vide enim quæ & nos latius in re ſimili ſcripſimus ſuprà eod. tit. §. 30. ex quibus intelliges, quid hic dicendum ſit: nẽpe inſpiciendum eſſe, vtrum horum excellat, an penſio, an pecunia, vti etiam cenſet conſuetudo Comitatus Burgundiæ, tit. *de retraict.* §. 6.

*Cõſuetudo.*

2 *Conſuetudines de ea re.*

SVNT autem & aliæ hac in re priuatæ propriæque Galliç conſuetudines, aliç ſimpliciter retractum admittentes, vt apud Caluimõtenſes in Baſſig. c. 6. & Altiſſiodorenſes, quos vulgò vocant Auxerrenſes, hoc eo ti. §. 8. qui eſt omnium 39. Valeſienſes hoc quoq; tit. §. 3. qui eſt omnium 84. Laudunenſes in Veromandia, huius tit. §.

§. 16. qui



16 qui eſt totius 3. partis 90. Aliç tum demum, ſi datio eſt perpetua, ut apud Meldenſes, cap. 106. Carnutenſes, cap. 85. & iterum 177. Aliæ ſimpliciter limitantes, niſi ultra penſionem detur pecunia, ut apud Montargienſes, & cæteros Lorrienſes, hoc quoq; tit. §. 10. Lodunenſes hoc tit. §. 11. & alios multos. Aliæ aliter, ut videre licet apud eoſdem Carnutenſes, c. 68. Melodunenſes, cap. 51. Aurelianenſes, c. 286. & c. ſeq. & iterum c. 392. & 296. & 300. & 5. ſeq. & iterum cap. 405. Andegauenſes, ca. 352. & cap. 354. & duobus ſequen. atque etiam ca. 358. Borbonienſes, c. 442. Bleſenſes, c. 204. & c. 209. & Rochelenſes, c. 39. Lodunenſes hoc tit. §. 10. Interim tamen vide Ferro. in conſuet. Burdig. hoc ti. de retractu. §. 25. col. 2. verſ. ſed ſi res in emphyteuſim.

3 QVANTVM autem ad id, quod ſcribitur in fine huius §. venditionem annui reditus feudalis, ſiue ſolarij (ſic enim appello *rente fonciere*, vt alibi diximus) eſſe ſubiectam retractui proximitatis, facit in argumentum eius quæſtionis, quam nos tractauimus ſuprà eo. tit. §. 6. vtrum ſcilicet, ſi huiuſmodi reditus venduntur, dominus feudi, in quo fundus ſitus eſt, habeat laudimia, aut ius retentionis. Hæc enim conſuetudo in vtramque partem trahi poteſt. Vide omnino, quæ ibi ſcripſimus.

## §. XXXIIII.

MAIS *a* ſi audict contract faiſant eſtoit acordè, que celuy qui prend aucune choſe à rente, payeroit icelle rente, pour raiſon deſdict lieux, non obſtant qu'à ce il euſt obligè tous ſes biens, *b* & non obſtant que ne fuſt dict qu'il payeroit tant qu'l tiendroit leſdictz lieuz: neantmoins il peult quitter & ezpondre leſdictz lieux.

VERVM a *ſi inter contrahendum conueniſſet, eum qui ita ad ſalarium annuum rem quampiam accipit, ſoluturum ſe id ſolarium ratione eius rei, poterit tamen cedere, etiamſi bona ſua omnia, eo nomine obligauerit,* b *nec actum fuerit, tamdiu ſe ſoluturum, quamdiu rem poſſideret.*

### GLOSSA PRIMA.

1 *Cõtractus emphyteuticus cẽſuarius, libellarius, nihil propemodũ differunt.*

HIc §. non admodum appoſitè hic collocatur, verùm tanquam obiter, ac per tranſennam, & veluti in conſequentiam atque declarationem eius, quod dictum eſt in poſteriori parte §. præcedentis, ei ſubiunctus eſt. Ideo & nos quoque conſequenter hìc aliqua hunc ipſum tangentia ſubnectemus. Igitur quod hìc dicitur, emphyteutam, ſiue cenſuarium, ſiue libellarium vocare malis (neque enim multum inter hos & ſimiles intereſt, vt per Barto. in l. 1. colum. 2. verſicul. in quo differt, & ibi Recentiores. C. de iure emphyt. & in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus. C. de dam. infect. Bald. in cap. 1. §. aut ſi libellarius, poſt princip. & ibi Mar. Laud. in §. ſimiliter, colum. 1. verſicul. nota ibi libellario, titul. quib. mod. feud. amit. l. 1. & eundem Mart. in c. 1. titu. de ali. feud pater. cum ſimil. allegatis à Philip. Dec. conſil. 518. viſo inſtrumento, paulò ante fin. Et quicquid diſcriminis ſomniarint ij, qui ab initio hæc vocabula aduexerunt, in diſſuetudinem propemodum abijt, hodieque promiſcuè his vtimur, vt etiam dicit Angel. conſil. 184. ex forma, columna vltima, de quo & tu uide Ioan. Plat. in §. adeò in 9. quæſt. Inſtitut de loc.) Quod (inquam) hìc dicitur hos poſſe rem emphyteuticam, aut libellariam, aut cenſuariam, ſiue cenſualem, renunciare domino inuito, non procedit de iure communi, per tex. à contrario ſenſu in l. 2. ibi, Si dominus voluerit. C. de iure emphyt. vbi & hoc not. Bald. columna 2. verſiculo quæro an emphyteuta, & ibi etiam Alberic. columna vltima verſic. item quæro nunquid. & Io. Fab. col. etiam vlt. verſ. quid ſi emphyteuta, & Iaſ. col. 7. verſi. ſextò principaliter.

*An q̃ his cõtractib. rẽ tenent, ei renunciare poſſint domino.*

2 *De eadem re.*

ET ita etiam decidit Spec. poſt Odoff. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 128. per multa illic allegata, & inter cætera text. quem dicit videri expreſſum in l. quicunque. C. de fund. patri. libro 11. & Collec. poſt Pet. Bono. in ca. potuit, colum. 1. verſicul. ſed nunquid poteſt, extrà de loca. Alb. in l. Prætor. §. hoc edicto, colum. 1. ff. de dam. infect. & in l. ſed an vltrò. §. 1. ff. de negot. geſt. & in l. Imperator, in princip. ff. de legar. 2. Bald. in l. cùm fructuarius. ff. de vſufruct. & in l. tractatum eſt, circa medium. ff. de iudic. dum ſe remittit ad dicta in præcedente loco, & in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 5. verſ. reuertitur igitur, extra de conſt. Imol. in cap. ad audientiam, columna vltima, extrà de rebus eccleſ. non alien. cum diſtinctione tamen Bartol. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & idem quoque tenuit Panormitan. in c. 1. in vlt. notab. extrà de feud. & in cap. iudicatum, poſt princ. de immu. eccle. Berbe. in ſuo Viatorio iuris, titul. de locat. chart. vlt. verſ. item quæro an emphyteuta. Io. Rayn. in c. 1. §. pœna, in 7. q. tit. de prohib. feud. ali. per Fed. Alex. in addit. Bar. in d. l. is cum quo ff. de aqua plu. arcen. Card. Alex. in ca. 1. tit. de vaſal. qui contr. conſtit. Lothar. & in c. vlt. tit. de cap. qui cur. vend.

3 *De eadem re.*

QVOD tamen intellige duobus modis: Primò uidelicet, vt procedat, niſi conſuetudine aliud induceretur, ſcilicet emphyteutam poſſe rem ipſam domino renũciare, vt hic noſtra conſuetudine permittitur, quia huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt, vt voluit Specul. poſt Odoff. in d. verſicul. 128. ſupra allegato, per tex. in l. uenditor fundi. §. conſtat. C. com. præd. Et id quoque voluit Felin. in dict. c. quæ in eccleſiarum, col. 31. uerſic. ex his infertur, extrà de conſtitut. Et ſic ut opinor intelligit Maſuer. verus conſuetudinum Gallicarum interpres de hac ipſa re loquens in tit. de loca. §. item cùm res datur, & alijs ſeq.

4 SECVNDÒ modo intellige, ut procedat, niſi ſucceſſu temporis res fieret inutilis emphyteutæ. Non tamen intelligo, ne fallaris, quòd res omnino perierit, quia tunc proculdubio liberatur emphyteuta à canone, ſine penſione, per d. l. 1. C. de iure emphyt. Sed id aliter intelligo. verbi gratia, Quiſpiam conceſſit Titio molendinum in emphyteuſim, ea lege, vt teneretur concedenti, & eius hæredibus gratis molere, tandem hæredes Titii in tantum numerum excreuerunt, ut nihil emphyteuta poſſet molere niſi eiſdem, aut etiam illis omnibus non poſſet: certè tunc poterit, vel illis inuitis, renunciare huic emphyteuſi. Ita enim in hac ſpecie nũcupatim uoluit Lucas Pen. in l. ſancimus, la 1. ad finem. C. de conſulib. lib. 12. per text. in l. antiquitas, in prin. C. de vſufruct. & in c. ſuggeſtum, extrà de dec.

5 *An q̃ molere cupiã tenetur et omnib ipſius hæredibus teneatur.*

TV autem hìc vide, an hoc caſu teneatur molere omnibus hæredibus, Barto. Brix. quæſt. domi. l. quidam paterfam. Pile. q. 48. quæ eſt eiuſdem initii. Hoſt Io. Andr. Anto. Imo. Pet. Anchar. & Panor. in ca. quanto, de cenſi. Alb. in Auth. hoc ius porrectum, colum. penul. verſicul. vnam aliam pulchram quæſtionem. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. cui fundus. ff. de cond. & demoſt. & in l. in lege,

in

in fin.ff.de contrahen.empt.& latè Iaſon in repet.l.quo minus,in 22. quæſtio.ff. de flumi. Et quod in ſimili de furno tractat Iac. But.in l. vltim.in fin.C.de ſacroſanct. eccleſ.& Imol. in Clem. literas,colum.10.verſicu.item quòd promittens, de reſcript & latè Cæpol in tractat. de ſeru.vrb.c.1.quod de furno eſt,in 5 quæſtio.Et quod de vſu nemoris etiam tradunt Dyn. & Alber.in d. l. cui fundus.ff.de condit. & demonſt. & Iacobus Ra. & ipſe Alberic.in l.tale pactum.§ vltim.ff de pact.& in l ſi ſeruus.§.1.colum.penultim.verſ. ſed pone habeo.ff.ſi quis cautio. Et quod item in alijs ſimilibus diſſerunt Petr. Cyn.Alberic.Bald.& Salic.in l.non modus C de ſeru. & aqua.Angel.in l.ſi ſeruitus, in princip. colum. vltim. ff.de ſerui.vrb.prædio. Alexand. qui quædam ex ſuprà dictis etiam tractat conſ.178.in occurrenti,col.2.verſic. facit etiam,& ſequen.lib.2.& Hippo.Marſil. ſingu 154. tu ſcis quòd propter, cum alijs adductis à Felin. in cap. vltim.col.vltim.de conſtit.& Philip.Dec.conſ.335.uiſo conſ.col.1. Vt tamen non prætermittas tex.in d.c.ſuggeſtum,extrà de dec.

*Quid in ſimilibus.*

6 *An vaſallus poſſit domino inuito feudū renunciare.* AT in feudo videtur tex.expreſſus, quòd à vaſallo poſſit domino renunciari, & dimitti, in capit.1.titu. de vaſal. qui contra conſtit.Lothar.& in c.1.§.rurſus. & ibi Bald.Martin.Lau.& Card. Alexan.titul. quibus modis feud. amit. Sed quia hoc non omnino expeditum eſt, qui ſunt qui contrarium ſimpliciter tenent, ſunt & qui multas diſtinctiones faciunt, & in hanc rem multa à multis afferuntur pro vtraque parte, ne ſim longior,ſi omnia recenſuero, uide gloſſ. Andr. Iſern. Bald.Aluar. Cardin.Alexan.& Matth.Afflict.in dict. capitul.vltim. titul.de cap.qui curi.vend.gloſſ.Iacob.Bel. Nicol. Neap. Bald. Aluar. & alios in dict. capitul.1. tit. de vaſ. qui cont.conſtit.Lothar.gloſſ.& Bald.in capit.1.§. callidis, & ibi Ioan.Rayn. in §.pœna,colum.14. in paruis,verſic. quærit hìc gloſſ titul.de prohib.feud.ali.per Fede.gloſſ. Hoſtien.Ioan.Andr.Lign.Bald.Cardin.Flor.Ant.Imol. Panor.Barb.& latiſſimè Felin.in dict.capit.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.Hoſtien.in ſumma titul de feud.§.vltim. verſicul. eſt & in ſumma. Archid.in cap.de forma, 25.quæſt.5.Ioan.And.in addit.Spec.dict. verſicul. 128. Andr.Iſern.in capit.omnes,titul.ſi de feud. defun.Coll.ec.in c.2.columb.2. verſ. ſed nunquid poteſt, extrà de feud.Alber.Bald.& Floria.in dicta l.cùm fructuarius.ff. de vſufruct eundem Alber.Bart. Imol.Ro. Alexand. in addit.Bar.& alios Recentiores in dict.l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcend.ipſum Alberic. in l.ſi abſente,in princip.ff.de vſufruct.& in dict.l.ſed an vltro. §.1.ff. de negot.geſt.& in l.ſicut,ad finem.C. de actio. & obligat. & in dict.l.2.colum.vltim.C.de iure emphyteu.& in l.ſi fortè.§.etiam,in fin.ff.ſi ſeru.vendi & in l. Imperator.ff. de leg.2.& in l.interdum.ff.de ope.lib.Bald.in l.1.in 12. quæſtio.ff.de rerum diui.& in l.cùm Archimedoram,in fin.C.vt in poſſ.lega.& in l.poſt certi.C.de liber. cauſ. & in l.1.colum.5 verſ. quædam eſt infinitas reponendi. C. de ſentent.quæ pro eo quod inter & in capit.ſanè.colum.2.de renuncia.& in Prooemio feudorum,colum.4. in fin. verſicul.ſed ſtatim quæritur, & verſicul. ſed pone, quòd contractus, & eundem Bald.conſ.292. ad euidentiam,colum.5. verſic. ſed uideamus, libro 2.Lucam Pen.in l.2.colum.penult.uerſ.& nota ex hoc.C. de agri. & cenſi.libro 11.Cardin.Flor.in Cle. paſtoralis.in 7. q. de ſentent.& re iudic.Paul.Eleaz.& Imol.in dict. capit. potuit illum colum 4.hunc columb. 44. extrà de locat. Imol.in dict.cap.ad audientiam.colum.vltim. extrà de rebus eccleſ.non alienan. & in capit.1. & ibi Panorm.in vltim.notab.& Barba.colum.1.verſiculo,& quærit hic, extrà de feud.Rom.conſil.27.viſo themate, column.1. Barb.in d.titul.de loca.ubi,ſuprà.Mart.Laud.in capit.1. colum.6.verſicul. & not.vnum ſing.tit. de his qui feud. dar.poſſ.Cæpol.in tract.ſeruit.vrb.titul.de puteo,qui eſt 47.col.1.ad fin.Corſe.& Aufrer. in dec. Tholoſ. q.404. item fuit quæſitum an vaſallus. Franciſc.Curt.iunior,in tractatu feud.in 1.parte quæſt.8.colum.eiuſdem 8.verſ. primus effectus. & iterum col.ſeq.verſ.tertius effectus, rurſumq; in 4.parte,verſi.31.& vltim. Cardin. Alexan. in prælud.feud.colum antepen.in 6.quæſt.& ibi Matth. Afflict in 3. quæſt. & eundem Matth.deciſ.Neap.265. illuſtriſſime,nu.5 .& dec.307.regia maieſtas, nu 11.& in c.1.§ notandum,tit qui feud.dar.poſſ.Iac.à S. Georg. in tract. feud. in verbo, qui quidem inueſtiti,&c.col.7. verſ.nam ſi quæritur.

7 *Feudū domino renūciatum an in eū tranſeat liberum.* SED ex his oritur dubium,nec leue, nec contemnendum,vtrum ſcilicet tunc,cùm emphyteuta,aut vaſallus, renunciat rem domino, ea tranſeat in ipſum dominum libera, an verò obnoxia ſeruitutibus, hypothecis, obligationibus,alijsq; oneribus impoſitis. Et videtur,quòd libera, per l.lex vectigali.ff. de pigno.vbi reſoluto iure dationis, reſoluitur ius acceptionis.ita enim eam l.ſummat, vt cum noſtris loquar, Bartol. & videtur eſſe text. in capitulo primo.§.rurſus infidelis, in verbo, refutauerit.& ibi Bald.Aluar.Martin.Laud.& Cardin.Alexand. titul.quibus mod.feud.amit. nam vt illi dicunt, illa facultas renunciandi,inerat iam ab initio contractus,& ex natura rei.

8 *De eadem re.* CONTRA item videtur, quia ſolutio contractus non debet manere in poteſtate debitoris, vt ſcilicet per illius renūciationem ſoluatur ſiue extinguatur id, quod ab eo antè actum eſt, l. ſi res.ff. quibus modis pig. uel hypoth. ſol. Præterea non eſt ſimplex renunciatio,quia non poteſt ſola voluntate renunciare domino,l. ſi quis vi.ff. de acquirend. poſſeſſio. ſed eſt quoddam nouum pactum, nouuſque contractus, qui non præiudicat alteri, cum quo non eſt celebratus,l.vltim.ff.de pactis. & nota. per Barto.in l.in diem.ff.de aqua plu.arcend.Item iſta renunciàtio uidetur facta in fraudem: ergo non præiudicat creditori, argumen. l. filiæ meæ.ff. ſolut. matrim. & l. liberto octingenta.ff. de bon. liber. Denique videtur eſſe caſus in l.ſi partem.§.1.quemadmod. ſer. amit.

9 *An dominus cui renunciatū eſt, teneatur ſtare colono. De iiſdem rebus.* ET per hæc Bald.qui nuſquam deeſt, conſilio 371. Maſſiolus,lib.1.ex facto interrogatus, reſpondit dominum, cui emphyteuta renunciauit, debet ſtare locationi factæ ante renunciationem ab ipſo emphyteuta factam. Et generaliter,quòd hoc caſu trāſeant onera in dominū, voluit Pet.Iac.titu.de actio.in rem pro re emph. col.11. verſ item eſt notandum, iterumque colum.19.verſic.& eſt notandum.& Maſuer.in tit.de locat.§.item utilis dominus.& Ioan.Rayn.in c.1.§.habito,char.10. in paruis. verſ.quæro an vaſallus poſſit imponere,titul.de prohib. feud.ali.per Federic.& Guid Pap.Dec. Delph.575. emphyteuta poteſt,& diximus etiam ſuprà,eo.ti.§.1.gl.14. in verbo, *ou equipollent à vente*,numer.112.verùm cum aliquando,& ſeq.

10 *De iiſdem quoque rebus.* ET ego quidem hoc ſtatim fateor, ſi renunciatio fieri non poſſet inuito domino, ut nec fieri poteſt in emphyteuſi de iure communi, vt ſuprà diximus. At ſi fieri poteſt ex lege municipali, vt hoc noſtro §.cauetur, vel etiam de iure communi, vt in feudo, ſecundum multorum ſententiam: tunc cùm dominus, velit nolit, teneatur admittere renunciationem ex natura contractus, ei iam ab initio ipſius inſita, non video cur teneatur ſtare his obligationibus, & ſeruitutibus poſt contractum ipſum impoſitis. & de hoc haud dubiè text. eſt expreſſus, loquens in feudo,in d.§.rurſus infidelis, ubi Bal.primum dicit, id videri eſſe contra omnem rationem, quòd ſcilicet vaſallus poſſit renunciare in præiudicium iuris alteri quæſiti, per quædam ex iuribus ſuprà allegatis. Sed ſubdit huic obiectioni reſpondendo, quòd ea facultas inerat à principio ex natura rei, id eſt, ipſius feudi. & id ſcire debuit,qui cum vaſallo contraxit,



traxit,l.cum alio.ff. de reg.iur. Ideoque vaſallus nō potuit in præiudicium domini ſe difficultare, vt ipſe loquitur,argum.c.1.tit.de noua forma fideli. Et eum ſequuntur Martin.Laud. & Card. Alex. qui adducunt l.ſi quis domum.§.1.ff.locat.Sed hæc pendent ex ijs,quæ latè dicemus infrà ti.*de retraict conuentionel*,§.3.in gl.1.nu.10. hic autem opportunè, & multis ſeq.

11 *An in iſtis renunciationib. requiratur inſinuatio.* VTRVM autem in huiuſmodi renunciationibus feudi, vel emphyteuſis, quæ fiunt inuitis dominis, de iure communi vel conſuetudine, requiritur inſinuatio, quę de iure communi requiritur in donationibus,quod videtur,per l.in ædibus.§.1.ff.de donat.& glo.in l.1.§.1. & ibi Bald.ff. quib.mod.pig. vel hypo.ſol. & in l.ſi quis obligatione,& ibi Dyn.Rayn.& Phil,Dec.ff.de reg.iur. cum alijs multis ſimilibus & concord.à me traditis in repet.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,num.76. & quicquid ſuprà diximus, vbi ex frequentiori noſtrorum ſententia æquè requiritur huiuſcemodi inſinuatio in renunciationibus,liberationibus,remiſſionibus, & alijs id genus, atque in donationibus, cùm hæ vim donationis habeant.

12 *De eadem re.* VERVM Bal.de hac ſpecie nuncupatim conſultus, contrarium apertè reſpondit, conſ.300. textus (nam id eſt illius conſ.initium) circa medium eiuſdem conſ.verſ. item iſta eſt,lib.2.tum alijs multis rationibus, tum & his,quia hæc renunciatio eſt potius quędam natura feudi, quàm donatio,per d.c.1.tit.de vaſal. qui contra conſtit.Lothar.Et ſi hoc caſu requireretur inſinuatio, illud confeſtim ſequeretur,quòd ſi vaſallus conſentiret illum inueſtiri à domino, ad quem feudum per ſucceſſionem non pertinet, requireretur etiam inſinuatio in hac inueſtitura, quod falſum eſt,quia in vſib. feudorum nuſquā reperies vllam de inſinuatione mentionem factam, ut in c.1.§ præterea,tit.quib.mo.feud.amit.

*NON OBSTANT QVE A CE IL EVST OBLIGE' TOVS SES BIENS,*

ETIAMSI BONA SVA OMNIA EO nomine obligauerit, Gloſſ. II.

*1 Emphyteuta qui pro cenſu obligauit omnia bona, an poſſit renunciare emphyt.* MASVERIVS titu. de locat.§.quid ſi emphyteuta, quærit an ſi emphyteuta pro cenſu vel penſione obligauerit alia bona ſua, poterit nihilominus rem emphyteuticam domino renunciare, nec tamen ſoluit, ſed tantùm dicit id à Bart.tractari in l.ſi quis opus.§.vltim.in fin.ff.de dam.infect.cùm tamen in illo toto titul.nulla lex ſit huius initij, ſed nec in toto quidem corpore legum, ſi non me fallit memoria. Sed vide,quæ de hoc diximus ſuprà tit.omnium huius voluminis conſuetudinum 5.§.3. qui eſt omnium 43. ubi & idem, an in hoc §.ſcribitur.

§. XXXV.

RETRAICTZ ſont tellement d'eſtroictz droitz, *a* que l'an & iour de y eſtre receu court contre maieurs & mineurs, *b* præſens ou abſens, *c* ſachans, ou ignorans *d* le contract.

*RETRACTVS ſunt adeò ſtricti iuris, a vt anni & diei ſpacium in id præſtitutum currat contra maiores & minores, b præſentes aut abſentes, c ſcientes aut ignorantes d contractum.*

*D'ESTROICTZ DROIDTZ,*

STRICTI IVRIS, Gloſſ. I.

1 *Retractus ſtricti iuris. Stricti iuris aliquid dicitur ad differentiā bonæ fidei.* ID eſt, vt interpreter verbis noſtris, ſtricti iuris. Nam & Alber. poſt Alber. Odoff.in l.ſtatuliber a cæteris §. Quintus, circa medium.ff.de ſtatulib.dicit hunc noſtrum retractum eſſe ſtricti iuris. Id autem dicitur aliquando, ad differentiam eius,quod dicitur bonæ fidei,vt in actionibus aliæ ſunt bonæ fidei,alię ſtricti iuris,l,1.§. ſed & ſi.C. de rei vxo.actio. & §.actionum,Inſtit.de actio.vbi reperies per gl. & Doct.quid inter vtraſque intereſt, atque etiam per glo.in ca.cùm venerabilis,in verbo, bonæ fidei, & ibi quoque Cano.extra de except.vbi intelliges cur potiſſimùm alteræ dicūtur ſtricti iuris. Et ex ijs locis aſſumes, quæ huic loco accommodari poſſunt. Nam & ita poteſt hæc noſtra conſuetudo intelligi,vt actio quæ competit pro retractu, ſit ſtricti iuris,vti eſt ex ſententia Io. Fab.in d.§. actionum, col.2.verſ.& iſta faciunt.Boetius autem in Topica Ciceronis lib.6.In his(inquit)iudicijs,in quibus additur, ut ex bona fide iudicent, id eſt, ita iudices dantur, vt non ſtrictas inter litigantes ſtipulationes, ſed bonam fidem quærant,plurimus cauſarum vſus eſt. At Bal.noſter conſil.434.pactum inter locatorem,ante fi.lib.1. in contractib. (inquit) bonæ fidei,plus ualet æquitas,quam nimia ſubtilitas,uel dialectica argumentatio. At de illa ſubtilitate poſtea plenius dicemus.

*Actio ad retractum ſtricti iuris.*

2 *Stricti iuris ē, quod ſtrictè eſt intelligēdum.* ALIQVANDO etiam dicitur quid ſtricti iuris, non quidem ad differentiam eorum, quæ ſunt bonæ fidei, ſed vt ex eo intelligatur illud eſſe ſtrictè & propriè interpretandum,non latè, non impropriè. Et ita dicimus conſuetudines & ſtatuta eſſe ſtricti iuris, quia ſunt propriè & ſtrictè intelligenda, vt not.in l.3.§. hæc verba. ff. de neg.geſt.& diximus ſupra eo.ti.§.1.in gl.9. in verbo, *ou lignagier*,num.180 ex quo confeſtim. Et hinc etiam Ang.conſ.257. quia conſultatio, colum.2. tradit ſolum nos rigorem intueri debere in ſtatutis,cùm ſint ſtricti iuris. Quamuis & alia quoque ratione dici poſſunt ſtatuta & conſuetudines ſtricti iuris, quòd ſcilicet actiones, quæ ex his deſcendunt,ſunt ſtricti iuris,non bonæ fidei, vt dicit Bal.loquens de conſuetudine in c.1.in fin.tit. de feud.cogni.per §.actionum. Inſtitut.de actio. & Angel. conſ.202.in quæſtione, poſt princ.per l.conſtitutionib. ff.ad municip. vbi etiam Bar.poſt Dyn. id tractat.atque etiam in repet.l.Cæſar.col.8. verſ. ſecundo quæro.ff. de public.& vect.vbi & illud quoq; dicit,quòd illa ſtatuta, quæ ſunt contra ius commune,& hac quoque ſpeciali ratiōe,pręterquā quod ſimpliciter ſunt ſtatuta,ſunt ſtricti iuris.quoniā generaliter ea quæ aduerſantur iuri cōi, ob id ipſum ſunt ſtricti iuris,per l.honorarijs,verſ.ſed cum reſciſſa.ff.de act.& obli.& not.in l.pro fure.ff. de condi. furt.& ſubdit id probari in l.in his.ff.de legib. Et idem quoq; voluit Bal.in l.non ſine,col.vlt.C.de bon.quæ lib. & Alb.in 1.parte ſtatutorum,q.2.ver.item quæro an ſtatuta.Tu tamen eundem uide in d.l.Cæſar,col.7.verſ. ſecundò quæro,ubi illud tractat,an & quæ ſtatuta ſunt ſtricti iuris,uti ēt facit Bal.in Rub.extra de conſtit.col. pen. verſ.ſed an ſtatuta. Quæ & tu adde ad ea quæ diximus ſuprà in præfatione huius tit.nu.62.ex hoc continuò.

*Statuta ſtricti iuris. Actiones ex ſtatuto ſtricti iuris. Stricti iuris ſunt q̄ aduerſant iuri communi.*

3 *Cōtractus ſtricti iuris.* ET hìc quoque tribus modis poteſt dici, retractum proximitatis, & ſtatutum, quo is inducitur,eſſe ſtricti iuris, id eſt,ſtrictè & propriè interpretandū,tū quia ſimpliciter ſtatutum eſt,tum quia idipſum eſt contra ius cōmune,tū quia odioſum, ut multis placuit, de quo tamē abundè

abundè diximus ſuprà in præfat. huius tit.nu.56. ex his autem,& ſeq. vt ibi videre poteris. Sed tu interim ſcias alia multa dici ſtricti iuris, quòd etiam ſtrictè ſunt interpretanda, videlicet contractus, vt not.in l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.obl. *Sententię.* Sententias, l.1.& ibi gl.C. de ſent.quæ ſine cert.quantit.cum multis ſimil. à me adductis ſuprà eo.tit.§.1.in glo.9.in verbo, *lignagier*. nu. 183. ſimiliter. *Reſcripta. Priuilegia. Teſtimonia.* Reſcripta, c.cum dilecta, & cap. ſignificante, & ibi gloſ. extrà de reſcrip. Priuilegia, l.ſi quando.C.de inoffic. teſta. Teſtimonia, vt not.in c.in præſentia, extrà de probationibus.

4 *Strictum ius q̃d aduerſatur æquitati.*

ALIQVANDO quoque dicitur ſtrictum ius, quod aduerſatur æquitati, id eſt, quod latius mitiùſue, quàm dictet æquitas, aliquid ſtatuit, vt patet ex l. placuit. C. de iud. cuius verba hìc ſubnectere ducimus: Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatiſq;, quàm ſtricti iuris, rationem. Atque ex l. ſecunda.§.quanquam ff.de aqua plu.arcen. cuius hæc verba ſunt: Hoc æquitas ſuggerit, etiamſi ſtricto iure deficiamur. Et ex l.ſi res tuas.C.ad exhib. vbi ita ſcribitur: Intelligitur nullam te actionem ſtricto iure habere: vtilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depoſiti actio. Apertè enim intelligas ex huiuſmodi legibus ſtrictum ius, & æquitatem, veluti inter ſe pugnare. *Retractũ aduerſari æquitati.* Ex quo & illud conſequẽs fit, retractum, cùm ſit ſtricti iuris, æquitati quodammodo aduerſari, quod ad hunc noſtrum tractatum maximi eſt ponderis, & hoc multi contendunt, vt diximus in præfat. huius tit.

5 *Strictum ius dicitur ius regulare.*

ET ſuperioribus adſtipulatur, quòd ſtrictum ius dicitur ius regulare, quod ſcilicet regula innititur, l.pen. ff.de conſt.pec. vbi in hæc verba ſcribitur: Si quis duobus pecuniam conſtituerit, tibi aut Titio, etſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutæ manet obligatus, etiam ſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionem adiuuatur. Hæc ibi, ex quibus intelligis exceptionem ſtricto iuri, id eſt, regulari opponi. *exceptiões ex æqtate.* Exceptiones enim ſuapte propria ac genuina natura procedunt ex æquitate, l.qui æquitate, & ibi glo.ff. de doli mali except. Feder. Senen. conſ.90. caſus eſt talis quidam clericus, col.3. in paruis. Bart.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, col.3.ff.de pact. & Doct. vbique. Ex quo Signo.conſ.139 caſus. A precio, col.2.verſ.& quod hoc, dicit ęquitatem eſſe matrem exceptionis. Azo autem in Summa tit.de except.in fine, dicit omnem exceptionem inniti æquitate. & idem dicit Bart.in l.1.ff. de vac.muner. & Alb. in l.planè.ff. de pet. hær. vbi tamen erranter allegat d.l.1.ff. de vac. muner. quæ loquitur de excuſatione, non de exceptione, niſi dicas excuſationem, eſſe quandam exceptionem. & Angel. Aret.in §.1.col.6.verſ.capiamus tertium, Inſt. de excep. vbi ex hoc dicit, omnem exceptionem eſſe fauorabilẽ. *Exceptio fauorabilis.* [Quanquam contra hæc facere videtur tex.in l.vlt.ff.de Publicia.in rem actio. qui ęquitatem & exceptionem veluti inuicem oppoſitas ponit.]

6 *Strictum ius, ſtricta ratio. Summa ratio. Summum ius. Summa malitia. Summa iniuria. Summa crux. Summo iure agere.*

NONNVNQVAM autem id ſtrictum ius, ſtrictam rationẽ vocant, l.ita vulneratus.§.vlt.ff.ad leg. Aquil. & l.adeò.§.1.ff.de acqui.rerum dom.& l.1.§.accuſationem in fine.ff.ad S.C.Turpi.& l.ſunt perſonæ, & ibi gl. in verbo, ſolet.ff.de relig.& ſumpt.fune. vbi & ea opponi uidetur ſummæ rationi: quod magis mirum eſt, ob id, quòd id ius ſtrictum antiquiores ſummum ius vocabant. De quo Terentius in Heauton. Summum ius ſæpe ſumma malitia. Et Tullius libro officiorum 1. Summum ius ſumma iniuria eſt. Quod & repetit è noſtris Pet.Anch. conſil.81.in auxilium, col.2. Et Columella lib.1. Rei ruſticæ, cap.7. Summum ius antiqui ſummam putabant crucem. Hincque Summo iure agere, ſæpe apud Ciceronem dicitur, pro eo quod eſt, non ex bono & æquo, ſiue ex æquitate, ſed iniquiore quodam iure ac præfracto agere, vt à Budæo noſtro ſtatim poſt initium Annotationum priorum in ff. ſcienter dictum eſt, & multis autoritatibus probatum. Nec tamen hìc prætermittendum ducimus locum vnum ipſius Ciceronis, qui ſummum illud ius æquo & bono opponit. Is eſt in oratione pro Cecinna. Cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, cùm ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant: ſi contrà verbis & literis, & vt dici ſolet, ſummo iure contenditur. ſolent eiuſmodi iniquitati & boni, & æqui nomen, dignitatemq; opponere. *Summum ius, iniquũ ius.* Ex quibus & illud intelligis, id ſummum ius, iniquum ius dici poſſe. Cui adſtipulatur tex.in l.3. in principio. ff.quod quiſque iuris, & in l. de ætate.ff.de proba. cùm durum & iniquum copulat, de quo dicemus infrà, numer.20. Et quod Macrobius æquitatem & iniquitatem tanquam oppoſita, poſuit lib.Satur.7.cap.3. Si famoſæ (inquit) iniquitatis viro dixero, ego te Ariſtidi in æquitate præpono. Et ante hunc Cicero libro Officiorum 1. Quocirca benè præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit, an iniquum. Et lib.2.de Inuentione: Iudicialis eſt, in qua æqui & iniqui natura quæritur. *Summa ęquitas.* Sed vt redeamus ſicut dicimus ſummum ius, ita & ſummam æquitatem etiam dicimus, in l.1. in prin.ff.eo.tit.quod quiſq; iur.& l.generaliter.ff.de noxa. act.& l.eum qui.ff.de dona.& l.bona fides, in princ.ff.de poſit. [& l.habet, in princip.ff.de precar.] & apud Valerium Maximum li.8.in præfatione, c.2. Nec tamen hęc ſumma æquitas vitio tribuitur, vt nonnunquam ſummũ illod ius. *Summa ratio.* Hæc quoque ſumma ratio dicitur in l.verùm, in princ.ff pro ſocio. {Et apud Ciceronem li.2. Officiorum: Eaq; eſt ſumma ratio.}

7 *Summum ius dicitur ius ſimpliciter. Ius æquitati opponitur.*

ALIBI autem in noſtris legibus id ius ſtrictum, ius ſimpliciter dicitur, indeque æquitati ſępè opponitur, vt ius ſtrictum.l.nulla.ff.de legi. vbi ita ſcribitur, Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur.& l.epiſtola. §.de inofficioſo.ff.de pactis, cùm dicitur, neque iure vllo, neque ęquitate tale deſiderium admitti.& l.ſi ex duobus.§.ſed & ſi plures. ff. de pecul. ibi, ſed licet hoc iure contingat, tamen ęquitas dictat, etc & l.1.ibi, inter ęquitatem iuſq; interpoſitam interpretationem. C.de legib. vbi gloſſ.& DD. intelligunt illud ius pro iure ſtricto. Et hinc ſumpta occaſione, Cyn.ibi, col.3.verſ. procedamus ad quęſtiones, declarat quid ſit ęquitas, quot modis dicatur, & quid interſit inter eam.& ius.& etiam tex.in l.qui accuſare.C de eden.in illis verbis, neq; iuris neq; ęquitatis ratio, & l.vlt.ibi, iuris & ęquitatis, eo.tit. {Et apud Ciceronem in Paradoxis, eſſetq: iuris & ęquitatis (quę uincula ſunt ciuitatis) repetita memoria.}

8 *Ius et bonum & æquum, uide nu. 10.*

EX quo & illud eſt Terentij in Heauton. Quid cum illis agas, qui neque ius neque bonum atque ęquum ſciunt? Illudque Quintiliani, lib.4.c.3. Quo loco tamen iudicis quoque natura noſcenda eſt, iuri magis, an æquo ſit appoſitus. Et libr.6.ca.item 6.eodemq; vltimo: Narrandùmne, & quomodo: iure prius pugnandũ, an ęquo. Et Tullij in oratione pro Cecinna: Sed cauſam ſuam vult uobis ęquam probari, non modò certam, & ęquitate quoque, non modò iure niti. Et alibi in eadem oratione: Nec iuri quicquam tam inimicum, quàm vis; nec ęquitati tam infeſtum ſit, quàm conuocati homines, & armati. Iterumque in ea oratione: Iuris iudicium cùm erit, & ęquitatis, etc. Et lib.Officiorum 3. Ius Craſſus vrgebat, ęquitatem Antonius. Et de Claris oratoribus, Scęuola peracutus ad excogitandum, quod in iure, aut in ęquo verum eſſet aut non eſſet. *Quid intereſt inter ius & æquitatẽ.* Hincque Donatus Terentianus interpres in Adelphos: Inter ius (inquit) & ęquitatem hoc intereſt: Ius eſt, quod omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas eſt, quę de iure multum remittit.

8 *Ius & æquum interdum cõiungi.*

QVANQVAM ſcio, & in alijs multis locis noſtrarum legum hęc non ita ſeparari, ſed veluti vnum in altero inſit, ita de his tractari, ut in l.1.in prin.ff.de iuſt.& iure, cùm dicitur, Ius eſt ars boni & ęqui. & in l.ius pluribus, eodem



*Iuris æquitas.* eodem titu. vbi ſcribitur, ius vno modo dicit id, quod ſemper æquum & bonum eſt.& apud Tullium, ſi is eſt, ad Herennium lib. 3. Iuſtitia eſt æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque. Idemque iuris æquitatẽ appellat in oratione pro Lucio Plancio: Vbi illa iuris ęquitas? Et lib.Officiorum 3. In primiſque operam dabunt, vt iuris & iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat. Id quod facit etiam Imperator in l.cùm nec patronos.C.de iniur.ibi, iuris æquitas permittit. Socio itẽ glo. *Ius. Rigor. Diſpẽſatio* quæ differentiam facit inter ius, rigorem, & diſpenſationem, in c.vt conſtitueretur, in verbo, detrahendum. & ibi quoque Archi.50.diſt.de quo etiam Panor.in c.in literis, col.2.in ult.extrà, de reſtit.ſpol.

10 *Aquũ & bonũ iuri gentiũ oppoſitum. Aequi boniq; viri. Ius & bonum vt diuerſa. Leges & æquum bonum vt diuerſa.*

NESCIO autem quònam modo Salluſtius in bello Iugurthino æquum & bonum oppoſuit iurigentium: Fit (inquit) Reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar. Et fallor, niſi Salluſtius bonum & æquum aliter intellexerit, atque cæteri. Nam & alibi in eod.lib. Contra pauci (inquit) quibus bonum & æquum diuitijs charius erat, ſubueniendũ Adherbali cenſebant. Et ex hoc quoq; ſuo ſignificatu idem in alio loco eiuſdẽ libri, in oratione ſcilicet Marij, æquos bonoſq: viros appellat. Illud (ait) intelligo, Quirites, omnium ore in me cõuerſa eſſe, æquos bonoſq; fauere, &c. Cæterùm idem in Catilina, ius, & bonum, vt diuerſa poſuit: Ius (inquit) bonumque apud eos non legibus magis, quàm natura, valebat. Sed non omittemus, eodem fortè modo ius atq; æquum & bonũ, vt diuerſa poſita fuiſſe, quo Plautus leges, & æquum bonũ poſuit in ea fabula, cui Menęchmi titulus eſt: Qui neque leges, neq; æquum bonum vſque colunt. Sed tu hìc vide infrà nu.30.ſi autem.

11 *Iuſtum & iuſtitia unde.*

SED ut redeamus, quia à iure iuſtum dicitur, & iuſtitia, niſi è diuerſo ius à iuſtitia dicatur, uti uoluit Vlpianus in d.l.1.ff.de iuſtit & iure. quem defendit Alciatus, aliò tamen reſpiciẽs libro παρέργων 1.cap.29. Cui tamen (ut id obiter dicam) non accedo in eo, quod ſcribit iuſtitiam dici quòd uim ſiſtat. Quid enim, triſtitia, mœſtitia, & id genus alia, num à ſiſtendo dicta ſunt? ut omittamus, uis nomen nullo pacto eſſe in iuſtitię vocabulo, niſi primis literis omninò inuerſis, & i conſonãte in vocalem conuerſa, quod videns Alciatus dicit id fieri κατ᾽ ἀντιστοιχίαν, id eſt, contrariam elementi tranſpoſitionem. Sed vt id demus, nullo tamen modo videmus ſiſtendi verbũ eſſe in iuſtitia. Porrò hæc ſubſtantiua à ſuis adiectiuis haud dubiè ſumpta ſunt, additis illis literis, tia, eorum genitiuo, vt à lætus læti, lætitia: amicus, amici, amicitia: auarus, auari, auaritia. Et ſic quoque à iuſtus, iuſti, iuſtitia: mœſtus mœſti, mœſtitia. Quod ſi genitiuus in is, finiatur, remota s, additur & ea adiectio, tia, ut triſtis triſtitia.

12 *Ius quod iuſtũ eſt. Iuſtum & æquum oppoſita.*

IGITVR vt ad inſtitutum reuertamur, cùm ius, iuſtum, & iuſtitia eiuſdẽ ſint originis, ſi non aliud ab alio tractum ſit: nam ius eſt, quod iuſtum eſt, vt tradit Diuus Auguſt.in Pſal.145. interpretans illud eiuſdem Pſal. Facit iudicium iniuriam patientibus. Hinc certè fit, vt iuſtũ & iuſtitia, ſicuti & ius, æquo, & æquitati opponatur: tanquam etiam iuſtum ſimpliciter id ſit quod ſummum aut ſtrictum ius, aut ius etiam ſimpliciter vocamus. Horat. lib.Sermonum 1.Satyr.3.

*Iuſtum & æquum q̃d differant.*

*Atque ipſa vtilitas, iuſti propè mater & æqui.*

Quo in loco Acron interpres, inter iuſtum, inquit. & æquum, hæc differentia eſt: Iuſtum eſt, quod ex lege deſcendit, æquum verò, quod ex natura. Sic & Fabius Quintilianus in Procemio Oratoriarũ Inſtitutionum, iuſtum atque æquum & bonum, vt diuerſa poſuit: Quis enim (ait) modò de iuſto, æquo ac bono non & uir peſſimus loquitur?

13 *Iuſtitia immodica.*

ET huc quoque poteſt referri illud Eccleſiaſtici 7.c. Noli eſſe iuſtus multum. Et illud eiuſdem c Iuſtus perit in iuſtitia ſua. Quæ repetuntur in cap. plerumque.2. quęſt.7.& in c.nõ poteſt 23.q.4 & in c.ſerpens, de pœn. diſtin.1. quibus locis apertè declaratur, huiuſmodi ſententias pertinere ad immodicam illam rigidamque ac ſtrictam iuſtitiam. *Iuſtitia & miſericordia oppoſitæ. Iuſtitia itẽ & ęquitas.* Hincque multi iuſtitiam, & miſericordiam, tanquam diuerſas, recenſant. Quibus ſuccinit illud Prouerbiorum capit.21. Qui ſequitur iuſtitiam, & miſericordiam, inueniet vitam. Vbi etiam iuſtitiam ipſam, & æquitatem, diuerſas ponunt, Prouer.1.c. Iuſtitiã, iudicium, & æquitatem, & cap. 2.ubi eadem verba repetũntur, & Pſal. 97. Ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, & iudicabit populos in iuſtitia. Et Eſaiæ c. 11. Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Quamuis ſciam Lactantium lib.5. Diuinarum inſtitutionum, ca.15. ita de iuſtitia diſſeruiſſe, vt ſint duæ virtutes omnium principales, quæ ab ea diuelli ſeparariq; non poſſint, ſcilicet pietas & æquitas, quibus conſtat tota ipſa iuſtitia. Sed aliò reſpicit Lactan. nam æquitatem non eam intellexit, quam hìc intelligimus, *Aequitas tanquam æqualitas.* ſed pro æqualitate quidam, qua Deus omnes æquos, id eſt, æquales, ſiue pares, eſſe voluit. Aequitatem enim (vt & ille dicit autoritate Ciceronis) dicit tanquam æqualitatem, etiam ſcribit diuus Auguſtinus in lib. de quantitate animæ.

14 *Iuſtitia & æquitas copulatæ.*

SED quid interim dicemus ad illud Cicer. ad Herennium, ſuprà à nobis citatum, definientis iuſtitiam eſſe æquitatem ius cuique tribuentem, & cùm dicit lib. 1.Officiorum, Aequitatem iuſtitiæ maximè propriam, & lib.Partit.Orato. Directum & verum & iuſtum, & vt dicitur, bonum & æquum. Et ad text. copulantem iuſtum cum æquitate, in l.proximè.ff.de his quæ in teſt. delen. vbi ita ſcribitur: Sed in re dubia benigniorem interpretationem ſequi nõ minus iuſtius eſt, quàm tutius: nam, vt poſtea dicemus, benignior interpretatio æquitas eſt.& in d.l.placuit.C.de iudic. vbi æquitas & iuſtitia aduerſus ſtrictum ius copulãtur. Valerius autem Maximus lib.6.c.5.in initio eius c.ſcribit: In iuſtitiæ penetralibus ſemper æqui reſpectum verſari.

15 *Strictũ ius humanitati oppoſitũ.*

ALIBI quoque ſtrictum ius (vt ad id redeamus) ponitur, vt aduerſum humanitati, in l. Pantonius, in prin.ff.de acq.hære. nam cùm primùm dixiſſet in eo caſu ſtricto iure in integrum reſtitutionem nõn competerè: poſteà ſubdit, humanitatis gratia eam locum habere. & ibi glo.& Doct. interpretantur hanc humanitatem pro æquitate, & in l.ſi ita ſcriptum in princ.ff.de libe.& poſthu. cuius verba ſequen.verſi.ab hinc 2.ſubijciemus. *Humanitas pro æquitate. Humana interpretatio.* Et facit tex.in l.1.§ qui operas, ibi. Sed humana interpretatione placuit.ff.ad Senatuſconſ. Tert & in l.penul. §.de illo.ff.de cond.& demonſtr. ibi, Sed humanius interpretari ſolemus.& in l.Thais.§.libertatem, in fin. ibi, Humaniore interpretatione.ff. de fideicom.liber. & l.ſi debitor.§.1.ibi, Humanitatis intuitu, & l. inter eos.§.1. ibi, Sed humanius eſt: & ibi Bart.ff.de fideiuſſo. & in ca. vlt.extrà, de tranſa.in illis verbis, Æquitate ſeruata in humaniorem partem declinando. Nam & Tullius li.2.Officiorum, æquitatem & humanitatem inuicem copulat, dum ſcribit: Tantaque pœna afficiamus, quantam ęquitas humanitaſque patitur. Et ad id quoque facit text. in d.c.vlt. de tranſact. vbi etiam ipſa æquitas atque humanitas ſeueritati opponitur.

16 *Strictũ ius ſeueritas dictum. Seueritas.*

EX quo etiam illud iam intelligis, ſeueritatem accipi pro illo iure ſtricto, uti etiam in l.ſi compenſandi, ibi iuris ſeueritas. C. de hæred.inſti.& in l.nulla.ff. de lęgi. vbi ſcribitur, Nullam æquitatis benignitatem pati, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea duriore interpretatione contra ipſorum commodum producantur ad ſeueritatem. *Seuera interpretatio. Seuera ſententia.* Vnde & alibi Seuera interpretatio dicitur, in l.2.in princ.ff.de cuſt.reo. Et Seuera ſententia, in l.1.§.caſum.ff.de poſtu. Et Seuerus iudex, apud Ciceronem in 5. in Verrem actioñe: Si ex prouincia tota centum ſeptuaginta eieciſſes, poſsèſne ſe-

ueris

*Seuerus iudex. Seuerꝰ cuſtos legis. Seueritas imperij.*

ueris iudicib. ſaluus eſſe; Et Seuerus cuſtos legis, apud eũdem in 1. in ipſum Verrem actione: Cuius legis nõ modò à populo Romano, ſed etiam ab ultimis nationibus iampridem ſeueri cuſtodes requiruntur. Et Seueritas imperij, apud eundem in 7. aduerſus eundem actione: Summę diligentiæ ſummam imperij ſeueritatem addit, & Seueritas animaduerſionis apud ipſum quoque libr. 9. Epiſtolarum ad Dolobellam: Contingit etiã tibi quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. Et noſtri Alber. in l. proſpexit. ff. qui & à quibus, illud quod diximus annotauit, ſcilicet ſeueritatẽ ius eſſe ſtrictum. Et eam quoque opponi æquitati ſatis conſtat ex d. c. vlt. extrà, de tranſa.

17 *Strictum ius ſubtile ius.*

SED & alibi id ius ſubtile vocatur, atque etiam humanitati opponitur, in d. l. ſi ita ſcriptum, in prin. ff. de lib. & poſthu. ubi ita ſcribitur: Licet enim ſubtilis iuris regulæ conueniebat, ruptum teſtamentum fieri: attamen cùm & utroque nato teſtator uoluerit uxorem aliquid habere, ideò ad huiuſmodi ſententiam humanitate ſuggerente decurſum eſt. & in l. generaliter. §. ſi quis ſeruo, ibi, licet uideatur iure ſubtili, &c. ff. de fideicomm. libert. & l. in bello. §. codicilli. ff. de capti. ubi glo. interpretatur ea uerba, iure ſubtili, id eſt, de rigore. Et ſtatim poſt, idem text. huic humanitatem opponit, & l. ſi quis ita ſcripſerit. §. 1. ff. de manu. teſta. cuius hæc verba ſunt: Licet ex nimia ſubtilitate ſeparatum eſt legatum, tamen humanitatis intuitu valebit legatum. In quo & illud annotare te oportet, non eam Subtilitatem, ſimpliciter ibi appellari, ſed Nimiam ſubtilitatem, ut etiam appellat l. poſthumus, in princ. ff. de iniuſt. teſt. & Quintilianus in procemio Inſtitutionum Oratoriarum. Et alibi Mera ſubtilitas dicitur, in l. ſi fur. §. 1. ff. de vſucap.

*Subtilitas nimia. Mera ſubtilitas.*

18 *Subtilitas iuris.*

ET facit etiam tex. in l. filio præterito. ff. de iniu. teſt. vbi ita ſcribitur: Licet ſubtilitas iuris refragari videatur, attamen uoluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. ibi enim ſubtilitas iuris, bono & æquo, quæ ipſa æquitas eſt, opponitur. Et in l. ſi tibi. ff. de dona. cùm dicitur, Quantum ad iuris ſubtilitatem, accipientis facta non eſt, & tu furto obligaris: ſed benignius eſt, &c. Quo in loco gl. & Doct. illam iuris ſubtilitatem rigorem interpretantur: & illud benignius, æquitatem. Et in l per fundum. ff. de ſerui. ruſt. præ. vbi primùm dicit, Subtili ratione, &c. & mox, Benignius tamen dicitur. Et in l. ſi quis cùm aliter. ff. de uerb. obl. vbi ſcribitur, Iuris quidẽ ſubtilitare erit abſtentus, ſed doli exceptione uti poteſt. Suprà autem docuimus, exceptionem æquitate niti. Et in l. ſi fundus. §. ſi pluris. ff. de pignori. cũ dicitur, Quod ego, quantum ad ſubtilitatem iuris, non probo. & paulò infra, Sed humanius eſt, &c. Et in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. cùm dicitur, Sed hæc intelligenda ſunt propter ſubtilitatem verborum: benignius tamen eſt, &c. & in l. ita vulneratus. §. ult. ff. ad leg. Aquil. vbi Subtilem rationem appellat, quam paulò ante ſtrictam rationem vocarat. Cæterùm glo. in l. ſeruitutes ipſo quidem iure, in princip. ff. de ſerui. ſubtilitatem iuris, & æquitatem, tãquam diuerſa & oppoſita ponit. & gl in c. vt conſtitueretur. 50. diſt. dicit ſubtilitatem accipi pro rigore, per text. in c. in literis. extra, de reſti. ſpol. ubi & Panor. id quoque annotat, col. 2. in ult. notab.

*Subtilis ratio.*

19 *Strictum iꝰ dici verſutum & callidum.*

ET hinc quoque Tullius id ius, uerſutum & callidũ appellat: quod non admodum diſtat à ſubtili. Hæc enim ſunt uerba, illius ex oratione pro Cecinna: Tum uociferantur ex æquo & bono, non ex callido uerſutoque iure, rem iudicari oportere. & alibi in eadem oratione: Callidè uerbis controuerſias dijudicas, non æquitate. Et lib. 1. Officiorum: exiſtunt etiam ſæpè iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum, ius, &c. Sed & ſcrupuloſum quoq; id ius noſtræ leges vocant, eam appellatione ſubtili coniungentes, ut uidere licet ex d. l. poſthumus, in prin. ff. de iniuſt. teſt. vbi his verbis ſcribitur. Licet. n. iuris ſcrupuloſitate, nimiaq; ſubtilitate teſtamentum ruptum eſſe videatur. & ibi gl. in uerbo, relicta ſunt, ea uerba ad rigorẽ iuris refert. Et ex his quoq; intelligere potes, id ius apices iuris uocari poſſe. Nam & Bal. in c. 1. col. 2. verſ. apices. extrà, de conſt. dixit, apices iuris eſſe, quicquid bonã fidem non tangit, per l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. manda.

*Scrupuloſum ius.*

*Apices iuris.*

20 *Strictum ius dicitur rigidum & durum.*

QVINETIAM id ius dici poteſt rigidum & durũ Nam & Plinius libr. Epiſtolarum. 4. ad Vrſum, ſentẽtiã duram & rigidam, in hoc ſignificatu poſuit. Nã quibus (inquit) ſentẽtia Cæpionis placuit, ſententiam Macri, vt rigidam duramq;, reprehendunt. Et li. 2. ad Arrianum: Quæ ſententia (inquit) tãquam mitior vicit, cùm ſit alio qui durior. Et Tullius ĩ oratione pro Sexto Roſcio Amerino, loquens ad iudices: Sin ea crudelitas, quæ hoc tempore in Repub. verſata eſt, veſtros quoque animos (id quod fieri profectò non poteſt) duriores acerbioreſq; reddidit, actum eſt, iudices. Ex quo etiam loco vides, id ius & acerbum quoque dici poſſe. Sed vt redeamus ad duri appellationem, idem Tullius in 15. epiſtola ad M. Brut. Alius fortaſſe, quòd in animaduerſione pœnaq; durior. vocabulo in eo ſenſu utitur Iuriſconſultus in d. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. ut etiam annotat Albericus ibi, & in l. cùm de ætate. ff. de prob. vbi durum, & iniquum inuicem copulantur. de quo & nos diximus ſuprà nu. 6. & Plautus in Mercatore, Duram legem appellat: Ecaſtor lege dura viuunt mulieres, multoq; iniquiore miſerę, quàm viri. Et durum hominem, idem Plautus in Menechmis: Scio ſæuus quàm ſit homo, & durus. Et Terẽtius in Adelphis: Nimium ipſe durus eſt, præter æquũ & bonum. Ex quo potiſſimùm loco videre licet, duritiem bono & æquo aduerſari. Quod & apertè oſtendit Suetonius in Claudio, c. 14. Nec ſemper pręſcripta legũ ſecutus, duritem lenitatemq; mulctarum, ex bono & æquo, perinde vt afficeretur, moderatus eſt. Vbi etiam vides lenitatem dici æquitatem. Hinc & Duritia, pro ſummo illo iure, in l. ſeruus, in fine. ff. de ſer. expor. & Durior interpretatio, in d. c. nulla. ff. de leg. Et alibi prædura, in dicta l. 2. in princip. ff. de cuſtod. reorum.

*Rigida & dura ſentẽtia. Duri iudices. Acerbum ius. Durior pęna. Durum & dura lex. Durus homo. Durities legum. Lenitas. Durior interpretatio.*

21 *Rigor.*

SED & vt ad illud, rigidum, reuertamur, videmus noſtros vbique rigorem & æquitatem opponere, vt per omnes in d. l. 1. C. de legi. & in d. l. placuit. C. de iud. & per Cano. in c. vlt. de tranſact. & eſt text. expreſſus in c. iure gentium, quod eſt. 2. ext. de iud. cùm dicit, Aequitati conuenit & rigori. & in c. cùm illorum, ibi, Secundum rigorem vel æquitatem. extrà de ſent. excom. [& in cap. in literis, iuncta glo. ultim. de reſtitut. ſpoliato.] Vnde Virgilius libro. 1. Georgicorum rigorem pro duritie vſurpauit.

*Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ.*

Et idem in eo ipſo lib. iterumq; lib. 12. Aeneidos, Rigidum enſem appellat. Nam priori loco.

*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.*

Et poſteriori:

*Sic rigido latus enſe ferit,*

QVO in loco ita exponit Seruius interpres. Sed & Iuriſconltus aliquando iuris rigorem appellauit. l. ſi expreſſim, in prin. ff. de app. & l. cùm hic ſtatus, in prin. ff. de dona. inter vir. & vxor. atq; etiam Ius pontificium in d. c. in literis, de reſti. ſpo. & alibi ſępe. De quo & tu vide Pan. in c. ſuper literis, col. 2. in. 4. no. de reſcri. & in c. ſi Clericus laicum, col. 4. in. 4. not. & ibi quoque Maria. Soci. in. 4. quoque not. de for. comp. quibus locis declarat, poſt alios antiquiores, quibus & quot modis rigor iuris intelligitur: uti etiam facit Phil. Dec. in ca. ſi duob. in fi. extrà, de appel. & iterum in c. ex tenore, col. 7. uerſ. unde aliter, eo. tit.

22 *Strictũ iꝰ dicitur præfractum et abſciſſum.*

PRÆTEREA id ius præfractum & abſciſſum dicere poſſumus. Nam & ita accepiſſe videri poteſt Valerius Maxi-



Maximus lib. 6. tit. de iuſtitia, cùm dicit: Sed aliquando Charmidæ Tyrij, præfractior & abſciſſior iuſtitia ad vim & cruorem uſq;, ſeditioſas conciones ciuium parauerat. Et alibi lib. 2. tit. de diſciplina militari: Aſpero. n. abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget. Ex quo etiam loco uides id ius Aſperum dici poſſe. Iuriſcõſultus autem Præciſum, quod idem eſt atque abſciſſum, pro duro etiam poſuit in l. qui cum uno. §. non omnis. ff. de re milita. In quo loco Budæus noſter in ſuis annotationibus multa in hanc ſententiam ſcripſit: quæ tu ibi videre poteris.

*Et aſperũ quoque. Præciſum.*

23 *Strictum ius à quo nũquam receditur. Strictum ius cui nihil addi, nihil detrahi poteſt. Retractꝰ ſtricti iuris quare dicitur.*

ALIQVANDO item dicitur ſtrictum ius, à quo nullo modo recedi poteſt, vt tradit gl. vlt. in d. l. placuit. C. de iudic. per d. l. proſpexit. ff. qui & à quib. manu. non licet. & ſequitur Bal. in ca. ſi cauſam, colum. 1. verſic. ſed quid ſi in ſtatuto, extra, de rę iud. & idem Bal. conſi. 343. examinanda ſunt, colum. 3. verſ. amplius licet, libr. 1. dicit id ius ſtrictum eſſe, cui nihil addi, nihil detrahi poſſit, niſi quod ſcriptura loquitur, arg. l. ſi alij. ff. de vſufru. leg. & l. contractus. C. de fid. inſtrum. Subditque ſtrictũ ius conſiſtere in ipſa ſcriptura, & verbis præcisè obſeruandis: latum autẽ ius ex ſuppletione, vt not. in l. in hac. ff. de triti. De quo & nos poſtea latius dicemus. Et his quoque reſpectib. retractus dici poteſt eſſe ſtricti iuris, tãquam ſcilicet non liceat, ac ne latum quidem unguẽ, à verbis ſtatuti, quod eum introduxit, diſcedere, quod & ſatis exprimit §. 8. huius tit.

24 *Stricti iuris ſũt quęcunq; odioſa ſunt.*

SED & deniq: alijs multis modis & reſpectib. ius ſtrictum dicitur, vt uidere licet apud noſtros Docto. in d. l. placuit. C. de iudi. Sed ut eis tamen illud addas, quæcunque odioſa ſunt, eadem quoque eſſe ſtricti iuris: vt voluit ille qui nulli unquam ſententiæ defuit, ut iam ſæpè diximus, uidelicet Bald. poſt. Iaco. Aret. Docto. certè multis nominibus commendabilem. in l. non poſſunt, in 2. lectu. ff. de legib. per l. cùm quidam. ff. de liberis & poſthum. Quod nihil aliud eſt, quàm quòd ea ſtrictè intelligenda ſunt, nec vlla interpretatione extenſiua adiuuanda. nam & Barto. ita ſummat (vt ſic loquar cum noſtris) d. l. cùm quidam. Odia reſtringi, fauores ampliari conuenit, quæ una eſt ex regulis iuris, in c. odia. de regul. iur. lib. 6. & de qua re nos quoque aliquid dicemus verſi. ab hinc tertio, nam & remiſſionem. Quę & tu adde ad ea, quæ diximus ſuprà, in præfatione, numero 60. quamobrem, & multis ſequentibus. nam & hoc quoque reſpectu poſſumus dicere retractum eſſe odioſum, quòd ſit ſtricti iuris.

25 *Aequitatis nomina. Benignitas Benigna interpretatio. Benigna opinio.*

ET ſicut ſtrictum ius multis alijs nominibus nuncupatur, ita & æquitas ei oppoſita, videlicet Benignitas, ut patet ex multis locis ſupra citatis. Et benigna interpretatio, quod idem eſt, in l. penul. ff. de cond. & demonſtra. & in l. 2. ff. de liber. & poſthu. & in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. & in l. proximè. ff. de his, quæ in teſtamen. delẽ. & in l. qui duos. §. 1. ff. de manu. teſtam. & in l. benignius. ff. de legi. Et Benigna opinio, in l. is qui ſuis, §. ſiue autẽ. ff. de manu. Et alibi. Benignè credere, in l. in bello. §. ſi ſtatuliber. ff. de capti. & poſtli. reuer. Et Benignè accipere, in d. l. cùm quidam. ff. de liberis & poſthumis. Hinc benignitas æquitati tribuitur, vt ratio iuri, in dicta l. nulla. ff. de legib. cùm dicitur: Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur. Ex quo & ratio & æquitas, tamquam diuerſæ ponuntur in l. Diuus. ff. de in integ. reſtit. Cui adſtipulatur illud Tullij in oratione pro Aulo Cecinna: Iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiũxit. Et alibi in eadem oratione, rationem iuri, cauſam æquitati priuatim attribuiſſe videtur, cùm dicit: Non enim alia cauſa eſt ęquitatis in vno ſeruo, & in pluribus, non alia ratio iuris in hoc genere duntaxat, &c. Quamuis alibi ratio ſimpliciter vtrique aſſignetur, iuri ſcilicet & æquitati, in d. l. placuit, de iudici. & in l. ſi res. C. ad exhib. & in d. l. qui accuſare, & in d. l. vl. C. de eden. & in d. l. non tantùm. ff. de re iudic. Et interdum priuatim æquitati, in l. ſumptus. ff. de rei vend. & in l. ſi ſeruo. ff. de hære. inſtit. & in l. 1. §. illud. ff. de hæred. uel act. vend. & in l. ultima. C. de fideicomm. & in l. ſecunda. C. de vſur. & in l. 1. C. de repud. & apud Ciceronem ſtatim poſt ea uerba, quæ ſuprà poſtremò adduximus ex oratione pro Cecinna, cùm ſcribit, eandem uim habere æquitatis rationem, &c. vt hinc facilè intelligas, hæc promiſcua eſſe & indifferentia. Alibi autem (ne & id omittam) Mera ratio pro ſtricto iure ponitur. in l. ſi mandauero. §. ſi ij quorũ, & ibi gl. in verbo, mandatum. ff. mandati.

*Ratio priuatim iuri attribuitͣ. Ratio et ęquitas vt diuerſa. Ratio etiã ęquitati aſſignatur. Mera ratio, pro ſtricto iure.*

26 *Bonum & æquum.*

HANC quoque æquitatem nunc Bonum & æquum, nunc bonum æquum, ſine copula, nunc æquum, ſimpliciter, nunc quoque ſimpliciter Bonum, appellari multis probat Budæus poſt prin. priorum annotationũ. Quamquam alibi leges noſtræ uidentur facere diſcrimen inter bonum & æquum, ut in l. hac lege. C. de pactis conuen. tam ſuper dot. vbi gl. id annotat, uti etiam facit in l. 1. ff. de uſucap & in l. 1. in prin. in uerbo, ius eſt ars. ff. de iuſti. & iure. Suprà quoque ſatis docuimus æquitatem humanitatem vocari, & humanam atque humaniorem interpretationem. Ex quo Tullius lib. 1. de legibus, Difficillima illa ſocietas grauitatis cum humanitate. Et in quadam epiſtola: Cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt, in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio.

*Bonum æquum, Aequum. Bonum. Humanitas. Humana, & humanior interpretatio.*

27 *Remiſſio.*

NAM & Remiſſionem quoque hanc æquitatem vocare poſſumus, autore eodem Tullio in epiſtolis ad Atticum, lib. 16. Ego ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe, vtrum remiſſior eſſem, an ſummo iure agerem. Hincque Remittere ſtrictam obſeruationem, & legum ſubtilitatem, in l. ultima, tum poſt prin. tum in fin. C. de teſtam. Item facilitatem, ex eodem Tullio, qui utramque copulat Phil. 9. ubi loquens de Seruio Sulpitio, Itaque, ait, quæ proficiſcebantur à legibus, & à iure Ciuili, ſemper ad facilitatem æquitatemque referebat. Hincque idem in quadam ad Atticum epiſtola: Vir facillimus atque humaniſſimus. Et in alia epiſtola: Facilitas (inquit) & humanitas tua, &c. Præterea fauorẽ dicere poſſumus, l. ſi hæreditas, in prin. ff. de ſtatulib. cũ dicitur; Iure quidem ſtricto ita manumiſſus liber eſſe non poteſt, quoniam conditione deficitur, ſed fauor libertatis eo perduxit, ut reſponderetur expletam eſſe cõditionem, tamquam ſcilicet ius ſtrictum ſit odioſum, æquitas fauorabilis, quod facit ad id, quod diximus ſupra uerſ. ab hinc 3. ſed & denique.

*Facilitas. Fauor.*

28 *Mãſuetudo. Miſericordia.*

ITEM Manſuetudinem dicere poſſumus, ex tex. qui eam rigori opponit, in c. ult. ext. de pœnis, & in Cle. 1. de iud. Atq; etiam Miſericordiam ex Terentio, qui in Adelphis duriter & immiſericorditer iungit:

*Factum à vobis duriter,*
*Atque immiſericorditer,*

Suprà autem num. 13. & huc quoque ſatis oſtendimus, miſericordiam & iuſtitiam ſibi opponi, vt æquitatẽ, & ius ſtrictum: & ius ipſum ſcriptum etiam durum dici. Quinetiam æquitatem ipſam dici mollitiem, ſatis cõſtat ex l. ultima C. de compen. quæ eam ſtricto iuri opponit, dum dicit, Nec molli animo eas ſuſcipiant, ſed iure ſtricto vtentes. Et hinc ſcribitur in l. ul. C. ad Senatuſconſul. Velle. Seueritatem legum mollire. Quamquam ſcio, hanc mollitiei uocem ſæpe in malam partem aſſumi, Denique diſpenſationem æquitatem appellat Spec. tit. de diſpenſ. §. 1. in prin. & Alb. in d. l. proſpexit. ff. qui & à quib. Nam ut dicit Zenz. in extrauag. Io. 22. incip. execrabilis, in prin. in uerbo, diſpenſatiuè. Diſpenſatio dicitur rigoris iuris relaxatio, per quædam iura ibi allegata. De quo & tu vide glo. in d. c. vt conſtitueretur, in uerbo, detrahendum, 50. diſt. & nos quoque aliquid diximus nu. 9. quãquã ſcio. Gręcis autem, pręſertim Ariſtoteli li. Ethic. 5. c. 10. æquitas ſiue bonũ & æquũ ἐπιείκεια dici-

*Mollities. Diſpenſatio. Ἐπιείκεια.*

dicitur. De qua multa Budæus in annotationibus prioribus,& Ludouicus Viues in ædibus legum.

9 NEC interim omittemus Ciceronem ſæpe ita de hac re loqui, ut uoluiſſe uideatur æquitatē potiſſimum mente,ſententia,& uoluntate niti,ius ſtrictum uerbis & ſcripto. Nam in oratione pro Muræna, In omni,ait,denique iure Ciuili æquitatem reliquerunt,uerba ipſa tenuerunt. Et in oratione pro Aulo Cecinna, An tu qui tam diligenter,& tam callidè uerbis controuerſias,nō æquitate dijudicas.& rurſus: Non quibus uerbis quidq; dicatur, quæritur, ſed quæ res agatur, etiam ut longius à uerbo recedamus, ab æquitate ne tantillum quidem. Itemq; in iſta defenſione accuſas eos, qui conſuluntur, quòd æquitatis cenſeant rationē,non uerbi, haberi oportere. Et paulò poſt: Quia uerbis oppugnare æquitatem uidebatur. Et de claris Oratoribus: Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit. Et in eo quoque loco,quem ſupra adduximus,numero huius glo.6. nonnunquam.& alibi ſæpe in eadem oratione. Cui admodum concinit l.filio præterito.ff.de iniuſt. teſta. cùm dicitur, Licet ſubtilitas iuris refragari videatur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. Et in d. l.ſi ita ſcriptum.ff.de liber.& poſthum. cuius etiam uerba ſupra appoſuimus. Et quod ſcribit Bal. conſil.343. lib.1.de quo etiam diximus num.23. aliquando item dicitur. Ex quibus etiam intelligis æquitatem eſſe tacitam quandam legem, quod & adſtruit text. in §. conductor.Inſt.de locat.

*Aequitas mente, ſententia, uoluntate niti tur. Ius ſtrictū uerbis & ſcripto.*

*Aequitas tacita quædam lex.*

30 SI autem amplius ſcire uelis, quid ſit æquitas, uide è noſtris Iac. Belu.in cap.1.§.ad hoc.& ibi omnino Bald. colum.5.in uerbo,non æquitas,tit.de pac.iur. fir. quo in loco videbis æquitatem dici quinque modis. & Bart. in l.1.in fi.& ibi quoque Alber.pleniſſimè.& Salycet. col. pen.verſ.quæro tertiò.C.de legib.& Ant. in cap. in literis,de reſtit.ſpol. Porrò Boëthius in commentarijs Topicorum Ciceronis,lib.3. Aequitas (inquit) eſt, quod naturalis ratio perſuaſit. Ipſe autem Cicero in 5. in Verrem actione, Aequitatem & legem diſſeparat, quaſi lex ſimpliciter ſit tanquam ius etiam ſimpliciter, aut ius ſtrictum. Hæc ipſius uerba ſunt: Qua propter ſi uos ſemel in iudicando finem æquitatis & legis transieritis, ſcitote,&c. Rurſusque in alia actione: Qui ab æquitate, à lege, ab inſtitutis,non receſſerunt. Sed & iterum in eadem ius,æquitatem,& legem, ut diuerſa ponit,cùm dicit: Non ex iure,non ex æquitate,non ex lege,non ex eo quod licuerit,ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, rectè factum eſſe defendes? Et his accedit illud Valerij lib.6. titu.de iuſtitia: Ita debitum ſimplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento,&c. Plautus autem alicubi leges, & bonum, ut diuerſa ponit, ut diximus ſupra nu.10.neſcio.

*Alia multa de æquitate.*

*Aequitas ratio quædam naturalis. Aequitas & lex ſeparatæ.*

31 POSTREMÒ, illud circa noſtram æquitatem non omittendum, quod ſcribit Bald.in Rubr. C. de conſtit. pecu. columna 2. uerſ.quæro an circa, debere nos ſequi æquitatem rationi coniunctam non imaginariam, & noſtri capitis. & idem propemodum dicit conſil.99. ſuper primo,col.1.in fin.lib.4.& Rom. conſil.149. concluſionem,col.2.uerſic.non eſt ratio, vbi & alios citat. & Paul.Caſtr. in d.l.placuit,circa medium. C.de iudi. Faciuntq; not.à glo.Ant.Imol.& Panor. in ca.vlt.extra,de tranſact.& eodem Panor. & Fel.in cap.ex parte el 2. de offi.deleg. Quorſum enim attinebat leges ſcribi,ſi iudicibus liceret diſcedere à ſcripto,& ſuo arbitrio æquitatem fingere, ut dicit Melanthon, de hac ipſa re loquens in Epitome moralis Philoſophiæ. Et ut tradit ipſe Bald. auctoritate Odofr. in c.1.§.& quia vidimus, col.antepe. uerſi.quæro quomodo,tit.de his qui feu.da.poſ.Aequitates hominum non habere in ſe pondus ſtatuti, niſi legibus uel conſuetudine præſcripta ſint roborate, &c. Nam,ut & idem ſcribit in l.precibus, col.6.verſ.dixi ergo de duobus.C.de impub.& ali.ſubſti. Sæpè ab hominibus erratur in coniecturanda mente tacita propter nimiam ſubtilitatem,& quia diſponentis animum non videmus.& idem poſt eum dicit Franc. Curt.ſenior, conſ. 64.antiquiſſima,col.11.verſ.quia in ultimis. & Iaſon in l.licet Imperator,col.2.ff.de legat.1.Et de hoc plura diximus in repet.l.ſi unquam.in uerbo,libertis. nume.19. unum tantùm.C.de reuoc.dona. Sed & idem Bal. conſ. 4.factum tale eſt, col.3. li.1. dicit æquitatem confictam, eſſe duplicem iniquitatem. Suprà autem verſ.ab hinc 2.docuimus æquitatem mente inniti, ius autem uerbis. Et hæc not. aduerſus eos, qui cùm legibus & rationibus deficiuntur, ad æquitatem neſcio quam, nulla lege aut ratione ſuffultam, ſed ut illis imaginatio quæpiam obtulerit,confugiunt: rationes tamen quaſdam non ex ipſis legibus, ſed ſuis capitibus erutas afferentes. Nam homines paulò acutiores multa in vtraque partem inexplicabilia quærere & excogitare poſſunt,ſi tantùm ex rationibus adſcititijs,& non legibus, iudicandum erit. Quod & Melanchthon quoque animaduertit. Et nos multa in eam ſententiam ex Tullio & Quintiliano adduximus in repetitio.l.ſi vnquam.in uerbo, libertis.nu.16.ſed ut ex alijs.

*Aequitas rationi cōiuncta, nō imaginaria ſequenda.*

*Aequitas cōficta, duplex iniquitas eſt.*

## MINEVRS. MINORES, Gloſſ. II.

AN, & quomodo, & quando, currat aduerſus minores vſucapio legalis, vel ſtatutaria, ſiue conſuetudinaria,vel etiam conuentionalis,videbis per gloſſam in l.auxilium, in principio,in verbo, ceſſabit.ff. de minoribus,& in l.ſi mater.& ibi Bald. C.ne de ſtatu defunctorum.Cynum in l.properandum.§.vltim.C.de iudi.Bar.in l.etiam,la 2.ff.de mino.& l.vltim.& ibi etiam Bal.Ang.Sal.Pau.Caſt.& alios.C. in quib. cau. in integ. reſti.nō eſt neceſ.Bal.in l.omnes populi,col.antep.verſ. vltimò quæritur, ſtatuto cauetur.ff.de iuſti. & iure.& in l.non eſt.C.quib. non objic.long. temp. præſcript. & in c.præterea ſi quis,& ibi quoque alios,tit.de prohib.feu. alie.per Feder.& in c.1.§.niſi iuſta,col.1.in verbo,infantia.tit.quo tempo.miles.& in c.1.§.porrò,col.1.ver.quæro vtrum tempus,tit.quali.olim.feu.ali.pot.& Luc. Pen. in l.1.col.5.poſt medium,verſ.& faciunt plura.C. de impo.luc. deſcrip.lib.10.&Paul. Caſt. conſ.229. venditio iſta,lib.2.& conſ.440.quia ſecundum,col.2.ver.nunc ad primum dubium,eod.lib.2.& conſ.439.ad euidentiam, in 1.& 2.dubio,eo.lib.2.Calc.conſ.24.quòd dictis filiabus.col.14.verſ.& quia ſupra dictum eſt. Ang. Aret.in §. res fiſci,col.2.verſ.in eadem gl.ibi,res pupilli.Inſtitu. de vſucap.Guid.Pap.dec.Delph.31.ſecundum ſtatutum, & omnium latiſſimè Ioan.Franc.Balb.in tract.præſcrip. in 1.parte 6. eiuſdemque vlt. partis princip. in 23.caſu, & quæ nos ipſi diximus ſuprà tit. proximo. qui eſt, *de preſcriptions*.§. 1. in gloſſ. 9. ſuper verbo, *les mineurs*, ubi etiam videbis, an conſuetudo comprehendat & teneat minores. 1

*An,et quādo currat vſucapio minoris.*

SVNT autem aliqui caſus, in quibus etiam contra minorem incipit currere vſucapio, ex quibus aliquot congerit Iaſon in d.l.properandum.§.illo, in 2.nota. C. de iud.Sed & in his maxima ex parte competit reſtitutio in integrum,ut per glo.in d.§.præterea ſi quis,& ibi And.Iſern.Iac.Bell.Pet.Cer.Bal. Mar. Laud.Aluar. & Card.Alexan.tit.de prohib.feud.ali.per Fede.Innoc. & alios in c.conſtitutus,de in integ.reſtitu.ubi tractatur de vſucapione huius noſtri retractus. Hoſti.in Summa, titu.de feud.§.quibus modis,ſeu cauſis,uerſ. ſed nunquid minor.Specul.titul.de in integ. reſtitut.§.1.uerſi.hoc autem no.& uerſ.ſed in minore.Bal.& alios in d.l.ul.C. in 2

*Caſus, in quibus illis currit.*

quib.



quib.cauſ.in integ.reſtitut.non eſt neceſ.& eundem Bal. in d.l.ſi mater.C.ne de ſtatu defunct.& conſ.480.conſiderandum eſt, lib. 5.& nouiſſimè Phil.Dec.conſil.456. viſo conſ.ad fin.vbi poſt alios multos aſſerit ſemper minorem reſtitui, niſi contrarium ſit expreſſum. Id quod etiam ſcribit Bal.(quem ille non citat) in ca.1.§.niſi iuſta,col.1.tit.quo temp.mil.

3 SVNT enim quidam caſus,in quibus expreſſim cautum eſt,ne pupillis quidem vel carentibus tutoribus dari reſtitutionem,ut in dict.l.ſi mater.& in l.2.ff.ne de ſta. defunct.& in d.l.auxiliū,in prin.ff.de mino.& in l.quæcunq;.C.de iur.haſt.fiſca.lib.10.& in alio caſu poſito à Lapo poſt alios, allegat 5.an oporteat,col.vltim.Et certè in caſu noſtræ conſuetudinis hoc iure paſſim in Gallia vtimur, vt tēpus currat minori ſine ſpe reſtitutionis: quamuis de Iure communi reſtituitur,per tex. in d.cap. conſtitutus.& ibi Inn.Io. And. & alij de hac re nuncupatim diſſerūt.& ſimiliter Old.& Bar.in d.l.vlt.C. in quib. cau.in integ.reſti.& Alber.in 2.parte ſtatutorum,q.169. item quæro an præſcriptiones.Guid.Pap.dec.Delph.31. ſecundum ſtatutum.& iterum deciſ.157.cauetur de conſuetudine,col.2.verſ.ſed an illud tempus.& D.Boer.dec. 140.ſed alia inſuper. & latiſſimè Io.Igne.in repet.l.dudum,col.5.verſ.iſtud extendunt.& multis col.ſeq.ubi tamen dicit,quòd in caſu d.c.conſtitutus, minor erat intra annum & diem contractus:nec illic reſtituitur ad retractum reſpectu temporis,quia opus non erat, cùm nondum eſſet tranſactum, ſed tantum reſpectu conſenſus, quem præſtiterat venditioni patris. Sed quod pace tanti uiri dixerim,illud c.nuncupatim dicit contrarium,ſcilicet huiuſmodi tempus retractus currere minori,ſed reſtitutionem competere aduerſus lapſum eius temporis. Lege lector,& id apertè videbis.

*Caſus in quibus ſine ſpe reſtitutionis etiam pupillis currit. An in retractu eis currit.*

4 IGITVR vt hæc noſtra conſuetudo, quæ ſimiliter dicit, id tempus currere minori,non ſit ſuperflua, ſed aliquid addat ad ius commune (ſecundum not.per Bar. in l.4.§.Prætor ait, colum.2.uerſ. quæro quid ſtatutum, & ibi etiam Imol.Paul.Caſtrenſ.Roman. & Alexand. ff.de damno infect.& eundem Barto.in l.2.& ibi Recentiores.ff.de vſucapi.& in l.non ſolùm.in fin.ff. de rei uendit.cum alijs multis concord.à me traditis ſuprà eodem titu.§.9.in gloſſ.2.in verbo, *à ſon domicile*, numero 56. contrarium tamen,& latius in noſtro libro, cui titulum fecimus, Nihil fruſtra) debemus hanc conſuetudinem intelligere, ut currat ſine ſpe reſtitutionis: & ita,ut iam diximus, utimur, nec eſt irrationabile. Nam aliàs nullus emptor,uel ex longiſſimo tempore,30.vel 40.annor.tutus eſſet ab hoc retractu. Vix enim reperias familiam aut cognationem, in qua non ſit anniculus quiſpiam, qui etiam poſt 25. annos intra quadriennium reſtitueretur in integrum,atque etiam poſt quadriennium ex capite ignorantiæ intra 30.annos,aut etiam centum, vt multis placuit, & dicemus infrà, in uerbo, *ignorans*, nu.44.ſed communiter.

*De eadem re.*

5 IDEÒ, vt euitetur hìc longi temporis error, ac confuſio(ob quam introductæ ſunt vſucapiones, c.vigilanti.de præſcript. ne ſcilicet contra bonum publicum dominia diutius maneant in incerto.l.1.ff.de vſucap.& §.1. Inſtitu.eodem & quod per eum tex.voluit glo. in §.1.in verbo,diligentia.in Authentic.de tempo.non ſolu pecu. ſup.dot.quam alibi eſſe negat Bal. in cap.1.§. ſi quis per 30.colum.2.verſicul & nota præſcriptiones, titu.ſi de feud.fuer.controuer.inter do.& agna.) igitur, ut repetā ad euitandum tam longi temporis errorem,atque incertitudinem, non debet minor reſtitui. Alioquin etiam hæc noſtra conſuetudo, quæ dicit retractum currere minoribus, eſſet tanquam ludibrio, verbiſque non rebus poſita uideretur, contra l.2.C. commu. de legat. & l.ultima.ff.ne quid in loco publico. & capitu.commiſſa,de electio. libro 6. Et id uidetur uoluiſſe in caſu conſtitutionis Protomixeos,quæ ſimilis eſt noſtræ conſuetudini retractus, loquentis etiam de minore, & ei prouidentis aduerſus tutorem,ſi negligens fuerit, Bald. in ſuis commentarijs in eam conſtitut. columna 3. uerſiculo,ſed quæro dicit hæc conſtitutio.Nam ſi conſtitutio (inquit) aliter voluiſſet prouidere de reſtitutione in integrum, hoc dixiſſet.l.vnica.§ & cùm triplici,ibi, ut quod uel tollitur uel reformatur,non ſit incognitum.C. de caduc.tollen. & ſequitur Matthæ. Afflict in eodem tractatu,in verbo,ut intra 30.dies,col.antepen. uerſ. ſed iuxta prædicta quæro.

*De eadem re.*

NAM & in ſimili idem Bal.in l.1.in 24.opp.C. qui admit.pulchrè ac no.dicit,quòd ubi lex uel ſtatutum facit mentionem de minore abſente,& alijs,quibus de Iure communi conceditur reſtitutio in integrum, tunc nō eis conceditur aduerſus huiuſmodi legem aut ſtatutum. Et ita eum refert & ſequitur Pet. Anch. conſi. 170. principaliter,& Alexan.conſi: 165.dubitatur,colum.1. in fi. verſicul.ſupereſt uidere alterum,in fine conſ.6.ubi dicit aliud eſſe,ſi lex aut ſtatutum generaliter loqueretur,ſine mentione minoris aut aliorum huiuſmodi, per not.à Bar.& alijs in d.l.vlt.C.in quib.cau. in integ.reſt.non eſt neceſ.& Inno.& alijs in d.c.conſtitutus. Quamuis aliud voluiſſe videatur Pau.Caſtr.conſ. 393.pro euidentia. ad fin.1.dubij.li.2.per gl.in l.ſicut.in verbo, ſeruanda ſunt, verſ.an autem reſtituatur.C.de præſcrip.30.vel 40.anno. quæ ſimpliciter dicit adultum reſtitui aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis. Sed ego malo accedere priori ſententiæ, neque ei contradicit d.gl. 6

*De eadem re. Statutum ſi faciat mentionē de minore, is non reſtituitur.*

ET hæc maximè debent procedere in hoc caſu, in quo reſtitueretur minor ad lucrum conſequendum, ut dicit Bar.in d.l.vlt.proximè allegata in fine,& in l.etiam la 2.in fin.ff.de minor. Ex cuius dictis facilè intelliges, non tantum fauoris habere minores aduerſus has temporum præſcriptiones, quæ lucrum tantùm conferunt, quàm aduerſus eas, quæ damnum quoque inferunt, vt etiam videre licet apud Raph. Fulgo. conſ.61. domina Catharina,colum.vltim. vbi ad hæc allegat l.vltimam. §.licentia.C.de iure delib.& Car.Flor.& Panormi.in ca. ex parte.de reſti.in integ.dum tractant,an minor qui renunciauit beneficio, audiatur petens reſtitutionem in integrum. Nam & aliàs ſæpè videmus concedi reſtitutionem ad damnum uitandum, non ad lucrum captandum, vt de fœminis dicitur in l.quamuis, & in l.ultima,C.de iuris & facti ignoran.& l.error.ff.eo.& de maioribus,ex clauſula,Si qua mihi iuſta cauſa videbitur,in l.ſciendum.ff.ex quib.cauſ.maior. 7

*Minor nō tam facilè reſtituitur ad lucrū, vide n.9.*

PRÆSERTIM verò hæc obtinere debent, cùm quis deſiderat reſtitui ad lucrum quodpiā, quod de iure ſpeciali tantùm pertinet,non etiam de Iure communi. Cuiuſmodi circa cōtrouerſiam eſt iſtud de quo tractamus, ſiue ſequamur eos, qui dicunt retractum eſſe contra Ius commune,quæ communior eſt opin.ſiue etiam eos,qui dicunt eſſe præter Ius ipſum commune. Nam non adeò facilè debet quis admitti ad reſciſſionem eius, quod iuris ſpecialis eſt, quàm quod eſt Iuris communis, ex ſententia gl.Bal.& Pau.Caſt.in l.1.C.ſi aduer.uend.Et aliàs ſemper facilius impeditur aut tollitur,quod iure ſpeciali competit,quàm quod iure communi.l. eius militis. §. 1.& ibi Bar.& alij.ff.de mili.teſt.& §.quia verò,in Auth. de non alie.& Doct.ubique.Et bene facit quod in ſimili tradit Ang.in l.2.§.conuenire,ad fi.ff.de iudic. 8

*An ad id quod iuris ſpecialis eſt.*

ET hæc quidem poſtrema adiecimus, non quòd neceſſariò probent,minorem in hoc caſu de Iure communi non eſſe reſtituendum, cùm habeamus tex.clarum in contrarium, in d.c.conſtitutus. Et aliàs quoque minori competere reſtitutionem in integrum ad lucrum captandum,probat d.l.quamuis,in 2.reſpō.& l.& ſi ſine.§.1.in 1.reſponſo.ff.de minor.& iterū l.ait Prætor.§.hodie,qui eſt vlt.& l.ſeq.in prin.& in §.1.& rurſum in l.nō omnia, 9

*Maior reſtitutus ēſt ad lucrū.*

Aa eod.

eod.tit.& l.vlt C.de repu.hære.& voluit gl. in c.auditis. in verbo,reſtituimus. & ibi Hoſt. in eodem verbo.Ioan. And.ſuper ea gl.& Pan.col.3.verſi.ſecundò not. ex gloſ. extrà,de in integ.reſti.& Innoc.& Hoſt. in d.c.conſtitutus,vterque in verbo,offerre. [& ibi quoque Aegid.Bellam.in eodem verbo.& rurſum col.2.verſ. probabam ſecundam partem.] Corn.conſi.184.ſuper hac noua, col. 2.verſi.conſtat enim,lib.3.Nec tantum pro lucro certo, ſed & veriſimili tantùm,vt not.voluit Bal. in l.cùm quidam,in prin.verſic.ex hoc not.per illum tex. & ibi quoque poſt eum Ang.Imol.Paul. Caſt. Ro. Alex. qui dicit perpetuò menti tenendum.Franc.Aret.& Iaſ.ff.de aqui. hære.& Raph.Co.conſi.114.Antonius,col.4.verſicu.ex quibus apparet.Et bene facit tex.quem ipſe Are.allegat, in l.3.§.quòd ſi hæres.ff.de minor. Sed illa tantùm adduximus ad confirmationem præcedẽtis rationis, quæ per ſe optima eſt.

10 *An ad lucrum odioſum ex lege proueniens. Quid in eccleſia.*

Sed illud tamen haud dubiè verum eſt, quòd non reſtituitur minor ad lucrum odioſum,proueniens ex diſpoſitione legali:vt probatur in l.auxilium,in prin.cum ibi not.ff.de mino.& tradit Bald.in l.cùm quidam.§.ul. in fin.ff.de vſur.Et idem in eccleſia voluit glo. in Clem. 2.in verbo,grauiora,in fin.& ibi Imol.col.5. verſic.nota autem ex his,de procur.& Specu.titu.de in integ. reſtit. §.quis autem,verſi.ſed eccleſia.Compoſtel.in c.quod ſicut,& ibi Ioan.Andre.col.vlt.verſicu.ſed quid dices.extrà,de elect.& idem Ioan.Andre.in d.cap.auditis, paulò ante finem,& ibi Panor.col.vlt.verſic.item limita, de in integr.reſtit.Alexan.conſi.65.quoniam omne datum,colum.3.uerſ.decimo,quia non poteſt, libr.6.quod conſil. duplicatur conſ.119.eodem li.6. Et idem quoque in abſentibus,& alijs,quibus ex cauſa datur reſtitutio,probat tex.in l.ſciendum,cum duobus ſequen. ff.ex quibus cau. maio.

*Quid in abſentibus.*

11 *De iiſdem rebus.*

Et huius poſtremæ l.arg. Bald. in l.pupillorum col. 2.C.de repud.hæred.dicit,nunquàm etiam eccleſiæ cõpetere reſtitutionem in integrum ad lucrum cum iniuria alterius.Sed & per eundem text.Signo.conſil.91.factum ſic ſe habet, ex quodam, colum.4.verſic. prætereà lucri,reſpondit,non haberi rationem lucri,cum alterius iniuria.ad quod etiam allegat l.ſi quis vxori.§. ſeruus.ff. de fur.id quod etiam uoluit Alber.eoſdem illos tex. allegans,in l.Iulianus,in prin. ff. ex quibus cau. maio. ubi etiam loquitur de minoribus & militibus. Sed & Petr. à Bel.Pert.in l.ult.colum.1.C.in quib.cau.in integ.reſti. tradit in odioſis,quæ ſunt ad damnum vel pœnam alterius,currere præſcriptionem aduerſus minores ſine ſpe reſtitutionis,per l.1.C.ne de ſtat defunct. Et vide Matt. Afflict.deciſ.Neapo.390.ſucceſſor.Si igitur hoc ſtatutũ odioſum eſt, vt multis placuit, quos ſuprà adduximus in præfat.huius titu.num.60.quoniam ſunt multi, &c. ſeq.& præterea iniurioſum,vt ſatis probat.l.dudum. C. de contrahen.empt.ut idem declarauimus in eadem pręfat.nume.23.nam ut concedamus, & ſeq. non eſt quod amplius dubitandum de hac re ſit.Sed aduerte, quia d. c.conſtitutus, concedens reſtitutionem, iuncta hac doctrina,probat non eſſe odioſum,ut diximus in eadẽ præfat.nume.57.pro quibus. Sed vt ſemel dicam quod ſentio,illud c.non ex ueris meriſque legum fontibus, deprõptum eſt,ut non abs re D.Igneus crediderit,idipſum non cõcedere reſtitutionem aduerſus tempus retractus, vt ſuprà diximus. Ex conſuetudine autem expreſſa Niuernenſium hoc titu.c.10. id tempus currit contra minores, abſentes, ignorantes, ſine remedio reſtitutionis. Et vt id ſemel finiam, fuit areſto noſtræ curiæ Pariſienſis non ſemel iudicatum,non eſſe hoc caſu locum reſtitutioni minoris ætatis.

*Conſuetudo.*

12 *Intra qđ tempus minor debet petere reſtitutionẽ, cùm reſtitui debet.*

Sed quæſtionis eſt,ſi minori in hoc caſu competeret reſtitutio ob decurſuum tẽpus retractus, intra quod tempus poſtquàm maior effectus eſt,poſſet eam petere, vtrum intra quadriennium poſtquam maior factus eſt, an uerò intra annum &c. diem. Gloſſ. in l.interdum. in uerb.planè.ff.de minor.dicit,quòd cùm minor læſus eſt in contractu,vel quaſi,datur annus utilis,ſiue quadriennium poſt maiorem ætatem.Si verò in tempore, & tunc ſi id tempus eſt quadriennium aut maius, datur etiam quadriẽnium.Si breuius eſt, alterum tantum tempus in id ſolum datur, per l.cùm poſt, in 1.reſpon. & in fin.ff. quan.act.de pecu. eſt anna. & illam commendat, & ſequitur Bartol. in d. l. interdum. & eſt alia bona gloſſ. in l.Diuus,in verbo,reſtituere,verſi.ſed an hoc caſu, & ibi quoque Bartol.ad fin.ff.de reſtit.in integr.& glo.in l.inter omnes.in glo.ult.in prin.eo.tit.& in l.ſuperuacuam, quæ eſt vlti.in uerbo,continuatio.& ibi item Barto.circa med.& Bald.paulò ante fin.C.de temp. in integ. reſtitu. Azo, cuius opi. gl. vbique nititur, in Summa, de temp. in integr.reſti.uerſicu.item ſicut,&c. ſeq.Dy. in §.rurſus Inſtit. de actio. Et ita,atque ſecundum hanc ſententiam in caſu noſtri retractus minor poſt maiorem ætatem non habetur, niſi annum &c. diem ad petendam hanc reſtitutionem.

13 *De eadem re.*

Sed tu tamen vide tex.in Clem.1. & ibi glo.in uerbo,ſi minus,& Doct.de reſti. in integ.& ipſum Bart.in l. ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter,col.vlt. verſic. venio ad tertium.ff.ex quib.cau. maior. & l. nec non. §. 1. poſt princ.eod.ti.Cyn.in d.l.ſuperuacuam,col.ult.ver.tertiò ad id quod obijcitur, & ibi Albe. Io. Fab. in 2.locis. & Saly col.2.uerſi.ſed intra quantum.C.de temp.in integ. reſti.Paul.Caſt.in l.1. col.2.& iterum in d. l. quod tempore,colum.3.verſi.& no.quòd gl.C.de reſti.mil.Sed & vide Io.Fab.& Ang.Aret. in d.§.rurſus.illum nu.14.ibi quæritur vlterius.hunc.col.4.uerſi.in ead.glo.in fin.Inſti.de act. Matt.Afflict.in conſt.Sicilię,incip.minorum, in 1.not. vbi nuncupatim loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis,atque etiam deci.Neap.176.uniuerſitas.

## *PRESENS OV ABSENS.*

## PRAESENTES AVT ABSENTES. Gloſſ. III.

1 *An cũ abſentib. currit præſcriptio, currat illis ueriſimiliter abſentib.*

Posset videri, id quod hìc ſtatuitur,currere id tempus abſentibus, ita eſſe intelligendum, niſi ipſi habuerint ueriſimilem ignorantiã rei, præter ipſam abſentiã: per id quod ſingu. in ſimili reſpondit Anton. ſyncerus iuris Canonici interpres,conſ.45.domina Orabilis,colum.vltim.uerſic.nunc autem reſtat,quòd ſtatutum diſponens currere tempus contra abſentes, nõ comprehendit caſum abſentiæ, iunctæ cum veriſimili ignorantia: per multa illic ab eo allegata, quæ omnibus eo in loco uidere licet. Verùm cùm noſtra conſuetudo vltra hæc verba, quæ nunc commentamur, mox ſubiungat & illa, *ſachans & ignorans*, nihil omninò amplius hæſitandum eſt,quin ſi abſens quis fuerit ſimul & ignorans,comprehendatur.

2 *An et quãdo abſentia excuſet.*

Si autem vis ſcire, an, quando, & quomodo aliàs abſentia excuſet,& quæ iuſta ſit, & digna uel excuſatione,uel reſtitutione, quantum ad uſucapiones, & alios quoque effectus, uide gloſſ.Bart.& alios in l.ultim.ff.de reſtitut.in integr.gloſſ.in cap.biduum,uerſic. palàm. in uerbo,audiatur.2.quæſt.6.Docto.& præſertim Felin. in c.cùm Bertoldus.extrà,de re iudic. Quis autem dicatur abſens, aut præſens,ſcies ex l.abſentem, & ibi Docto.ff. de uerborum ſignificatione,& l.ult.C.de long.temp.pręſcript.ibique tractatur materia abſentiæ,& præſentiæ in uſucapionibus, atque etiam in §.1.ubi Ioan.Fab.Angel. Aret.& alij. Inſtitut.de uſucap.& Bal.conſ.488.ſequens quæſtio,in fi.lib.1.& Paul.Caſtrenſ.qui loquitur in materia uſucapionis ſtatutariæ. conſilio 94. poſito quòd iſta,

*Abſens quis dicatur, q ſue pręſens.*



iſta,in vltim.dubio,lib.1.Sed ita vt ſcias in Senatu Pariſienſi non cenſeri abſentem, niſi qui eſt extrà regnum Franciæ. An autem præſumatur abſentia, an præſentia, latè diximus in Legibus connubialibus in gl.6.in 2.quęſtio.& latius ſuprà in tit.præced.qui eſt, *des preſcriptions*, in uerbo, *extra les preſens.*

*Abſentia an præſumatur.*

## *IGNORANS.* IGNORANTES, Glo. IIII.

1 *Ignorantibus an currat tẽpus.*

Tamen ignorantia potuiſſet uideri hũc temporis curſum impedire: [nam &c. id uiſum eſt hoc in noſtro caſu Aegi. Bellame. in ca.conſtitutus, colum. 12.verſicul. qđ intelligo de reſtit. in integ. per quædã quæ & nos poſteà citabimus. Nam & aliàs tempus currit ignoranti.] l.genero.ff.de his qui notan.infa.& l.cùm ſex menſes.ff.de ædili.edict.& l. ſemper. §. hoc interdictum,uerſi.annus.ff.quod ui aut clàm.&c. l.annus.ff.de col.& l.2.ff.quis ord.in bon.poſſ. ſer.& l.vlt.ff.de decre. ab ord.faci.& l.1.§.ſi aduerſus, qui eſt ulti.ff. quand.appel.ſit.& l.quinquaginta,& ibi nota. ff.de excu. tuto.& l. eiuſdem initij.ibi, notum factum erit.C.eodem tit. & l. quamdiu. & ibi latè Bald. & Alexand.C.qui admit.& l. vlti.in princi.uerſ.omni tamen modo.C.de iure delibe. & c.licet:extrà,de ſupplen.negli.Prælat.& c.quia diuerſitatem,in fin.extrà,de conceſ.præ.& c.concertationi,de appel.lib.6.& c.1.de reſtit. in integ.eod.lib.6. cùm dicitur, ſi quis negligenter omiſerit, nam ignorãs dici non poteſt negligens, ut dicitur in d. cap. quia diuerſitatem. & ita illum text.expendit Zenzel.in extrauag.Io.21.incip.ſuſcepti.verſ.nos de illo in uerbo, poſtquam ſciuerunt,in princ.Panor.in c.1.in fi.de præſcript. Paul. Caſt. conſ.88.uidetur dicendum,col.2. li.2. cum alijs multis latè collectis ab Hippo.Marſ.conſ.18. protector, col.5. uerſ.cùm ergo fuerit.

2 *Ignoranti an currat tempus in teſtamento pręſtitutũ.*

Nec interim tamen omiſerim tex.in l. ſtatuliberos, quæ eſt 3.§. ſi quis hæredi. ff. de ſtatuliber. quem ad hæc vbique Doct.commendant, & inter cæteros Bart. in d.l. vlt.in princip.poſt gloſſ.ibi,in uerbo,delatam.C.de iure deliberan. ad hoc quidem quod tempus appoſitum in teſtamento non currit, niſi ſcienti. De quo etiam eſt text.in l.ſi hæreditas,in princ.C.eod.tit.ſcilicet de ſtatuliber.& in l.ſi in diem.ff.de cond. & demon. & utrobiq; Bart.& Bald.in l.1.C.de his quæ pœnæ nom. Sed & per illum text.ſcribit Petr.Anch.in c. nos quidem,extra, de teſtam. quòd contra ignorantem non currit diſpoſitio teſtatoris, qua ſuum debitorem ab omnibus liberabit, ſi centum intra menſem ſoluerit. dicitque ſe ita conſuluiſſe,ut fecit conſi.29. prout illum allegat, & ſequitur Barb.conſ.50.præclarè ſcriptum eſt,colum.3. uerſ. & ſi quiſpiam dixerit, lib. 2. quamuis illud conſi. de hac re non loquatur.

3 *An tẽpus ĩſinuationi præfixum.*

Ex quibus & illud apertè ſequitur, quòd non currit tempus inſinuationi teſtamentorum, uel donationum præſtitutum à ſtatuto uel lege,niſi à tempore ſciẽtiæ, ex ſententia Bal.in d.l.quamdiu,in fi. C.qui admi.& in d.l. quinquaginta.ff.de excuſ.tuto.ubi ita dicit ſe conſuluiſſe.& in l.item veniunt.§.cum antequam,in fin.ff.de peti. hære.vbi & idem dicit Bar.quoque conſuluiſſe, & fuiſſe poſteà in practica obſeruatum.idem Bal.in d.l.annus,& ibi quoque Angel.poſt princ. ff. de calum. & idem quoque Bald.in c.licet,paulò poſt princip.extra, de ſupplen. negli.Præla.&c. Roma.conſil.228.pro plena, colum.1. verſ.octauo.

4 *An tẽpus datum ad executionẽ teſtamentorum.*

Nec tempus datum Epiſcopo,uel alijs ad executionem teſtamentorum,ſiue à lege,ſiue à teſtatore. Bart. in d.l.quinquaginta,in fi.&c. in d.l.genero, & ibi quoque Bal.Ang.& Paul.Caſt.& idem Bart.in l.ult.§.1. C.com. de leg.& conſ.142.conſtitutione Camerinẽſis Epiſcopi, col.vlt.verſic.prætereà conſtitut. Bal.in id quod pauperibus,col.2.verſ.tertio quæro.C.de epi.& cle.& in rep.l.2. col.7.verſ. tertiò quæritur.ff.de leg.2.&.in l.captatorias, col.vl.C.de teſt.mil.& in l.vnica,in prin.col.2.C.de cad. tol.& in c. ſuper eo.col.1. verſi. ſed an requiratur. extrà, de app. vbi id tamẽ declarant.& idẽ Bald.in c.1.verſ.niſi iuſta,col.2. verſic.ſecundò not.tit.quo temp.mil.& cõſi. 480.teſtator inſtituit, in quarto dub. lib.1.& conſi.420. præmittendũ eſt quòd pater,lib.1.& Honof.Peruſ.conſ. ſeq. & idem dico & rurſus ipſe Bald.conſi.171.præmittenda ſunt,lib.3.vbi tamen diſtinguit,vt ubi uidere poteris. Lapus alleg. 86. Matt.col.2.Domi.& Phil.Fran.in c. quàm ſit.§.electus,de elec.lib.6.Imo.in d.c.quia diuerſitatẽ,de conceſ.præb.& in d.c.nos quidem,de teſt.Raph. Co.con.12.Io.ab armis,in fi.Pau.Caſtrenſ.in l.nulli,col. ult.C.de epiſ.& cler.Pan.in c. cùm eſſes,de teſta.Ro.latè d.conſil. 228.in. 1.dub.Pet.Ferra.titu. forma libel.quo agit.ad red.rati.tutel.in uerbo,ad executores,col.4.uerſicu.amplius pro latiore.Bened.Cap.conſil.25.cùm de pluribus, col. 1. uerſ. circa ſecundum, Alex.conſil.36.uiſo themate, col.3.uerſic.prætereà uidemus, lib.4.Iaſ.in l.fideicommiſſum, in fin.ff.de leg.1.

5 *De eadem re.*

Idque optimè ex eo probatur, quòd id tempus non currit niſi negligẽtib. ut patet et d.ca.nos quidem.in uerbo,neglexerit.& ibi Hoſt. extrà, de teſta.& Fede.Senen. conſil.129.teſtator. Bart. in Auth.hoc amplius. C.de fideic.Pan. conſi.59. uiſo teſtamento,in tertio dubio li.1. Quamuis ſint, qui è diametro teneant contrarium, ſcilicet id tempus currere ignorantibus, ſcilicet Spec.titu.de inſtr.edi.§.nunc uerò aliqua,uerſi.item quid ſi executor, & Cardi.Flor.in d.c. nos quidem, ubi id optimè declarat, &c. in dict.cap.quia diuerſitatem. & Barbat. in cap. ſi hæredes, colum.12.verſ.ſed quia in d.c.extrà, de teſta & conſil.8. ſcribitur præclarè, col.3. in ſecundo dubio, lib.1. De quo etiam per Stepha.Bertran.conſ.83.ſuper iſto,col.1.lib.2.& Card.Alex.in d.c.ſuper eo,col.3. nu. 17.de appellat.& latiſſimè per D. Igne.in l.3.§.ſi conditioni,quem legit cum l.qui poſthumus, nu.127.& multis ſeq.ff.de Senatuſconſul.Sylla.

6 *An tẽpus præſtitutũ denunciandis uel puniendis criminibus,ui de inf. 18.*

Nec tempus quoque pręſtitutum denunciandis aut puniendis maleficijs,currit ignorantibus. Bart. Bald.& Angel.qui ita dicit ſeruari in practica, in l. annus. ff. de cal.& idem Bart.in l.Diuus,col.vlt.ff.de cuſto. reo. & in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.Alber. in ſecunda parte ſtatutorum,q.32.itẽ quæro ſi conſuetudo, Bal. Ang.Paul.Caſt.& Ioan.à monte Sperello in d.l.genero. ff.de his qui not.infa.idem Ang.in §.ſi quis rapuerit, in Authen.de ſanct.Epiſco.latè Ro.in l. 1.§. occiſorum. ff. de Senatuſcon.Syllan.& d.conſil.228.colum.1. uerſicu. nonò probatur.& in repet.l. ſi uerò. §. de uiro, in 2.fall. verſic.decimononò.ff.ſolu.mat.Paul.Caſtren. qui id declarat conſil.17.poteſtas, colum.2. lib.1. de quo tamen vide Bart.in l.Labeo,in princip.& ibi Alex.in addit.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fuer.Bald.& Saly.in l.ult.C.de dol. & ibi omninò Alexan. qui diſtinguit poſt alios multos, quos ibi allegat.

7 *An tẽpus præſentandi.*

Nec tempus patrono pręſtitutum ad præſentandũ: Nec Prælato ad conferendum ſacerdotia: Nec eligentibus datum ad eligendum ad eadem, vt de primo eſt ſententia Io.Andr.in c.2.extra,de ſupplen. negli. Prælat.& in c.ult.& ibi quoque Panorm.qui id dicit ſing. extra,de iure patr. Feder. Senen.d.conſi.129. teſtator D.à Rota, qui pulchrè declarant deciſ.566.vtrum uacante, in antiquis,Bernard.Biſguet.in deciſ.Rot.ſub tit.de iure patro. cap.3.à quo tempore.Panorm.in cap. cùm propter, poſt princip.extra,eodem tit. Idque in tantum,ut requiratur uera & certa ſcientia, nec ſufficiat interpretatiua, ut id tempus currat patrono, ſecundum Paul.Eleaz. in dicto capit.2.extra, de conceſſ. præben. & Lapum allegat 78.

vacauit eccleſia, in 4. quæſtione.& nouiſſimè Rochum Curt.in tract.de iure patro.in verbo honorificum,q.27.

*An conferendi.*

De ſecundo, quod eſt ad conferendum, eſt tex. expreſſus in d.c.quia diuerſitatē,in fi.& ibi omnes Doct.de conceſ. præb.& in d.c.licet, & ibi gloſſ.in verbo,à notitia.extrà. de ſupplen.negli.Prela.& glo.in d.c.2.in verbo,infra ſex menſes. & ibi quoque Docto.extrà de conceſ. preb. Fed. Senē.d. cōſi.129.D.à Rota,d,deci.566.in antiq.Cardin. Flor.conſi.99. dico quòd acceptatio,veſic.tertiò. Panor. in d.c. cùm propter, poſt princip. de iure patro. Stepha. Bertr.conſi.284.Chriſto,nu,3.lib.1.

*An eligendi.*

De tertio,id eſt,tempore dato ad eligendum,voluit Inno.in c.ne pro defectu col.2.de elect.& Fed.Senen.d. conſi. 129.Albe.in l.2.C. de lib.cau.Bal.in Rub. extrà, de elect col.1.verſic.ſed nū quid iſtud tempus, per tex. in c.eis quibus,quod eſt vlti. eod.titu. Idque dicit generale, & perpetuum in omnib. quæ ſenſu geruntur,per l.1.§.biduum,C.quan.app.ſit,& l.præſes.C.de appel.

*An eorū, quæ ſenſu geruntur.*

8 *An adeundi hæreditatem. An immiſcendi. An deliberandi. An agnoſcendę bonorum poſ.*

Nec tempus adeundi hæreditatem ſiue etiam ſe im miſcendi hæreditati: Nec etiam tempus deliberandi ad adeundum: Nec tempus agnoſcendæ poſſeſſionis.Bal.cō ſil.12.quidam dominus Matthæus, col.vlti.verſic.ſequi tur aliud, libr. 1.quod iterum repetitur conſil. 386 libr. 5.& idem Bald.conſil.13 .ſuper eo quæritur, eod.lib. 1. & conſi.317.domina Vielecta, lib.2.vbi pro tempore de liberandi allegat l.cum antiquioribus.C.de iure delib.& pro tempore agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis. l.2.§. dies. ff. quis ord.in bono. poſ.ſer.& eſt etiam bonus tex. in l.2.in prin.ff.de iur. & fact.igno. vbi ita ſcribitur.nam ſi quis neſciat deceſſiſſe eum,cuius bonorum ei poſſeſſio defertur, non cedit ei tempus.& in l.3.§.vlti.ibi ex quo patrem ſuum deceſſiſſe ſcit.ff. de Carbo. edict.& in l.2. ibi,ex quo eum defunctum ſciſti.& ibi Deci.in vlti.not. C. qui admit. & voluit præterea idem Bald.in Rub. C. eod.titu.in 6.q. vbi dicit procedere, etiam ſi ceſſaret per triginta annos. & in l. licet, col. 3 uerſi. prætereà pone, iunctis ſeq C. de iure delibe. ubi loquitur de centum an nis.Pau.Caſt.qui illud ſequitur de triginta annis,& dicit ſing.& perpetuò meti tenedum, in d.l.quamdiu. C. qui admis. Corn.qui etiam loquitur de longiſſimo tempore & tamen ſubdubitat, conſi.321. de pluribus,col.4 uerſi cu.uidetur poſſe dici, libr. 2.& Franc. Balb.in tract. præ ſcript.in quarta parte,quartæ partis princi.q.20.ubi item loquitur de eodem tempore.

*Et quid ſi ceſſaret per triginta annos.*

9 *An tēpus appellādi.*

Nec tempus appellandi: Nec etiam appellationis proſequendæ: nam primum probatur in l.1.§.ulti.& ibi Ange.ff quā.appel.ſit.& l.ab eo,ibi primùm cognouiſtis & ibi Alberic.in princip C quomodo & quando iud.& l.ſi is quem,ibi, poſteaquam cognouiſti, & ibi Alber. et Bald.C.de appel.et ca.concertationi,ibi,poſt quàm ſciue rit, et ibi gl. et Doct.de appel. lib.6. et gl. in Authen.ho die, in uerbo,à ſententiæ,in prin.et ibi Cy.et Saly.etiam in princ.C.de appel.et gl.in c. ab eo,in gl.1.eo.tit.lib.6. et iterum in c.non ſolùm,in uerbo, decennium.eod.quo que tit.et lib.et gl.in c.anteriorum, in uerbo, à recitato et Arch.col.2.2.q.6. Pet. Iac.in tit. de act.de conſt.pecu. col.7.in paruis,verſic.item rectè dicitur à decem diebus. Guli.à Monte Laud. in extrauag. ſuſcepti, in verbo, extunc.titu.ne ſede vacan. D. à Rota, deci. 49. ſi fertur, in nouis, & deciſ.499. nota ſi feratur. in antiquis.Angel.in l.à ſententia.§.vltim.in fin.ff. de appel.& conſi.302.viſis, col.vlt. per d. Auth. hodie. Pet.Anch. conſ. 174. Domi nus Lazarus,in ſecundo dubio,Roma. d.conſi.228.col. 1.verſicu.ſexto,& conſi.343. ex propoſito,paulò ante fi. Cardi.Florē.conſil,54.in examinatione,in tertio dubio, vbi & id dicit procedere,etiam ſi quis eſſet in loco ipſo, et eſſet præſumptio ſcientiæ. Paul.Caſtr. conſi.41.num. 4.paulo ante fin.libr. 1.et d.conſi. 88.videtur dicendum in fin,libr.2.Guid.Pap.ſingu.358. verſic. decem dies, et Cardin.Alexan.in ca.perſonas, columna 1.extrà, de appel.Matthæ.Afflict. in conſti.Siciliæ, incip.appellationum tempora,col.3. in 4. notab. in princip. & eſt gloſſ. optima,in c.concertationi.uerbo, ſciuerit.quæ dicit non ſatis eſſe,ſcire actum factum,niſi ſciat ſe ex eo læſum.De cuius materia vide ultra Doct.ibi, Barb. in Cle.cauſam, col.26.uerſi.& adde pone,de lect.& Feli.in c.à nobis, in princip.de except.& in c.quod ad conſultationem. col.penul.verſi. duadecima concluſio, de re iud.

*Quid ſi ſit in loco, & eſt præſumptio ſcientiæ.*

*An tēpus proſequēde appellationis.*

Secūdū autē,quod eſt proſequendæ appellationis,voluit Archi. in d.c.anteriorum, colum.2.2.q 6.& Bald.in c.ex parte.columna tertia,verſic.ſed nunquid iſte annus. extrà, de appel.

10 *Quid in tēpore appellationis, ſi lata ſit ſententia præſente procuratore.*

Sed quod primùm diximus de tempore appellationis, intellige (ne erres) niſi ſententia lata ſit in præſentia procuratoris: tunc enim tempus currit ſtatim à tempore ſententiæ, non expectata alia domini notitia, ut probat text.in d.l.1.§.vlt.& ibi Bart ff.quan.app.ſit.& §. ſi aduerſus.2.q.6.Innoc.Anto & Imol.in c.1.extrà.,vt lit.non conteſt. Cyn.in d. Auth. hodie. C.de appel.D à Rot.deciſ.157.appellatus in nouis.Albe.in l. diuus,col. 2.verſi. & vbicunque.ff. de in integ. reſti. Phil. Fran.qui alios multos adducit in c. Nicolao, col.3.uerſi.ſed difficultas.extrà,de app. & Guid.Pap.deciſ.358. & Matth. Afflict. deci.Neapo. 344. fuit dubitatum. Et ita ſæpè à Senatu Pariſienſi diſſinitum tradit Ioan. Gallus in ſuis areſtis. q.112.& iterum 116.& eſt unum inter ea,quæ Aufre.dicitur collegiſſe,nu.69.Sed tu tamen de hoc vide Alexan.conſi.95.uiſis proceſſibus,colum.2.verſi.nec dicat aliquis,& multis ſequen. & rurſum colum. ſequēt. verſi.non omitto etiam,& multis quoque ſequent.lib.2. & Guid.Pap.deciſ.Delphi.436.cùm materia,in 79.quæ ſtione.

11 *An tēpus ſtatutū ad petendum tutorem.*

Nec tempus matri & cæteris pupilli conſanguineis præfixum,ad petendum tutorem ipſi pupillo.Nec tēpus petendi reſtitutionem in integrum. Primum enim tradit ipſe Bal.in d.c.ex parte. ubi ſuprà,quod ſatis glorioſè dicit ab alio nemine tactum fuiſſe: quod tamen & tactum,& eodem modo deciſum eſt à Bart.eius præceptore in ſua diſputat. incip. pupillus, quæ eſt omnium ſuarum poſtrema,in ſolu.illius,col.eiuſdem 1.per l.2.§. ſi mater uerſ.ſed ſi fortè abſens.ff.ad ſenatuſcon.Tertul. Bald.autem ipſum ſimpliciter in hoc refert & ſequitur Iaſ.conſ.153.ſtatuto ciuitatis,col.5.uer.quantò facit,lib. 3.quod repetitur conſi. 133. libr. 4.

*An tēpus petendi reſtit. in integr.*

Secundum autem, quod eſt tempus petendi reſtitutionem in integ.uoluit idem Bald.conſi.92. quædam ſententia, circa medium, lib.1.ubi loquitur de reſtutione aduerſus ſententiā ob inſtrumenta nouiter reperta. quod & ipſum uoluit Bal. loquens generaliter de omni reſtitutione in integrum,in l.falsā,circa med.C.ſi ex fal.inſtru.ubi not.id dicit procedere,etiam ſi centum anni effluxerunt. De quo nos latiùs poſteà dicemus in hac eadem gloſſ.nu.44.ſed communiter.

12 *An tēpus petendæ inueſtituræ.*

Nec tempus uaſallo datum ad petendam inueſtituram,quam uocant,c. 1.§.porrò,ibi, ex quo ſciuerit,ti. qual.olim feud. ali.pot. & voluit expreſſim gl.in 1.in uerbo,,ultra annum,& ibi Iacob.Bel.Bald.& cæteri, tit. quo temp.mil.Pet.Iacob. tit. de cauſis ex quib.dominus debet amit.propietatem, col.ult.uerſi.item tempus. Bal. in l.ult.C.ſi.pen.appel. mors inter.& in c. 1. & ibi quoq; Marti.Laud.Iacob.Aluar.& Cardin.Alex.tit.quæ ſit pri. cau.benef.amit.& idē Bald.Marti Laud. & Cardi.Alex. in cap.ult.tit.de prohib.feud.ali. per Lothar. ipſe Bald. conſi.429.quidam nobilis,lib.1.& conſi. 361. dicit tex. quod uaſallus, libro 3. ubi & id dicit generaliter procedere in omnibus obligationibus faciendi, incipientibus ab hærede.

*An cętera tēpora hæredib. præſtituta.*

Et illud quoque de tempore inueſtituræ uoluit Petr.Ancha.d.conſil.174. ubi ſuprà, & Ioan.Ray.in cap.1.§.præterea ſi quis, colum.14.in paruis,uerſicul.quæro à quo tempore, titul, de prohi.feud. ali.



ali.per Fede.Alex.conſil.79.circa primum, col.ulti.lib. 1.& conſ.40.viſo themate & omnibus, colum.2.verſic. contrarium tamen,lib.6. & conſil.92. perſpectis, paulò ante finē,eod.lib.6.Pet.Ferra.tit.libel.quo agit.ad reuo. feu.in uerbo,ne ſuperſtitibus,col.10. verſic. hoc, autem tempus. Iaſ.conſil.7. pro reuerendiſsimo, col.ult. lib.3. & conſil.64.in cauſa caducitatis, col.4.uerſicu.ſecundò requiritur,eodem libr.3. & Philip. Dec. conſ.530. viſo puncto, col.2.verſic.tertio quæritur,& Carol.Ruin. conſ.1.Ieſu Chriſti,col.2.nu.4.& ſeq.lib.1. & conſi.35. adeò,col.12.num.28.eodem lib.1.

13 *An tēpus datū agnatis ad reuocandam alienationē.*

Nec tempus anni datum agnatis ad reuocandam alienationem feudi à vaſallo factam,per tex.in c.Titius, ibi,vel per annum ex quo ſciuit,& ibi Alua.col.2.ſuper eo uerbo, ſciuit. tit. ſi de feud. fue. contro. inter do. & agna.& Phil. Dec. conſil.445.in caſu, col.vl.quod multùm facit ad hunc noſtrum retractū, qui ut multis placuit ortum habuit à d.c.Titius,& ſimilibus, ut diximus ſuprà in præfat.huius titul.num.13.ſed ut redeamus. Et hinc quoque deprompium annum noſtri retractus plerique exiſtimant: vt etiam diximus ſupra eod. tit.§.1.in gl.10.in uerbo, *dedans l'an*, nu.3.ſed vt ad noſtram.Sed hi admodum falluntur,vt docuimus in eadē gl.nu.8.ſed neſcio,& ſeq. Et ius illud reuocandi ex d. §. Titius, eſt multò fauorabilius, ut quod cōpetat ex propria & genuina natura feudorū,hic uerò retractus, ut ſæpius diximus in gl.præcedenti, & alibi ſæpè in hoc tractatu, competit iure quodā ſpeciali, & ut omnib.propè placuit, odioſo.

14 *An tēpus ſtatutū ad promotionem ordinis ſacerdotalis. An tēpus optādi præbendas.*

Nec aliud tempus anni ſtatutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei,qui beneficium curatum, ut uocant, obtinet. Nec tempus optandi præbendas. Nec tempus datum ab arbitris ad ſoluendum ſub pęna. Nec tempus petendæ conſecrationis electo ad Epiſcopatum. Nam primum illud uoluit Ioan.Andr. in c.commiſſa,& ibi quoque Domi.in §.annus,uerſi.quid ſi pater,de elec. lib.6. Secundum autem uoluit glo.ord.in cap.ultim.in uerbo,20.dies.& ibi quoque Archid. & Io. And. vterq; ad fi.atque etiam Do.in uerſ.ne autem, de conſue. lib.6. Tertium,quod eſt de tempore præſtituto ad ſoluendū, cùm ex facto contigiſſet,reſpondit Bart.conſil.220. domine Iacobe,per d.l.3.§. ſi quis hæredi. ff. de ſtatulib.& l.in diem.ff.de cond.& demonſt.& ſequitur Rom. d.con ſi.228.col.1.uerſ.7. Quartum,de tempore petendæ conſecrationis,Ioan.Cald.de elect.conſti.4.à quo tempore, vbi dicit regulare in talibus.

15 *Nec tēpus implendi cōditionē.*

Nec tempus implendi conditionem. Bal.in l.1.col. pen.in 9.q.C.de inſtit. & ſubſtit. per l.2. ff. de condi. & demon. Et quia etiam (inquit) non poteſt deficere conditio,antequam incipiat. l.hæc conditio ſi benignè, eo. tit. Et quia denique non debet huiuſmodi tempus currere impedito per ignorantiam facti, arg. l.ſi iam facta. §.1.& l.quibus diebus,in princ. eo quoque tit. quod tamen intelligit,ut ibi per eum uidebis. Et ſequitur Fran. Aret.conſi.93.conſideratis, col.3. verſ. ſecundò oſtenditur. Sed & idem uoluit ipſe Bal. in Authen. cui relictum,col.3.uerſ.quæro de quo anno.C.de indi. vidui.& Soc.in d.l.2.col.1.ff.de condi. & demon. Et uide etiam text.in l.3.§.ſi conditioni.ff.de S. C. Syl. Et ſimile quidpiam uoluiſſe uidetur Bart.in l.ita ſtipulatus.col.pen.in 6.q.in princ.ff.de uerb.oblig.non obſcurè ſentiens, hæredem qui probabiliter ignorat conditionem ſibi aſcriptam,non eſſe in mora, ſi implet, cum primum poteſt. Id quod dicit ſing.Franc.Aret.ubi ſup.

16 *Nec tēpus inuentarij. Nec tempus productionis. Nec tēpus officiorum.*

Nec tempus conficiendi inuentarij: Nec tempus præfinitum productioni inſtrumentorum: Nec quoduis tempus quibuslibet officijs præſtitutum ad expirationem officij: Nec tempus querelæ, quod aduerſus teſtamentum noſtris legibus conceſſum eſt. Primum enim probatur in l.ult.§.ſinautem.C.de iur.delib.& conſuluit Bal.conſ.383.quæritur an ſignum,col.ult. lib.1.& Barba.conſ.8.ſcribitur præclarè,colum.3.lib.1.

*Nec tēpu querelæ.*

Secundum quoq;, idem Bald.conſ.154. ponitur quòd quædam dona, col.vlt.lib.5.per d.l. quinquaginta. & d.l. annus. & d.l. genero,ſupra à nobis citatas.& prætereà l.cum ſex. ff.de ædil.edict.& c.paſtoralis.extra,de except.& ca. vt circa, de elect.lib.6. Tertium, quod eſt de tempore officijs ſtatuto,idem Bal. conſ.456. Seia origine paterna, col.ult. ver.quintus articulus.lib.1.per no.à Bart.in d. l.genero. ff.de his qui not.infam. Quartum,de tēpore querelæ rēſpondit Phil.Dec.d.conſ.530.uiſo pūcto,col.2.uerſ.tertiò quæritur.

17 *Alia ſimilia.*

Quibus adde & alia multa ſimilia,latè congeſta à Rom.d.conſ.228.pro plena,col.1.& 2.& Alex.conſ.34. viſo themate,ad fi.lib.1.Bart.d.conſ.8.præclarè,col.3.& 4.lib.1.& conſ.50.eiuſdem initij,col.3.uerſic. & ſi quiſpiam,lib.2.& Card.Alex.in c.1.§.vlt.tit. de prohib.feu. alie.per Lothar.& Franc.Curt.iuniorem,conſ.8. uiſa ac diligenter conſiderata,per totum illud conſ.& Paul.Pariſ.conſ.45.fuit monitorium,col.4.num.27.& ſeq.lib.4. Sed ita ut non omittas gl.in c.vlt.in uerbo,menſium.extra ne cleri.uel mona.& in c. puella. 20.q.2.

18 *De eadem re. An tēpus currat ignorantib.*

At contra ſupra dicta, quòd ſcilicet tempus ipſo iure currat ignoranti,uidetur eſſe text.in l.ult. & ibi Bald. circa medium,& Ang.C.de præſcr.long.temp.& in l.ſicut.& ibi quoque Bald.col.1.& rurſum in l. omnes.C.de præſcr.30.vel 40.an.& in l.vlt.C de dol. ubi Bald.ex eo dicit contra illam Bart.ſententiam, ſcilicet currere tempus denunciandis maleficijs, etiam occultis. quod & idem tenet ipſe Bald.in d. l. genero. De quo & tu vide Paul.Caſt.conſ.17.poteſtas,col.2.verſ.ſi uerò dictas exceptiones,lib.1.Alex. aut alium (quod magis credo) in addit.Bart.in d.l.Labeo.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fuer.& Franc.Aret.in d.l.licet. C.de iure delib. & Barb.in addi. Bal.in l.captatorias,in fi.C.de teſt.mili. & latiſſimè omnium Soc.d.conſ.108.col.1.& 4.ſequen.lib.4.

19 *De eadem re.*

Et generaliter tempus ipſo iure currere ignorantibus,tenuit etiam Cy.poſt Petr.à Bellaper.in l.2.in 12.q. C.de iure emphy.Bart in l.1.§.ſi quis autem. ff. de itine. actuque priua.Bal.in c.bonæ,col.3.uerſ.not.contra ignorantes.extra,de poſtu.Præla.& conſ.329. præmiſſis uerbis,per totum illud conſil.maximè uerò, in fin.libro 5. Raph.in l.cùm filiusfa.§.in hac ſtipulatione. ff. de verb. oblig.& cōſ.123.S.& P.ciues,in ſi.Paul.Caſt.conſ.257. in cauſa quæ uertitur Parmæ,colu.3.uerſi.4.uidetur,lib. 2.Panor.in c.vigilanti,col.1.extrà,de præſcrip. & conſil. 32.caſus contingentia, libr. 1. Corſet. & Aufrer. dec. Tholoſa.76.item fuit quæſitum, poteſt præſcribi. Mart. Laud. & Cardin. Alexand.in c. 1.§.porrò, colum.1.titu. quali.olim feud.ali pot.

20 *De eadem re.*

Sed tu de hoc,an uidelicet,& quando aliàs tempus currat ignorantibus, necne, uide omninò, præter prædictos, Bal.Sal.& ampliſſimè Alex. & Iaſ.in l.quandiu.C. qui admi.ad bon.poſſeſſi.eundem Bal.in l.1.in 24.oppo. C.eo.tit.& in d.l.genero.ff.de. his qui. no.infa. & in l. ſi partem.§.1.ff.quemadmo.ſer. amit.& conſ.329.præmiſſis verbis,lib.5.Pet.Ancha.in c.ſtatutum, col.2.de præb. lib.6.Alex.conſil.163.viſo proceſſu, colu.1.lib.1. Cor. cōſ.100.conſuluit dominus,col.j.li.1.Soc.ſi is eſt (quod multi addubitant) in tract. fal.reg.305. præſcriptio contra ignorantem.& Fran.Bal. in tract. præſcrip. in 4.parte 4.partis princi.q.28.& ſeq.vbi etiam tractat latè,an ignorans reſtituatur. & latiſſimè Ioan. Igneum Præſidem ornatiſſimum,in l.3.§. ſi conditioni, quem legit cum l. qui poſthumos.ff.de Senatuſcon.Sylla.

21 *Ignoranti currit tempus, cuius lapſus priuat ipſo iure.*

At nonnulla, in hac materia tibi ſpeciatim annotanda, noluimus ſilentio præterire. Primum illud erit: Quòd cū quis ipſo iure priuatur iure quopiā ob lapſum temporis, nunquam ei currit præſcriptio ignoranti: ſed tum demum, cùm ſciuerit, glo. eſt no.in cap. quàm ſit. §.electus.in uerbo,diſtulerit,& ibi Archid.Io.And.Domi.& Phil,Fran.de elect,li.6.Et id admodū rationabile

eſt: propter maius periculū, ſcilicet priuationis ipſo iure, ſi tempus ipſo quoque iure curreret. Nam & aliàs vbi inducitur priuatio ipſo iure, diſpoſitio reſtringenda eſt, ut videre licet apud Ioan. And. in c. odia, col. 2. uerſi. in contrarium, & iterum col. 3. & ibi quoque Alber. ff. de reg. iur. lib. 6. & Bal. in l. de quibus. col. 12. verſ. reſtat videre. ff. de pœn. cum alijs concord. à nobis collectis in rep. l. ſi unquam. in uerbo, reuertatur, nu. 303. ſextum cōſtitutio. & ex eo, quod in alio caſu tradit Io. Andr. in ca. perpetuæ. & ibi Pet. Anch. Domi. & Philip. Franc. de elect. lib. 6. cum alijs concord. à nobis quoque congeſtis in illa ead. gl. nu. 334. decimumſeptimum.

22 *Tēpus vnius anni, aut breuius, nūquā currit ignoranti.* Secvndvm, quòd tempus unius anni, aut aliud breuius nunquam currit ignoranti, vt voluit Bal. in cap. porrò. in uerbo, ex quo ſciuerit, per illum text. tit. quali. olim feud. ali. pot. & in d. c. vlt. & ibi etiam Marti. Laud. & Card. Alex. tit. de prohib. feud. ali. per Lotha. & Iaſ. d. conſ. 64. in cauſa caducitatis, colum. 4. uerſ. ſecundò requiritur, lib. 3. Pro quo optimè facit, quod uoluit glo. in §. vlt. Inſti. de perpet. & tempo. actio. & ſequitur Bart. in Rubr. ff. de diuer. & temp. præſcript. Roma. in d. l. 1. §. occiſorum. ff. de Senatuſcon. Sylla. Ioan. à monte Sperel. in d. l. genero. Soc. qui id dicit ſing. d. conſi. 108. ſuppoſito ſtatuto, colum. 1. lib. 4. Et videtur quoque de hoc eſſe text. optimus in d. cap. Titius, tit. ſi de feud. fuer. controu. ibi, per annum ex quo ſciuit, de quo diximus ſuprà numero 13. nec tempus anni. & in alio loco, loquente etiam de tempore anni, in capit. 2. in uerbo, notitiam, & ibi Bal. extra, de eo qui mit. in poſſeſ. & in cap. nullus. & ibi glo. ult. 55. diſt. Et nuncupatim in caſu noſtræ conſuetudinis tenuit Paul. Caſt. conſ. 351. præfata reformatio. lib. 2. & D. Boer. in conſuetud. Biturig. hoc eod. tit. §. 1. colum. 4. & deciſ. 112. an tempus, col. 1. Et facit quod tradit Ioan. Andr. in c. de ſeruorum, col. 2. in fin. extra, de fer. non ordi. & in cap. commiſſa, de electio. libro 6. de quo etiam diximus ſupra numero 14. nec aliud. & quod ſcribit Bal. in cap. 1. §. ultim. colum. 2. uerſ. quæro, tit. de temp. milit.

23 *Statutum poteſt diſponere, ut tēpus currat ignoranti.* Tertivm, quòd ſtaiutum poteſt diſponere, ut uſucapio etiam ignorantes comprehendat, id eſt, ut tempus currat ignorantibus: uti hæc noſtra conſuetudo facit, per text. in l. quicunque. C. qui admit. quæ loquitur de tempore agnoſcendæ poſſeſſionis, & illum text. ad hoc dicit ſing. & monet notandum Iaſon. Et id generaliter videtur uoluiſſe Bal. in l. 1. in princ. col. 2. uerſ. item dicta conſtitutio, iunctis præcedentibus. C. de cadu. toll. Et hoc haud dubiè uerum eſt in caſu noſtræ conſuetudinis: nam cum ea introduxerit retractum, qui aliàs non habebat locum, potuit illi limites & ueluti compedes imponere, ut ſic, uel ſic competeret, uel non competeret, ſiue ſcienti, ſiue ignoranti, arg. l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iuran. & l. in commodato. §. ſicut. ff. com. cum ſim.

24 [Et ita expreſſim in hac noſtra ſpecie voluit Aegidi. Bellamer. in cap. conſtitutus, col. 12. uerſ. ſecundò dico, de reſtit. in integ.] Quamuis ſciam Compoſtel. fuiſſe in ſententia contraria, in c. eam te, de reſcript. ut ſcilicet non poſſit fieri expreſsè per ſtatutum vel conſuetudinem, nec aliter per inferiorem à Papa vel Principe, ut tempus currat ignoranti. & eum ſequuntur Ang. & Io. à Monte Sperello in d. l. genero, & Carol. Ruin. conſilio 54. conſiderato, col. vlt. lib. 5. [Et uoluit etiam Roman. in l. is poteſt, col. 2. num. 5. ff. de acq. hæred. ubi dicit, & hoc tenet Bal. in d. l. 1. C. de cad. toll. per text. in l. nulli. C. de epiſc. & cler.]

25 *De eodem.* Sed priorem ſententiam adiuuat, quòd pleriſque placuit videre ſtatutum, ne liceat allegare ignorantiam, Bar. in l. diuus, in fi. princ. ff. ad leg. Corn. de fal. Bald. in l. 1. colum. 2. uerſ. ſed an ualeat ſtatutum. ff. de legib. Imol. in l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de ope. no. nunciat. Pa. not. in cap. ad falſariorum, in 1. not. per illum text. extrà, de fal. Caro. Rui. conſil. 86. viſa accuſatione, col. 4. nume. 8. lib. 4. & Corſe. qui id dicit ſing. in ſuis ſingu. in verbo, ignorantia. Et tacitè ſenſit Sal. in l. Senatus. C. de his qui ſibi adſcrib. & in l. ita nobis. C. de adulter. dum tradit, tale ſtatutum eſſe intelligendum de ignorantia craſſa & iniuſta. De quo etiam per Roman. in d. l. 1. §. occiſorum. ff. de Senatuſconſult. Sylla. & in l. is poteſt. & ibi Franciſ. Areti. col. 7. uerſic. & occaſione. ff. de acquirend. hæred. & eundem Rom. in d. l. 1. §. nunciationem, & ibi etiam Alexan. in fin. ff. de oper. noui nunci. & Ioan. Ana. in d. cap. ad falſariorum. & Felin. in c. cognoſcentes, col. pen. uerſic. fallit quartò. extrà, de conſti. Nam & valet pactum, quod allegationi ignorantiæ renunciatur. l. qui iure. ff. de teſta. milit. vbi Bald. dicit nullam l. eſſe quæ id melius probet, & dicit eſſe menti tenēdū. Si igitur pactū ignorantiam tollere poteſt, poteſt & ſtatutum.

Qvartvm illud eſt, quòd cùm ſtatuitur aliquod tempus in merum cuiuſpiam fauorem, nō etiam in odiū negligentis: tunc id tempus indubitatè ſtatim currit etiam ignoranti: vt probatur ex text. in capit. ſtatutum, & ibi glo. in uerbo, numerandum, in princip. & ibi Domini. qui ſimpliciter tranſit cum ea, & expreſſius Philip. Franc. colum. 1. de præbend. lib. 6. & Panormi. qui eam glo. dicit ſing. in c. cùm eſſes, col. vlt. extrà, de teſta. Quod multum facit ad caſum noſtrę conſuetudinis. Nā id tempus prorſus datum eſt in fauorem ipſius conſanguinei, ut ſcilicet poſſit intra annum retrahere, quod nullo pacto ei de Iure communi competebat. Nec id tempus appoſitum eſt in odiū negligentiæ ipſius: ideò & illi ignoranti haud iniuſtè currit id tempus. Super hoc tamen vide Petr. Anchara. qui ueluti in contrarium pungit in dicto cap. ſtatutum. columna 2. uerſic. opponitur, dicitur hic. 26 *Ignoranti currit tempus ſtatutū in merū fauorē ipſius.*

Qvintvm, quòd ignorantia nihil prodeſt, nec excuſatur ad conſequendum lucrum, ſed tantùm ad dānum uitandum. l. ſi quis in graui §. utrum, & ibi Bart. ff. de S. C. Sylla. Bart. in d. l. genero. ff. de his qui notan. infamia. Bal. in l. ultima. C. de dolo. Petr. Anchar. in d. cap. ſtatutum, ubi ſupra. Stephan. Feder. in tractatu de legum interpretatione, parte 2. charta 4. uerſ. ſtatuto cauetur ꝙ ſyndicus. Alexan. in l. ſi ſeruum, in princip. colum. 1. ff. de verborum obligat. ubi & in id citat alios text. & glo. & conſil. 7. attentis & ponderatis, columna ultim. paulò ante fin. libro 7. & Philippus Deci. qui & in id quoque alios text. & gloſſ. affert, in l. qui in alterius, columna ſecunda, verſiculo, ſecundò iſta regula, & ſequenti. ff. de reg. iur. Et bene etiam facit text. ultra eos in l. qui autē. §. ſi quid cum pupillo, uerſiculo, ſimilique modo. ff. quæ in fraud. credi. cum dicitur, nec videtur iniuria affici is qui ignorauit, cùm ei lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. Et id quoque facit ad noſtrum retractum, in quo conſanguineus tractat de lucro captando, non de damno vitando, ut latè diximus ſupra eodem titu. §. 1. glo. 10. in uerbo, *dedans l'an*, num. 125. certum eſt, & ſequen. 27 *Ignorātia nunquam prodeſt ad conſequendū lucrū.*

Sextvm, quòd in caſibus, in quib. non currit tempus ignoranti: aut ſi currat, ei competit reſtitutio, intelligendum eſt, ſi modò ignorantia non procedat ex facto, uel dolo illius, qui prætendit ignorantiam, per text. in l. 1. §. 1. uerſ. ſed ſi id. ff. de actio. empt. vbi dicitur. Sed ſi id egit emptor, ne cognoſeret aliquam ſeruitutem deberi, &c. Nam & aliàs ignorantia affectata, pro ſcientia habetur l. qui contra, ibi errore non affectato. C. de inceſt. nupt. vbi Bald. not. eum haberi pro ſciente, qui ſcire non vult. & etiam tex. in cap. cùm inhibitio. §. ſi quis verò, ibi, affectatores ignorantiæ. extrà, de clande. deſpon. & c. 2. ibi, affectata ignorantia, & ibi gloſſ. quæ declarat, quæ dicatur ea ignorantia, de tempo. ordi. lib. 6. & gl. in c. ad falſariorum, in princ. extra de crim. falſi. & gl. in c. ult. §. ut autem, in uerbo, ſcienter. de offic. deleg. lib. 6. & 28 *Ignorātia adſcita, ſiue affectata, nūquā prodeſt.*





in Clem. 1. in uerbo, ſcienter. in princip. de conſang. & affin. & Bald. in l. quicunque, col. pen. uerſ. item facit. C. de ſeru. fugit. & Lucas Pen. in l. generali, colum. 2. C. de tabul. libro 10. Mart. Laud. in cap. 1. §. uaſallus, poſt medium, & ibi quoque Card. Alex. colum. 2. titul. ſi de feu. fuer. controu. Et Ariſtoteles lib. Ethicorum 3. ca. 1. Οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. Quorum hæc ſententia eſt, Ignorantiam, quā volens aliquis accerſit, non excuſare, ſed eſſe nequitiam. Ideò paulò poſt ſubiungit, iudicem punire debere ignorantiam, cuius quis ſibi cauſa fuit.

29 *Nec impedimentum affectatū.* Nam & uidemus impedimentum adſcitum & affectatum, ſiue cui impeditus ipſe cauſam præſtitit, non iuuare. l. 2. §. vlt. ff. ſi quis cautio. & l. 3. §. ſubuenitur. ff. de Senatuſconſul. Sylla. [vbi ſeruis in aliquo loco clauſis ſubuenitur, ſi domino auxilium non præſtiterint, modò id data opera non accidiſſet, & ibi Rom. qui ad multa id trahit, ut apud eum videre poteris. & l. ſi ſeruus pluriū. §. ſi quis ante. & quod ibi tradit Baldus poſt Iacob. Aret. & Cyn. ff. de legat. 1.] & uoluerunt Spec. & Ioan. Andr. loquentes de citato, qui ſe procurauit detineri in uinculis, tit. de cita. §. 1. uerſ. item quòd curatus detentus. *Nec metꝰ.* Nec metum, quem ipſe ſibi quis infert. l. ſi mulier. ff. quod metus cauſ. *Nec abſentia.* Nec abſentiam quoque etiam Reipub. cauſa affectatam. l. & qui data. ff. ex quibus cauſ. maior. & quod tradit Bald. in cap. 2. in fin. tit. de feu. ſine culp. non amit. & Zaſius in §. rurſus, colum. 7. uerſ. ſecundò fallit. Inſtit. de actio. & Bald. loquens de eo qui ſe procurauit vocari ad unum quodpiam tribunal, ut ſe in alio excuſaret, in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante, in princip. per illum text. ff. de legat. 1. quod & ante eum uoluit Specula. quem non allegat. tit. de citati. §. 1. uerſi. item quod uocatus. *Nec alia quæuis affectata.* Nec alia quæuis affectata, ut longè lateq; probat Felyn. in capit. ultim. extra, de teſtib. *Nec titulus procuratus.* Cui adde, quantum ad id, quod dicit de titulo procurato, Ioan. Andre. in addit. Specul. tit. de cau. poſſ. & propr. §. nunc dicendum, uerſic. ſed nunquid, Bal. in l. quoties, colum. 2. verſic. iuxta iſtam partem. C. de rei vendic. & in l. cogi, col. 2. verſic. iuxta hoc quæro. C. de peti. hæred. & in l. 1. columna penult. verſic. ſed hìc dubitatur. C. ſi plures vna ſenten. [Et hìc videre poteris Sylueſtrum Aldobrandinum in §. item tria, in 7. not. Inſtitu. de excuſat. tutor. vbi multa ex hoc loco ſumpſiſſe videtur. Sed non prætermiſerim quod à Plutarcho ſcriptum eſt in Numa Pompilio: Quòd ſi Veſtales caſu in quemquam inciderint, cum ad lethum ducitur, necare eum non licuiſſe, verùm deierare virginem oportebat, ſe non ultrò, nec dedita opera & de induſtria, ſed fortè obuiam factam.]

Septimvm, è diuerſo, in caſibus, in quibus currit tempus ignoranti, uel ipſe ignorans non reſtituitur, intelligitur, niſi ignorantia procedat ex dolo, arte, vel facto aduerſarij, ſcilicet eius ad cuius cōmodum ignorans repellitur, ut qui huius ignorantiæ tenebras atque caliginem oculis animoque ipſius ignorantis offuderit, ideſt, ita negocium texit, ita callidè ſtruxit, eo artificio compoſuit, ut omninò non poſſet, aut certè vix poſſet venire in notitiam illius: tunc enim illi ſubuenitur, vt in ſimili uoluit Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. titul. 1. §. 13. glo. 12. nu. 6. per text. in l. cum proponas. C. de nauti. fœno. & l. qui officij. §. ultimo. ff. de contrahen. emptio. Ad quod etiam vide quæ in ſimili quoque diximus ſuprà eod. tit. §. 1. glo. 10. in uerbo, *dedans l'an*, num. 56. ſed & hoc quoque. Sed illis omnibus adde optimum tex. in l. 1. §. ſi Reus. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. ult. §. ſed & ſi ſtipulator, eod. tit. & quod voluit Spec. per eos text. & alios, in tit. de citati. §. 1. uerſicul. item excipitur quòd Actor.

30 *Ignoranti per factū uel dolum aduerſarij, nunquam currit tempus.*

31 *Conſanguineo ignorāti per factū emptoris, nō currit tēpus.* Adde item alium textum optimum in l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de tranſact. ubi qui per fallaciam alterius ignorans ueritatem tranſigit, non tam paciſcitur quàm decipitur. Nam & hìc ſimili modo poſſumus dicere hunc ignorantem non tam ignorare, non tam negligere, non tam ceſſare, quàm decipi facto aduerſarij. Sed & vide quod in hanc propemodum ſententiam ſcribit Bal. in l. quæſitum. verſ. ſed aduerte. ff. quand. actio. de pecu. eſt annal. Ex quibus & illud poſſet dici in caſu noſtræ conſuetudinis, ſi emptor hanc ignorantiam conſanguineo ueluti obtruſerit, admitti ipſum conſanguineum aut ſimpliciter, aut certè per reſtitutionem in integrum.

32 *Nec cum contractus eſt ſimulatus.* Idemqve, ſi contractus uenditionis fuerit ſimulatus aut fraudulentus, ita ſcilicet depictus, ut licet ita ut ſcriptus eſt, uenerit ad notitiam conſanguinei, non tamē ita ut uerè geſtus eſt: nam tunc conſanguinei, etiam poſt tempus retractui præſtitutū, admitrentur ad retractum, vt nuncupatim multiſque ac magnis rationibus voluit Arnol. Ferro. vir certè multis nominibus commendabilis, in conſuet. Burdig. hoc tit. *de retraict.* §. 15. col. 2. verſ. ſed ſi in ſpecie. Nam ut id illi quoque addas hæc conſanguinei ignorantia, fraude ac dolo emptoris illi veluti obtruſa eſt. Et benè faciunt, quæ dicam infra in §. ſequen. gloſſ. 2. numero 30. porrò ſi teneas, & quinque ſequen.

33 *Quid ſi ignorātia, facto aut dolo tertij, conſanguineo illata eſt.* Sed hic in dubiū uocatur, quid ſi huiuſmodi ignorantia non ex dolo, ſimulatione, fraude, aut calliditate emptoris, ſed cuiuſpiam alterius proceſſit ad conſanguineum, & interim tempus retractus lapſum eſt: an tunc erit illi ſuccurrendum. Et certè quoſdam text. habemus tractantes quid agendum eſt, cùm dolus non contrahentium, ſed alterius inciderit in contractum, aut alium actum, quos tibi congeſſimus ſupra eod. tit. §. 24. glo. 1. num. 8. modò inter quos unum comperies, in l. ultim. in princip. in uerſi. planè. ff. de eo per quem fact. erit. quem Bald. in ſua Margarita, in uerbo, præſcriptio. uerſ. præſcriptio ſi dolo, dicit ſingul. ad hoc, quòd ſi præſcriptio dolo tertij ſit completa, & is tertius ſoluendo non ſit, reſtituitur actio, quæ præſcripta eſt aduerſus ipſum præſcribentem, etiam ſi ipſe non fuerit in dolo: quod tu diligenter nota.

34 *Ignorātia tum demū impedit curſum tēporis, ſi ſit iuſta, veriſimilis, & probabilis.* Octavvm, quòd in caſibus, in quibus ignorantia prodeſt, ut ei non currat tempus aut reſtituatur, intelligendum eſt, ſi modò non ſolum non affectata fuerit, de quo iam diximus, ſed etiam ſit uerſimilis, iuſta, probabilis, non craſſa, non ſupina, ut expreſsè voluit Bald. in cap. licet. colu. 1. extrà de ſupplen. negl. Præla. & Imol. in cap. vlt. charta antepenult. verſiculo, ſed hic eſt aduertendū, extrà de præſcript. & Ro. d. conſi. 127. ad fin. vbi ex hoc dicit, non eſſe reſtituendum quempiam ob ignorantiam eius rei, cuius fama erat publica & conſil. 340. circa primum, in fin. ubi dicit huiuſmodi ignorantiam habere vim ſcientiæ, per quædā iura ibi allegat. & Franc. Aret. in d. l. licet. C. de iure deliber. & conſil. 15. reuerendiſſime pater, in fin. vbi de eo loquitur, qui habeat inſtrumentum rei, quam ſe dicit ignoraſſe, & Fel. in d. cap. uigilanti, col. 2. de pręſcript. Phil. Dec. in l. 2. col. 2. C. qui admit. & dicto conſilio 267. in fin. & iterum conſilio 272. viſo proceſſu, etiam in fine, & conſilio 436. viſa inſtructione, columna ſecunda, numero 9. & conſilio 564. in cauſa magnificorum, in fin. & Lud. Gozad. conſi. 8. in hac cauſa col. ult. & conſi. 68. videtur, col. 4. num. 14. Et bene facit, quod ſcribit Alex. conſil. 163. viſo proceſſu, lib. 2. & d. conſ. 116. col. 1. lib. 5. dum omnino ſe fundat in probabili ignorantia, & bonus tex. in cap. 1. §. ultim. ad fin. ibi, iuſta ignorantia, tit. ſi de inue. inter dom. & uaſallis, ori.

35 *Ignorātia craſſa, & ſupina, pro ſcientia habetur.* Et illud quidem generale eſt & perpetuum, ut huiuſcemodi ignorātia craſſa & ſupina, pro ſcientia habeatur, etiam in pœnalibus & ſtatutis, ex ſententia glo. no. in Cle. 1. in uerbo, ſcienter, de cōſang. & affin. & alterius

*betur, et in pęnalibus & statutis,*

glo.in cap.1.§.ſimiliter,in verbo, ſciens, tit.quib. mod. feu.amit.Bald.in ipſo cap.1.col.vlt. uerſ. quæro quid de eo,& ibi etiam Card.Alex.in §.item ſi fidelis,col.etiam vlt.uerſic.quæro ſi uaſallus.& idem Card.in cap.uaſallus,col.2.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter dom.& agna. Et optimè facit text.in l.& ſi conſenſum. §. ignorantia, qui eſt 1.ff.de contrah.empt. & in l.nec ſupina. ff. de iuris & facti ignor.glo.in c.1.in uerbo,ultra annum,& ibi Bald. in uerſ.niſi iuſta,col.2.& ibi quoque Mart.Laud. Iaco. Aluar.& alij tit.quo temp.mil.& glo.in cap. innotuit,in verbo,ignorantiam,extra de elect. Et vide text.qui huiuſmodi ignorantiam diſſolutam eleganter appellat, in l.cum ſex.ff.de ædil.edict.

36 *Ignorans, cui tēpus currit, an reſtituaī.*

Nonvm & poſtremum,quòd in caſibus,in quibus tempus currit ignoranti,is tamen reſtituitur ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur.gl. in l.ſi parte.§.ſi per fundum.ff.quemadmo.ſeru.amit. & in l.ſi ſic, in uerbo,una ſeruitus eſt.& ibi Paul.Caſtr.qui dicit perpetuò menti tenendum.ff.eo.tit. & in l.2. in gl. ult.& ibi Cyn.Bart Bald.Saly.& alij.C.de iure emphyt.ubi Iaſon chart.17.verſ.pro confirmatione accedat, dicit id ita ſeruari.& gloſſ.in l.cum filiusfam.§. in hac ſtipulatione, & ibi Dyn.Bart.Bal.qui eam dicit ſingul.Imol.Paul.Caſtr. Alex.Socin. latiſſimè,& propè omnes. ff.de uerb.oblig. & in l.1.ad finem.C.de patri.poteſt.Specul.titul.de præſcript.§.1. uerſ. pone vaſallus. & rurſus tit. de locat.§. nuncaliqua,uerſ.18.Dynus in capit.cum quis in ius, de regul.iur.lib.6.Bart.Angel.Alex. & alij in d.l.1.§.ſi quis autem,per illum text.cum glo.ff.de itinere actuque priuat.Bar. in l.ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. dum allegat not. in d. l.cum filiusfamiliàs. idem Bartolus in l. Aemilius,col.2. & ibi etiam Bal.ff.de minorib.& in l.ad diem.ff.de uerborum oblig. Bal.in l.ultima,in fine.C.ſi pend.appellat. mors inter. & in l.ultima.C.ſi aduer.vendi.pig. Angel.in l.Labeo, quæ eſt ult.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fuer.& in l ſi inſulam,in 6.fallen.regulæ negatiuæ. & ibi Imol. in 8. fallen. ff. de verborum oblig. idem Angel. in l. ſed & ſi in conditione.§.ſeruus alienus.ff.de hæred. inſtit.& in l. Pantonius. & ibi quoque Imol.Rom.& Paul.Caſt.ff.de acquir. hæredi.Paul.Eleaz.Zenzel.& Card.Flor.in Clem.1. de in integ.reſtit.Petr.Anchar.& Imol.in cap.potuit, extra de locat.idem Petr.Anchar. conſi.174. dominus Lazarus, in 2.dubio,& iterum conſi.393.viſo diligenter.ante fin. Anton.conſ.25.ad primum. col. penult. & conſ.45. domina Orabilis,colum.ult.& conſi.72.uiſis ante fi. Imol. in cap.penul.de donat. Rapha. Fulgoſ. conſ.64. Franciſcus,ad fi.& d.conſ.123.in fi.& conſ.214.Titius,colum. vlt.& conſ.233.dominus,colum.penul. verſ. nouiſſimè. Panormit.in cap.1.colum. vlt. de præſcript. ubi id dicit ſing.& in cap.cum non liceat,col.5.uerſ.circa iſtam partem,eodem tit.& in cap.ſi de terra.in fi.de priuil.& conſil.34.quidam,libro 1.Rom.in l.qui uniuerſas. §. ultim. ff.de acquir.hæred.& in repet.l.ſi uerò.§.de uiro, in 51. fal ff.ſol.matr.& conſi.127.poſito,ad fin.& conſ.477. in caſu,ante fin.Paul.Caſtren.conſil.279.ſuper primo,col. 2.in ſecundo dubio, libro 1.& conſ.298. quòd dictus, colum.2.eodem lib.1.& conſ.311.circa, in fi. eod. libro 1.Angel. Aret.in §.rurſus,in fin.Inſtit.de actio. ubi & id dicit ſingul.& in §.ſi quis agens,colum.antepen. verſic. poteſt etiam,eodem tit. Alex.latè conſ.71.videretur,lib. 1.& conſ.4.ſimilis initij, col. antepen. uerſ. unde licet, lib.2.& conſ.14,uiſo,colum.3,uerſ.& dato, eodem lib. 2.& conſ.89. uiſo puncto, col.ult. uerſ. præterea aduerſus,lib.3.& conſ.63.ſtantibus,col.3. uerſ. & licet, lib.4. & conſ.3.ex his,circa fin.lib.5. quod repetitur conſ.11. lib.6.& idem Alex.conſ.45.in cauſa,colum.2,uerſ. modò ad propoſitum, eodem lib. 5. & conſ.51. videretur, col.pen.uerſ.poſſet etiam,eodem lib.5. & conſil.83. reuocatur,eodem lib.5.& conſ.40.uiſo,col.2. li.6. & conſi.76.in cauſa,colum.ult.uerſ.tertiò principaliter, lib.7. Franc.Aret.qui & id dicit ſing.in l.licet. C. de iure deliber.Bald.à Bart.in tractatu dotium,in 2.parte 11. partis princip.char.17.ante 16.differentiam. Cæpol. in tracta. ſeruitutum urb.præd.tit.24. colum.3. Calcan. conſ.26. prima,col.vlt.& conſ.74.quòd dictis.colum.12. verſ.ad fortificationem.Barba.conſ.8.ſcribitur,col.3.uerſ.venio nunc ad ſecundum,lib.1.& conſ.ſeq. ſupremi, col.3. eo. lib.1.& conſ.46.ſcripſit.col.7.verſ.præterea facit, lib.2. & conſ.50.præclarè,colum.3.eodem lib.2.Corne. conſ. 22.in hac,colum.penult.uerſ.reſpondetur,lib.1.& conſ. 100.conſuluit,eod.lib.1. & conſ.164. me ſubſcripſi, in princ.lib.2.& conſ. ſequent. circa col.6. verſ. & propter hoc.& conſ.219.ex duplici,col.6.verſ. circa quam, eod. libro 2.& conſ.168.in hac,colum.penult.uerſ. cum ergo,lib.3.& conſ.184.ſuper hac,colum.ult.verſ. ſi autem ignorauit,eodem lib.3.& conſ.195.circa,colum.vltim. verſ.denunciandum eſt.eod.libro 3.Guid.Pap. conſ.88. attendant,colum.ult. Philip. Dec. conſ.137. conſilium, in 3.eodemque ult.dub.& conſ.267.non excidit, col.vl. Franc.Balb.in tract.præſcri.in 29.q.4.partis,4. item partis princ.Hip.Marſ.in l.qui ignorans,col.3.ff.de falſis,& conſ.99.largiri,col.4.uerſ.quinimò.

37 *Quid autē in præſcriptione longiſſimi temporis.*

Et id quoque ex multorum ſententia procedit non ſolum in præſcriptione longi temporis.ſed & (quod maximè te ſcire uolui) longiſſimi,30.vel 40.anno.Quod & nonnulli eorum,quos ſupra citauimus,adſtruunt.& præterea gl.in l.ſicut,in verbo,militia,& ibi Rayn. Forli.C. de præſcript.30.uel 40.anno.Ang.in d.l.annus. ff.de calum.& conſ.196.ex themate, ad fin.Imol. in repet.cap. vlt.charta antepen.uerſ. ſed hìc eſt aduertendum, extra de præſcript.Panor.in cap.uigilanti,col.vlt.& ibi Felyn. col. 1. eodem tit. ubi loquuntur in caſu illius cap. quod loquitur de præſcriptione 30.uel 40.anno.Roma.conſi. 123.primum dubium, col.pen. verſ. ultimò dici poteſt, & conſ.149.concluſionem,in fi.ubi id dicit ſing.& conſi.166.viſo, col. penult.uerſ. ſecundò, quia ex generali. Paul.Caſtren.conſi.181.notandum eſt,col.1. uerſ.ſecundo loco,lib.2.& conſ.439.ad euidentiam,col.1.eod.lib. 2.Raph.Com.conſi.147.domina,colum.vlt.& latiſſimè Alex.conſ.7.videretur,per totum,libro 1.& conſi.84.in cauſa vertente,col.2.uerſ.tertiò quia dicimus,eod.lib.1. & conſ.169.viſo,colum.pen.verſ.quod autem.& iterum uerſi,non obſt.quòd aduerſus,eod.lib.2.& conſ.63.ſtantibus,col.4.uerſ.plus.dico, lib.4. quod repetitur conſil. 39.lib.6.& idem Alex.conſi.116.perſpectis, col.1. in fi. libro 5. ubi & hanc dicit eſſe communem opinionem,à qua in iudicando non eſt diſcedendum.& conſi.77. viſo proceſſu,colum.2 uerſ & poſito, lib.6.ubi & hanc dicit communem.& conſ.150.uiſo themate,col.2.lib.7. Soc. conſi.86.in cauſa communitatis,in fi.li.1.ubi hanc quoque dicit communem,quod conſilium repetitum eſt cōſilio 166.lib.2.idem Soc.conſi.80.in quæſtione,col.ult. lib.3.vbi item dicit communem,etiam in præſcriptione 40.anno.& conſi.106.libenti, colum.2. eodem lib.3. & conſi.66.uiſo,colum. ult.lib.4.Iaſon qui id dicit ſingul. conſi.118.contrà,in fi.lib.4.Carol.Ruin. loquens etiam in præſcript.quadraginta anno.conſ.140. viſo, columna vlt.num.57.lib.2.Matth.Afflict.deciſ.Neapol.37. quædam Altruda: vbi ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro (quod appellat) conſil.Neapolitano.& iterum deciſio.329. dicta,per totum, ubi & alios multos allegat. & in conſtitutio.Siciliæ incipien.conſuetudinem,columna penult. uerſic. an autem ignorantia. Stephan.Bertran.conſilio 31.quamuis.colum.1.verſiculo, ad tertium libr. tertio, & conſi.15.ex themate,col.11,in 6. dubio.libr.4. vbi & hanc dicit communem,& conſ.42.viſo,col.6. verſ. præterea nec etiam,lib.4,Philip. Dec.conſ.36. cuius ſuperſcript.eſt,exemplum inſtrumenti,col.vlt. Alciat.lib.de verb.ſignific.chart.vlt.

Con-



38 *De eadem re.*

Contrarivm tamē in hac pręſcriptione longiſſimi tēporis 30. vel 40.anno. tenuit Ang.ſibi contrarius,in d.l.ſicut.ad fin.C.de præſcript. 30. vel 40.anno. in quibuſdam lect.& Petr.Ancha.conſ.170.principaliter,per totum.Ale.ſibi item contrarius in l.3.§.Labeo, ad fi.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi loquitur de præſcriptione 40.annor.& tamen quodammodo nutat: ſed aſſeuerā tius firmat conſilio 151.viſo themate,in fin.lib.2.& conſilio 163.viſo proceſſu,col.vlt.verſic.ſecundò non deberet,eodem lib.2.Fran. Aret. in l.qui uniuerſas. §.vlt.col. 2.ff.de acqu.poſſeſſ.& conſ.103.breuitas, col.1.& 2.vbi tamen diſtinguit inter præſcriptionem 30.vel 40. annorum vt ſcilicet aduerſus præſcrip.30.annorum detur reſtitutio,non autem aduerſus 40.Soc.ſibi quoque contrarius in d.l.cùm filiusfamilias. §. in hac ſtipulatione, col. 4.ver.& hoc poſtremò,cùm multis ſeq.vſque ad fi.illius. §.ff.de verbo. obl. vbi hanc rem latiſſimè omnium tractat,& conſilio 164.uiſa bulla,in fi.lib.2.& conſil.194. ſubtiliter,col.4.verſic.quartò iſta opin.eodem lib.2. vbi dicit,quòd licet id ſit dubium in præſcr.30. anno. nullū tamen eſt in 40.& conſ.299.capio,col.ult.uerſ.præterea præſcriptio,eodem lib.2.Barbat.conſ.41. illud afferam, col.12.nume.17.& ſequen.lib.primo.Fran.Curt.ſenior, conſ.83.eodemque penul.Deus pius,col.3.verſi. attamē in caſu.Iaſ.conſi.209.uera, col.pen.verſ.non obſt.etiam illud,lib.2.ubi & illam facit differentiam.30.vel 40.annor.Philip.Dec.qui eandem diſtinctionem facit conſil. 29.cuius ſuperſcript.eſt,an detur reſtitutio, quem omnino vide,hanc quoque rem latiſſimè tractantem. & cōſil.375.iuridicum,col.2.uerſ.& ulterius, ubi hanc dicit eſſe communem,& conſil.553.quod ſuprà,in prin.Ant. Rube.qui ſimiliter diſtinguit conſ.12.uiſis.col.6.verſic. præmiſſis,& conſ.56.circa dubitationes,col.2.& conſil. 97.circa,per totum.Stephan. Bertran. itaquoque diſtinguens conſ.139.cùm ſupponatur, per totum lib.2.Lud. Goza.conſ.8.in hac cauſa,colum.vlt.loquens tantùm in præſcriptione 40. anno. & iterum conſ.56.circa primū, col.3.nu.11.ubi hāc dicit eſſe communem opi.& Igneus in l.3.§.ſi conditioni,quem legit cum l.qui poſthumos, nū.126.ff.de S.C.Sylla.

39 *De eadem re.*

Qvae ſententia his rationibus adiuuatur. Nam text.in l.ſicut,dicit, quòd abſentia nō defendit aduerſus eam præſcriptionem longiſſimi temporis. Deinde text. in l.omnes,eod.tit.dicit talem præſcriptionem præbere pleniſſimam munitionem ſiue ſecuritatem,quam dictionem expendit Sal.in d.l.ſicut,col.1.dum dicit, pondera, pleniſſimam in ſuperlatiuo, quod ponit rem in termino,ultra quem non eſt progreſſus Hæc ille. Cæterum dicitur pleniſſima ſecuritas,quando non poteſt peti reſtitutio in integrum,ut not.glo.in l.ait Prætor.§ permittitur, in uerbo, imputandum.ff.de minori. Sicuti & Pleniſſima liberatio,quando de nullo obſtaculo poteſt quæſtio refricari.l.1.& 2.iuncta gl.& ibi Bal.C.ſi aduer ſolut. & Ang.conſ.256.Guido.col.3. Quin ſecuritas ſimpliciter ea dicitur, quæ nullo modo expugnari poteſt, vt dicit Bal.in d.l.1.in fi.C.ſi aduer.ſolut.

*Pleniſſima ſecuritas. Pleniſſima liberatio. Securitas:*

40 *De eadem re: Moleſtia. Actio comprehendit officiū iudicis.*

Praeterea dicitur in l.vlt.C.de fund.patri.lib.11. quòd qui fundum patrimonialem 40. annis poſſederit, nullam actionē,aut moleſtiam, aut inquietudinem formidare debet. Moleſtia autem infertur,cùm quis iudicialiter vexatur.§.1.in verbo,moleſtus,in Auth. de fideiuſſ.& l.1.& ibi Bald.C.de nundi.Paul.Caſt.conſil.204. præſuppoſito,col.2.lib.1. Sed & illa dictio, actionem, ſimpliciter prolata conprehendit officium iudicis, quod competit,ad reſtitutionem in integrum, l. actionis uerbo,& ibi glo.ff.de verbo.ſignif.& l. pecuniæ verbum, in fin.eo tit.& l.actionis uerbum.ff.de act.& obl. & l. quòd ſi minor §.vlt.ff.de minori. Bart. Bal. & alij in l. 1.ff. de iuriſd.om.iud. cū ſimili. nam & omne remedium comprehendit,l.eleganter, in prin. & ibi Bal. in 1. not. ff.de do.mal. Sublata igitur per d.l. vlt. omni actione, cenſetur ſublata & in integrum reſtitutio,& quoduis aliud remedium.Cui adde tex.in c.ad aures,in fin.ext.de pręſcr. vbi præſcriptio 40. anno. omnem prorſus actionem excludit.& text.in c.volumus,16.q.4.cum dicitur,ſed quietem eorum inconcuſſam omnibus modis procurare, & in l.1.C.ſi aduer.vend. vbi verbum controuerſiæ, quod non longè diſtat à uerbo,moleſtię,inquietis ſiue inquietudinis,quibus vtitur d.l.vlt. comprehendit etiam reſtitutionem in integrum, vt qui promiſerit nullam ſe controuerſiam moturum,non poſſit in integrum reſtitui, ut ibi probatur.

41 *Officiū iudicis tollitur per triginta annos.*

Et quòd per 30.annos tollatur officium quoque iudicis,quod ut diximus competit ad reſtitutionem in integrum,tenet glo.in d.l.ſicut,in uerbo, perſecutione, & ibi Bart.in prin.Bal.qui eam dicit ſing.Sal.& Ang.C. de præſcrip.30.vel.ann.& alia glo. in l. querela. in gloſſ. 1. C.de fal.Old.conſil.156.primum.in vlt.dubio.Bart.qui limitat,in l.Prætor ait.§.vlt.& ibi quoque Imol.Ro. & latè Iaſon.ff.de oper.no.nuncia.idem Barto. in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum,col.4.verſic. quæro infrà. ff. pro ſocio.Bald.in l.2.col.2.uerſic.ſecundò quæro.C.de excep. rei iud.vbi & illā priorem glo.dicit ſing. & in l. ult. col. 6.uerſic.quæro vſque ad quod tempus.C. de contrahen. empt.& in l.data,col.antepen.verſi.ſed quid ſi bannitus. C.qui accuſa.poſſ.& in cap. quintauallis, col.3. uerſicu. quæro igitur infrà, & iterum col.ult. verſic. & not.quòd ſicut,extra de iureiur.& conſil.142.dominantibus, poſt medium,lib.1.& conſil.322.vtrum poſt 30.annos, eod. lib.1.& conſi.325.dubitatur,in princ.eod.lib.1. & cōſi. 342. ſuper eo quod quæritur, colum. ulti. eod. lib. 1.& conſil.410.primò videndum eſt,circa medium, lib.3.& conſil.189. punctus, queritur ſi filia, lib. 5. Ant. conſil. 26.ad primum,col.3.in 2.dubio.Ioan. Plat. in l.qui grauatos,in 2.notab. C. de cenſib. & cenſit. lib. 11. Corne. conſil.244.in hac,colum.2.lib.4. Matthæ. Afflict. deci. Neap.265.magnifici,ad fin.Philip.Dec. conſil.267.non excidit,col.3.verſ.venio igitur.& conſ.272.viſo proceſſu,col.5.& hoc procedit.

42 *In integrū reſtitutio non tollitur per ea uerba generalia.*

Nisi ad omnia hæc reſpondeas,per huiuſmodi verba generalia (non inquietari, non moleſtari, contro uerſiam non moueri) & ſimilia, non tolli ſpeciale priuilegium reſtitutionis in integrū,ex ſententia gl.in c.coram, extrà de in integ. reſtit. quam ita intelligūt & dicunt no. Franc.Aret.conſil.103.breuitas,col.2.uerſic venio nunc ad ſecundum,& conſil.161.in præſenti,col.2.uerſ. confirmatur iſta reſponſio, & Soc. conſil.153.quod eſt primum.2.libr.incip. pulchra.col.10. verſicu. confirmatur iſta reſponſio, additq; vterque rationem, quia per leges generales non uidetur auferri priuilegium ſpeciale in iure conceſſum.l. Decurionibus, & ibi Bartol. C. de Silenti.lib.11.& Bald.in 1.conſtit.C.& in cap. 1.in fin.tit. quo temp.mil.cum alijs multis concordan.à me traditis ſuprà eod. §. 1. in uerbo, *ou equipollent a vente*, quæ eſt gloſſ.14.num 140.& id quidem,& ſuprà titul.omnium huius volum.19.qui eſt *de preſcriptions*.§.1.glo.10.in verbo,*ou autres perſonnes priuilegièes*, poſt prin. Ego tamen ueam glo.in d.cap.coràm, reperire non potui, vixque ei ſententiæ accederem, quando facilius tollatur remediū, quod iure ſpeciali competit, cuiuſmodi eſt reſtitutio in integrum,quàm quod de iure communi, ut actiones ordinariæ,l.eius militis.§.1.& ibi Doctor.ff. de milit. teſtam. cum ſimil. Nec etiam per hanc reſponſionem tollitur, quod ſuprà diximus de actione & officio iudicis.

43 *Qui negāt ignorātiā reſtitui,ēt in præſcriptione longi tēporis.*

Qvid, quòd ſunt, qui etiam in præſcriptione longi temporis negant ignorantem ſimpliciter reſtitui, ſed tum demum tantùm, ſi ignorātia procedat ex alia iuſta cauſa, & inter hos Bald.in l.1. in 24.oppo.C. qui admit. per tex.in l.ultim.C. de præſcr.long.temp.cum dicitur,

Nul-

Nulla ſcientia, uel ignorantia expectanda. Et ſequitur Pet.Anch.d.conſ.170.col.2.ubi dicit, quòd ſi ea l. intelligatur, ut ipſo iure currat tempus ignoranti, ſed poſſit reſtitui, eſſet imponere legem verbis. Ponderatque etiã, quod in d.l.poſt ea verba ſuprà adducta, ſequitur in hũc modum, Ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occaſio, etc. Nam ſi admitteretur reſtitutio in integrũ, ſemper eſſet dubitatio inextricabilis, eſſentq; perpetuò dominia in incerto, contra l.bono publico.ff.de vſucap. Sed & hanc partem ſequitur Raph.Fulg. in d.l.cùm filiusfam.§.in hac ſtipulatione.ff.de verbo.oblig.Alex.d.conſ.163.viſo proceſſu,col.1 lib.2.Barb.conſ.41. illud afferam,col.12.verſ.item poſito,lib.3.& Fran.Cur. ſen. d.conſ.83.Deus,col.3.verſ.& ſi fortè.

44
*An quadrinẽij tẽpus quod datũ ad reſtitutionẽ, currat ignoranti. Et an ignorans cõtra illud reſtituatur.*

SED communiter hęc opin. rejcitur, ad eoq; prior recipitur, vt ſi poſt completam præſcriptionem temporis, tranſierit quadriennium, quod datur petendæ reſtitutioni, ex l.vltim C.de temp.in integ.reſt.& ca.1. extrà de in integ.reſt.lib.6. tamen ſi is, contra quem præſcriptum eſt, habuerit probabilem cauſam ignorantię illius quadriennij, adhuc reſtituitur, etiam ſi fluxerit tempus centum annorum. Nec enim illud tempus quadriennij currit, niſi à tempore ſcientiæ, per d.l.vlt.Et ita nũcupatim voluit Bald. qui dicit menti tenendum, in d.l. falſam.C.ſi ex falſ.allega.& idem Bald. tamen ſine mẽtione centum annorum, conſ.235.Bartholomæus, lib.1. Cardin.Flor. poſt Zenzel.& Ioan.Ligna. in Clem.1. in 25.q.de reſtit.in integ.Paul.Caſtr. in l.vltim.C. de dol. mal.Panor, qui ad hoc multa allegat, in c.1.in fi.de præſcrip.& conſ.32.caſus contingentia, colum.vltim. lib.1. Alexan.ſibi contrarius, d.conſil.71. colum.vltim.verſic. nec obſt.quod lapſum, lib.1.vbi & illud de centum annis tradit, & d.conſi.84.colum.2.eodem libr.1. & dict. conſ.4.colum.vltim.verſ. nec obſt. ſi diceretur, libr.2. & conſ.89.viſo puncto, colum.4. verſ. & tempus petendi, eodem lib.2.& d conſ.169.ad fin.lib.3. vbi etiam loquitur de centum annis, & conſ.69. in cauſa & lite, colum.2.verſiculo, vnum tamen rememoror, lib.3.vbi & illud tenet de centum annis, cùm allegat Bald.ubi ſupra, & dicit præterea id tempus nunquam currere. & idem Alexan.conſ.1.ponderatis, colum.4.lib.4. & conſilio 39.ſtantibus, colum.5.verſ.nec obſt.ſi diceretur.eodem lib.4.quod repetitur conſ.63. libr.6. idem & Alex. conſ.116.lib.5.& d.conſ.150.col.2.verſ.non obſt. ſi diceretur, lib.7.& conſ.207.domine Alexander, colum.vltim.eod.lib.7.Corn.d.conſ.22.colum.pen.lib.1.& dict. conſ.164.circa medium, lib.2.& d.conſ.165. columna.6. eodem lib.2.vbi tamen non admittit quod dictum eſt de centum annis.& d.conſ.219.colum.7.uerſ. nec obſt. ſi dicatur, lib.2. & conſ.87. circa primum, col.1.uerſ. & quòd non præſumatur, lib.4.& d.conſ. 244. videtur in hac, colum.2.verſ.his tamen non obſt.lib.4. ubi hæc ita intelligit, vt licet quadriennium non currat ignoranti, tamen aduerſus ius petendi reſtitutionem præſcribatur ſpacio 30.vel 40.ann.per d.l.ſicut, in d.verbo, perſecutione, quo officium iudicis continetur, vt etiam ſuprà diximus.Socin.conſ.80.in quæſtioue, colum.vltim.lib.3.Iaſon in Authen.quas actiones, colum.pen.C.de ſacroſ.eccleſ.& in §.rurſus, numer.74.Inſtit.de act.ubi tamen dubitat an illud verum ſit, ſed ſi verum ſit (inquit) eſt in actu practico notabiliſſimum.Fran.Balb.qui & illud dicit de centum annis, in tractat. Præſcriptionum, in 29.q. princ.4.item partis princ, num.99.& iterum in 2. caſu 1. partis 6.eiuſdemque vltim.partis princip. in fin. Catel. Cotta, qui idem quoque tradit, & ſing.dicit memor. incip.reſtitutionis, & iterum memor.incip. tempus reſtitutionis.Stephan.Bertrand.dicto conſ.301.libr.3.ubi & illud dicit de centum annis, Phil.Dec.d.conſ.36.vbi & illud quoque affirmat, & conſ.436.viſa inſtructione, colum.2.num.9.Gerar.à Petra, ſing.18.nota diligenter, colum.penultim.verſ. ſed vnum perpetuò: vbi & id ſingul. dicit.& Hippo.Marſil.qui & illud de centum annis aſſerit, d.conſ.18.columna.5.& conſ.87.in præſenti, col.2. & in d.l.qui ignorans, columna.2. verſ. & vltra prædicta. ff.de falſ. & in l. qui falſam, columna.12.verſicu. item vltra præmiſſa, eodem titul.& ſingul.572. multa & quàm plurima.& Ioan.Crot.in repet.l.filiusfamil.§.diui, char. 10.col.4.uerſ.ſexta & ultima ſit concluſio.ff. de legat.1. Sed id vix apud nos reciperetur, & optimo iure, nullus enim omnino certus & ſecurus eſſe poſſet rerum ſuarum, uel optimæ fidei poſſeſſor.

45
*An ignorans reſtituatur ad retractũ.*

PORRÒ quantum ad caſum noſtræ conſuetudinis (vt tandem ad eum redeamus ex longis illis diuerticulis, ſi ea diuerticula dicenda ſunt) eo iure utimur, ut non admittatur reſtitutio in integrum prætextu ignorantiæ. Idque optima ratione, tum ob id, quod ſcriptum eſt à Bald.in l.1.in 24.oppo.C.qui admit.quòd ubi lex uel ſtatutum facit mentionem de his, quibus conceditur reſtitutio de iure communi, eis tunc non conceditur, cum ſimil.à me adductis, ſuprà eod.§.gl.2.in uerbo, *mineurs*. num.6.nam & in ſimili. Tum quòd conſanguineus ueniens ad retractum, certat de lucro captando, non de damno uitando: ideoque eius ignorantia ſibi prodeſſe non poteſt, per l.ſi quis in graui.§.vtrum, & ibi Bar.ff.de S.C. Sylla. cum concord. à nobis quoque adductis ſuprà, hac eadem gl.nu.26.quintum quod ignorantia. Tũ denique, quòd minor in hoc caſu non reſtituitur, ut latè diximus & probauimus ſuprà in eadem gl.in uerbo, *mineurs*, n.4.igitur, & multis ſeq.Ex quo & illud confeſtim conſequitur nec ignorantem quoq; reſtitui.

46
*Qui plus habent fauoris in reſtitutione, minorèſne, an ignorãtes, ſiue abſentes.*

NAM minores plus habent fauoris & priuilegij ad ſummouendas temporum præſcriptiones, quàm ignorantes, aut abſentes. Regulariter enim tempus non currit contra minores, l.vlt.C.in quibus cauſ.in integ.reſtit. non eſt neceſ.& diximus in d.gloſſ.2. At è diuerſo regulariter currit contra ignorantes & abſentes, licet aliquando reſtituantur, ut ſupra hac eadem glo.diximus. Ideoque dicit glo.in l.nec non.§.quod eis, in uerbo, non prohibeant.ff.ex quib.cauſ. mai.ualere argumentum illud, non ſubueniri minori, ergo nec maiori, in quibus caſib. maiori aliàs ſubuenitur. & nemo ſcribentium eo in loco improbat, tanquam ſequi omnes uideantur, ex doctrina gl.ab omnibus commẽdata, in l.inter omnes, in prin. ff.qui ſatiſ. cogan.quæ interpretatur ea uerba, Inter omnes conuenit, id eſt, nullus diſſentit.& eſt optimus text. atque ea glo.; multò clarior in eam ſententiam, in l.item quod Sabinus, in fin.ff.de hæred.inſtit. cùm dicitur, ut Labeo ſcripſit, nec Ariſto, uel Paulus, ut potè probabile, notant, licet nullus, niſi me fallit memoria, eum text. ad hoc hactenus allegauit. Aliàs autem qui non improbat, probare cenſetur. gl.in l.1.§.pœna.ff.de lib.agn. per eum tex.& alios.Sed ut redeamus, eam glo.in d.§.quod eis, pro ea ſententia expreſſim ac ueluti uerbis conceptis ſequitur Bal.in l.is qui, in priore loco lectu. eodem tit.ex quib.cau.maio.& Raph.Co. in l.cùm quidam. ff. de acqu.hær.& Fran.Are.qui eam dicit ſing.d.conſ.103. breuitas, col.2.in 2.dubio.Alex.qui eam dicit ualde no. in l.de die.§.ult.col.1.uerſ.& quando aliquid. ff. qui ſatiſd.cog.& in l.ſi finita.§.Iulianus, col.25. uerſ. in quantum autem.ff.de damno infecto.

*Qui nõ improbat, probat.*

47
*De eadem re.*

ET in hanc quoque ſententiam optimè facit text. in l.inter maiores, quæ eſt ult.ff.de in integ.reſt.ubi minores legitimè defenſi reſtituuntur ad integram cauſam, abſentes uerò etiam reipu.cauſa legitimè quoque defenſi, non niſi ad appellandum reſtituuntur.Ex quo no.Bal. in princ.1.lect.quòd fortius eſt beneficium ætatis, quàm militiæ uel abſentiæ cauſa reipublicæ. Id quod etiam voluit Bald. ipſe in l.in contractibus, in prin.in 3. nota. per illum tex.C.de non numera.pecun.& in l. ſi infanti, col.5.uerſ.ſecundò quæro, & ibi etiam Alexand. paulò

ante



ante fin.C.de iure delib.ubi addit Bald. rationem, quòd ætas habet in ſe cauſam naturalem, ignorantia accidentalem, & idem Bal.conſ.301.in primis.lib.4.& conſ.88. ſuper primo.eo.lib.4.& Fran.Aret.in l.3.§.Labeo, col.1. & ibi Iaſon col.penul.ff.de acquir.poſſeſſ.Idem Aret.in d.l.cùm quidam, in prin.col.vlt.ff.de acquir.hæred.& in l.Pantonius, col.vlt.eo.tit.vbi & hoc multis probat, & conſ.67.diligenter, col.5.verſ.ſecundò hoc probatur. & d.conſ.103.& conſ.161.in præſenti, col.2.verſ. ſecundò principaliter, & Corn.conſ.48.de pluribus, col.3.verſic. conſequenter, lib.2.Socin.in l.qui duos, col.6.verſ. circa tertium.& iterum colum.ſequent.verſ. ego autem.ff. de reb.dub.& conſ.153.pulchra, colum.9.verſ.conſequenter, lib.2. niſi id conſil.ſit Maria. patris ipſius, & conſil. 177. ſuprà ſcripti, colum.3. verſic. tertiò reſpondetur, & colum.ſequen.verſi.præterea ſi fingitur, eodem lib.2. Franc.Curt.ſenior, conſ.159.Chriſti, &c. ſuper præmiſſa, col.3.verſicu.quartò, vbi dicit hanc eſſe communem opin.Alter Fran.Cur.iun.conſ.18.memoria, col.3.verſ. quarto principali, & Carol.Rui.conſ.199.Ieſu Chriſti, col.3.nu.4.lib.1.

48
*De eadem re.*

ET faciunt no.per Iacob.Aret.Cyn.& Barto.in d.l. qui duos, de rebus dub. cum alijs concord.citatis à Soc. d.conſ.53.in illa quæſtione, vtrum hæreditas non adita à minore, tranſmittatur ad hæredes:& quòd ex crebriori noſtrorum ſententia non admittitur reſtitutio ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem 40. annor. vt diximus ſuprà in hac eadem glo.numer.38.contrarium tamen. Verùm admittitur ex capite minoris ætatis, ut per omnes in d.l.vltim.C.in quib.cau.in integ.reſt. non eſt neceſ. & glo.in d.l.ſicut, in verbo, ſeruanda ſunt. C. de præſcrip.30.vel 40.anno. & Socin.conſil.299. capio primum, paulò ante fin.lib.2. Facit item tex. à nemine in hanc rem citatus, in l.in cauſæ, la 1.§.vltim.ff.de minor. vbi plus fauetur minori, quàm ignoranti. Et hæc denique ratio, quo minor reſtituitur ad lucrum, l.quamuis.C. de iur. & fact.ignor. vt diximus ſuprà in eodem §.in verbo, *mineurs*, numer.9.& hæc quidem: non etiam ignorans, vt etiam diximus ſuprà hac in eadem gl.n.27. quintum. Et hæc haud dubiè obtinent in pupillis, qui quicquid vident, quicquid audiunt, ignorant.l. vlt. ad fi. ff.rem pup.ſal.for.& l.ult.ff.de iur.& fac.igno. & l.1. ad fi.C.de fal.monet.Ideo in eis cum minori illa ætate coniuncta eſt ignorantia.

49
*De eadem re.*

QVANQVAM non ignoro alios fuiſſe in ea ſententia vt fauorabilior, faciliusque reſtituenda ſit abſentia ſiue ignorantia, quàm minor ætas, quia ſcilicet reſtitutio, quæ illis competit, eſt fundata de iure communi & generali, quod competit omnibus: hæc autem de iure magis ſpeciali, cùm ſolis minoribus competat. Ea autem quæ inducuntur iure ſpeciali ſiue ſingulari, ſunt magis odioſa & reſtringenda, quàm ea quæ adhærent iuri cõmuni.l.ius ſingulare.& l.quod verò contra. ff. de legib.Et ius commune magis extenditur, quàm ſingulare, l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.mil.& no.gl. in l.1.C.ſi aduerſ.vend.Et id certè, quod diximus, fauorabiliorem eſſe abſentiam, quàm ætatem, voluerunt glo. contraria.Alb.& Bal.ſibi item contrarius, in l. ſi qua militi, in prin.ff.ex quib.cau.maio.per tex.ibi, iuncta l.auxilium.ff.de minor.Nam in poſteriori loco in delictis currit iuniorib.tempus accuſationi præſtitutum: in priori autem non currit maioribus abſentib. Quod & ex illis tex.expendit alia gl.in c.licet, in gl.1.circa medium, ext. de accuſ. Et in ea quoq; opin.fuit alia item glo.in d.l.cũ quidam, in prin.in verbo, aberat, in fi.& ibi quoque Iac. Ra.Bal.Pau.Caſt.Alex.& Iaſon ſibi etiam contrarius.ff. de acq; hæred.& gl.in l.3.§.ſed utrum, in verbo, & non puto.ff.de minor.& in l.ſi quis inſtituatur.§.1. in gl.1.ff. de hæred.inſtitut.Signo.conſ.178.pater, col.1.& 2. licet non omnino firmet.& Sal.in l.1.C.de reſtit.mili. Raph. Fulg.conſ.85.in propoſita, col.1.alter Rapha.Co.conſil. 74.quia ſuperius col.3.& conſ.129.nobilis, col.vlt. & conſ.147.domina, col.ult.& Maria.conſ.153. pulchra, col.vlt.verſ.6.lib.2.

50
*De eadem re.*

ET hanc opin.confirmat, quod voluerunt Dyn. Bar. & alij in l.cùm filiusfamiliàs.§.in hac ſtipulatione.ff. de verb.obli.quòd licet hæredi minori non ſuccurratur ratione minoris ætatis, in caſu illius l.& l.2.C.ſi aduer.vẽ. pign.& l.apud Iulianum.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.ea.tamen ei ſubuenitur propter ignorantiam, ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur. Quòd & voluerunt alij multi relati ab Alex. & Iaſone ibi, qui quidem Alexan. & Iaſon nituntur has diuerſas ſententias concordare: uti etiam facit idem Iaſon in l. non quocunque. §. ſi ex bonis, col.2.ver.ſed licet.Bar.ff.de leg.1.ut ſcilicet prior opin.procedat, ubi perſona minoris conſideratur, ut quia aliquid geſtum eſt cum eo.Secus ubi non habetur in cõſideratione, ut quia nihil cum eo eſt geſtum, quia obligatio ſumpſit initium à defuncto maiore, & tunc procedit poſterior opin. quod dicunt probari ex d.l.2.iunctis ibi not.à Bar.C.ſi aduer.vend.pigno.

51
*De eadem re.*

ET quicquid ſit de ea re, non video d.l. ſi qua militi.ff.ex quib.cauſ.maio.iuncta d.l.auxilium, de minor. quæ ſunt veluti prora & puppis poſterioris ſententiæ, aliquid faciant pro ea, & contra priorem ſententiam, quia quod ibi dicitur, nõ facit maior fauor ignorantiæ, quàm ætatis: ſed quia tempora ad accuſandum ſua propria natura ſunt utilia, ut etiam dicunt gl.Alber.& Bal.ibi, ideò non currunt ignoranti vel impedito, ut plenè not. per gl. & Doct.in Rub.ff.de diuer.& temp.præſcr.Minori autẽ adulto non ſuccurritur, tanquam ignoranti, aut impedito: ſed quia omiſit ius ſuum ex ſua facilitate, uel dolo aduerſarij, quod bene animaduertit Fran.Aret.in d.l. cum quidam.& d.conſ.103.et Franc.Curt.ſenior, d.conſ.59. qui & ipſi aliter quoq; reſpondent ad dd.ll.ut uidere poteris apud illos. Vt tamen illud non omittas, d.l.ſi quà militi, loqui de milite, & eo quidem abſente cauſa reipublicæ, non autem ſimpliciter abſente.Illud autem minimè dubium eſt, magis faueri militi, quàm minori, in huiuſcemodi rebus, illi enim ipſo iure, huic per in integ.reſtitu.ſuccurritur: ut per Bar.& alios in l.1.C.de iur.& fact.ignor.& Iaſ.conſi.159.ſuper facto, col.pen.verſi.ultimò accedat.lib.2.

52
*Ignoranti currit tempus ad eius exonerationem.*

VNVM tamen illud non omiſerim.quòd à Bal.not. ſcriptum eſt in c.1.ad fi.tit.quo temp.mil. tempora currere ignoranti ad exonerationem ipſius, non etiam ad onerationem, per tex.in dicta l.genero.ff.de his qui notan.infam.vbi marito mortuo tempus luctus currit uxori ignorãti, ita ut ſi poſt legitimum tempus cognouerit, ipſo die, & ſumit lugubria, & deponit.De quo & tu uide Bart.ipſum Bal.& cæteros ibi.

## §. XXXVI. IDEMQVE POSTREMVS.

L'AN de retraict baillè par la couſtume court du iour que l'acquiſition ſera notifie'e au greffe *a* de la iuriſdition, en laquelle l'heritage acquis eſt ſitue'& aſsis. *b* Et à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification.

ANNVS *retractus à conſuetudine præſtitutus currit à die acquiſitionis notificatæ apud* a *acta iuriſdictionis, in qua ſitum eſt hæredium quæſitum.* b *Eamq; ob cauſam actuarius tenebitur in acta huiuſmodi notificationem referre.*

COVRT

## COVRT, GLOSA I.

1 *Conſuetudines, curſus temporis retractus.*

EX maiori parte conſuetudinum Franciæ tempus retractus non currit, niſi à tempore traditionis ſiue poſſeſſionis apprehenſę, cùm res non eſt mobilis: aut à tempore homagij, quod vocant, ſiue inueſtituræ, quam etiam appellant, cùm eſt nobilis, licet alicubi aliter, vt hæc omnia uidere licet apud Pariſienſes, c.173. & ſeq. Meldenſes, c.88. & ſequent. ubi tamen paulò aliter diſtinguitur. Victriacenſes, c.126. Monſtrolienſes, c.72. Belquercenſes, c.13. Carnutenſes, c.68. Burdigalenſes, c.4. Aurelianenſes, c.276. & duobus ſequentib. Andegauenſes, capit.346. Turonenſes, capit. huius titul. *de retraictz*. ſ.1. & 4. Borbonienſes, cap.422. Aruernienſes, hoc eodem tit. cap.1. Arteſienſes, ca.82. Morinenſes, cap.18. Melodunenſes, cap.22. & cap.30. Bleſenſes, capit.193. Bituricenſes, hoc quoque titul. cap.1. Trecenſes, cap.144. Caluimontenſes, cap.12. Ambianenſes ca.47. Altimarchienſes, cap.256. Marchienſes, c.263. quod eſt 4. huius titul. ubi ſcribitur, non ſatis eſſe, ut interueniat conſtitutum, aut alia ficta traditio. In comitatu Burgundiæ, capit. *reachaptz*. ſ.1. Niuernenſes, hoc quo que titul. ſ.2. Valeſienſes hoc item titul. §.1. qui eſt omnium 82. Lauduneuſes, & cæteros Veromandienſes, 3. partis tit.8. §.5. qui eſt 79. totius illius 3. partis. De quo etiam aliquid per Benedict. in repet. cap. Raynutius, in uerbo, & vxorem nomine Adelaſiam, numer.552. de teſta. & latiſſimè per D. Boerij deciſ.112. an tempus, vbi declarat, an tunc ſufficeret poſſeſſio facta per conſtitutum tradita, ut ibi uidere poteris. In nonnullis tamen locis eſt omnino ſimilis conſuetudo huic noſtræ, videlicet apud Eugoliſmenſes, c.80. Rochelenſes, c.33. Sanctones Angeriacos, c.50. niſi quòd aliquid additur, ut ibi uidere licet.

2 *An id tempus anni nõ currat ante notificationem.*

SED hìc aliquid poſſet eſſe dubij, an id tempus anni non currat ante huiuſmodi notificationem: neque enim expreſsè dicitur, quòd non currat, ſed tantum tacitè, argumento ſcilicet à contrario ſenſu, quod poſſet uideri hìc non habere locum aduerſus aliud caput huius titul. ſcilicet §.1. ubi ſtatuitur, conſanguineum poſſe intra annum uenditionis uenire ad retractum. Nam id argumentum non ſumitur ad correctionem alterius ſtatuti, ut de legibus dicit gloſſ. in l. conuenticula, in prin. C. de epiſ. & cler. & in c. ſignificaſti, in gloſſa magna, ad medium, extra de for. comp. & in cap.1. in gl.2. de æta. & quali. lib.6. cum alijs multis concord. adductis a Recentioribus in l.1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Et certè ſcio in ſimili ſtatuto huic noſtro, uidelicet Sanctonum, d.c.50. a nobis ſupra citato, cum huius dubij controuerſia eſſet inter Chriſtophorum a Laurentia dominum de Clayes, & Ioannem Corlieu, aduocatum in Senatu Pariſienſi: is Senatus cenſuit, antequam procederetur ad iudicium eius cauſæ, cauſidicos eius regionis interrogari, an obſeruatum antea fuiſſet, ut ex huiuſmodi conſuetudine tempus non niſi a tempore huius notificationis curreret, in idque ab eodem Senatu delegatus ſum.

*Argumentum à contrario ſenſu nõ ſumitur ad correctionẽ.* *Areſtum.*

3 *De eadem re.*

ET ego ſcio hìc ſemper obſeruatum fuiſſe pro re quidem indubitata, ut curreret tempus retractui ante hanc notificationem. & ita ſemper intellecta fuit hęc noſtra conſuetudo, & quidem iure optimo. nam ad quid aliud facta eſſet, quàm vt præſtitueret initium huic tempori? & quidnam aliud operaretur, ſi id non faceret? & certè nihil, ſed eſſet omnino ſuperflua, atque ſuperuacanea. Ideò ẽt ad correctionem poſſet ſumi huiuſmodi argumentũ à contrario ſenſu, ex ſententia gl. in l. nulla. C. de epiſ. & cler. & Bar. in l. obſeruare. §. proficiſci, in 3.q. ad finem. ff. de offic. Proconſul. cum alijs quoque multis concord. congeſtis à Iaſon. in d.l.1. nu.50. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. Cæterum hanc conſuetudinem ita intelligendo, vt diximus, non tam corrigere eſt d. §.1. quàm declarare, ut ſcilicet conſanguineus uenire debeat intra annum venditionis, ut ibi dicitur, computandum tamen à tempore huius notificationis, ut hìc dicitur. Antiquiores autem leges ad poſteriores trahi, non inuſitatum eſt, l. ideò. ff. de legib. quod & de ſtatutis uoluit Bal. in l. oẽs populi, co .8. verſ. modò quæro. ff. de iuſt. & iur. cum concord. à me collectis ſupra ſ.15. gl.2. verſ. vlt.

*Argum. à contrario ſenſu, ſumitur ad correctionẽ, ſi aliàs conſtitutio eſſet ſuperuacanea.*

### *NOTIFIEE AV GREFFE.*

## NOTIFICATÆ APVD ACTA, GLO. II.

1 *Notificãdi verbũ Latinum.*

VERBVM notificandi, ne quis ſtatim in hoc primo ingreſſu dubitet, Latinum eſt, Ouidius lib.1. de Ponto:

*Atq; modum pœnæ notificare velis.*

Et Aulus Gellius lib.5. c.14. Philippi arma vimq; toti Græciæ cauendam metuendamq; inclytę illæ Demoſthenis orationes, concioneſque notificant: & noſter Calliſtratus, Iuriſconſultorum eloquentiſſimus, in reſcripto Pertinacis Imperatoris, in l. ſemper. §. demonſtratur. ff. de iure immu. Et ex antiquioribus Pomponius in Atreo, apud Nonium Marcellum. Ex quo magis admiror nonnullos, qui non admittunt, ſed vt Barbarum reijciunt verbum certificandi, quod eiuſdem eſt omnino farinæ. Sed illos arguit Vlpianus noſter Latinitatis diligentiſſimus obſeruator, in l. ſed & reprobari, in princip. ff. de excuſ. tut. ſi tamen eius ſit ea locutio: nam magis videtur eſſe cuiuſpiam interpretis. Et Scæuola in l. tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pignori. niſi etiam non ſit ipſius, ſed alterius ipſius interpretis, qui βεβαιώτην, eſt interpretatus certificatorem. Sed utcunque hæc ſint, ſatis conſtat, id verbum non recens eſſe: nec uideo cur ut a notum fit notificare, & notificatio, nec a certum quoque fieri poſſit, certificare & certificatio: ſicuti a clarum clarifico. Virgilius in illo carmine Aſclepiadeo choriambico, quo Fortunam deſcribit.

*Certificandi verbũ Latinum.* *Clarifico.*

*Nec quos clarificat, perpetuò fouet.*

Et Plinius lib.20. c.23. Alterum eſt nigrius, quod capitis vitia purgat, uiſum clarificat. Et a magnum magnificare. Plautus in Menæhmis: Te vnum ex omnibus Venus uoluit me magnificare. & Terentius in Hecyra. Quã ego intellexi illum, haud minus, quàm ſeipſum, magnificare. Et Plinius lib.17. c.9. Quod etiam pabulo boum ſuumq; magnificat. Suntq; alia huiuſcemodi ſexcenta. Sed hæc anxijs verborum obſeruatorib. relinquo. Eſt autem notificare, notum facere, ut palam, & è noſtris tradit Corn. conſ.75. uidetur primò, col.2. lib.3.

*Magnifico* *Notificare quid ſit.*

2 *Vtrum notificatio, in qua nõ declarat verum preciũ, faciat currere id tempus.*

HIC autem multa dubia occurrunt. Quæro igitur primò: Quid ſi emptor in ſua notificatione nõ declarat verum precium uenditionis, ſed aliud maius, ob quod fortè conſanguineus tertius redimere noluit, utrum tempus ei currit? Quod non putamus, per id quod in ſimili voluit Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, uerſ.92. quòd ſi emphyteuta uolens vendere rem emphyteuticam, mentitus eſt de precio, dũ requirit dominum, ut conſentiat, aut emat, quia maius precium indicauit, ideoq; dominus negauit ſe uelle emere: perinde eſt ac ſi non denunciauerit, arg. l. eum qui. §. cum igitur. ff. de in diem ad. & l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſolui. & l. vlt. C. de iure emph. vbi etiam id tenuit Io. Fab. col. vlt. Sal. col.4. verſ. quæro emphyteuta volens vendere, & Iaſ. col.6. in 6. not. Et idem quoq; voluerunt Hoſt. Imol. & pleriq; omnes in c. potuit, extra de locato.

3 *De eadem re.*

ET in hoc caſu noſtræ conſuetudinis, quòd emptor debeat declarare verum venditionis precium, ut currat tempus retractus conſanguineis, tenuit expreſsè Bald. in

tractatu



tractatu πρωτομίξεως, colum. antepen. verſ. contrarium dico propter duo: vbi & ad hoc allegat d.l. vlt. C. de iure emphyt. & alia pleraq;, quę tu ipſe inibi uidere poteris. Idemque tenuit Matth. Afflict. in eodem tractatu, in uerbo, vt intra 30. dies, colum.2. verſ. ſed vlterius quærit. Et hoc ſatis exprimit §.4. ſuprà, eodem hoc ti. vbi & nos de hoc quoque diximus, ſed hìc tamen repetere voluimus, quia huic loco admodum cõuenit. & iterum §. eiuſdem tit.22. Et tu etiam vide quæ diximus ſuprà, tit. omnium conſuetudinum 15. ſ.1. in gl.6. in 21.q. & quæ dicam infra, in hac eadem gloſ. num.30. porrò ſi teneas, & 5. ſeq. quibus oſtendo, non currere tempus cõſanguineo, niſi ex notificatione habeat certam & indubitatam ſciẽtiam contractus, & omnium clauſularum ipſius.

4 *An notificatio poſſit fieri per procuratorẽ.*

SECVNDÒ quæro, an poſſit huiuſmodi notificatio fieri per procuratorem, quod uidetur per id, quod in ſimili ſcribitur in l. denunciaſſe, verſ. ſed & ſi, in fin. ff. de adult. & in d.l.1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nun. & in l. cùm ſatis. §. pen. ibi, per ſe, vel per procuratorem ſuum. C. de agri. & cenſi. lib.11. & per Innoc. in c. cùm in iuuentute, extrà de præſumpt. Dummodò procurator oſtendat mandatum. alioquin non ualet denunciatio, vt in ſimili quoque dicit Bart. in l. non ſolum. §. morte. colum.8. verſ. quæro an talis. & ibi Iaſon colum.15. verſ. quærit etiam Bar. ff. de oper. noui nuncia. & idem Bart. in l. grege. §.1. verſ. ſed aduerte quòd ſi denunciatio. ff. de pigno. & in l. qui in alterius. & ibi Phil. Dec. colum.2. verſ. circa ea quæ dicit. ff. de regul. iur. & in dict l. cùm ſatis, colum.2. verſ. ſequitur in textu. C. de agri. & cenſi. lib.11. & Bal. in l. tutor, in prin.2. lectu. ff. de minori. & in Rubr. extrà de procur. colum.2. uerſ. procurator ad proteſtandum, vbi dicunt procuratorem; qui proteſtatur, teneri oſtendere mandatum. allegant uterque text. in l. ſi quis inficiatus, in uerbo, cognouit, ubi & ipſe Barto. id not. ff. depoſi. & idem quoque uoluit Bal. præterquàm in proteſtatione, quæ tendit ad iudicium, in c. coràm, col.2. uerſ. extrà quæro, extrà de offic. delega. vbi & eundem text. allegat. & idem Baldus in capit. Cumana, columna.4. verſ. ſi quis proteſtatur, de electio. & Franc. Rip. libro Interpretationum primo, in cap. cùm Mar. Ferra. num.164. de conſtit. Quod huc optimè facit, quia proteſtatio eſt quædam denunciatio, imò vtraque ſunt ſynonyma, ut dicit Barto. in dicto §. morte. in 1.q. ff. de operis no. nun. Imol. & Alex. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, eo. ti.

*Proteſtatio & denunciatio eadem, aut certè germana.*

5 *De eadem re.*

SED, ne quis tamen id calumnietur, idem de denunciatione expreſsè voluerunt Imol. & Hoſt. & expreſſius Collec. in c.1. extra eo. quoque titu. & Bald. in l. ſi fundũ, in 3. oppo. C. de rei ven. dum dicit, quòd cùm quis aliquid denunciat nomine alterius, debet docere de mandato, per tex. in Clem. cauſam, de elect. & ipſe Bal. & ante eum Barto. in l. qui abſentem. ff. de procu. Ang. in l. hæres cùm debuerat. ff. ad Trebel. per d.l. ſi fundum, iuncta dicta l. ſi quis inficiatus. & l. ſi hominem. ff. mandati. Rom. conſ.204. pro diſcutienda, colum.3. verſic. quo ad tertium. vbi & alia multa allegat Alexand. latè conſilio 78. viſo. colum.2. verſiculo, nec obſt. quòd maritus, libr.5. repetito conſ.26. libr.6. vbi id docet procedere tam in actibus iudicialibus, quàm in extraiudicialibus, quantũ ad effectum committendæ moræ. & Franc. Rip. qui & idem quoque voluit in d.c. cùm Mart. Ferra. nume.137. de conſtitu. Et ita in caſu noſtro expreſſim voluit Affli. in dict. tractatu proto. in verbo, vt intra 30. dies, colum.5. verſ. ſed quid econtra, an talis denũciatio Sed & idem deciſ. Neapo.316. Galiotus, colum.1. tradit interpellationem procuratoris non conſtituere debitorem in mora, per dictam l. ſi quis inficiatus, & dicta Clem. cauſam. Et vide quæ diximus ſupra, eo. tit. §.1. gl.10. in verbo, *dedans l'an*, in 18. quæſt. & quæ dicam infrà, titu. procedẽte ſ.4. in verbo, *conſigner*, quæ eſt glo.9. numero.5. intelligas autem, & duobus ſeq.

6 *De eadem re.*

VERVM contra hoc facit quod ſcribit Bal. in Auth. eò decurſum, poſt princ. C. de dona. ante nupt. quòd paria ſunt, aliquid abs te inſinuari, aut ab alio pro te, per eũ tex. qui tamen parum mihi facere videtur. Et quod pulchrè reſpondit Paul. Caſt. conſi.84. viſa, in vlt. dubio, lib.1. quòd ſi ſtatutum iubeat notificationem emancipationis fieri ab emancipãte apud acta, ſufficit alium eius nomine id facere, etiam ſi de mandato non appareat. Nam ſtatutum potius conſiderauit effectum actus, quàm ipsũ actum, id eſt, vt emancipatio prodeat in publicum, & in notitiam volentium contrahere cum emancipato, ideo habet locum regula, non referre, à quo quid factum fuerit, modò factum ſit. l. item ueniunt. §. petitam autem hæreditatem, verſi. à quo. ff. de pet. hæred. vbi ita ſcribitur: A quo denunciatum eſt, Senatus non exigit: quicunque ergo fuit, qui denunciauit, nocebit, & cætera quæ ſequũtur. & l. mulier. ff. ad S.C. Trebell. Et quod poſt Pet. not. Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, colum.1. verſ. contra hoc opp. fortiter. ff. de libe. & poſth. quòd quando quærimus de effectu actus, magis quam de actu, non refert, quid ex æquipollentibus fiat, per l. ſi mater. C. de inſt. & ſubſt. Et ſatis (ait Pau. vbi ſuprà) dici poteſt emancipãtẽ feciſſe dictam notificationem, ex quo alius fecit eius nomine, licet nõ conſtet de mandato, cùm ratihabito æquiparetur mandato. l. vlti. C. ad S. C. Maced. Subditq; paulo pòſt, id præſumi factũ nomine emancipantis, ad quẽ negocium pertinet, argu. l. poſt mortem. §.1. cum ibi no. per gloſſ. ff. quan. ex fact. tut. & not. in l. ab vno. C. de nego. geſt. & per Bart. in l. in familiæ. C. famil. her. & ſic (inquit) ſatisfactum eſt ſtatuto. Quæ omnia uidentur mirè conuenire huic noſtro caſui.

7 *De eadem re.*

ET hanc quoque partem potes hac ratione confirmare, quia ubi denunciatio, ſiue notificatio, ſiue proteſtatio fit ad inducendam ſcientiam, aut notitiam alicuius rei, non requiritur mandatum: ſed fieri poteſt per ſimplicem negociorum geſtorem, ut uoluit Bart. in d.l. non ſolùm. §. morte, colum.8. vbi ſuprà, iunctis his quæ dicit columna ultima. ff. de operis noui nunciat. pro quo eſt text. licet non alleget, in d.l. veniunt. §. petitam, uerſicu. à quo. ff. de petit. hæredi. Cuius etiam autoritae Archid. in c. ſi quis præpoſtera. 50. di. tenet notificationem appellationis poſſe fieri appellato per quemcunque, uti illum allegant, & ſequuntur D. à Rota, deciſ.127. valet intimatio. in nouis. De quo tamen uide eoſdem, deciſ.12. nota quòd ubi appellatio. in antiquis. & Thomam Falſtolũ, deciſione 35. tertio dubitatur. Nam Archidiaconus ubi ſupra, uidetur potius tenere contrarium. Sed & per illũ textum Bal. conſilio 144. alio die, libro 4. dicit, quòd denunciatio à quocunque fieri poteſt, etiam ad culpam impingendam: ad quod item allegat l. ſi quis ſolutioni. §. ſi mora. ff. de vſur. ex hocque reſpondet in pulchro caſu. Et facit etiam quod ſcriptum eſt à Roman. conſilio 295. donatio patris, uerſicu. ad hoc optimè facit, & ſequen. Et ultra allegata ab illis, facit text. in dict. l. qui abſentem. ff. de procur. vbi uidetur probari poſſe fieri denunciationem venditori, vt ueniat defenſurus emptorem à quocũque, ſine mandato, modò is caueat de rato, ſi id uenditor deſideret. Et quod ſcribitur à Bald. poſt Dyn. conſilio 307. uerba Dyn. in prin. lib.2. vbi diſſerit, an & quando quid ſufficit fieri à quocunque.

8 *De eadem re.*

COGITA tamen, an hìc non ſolùm fiat ea notificatio ad inducendam notitiam, ſed & ad certiorationem negocij, vt ſcilicet conſanguineus certior fiat de uenditione & precio, & aliis clauſulis contractus, ut proinde deliberet, utrum redimet, nècne: vtque non fruſtra laboribus ac ſumptus vexetur, qui fieri ſolent ad præparandum faciendumque huiuſmodi retractum, uidelicet ut perquirat pecunias, quas forſitan cogitur mutuò accipere, aut ſub fœnore, aut ex uenditione aliarum rerum redigere, eaſque ad uenditorem, fortè in loco remoto cõ-

mo-

morantem, perſerat, ducatque nuncium publicum, notarios & teſtes, relinquatque id, agens alia ſua negocia, quæ omnia fruſtra faciet, ſi forte vera non ſit ea notificatio facta ab alio, ideoque non teneatur ei conſanguineus credere, & ſe tot incommodis exponere. Ex quo illud conſequens fit, vt non valeat huiuſmodi notificatio, ex doctrina Barto. in d. §. morte, vbi ſuprà, cùm dicit, quòd cùm non ſufficit ſimplex ſcientia, ſed & certioratio requiritur, vt in caſu l. nomen. C. quæ res pign. ob. poſ. & l. 3. C. de nouat. non poteſt fieri proteſtatio ab alio, quàm à domino, aut procuratore docente de mandato.

9 *De eadem re.* Et ad id, quod ſuprà diximus de ſumptibus & laboribus à conſanguineo, qui ſe ad retractum accingit, perferendis, optimè facit optimus text. in dict. l. qui abſentem. & ibi no. à Doct. ff. de procur. & quod etiam ſcribit Archi. loquens in caſu notificationis appellationis, de quo ſuprà quoq; diximus, in d. c. ſi qs præpoſtera. 5 c. di. Et ita ex his tolluntur ea omnia, quæ pro contraria parte adducta ſunt, præterquàm quod ex Pau. Caſt. dictum eſt de ratihabitione, quæ retrotrahitur. Sed illud hic non poteſt procedere, vbi agitur de præiudicio tertij, ſcilicet conſanguineorum, gl. in l. ſi indebitum. §. ſi procurator, in verbo, committi. & ibi Bar. ff. rem ratam ha. cum infinitis propè concord. à me adductis, ſuprà eodem titulo. §. 1. gloſſ. 10. in verbo, *dedans l'an*, numero 69. nec ratihabitio.

10 *De eadem re.* Adde & tu, quod ubi denunciatio eſt ſubſtantialis, cuiuſmodi hæc eſt, vt dicemus poſtea numero 29. ego vero vt tandem, ea non poteſt fieri à tertio. Spec. tit. de procuratore. §. ultim. verſicu. ſed quid ſi debitor, per multa illic allegata. Hippo. Marſi. in l. ſi quis, num. 62. ff. de quæſt. vbi allegat alios, qui id non dicunt. Quin etiam cùm notificatio ſit ab eo, qui nullum ius habet in re, de qua agitur, eum non adſtringit. cui facta eſt. l. ſi maior. C. de reſcin. vend. & ibi glo. & Doct. & l. tutor urgentibus. ff. de minorib. & quod plenè habetur in d. l. ſi cùm fundum. C. de rei vendi. & Rom. conſil. 6. quòd dicta, verſic. nec prædictis obſt. & d. conſ. 204. colum. 3. & Guid. Pap. ſing. 102. non valet denunciatio. Et quod ſcribit Alex. d. conſ. 78. viſo, colum. 2. verſic. non obſt. ꝙ maritus, lib. 5. quod repetitur conſilio 26. libro 6. quòd ubi denunciatio ſit ad conſtituendum alium in mora, ſi fiat alieno nomine, non habet eum effectum, niſi doceatur de mandato, per multa, quæ illic allegat. Hęc autem notificatio fit, vt conſanguinei conſtituantur in mora, & hæc ratio eſt efficaciſſima. Et faciunt denique, quæ ſcribit Bartolus in l. 1. in fin. prin. per illum tex. in fin. ff. de eo per quem factum erit, & in l. quidam decedens. §. vlt. in fi. ff. de adminiſtratione tutor. cum ſi.

11 *De eadem re.* Qvod autem pertinet ad text. in dict. l. qui abſentem. ff. de procurato. qui magis urgere videtur pro alia ſententia, vti eum induximus ſuprà, uerſicu. ab hinc 4. illud dici poteſt. id quidem ibi fieri in conſequentiam defenſionis litis iam ſuſceptæ pro abſente ab iſto tertio denunciante; & hæc quidem denunciatio eſt ueluti pars acceſſoria eiuſdem defenſionis, vt ſcienter ſcribit Franc. Aret. conſ. 26. factum ſuper quo, colum. 5. verſ. circa tertium, vbi tamen videtur fuiſſe in ea opinione, ut etiam aliàs non requiratur mandatum ad huiuſmodi denunciationem faciendam. Et uide quæ dixi ſuprà, eodem titu. §. 1. gl. 10. in verbo, *dedans l'an*, q. 16. & duabus ſeq. atque etiam 2. præced. Et ego ſanè (vt id tandem finiam) tutius eſſe arbitror, vt huiuſmodi denunciatio fiat ab ipſo uenditore, aut à procuratore cum mandato, cuius in notificatione fiat mentio, vt in ſimili not. in cap. cùm in iure peritus, extrà de offi. delega. Porrò ex d. l. qui abſentem, potes intelligere, quòd ſi quis nomine alterius fundum emerit, is haud dubiè hanc ſuam emptionem alterius nomine factam, poterit notificare ſine mandato illius, videlicet in conſequentiam illius emptionis. Aliàs autem, an, & quando refert, quid à quocunque factum ſit, uide latè Iaſon poſt alios ab eo citatos, in l. cum ſeruus, colum. 1. uerſiculo in brochardo. ff. de verborum obligat.

*Sed an ſaltē qui alieno nomine emit, poſſit & eodem nomine notificare.*

12 *Vtrum requiratur ſpeciale mandatū ad huiuſmodi notificationē.* Tertio igitur quæro, ſi ſequamur eam opinionē, quæ requirit mādatum (quam & ego ſequendam puto) vtrum requiratur ſpeciale mandatum in eam rem, an uerò ſufficiat generale. Habes gl. quæ in denunciatione requirit ſpeciale mandatum, in l. de pupillo. §. qui procuratorio, in verbo, verus. & ibi Raph. Co. ff. de op. no. nun. & glo. in l. 1. §. permittitur, qui eſt 1. in verbo, mandatum. ff. de lib. agn. per l. Pomponius. ff. de procu. & gl. in Cle. cauſam, in verbo, ſpecialiter, & ibi Pau. Fleaz. & Imo. ſuper ea. glo. de elec. Verum alia glo. eſt in ea ipſa l. 1. §. denunciare, verſic. mariti, in verb. nomine eius, quæ aſſerit ſufficere generale, argu. l. actione. §. renunciare. ff. pro. ſoc. Et poſſet ſtatim mirum videri, Acc. admirabilis ac propè diuinæ virum memoriæ, ſecum in ea. l. pugnaſſe. Sed ne quis miretur, is in diuerſis caſibus loquitur, & in poſteriori loco rationem differentię vtriuſque caſus ponit: quæ quidem ratio adſtruit hoc in caſu requiri ſpeciale mandatum, cùm dicit, ideo requiri in muliere denunciāte, non etiam in viro, quia denunciatio ab ea incipit, non à marito, vt etiam ſcribitur in d. l. 1. §. illud notandum. Hic autem huiuſmodi denunciatio incipit ab emptore, nam ante eam non cogitur conſanguineus offerre. Ergo requiritur ſpeciale mandatum. Et quòd in huiuſmodi denunciationibus & proteſtationibus etiam requiratur, tenet Alex. d. conſ. 78. lib. 5. repetito conſ. 26. lib. 6. col. 3. verſ. & idem in ſpecie, & ſeq.

13 *De eadem re.* Barto. autem, quem Ang. Imo. Paul. Caſtr. Alex. & omnes propè ſequuntur, in d. §. qui procuratorio, poſt Ray. Forli. ibi, negat exigi ſpeciale mandatum, per l. 1. in fi. eo tit. & quia non eſt de caſibus. d. l. Pomponius. Et idē voluerunt Pet. Alber. & ipſe Barto. in d. l. 1. §. permittitur, in princ. ubi & ad hoc Barto. allegat l. ſi quis. §. 1. ff. de uſucap. & in d. l. actione. §. renunciare, ubi & idem tenent ipſe Bar. & Bald. ff. pro ſocio. Card. Floren. in d. Cle. cauſam, in 11. q. de elect. & Fran. Aret. d. conſi. 26. ubi ſuprà, ad fin. præced. queſtion. Felin. & Franciſc. Rip. in ca. cùm Mart. Ferra. ille col. 19. in 7. concluſ. hic num. 136. de conſtitu. Sed hoc intelligit Bartol. in dict. §. permittitur, quando denunciatio fit circa id quod ſpectat ad bonorum adminiſtrationem: quod ſi citra id fiat, ſintq; res eiuſmodi, quæ non poſſunt eſſe notæ, niſi quatenus à principali perſona veniunt & procedunt, vt cùm denunciatur mulierem eſſe prægnantem, de qua re loquimur d. §. permittitur: certè requiritur ſpeciale mandatum, alias ſecus. Et ſequitur Alexand. dicto conſilio 78. viſo, col. 3. uerſic. ſecundò principaliter, lib. 5. Ego autem vix probarem huiuſmodi notificationem ſine mandato ſpeciali, tum per ſupra dicta in hac ipſa qu. tum per ea, quæ diximus nu. 8. cogita tamen, & ſeq.

14 *An coniūcta perſona poſſit hanc notificationem facere.* Ex quibus potes intelligere, pro quarta Quæſtione, an coniuncta perſona poterit pro emptore hanc notificationem facere. Nam ſi requiritur mandatum ſpeciale, cōiunctus id ipſum facere non poterit, ex crebriori noſtrorum ſententia, etiamſi Philip. Dec. reclamet, vt ſatis diximus ſuprà, eodem titu. gloſſ. 13. in uerbo, *l'achepteur*, num. 34. ſed utrum hæc oblatio. Sed illis hìc addere potes, inter noſtros Docto. non omninò conuenire, an coniuncta perſona poſſit proteſtari, quæ res ad hanc tractationem proximè pertinet, cùm proteſtatio ſit quædam denunciatio, ut diximus ſuprà, in eadem glo. num. 5. ſed ne quis. Igitur Bal. in l. tutor urgentibus, per eum text. ff. de minori. negat coniunctum pro coniuncto poſſe proteſtari, & eum ſequitur Fel. in dicto c. cùm M. Ferra. colum. 19. in 7. concluſio. verſi. hanc concluſionem, extrà de conſti. Idem Bal. in d. l. qui abſentem. ff. de procurato. tenet contrarium, dum eum text. intelligit in coniun-

cta



cta perſona. Quem ſequitur Franc. Rip. in d. c. cùm Mart. Ferra. num. 138. vbi reſpondet ad d. l. tutor vrgentibus, ibi eum vide. Et omninò Fran. Areti. in d. conſi. 26. col. 5. verſicu. circa. tertium, vbi etiam videbis, quid dicendum ſit, ſi is, pro quo coniuncta perſona denunciat, ſit minor.

*Et quid ſi is, pro quo denunciat ſit minor.*

15 *An valebit notificatio facta ab habente mandatum, ſed ignorāte.* Qvinto illud quoque cōſequenter quæro: Si quiſpiam ſit ſpecialis procurator emptoris, in eam rem, ſed qui nondum recepit literas mandati, ignoratque mandatum ipſum, tamē facit hanc notificationē pro emptore, uolens ei tanquam amico gratificari, ut plerunque fit, an ualebit ea notificatio, habita ratione ſui mandati, licet ignoret, aut nōdum inſtrumentum ipſius recepit. Id quidem poteris intelligere ex ſcriptis à Spec. titu. de procuratore. §. j. uer. ſed q̃d ſi procuratoriū. & ibi Io. And. & Bal. in add. ipſius Arch. & Io. And. in c. is qui, eo. tit. li. 6. Bar. in l. ſi pupilli. §. itē ſi procurator, col. 2. uer. ſed quęro an ſit. ff. de neg. geſt. & conſilio. 73. quæritur, utrum procurator. & Fran. Aret. conſilio. 70. in cauſa quæ uertitur, & quæ diximus ſuprà, eod. tit. §. 1. in gloſ. 10. in uerbo, *dedans l'an*, in. 15. q. et quæ etiam dicta ſunt in hac eadē gl. in. 2. q. cùm tractauimus, an inſtrumentum mandati exhiberi debeat, et quæ dicam in ſeq. quæſt.

16 *Quid, ſi procurator faciat, ſed tacito nomine procuratoris.* Sexto item conſequenter in dubium reuocari illud poteſt: Si quis conſtitutus ſit procurator ab emptore nominatim ad huiuſmodi notificationem facienda, isq; eā faciat ſimpliciter, & tacito nomine procuratoris: an ſatis ſit, ut ualeat notificatio, ſaltem poſtea quam conſtabit de mandato. Quod & ſolui poteſt ex locis in præcedenti quęſtione adductis. Sed quod priuatim ad hunc locum pertinet, Alber. in l. 3. §. ſed & ſi fortè. ff. iudi. ſol. dicit per eū text. in uerſi. ſed quod de tutore, in illis uerbis, ſed ſi quidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor, &c. quòd qui quid facit ex ſpeciali mādato, neceſſe habet id exprimere: aliter actus nō valet. Subdit tamē, cōtrà videri ex l. 2. §. 1. ff. de iudi. Tu autē vide Bar. in d. l. 3. ubi ſuprà, ex cuius ſcriptis in eo loco cognoſces quid hic dicēdum ſit, & ex ijs quoque, quæ ſcripſimus ſuprà, eod. titu. §. 10. gloſſ. 1. nu. 2. & ſequenti.

17 *An ea poſſit fieri à ſecūdo emptore.* Septimò quæro, an ſaltem hęc notificatio poſſit fieri à ſecundo emptore ſine mandato prioris. Verbi gratia, vt facilius intelligas: Titius emit à Mæuio, poſtea is Titius emptor vendit eandem rem Sempronio, certum eſt, quod cōſanguinei Mæuij prioris venditoris, poſſunt retrahere à Sempronio ſecundo emptore, reſtituto precio illius prioris venditionis, vt dictum eſt ſuprà, §. 12. huius tit. Titius autem non notificauit ſuam emptionē, an Sempronius eam notificare poterit, vt tempus anni currat conſanguineis Mæuij? Quod vtique putarim, cū is ſucceſſerit in ius & locum ipſius Titij, argu. l. dolia. §. 1. ff. de cōtrah. empt. & l. ſi à te. §. vlt. & l. ſi mater. §. item Iulianus. & §. ultim. ff. de exeept. rei iudi. & eorum quæ ſcripſimus ſuprà, eodem tit. §. 1. glo. 9. in verbo, *ou lignagier*, num. 111. ſed quid ſi non ipſe. & latiùs num. 129. his tamen non obſt. & vide quæ dicam in ſeq. q. Sed intellige, modò hic ita notificat, vt ex eius notificatione appareat ſibi ius eſſe notificandi, quia ſcilicet emit ab emptore, ſecundum ea quæ ſupra diximus de procuratore.

18 *An ab alio, cuius intereſt.* Octavò quæro, an & alius, non dominus, ſed cuius tamen aliter intereſt, hanc notificationem fieri, eam poſſit facere. Pone enim, quòd emptor, qui nondum notificauit, promiſit eam rem alteri vendere, ſi res à conſanguineis non retrahatur, vel etiam ſimpliciter, an hic, cui promiſſio facta eſt, poterit notificare illam venditionem, vt excludantur conſanguinei venditoris à retractu, niſi veniant intra annum illius notificationis? Quod ſimiliter videtur, cùm aliàs hi, quorum intereſt, poſſint denunciare, proteſtari, interdicere, & cætera id genus facere, vt not. in l. ſi maior. C. de reſcin. vend. & in l. ſi fundū. C. de rei vend. & per Roma. conſil. 6. quòd dicta intimatio, circa medium. Idq; etiam, ſi nō ſint domini, vt aperte declarat Roma. ibi, & probat tex. in l. prætoris. §. vlt. & in l. quid de creditore. & l. qui bona. §. qui damni, verſ. vicinis. & §. ſuperficiarium. & l. damni. la 1. in prin. & l. eorum. & l. inter. ff. de damn. infect. l. 1. §. non ſolum autem domino. ff. de arbo. cæd. & l. 1. §. ius is habet. ff. de remiſſ. cum ſimil.

19 *De eadem re.* Et facit etiam tex. in l. lex vectigali, ibi, cùm in exolutione uectigalis, tā debitor quàm creditor ceſſaſſent. ff. de pig. Cuius autoritate Bart. Bal. Salyc. & Ang. ibi, tradunt, ceſſante emphyteuta ſoluere Canonem, poſſe creditorem ipſius, cui ea res hypothecata eſt, ſoluere, & ita euitare pœnam commiſſi. Quod & uoluit Raph. Fulg. in l. 1. & ibi Fran. Rip. col. 3. uerſi. ſed pone quòd emphyteuta. ff. de pig. & Pau. Caſt. in l. tutor. §. ult. ff. de pign. act. & Iaſ. conſi. 74. puto, in princ. lib. 1. & Hippo. Marſil. ſingu. 367. nemo prudens. Et facit item text. in l. ſi cuius. §. 1. ff. uſufruct. quemadmodum caue. vbi uſufructuarius poteſt intentare rei uendicationem ſine mandato domini. & in l. hæc actio non ſolùm. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dica. ubi ea actio non ſolùm competit domino, ſed etiam ei, cuius intereſt. Et text. in l. patri, in princip. ff. de mino. ubi patri pro filio præſtanda reſtitutio eſt, etiamſi filius reſtitui nolit, quia eius intereſt, quia de peculio tenetur. Et id trahunt Doct. ibi ad cæteros coniunctos, ſi eorum priuatim interſit, & alia multa ſim.

20 *De eadem re. Deciſio queſtionis.* Contra tamen facit l. 1. §. 1. ff. de oper. no. nuncia. vbi omninò videas gl. & Doct. in §. iuris, qui eſt pen. eiuſdem l. ruſum, in l. in prouinciali. §. ſi ego, eo. ti. Ego verò in ea ſum ſententia, vt hic, cuius intereſt, poſſit & hanc notificationem facere, eo argumento ductus, præter ea quę iam ſuprà diximus, quod tradit Bar. in l. ſi res, quæ eſt 3. ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſol. quòd quilibet, cuius intereſt, poteſt inſinuare inſtrumentum, quod à ſtatuto iubetur inſinuari intra aliquod tempus, etiamſi is non contraxit in eo inſtrumento, per d. l. lex vectigali. & ſequitur Alex. loquens de teſtamento, conſ. 65. quoniam omne datum, colum. 5. uerſicu. ſecundo probatur. & iterum columna ſequen. uerſicu. nec iſtud eſt iniquū, lib. 6. quod repetitur conſ. 119. eodem libr. 6. Loquitur autem Barto. de creditore contrahentis, & Alexand. de ſubſtituto, fideicommiſſario, & legatario, ut ſi ex ſtatuto teſtamenta debeant regiſtrari, vt ipſe loquitur, id eſt, in acta referri, id poſſint facere ſubſtituti, fideicommiſſarij, legatarij, & omnes, quorum intereſt. Sed & quòd fideicommiſſarius ipſe poſſit inſinuare teſtamentum, nō obſcurè ſentit ipſe Barto. in l. facta. §. ſi quis bonorum. & ibi etiam Imo. Pau. Caſt. ff. ad S. C. Trebell. & idem Bart. loquens in legatario, & tamen nonnihil ſubdubitans, in l. ult. §. ſimili. & ibi conſtantius Bal. qui eum §. legit cum prin. eius l. col. 2. verſ. nota acta. C. de iure dot. & idē Bal. in l. 2. col. vlt. verſ. pone ſtatutum, iuncto verſic. ſed pone teſtator. C. eodem tit. & in l. conſulta, in ult. quæſt. C. de teſta. ubi loquitur de fideicommiſſario uniuerſali & ſingulari.

21 *An is tertius poſſit cogere emptorem, ut faciat.* Nonò conſequenter quæro, ſi fortè ea opinio teneretur, quæ non admittit tertium, cuius intereſt, ad notificationem ipſam faciendam: an ſaltem hic tertius poterit cogere emptorem inuitum & renitentem, ut eam faciat, præſertim cùm ipſi emptori ea notificatio non ſit nocitura, proſit autem ei, qui eam petit fieri, arg. l. in creditore. ff. de euictio. & l. 2. in prin. ff. ſol. matr. Sed tu uide glo. Bartol. & alios in dict. l. in creditore. Bartolum poſt Petr. in dicta lege ſecunda, columna 3. verſicu. ſecundò opp. & ſequen. & ibi quoque Recentiores, maximè autē Franc. Rip. & Ioan. Fabr. in §. 1. in 4. regu. & ibi quoque Ang. Aret. Inſtitu. de lege Fuſia. Cani. tol. Et uide præterea text. in l. ſi tibi. §. ultimo ruſum in l. ſi optio. §. 1. ff. de opti. leg. vbi eſt optimus text. & in l. cùm in plures. §. mel-

§. mel-

§.meſſem.ff.locat.& in l.Iulianus.§.ſi venditor.ff.de act. empt.[Et quod tractatur à Socin.conſil.51. viſo teſtamẽto ſpectabilis viri,li.3. an fideicommiſſarius vniuerſalis poſsit cogere hæredem, vt faciat Inuentarium ad ipſius fideicommiſſarij vtilitatem.]

22 *An notificatio, quæ fit domino apud acta, ſatis ſit.*

Decimò, quid ſi emptor exhibuit domino ſuum contractum, ut tenetur ex alia noſtra conſuetudine,& id quidẽ apud acta ſuæ iuriſdictionis, ut ſæpè fit,quia fortè eſt etiam à domino in ius uocatus:an ſatis eſt,ut dicatur fuiſſe facta notificatio apud acta,proindeque ſit ſatisfactum huic noſtræ cõſuetudini. Ego de hac re aliquando interrogatus, reſpondi nõ ſatisfactum, quia propter aliud,nec ad hunc finem,de quo loquitur noſtra cõſuetudo,id factum fuit.per text. in l.cum propter.& ibi no.ff. de leg.præſt.& l.bonorum.C. qui admit.quibus iuribus fretus Fran.Aret.in l.ſi tibi pecuniam,in fin.ff. ſi certum peta.dicit,quòd ſi cõtractus vel donatio fieret coram iudice propter aliam ſolennitatem, quàm propter inſinuationem, quæ de iure requiritur, quia fortè ex ſtatuto debet fieri coram iudice, non propterea eſt ſatisfactum inſinuationi, quia non propter eam, ſed ob aliud fuit iudex aditus. Quod dicit ſingu. & ex eo limitat dictum Bar.& Bal.in l. Modeſtinus. ff.de dona. & Bal.in l.illud, col.2.verſic.ideo in primis quæro.C.de ſacroſan.eccleſ. quòd ſi donatio fiat coram iudice, non requiritur alia inſinuatio, vt videlicet procedat, niſi ob aliud fuit iudex aditus. Ex quo & tu vide Bal. conſilio.375. certum eſt, colum. 2. verſic.ſed videamus, & ſequen.lib.3.& Guid. Pap.in tracta. præſump. col.penultim.uerſicul. ſi iudex interponat.

23 *De eadem re.*

Et hoc in caſu noſtro apertè demonſtrant, verba huius noſtræ conſuetudinis,quæ poſtea ſubijciuntur,id ſatis non eſſe, quæ ſunt huiuſmodi, *& à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification*, quibus verbis expreſſim declaratur,hanc notificationem fieri, & in acta referri debere,ad hunc finem,*à ceſte fin*, id eſt; propter ſe principaliter:nam ſi ob aliud fieret, non haberet vim & effectum, qui inde oritur, cùm actus agentium non operentur præter intentionem eorum, ut dicere ſolemus ex Ariſtot. & probatur optimè in l.non omnis.ff. ſi cer.pet.& in l.obligationum ſubſtantia. ff.de actio. & oblig.Atque ad hæc referri poteſt text. in cap.2.& quod ibi not.glo.in uerbo,reſtitutio facienda.& ibi DD. poſt eum,extra de ordi.cogn.cum ſim. adductis à Panormit. eo in loco.Et ſi aliter diceremus, vide quid inde ſequeretur,vt ſcilicet,ſi inter emptorem, & alium fortè colludẽtem,lis eſſet de re empta,aut ratione illius,quæ facilè cõfingi poſſet,eaque emptio in actis allegaretur ab emptore,cum precio, & cæteris ipſius clauſulis, ſatis eſſet factum noſtrę conſuetudini,cogereturque conſanguineus omnia acta multorum annorum conquirere,ſingulaque ab ouo ad mala indagare, ne qua fortè parte id veluti per noctem deliteſceret. Et uide quæ dicã infrà, in ſeq. q.verſ.ego verò.

24 *Si conſanguineus aliter ſciat venditionem, an ſatis ſit, vt repellatur poſt annũ.*

Vndecimò quæro,quid ſi emptor hanc notificationem apud acta non fecit, tamen proximus aliter eſt de venditione certior factus, an ſtatim curret ei annus, quàm id reſciuerit, non expectata hac notificatione? Quod poſſet videri, quia hæc notificatio non ob aliud fit,quàm ut conſanguineis ea venditio poſſit innoteſcere,ſicut de alijs denunciationibus dicitur in l.itẽ ueniũt. § petitam.ff.de petit.hæredita.& l.aut qui aliter. §.ſi fortè.ff.quòd ui aut clàm.Et ſi dubium ſit,quam ob rem aut cauſam fiat denunciatio,uidetur potius fieri certiorandi alterius cauſa,quàm ob aliud,ex ſententia Dyni in c.eũ qui certus,de regu.iur.libro 6.Cyn. & Iaco. Bel.in l.emptor.C.de euictio.Ioan.Andr.& aliorum in ca.ult.extrà de emptio.& uenditio. Alex.conſ.24.inſpecto,circa medium,libro 4.& conſilio 138.viſo,colum.1. lib.6.vbi loquitur in caſu huic noſtro ſimili.Ideo ſi qui certiorari debuit,aliunde certior factus eſt,non opus eſt aliam denunciationem facere.dict.§.petitam.vbi Bart.& alij not. idem operari ſimplicem ſcientiam, quod denunciationem.quod etiam uoluerunt Dy.& Ioan. And. vbi ſup.& ipſe Dyn.& Bart.in l.denunciaſſe.in princ.ff. de adulter. nam & qui certus eſt, amplius certiorari non debet.l.1. in fi.ff.de act.emp. & dict.c.eum qui.& gl.in c.cùm inter uniuerſas,in uerbo,cognouerunt,extrà de elect.& in c.2.in uerbo,infra tres menſes,de conceſ.præb.& in ca. cùm inhibitio,in uerbo,voluerit, de clan.deſponſ. cum ſimilibus.Ideo ex gloſſ.in ca.non iniuſtè,in gloſ. vlt.extrà de procurato. tenet quòd procurator, qui debet denunciare domino latam contra ſe ſententiam, ſi ex iuſta cauſa non appellat,quòd dominus ipſe,ſi velit,appellet, id non tenetur facere,ſi dominus aliter reſciuerit.

Et vt ſpeciatim ad caſum noſtræ conſuetudinis veniamus,Alexand.Doct.celeberrimus bis ex facto interrogatus,reſpondit,quòd ſtante ſtatuto, ut proximus poſſit redimere fundum venditum intra certum tempus, poſt publicationem contractus factam à præcone in platea publica, ſi proximus aliter venditionem reſciuerit, ſtatim ei currit tempus,ſine alia publicatione. Ita enim voluit, primum d.conſ.24.viſo,col.2.verſ. confirmatur & ſecundò,lib.4. iterumque d. conſ.138. ſimilis initij, col.1.& 2.lib.7.Et id confirmat hac ratione, quia cùm denunciatio fit ad commodum alterius,ſola illius ſcientia ſufficit ſine denunciatione, ex ſententia Iaco. Belu.in d.l.emptor.C. de euict. per text.in d.l.1.in fin. ff. de act. emp cum alijs concor.ab Alex.adductis.& idem quoq; conſuluit Philip. Dec. conſ.222.viſo, col.3. verſ. tertiò principaliter. Sed hic ibi, ne erres, innititur quibuſdam verbis ſtatuti,ſuper quo conſulebatur,ex quibus colligit ſufficere ſcientiam,quaſi tacitè aliud ſentiat,ceſſantibus illis verbis,aut ſimilibus.Sed & hanc partem ſecutus eſt Paul.Pariſ.conſ.81.in præſenti colum.penul. nu.27.lib. 3.[& Maria.Soc. Iunior conſ.1. pro reſolutione, col.6. nu.18.lib.1.] 25 *De eadem re.*

Nam & contrarium expreſsè & in hac ſpecie uoluit Bald.in tract.πρωτομίξεος,colum.5.uerſ.ſed pone iure municipali.Nam non ſolùm (inquit) requiritur ſcientia,ſed denunciatio,quæ eſt de ſubſtantia,quia ſtatutum ſiue conſuetudo exigit id denunciari, nec licet à forma ſtatuti recedere, quia forma eſt de eius ſubſtantia, ſicut forma rei eſt de ſubſtantia ipſius,eaque in actibus hominum eſt de ſubſtantia actuum.Eſt autem forma legis ordinata diſpoſitio,certos habens fines. l. certa forma. C. de iure fiſc.lib.10.& l.forma.ff.de cenſibus. & l.conſtitutionibus.ff.ad municip. Forma autem rei eſt quidam gradus ſiue perfectio eius à natura uel arte, & antequã iſta forma inducatur, dicimus rem rudem, & quaſi rudem materiam.l.quæſitum.§.illud fortaſſe. ff.de lega.3. Forma uerò in actibus hominum eſt debita partium ordinatio ſecundum prius & poſterius.l.1.§.eum qui.ff.de conſti.pecu.& l.naturalis.ff.de præſcrip.uerbis. Et paulò poſt dicit,quòd cùm quæritur,an denunciatio ſit de ſubſtantia:Si lex (inquit) expreſsè exigit denunciari, tunc quaſi forma quadam quis eſt adſtrictus ad denunciadũ: ſi autem ſimpliciter loquitur, & tunc ſi tractamus quo ad finem ſciendi,ſufficit ſcientia,per d.§. petitam: ſi ad alium effectum,ſcilicet inducendæ uel prohibendæ alicuius rei,non ſufficit ſcientia,per d.l.denunciaſſe. Hæc ille ferè ad uerbum. 26 *De eadem re.*

Et illum nuncupatim ſequitur Matth. Afflict. in eod.tracta.Protomixeos,in uerbo,ut infra triginta dies, col.2.uerſ.ſed iuxta hoc quæro.& iterum, colum.6. uerſ. ſubſequenter quæritur,& uerſ.ſed pone quidam coniunctus, ubi etiam dicit id procedere, ſi conſanguineus præſens fuit venditioni, tanquam teſtis, aut Notarius, rurſumque in uerbo,ſcriptum eſt, col.pen. uerſ.10.no. Et idem quoq; ex facto reſpondit Cæpolla conſ.cauſarum ciuilium 47.in cauſa, colu.2.uerſ. circa ſecundum, vbi in eodem caſu & ſtatuto interque eaſdem partes, de quibus per Alex.d. conſ.24. lib.4.reſpondit è diametro contrarium eius,quod ab eodem Alex.reſponſum eſt illo conſi.videlicet non currere tempus ſtatuti ob ſcientiã ipſius proximi,niſi publicatio facta fuerit à præcone in platea publica,ſecundũ illud ſtatutum.Sed et ipſe Alex. conſi.27.viſo,in princ. lib.6.in eandem hanc partẽ conſuluit, vt ſcilicet ſcientia hoc caſu non ſufficiat: ſed ibi loquitur in ſtatuto, quod requirebat huiuſmodi denunciationem fieri conſanguineo,vlterius diſponẽdo,cõtractum aliter non ualere,ex quo ſatis conſtabat,talem denunciationem eſſe de forma & ſubſtantia, ſecundũ Iac. Bel.in d.l. emptor. C.de euic. A forma autẽ denunciationis(vt id illi addas)recedere non licet.Bal.conſi.283. viſa inquiſitione,circa med.verſic.quartò probatur,lib. 1. Sed & idem in caſu noſtræ conſuetudinis,aut ſimilis, tenuit Mod.Pariſ.in conſuet. Pariſ. titul.1.§.13. gloſſ. 11.nu.5 & 6.& Igneus in l.1.§.ſi cùm omnes,nume.12. ff.de Senatuſc. Syllani. vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in Curia Normaniæ. 27 *De eadem re.*

28 *De eadem re. Sciẽtia nõ ſufficit,ubi denunciatio pro forma requiritur.*

Certe huius rei cardo in hoc vertitur, vtrum denunciatio ſiue notificatio,de qua hìc agitur,ſit de forma vel ſubſtantia,ſiue etiam de ſolennitate, an verò non ſit: nam primo caſu non ſufficeret ſcientia: ſecundo autem refert,an fiat ad inducendã ſcientiam,ſiue notitiam tantùm,& ſufficiat notitiam,ſiue ſcientiam eius rei aliunde habuiſſe, an ad aliud quoque quippiam, & non ſufficit. Ita enim voluerunt præter eos, quos ſuprà citauimus, Io.And.in addit.Spec.titu.de emp. & vend. §.vlt. verſi. circa quod videndum eſt.& in tit.de procuratore.§.vlti. verſ. ſed quid ſi debitor, vbi loquitur in caſu l.3.C. de noua.Bart.in l.quidam decedens.§. vlt.ff.de admin. tut. & in l.non ſolum. §. morte,col.11.uerſi. examinemus ergo.ff.de ope.noui nuncia.& in l.21.§.vlt.in fi. & ibi Bal. colum.2.ff.ſolut.matr.& idem Bar.in l.qui abſentem,in 3.q. & ibi etiam Ang. ff.de procur. & in l.libera,col. 2. verſ.deinde no.C.de ſentent & interloc.om.iud. & in l. 1.C.de peric.& commo.rei vend.Bal.in c.1.ti. ſi de feu. vaſ.ab ali.interp.fue.Ang.in d.l.denunciaſſe. Raph. Co. latè loquens etiam in caſu d.l.3.de nouati.conſ.4.domina Stella,col.2.verſi. cæterùm poſito. Flo.in l.Labeo. ff. de nauti:fœno.Domi.conſ.33.pro examinatione, col.2. verſ.nec ob.ſi dicatur.Paul.Caſtren.conſ.382. ſuper primo,col.2.verſ.nec obſt.Cle.lib.2.Ioan.Ray. in c. imperialem.§.habito,col.12.verſi.ſed reſtringendo, titul. de prohib.feud.ali.per Fede. Franc. Aret.in l. qui ante Celendas,col.vlt.ff.de verbor.obli.Feli.in c.cùm cõtingat, col.5.uerſi. quarta concluſio,extrà de reſcrip.Iacob.à S. Georg.in tract.feud.in uerbo,& cum pacto de non alienando,col.5.uerſi.ſed hìc cadit, cum alijs concord. adductis ab Alex.in conſ.ſuprà allegatis,& in d.l.2.§ ulti. ff.ſolu. matrim.& in d.§.morte.& Philip.Deci. conſ.74. cuius ſuperſcriptio incipit, emptor non poteſt, colu.2. verſic.& prædicta.

29 *An hęc notificatio ſit de forma.*

Ego verò,vt tandem meum interponam iudicium, arbitror hanc denunciationem eſſe veluti de forma, ut ſatis patet ex hac noſtra conſuetudine, præſertim in illis verbis, *& à ceſte fin ſera tenu*, & cætera, quæ quidem verba, apertè ſignificant id tanquam formam eſſe obſeruandum.Et forma data à ſtatuto, in dubio cenſetur ſubſtantialis.Bal.in l.cõparationes,in tertia oppo.in fin. C.de fid.inſtr.Et ſi forma ſtatuti nõ ſit obſeruata,corruit actus.Bal.in l.humanum,col.2.C.de legi.Ang. conſ.89. præmitto.Pet.Anch.conſ.35.viſa quadam,col.1.cum ſimil.Et vide interim Philip.Dec.d. conſ.222.col.2.uerſ. ulterius tamẽ,& col.ſeq.ver.ſi.nec obſt.ſi dicatur, vbi uidebis quid dicendum ſit, ſi ſtatutũ loquens de retractu conſanguineorum, præcipit obſeruari certam formam circa notificationem contractus, vt conſanguinei ſcire poſſint,& aliud ſtatutum iubet aliam quandam formam obſeruari, etiam in notificatione alienationem bonorũ pupilli: an ſi alienato fundo pupilli fuit ſeruata forma, quæ tradita eſt ad notificationem illius contractus, ſit etiam neceſſe ſeruari formam traditam ad notificationẽ quæ requiritur pro retractu, & id adde ad ea, quæ diximus ſuprà,in præced.quæſt.

*An ſatis ſit obſeruare formam notificationis,quę ad aliud requiritur.*

Porrò ſi teneas eam ſententiam,cui ſatis eſt conſanguineum fuiſſe certioratum de uenditione, ſine alia notificatiòne,eam tamen intelliges, ſi modò ſcientia ipſius conſanguinei fuerit plena, per id quod no. voluit Imol.in Cle. cauſam, colum. 2.uerſic.nota regulam, de elec. ubi tradit eam regulam, quòd cùm denunciatio fit ſolùm ad certiorandum, ideoque ea non eſt neceſſaria, cùm is, propter quem fieri debet, aliunde certus eſt, ſecundum ea quæ diximus ſuprà: certè ut tollatur illa neceſſitas denunciandi ob ſcientiam, requiritur eam ſcientiam plenam eſſe & certam,per text. & ibi in uerſiculo,intimatio, cùm dicitur: Niſi ad appellatum eius plena & certa ſcientia perueniſſet. Cui adde, quòd ad hoc,ut quis dicatur habere ſcientiam alicuius rei, requiritur,quòd non tantùm eius rei,ſed vt qualitatum & circumſtantiarum ipſius notitiam habeat,ſecundũ gloſſ. in cap.concertationi, in uerbo, ſciuerit. & ibi Domi. Philip.Franc.& alij,de appel.lib.6.Ro.qui eam glo.dicit no.conſ.343.ex propoſito paulò ante fi.& Alex. cõſ. 114 ponderatis.col.2. uerſ.accedit ad maiorem, li.1.ubi dicit eã glo.reputari ualde no.& Barb.in d.Cle. cauſam, col.27.in paruis,uerſ.nam in dubio,de elect.& in c.cùm uigeſimum,col.2.extrà de off. deleg. Feli. qui eam dicit auream,in c.à nobis,col.1.extrà de excep.de hoc quidẽ, quòd ubi requiritur ſcientia, non ſufficiat eam probare in genere.& in c.quod ad conſultationem,col.pen. uerſ. duodecima concluſio,extrà de re iudic.& Iaſon in l. qui Romæ.§. duo fratres, col.28.uerſic. ſecundò adde. ff.de uerbo.oblig.& Philip.Deci.in c.nam concupiſcentiam,in 2.lect.in fi.de conſti.ubi & eam dicit no. & d. conſil.222.col.2.nu.5.iunctis his quæ ſcribit in fin.eiuſdem conſ.ubi & eam trahit ad caſum huius noſtræ conſuetudinis. & Lud.Gozad. conſi.9. in hanc cauſa,col.7. num.34.Vide tamen quid dixerit Roma. conſi.6. quòd dicta,uerſicu.ſecundò hoc probat & in fin. Et facit etiã gloſſ. in d. Clem. cauſam. in uerbo, plena & certa. & ibi Cardin.Floren.poſt antiquiores in 4.quæſt. 30 *Quid, ſi cõſanguinei ſentẽtia nõ ſit plena.*

Qvid enim (ut etiam loquar de noſtro caſu) ſi fortè conſanguineus reſciuit ex rumore quopiam incerto, aut etiam à quibuſdam certis perſonis, qui illi generatim dixerunt eam rem à Titio eius conſanguineo cuipiã uenditam ſine mentione certi precij aliarumque clauſularum non parui ponderis:dicemus ne id ſatis eſſe? & certè nemo dixerit,niſi è diametro,ultra ſuprà allegata, pugnare uellet cum text. in l. in totum, ibi, niſi uera & certa ſcientia. ff. de reg. iur. & gl.in cap. cupientes. in princ.in uerbo,notitiam, de elect. lib.6.quæ ad dictionem,notitiam,ibi in tex.poſitam,addit certam & indubitatam ex renunciatione hominum fide dignorum, uel uiſu literæ Anthenticæ, nec tenetur(inquit)cuilibet referenti credere, per quædam ibi allegata. Nam & aliàs ſcire non dicitur, niſi qui certò ſcit, nec dubitans quoque ſcire dicitur,gl.in l. de ſtatu.ff.de teſta. Bar.in l. admonendi, columna quarta, ff. de iureiuran. Et probat textum æquiparans dubium & ignorantem, in l.ultima §. ſinautem neſcius & dubitans. & ibi Bartol.& Angel.C.de furt.cum alijs multis concordantijs à me collectis in repe.l.ſi unquam,in præfat.numer.99.incip. nam mulier.C.de reuocand.donat.Et uide quę dicam in ſequent.quæſt. 31 *De eadem re.* *Scire non dicitũ, niſi qui certò ſcit.*

Ex quibus potes intelligere (& id erit pro 12.Quæſtione) non ſatis eſſe, ſi emptor ſuam emptionem apud acta notificauerit in genere,ut ſi ſimpliciter denun- 32 *An ſatis ſit ĩ gñere*

*notificare ſine declaratione præcij, et aliorum.* ciat ſe talem rem à tali emiſſe, ſine declaratione precij aut alterius clauſulæ inſtrumenti, quæ maximi eſt fortè momenti ad impellendum animum conſanguineorum, vt retrahant, vel non retrahant, per ea quæ iam diximus in 2. præced. verſicul. & ſuprà in 1. quæſt. huius glo. Quibus & id potes addere, quod ſcribitur in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clàm, ibi. neque quidē perfunctoriè aut obſcurè denunciare. ex quo Alexand. conſil. 89. excellentiſsimi, col. vlti. lib. 5. dicit denunciationem obſcuram nihil valere. Et Fran. Aret. conſil. 68. excellentiſsime, col. 1. per eum text. dicit, illum ſcire dici, cui res cum ſuis qualitatibus perfectè demonſtratur. & ad hoc quoque allegat l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de operis noui nunciat. & l. ſi rem quam. §. vltimo. ff. de euict.

33 *De eadem re.* Et quod item ſcribitur in l. 1. §. edere. ff. de edendo. cuius hæc verba ſunt: Edere non videtur, qui ſtipulationem totam non edidit. Ex quo not. Bal. ibi, quòd qui tenetur edere inſtrumētum, nō ſolùm tenetur edere quod principale eſt, ſed & ſtipulationem, renunciationes, & alias clauſulas adiacentes. Subditque, quòd ſi ex ſtatuto inſtrumentum debet inſinuari, non ſatis eſt partem ipſius inſinuari. & idem penè uoluit Ang. ibi, & propè ſimilis text. in l. vbi, §. 1. ff. eod. titu. vbi ſcribitur: Dolo malo non edidit, & qui malitioſè edidit, & qui totum non edidit. Et facit etiam quod ſcribitur in l. ſcire oportet. §. ſcire autem. ff. de excu. tuto. cuius hæc verba ſunt Scire autē oportet, quoniam non ſufficiat accedere ad iudicem, ſed oportet eum & de ſpecie remiſsionis teſtari, & ſi multa habet, quæ ad remiſsionem ſunt iuſta, omnia nominare. Si autem nō, ſimilis eſt ei, qui nequaquam acceſsit: aut acceſsit quidem, iuſtum autem quid remiſsionis non nominauit.

34 *De eadem re.* Et ita in caſu noſtro expreſsim (ne autoritate careamus) voluit Bald in tract. Protomixeos. col. 6. verſic. his ſic præmiſſis, per l. ult. C. de iur. emphy. de qua, quātum ad id pertinet, diximus ſuprà, in eadem glo. quæſt. 1. & ſupra quoque eodem tit § 4. in uerbo, *& cependant ne courra pas le temps.* Et quia etiam, vt ad Bald. redeamus, precium eſt de ſubſtantia uenditionis, nec præſumitur, ut dicit uoluiſſe Cyn. & Petr. in l. 1. C. de contrahen. & commit. ſtipula. cui rationi adde quæ dicam infrà, in fin. huius titul. quæſt. 18. Et quia etiam (vt ad Bal. redeamus) is, qui non habet ſcientiam eorum, quæ ſunt de ſubſtantia, non dicitur ſcire, ſed ignorare l. multum. ff. de conditionib. & demonſtr. & per alia quædam. quæ ibi uidere poteris. Et eum nuncupatim ſequitur Matth. Afflictus. in eod. tract. Protomixeos, in uerbo, vt infra 30. dies, colum. 2. verſi. ſed vlterius quærit Et idem quoque voluit Ferro. in conſuetu. Burdigal. hoc eod. tit. *de retraict* §. 13 colum. 2.

35 *De eadem re.* Nec omiſerim tamen textum optimum in l. ſed & ſi pupillius. §. proſcribere, cùm in multis locis eius, tum verò maximè in illis uerbis, uel obſcurata proſcriptione. ff. de inſtitu. actio. ubi paria ſunt non proſcribere palàm & in propatulo, aut obſcurè proſcribere. Et in l. non intelligitur, in princip. & l. ita fidei. ff. de iur. fiſci, vbi id palàm relictum & datum non intelligitur, quod ita relinquitur & datur, vt certò ſciri non poſſit ex teſtamento, quid quantumve relictum ſit, & datum. Et ut pulchre, not. & ſcribitur in poſtremo loco, is maiorem fraudem excogitaſſe videtur, qui ita reliquit, vt palàm feciſſe videretur, cùm aliquid eſſet tacitæ obſcuritatis, quàm qui omninò tacitè reliquit. ille enim non tantùm legem circumuenire uoluit, ſed etiam interpretationem legis, quę tacitum fideicommiſſum habetur. & ibi proponit exemplum utriuſq;, vt videre poteris & l. Fulcinius §. illud. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. vbi is latitare videtur, qui ita in publico eſt, vt ſe videndum non præbeat creditoribus, vt quia circa columnas & ſtationes deliteat. Et ex eiuſmodi iuribus & quibuſdam alijs Maria. Socin. conſ. 23. viſis, colum. 10. verſic. cùm ergo prædicta, illud uoluti axioma elicuit, paria eſſe aliquid non exprimere, & confuſè, ſiue dubiè, exprimere. Bartolo. autem Soc. eius filius, conſi 295. in cauſa, colum, 3. uerſic. quartus caſus, lib. 2 tradit & illud non diſſimile axioma, aſſertionem dubiam & obſcuram non releuare: per alia quædam iura. Sed quibus addere potes text. in Clementina ſecunda, in fin. vt lit. penden. cùm dicitur, Dum tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa, per quæ plenè poſſit inſtrui ſuper quibus, &c. & ibi gl. vlt. Imo. col. item vl. & Card. Floren. tum in tertio notabili, tum in quinta quęſtione. & omnes ibi.

Decimotertiò quæro, Si hæc notificatio facta nō fuerit, intra quod tempus admittetur conſanguineus? Dic quod ſemper intra 30. annos: poſteà autem non audietur: quia eo ſpacio tollitur omnis actio, l ſicut, & l. ultim. C. de præſcri. 30. uel 40. anno. & l. 2. C. de conſtit. pecu. Et ita in hoc caſu nuncupatim tenuit Paul. Caſtr. conſi. 430. circa primum: in 1. dubio. libr. 2. & Cæpolla conſil. cauſarum ciuilium, 43. clariſſimè, columm. ultim. & Phil. Dec. conſ. 222. uiſo, colum. ultim. uerſicul. ultimò non eſt omittendum. [Et Maria. Soc. iunior conſ. 22. pulchra eſt præſens conſultatio, colum. 6. uerſ uenio modò ad quartam, lib. 1. quem omnino uideas, is enim ſua conſilia edidit circiter annum octauum poſt primā huius operis editionem.] Et id quoque diximus ſuprà eo. tit. §. 1. gl. 10. in uerbo, *dedans l'an*, num. 10. ex quibus conſtat. Et illic dictis adde tex. optimum in c. porrò, titu. quali. olim feud ali. pote. ubi domino competit beneficium reuocandi feudum, reſtituto æquali precio intra annum, ex quo ſciuerit computandum. At ſpacio 30. annorum tam ignorans, quàm ſciens, ab hac reuocatione ſummouetur. Quod tamen intellige (ne decipiaris) re uendita manente apud emptorem, uel eius hæredes. Quod ſi alteri fuerit res uēdita ab ipſo emptore, uel eius hæredibus, is uſucapiet aduerſus ipſos conſanguineos ſpacio 10. uel 20. anno. ut diximus latè in eodem uerbo, *dedans l'an*, nu. 11. ſed id tamen. 36 *Hac denūciatione nō facta, intra quod tempus admittet' conſāguineus.*

Huic autem, quod diximus de præſcriptione 30. annorum, concinit, quòd omnia propè iura eo ſpacio tolluntur, uidelicet ius adeundi & immiſcendi hæreditati, quæ iura proximè ad retractum accedunt. Item ius petendi legitimam, & petitio hæreditatis, quæ non longè ab illis diſtant. Vt de primis uoluerunt Glo. Bald. & propè omnes in l. licèt. C. de iure delib. cum alijs multis concordantijs à me collectis in repe. l. ſi unquam, in uerbo, reuertatur. num. 392. cæterum quod primum. De iure petendi legitimam uoluerunt Bal. Sal. Ang. Pau. Caſt. Floria. & Iaſon in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. cum alijs quoque multis concordan. à me eodem loco congeſtis num. 396. uerùm in ea. Quibus adde Bal. in l. nam & is. §. 1. ff. de inoffi. teſt. & conſ. 50. uiſo teſtamento, colum. 1. lib. 5. Ang. in l. omnimodò. in prin. C. de inoffi. teſtamen. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & in l. ſi à domino, in princ. ff. de peti. hæredi. & in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cer. petat. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe Fulg. conſ. 84. Bonacurtius, colum. 2. uer. in ſecundo. Alexan. conſ. 108. uiſo, col. 1. lib. 1. Corne. conſil. 90. uidetur. col. ultim. lib. 1. Bened. Cap. conſi. 40. circa quæ. colum. 2. & conſ. 76. punctus, quidam Antonius, col. ul. Ang. Aret. in §. 1. col. 2. uerſ. nota quòd querela, Inſtitu. de inoffic. teſtam. Gui. Pap. Dec. Delph. 82. Doctores Stephan. Bertr. conſ. 94. dum fuit, num. 3. lib. 1. & conſ. 246. uiſo caſu, col. 1. lib. 1. & conſ. 95. quæſitum eſt, in fin. li. 3. Anto. Rub. conſi. 156. circa primum, in princip. Franc. Balb. in tract. Præſc in 23. quęſt. 4. item partis princip. & Viglium in §. ſed hęc, Inſti. de inoffi. teſt. De petitione hęreditatis, eſt tex. in l. hęreditatis, iuncta gl. & ibi Doct. C. de pet. hære. Bal. conſ. 401. primò uidendum eſt, lib. 4. & conſ. 6.

37 *Ius adeūdi & immiſcendi 30. annis præſcribitur. Et ius petēdi legitimam.* *Et petitio hæreditatis.*



conſi. ſexageſimoſecundo, punctus talis eſt. Petrus lib.

38 *Ius dicendi teſtamētum nullū.* Item ius dicendi nullum teſtamentum, contractum, arbitrium, ſententiam, decretum, & bannum. De teſtamento uoluit Bart. in l. filio præterito, colum. antepen. verſ. ſed quando ſe immiſcuit, & ibi Bald. colum. ult. Ang. etiam col. ult. Paul. Caſt. & Pet. Beſu. ff. de iniuſto teſt. Sal. in l. 2. C. de poſth. hære. inſtit. Anto. conſ. 26. ad primum, col. 3. in 2. dubio. Rapha. Co. & Imol. in l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de lib. & poſth. Alex. in l. 1. colum. 2. C. quan. non pet. part. & in l. 3. colum. 2. verſ. quid autem in iure. ff. de acq. hære. & Gui. Pap. deci. Delphi. 426. an lex, colum. 2. verſ. ſed an filius, & deci. 497. item & ſecundo. & Bened. in repet. c. Raynutus, in uerbo, mortuo itaque teſtatore, le 2. nume. 63. de teſta. Stepha. Bertran. conſ. 1. nume. 50. lib. 2. De contractu autem uoluit Bald. in d. conſi. 410. libr. 4. & conſ. 189. punctus quæritur, lib. 5. De arbitrio idem Bald. conſi. 67. quia ex facto, col. 2. uerſi. præterea. & ad idem, lib. 3. vbi & idem dicit de ſententia: ſicuti etiam faciunt de eadem, & de decreto, & arbitrio promiſcuè, gloſſ. in ſumma 35. quæſt. 9. in fin. Spec. tit. de ſenten. §. iuxta, verſ. vlt. Bald. in l. 2. colum. 2. uerſi. quæro quid eſſet. C. de iure fiſci. libr. 10. [& conſi. 322. vtrum poſt 30. poſt medium, libr. 1.] Guil. à monte Laud. in Clem. 1. de ſenten. & re iud. Sal. in l. ſi præſes, colum. ul. C. quomodo & quan. iud. Imo. loquens de ſententia nulla, quia lata eſt ex falſis allegationibus, in c. ex parte Adæ, colum. 4. verſ. in glo. idoneos, extrà de teſtib. Guid. Pap. conſ. 61. rationibus, col. 2. & conſ. 226. in caſu, & ſing. 938. verſic. vſque ad 30. ann. Carol. Rui. conſil. 62. diſcuſſo, col. 5. nu. 14. lib. 5. De banno denique uoluit Bald. in l. data, col. antepen. verſ. ſed quid ſi bannitus. C. qui accuſ. poſ. *Cōtractū. Arbitriū. Sententiā. Decretum. Bannum.*

39 *Ius petendi reductionem ad arbitrium boni viri.* Item ius petendi reductionem ſententiæ arbitrorum ad arbitrium boni uiri. Cyn. in l. ſocietatem §. arbitrorum in addi. & ibi Alber. & Bald. in l. vnde ſi Neruæ, quæ ſolet legi cum d. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Oldrad. conſ. 156. primum de quo quæritur, in ult. dubio Paul. Eleaz. conſi. incip. in præſenti quæſtione, vt illum refert Lanfran. Brixi. in tracta. arbitrorum, in 20. quæſtio. Bal. & Ang. in d. l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. ipſe Bald. in l. 2. ad finem. ff. de arbit. & in l. vlt. colum. 6. uerſiculo quæro uſque ad quod tempus. C. de contrahend. empt. & in capitu. Quintaualis, colum. ult. uerſicu. & nota quòd ſicut, extrà de iureiuran. Angel. colum. 315. ius petendi. Ioan. Ana. conſ. 16. uiſo puncto, colum. ultima Alexand. conſ. 95. viſis proceſſibus, colum. ultima libro 2. vbi hanc dicit eſſe communem opinio. Corne. conſil. 177. in hac re, in fin. lib. 2. Philip. Dec. conſilio 39. iuridicam, colum. ultima verſ. & prædicta, & conſ. 587. coram magnificis, in fin. De quo tamen vide Barto. in d. §. arbitrorum, colum. 6. verſicu quæro infra quantum tempus, & ibi omnino Alexand. in additio. ipſius, in uerbo, officio iudicis, Anton. in d. capitu. Quintaualis, columna 14. verſiculo quæro tertio. & Franciſc. Balb. in d. tracta. Præſcript. in 33. quæſtione d. 4. partis, 4. item partis princip.

40 *Officium iudicis. Ius petēdi legatum & fideicōmiſſum.* Item officium iudicis, ius petendi legatum & fideicommiſſum, ius ratificandi ſiue acquirendi per ratificationem, ius inſinuandi donationem, ius petendi executionem. Vt de officio iudicis uoluit gloſſ. in l. ſicut, in verbo, perſecutione, & ibi Bar. Bald. Ange. & Salyc. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum cum multis concordan. à me adductis ſupra §. præceden. in verbo, *ignorans*, numero 41. & quod per 30. De ſecundo uoluit etiam Bal. conſilio 137. quædam vidua, in fin. libr. 5. & conſ. 168. proponitur quòd quidam, colum. 1. eodem libro 5. & Phil. Dec. conſ. 267. non excidit, colum. 3. uerſ. uenio igitur. & vide quæ diximus in repet. l. ſi unquam, in uerbo, reuertatur, nume. 191. & quidem fulcitur. C. de reuocan. dona. De iure ratificandi item uoluit Bal. conſ. 12. quidam *Ius ratificandi.* dominus Matthæus, colum. 2. uerſicu. & ſi dicatur, libro primo, quod repetito conſ. 366. lib. 5. Corne. qui tamen nonnihil nutat, nec Bald. memorat, conſ. 221. viſis certis, colum. vlt. verſ. & ſi dicatur, lib. 3. Et huius contrariū tenuit Io. Fran. Bald. in d. tract. Præſcri. in 4. parte 5. partis princip. quæſt. 2. numero 6. hac ratione motus, quòd id in mera facultate conſiſtit. Et de iure inſinuandi, Angel. conſ. 179. viſis prædictis inſtrumentis, colum. vltima verſiculo ſecundo eſt videndum, & Card. Rui. qui id declarat conſ. 44. viſo ac perlecto, colum. penul. numero vigeſimoprimo, lib. 1. De poſtremo, ſcilicet iure petendi executionem, Inn. & Bal. qui id dicit not. dignum, in c. vlt. de excep. & Carol. Rui. conſ. 67. in cauſa vertente, col. 1. lib. 5. *Ius inſinuationis. Ius petēdi executionem.*

Item ius repræſaliarum, præſtandi cautionem, colleſtandi, eligendi, proponendi errorem calculi, agendi ad commiſſum ex l. 2. C. de iur. emphyt. dicendi contractum ſimulatum, atque etiam factum metu & reuerentia patris. Vt de primo reſpondit Angel. conſ. 196. ex dicto themate. colum. vlt. poſt princ. & Philip. Dec. d. conſ. 267. vbi ſupra, & iterum conſ. 272. viſo proceſſu, colum. 5. De ſecundo Bal. in c. cum non liceat, colum. 1. extra de præſcrip. Iaſ. qui id dicit ſingu. in l. huiuſmodi, in princ. colum. 2. verſ. an autem. ff. de lega. 1. Catel. Cotta, qui & id dicit ſingu. in memor. incipiente, iuri præſtandi, & item memor legatarius: vbi & alia quædam loca Bald. citat. ſed erranter. De iure colleſtandi, Corne. conſ. 142. videtur prima facie, colum. ult. lib. 3. De iure eligendi, Cy. Pet. & Sal. in l. ſi aquam. C. de ſeruitu. & aqua. De iure proponendi errorem calculi, gloſſ. in l. calculi. ff. de admi. rer. ad ciuit. perti. & in l. 2. & ibi Barto. & Bald. qui id declarant. C. de iur. fiſc. lib. 10. Alexan. & Iaſon in l. 1. vtraque, colum. 1. C. de erro. cal. idem Iaſon conſ. 210. breuiter, lib. 2. vbi & id optimè declarat. De commiſſo, Guid. Pap. dec. Delph. 412. pone. Quod nota ad limitationem l. 2. C. de vectig. & commiſſ. vbi ius petendi commiſſum durat tantùm quinquennio: vt & ibi not. Docto. & Bartol. in l. commiſſa. ff. de pub. & vecti. vt ſcilicet id procedat in commiſſo ob vectigal non ſolutum: nam huiuſmodi vectigalia non admodum ſunt fauorabilia: illud autem Guid. dictum procedat in alijs commiſſis, procedentibus à iure contractuum, quæ ſunt fauorabiliora. Denique de duob. poſtremis, ſcilicet dicendi contractum ſimulatum, vel factum metu & reuerētia patris aut alterius, voluit Bal. d. conſ. 189. punctus quęritur, libro quinto, quod nota, quia vix alibi reperies. Et cum his finem huic rei faciam: nam prius annus nos deficeret, quàm omnia horum ſimilia quis poſſet congerere. 41 *Ius repræſaliarum. Ius præſtādi cautionem. Ius colleſtandi. Ius eligendi. Proponēdi errorem. Agēdi ad cōmiſſum. Dicendi cōtractum ſimulatum. Aut factū metu reuerentiali.*

Decimoquartò quæro, quid ſi conſuetudo noſtra non ſtatuiſſet hunc annum retractus incipere à notificatione, aut aliàs, ſed ſimpliciter præſtituiſſet annum ad retrahendum, vt eſt in multis regionibus Galliæ & Italiæ: à quo tempore tunc is annus incipit currere? De hoc nuncupatim interrogatus Sign. conſ. 81. in quæſtione vertente inter Nigrum, col. 2. reſpondit ex die vēditionis factæ, per l. ſciendum. §. vlti. cum l. ſeq. & l. quòd ſi nolit. §. penult. ff. de ædil. edic. nam cùm lex diſponit de tempore reſpectu actus, incipit tempus currere à die illius actus, niſi alia ſpecialis ratio aliud ſuadeat, l. ait lex ff. ad leg. Aquil. & l. annus. ff. de calum. & l. mariti. §. ſex menſium. ff. de adul. & l. 1. §. dies. ff. de libe. agno. & l. qui duos. §. ult. ff. de manu. teſta. Ideò (inquit) nec curandum eſt de tempore inſtrumenti, nec de tempore traditionis, per tex. nota. in l. alienatum, in prin. ff. de uerbo. ſignific. Hæc prope Sign. [Et idem, ut ſcilicet in hanc ſpecie currat tempus à die uenditionis, nuncupatim uoluit Aegid. Bellame. in c. conſtitutus, colum. 12. uerſi. ſecunda pars. de reſtitutione, in integrum per d. l. ſciendum. §. ultimo, & l. Prætor. §. annus. & l. qui autem. §. ultimo ff. de his 42 *Si annus ſimpliciter ſtatuitur retractui, à quo tempore incipit currere.*

quæ in fraud.credit. Sed poſtea, videlicet uerſ.tertiò dico.id intelligit, ſi traditio facta fuerit.] Tu autem hîc uide, quæ ſcripſi ſupra §.1.gloſſ.2.in uerbo, *a vendu*, nume.43.quid autem, ſi quis,& multis ſequen.& iterum in gloſſ.10.in uerbo, *de dans l'an*, numer.112.uigeſimo quæro. & quæ dicam infrà,tit.ſeq.§.1.glo.2.in uerbo, *à tel temps*,nu.65.cæterùm & hic.[& iterum in 2.numer. 16.nonò quod per textum.]

43 *Quid ſi actuarius, cui hæc notificatio facta eſt,non eam ſcripſit in actis,*

DECIMOQVINTÒ, quid ſi emptor notificauit notario actorum, quē nos vulgò graphariu̇m uocamus, ſed is in actis nō ſcripſit,ut hic fieri præcipitur, uel colluſione,uel incuria, uel obliuione ipſius notarij, aut aliàs? Cùm hæc ſpecies ex facto contigiſſet,alij dicebant tempus cucurriſſe ab eo tempore, quo notificatio facta fuiſſet,de qua conſtabat renunciatione notarij,quam ſuper inſtrumento uenditionis, ut fieri aſſolet,poſuerat,etiam ſi ea in acta ipſius notarij non fuiſſet relata: quoniam emptor feciſſet quod in ſe erat,nec ei imputanda erat malitia, error aut negligentia notarij, qui id omiſiſſet, quod facere debuerat. Ego contrà iudicaui.Nam conſuetudo ut currat id tempus, requirit eam notificationē in actis fieri atq; inſeri,cùm dicitur,*& à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification*. Quin & ſi ea uerba deeſſent,tamen id ſatis declaratur ex uerbis præcedentibus, cùm dicitur,*l'acquiſition ſera notifiée au greffe de la iuriſdiction,&c.* quod non aliud eſt,quàm ſi diceret, apud acta.Ea enim sūt id, quòd uulgò uocamus *le greffe*, non ipſe notarius. Aliud eſt enim *le greffe*,aliud *greffier*: ſicuti aliud eſt inſtrumentum,aliud notarius,qui id confecit: & id clarius eſt, quàm ut diutius ei immorari debeamus. Et aliàs de Iure communi inſinuationes & cæteræ notificationes fieri præcipiuntur,nō actuarijs ſiue grapharijs: ſed actis id fieri neceſſe eſt, ut l.donationes quas parentes,ibi, actis teſtificatione, rurſumque l.cum multæ,ibi, inſinuare autem actis interuenientibus.C.de dona. ante nupt.& l.donatio, ad fin.ibi,actis etiam adnectendis.C.de donat.& l.lata,ſic enim legendum eſt,non data, ibi, actorum teſtificatione, & rurſus ibi, actorum confectione,atque etiam ibi apud acta conficiendis,eo. tit.& l.in donationibus,in prin.ibi,actis inſinuatur,eodē quoque titu.

44 *De eadem re.*

SED quod apertiſſimum eſt,cur,ſi Diuis placet,hæc notificatio præcipitur fieri apud acta? niſi ut per huiuſmodi notificationē res inuulgetur, pateſiat, innoteſcat, & veluti in propatulo & publico ponatur, atque ſic conſanguineis obuia,expoſitaque præbeatur, quantò id commodius fieri poteſt,nam id denunciare ſingulis priuatim conſanguineis, vix poſſibile eſt: cùm omnium propè conſanguinitas magna ſit,& veluti ciuitas quædā, teſte Ariſtotele,& eius autoritate Bald. noſtro conſilio 50.in primis,col.2.lib.4. Quid igitur iuuat denunciare ſiue notificare notario tantùm niſi in acta referatur? Acta enim ſunt quæ rem detegunt, & notoriam, ut noſtri loquuntur,& manifeſtam faciunt, c.ult. & ibi plenè not.extrà de cohab.cler.& muli.& c.cùm olim,de uerb. ſig.Innoc.in c.ex inſinuatione, in fi.& ibi quoque Hoſt. ante fin.Pan.Card. Alex.& Dec.qui concord.affert & optimè declarat,extra de appel [Ro.in l.ſi duo ſint,col. ult.ff.de acq.here.] & Docto.ubique.Et idem ſimpliciter de ſcriptura dicit Bal.in l.generali,in ult.not.C.de ſacro ſanct.eccle.Non autem ſola notarij ſcientia id efficit,ut uidere eſt omnibus; neque enim unius aut alterius cuiuſcunque ſcientia rem quampiam publicam facit,vt probat text.in l.ſed & ſi.§.proſcribere,ibi, cùm multi legerent.ff.de inſtito.act.& ut dicit Fran.Are.conſi.110. clariſſime,col.4.verſ.3.dicit,publicum dici non poteſt,niſi quod ſcitur à maiori parte populi, per gl.in l.ſi tutor.C. de peric.tuto.

*Acta notarium faciunt.*

45 *De eadem re.*

PROPTEREA ſi id notarius omiſerit in acta referre,notificatio ei facta inutilis eſt & ineſficax, quantumcunque emptor fecerit quod in ſe erat: vt in ſimili dicitur in d.l.ſed & ſi.§.proinde.ff.de inſtit.act.Ideoque Martin.Sulimanus ille Ioan.Andr.præceptor in legibus, eiuſque autoritate Cyn. & poſt alios Bald.Ang.Sal.Raph.Alex.& Philip.Corn. in l.ambiguitates.C.de teſtamen.ſcripſerunt, quòd ſi ſtatuto caueatur,vt cum aliquis eſt bannitus, debeat eius bannum in actis communib. inſcribi à tabellione eorum actorum. Si tabellio id omiſerit ſcribere, vitiatur bannum, & idem quoque voluit ipſe Bal.in l.ul.in fi.prin.C.de tēpo. appe.& in l.Imperator,ad finem.ff.de ſtatu hom. in priore lect.Angel.& Imol.in l.1.§.vlt.ff.de hæred. inſtituen. Nam & aliàs id perpetuum eſt,vt error vel imperitia notarij circa actus ſolennitatem,formam vel ſubſtantiam, actum ipſum vitiet,etiam in præiudicium partium:vt dicit glo.in d.l.ambiguitates, in uerbo, non ex mente. & ibi omnes ſcribentes.Et idem de nuncio voluit gloſſ.notab.in Clemen.2.in fin.vt lit.penden.quòd cùm, vt dicatur lis pendere, à iudice competente emanauit citatio ita certa,vt pars ex ea plenè inſtrui poſſit, ſuper quibus in iudicio conuenitur,eaque talis ad partem ipſam peruenerit:ſi iudex in ſua citatione hæc ſufficienter expreſſerit,nuncius verò non ſufficienter parti inſinuarit,nihil actum eſt vt lis pendere dicatur. Et eam ibi ſequuntur Paul. Eleaz Imol.col.vlt.& Card.Flor.in 6.q. Imò verò vt idem Card.in ſeq.quę.ſcribit poſt Lampum ibi, nō ſatis eſſet iudicem ſufficienter expreſſiſſe, & nuncium ſufficienter parti intimaſſe,niſi & id in acta redactum eſſet,per multa ibi allegata. quod proximè accedit ad hūc noſtrum caſum, quāquàm in illis caſibus poſſet uideri nihil parti imputandum eſſe.

QVANQVAM & illud quoque dici poteſt,hic imputandum eſſe emptori,quod notarium non interpellauit,requiſiuit,ſolicitauit,& ſi noluiſſet,coegit per iudicem,vt ſuam ipſius notificationem in acta referret arg. l.1.§.prætermittere autē, verſ.quid ergo. ff. ſi quis omiſ. cau.teſt.& quod in ſimili dicit Franc.Aret. poſt alios in l.rei iudicatæ.§.ſocero,col.2.in fin.ff.ſol.matrimo.Nam & Bart. quoque in l.admonendi,col.6.verſ.quæro quid ſi in inſtrumento.ff.de iureiur.dicit, quòd ſi inſtrumentum non ſit confectum cum legitimis ſolennitatibus,fidem non facit: & eſt imputandum parti, cur non egit aduerſus notarium,vt ſibi ipſum legitimum conficeret, arg.l.ueluti.ff.de eden.Hæc ibi. Agat igitur hic emptor contra notarium,qui eam inſcriptionem non fecit,in id quod intereſt ipſius. Nihil enim eſt hîc ex parte conſanguinei,quod ei imputari poſſit.Quid igitur cauſę eſt, vt ei currat tempus, ſi id factum non fuit, quod ex forma conſuetudinis fieri debuit,ut tempus curreret? Igitur in illa ſpecie cùm primus iudex repuliſſet conſanguineum à retractu,reſeruata illi aduerſus notarium actione, unde ipſe conſanguineus ad nos prouocaſſet, diximus male iudicatum,conſangineumque fore admittendum, reſeruata è diuerſo emptori actione contra notarium, & ſuis notario defenſionibus reſeruatis.Poſtea autem comperi in hac expreſſim ſententia fuiſſe Arn. Ferronum in conſuetud. Burdigal. hoc tit.de retractu. §.13.columna ſecunda. 46 *De eadem re.*

QVOD tamen intelligendum eſt, niſi ſi dolo & calliditate conſanguinei id factum eſſet, vt notarius eam notificationem in actis non inſcripſiſſet, ne ſcilicet tempus ei curreret: tunc enim perinde habendum erit, ac ſi inſcripta fuiſſet, quantum ad eum pertinet, vt de præſentatione mandati apoſtolici voluit gloſſ. in cap. ſi capitulo,in uerbo,factam,in princ.de conceſ.præben.libro 6.argu.eius quod de citatione ſcribitur in cap. quoniam.§. porrò, extrà ut lite non conteſt. cum alijs multis ſimilibus à me traditis ſuprà hoc eodem tit.§.2.glo. 1. numero 8. quid autem ſi cùm emptor, & ſequent.& rurſus in §.15. in verbo, *de puis la litiſconteſtation*, quæ 47 *Quid, ſi dolo conſanguinei id omiſſū fuerit.*

eſt



eſt gloſſ.2.numer. 7.idque perpetuum eſt. Nec abs re verò ſuprà diximus, quantum ad eum pertinet, cuius dolo aut calliditate id factum eſt. Neque enim, quantum ad alios,pro facto haberetur,l.ſi oleum,in princ.& ibi Bal.ff.de dolo malo.

48 *An notificatio cōtractus nō ſubiecti retractui liget ad retractum.*

DECIMOSEXTÒ quæro: aliquis rem immobilem comparauit non contractu venditionis, aut æquipollenti venditioni,vt ex inſtrumento apparet,ideò non ſubiecto retractui, ut plenè dictum eſt ſupra eodem titu.§.1. in verbo, *ou equipollent à vente*,tamen illum ipſum contractum apud acta notificat. Poſtea autem conſanguineo eius alienauit, venienti ad retractum opponit hunc contractum non eſſe obnoxium retractui: conſanguineus autem negat illum eſſe audiendum, cum per notificationem cōtrarium confeſſus fuiſſe videatur: ad quid enim eam fecit (inquit) niſi ut tempore excluderet conſanguineos? Is autem qui comparauit, dicit ſe eam feciſſe ad alium finem: (neque enim ſic vereor loqui cum Tullio in 7. in Verrem actione: Piratam viuum tenuiſti,quem ad finem?) aut,vt redeam,dicit ſe eam notificationem feciſſe ad abundantem cautelam, quæ ei nocere non debet,l.teſtamentum.C.de teſta.& l.pen. C. de euiction. Et hunc quidem caſum aliquando euenire vidimus.

*Ad hunc finem.*

49 *De eadem re.*

ET certè ſi hæc notificatio ad alium finem veriſimilem aut probabilem,& non ſuperuacaneum fieri potuit haud dubiè ea non adſtringet notificantem ad agnoſcendum retractum: per id quod in ſimili voluerunt Hoſt. & Io.And.in ca.ſignificauerunt, vterque in uerbo, infra decem dies, extrà de teſtib. quod tum demum per ſolutionem quis videtur acquieuiſſe,ſecundum l.ad ſolutionem.C.de re iudi. cùm alia coniectura capi non poteſt, cur idipſum fecerit, niſi ut acquieſceret, uti eos refert, & ſequitur Imol.conſil. 144. cepit, ſtatim poſt princip. Vti etiam dicimus non præſumi donationem, ſi alia coniectura, aut præſumptio, aut occaſio capi poſſit,l.ſi cùm aurum, & ibi Bartol.ff.de ſolu. cum multis concordant.à me collectis in commentarijs ad l.ſi unquam, in verbo, donatione largitus, numer.169. vnde ſi poſſit. Et idem de renunciatione dicunt Hoſt.Ioan.Andr. & Ant.in c.accedentibus, extrà de priuil.cum ſimilibus quoq; à me collectis in eodem opere in præfat. nu.129. hinc dicunt.

*Soluēs quādo acquieſcere uideat.*

50 *De eadem re.*

SED quibus addere potes Phil.Dec.conſ.308.in caſu ad nos tranſmiſſo,columna vltima, in prin.& iterum conſ.374. in caſu propoſito,colum.2.verſicul. & hoc idem.Et quod etiam reſpondit Pet.Anch.conſ.106.dubitatur, poſt prin.quòd pater conſentiens donationi cauſa mortis factæ à filio, non cenſetur renunciare vſumfructum, quem habebat in re donata, ſi ob aliud quàm ob huiuſmodi renunciationem hic conſenſus accommodatus cenſeri poteſt, id eſt, ſi conſenſus aliud poſſit operari, quàm renunciationem; per multa illic allegata,quæ tu uidere poteris. Et in hæc, ut id præterea intelligas, ſufficit leuiſſima quæque occaſio, vt dicit Bald.in l.vlt. colum.3.verſic.ibi fortunam.C.de dotis promiſ.& in l.1.C.ad Senatuſc.Trebel.cum alijs quoque ſimil. quæ tibi congeſſi in illo priori loco. Ideò, ut hoc caput concludam, nec hic cenſetur ſibi notificans in hac re præiudicare,ſi poſſit eſſe alia occaſio,vel leuiſſima, huius notificationis faciendæ.

51 *De eadem re.*

QVOD ſi nulla alia coniectura aut cauſa ſiue occaſio appareat ideoq; hæc notificatio eſſet omnino ſuperuacua, ſuperflua, &,ut ita dixerim, fruſtranea,niſi ad id facta cenſeatur, quod in noſtra hac conſuetudine ſtatuitur,ut ſcilicet curreret tempus retractus conſanguineis, ideoq; notificans uideatur fateri locum eſſe retractui & ad eum agnoſcendum ſe adſtrinxiſſe: & tunc multum refert, an ipſe contractus eſt aliàs ſuſpectus de ſimulatione, fraude,& circumuentione retractus: & tunc non dubitarim hanc notificationem magnum adijcere momentum & cumulum ad præſumendam eam fraudē; & ſimulationē: tanquam ſcilicet eam fecerit conſcius eius fraudis: aut vt ſemper & in omni caſu, ſi fortè ea fraus poſteà detegeretur,excluderet, repelleretq; conſanguineos lapſu anni à tempore notificationis nam in prohibitis ac ſuſpectis,huiuſmodi abundantes cautelæ nocent, adaugentq; ſuſpicionem: ut dicunt Bald.& Pau. Caſtr. in d.l.teſtamentum.C.de teſtamen.& idem Bald. in d.l. pen.de euictio.& dicemus latius tit.ſeq.in pręfat.nu.17. quod confirmari poteſt.

VERVM ſi aliter contractus non eſt ſuſpectus, ſed omnimodo citraque omnem ſuſpicionem conſtat eum eſſe vel permutationis, vel donationis ſimplicis,aut alterius,qui non ſubiacet retractui: & tunc dubium eſt,an ea notificatio, præſertim ſi facta fuerit ſine proteſtatione, notificantem obliget, & adſtringat ad retractum. nam ſi proteſtatus fuerit in contrarium, uideretur nullum ſibi pręiudiciū feciſſe, l. Neſennius,ibi,quid enim ſi etiam proteſtata eſt.ff.de nego.geſt. & melius in l.1.§. quemadmodum, in fin cùm dicitur, maximè ſi miſſurus id ipſum proteſtatur.ff.de libe.agn. Sed & ille tex.in eo quod dicit,maximè,præſtat argum.etiam ſine proteſtatione eam notificationem ſimplicem non facere pręiudicium, ut per eam cogatur notificans agnoſcere retractum: non magis quàm is qui in eo tex.miſit cuſtodes etiam ſine proteſtatione, agnoſcere filium,ut etiam declarat Bar.ibi.Et uide tex. qui ad id nonnihil facit in l.forma.§.vlt.ff.de cenſibus. 52 *De eadem re.*

SCIO tamen Alexan.conſ.63.in cauſa & lite, col.2. verſ.inſuper moueor,lib.9.loquentem in caſu ſtatuti huius noſtræ conſuetudinis ſimilis,reſpondiſſe contrahentem,qui ſimilem denunciationem facit,obligare ſe conſanguineis ad reuendendum reſtituto ſibi precio: per id quod in ſimili notat, ut ipſe dicit Barto.in l. locatio, in princ.uerſ.quæro aliquis.ff.de public.& vect.in l.ſi tempora.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſca.li. 10. & quod in ſimili habetur,in l.qua ratione.§.vlt.ff.de acquir. rer. dom.& in l.1.ff.furti aduer.nau.caupo.Sed in caſu ipſius Alexan.liquidò apparebat huiuſmodi denunciationem propter conſanguineos fuiſſe factam. Ideò non trahendum eſt id ad caſus dubios.Et hic tutius eſſet impetrare gratiam huius notificationis à Principe,ex moribus huius noſtræ Galliæ,præſertim ſi contractus,tanquam emptionis,fuerit notificatus. 53 *De eadem re.*

DECIMOSEPTIMÒ, an huiuſmodi notificatio poſſit fieri die dominico,aut alio diuis ſacro? Quod non uidetur,cùm hic actus fieri præcipiatur apud acta,veluti pertineat ad iudicia,quæ hiſce diebus ceſſare debent, l.ult. C.de feri.& cap.ultim.extra eodem titul.& plenè not. à noſtratibus in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nuncia. Ego verò aliter cenſeo, quia quæ fiunt apud acta præſente actuario, ſed abſente iudice, non dicuntur fieri in iudicio, ex ſententia gloſſ.loquentis de confeſſione,in l.iubemus,quæ eſt pen.C.de lib.cau.quam ſequuntur Albe. & Bald.qui eam dicit ſing.& Sal.ibi, & idem Bal. in l. pen.col.1.in 2.not.C.de fideiuſ.& in addit.Spec.titu. de confeſ.parte 2.§.1.col.vlt.verſ. confeſſio iſta debet. & ipſe Alber.in l.ſi ſine.§.1.ff.de interrog.act.& in l.hac cōſultiſſima.§.vlt.in fi C.de teſta.[Bal. qui id declarat cōſ. 261.quidam Laurentius, verſ.ſecundò utrum dicta ceſſio.] Ang.qui alia allegat,conſ.196.ex themate, col.1. ad fi.& Alex.dum eā glo.ſimpliciter allegat, in addio. Bar.in l.1.col.1.C.de confeſ.& in l.ſi confeſſus, in magna addit.col.1.ff.de cuſto.reo.Et facit tex.in l.adoptio. C.de adop.& quod tradit Inn.in c.quoniā, col.1.in verbo,publicam.extrà de teſtib.quod nō creditur actuario, de confeſſione partis facta abſente iudice, niſi ut dicit Alber.in d.l.ſi ſine.§.1.& iterum in l.toties,col.vlt. ff.de interrog.actio.id fiat mandato iudicis. 54 *An hæc notificatio poſſit fieri die dominico.In iudicio fieri nō dicuntur, quę fiunt apud actuarium abſente iudice.*

55 *Nec quæ corã iudice, niſi facta ſint in forma iudicij.*

Imò verò & quæ facta ſunt coram iudice, & apud acta quidem illa, ſed non in forma ſiue figura iudicij, vim iudicij ſiue actus iudiciarij non obtinent: vt probat text.in l.interrogatam, & ibi glo.Bal. & Salyc. C. de lib. cau.& glo.in l.cùm ſcimus, in uerbo, confeſſionibus, & ibi Bart.ante fin.C.de agri.& cenſi.lib.11. Alber. in l. non eſt omnino ff.de manu.vindi.& in d.l.1.col.3. verſ. ſecundò quæro.C.de confeſ.& in l.certum.§.ſi quis abſente, colum.1.ff.eo.vbi tamen diſtinguit Bald.in l.cùm mulier, colum.3.in vndecima oppo.ff.ſolut.matr.Rom. conſi.8.viſo facto, uerſi.ſecundum. & Barbat.conſ.53. præclarè, col.10.num.24.lib.2. Et facit, quod ſcribit Bald.in Authen.ſi qua mulier, colum.2. verſ.pone ergo quòd vir, & ibi etiam Salyc.C.ad Senatuſconſ.Velleian. Igitur cùm hæc notificatio fiat præſente actuario tãtùm, & iudice abſente, nec ſi eo præſente fieret, non eſſet tamen in forma iudicij: conſequens eſt vt hæc notificatio non habenda ſit pro actu iudiciario, qui prohibeatur fieri hiſce feſtis diebus. Et quia etiam actus quoque iudiciarij in mero facto conſiſtentes, & qui non requirunt cauſæ cognitionem, poſſunt fieri & in acta referri illis ipſis diebus, l.actus.C.de feri.& not.in d. §. nunciatio. Cæterùm Matth. Affli. in tractatu πρωτομίξεος, in verbo, vt intra 30.dies, col.4.uerſ. item quæro quo tempore, tenet eam denunciationem, quæ ex ea conſtitu.Protom.fieri debet ijs, quibus id ius competit, poſſe fieri huiuſmodi diebus. Et vide quæ dicam infra in fi. huius tit.in 15.quæſt.

56 *Si emptor teſtato conuenit conſãguineũ, & ei emtionem notificauit, an id ſatis ſit?*

Decimooctavò quæro, ſuprà in 11. quæſt. huius glo.tractauimus, utrum ſatis ſit conſanguineum reſciuiſſe venditionem ſine iſta notificatione, vt ei currat tẽpus anni: ſed de hac re ita locuti ſumus, ut facilè intelligeres nos de ſimplici ſcientia conſanguinei intellexiſſe. Quæro igitur, ſi emptor teſtato conuenit conſanguineum, eiq́ue ex profeſſo atque ſolenniter denunciauit emptionem, adhibitis ſcilicet notarijs & teſtibus, qui eius rei fidem facerent: an tunc ei cõſanguineo ſine hac publica & actuaria denũciatione, currat annus retractus à tempore illius denunciationis priuatæ? Nihil enim quantum ad eum pertinet, inter vtramq; intereſt, ut apertiſſimè probat text.in l.ſed & ſi pupillus §. de quo palã, qui eſt 1.& ſeq.iuncto §.item ſi plures. ff.de inſti. actio. nam primo loco fit mentio de proſcriptione quapiam, quæ palàm à domino tabernæ fieri iubetur, eiuſque illic forma deſcribitur. At in poſteriore loco declaratur ſatis eſſe, ſi cui priuatim denunciatum fuerit, quantum ad eum etiam priuatim pertinet, ut ſcilicet eum huiuſmodi denunciatio teneat.

57 *De eadem re. Priuata denũciatio magis afficit. Ignorãtia rerum publicarum ex multis cauſis eſt probabilis.*

Imò hæc priuata denunciatio magis afficit, quàm publica: nec is vnquam poteſt huius ignorantiam prætendere: illius ſæpe poteſt, uel ob abſentiam ſiue diſtantiam eius loci, in quo hæc acta conficiuntur, c. vlt.& ibi glo.in uerbo, non potuit, & Pan.in 3.not. extra qui mat. accuſ.poſſ.& glo.in c.qui & humanis, 12.quæſt.2.Bal.in l.planè, quam legit cum §.tutorẽ, l.tutor petitus, per eum text.ff.de excuſ. tutor.& in c.quoniam.§.porrò, extrà ut lit.non conteſta.per text.quem dicit ſingul in l.vlt. ff.de decre.ab ord.fac.& Doct.ſæpe. Aut etiam propter diuturnum morbum præſentis in ciuitate, ex ſententia Bar. Rom.& Recentiorum in l.is poteſt. ff.de acquir. hæred. cum alijs multis adductis à Barb. conſ.17.à Ioue, col.2. libro 3. Aut ob alia multa, quæ impedimento ſunt, ne etiam publica ſciantur, ex quo & illud ſcriptum eſt, uocem præconis paucis innoteſcere, Authen.qui ſemel.C. quomo.& quando iudex. propterea cum aduerſarius certus eſt, opus eſt illum ſpeciatim priuatimq; citari: nec ſatis eſſe generatim & per edicta publica, ut not. in l.1. & Authen.ibi poſita.C.ſi minor ſe ab hære.abſt.& in d. c.ult. qui matr. accuſ. poſ.& in Clemen.1.de iudic.cum ſimil. Et hinc quoque fit, ut quæ publicè proponuntur, non in vno tantùm loco, ſed ubique per totam ciuitatem proponi debeant, ut omnes teneant. Archid.in ca. quod dicitis, 16.diſt. Bald. in cap.1. colum.4. uerſ.quæro ubi quis citatur, tit.de mil.vaſ.qui contu.eſt.Franc.Aret.cõſi.106.clariſſimè, col.pen.uerſ.ſecundò non conſiderat. Conſtat autem acta iudiciorũ in uno tantùm loco eſſe, nec ea aliter publicè proponi. Ideò videmus multa in iudiciũ acta referri, quæ ab omnibus propè ignorantur.

58 *De eadem re.*

Et ſanè ſi denunciatio, quæ à noſtra conſuetudine requiritur, non eſſet de forma, facilè concederem hanc priuatam denunciationem ſatis eſſe. Sed quia diximus ſuprà num.29. ego uerò, eam eſſe de forma, non modicum dubium eſt, an eius forma expreſſa poſſit adimpleri alia æquipollente: non poſſe enim, affirmat glo.in cle. 1.in uerbo, tertiò, de vi.& hone.cler. Bart. in l. non ſunt liberi.ff.de ſtatu homi.& plerique alij, quos tibi congeſſit Alex.in l.1.col.ult.ff.de liber.& poſthum. & Fel.in c. cum dilecta, col.17.uerſ.amplia vndecimò, & ſeq.extra de reſcript.& alibi (ni fallor) in hoc opere tradidimus. Imò nec uberiore pinguioreq; ac vtiliore forma videtur impleri poſſe, vt de mandato probatur in l. ſi quis pro eo.ff.manda.& in c.cui non de ſacerdotali.§.ſimiliter, & §.ult.de præben.li.6. quod & ex externis adſtruit, & multis exemplis & teſtimonijs confirmat Aulus Gellius lib.Noctium Atticarum 1. c.13. Et id quoque cæteris in rebus procedere probat text.in l. ſi pupillorũ. §.ſi Prętor.ff de reb.eo.qui tex.loquitur de ſententia ſiue decreto.& eum text.ad hoc dicit ſing.Rom.ſing 216.an in decreto. Et id quoque alijs fulcit Fel.in d.c.cùm dilecta, col.12.verſ.amplia quartò.

*Forma an adimpleri poſſit æquipollẽte aut uberiore.*

59 *De eodem.*

Sed hæc certè non ſunt perpetua: quando quidem ſæpe conceſſum eſt aliquid facere vtilius, quàm mandatum eſt, aut ſtatutum, ad vtilitatem ſcilicet eius, ob quẽ id fit, & ut ei magis expedit, ut patet ex l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit, ibi, quòd ſi ex parte, & ibi Bald. Imol.[Rom.] Alex.qui eum §.legit cum §. ſi coram, & cæteri Recentiores.ff.de acq.hære & l.ſicut.§. ſed ſi permiſerit, uerſ.in contrarium.ff.quib.mod.pign.uel hypo. & l.diligenter.§.ult.ff.manda.& l.1. denique. §. ſi mandauero.ff.eo.tit.& l.rogatus, eo.quoque tit. & uoluit etiã Signo.conſ.17.ſtatuto communis, col.2. & Paul. Caſtr. conſ.4.circa primum, col.2.lib.1.Alex.in l.ſi quis puberem, col.2.uerſ.ſed ad illud.C.de iure delibe. vbi ex eo text. dicit ſatis eſſe, ut mandatũ in pinguiori forma impleatur, & Iaſon l.qui quartam.§.1.ff.de leg.1.& in l.1.§. ſi ſtipulanti, col. 2. verſic.ſed ad iuſtum.ff. de uerb. obl. vbi ex illo tex.dicit, eum in forma adimplere, qui pinguius adimplet.& in l.ſi procurator, col.1. uerſ. collige. C.de procur.ubi eum text. dicit not. & latè diximus in repet.l.ſi unquam, in uerbo, libertis. num.48. deniq; id etiam. Et faciunt etiam quæ ſcripta ſunt à D.à Rot. deciſi.562.Papæ ſupplicat, in antiquis.& dec.582.quidam obtinuit, etiã in antiquis, quæ repetitur inter deci. Bern. Biſgueti tit.de præben.c.19.eiuſdem initij. Ex ſupra dictis autem liquidò conſtat, hanc denunciationem fieri conſanguineorum gratia, utiliuſque illis eſſe, ſi ipſis priuatim fiat, quàm apud acta.

60 *De eodem.*

Sed aduerte tamen, quia Lancel. Gal. vir certè non contemnendæ inter recentiores autoritatis, in d.§. ſi ſtipulanti, col.1.dicit id quod Iaſon ex eo text.aſſumit, eſſe contra text.eiuſdem l.1.§.ſi quis ſimpliciter, de uerbor. obli.vbi qui reſpondet purè uel in breuius tempus, cùm eſſet interrogatus ſub conditione vel in lõgius tempus, reſpondet pinguius, utilius, commodius, & tamen non dicitur adimplere interrogationem in forma, ita vt non obliget huiuſmodi ſtipulatio. Et dicit Bald. in l.vlt.col. 2.C.de ſuis, & legi. quòd formæ nihil addi, aut detrahi poteſt, & tamen addendo fit pinguius. Nec obſt. (ait) d.§.ſed ſi mandauit, quo maximè innituntur ij, qui contrarium ſententiam ſequuntur. Nam loquitur de mandato

dato



dato priuati hominis, quod per æquipollens poteſt adimpleri, l.vlt.§.vlt.ff.manda.Alex.in l.3. in 2.not.ff.ſolu. matri. Hæc ille, qui & alia quoque addit: nec tamen hìc aliter meum iudicium interpono, ne ex duobus præcipuis amicis noſtris de hac re contendentibus, alterum noſtræ ſententiæ lædam præiudicio.

## *DE LA IVRISDICTION, EN LAQVELLE L'HERITAGE ACQVIS EST ASSIS,*

## IVRISDICTIONIS, IN QVA SITVM EST HÆREDIVM QVAESITUM, Gloſſ. III.

1 *Si ſint plures res diuerſarum iuriſdictionum, vbi notificatio fieri dẽt.*

Qvid ſi plures res venditæ ſunt uno contractu & precio, quæ ſunt diuerſarum iuriſdictionum: an in omnibus neceſſe ſit hanc notificationem facere, an verò ſatis erit, in aliquibus, & in quibus? Qua in re ſtatim videri poſſet in omnibus eam faciendam eſſe, per l. de pupillo.§. ſi in pluribus.ff.de oper.nou.nunciat.ubi ſi in pluribus locis opus fiat, non vna nunciatio ſufficit, ſed plures ſunt neceſſariæ. Ex quo not.Bald.quòd quot ſunt res, tot poſſeſſiones, & tot actus corporei requiruntur. Vnde licet (inquit) Prælatus adipiſcatur poſſeſſionem ſpiritualem, non ſequitur, quod ſit adeptus corporalem. De quo tamen ſubdit eſſe dicendum, ut in l.3.§.1. & ibi not.per Bart.ff.de acqui.poſſeſ. Alibi autem dicitur tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt res, etiam eodem verborum contextu eadem oratione comprehenſæ, l.ſcire debemus, in prin.& §.1.& ibi no.ff.de verb.oblig.

2 *De eadem re. Apprehenſa poſſeſſione vnius, an omniũ apprehẽdatur, vide n.3. et 11.*

Qvin & ſi plures res eodem contractu venduntur, per apprehenſionem poſſeſſionis vnius ex his, non apprehenditur aliorum, l.1.§. veteres, cum gloſ.in uerbo, per vnum reliquorum.ff.de acquiren.poſſeſſ.& l.prædia, eodem titul.& voluit glo.in d.l.3.in verbo, quamlibet. ff.de eodem titul.& Specul. qui loquitur de poſſeſſione vnius rei ex multis tradita ab executore ſententiæ ſiue nuncio publico, vt cæterarum eiuſdem ſententiæ tradita non cenſeatur, titul.de primo & ſecundo decreto.§.iam de effectu, in princip.Dyn.in ca.1.in 4.quæſtion. de reg. iur.lib.6.Alberic.in d.l.de pupillo.§.ſi in pluribus, poſt princ.ff.de no.ope.nuncia.Bald.in l.2.colum.9. verſicul. ſuper tertio puncto.C.de ſeruitu.& aqua.Sali.& Angel. in l.licet.ille column.vltim. hic circa medium.C.de acquiren.poſſeſ.Panor.in c.cùm aliquibus.column.2.verſicul.ulterius quæro, extra de re iudi.ubi & illud dicit de nuncio publico.

3 *De eadem re.*

Qvod & procedit (ne illud per incuriam omiſerim) non ſolùm quando ſunt plures res omnino diſtinctæ & ſeparatæ, ſed etiam cùm oẽs continentur ſub vniuerſitate vnius cuiuſpiam iuris, quod hinc uidere licet, quòd apprehenſa poſſeſſione unius rei hæreditariæ, cæterarum rerum eiuſdem hæreditatis non ſit apprehenſa: vt nuncupatim voluit Inno.in c.in præſentia, colum.1. extrà de proba. Albe.in l.de his.C.de furt.& Bar.in d.l. 3.in princ.col.2.uerſ.quid in rebus, & ibi etiam Soc. & Iaſ.ff.de acq.hæred.& idem Soc.in d.l.1.§.ueteres, paulò ante fi.eod.titul.& Sal.in d.l.licet, ad medium.C.eod. quoque tit.Pet.Anch.in d.c.1.de reg.iur.lib.6. {Roma. ſubobſcurè in l.eũ qui, col.2.uer. quid autem in hæred. ff.ad S.C.Trebel.dum allegat l.cùm hæredes, in prin. de acqui.vel amit.poſ.} Zaſius in epitome feudo.in 6.parte char.eiuſdem 3. Et faciũt etiam ſcripta in ſimili à Bal. in c.1.col.2.3.& 4.tit.de capit.qui cur.uend.& in ca.1.§. ad hoc, colum.3.verſ.quærit etiam, ti.de pace iur.fir. Ex quibus poſſet uideri, ut ſi hæreditas, fuerit uno precio vẽdita, debeat notificatio fieri in omnibus iuriſdictionib. rerum hæreditariarum.

4 *De eadem re. Quid ſi omnium rerũ ſit caput quodpiam.*

Ego tamen arbitror, in multis rebus uenditis uno contractu & precio, ſi ſit caſtrum aut domus, cuius cęteræ res ſunt tanquam appendices, & ut cũ noſtris loquar, pertinentiæ: neq: enim (ut ſcias) iuriſdictio ſiue homagium facit pertinentias, ſed deſtinatio & uſus patrisfamiliàs, ut no.in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt teſtamentum.ff.de leg.1.& in l.prædijs.§.qui domum.ff.de leg.3. & in l.quæſitum eſt.§.ſi quis eodem.ff.de fun.inſtru.& inſtr.lega.& per Can.in c.cùm ad ſedem, extra de reſtit. ſpo.& alijs locis à nobis copioſè deſignatis ſupra. tit.9. §.34.qui eſt 123.omnium noſtrarum conſuet. Si igitur ſit locus principalis, cuius reliquæ res ſunt ex pertinentijs illius, ſubq́ue eius nomine & appellatione comprehendi ſunt ſolitæ, ſatis erit hanc denunciationem fieri apud acta iuriſdictionis eius loci, arg.l.Caius.§.Titius. ff.de legat.2.& d.l.prædijs.§.Titio.ff.de legat.3.& quod de apprehenſione poſſeſſionis caſtri no. Innoc.& alij in c.literis, extrà de reſti.ſpo.& idem Bart.Ang.Imo.Franc. Aret.Soc.& alij Recentiores in d.l.3.ff.de acqu.poſ.Bal. in c.cùm in cunctis, col.2.uer.uenio ad uerum, extrà de elect.Sali.in d.l.licet, in fi.

5 *De eadem re.*

Et quod prætereà à noſtris dicitur, eum eſſe in poſſeſſione ſacerdotij, aut, ut uocamus, beneficij, qui locum ipſius principalem, id eſt, eccleſiam, ut & ipſi uocamus, poſſidet: non qui alias res eiuſdem: ut uoluerunt Guli. Cu.Alb.& Bal.qui id dicit not. in l.1. per eum tex.ff. de offic.præfe.Auguſta.& Pet.Anc.in d.c.1.col.vlt. de reg. iur.lib.6.& Philip.Franc.in ca.commiſſa, in prin.col.2, verſ.adde prædictis, de elect.lib.6. Nam & aliàs (ut ueniam ad noſtrum caſum) id eſt, ſi aliter diceremus, uide quid hinc ſequeretur: nempe quòd ſi venderetur caſtrũ cum ſuis pertinentijs, non venirent pertinentiæ, quæ eſſent alterius iuriſdictionis, quàm caſtrum ipſum: quod nemo vnquam dixerit, per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Si igitur pertinentiæ alterius iuriſdictionis ueniunt in uenditione caſtri, ſimiliter veniunt in notificatione ipſius venditionis eiuſdem caſtri, quia ipſa notificatio fit ob uenditionem, & eſt ipſius ſequela. Præſertim, quia ſatisfactum eſt cauſæ, ob quam fit ea notificatio, ut ſcilicet uẽditio innoteſcere poſſit conſanguineis.

6 *Quid ſi maior pars ſit in vna quapiã iuriſdictione.*

At ſi nihil eſt principale, cuius ſcilicet cęteræ res ſũt pertinentiæ uel appendices, ſed ſint res omnes ſeparatę, & æquè principales, nullaq: alij cedat, poſſet ſtatim prima frõte defendi, inſpiciendam eſſe iuriſdictionem, in qua maior pars rerum uenditarũ ſita eſt, ideoq; ſatis eſſe apud acta eius iuriſdictionis hanc noſtram notificationẽ fieri, argu. eius quod paſſim dicimus, ꝙ ſi plures res ſint diuerſi fori, id ſequi debemus in omnium petitione, in quo maior pars earum habetur: ut probatur in l. fideicommiſſum, in prin.& iterum.§.1.ff.de iudi.& l.qui ita. §.vlt.ff.ad Senatuſc.Trebel.& l.1.in 1. reſpon.C. ubi de hære.ag.opor.gl.in l.cùm res, in uerbo, petitur.ff.de leg. 1.& l.quod legatur, in uerbo, etiam ibi.ff.de iud.Bal.in l. teſtamenti.C.quemadmo.teſta.ape. & in l.ultima, in 6. q.C.de edicto Diui Adr.tollen.cum ſimi.

7 *De eadem re. Domiciliũ ibi eſt, vbi eſt maior pars fortunarum.*

Nam & quis quoque intelligitur habere domicilium, & ſortitur forum in eo loco, in quo habet maiorẽ partem fortunarum, l.1.& ibi Azo in ſumma.C.ubi pet. tu.& l.2.& ibi Alber.C. ubi Senat.uel clariſs. & l.ciues, & ibi gloſ.C.de incol.lib.10.& c.ex parte B.& ibi Inno. & Imo.extrà de for.compet.glo.in l. eius qui manumiſit.§.vlt.in gl.ultim.ff.ad munici.& l.hæres abſens.§.at ſi quo, in uerbo, debebit.ff.de iudic.& in l.is cui.§. qui legatorum, in uerbo, domicilium.ff.ut in poſſeſ.lega.& in cap.dilectus, el 2.in uerbo, domicilium, extrà de reſcrip.& in c.cùm nullus, in uerbo, domicilium, de tempor.ordin.lib.6.Hoſtien.in Summa, ti.de for.competen. §.quibus ex cauſis, col.1.uerſ.dicitur autem quis.Specu. titul.de citatio.§.1.uerſ.& nota quòd ſi actio.Alberic. in d.l.quod legatur.ff.de iudic.Bart.in l.placet, & iterum



rum

rum in l.de iure,in 2.opp.ff.ad municipa.Bal.conſ.411. quidam Mediolanenſis,col.2.lib.1.& conſ.58.generalitas,col.1.lib.4.& conſ.334.factum tale eſt, magiſter,eo. lib.4.Rom.conſ.197.Franc.poſt princ.Paul.Caſt.in l.2. col.1.C.de iuriſdict. omnium iudic. Sed id quomodo intelligatur,videbis latiſſimè per Maria.in c.licet. extrà de for.compe. Si igitur(ut hanc rationem concludam) iudex maioris partis adiri poteſt pro rebus omnibus,eadem ratione ſufficit fieri hanc notificationem apud acta huius iudicis.

8 *De eadem re.*

Et quia etiam cùm una ſit venditio uno contractu ac precio facta,ut latè diximus ſuprà eod.titu.§.23. ſatis etiam videtur, vnam notificationem fieri ex mente conſuetudinis,quæ alioquin eſſet nimium anxia & ſcrupuloſa,contra l.poſthumus,in princ.ff.de iniuſt.teſta. vtpote cùm poſſet contingere, & contingit quotidie una uenditione,vnoq; precio vendi 30.& 40.fundos, & ſingulos maxima ex parte ſingularum diuerſarumq; iuriſdictionum, quas omnes neceſſe eſſet adire ad faciendam hanc notificationem. cum magno & contrahentium, & conſanguineorum incommodo. Nam emptores primùm cogerentur hos ſumptus & labores ſubire, & conſanguinei poſtea, cùm veniunt ad retractum, emptoribus refundere, iuxta §.29.ſupra eod.tit.venditores autem res ſuas minoris venderent: ob id oneris contractui iniunctum.l.ſi uenditor.§.ſi quid emptor,in fi ff. de ſer.expor.cum concor.à me adductis in tit.ſeq. in præfa. nu.21.& id quidem credo,& ſeq.

9 *De eadem re.*

Et ſi id fieret, ut & hoc addam, illud quoq; eadem ratione mox ſequeretur, tot in cauſa retractus adeũdos eſſe iudices, quot iuriſdictionum res venditæ, ratione quarum competit retractus, eſſent, ſi modò retractus realis eſt, vt nonnullis placet: aut ſaltem in rem ſcriptus, vt alijs, de quo alibi latè diximus: & ita uterque tam actor, quàm reus, ſingulis ſingularum rerum iudicijs vexarentur, contra l.etiam.§.1.ff. de peti. hære. quod tamen nonnullæ conſuetudines Franciæ ſtatuerũt, vt diximus ſuprà eod.tit.§.8.gl.5.in verbo, *le iuge qui en peult cognoiſtre*,numer. item 5.ſed & ipſe. Nec interim prætermittemus id regulare eſſe,ut maior pars trahat ad ſe minorem,l.quicquid §.cum partes, cum glo.ff. de acquir.rer.domi.& l.& ſi non ſint.§.perueniamus.ff.de auro & arg.leg. & §.ſed cùm alienam, Inſtit.de rerum diuiſi.cum ſimi.

10 *De eadem re.*

Hanc ſententiam ſi ſequaris, reſpondebis ad l. de pupillo.§.ſi pluribus.ff.de no.ope. nunc. quod eſt principale fundamentum alterius opi.illud ibi procedere ex ſpeciali illius caſus ratione ibi poſita, quia ſcilicet in re præſenti fit nunciatio: quæ ratio hìc non obtinet: ideò nec quod ibi ſtatuitur. Nam & Iaſon ibi in ſecundo notab.hinc trahit, quòd ſi hæc ratio ceſſet(vt ceſſat in interdicto quod vi aut clam,in quo non eſt neceſſe nunciationem fieri in re præſenti,l.aut qui aliter.§. ſi quis cùm denunciaſſet, & ibi gl.ff.quod vi aut clam.& Bart.in ea. l.de pupillo.§.ſi quis fortè)certè ſufficeret una denũciatio pro pluribus rebus. De quo vide etiam quæ dixi ſuprà eodem titul.§.1.gloſſ.21. in verbo, *en telle quantitè*, num.24.illud autem. Quod autem dicitur in d.l. ſcire debemus.ff.de verb.obli.quæ eſt alterum d. prioris partis fundamentum, non hìc obtinet,ubi haud dubiè una eſt venditio,cùm vnum eſt omnium precium, ut latiſſimè diximus ſuprà eo.tit.§.23.in gl.1.

11 *De eadem re.*

Qvod denique dictum eſt de apprehenſione poſſeſſionis vnius rei,id non ob aliud fit,niſi quia poſſeſſio res eſt facti.l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acq.poſ. Ideò ad poſitionem vnius, non continuò ſequitur poſitio alterius.l. non nudis,& l.epiſtolis,C.de probationibus Quod ſi de iure tantùm quæramus,aliud ſeruatur,ut patet in l.reſtituta,in prin.ibi,ſi forte paſſus eſt hæres poſſideri res hæreditarias,vel totas,vel aliquas illarum.ff.ad ſenatuſcon. Treb.Ideoq; contra illud, quod diximus conſequenter de hæreditate,aut alia iuris vniuerſitate,tenet gl.in dicta illa l.reſtituta,in verbo,earum. & ibi quoq; omnes Doctor.& And.Iſer. qui ex hoc dicit apprehenſa vnius rei feudalis poſſeſſione, apprehendi & omnium aliarum, quæ ſunt eiuſdem feudi, poſſeſſionem, in c.1. in princ. col.4.& ibi etiam Card.Alex. col.pen. uerſ. quæro quid ſi vaſallus, tit.quid ſit inue. ubi ipſe And.aſſerit ita fuiſſe iudicatum à maximis iuris peritis. Et hinc quoque fit,vt apprehenſa poſſeſſio domus, aut vnius alterius rei præbendæ, trahatur etiam ad alia omnia bona temporalia eiuſdem præbendæ, ſecundum Innoc. & Hoſtien. in c.in literis,de reſti.ſpo Anto.in cap.vlt.colum.8.uer. ex his deciditur, extrà de cau.poſ.& propr.& Pet. Anc. in c.ſine poſſeſſione,col.15.verſ.ſecundo modo, de reg. iur.lib.6.Licet contrarium teneat Dy.in d.c.1.in 4.q. eo. tit.& li.& Io.And.in d.c.in literis.& alij quos citauimus ſuprà num.5.

12 *Poſſeſſio iuriſdictionis in uno actu, an trahatur ad alios.*

Et licet inter noſtros magna ſit controuerſia,an poſſeſſio iuriſdictionis in vno actu uel articulo trahatur ad alios,vt ſcilicet per eam quæratur præſcriptio,vel,vt melius loquar,vſucapio iuriſdictionis generalis, ut a multis diſputatur, quos latè congeſſit Alexand. in d.l. reſtituta.tamen hoc minimè dubium eſt in eo,qui habet intentionem fundatam de Iure communi,ut not.Pan.poſt Inno.in c.1.per illum tex.quem dicit multum not.extra de relig.domib. & trahit ad multas quæſt. ut ibi videre poteris.& idem quoque voluit ipſe Inno.in c. dilectus, colum.3. in verbo, poſſeſſoris, extra de capel. mo. Nec item dubium, cùm nullus alius eſt in poſſeſſione ipſius iuriſdictionis vniuerſalis, ut notat idem Innoc. in d.ca. 1.per illum tex.de relig. domi.& in cap. cùm dilectus, eodem titul.& in d.c.dilectus,colum.1.de capel.mo. & in c.vltim.col.vlt.de offi.Arch.& in c.auditis,col.vltim. in verbo, excommunicationem, & ibi Felin.col.9. in quarta declar.de præſcri.Pan.in cap.cùm olim,in ultim. not.eodem tit.& in c.cùm inter,col.3. verſ. quarto & vltimo caſu,de ſen.& re iudi.& conſ.54. videtur primò, col.2.verſ.ſecundo ad idem,lib,1.& conſ.82. quanquã, col.4.verſ.ad prædicta,eod.lib.1.& conſi.71. videtur, lib.2.ubi ad hoc multa adducit Alexand.conſ.68.uiſo, col.penul.verſ.ad prædicta,lib.2.Aufrer.in deciſ.Thol. q.324.item fuit quæſitum an præſcribens, Philip. Dec. conſ.271.in caſu tranſmiſſo,col.2.& ſeq. ſuperiori,col. 2.verſ.& licet Dux.

13 *Deciſio princip. quæſt. Conſuetudines de ea re.*

Ego autem quantum ad noſtrum caſum pertinet. ſemper conſului, ut fiat notificatio in omnibus iuriſdictionibus, ut tutior ſit emptor ab omnibus diſputationibus. Et ita nuncupatim ſtatuitur in quibuſdam conſuetudinibus Galliæ, ſcilicet Cenomanenſium,ca.392. & Andegauenſium, cap.382. Et id quoque de iure eſſe neceſſarium, ſtante huiuſmodi conſuetudine,aut alia ſimili, cuiuſmodi eſt Rhotomagi, tenuit Ign.in l.1.§.ſi cum omnes, numer.13.ff.de ſenatuſ.Sylla.Et id quidem tutius eſt, ut iam diximus, & in ſimili dicit glo. in Cle. cauſam, in verbo, communiter,de elec. Scio verò nonnullos eſſe in ea ſententia, ut ſi fuerit facta notificatio in aliquibus locis, ſed non in omnibus, & effluxerit annus à notificatione, non admittatur conſanguineus ad retrahendum res, quæ ſunt in iuriſdictionibus, in quibus facta eſt notificatio: ad cæteras vero admittatur, vt ſcilicet limitata cauſa limitatum pariat effectum, l. in agris.ff.de acquir.re.do. cum concor. à me adductis ſupra §.32.gloſſ.1.numer.49.ſed nec omiſerim. Verùm in ea ſum ſententia, ut ſi notificatio non ſufficiat pro omnibus rebus,de quo iam ſatis diximus,cõſanguineus admittatur ad res omnes uno precio & cõtractu uenditas: neq; enim ei emptor potuit ſcindere retractum,qui pro vno contractu competit, per ea quæ latè tractauimus ſu. eod.titu.§.23.Et ſi reſpectu vnius excluderetur conſanguineus,



guineus,excluderetur & omnium, ut latè quoque dicemus infra in fi.huius tit.in 12.quæſt.

14 *Vbi debet fieri notificatio emptionis annuorum redituum.*

Sed & hic quæri poteſt, quid ſi annuum aliquod vectigal,quod nos rectè generale vulgò vocamus, emerit:&(id enim retrahi poteſt, ut expreſsè cauetur in c.1. huius tit.& ibi diximus:ſed cum id ſit veluti nomen, & ius quoddam incorporale,non conſiſtit in loco,l.uxorẽ. §.legauerat.ff.de legat.3.& l.cùm de lanionis. §.ult.ff.de fund.inſtru. cum ſimil. adductis à Corneo conſil. 49. in præſenti,lib.3.& diximus in repe.l.ſi unquam,in uerbo, bona,num.9. quid autem ſi quis) quo igitur in loco fiet notificatio huiuſmodi venditionis? Et fortè quis non abs re diceret,in hoc caſu eam nõ eſſe neceſſariam, cùm fieri non poſſit,ut hic fieri percipitur,in loco, in quo res uendita ſita eſt,cum in nullo loco ſita ſit,vt diximus. Et ita hic ſpecialis articulus conſuetudinis loquens de ſituatione(vt ſic loquar) rei,nõ poteſt ad hunc caſum adaptari:igitur nec hoc caſu locum habebit l.4. §.toties, & ibi Bart.& alij.ff.de damn. infect.cum multis concord.à me collectis in d.l.ſi unquam,in uerbo,libertis, num.2. Manemus igitur in diſpoſitione generalis noſtræ conſuet.annum hunc a uenditione incipientis, ſupra. §.1.& alijs complu.

15 *De eadem re.*

Qvòd ſi noſtra conſuetudo ſimpliciter & in genere ſtatuiſſet hunc annum currere à tempore notificationis venditionis apud acta, ſine adiectione ſiue declaratione eius fori aut iuriſdictionis, in qua ea notificatio fieri deberet: tunc ea notificatio uenditionis harum penſitationum generalium, fortè deberet fieri in foro uenditoris, cum ea res principaliter illius perſonam reſpicit, ad eãque competat actio perſonalis ex empto, arg. ad hoc l. vlt.C.ubi in rem act. Et ſi hoc caſu competit hypothecaria,ea accedit actioni perſonali,ut patet ex not.per gl. in l.1.in uerbo,pateat,& ibi Cyn.Bald.& alios. C. de hæred.& act.uendi. Nam & Petr. Bald. & Angel.in l.ex

*Nomina et actiões ad quem locũ uel iuriſdictionẽ uel ſtatutũ pertinent.*

facto.ff.de hære.inſti.fuerunt in ea ſententia,ut fiſcus, cuius ius eſt occupandi bona ſui territorij, cùm quis bona ſua confiſcauit,exigat debitores ſui territorij: tanquam nomina ſint eiuſdem loci,cuius eſt debitor.& ad hoc allegant multa iura & rationes.& ſequitur Franc.Aret.cõſi.10.caſus talis eſt,quidam Titius,col.vlt.verſ.tertiò dico.& idem quoque voluit Paul.Caſt.conſ.319 primum, quæſitum,col.2.uerſ.patet igitur, lib.2. Sed & Bald. ipſe in cap.1.col.vlt.verſ.uidi dubitari, extra de conſtit. non obſcurè uidetur ſentire, ſtatuta loci debitorum eſſe inſpicienda,cùm tractatur de nominibus, licet ea nullo loco circumſcribantur. Verùm hæc ſententia non placuit Imol.in d.l.ex facto.& Alexan.conſ.31. uiſo titulo, col.3.uerſ.vnum ſubdo,& ſeq.lib.1. quod repetitur conſi.111.lib.4.& Iac.à S. Geor.in tract.de Royd. ſiue operis,colum.4.uerſ. quæro de no. quæſt. Quibus locis reſpondent iuribus & rationibus Petr.& aſſeclarum,ut ibi videre licet.

16 *De eadem re.*

Lapvs autem allega.92.la 1.(ſunt enim duæ eiuſdem numeri) cuius initium eſt,in primis videndum eſt, col. ult. dicit nomina debitorum ad eum locum pertinere,in quo de iure & facto exigi poſſunt, per d. l.ex facto.§.rerum,de hæred.inſtit. & l.quæro. ff. de ſolu. Nec obſt.(inquit)quòd non ſunt in loco: quia uerum eſt circumſcriptiuè,ut ipſe loquitur, ſed per effectum exactionis,ſunt in loco ipſius exactionis. Et id ſequitur Rom. in l.ſi conſtante.§.vlt.ff.ſolu.matr.& ſequi videtur Alex. conſ.16.uiſo articulo,in fin.lib.1.& planius Steph. Bertr. conſ.74.ponitur in facto,col.ult.lib.2. & iterum conſil. 105.cuius eſt idem initium,in 2.dub.eo.lib.2.ubi tamẽ nonnihil dubitat,& Alcia.in l.cum ſtipulamur, in fin.ff. de uerbo. oblig. Licet ſint,qui negent illos commentarios eſſe ipſius Alc.quoniam à poſterioribus ipſius ſcriptis longè diſtant & ſtylo & elegantia. At illum puto non negare: ſunt enim illic multa eiuſdem priuata peculiariaq; axiomata, quæ & ipſa in poſteriores commentarios,ſed multò elegantius, tranſcripſit.

17 *De eadem re.*

Et in hac quoque opin.uideri poteſt fuiſſe Salyc.in illa l.cunctos populos, col.pen. uerſ. ſinautem eſſent iura.C.de ſum.trin.cùm dicit actiones & nomina debitorum cenſeri eſſe eius loci, in quo debet fieri eorum exactio per d.l.quæro. ff. de ſol. & l. Titium & Mæuium. §.tutores.ff.de admin.tut. Cuius doctrinam & rationes, quibus innititur, ad uerbum refert & ſequitur Marian. Soc.conſ.36.rectè ac maturè,col.5.in princip. & eius filius,eo patre non indignus, Bart. Soc. conſ.101. uiſo teſtamento,col.2. lib.1. quod iterum errore librariorum repetitur conſ.175.lib.7.& Alex.d.conſ.31. uiſo titulo, lib.1.repetito,ut diximus,conſ.111.lib.4. & idem quoque Alex.conſ.19.circa primum dubium, col.2. in fin. lib.6. Et idem ante hos voluit Bald. cuius nullus horum meminit,conſ.357.nulla mulier,col.ult.lib.3. de qua re nos latius diſſeruimus in noſtris commentarijs de iure Primogeniorum q.42. Sed quantum ad noſtrum caſum

*Deciſio prĩcipalis quæſt.*

pertinet, putarim inſpecta ratione veriſimili conſuetudinis iubentis notificationem fieri ſine declaratione loci, eam faciendam eſſe in foro debitoris, etiam ſi alibi exigi debeat aut poſſit: aliàs enim facilimè fieri poſſet fraus ex conuentione cõtrahentium, ſi in loco exactionis notificatio fieri deberet.

18 *An hæc notificatio debet fieri in prima iuriſdictiõe.*

Sed an neceſſe ſit, ut hæc notificatio fiat in prima proximaq; iuriſdictione rei uenditæ,in qua ſcilicet proximè & immediatè ſita eſt: an uerò etiam fieri poſſit in iuriſdictione ſuperiori:nam & in ea dici poteſt eſſe ſita, licet non proximè & immediatè: idque potiſſimum, ſi fiat apud Præſidem prouinciæ,in qua ea ſita eſt, qui quidem Præſes primo loco iubetur adiri. & ſi id fieri non poteſt, Defenſor ciuitatis, qui inferior eſt,in l.ut perfectius.C.de anna.excep. At gl.ibi,in uerbo, adire, dicit, illud corrigi. iure Auth. ex quibus primo loco adeundus eſt ipſe Defenſor ciuitatis, & eo deficiente Præſes prouinciæ. §. & iudicare, in Authen.de defen. ciui.& §. & non permittes,in Auth.de manda.princ.De quo tamen uideas Cy.& Sal.in d.l.vt perfectius.

19 *De eadem re.*

Sed quicquid ſit in illo caſu, ego in hoc caſu noſtro cenſeo noſtram notificationem fieri debere apud acta primę proximęq; ac immediatę iuriſdictionis rei venditæ,ex illis communibus regulis,ſi cætera deeſſent, Cauſam ſcilicet primam & immediatam eſſe potius inſpiciendam,quàm remotam, l.metus autem. §. ſed licet,& ibi Bar.ff.quod met.cauſa,& l. ſocium qui in eo.ff. pro ſoc.cum alijs multis concor.à me adductis ſuprà tit. noſtrarum conſuetudinum 9.§.27.qui eſt omnium 115. in 18. limitatione illius regulæ, Ceſſante cauſa ceſſat & effectus.Et altera illa: Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo,nõ de cæteris, l. boues.§.hoc ſermone. ff.de verb.ſig.& l.cùm pater.§.pater certam. ff.de leg. 2. cũ alijs quoq; multis cõcor. etiam à me adductis tit. earundem conſue. 19.§.5. qui eſt omnium 134. Et ita ſcio

*Areſtum.*

fuiſſe iudicatũ ab ampliſſimo Senatu Pariſienſi in quadam cauſa retractus inter dominam *de la Trimoille*, & Senatum *de Mont auſier*. Et hoc quoque tenuit Ferro. in conſuet.Burdig.huc titu.*de retraict*,§.13.in fi.

20 *Si res Pictauiæ teneãt in feudũ a domino alterius prouinciæ, in quo loco debet fieri notificatio.*

Qvid autem,ſi res vendita ſita ſit in hac prouincia Pictauiæ, tamen tenetur in feudum à quadam terra, ut vulgo dicitur, quæ eſt in prouincia Turoniæ: aut etiam domus vendita ſita eſt in oppido Niorti, & tenetur feudum à Caſtro oppidi noſtri Fontenaij:in qua iuriſdictione notificatio fieri debet,an Niorti,an uerò Fontenaij? Et quidem videtur Niorti, propter hęc uerba, quę nunc commentamur, *de la iuriſdiction, en laquelle l'herit age acquis eſt aſsis*.quæ quidẽ verba ſunt in hoc apertiſsima, & à quibus non eſt recedendum, l.non aliter, in prin. ff. de leg 3.& l.ille aut ille.§. cùm in uerbis, eo. tit. cum ſi. Niſi diceres, quocunque in loco res ſita eſt, ſitam tamen

eſſe

eſſe in iuriſdictione domini feudalis,cùm ex noſtra conſuetudine iuriſdictio ex feudo dependeat, ſuprà tit. noſtrarum conſuet. 1. §. 10. Sed tamen eam ſententiam adiuuat text.in Cle.1.de reſcrip.vbi ſi Abbas cuiuſpiam diœceſis habeat Prioratum ſibi ſubditũ in alia diœceſi, debet impetrare iudices pro iuribus dicti Prioratus in diœceſi,in qua is ſitus eſt,non Abbatiæ, unde tenetur.

21 *De eadem re.*

QVA in re in mentem uenit eius,quod ſcribit noſter Ioan.Fab.in l.cunctos populos,col.7.in paruis, ver.quid ſi quis.C.de ſum.Trin.ubi ita quærit: Quid ſi quis intra fines unius Caſtellaniæ, ubi eſt una conſuetudo in ſuccedendo,tenet feudum à domino alterius Caſtellaniæ, ubi eſt alia ſuccedendi conſuetudo, & dominus habet omnem iuriſdictionem in dicto feudo: cuius loci conſuetudo attenditur? Satis videtur, quòd loci, à quo tenetur,cùm cenſeatur membrum illius caſtri & Caſtellaniæ,à qua tenetur.l.pupillus.§.territorium. ff. de verbo. ſign. Arguitur contrà in Clemen. 1. de reſcript. Hæc propemodum ille, qui videtur ſequi poſteriorem opin. vt ſolent noſtri Doct.ut ſcilicet cõſuetudo ſitus loci rei, non ſuperioris,a quo res in feudum tenetur, inſpici debeat in ſucceſſionibus. Ergo & idem in retractibus, qui per omnia ſequuntur ſucceſſiones, ut ſæpe diximus.

22 *De eadem re. Cuius diœceſis Epiſcopi auctoritas interponenda.*

ET huc quoque pertinet ea controuerſia, cuius Epiſcopi auctoritas interponenda ſit in alienatione rerum immobilium eccleſiæ,utrum illius, in cuius diœceſi res ipſæ ſitæ ſunt,quod voluit glo.in cap.in venditionibus, in uerbo,Epiſcopi,17.q.4.& Hoſt.in cap.paſtoralis, col. 2.verſ.quid ſi eccleſia,extra de priuil.& Rom. cõſ.250. horum,uerſ.tertiò quia etſi.& pro hac opin.inter cætera allegatur d.Clem.1. de reſcript. An uerò illius, cui beneficium ſubeſt, ſiue à quo dependet: quod videtur uoluiſſe glo.in d.§.quòd ſi neceſſitas,in uerbo,duos, & ibi Card.Alex.10.q.2.Innoc.in d.cap.paſtoralis, colum.2. verſ.item dicimus,& ibi latè Ioan. Andr. colum.2.uerſ. quid ſi eccleſia.Anto.& Panorm. ad fin. extra de priuil. idem Anto.in cap.ſi annum,circa medium, de iudi.lib. 6.Bal.in Auth.hoc ius,colum.3.uerſ.quæro igitur quis. C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.1.col.1.verſ.ſecundò quæro.C.de contrahen.empt.Cald. conſ.10. inter monaſterium,tit.de rebus eccleſ. non alie. Collec. in cap. nulli, colum.2.uerſ.ſed cuius Epiſcopi,eo.tit. Paul. Eleaz. in Clemen.1.& ibi etiam Immol.col.4.uerſ.ſed quid ſi eccleſiaſtica,eo.quoque tit.idem Imol.in ca.1.ad fin. extra eo.item tit.dum allegat Innoc.& Ioan. Andr. in d.c.Paſtoralis.Petr.Peruſ. in tractatu de unione beneficiorum, c.10.Card.Alex.in c.fine exceptione, col.3. uerſ. primo caſu,12.q.2.Felyn.in c.dilectus,el 2.col.6.uerſ. ſeptimò facit,de reſcript.

23 *De eadem re. Quid in decreto alienationis rerum minoris.*

SVNT & multi,qui tradunt utriuſque auctoritatem eſſe neceſſariam, ut refert Arch. qui eos ſequi videtur, dum eorum ſententiam poſtremo loco recenſet,in d.ca. in uenditionibus & Collec.in d. c. nulli. Vt & in ſimili tradunt Bal. & Alber. ſcilicet de decreto in alienatione rerum minoris interponendo,in l.magis puto, §. illud. ff.de reb.eor. qui ſub tut. uel cur. ſunt, ubi Bald.allegat Arch.in d.c.in venditionibus,& dicit id tutius eſſe: vti etiam dicit idem Bal.poſt Iac.Aret. in d.l.1. C. de contrahen.empt.& ipſe item Alber.in d.l.ſi prædium. C.de præd.mino.& in l.2.C.eo.tit.& Paul.Eleaz in d.Clem.j. de reb.eccleſ.non alien & Ioan.Calder. conſ.1. quando venduntur,tit.de empt.& vend.& Rom.dum hanc inter multas opin.poſtremam ponit,in l.2.in princ. colum.6. in 11.q.ff.de verbor.oblig.& Card. Alex. in d.§. quòd ſi neceſſitas.

24 *De yſdem rebus.*

QVAMQVAM ſunt,qui alterutrius, quem malueris, ſufficere dicunt, tum in primo caſu, ſcilicet in auctoritate Epiſcopi in alienatione rerum eccleſiaſticarum,tum in ſecundo,ſcilicet in decreto rerum minoris: ut de primo nuncupatim uoluerunt Iac.Aret.Cyn. Bal. & Sal. in l.ſi prædium.de ſecundo,ipſe Iaco.Aret.Cyn.& Bart.ibi. & Alber.in d.l.1.C.de contrah.empt.& in l.vlt. col.2. num.8.ff.de iuriſd.omn.iud.& Paul.Caſt.conſ.319. primum quæſitum,col.2.uerſ.interdum exercet actum,lib. 1.De vtroque Cardin.Floren.in Clem.1.in princ.in 37. eademq; vlt.quæſt.de rebus eccleſ.non alie. De quo & tu amplius videas Fab.à monte S. Sab. in tract. empt.& vend.in 5.quæſt.princ.col.27.uerſ. ſed hic occurrit pulchra,qui eſt in pen.char.eius quæſtio. Sed & uide quod in ſimili tractatur à Ioan.Fab. poſt alios in l.1. in princ. C. ubi pet. tut. quis ſcilicet iudex det tutorem aut curatorem minoribus. De quo etiam per Oldrad. conſ.59. vertitur in dubium.

25 *De eadem re. Decimæ Papalis quo in loco ſoluẽda eſt.*

SED & huc quoque pertinet, quod & in alio non admodum diſſimili ſpecie diſſeritur à Card.Floret. poſt Paul.Eleaz.in clem.1.§.ſanè,in vlt. quæſt. de iure patro. videlicet, vtrum decima Papalis ſit ſoluenda in diœceſi, in qua ſacerdotium principale ſitum eſt, an in qua reditus eius ſacerdotij,ſiue membrum quodpiam ſitum eſt. Et dicunt,ſequendum eſſe locum beneficij, & non prædiorum ipſius. Licet ſecus ſit in oneribus realibus, & rebus ipſis annexis, quæ debent ſolui in loco, vbi ſunt poſſeſſiones ipſis oneribus ſubditæ: per multa iura ibi allegata, quæ omnia accepit à Ioan.Andr. quem tamen non citat in d.c.Paſtoralis,extra de priuil.& Fed. Senen. conſi.151. thema tale eſt, monaſterium. Et ſecundum hanc ſententiam vidimus multa arreſta magni Conſilij Regij, quorum nonnulla mandato & delegatione eiuſdem exequuti ſumus.

26 *De eadem re. Quo in loco dẽt ſacerdotium cõtribuere procurationibus legatorum.*

VERVM huc propius accedit,quod à Petr. Ancha. latè tractatum eſt,ac diſputatum, conſ.249. ad prædicta dubia,col.3. uerſ. ſuper ſecundo quæſito, utrum ſcilicet beneficium debeat contribuere in procurationibus legatorum,an cum clero eius diœceſis in qua ſitum eſt:an verò diœceſis, in qua ſitum eſt monaſterium, cui ſubiectum eſt? Et primum adducit rationes ſuffragantes poſteriori parti,& inter cæteras allegat Innoc. in d. cap. Paſtoralis, dicentem Epiſcopum loci, in quo ſitum eſt beneficium,debere viſitare & procurare, non Epiſcopũ loci monaſterij principalis. & quod tradit idem Innoc. in c.cùm & plantare.§.in eccleſijs,eo.tit.de priuil.quòd ſi Epiſcopo priuatim & per ſe, & patronis clericis etiam priuatim imponitur collecta,membra pleno iure ſubiecta Epiſcopo non contribuent cum eo, ſed cum patronis. Deniq; tamen priorem partem ſequitur,vt ſcilicet conferat cum clero diœceſis, in qua ſitum eſt ipſum ſacerdotium,alijs multis rationibus:& reſpondet rationibus alterius partis.

27 *De eadem re. Quis locus ſit inſpiciẽdus in collatione beneficiorũ. Cui eccleſię ſoluẽda eſt canonica portio.*

HVC denique nonnihil reſpicit, quòd in collatione beneficiorum inſpiciendus eſt locus, in quo ea ſita ſunt, non is,ad quem ſpectat beneficij collatio,aut alius,vt patet ex Clem.1.& ibi glo.in uerbo,locorum,Paul.Eleaz. & Card.Flor.in 9.quæſt.de ſupplen.negligen. Prælat. & Rom.conſ.361.in caſu,col.2.in uerſ.prętereà. Et quod etiam in ſimili diſputauit Hoſt.in cap.in noſtra,col.3.in uerbo,alijs,extra de ſepult.cui ſcilicet eccleſię canonica portio ſit ſoluenda,rei cuiuſpiam in teſtamento relictæ, eine,in qua res ipſa relicta, ſita eſt, an verò ipſius teſtatoris parochiæ? Nec inter eos de huiuſmodi controuerſia ſatis conuenit, ut illic uidere poteris. Ego verò in tot tantiſque huiuſmodi dubiorum & quæſtionum tenebris conſulo, uti & à nonnullis conſultum in auctoritate alienationum rerum eccleſiæ & minoris ſupra diximus, ut utrobique hæc notificatio fiat, & in loco, in quo res tenetur in feudum,& in loco, in quo res ſita eſt, donec id iudicio Senatus aliter declaratum ſit.

28 *Cum dubitat de iuriſdictione rei uẽditæ, quid agendum eſt.*

QVID denique, ſi dubitetur de iuriſdictione rei venditæ, quia fortè ſita eſt in confinio duarum iuriſdictionum, uel aliter duo domini diuerſi eam rem contendunt eſſe in ſua iuriſdictione. Quæ res ex alio ſimili decidi



decidi poteſt,cùm ſcilicet quæritur,quis iudex adiri debet,cum incertum eſt, cuius iuriſdictionis ſit res controuerſa.De quo tu videas Hoſti.Ioan.Andre. Cardin.Florent. & Maria.in capit. ſanè, de for. competen. Et ex illo item quod quæritur de delinquente in confinio duarum iuriſdictionum, & ignoratur utrius verè ſit iuriſdictio. De quo per Dy. in l.ſiue. §.1. in uerſicu. quod ſi hoc ipſum.ff.de liber.agno.& in l. pupillus. §.1. de verborũ ſignifica.Ray.Barto.& Alberi.in l.iuriſperitos.§.1. ff.de excu.tuto.Guid.Suz. in Authen. qua in prouincia. C.ubi de cri.agi opor.Ioan.And.in addit. Specu. tit. de competen.iudi.ad.§.1.verſic.ſed pone aliquis.& ruſum titu.de rapto. §.1. uerſicu. ſed pone inter, ibi, ſed quem dices.Alberic.in l.libertus.§.præſcriptio,per eum tex.ff. ad municip.& in l.de iure,eodẽ tit.& in d.l.ſiue.§.1. col. 2.uerſicu.& primò collige.ff.de libe.agnoſ. Ant. & Petr. Anchar.in cap.poſtulaſti,& ibi etiam Maria.col. 4. in 7. quæſt princip.extrà de foro competen. & Nellũ in tract. bannitorum,in 2.parte. 1.part.quæſt.9.Ego conſulerem apud vtramque iuriſdictionem hanc notificationem fieri.Nam ſi apud alteram tantùm fieret, penderet ex exitu controuerſiæ iuriſdictionum, rectene ea notificatio facta fuerit,an non,ut in ſimili tractat Ioan.Andre. in ca. in multis ,de reſcript.lib.6.& Caſpar Calde.inter conſ. Ioan. Calde. eius patris, titu. de conſuet. conſi. 6. an ſit conſuetudo.

## AD FINEM TITVLI.

1 *An ſi emptor patiatur controuerſiam de re empta, poſſit ſe excuſare a retractu.*

ET cum his quoque finem facerem huic titulo, niſi alia quædam ad eum tractatum pertinentia in mentem uenirent, quibus tractandis non ſe obtulit locus ſatis oppoſitus in præcedentibus:aut ſi ſe obtulit, memoria tunc defuit,quanquàm & alia multa huc quoque pertinentia diſſeremus in titulo procedente, prout locus nos monebit.Hic igitur.Primò quæro,Emptor cõuentus eſt ab alio tertio uendicante rẽ emptam: interim conſanguineus vult eandem rem ex hac conſuetudine retrahere:emptor negat poſſe ſe eam illi cedere,cùm ſit litigioſa:per l.2. C. de litigio. Ego aliquando de hac re conſultus reſpondi, hanc exceptionem nihil emptori prodeſſe,per l. alienationes.ff. familiæ erciſcund. ubi ita ſcribitur,Alienationes poſt iudiciũ acceptum interdictę ſunt duntaxat uoluntariæ, non quæ vetuſtiorem cauſam & originem iuris habent neceſſariam.

2 *Litigioſi uitiũ nõ pertinet ad alienatiões neceſſarias*

QVO in loco Bal.& Flor.not. illud vitium litigioſi non pertinere ad alienationes neceſſarias, quæ habent cauſam ex præterito, & in id quoque dicunt facere tex. in l.Diuus.ff.de peti.hæred.& in l.ſi poſt acceptum, cum l.ſeq.& l.is à quo,& l.ſeq.ff.de rei uend.& l. ſi ſeruus. ff. de condi.fur. Quod & idem voluit Inn.in ca. cùm Mart. Ferrarienſis,col.ulti.verſicu.item nota quòd licet, extrà de conſti.& Barto.in l.inter quos.§.ſi dominus, uerſicu. ulterius oppo. ff. de dam. infec. vbi & ad hoc allegat l. peto.§.prædium.ff.de leg.1.& l.1.ff.de fun.dot.& l.1.C. eod.tit.& Alex.in addi.Bart. in l.quanquàm.§. Iulianus. ff.de aqua plu. arc. Et id generale eſt, ut prohibita ſimpliciter alienatione,non ea cenſeatur eſſe prohibita,quę non ſponte alienatis ſit, ut latè diximus & probauimus ſuprà §.j.in gl.14.in uerbo, *ou equipollent à vente*,nu.11. & generale eſt.

3 *Retractus an habeat locũ in uẽditione facta iuſſu teſtatoris.*

SECVNDÒ quęro,utrum ſi teſtator hęredi iuſſerit, vt domum vendat Titio: an in uenditione, quam hæres facit iuſſu ipſius teſtatoris,habet locum retractus? Poſſet videri non habere,tum quia hęc uenditio neceſſaria eſt, vt dicit Bald. conſil. 358. quidem Lucanus, column. 1. lib.1.& conſil.253. caſus talis eſt quidam de ciuitate, colum.2.uerſicul.in contrarium, lib.3. & vtrobique per l. vnum ex familia,in princip. ff. de leg. 2. Illud. autem planum eſt, in venditione neceſſaria locum non eſſe retractui,vt multis placuit,arg.l. cùm fidei. ff.de fideicom. lib. vt & nos latè diximus in d. verbo, *ou equipollent à vente*,num.8.ſecundò intellige,& alijs multis ſeq. Tum quia id videtur factum à teſtatore, non ab hærede, qui tantùm ultimam voluntatem teſtatoris adimpleuit, d.l. vnum ex familia.§.de Falcidia.de leg.2.& l.pater ex prouincia.ff.de manu. vindic.& l.vxorem.§.agri plagam. & ibi not.à Dy.ff.de leg. 3. quem ad id, ſi ſcienter inducatur,dicit not.Ang.conſ.313. Brunellus, paulò poſt medium , cum multis ſi. à me adductis in noſtris Legibus connubialibus,in gl.8.in uerbo,*de ſon may*, in 23. quæſt. in princ.

4 *De eadem re. Venditiones factæ iuſſu teſtatoris habet vim teſtamenti, vide de nu.7.*

SED quibus non intempeſtiuè potes addere, quod traditum eſt à Guli.Cu.in l.cùm hi, uerſ.planè, & ibi quoque Bald.in vtraque lect.ff.de tranſact.quòd ſi hæres iuſſus à teſtatore vendere alimenta, ea vendiderit, non poterit ſuper hac venditione ſiue obligatione tranſigi, tanquam facta vi illius teſtamenti,inſpecta ſcilicet cauſa originali. Quanquàm huiuſce rei prohibitio non trahitur ad contractus inter viuos, per illum text. & in id quoque multa iura allegant,quę tu ibi videre poteris. Et ſimile eſt,quod tradit Iac.Butr.in l.hæres teſtamento. ff. de act. empt.quòd ſtante ſtatuto , vt de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi hæres venditionẽ fecerit iuſſu teſtatoris, non ſoluetur gabella, quia hæc venditio non dicitur contractus inter viuos,arg.gloſſ.ſing.in l. ſi quis ita,in prin.in uerbo,defectus.ff.de ſtatuliber.& ſequitur Bald. [conſil.440.ſecundum ea quæ proponuntur,ad ſi. lib.5.&] in ſua Marg.in uerbo,venditio,col.2.uerſ. venditio facta. Conſuetudo autem noſtra nuncupatim loquitur de contractibus, cùm dicit, *par contract de vente*: ergo non habet locum in teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus.l.verba contraxerunt.ff.de verb.ſig.vbi ita ſcribitur: Verba contraxerunt, geſſerunt,non pertinent ad ius teſtandi,cum multis alijs ſi.à me collectis in d.Legibus connubialibus, in gl.5. in uerbo, *contracter* in 7. q.in prin.

5 *Lex 2.C.de reſc. vẽdi. non habet locũ in uẽditione facta iuſſu teſtatoris, vide nu.9.*

ET confirmatur hæc ſententia, quoniam etiam in rebus uenditis ab hærede iuſſu teſtatoris certo aliquo precio,non eſt locus reſciſſioni ex l. 2.C. de reſcin. ven. quia ea lex non habet locũ,quando neceſſitas vendendi oritur ex teſtamento : vt voluit Bald. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, in prin. per illum tex. & ibi quoque Imo. Raph.Co.Paul.Caſtr.in lect.Bono.Franc.Aret. in 2.not. qui id dicit ſingu & Iaſ. ff. de lega. 1. Roma. in l. ſi quis cùm aliter,col.2.[verſ. vnde primò ſcias.] & ibi quoque Alex.colum.pen.verſ.aliquid etiam,& Fran.Are. col.6. uerſic.ponit etiam hic.ff.de verb.oblig.Fabia.in tract.de empt. & uend. in 6. quæſtio. 8. quæſtionis prin. & Ant. Burgos.in c.cùm cauſa,colu.15. verſi. vndecimò limita, extrà de empt.& uend.ubi id dicit ſing.Et eſt bonus tex. in l.etiam.§.quid ſi quis, uerſic.idem erit dicendum. ff. de peti.hære.quem ad hoc dicit ſing. Franc. Aret. in d.l. ſi quis cùm aliter.

6 *De eadem re. Statutum, ne res aliene,nõ cõprehendit alienationes factas iuſſu teſtatoris, vide nu.8.*

FACIT itẽ, quòd ſtante ſtatuto, ne res immobilis alienetur in extraneum ſub pœna, ſi teſtator iuſſerit rem quampiam immobilem vendi extraneo,non incidit hęres id faciens in pœnam:ut poſt Oldr. & Iac. But.tenuit Ioan.And.in addit.Spec.in Rub.de rei permut. col. pen. verſi.expeditis beneficialibus.& Bald.qui illorum mentionem non facit in d.l.ſi hæres,per illum tex. in princi. ff.de actio. empt.non enim ( inquit) id ſponte facit, ſed vi vltimæ voluntatis: dicitque id notandum, & menti tenendum.& Alber.qui id poſt ipſum Iacob.But. diſputat.in 2.parte ſtatutorum.quæſtio.178.incip. Iacob. etiã But. Diſputauit,& Ang.dũ ſimpliciter allegat Io.Andr. ubi ſuprà, in l.ſi ita quis promiſerit.§. ea lege. ff. de verbo.oblig.& ibi apertius Imol.in fi.& Franc.Aret.col.3. verſi.ex his infert.& idem Are.in l.cætera.§. ſed ſi ſeparauit,

rauit,col.2.uerſic.quintò & ultimò not. ff. de leg.1. ubi reſpondet ad eum text.qui alijs uidebatur velle contrarium.Imol.in l.ſi dignum.ff.ad leg.Falcid.& in l.qui fundum,in princ.& ibi quoque Alex.eod.tit. Franc.Are. ff. ſi cert.pet.Alex.conſ.215.ponderatis,col.2.uerſ.confirmo,lib.6.Barb.latè in repet.Rub. extra de reb.eccl. non alie.in 5.q.princ.& conſ.51.ſcripſit ſapientiæ fons, col. 15.uerſ.& ulterius adducebam,lib.1.& Ioan. Corne. in repet.l.filiusfam.§.Diui,col.23.uerſ. quintò fallit. ff. de leg.1.ubi in id alias multas rationes affert, quas ibi uidere poteris.& Alciat.in l.2.in princ.num.12. ff.de uerbor.oblig. Et faciunt,quæ ſcribit Bal.conſ.440. ſecundum ea,col.2.verſ.item quando ſunt,& ſeq. lib.5. Vbi dicit poſt Iacob. Butr. quòd ſi ex contractu uenditionis debetur gabella, non ex ea debetur, quæ facta eſt iuſſu teſtatoris.& Corn.conſi.132. licèt videatur, lib.1. dum tractat, an teſtator poſſit permittere hæredi, ut alienet contra prohibitionem ſtatuti.

7 *De eadem re. Contrariũ eorũ, quę dicta ſunt.*

VERVMTAMEN Bald. hanc noſtram quæſtionem nuncupatim tractans in tractatu Protomixeos,colum.3. verſ.quid ſi teſtator,apertè tenuit contrarium: quoniam vt teſtator(inquit)non poteſt facere,quin lex habeat locum,l.nemo. ff.de lega.1. ita nec vt conſuetudo quoque locum habeat,quæ pro lege ſeruatur, l.de quibus. ff.de legib.& beneficium à lege uel conſuetudine conceſſum, à priuato auferri non poteſt.§.ſi uerò,in Auth. de nupt. Et adde, quòd ſi teſtator ipſe vendidiſſet etiam in ſuo teſtamento, nihilominus habuiſſet locum retractus, quia huiuſmodi uenditio in teſtamento facta habet uim & naturam contractus inter uiuos, ut facilè intelligitur ex Oldr.conſ.114.factum eſt tale, quædam mulier, col.1. Bart.id l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.Bal. in l.ult.C.de reb.eor.& in l.ex teſtamento. C.de fideicõ. & in l.auia,in princ.C.de iure delib.Rom.conſ.171.pro deciſione,in ult.dubio,cum ſimil. Ergo & idem, ſi eo mandante id factum eſt: quia non plus roboris habere poteſt,quod me mandante factum eſt,quàm quod à me ipſo factum eſt.

8 *De ijſdem rebus.*

NAM & in eo, quod diximus ſuprà, hæredem qui iuſſu teſtatoris vendidit extraneo rem immobilem,non incidere in pœnam ſtatuti idipſum prohibentis: contrarium tenuerunt Alber.Bald.Angel. Imol. ſibi contrarij, Floria.Alex. & Iaſon in d.l.cætera. §. ſed ſi ſeparauit, per text.in l.Senatus, quem legunt cum d. §. ſed ſi ſeparauit.ff.de leg.1.Ang.in d.l.qui fundum, in princ. ff. ad leg.Falc.& in l.1.C.commu.de leg.& in l. in æſtimationib.ff.de petit.hære.& Fulg.in d.l. ſi tibi pecuniam. ff.ſi cert.pet.& Fab.in tract.empt.& vend.in 28.quæſt.3.partis princ.ubi & illam rationem addit,quòd teſtator non poteſt tollere diſpoſitionem ſtatuti,l.quidam decedens. ff.de admi.tut.& l.quod de bonis. §.1. ff. ad legem Falc. & d.l.nemo.ff.de leg.1.& Alex.in l.ſi dignum, ad fin.ff. ad leg.Falc.Iaſon in l.iuſtè,colum.5.verſ.quintò pro iſta deciſione.ff.de acquir.poſſ. Et potior pars eorum, quos pro contraria parte adduximus,loquuntur, cum ſtatutũ eſt,ne bona alienentur inter viuos.

9 *De ijſdem rebus.*

ILLVD autem quod dictum eſt,d.l.2.C.de reſcind. vend.non habere locum in re iuſſu teſtatoris vendita certo precio,non ob aliud eſt, quàm quòd teſtator ſtatuendo certum precium,videtur quod reſiduum eſt,donare. Ideoque dicunt Raph.Alex.Hier.Tort.& Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.ff.de leg.1. quòd ſi teſtator putauerit illud eſſe iuſtum precium, habebit locum ea l. 2. arg.l. cum tale.§.legato falſum.ff.de cond.& demon Quinetiam ſi teſtator non præſcripſit certum precium, æquè habebit locũ d.l.2. ac ſi ſine præcepto teſtatoris res fuiſſet uendita, ſecundum ipſum Bal. & Imol. in l. Imperator.§.1.per illum text.ff.de leg.2. Roma.Alex. & Franc. Aret.in d.l.ſi quis cum aliter. [ex quibus ipſe Roma. dicit eſſe de hoc text.ſing.in d.§.meminiſſe.] Barb.in cap. cùm dilecti,col.2.uerſ. limita etiam. & in repet.Rub.de reb.eccl.non alie. in d.5. quæſt. non ſemel. & Iaſ. in d.§. meminiſſe.Pantal.in rep.d.l.2.col.20.verſ.28.procedit, & iterum col.23.verſ.ſextò limitantur prędicta:ut proinde intelligas,id nihil huic ſentẽtiæ præiudicare. Apud Senones autem c.conſuetudinum eius gentis 49. eſt expreſſa conſuetudo,locum eſſe retractui in venditione patrimonij facta ab executoribus teſtamentorum. Similiter apud Trecenſes,c.160.& Borbonienſes, c.471. Sed & apud Auxerrenſes ſiue Altiſſiodorenſes, hoc eod.tit. §.19.qui eſt omnium 50.in re uendita ex teſtamento,eſt locus retractui.

*Cõſuetudines quæſt. princ.*

10 *Retractus preciũ ad quos pertinet, an ad hæredes mobilium, an immobilium.*

TERTIÒ quæro,quia ſuprà tit.huius volumin. conſuetudinum 17. qui eſt *des ſucceſsions*.§.7.qui eſt omniũ eiuſdem volum. 217. cautum eſt, quòd ſi quis decedat ſine liberis,relictis aſcendentibus & collateralibus,ſuccedunt aſcendentes in mobilibus,collaterales in immobilibus: quod & in noſtra Gallia vbique propemodum obſeruatur. Igitur qui domum emerat, moritur intra annum relictis patre & fratre, poſteà verò quiſpiam cõſanguineus venditoris retrahit eam domum, ui noſtræ conſuetudinis, reſtituto uenditionis precio: certum eſt quòd ſi domus redempta non fuiſſet à conſanguineo, ea fratris eſſet:nũc autem cùm redempta eſt, ad quem pertinet precium? an ad ipſum fratrem hæredem immobilium? an uerò ad patrem hæredem mobilium? Et primum uidetur,ad fratrem, cùm domus tempore mortis reperiatur in hæreditate, non precium: quod quidem tempus inſpiciendum eſt, ut cæteris in rebus. §. ita demum tamen, Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer. cum ſimil. Et licet domus ipſa poſteà euincatur dato precio, tamen ad precium ſubrogatur in locum domus. Sicut dicimus de fundo legato, qui ſi poſt mortem teſtatoris euincatur per reſtitutionem in integrum reſtituto precio, id precium tanquam ſubrogatum in locum fundi debetur legatario,l.qui ſolidum. §.1. ff. de legat. ſecundo,& facit text.in l.filiæ. §.à Titia. ff. de condit. & demonſt.& l.ſi donatæ.§.ſi ſponſis.ff.de dona. inter uirum & uxorem.

11 *De eadem re.*

PRAETEREA is cui competit ius oblato precio, non habet ius purum,ſed conditionale, ſi precium ſoluat, l. 2.& l.ſi à te.C.de pact.inter empto. & uend. Illud ergo precium, quod debet accipere emptor, non erat prius in obligatione,ſed in conditione, l.1.§.item ſi ita. ff. ad leg.Falcid.& l.ita ſtipulatus,& ibi planè not. ff. de uerb. oblig.& l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ. cau.teſt. Ergo nullũ ius, nulla obligatio erat in bonis emptoris: & ſi aliquod erat, tamen cùm ſtatutum diſtinguat ac ſeparet bona mobilia & immobilia abſolutè, nomen autem debitoris non ſit mobile aut immobile, ſed tertia quædam ſpecies,l.à Diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic.& not.Bartol.in l.poteſt.ff.de admin.tut. cùm alijs multis concord. adductis ſupra §. huius titul. 1. in uerbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, quæ eſt gl.7. numer.9.ſed & multis: conſequens eſt, ut non comprehendatur ſub eo ſtatuto, ſed ex Iure communi ad hæredes pertineat.

12 *De eadem re. Cõditio poteſtatiua non retrotrahitur.*

ITEM huiuſmodi conditio reſtituendi precij pro redimenda domo vendita, eſt poteſtatiua (ut noſtri appellant) quia ſcilicet eſt in poteſtate ſiue facultute conſanguinei id ipſum faciendi: igitur non retrotrahitur ad tempus mortis illius emptoris, de cuius hæriditate & ſucceſſione agitur, nec aliud quoduis tẽpus præcedens, l.qui balneum,& l.qui potior.ff.qui pot.in pig.hab.& l.ſi ſeruus.§.vltim.ff.de ſtipul.ſeruo.cum ſimi.Ex quo fit, vt non faciat hanc rem, id eſt domum, quæ in initio & tempore mortis id eſt ſucceſſionis obuentæ,erat res immobilis,cenſeri mobilem,cuiuſmodi eſt precium quod inde redactum eſt: ſed potius inſpiciatur primum illud tempus,ad quod vltimum non retrotrahitur.

DENI-



13 *De eadem re. Obligatio & diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria, comparãt ultimæ voluntati, vide nu. 16.*

DENIQVE obligatio & quælibet diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria,qualis etiam hæc eſt,magis comparatur, & accedit obligationi & diſpoſitioni vltimæ uoluntatis,quàm contractuum inter viuos, ſecundum glo. Bart, Bald.Raph.Corne. Alex. & alios,in l.1.C.de his quib.ut indig.& glo.& Bart.in l.in cognitione. ff. de S. C. Sylla. eundem Bart.in l.non ſolùm.§.morte,col.ult. & ibi clarius Imol.col.pen.ff.de nou.oper.nunc.Bald.in cap.1.in prin.colum.pen.uerſ.deinde quæro,tit.de pac. Conſtan. Ang.conſ.7.ex dicto themate,col.1.Imol.in l.ſi ita ſcriptum.§.ult.ff.de leg.2.Roma.in l.4.§. Cato, char. vlt. ff. de uerbo.oblig.& in l.ea demum.C.de collat.& conſi. 65.uiſo themate,col.ult.uerſ.cum igitur uerba, & conſi. 123.circa primum,col.2.uer.præmiſſis tamen non obſt. Alex.in l.ſeruus,col.1.ff.de vulg.& pup. & conſi.130. attentis uerbis teſtamenti,col.1.lib.2. Franc. Aret.conſ. 45.viſis articulis,col.vlt.Card.Alex.in c.ſolicitudinem. col.ult.de appella.cum alijs concord. collectis ab Alex. Corn.& Philip.Dec.in d.l.ea demum. C. de collat.& ipſo Alex.in addit.Bart.in l.ult.ff.de reg.iur.Carol.Rui. & Barbat.conſ.19.clementiſſimum, col.3. lib.4. & Soc. conſi.221.uiſa,poſt princ.lib.2.& conſ.243.in præſenti, col.2.uerſ.confirmatur,li.2.ubi & idem ſe dicit tenuiſſe in l.ſi Stichum. §. ſtipulatio. ſed eius lect. in eam legem non extat.Franc.Curt.ſeniore conſ.27.magnificus, col. 6.uerſ.verùm iſtis omnibus. Iaſ.in d.l.1. C. de his quib. ut indig & in l.ita ſtipulatus, col.10. uerſ. ſed hìc cadit. ff.de uerb.oblig. & in d.§.morte,char.ult.uerſ.ultimò tene menti.ff.de oper.nou.nunc. Carol.Ruin. conſ.117. uidetur.col.4.num.7.lib.4.Steph. Bertr. conſi.128. pro pleniori,col.ult.lib.1.Ioan.Crot.& Ferd.Loaz, in repet. l.filiusfamiliàs.§. Diui. illo quidem col.22. uerſ. limita iſtam concluſionem.hoc autem num. 342. ff. de leg.1. Et videtur probari in l. ſeruus hac lege. ff. de manumiſ. De quo tamen(ne id omittam)vide Soc.in l. Gallus.§ ui dendum,in princ. ff. de lib. & poſth. At in obligatione ex ultima uoluntate inſpicitur tempus reſolutionis: nec ea retrotrahitur,l.2.§. id quoque. ff. de collatio. bonor. quæ ponit hanc differentiam inter contractus & legata. Et hanc opinio. nuncupatim in hoc caſu noſtro ſecuti ſunt Raph.Fulgoſ.Alex.& Franc.Aret.in d.l.ea demum. C.de collat.

14 *Qui cõtrarium cenſẽt in principali quæſtione.*

CONTRARIVM tamen, ut ſcilicet id precium ita reſtitutum à conſanguineo vi noſtræ conſuetudinis, tanquam mobile,ſit patris,qui ex ſtatuto ſuccedit in mobilibus,tenuerunt Iacob.Ray.Cyn. qui ita dicit fuiſſe iudicatum.Alber.Bald.Corne.& Philip.Dec. in ea ipſa l. ea demum.& idem Alber.in 1.parte ſtatutorum,quæſt.93. quid ſi ſtatuto prædicto. & quiſquis eſt in Margar. Bal. in verbo, alienatio, col. vltim. nã licet id opus ſit ipſius Bal.tamen ſunt in eo quædam ab alijs addita, vt videre licet.Et hi quidem omnes ſubnixi autoritate d. l. 2. §.id quoque, de colla. bono. vbi reſolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipſius cõtractus. Ideoque id preciũ, quod ex huiuſcemodi reſolutione reſtituitur, cenſetur eſſe in bonis defuncti emptoris, ab uſque tempore ipſius cõtractus.Et facit etiam tex.in l. ſi filiusfamiliàs.& ibi Barto.& Recentiores.ff.de verb.obli.& l. quę legata. & l.ſeq.ff.de reg.iur.cum ſimil.

15 *De eadem re.*

DEINDE iſtud ius recuperandi, ſiue redimendi, reſtituto precio, competens conſanguineo, habet originẽ ex contractu ipſo venditionis, ex quo quæritur id ius ipſi conſanguineo etiam abſenti, ut dicit Bald. in Rub. C.res inter alios acta, verſic.nota quòd ex conſuetudine. & Phil.Deci.conſi.88.cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum, colum. 1. Et ita quoque habuit originem in vita ipſius emptoris defuncti, & ſic tempore mortis ipſius cenſebatur in ea qualitate eſſe in bonis. Ergo & ipſa res mobilis etiam cenſetur fuiſſe in eiuſdem patrimonio, quia ius,quod competit ad rem mobilem,cenſetur mobile, vt uoluit glo.Bar.& alij in l.1.C.ſi aduer.tranſact & in d.l.poteſt.ff.de aut.tu.cum alijs multis ſi.à me collectis in d.§.1.gl.6.in verbo,*ou aultres choſes censées pour immeubles*,num.1.

16 *De eadem re.*

NEC obſtat illa ſubrogatio, quàm ſuprà primo loco adduximus, quia illa conſideratur ſecundum Dec.in fauorem legatarij,ex veriſimili voluntate teſtatoris ut declarat text.in d.l.qui ſolidum.§.1.in verbis, coniectura voluntatis. Sed hæc ratio ceſſat in hac quæſtione, quia quòd talis pecunia ſit apud hæredem, non eſt ex voluntate defuncti, & repugnat ſtatutum quod defert immobilia tantùm ipſi hæredi. Et per hoc tollitur etiam illa ratio,quòd diſpoſitio ſtatuti ęquiparatur vltimæ voluntati,quia in hoc caſu nihil reperitur ſtatutum in ultimis voluntatibus:nec etiam illud omninò indubitatum eſt, quando ob eius ambiguitatem Bar. ipſe indeciſum reliquerit in l.ſuus quoq;.§.ſed & filio.qui eſt vlt.col.2. ff.de hæred.inſti.& in l.vſusfructus,in fi.ff.de ſtip.ſer. & in l.1.ff.de in diem addict. Et expreſſim contrarium tenuerit Bal.ſibi contrarius in l.omnes populi,col.vl.ff.de iuſti.& iur.& in l.1.ff.ſi cer pet. & in l.ea demum. C. de collat.Nec,ſi id verum eſt,ſemper procedit,ut per Fran. Aret.conſ.89.placet.& Alexan.in l.ita ſtipulatus,col.5. verſ.& tene menti.ff.de verb.oblig.

17 *De eadem re.*

ET ita propemodum illis rationibus prioris partis reſpondit Philip.Dec. in d.l.ea demum.At alijs eiuſdẽ partis rationibus, quæ ſunt ipſius Franc.Aretin.non reſpondet,nec earum meminit, neque Aretin. quoque.Et hanc denique opi.ſecutus eſt Boer.in quodam conſilio, quod poſuit poſt tract. Dyn. de regu. iur.cuius initium eſt, Iaquelina, in 3. dubio. De hoc autem variæ ſunt conſuetudines Franciæ. Nam apud Belquercenſes c.31. reditus, qui pecunia poſſunt redimi, cenſentur mobiles. & idem apud Caluimontenſes in Baſſigniaco,capit. 64. quod loquitur de fundo vendito cum pacto redimendi. Quid autem conſuetudo Cenomanenſis ſuper hoc ſtatuerit, videbis cap.305.& duobus ſequen. & Aurelianenſis,capit.175. & capit.262.& cap. 274. & Andegauenſis,cap.91.& c.290. & duobus ſequentib. Trecenſis,c.ſexageſimoquinto, & ſequen. Et uide quæ ſcripſimus ſupra §.1.in gl.6.in uerbo, *rentes*, num.7.ſed hæc primò,& ſeq.& iterum in glo.14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, num.119.ſecundò intellige,& duob.ſeq.

*Conſuetudines de principali quęſtione.*

18 *Deciſio princip. quæſt.*

SED, vt tandem id definiam,certè quantum ad nos, habemus conſuetudinem expreſſam infra, titul.25.qui eſt, *le mariage ſolu quelz droitz appartiennent au ſuruiuant des conioinctz*. §. 12. qui eſt omnium huius uolum. 302.quæ ſtatuit hanc pecuniam, ex qua retrahitur fundus, vi huius conſuetudinis aut pacti de reuendendo in contractu appoſiti, inter mobilia reponendam,eamque ad eum pertinere,qui mobilia debet habere. Sed quantum ad Ius commune pertinet,illud arbitror,hunc fundum, quamdiu eſt apud emptorem aut hæredes ipſius, ideſt ante retractum,non cenſeri mobilem,ob id tantũ, quòd obnoxius eſt retractui: ſed potius immobilem,inſpecto ſcilicet & conſiderato tempore & ſtatu præſenti, arg.l.ſufficit.ff.de condi. indeb. cum ſim. ibi adductis à Iaſ.& à nobis infrà tit.ſeq.§.2. glo.1. nu.38. quid quòd cenſetur,& ſeq.nam & multa interuenire poſſunt, ne fundus redimatur,quamuis redimi poſſit, ut in ſimili dicitur in l.naturalem.§.1.ff.de acquir.poſſeſſ. Qualis igitur futurus ſit,debet expectari euentus, an ſcilicet redimetur,necne,ut ſic non in pendenti ſit, quantum ad præſentem ſtatum attinet: quantum autem ad futurum, ſit, ut in ſimili tradit Cyn.in l.ult.colnm.2.in 1.oppoſ.C.de ſent. paſ. & Bart.in l. Pomponius,col.3. uerſ. hoc igitur præmiſſo.ff.de neg.geſt.

*Euẽtus inſpiciendus.*

19 *Finis oſtẽdit, cuiuſmodi res cẽſenda ſit.*

PORRÒ autem finis omnibus in rebus oſtendit, cuiuſmodi eæ cenſendæ ſint.l.ſed & ſi quid.§.1. ff. de uſufruct.& c.fraternitatis.§.ult.extra de frigi. & malefi.& id

quidem

quidem eorum textuum autoritate voluit Spec. expreſſim definiens, aliquid uel mobile, uel immobile cenſeri & exiſtimari ex fine ipſius, in ti. de fructib. & intereſ. §. ſcias igitur, qui eſt primus illius titul. verſ. ſed quid ſi debeo, cum alijs multis ſimilib. & concord. à me quoque congeſtis ſuprà eo. tit. §. 1. gloſſ. 7. in verbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*, nu. 45. tum etiam quia finis. Nam & finis ipſe (vt & id illis quoque adijcias) ad ſe trahit omnia, quæ ad eum ipſum tendunt. l. & ſi non ſint §. perueniamus. ff. de auro & argen. leg.

20 *De euẽtu.* QVIBVS adde ad huius noſtræ ſententiæ comprobationem tex. optimum in l. ſi Titius, in princ. ibi, ex euentu ſolutionis. ff. de leg. 2. & l. ſeruus. §. 1. ibi, in pendenti eſt, cui proprietatem acquiſierit. & ca. ff. de acquir. rer. dom. & l. ſi is qui pro emptore. §. 1. ibi, in pendenti eſſe ff. de vſuca. & l. pen. §. vlt. ff. de caſt. pec. cùm dicitur, niſi in pẽdenti, ut in alijs, & in hac ſpecie habeamus dominia, ut ex poſtfacto retrò fuiſſe aut non fuiſſe patris credamus. & in l. proponebatur. eo. tit. ibi, nec eſt nouũ, vt ex poſtfacto aliquis ſucceſſorem habuiſſe uideatur, & quæ ſequuntur, quæ huc admodum pertinent, ut ſcilicet ex poſtfacto conſtet, quis ſucceſſor futurus ſit in huiuſmodi reb. & l. in bello. §. 1. & l. bona. §. 1. & 2. ff. de capt. & l. ſi ſeruus communis meus. & iterum §. vlt. ff. de ſtip. ſer. & l. fideiuſſor obligari. §. ſtipulatione. ff. de fideiuſſ. & l. bouem. §. vlt. ff. de ædil. edict.

21 *De eadem re.* NEC omittendus text. in l. qui res ſuas. §. rem autem ff. de ſolut. ibi, & vtiq; cuius fuerit euentus declarat. Ex quo not. Pau. Caſtren. ibi, quòd ſi res, quæ datur in ſolutum, euinci poteſt, & etiam poteſt non euinci, ex futuro euentu apparebit, utrum debitor fuerit liberatus, necne. Et facit quoque tex. in l. iure. §. vlt. ff. de teſta. tutel. & in l. 1. §. ſi pendeat. ff. ad S. C. Macedon. & l. ſi fur. iterumque l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. de vſufruct. & l. quid ergo, in prin. eo. tit. & l. res vxoris. C. de donat. inter virum & vxorem. & l. reſcriptum. §. vlt. ff. de diſtract. pig. & l. ſi debitor. ff. de iur. dot. & l. ſi is ſeruus. ff. de don. inter vir. & vx. Sic & hoc caſu conſtabit ex futuro euentu, cui cedet domus, aut pecunia, qua ipſa redimetur, nam ſi ea intra tempus non redimetur, cedet collateralibus, ac ſi ab initio non fuiſſet obnoxia retractui. Si redimetur, erit pecunia ob eam domum reddita, aſcendentium, tanquam ſi ab initio domus ipſa pecunia fuiſſet.

22 *De eadem re. In venditione actionis competẽtis minori ad fundũ uel precium, an decretũ requiratur.* ET hoc admodum confirmat, quod ſcriptum reliquerunt Alb. Bar. & Ang. in l. ſi ſic legatum. §. vltim. per tex. ibi, in verbo, proinde. ff. de leg. 1. Actio (inquiunt) ſecundum communem opinionem iudicatur mobilis vel immobilis, ex natura rei, pro qua competit, ut etiam ſuprà haud multò antè diximus. Minor igitur habebat actionem ad fundum, uel ad centum (ea enim erant in electione debitoris) is ceſſit huiuſmodi actionem alteri ſine decreto, quod in alienatione rerum immobilium requiritur, non etiam mobilium. An ualeat ea ceſſio. Et dicunt id fore in poteſtate debitoris: nam ſi reddat fundum, non valebit: ſi centum, valebit. Et idem reſpondit ipſe Barto. conſ. 70. reuerendiſſimè, colum. 2. & ſequitur Alexand. in l. à Diuo Pio. §. in venditione, in fin. 1. notab. ff. de re iudi. dum ſimpliciter allegat Bar. in illo priore loco. & apertius conſi. 125. viſis & conſideratis, in fi. lib. 1. quod repetitur conſ. 53. lib. 3. & Fran. Aret. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. Et in id eſt tex. optimus, præter eos, quos ſup. citauimus, in l. erit. ff. de fund. dot. quo probatur ex euentu pendere, an valeat alienatio, de qua ibi agitur, nècne.

23 *Exitꝰ acta probat.* SED & hæc omnia quidem mirum in modum fulcit illud Phyllidis Ouidianæ ad Demophoontem, ſi ſententiam integram reſcindas.

*Exitus acta probat.* --

Quod in id vbique citant noſtrates, & inter cæteros Bal. qui tamen autoris nomen ſupprimit, in c. 1. columna 2. verſiculò ſextò quæritur, titul. quibus mod. feu. amit. in idque etiam allegant l. rem non nouam. §. vltim. C. de iudi. & §. vltim. procœmij. ff. & poſt Bald. Socin. conſi. 127. quoniam in præſenti, col. 5. uerſ. comprobo & quartò, lib. 3. Et de hoc caſu noſtro (quod & nos ſuprà diximus, ſed hìc in fi. & concluſione quæſtionis iterum dicere uolumus) habemus conſuetudinem expreſſam c. omnium noſtrarum conſuetudinum 302.

24 *An cõſanguineus, qui in cã retractus obtinuit, poſſit pœnitere. De intellectu l. ſi iudex. ff. de min. multa.* QVARTÒ quæro, quid ſi conſanguineus uolens redimere, traxit in ius emptorem recuſantem cedere & tandem obtinuit, fuitque emptor condemnatus rem ipſam reſtituto precio cedere: tamen conſanguineus pœnitentia fortè ductus, uel etiam non habens ad manum pecuniam, non vult uti ea ſententia, nec precium reſtituere, an emptor poterit eum cogere? Habens text. in l. ſi iudex. ff. de minorib. quòd ſi minor nolit uti ſententia reſtitutionis in integrum, quam is obtinuit, exceptionem vtilem aduerſus petentem precium, quaſi ex cauſa iudicati, habere poterit. & rationem ſubiungit, quæ declarat id non tantum in eo caſu obtinere, quia ſcilicet unicuique licet contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt. Et Bal. ibi in priore lect. dicit eum text. ſingul. & in utraque lectu. aſſerit procedere in omnibus his, quę ſunt quęſita iure quopiam ſingulari ſiue extraordinario ac ſpeciali, cuiuſmodi haud dubiè ex hoc noſtrum ius retractus. Et per eum textum dicit gloſſ. in l. illud. §. 1. in fin. ff. de ædil. edict. quòd emptor, qui obtinuit in redhibitoria, poteſt renunciare ſententiæ, nec ex ea poterit venditor agere, & ſequuntur Bald. [& Cæpol.] ibi. [& idem Cæpol. in l. ſciendum. §. dictum, eodem titul.] Et facit etiam l. cum unus. ff. de bon. aut. iudi. poſ. & glo. in Clem. conſtitutionem, uerſicu. inſuper, in uerbo, nolle uti, de elect. dum quærit, an inuito impetrante poſſit is, contra quem impetratum eſt reſcriptum, eo uti? De quo & ibi per Imol. ſuper ea gloſſ. & per Innoc. Hoſti. Ioan. Andr. Panormita. & alios in cap. ex conqueſtione: extrà de reſtitu. ſpoliat. Bald. in l. 1. C. ut lite pend. & in l. poſtquam, in fin. C. de pact. Alex. conſ. 77. uiſo themate, col. 2. uerſ. tertiò principaliter, lib. 5. & Iaſ. qui alios multos allegat, in l. ſi quis ius iniquum, in prin. col. 2. uerſ. tertiò not. ff. quod quiſque iur.

*An inuito impetrãte poſſit aduerſarius uti reſcripto, vide nu. 16.*

25 *De d. l. ſi iudex.* SED, vt redeamus ad d. l. ſi iudex, de minori. Bal. in l. omnem honorem, quæ eſt ult. circa medium. & ibi quoque. Sal. in fin. C. quan. prouo. non eſt nec. ſcribunt poſt Cyn. ibi, appellantem non poſſe renunciare appellationi ſuæ inuito appellato, ſi eius interſit. Nec obſtat (inquiũt) d. l. ſi iudex, quia ea non continet Ius commune, ſed priuilegium minorum. & ideo ſecus in reſtitutione in integrum, quàm in appellatione. quod dicit Bal. no. Super eo autem, quod de appellatione dicunt, uide Bart. in l. ſi quis libellos. C. de app. Cæterùm idem Bald. in l. 2. columna 2. q. 2. C. de fideiuſ. min. dicit, quòd ſententia lata pro aliquo in ipſius priuilegium, non ei imponit neceſſitatem utendi eadem, ſi nolit, per d. l. ſi iudex. Idem quoque in l. ſi conſtante. § quoties. ff. ſol. matrim. not. ex text. ibi, & gloſſ. in uerbo, nec ferenda, quòd is, cuius poſtulatione lata eſt ſententia, non poteſt ab ea recedere, nec habet locum pœnitentia. quod dicit benè nota dignum. & idem quoque voluerunt Angel. Imol. Rom. Pau. Caſtren. & Alexand. ibi. Subdit autem ipſe Bal. in eodem loco, non obſtare d. l. ſi iudex, quia in ea ſpeciale eſt fauore minorum. Idem in l. ſi prædium, colum. 2 verſicul. ſed pone lata eſt ſententia. C. de ædil. act. dicit, quòd ſi in ædilitia actione lata ſit ſententia ad commodum emptoris, qua condemnatus eſt venditor rem recipere, & reddere precium ex iſta ſententia naſcitur uenditori actio in factum, ſi emptor nolit uti ſententia. Nec obſtat (ait) d. l. ſi iudex, quia reſtitutio in integrum propriè non dicitur ſententia condemnatoria, nec ex ea oritur actio in factum.

IN



26 *De eadem re.* IN quamcumque partem Commentariorum vel Iuris Ciuilis, vel Canonici conuertor, velim nolim in nomine Baldi hæream neceſſe eſt, adeò præ cæteris copioſus eſt vbique. Is igitur in Rub. extra de poſtul. Præla. quærit, an ſi Papa capitulo petenti fecit poteſtatem eligendi quempiam, cogatur eum eligere, & multa in vtrãque partem allegat, & inter cætera, d. l. ſi iudex, ad probandum, non eſſe cogendum. Idem in d. c. ex conqueſtione, col. vlt. verſ. quærit. Inno. de reſtitu. ſpolia. in illa quæſtione, de qua ſupra obiter locuti ſumus, an ſcilicet impetrans poſſit abſtinere vſu reſcripti inuito aduerſario, concludit non poſſe poſt earum productionem. Nec obſtat (inquit) d. l. ſi iudex, quia ibi ſpeciale eſt propter priuilegium minorum. Id quod ſuprà ſæpè ex eodem diximus. Idem in c. interpoſita, col. 2. verſ. quòd ſi appellans, extrà de appel. ſcribit, quòd quilibet poteſt renunciare fauori ſuo principaliter, licet per quandam conſequentiam proſit aduerſario, per d. l. ſi iudex. Mox ſubdit in contrarium facere l. petendę C de tempo. in integ reſtit. Tandem dic (inquit) vt per Cyn. in d. l. petendæ. quẽ & ipſum in alijs multis ex dict. locis ſuprà ex eo citatis allegat pro intellectu d. l. ſi iudex.

27 *De eadem re. Dilationi ſe petitæ, an qs poſſit renũciare in præiudicium aduerſarij.* IGITVR Cyn. ipſe in ea l. petendæ, & poſt eum Bart. & idem Bald. & Albe. in ea quæſtione, an quis poſſit renunciare dilationi à ſe petitæ in pręiudicium aduerſarij, qui ea pendente poteſt probare: poſt multa, negat poſſe, cum ea lex eum admittat ad huiuſmodi beneficium probandi de iure communi ordinario. nec obſt. d. l. ſi iudex, vt ſubdit Cy. & alij poſt eum, quia loquitur de iure extraordinario & ſpeciali, quod facilius tollitur. l. antiquæ. C ad Velleian. & §. quia verò ueriſimile eſt, in Authen. de non ali. Et idem dicit in eadem quæſtione ipſe Bald. in l. vltim. in 1. lect. ff. de pact. Sed & idem Bal. eandem quæſtionem tractans in l. ſi arrogator, in fin. ff. de adopt. dicit, quòd qui dilationem obtinuit, non poteſt ei renunciare in præiudicium aduerſarij, quia tunc propter æqualitatem ſeruandam dilatio communis facta eſt beneficio legis: quod quidem beneficium non eſt in poteſtate eius, qui dilationem impetrauit. quia in pari iure non poteſt unus alteri præiudicare. l. ſi poſt mortem. §. vltim. ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Secus in iure, quod uenit in conſequentiam, & nõ pariter. d. l. ſi iudex. Idem rurſus de ea re ipſa loquens in l. poſtquam, colum. ultim. in 7. q. C. de pact. quæritur (inquit) an poſſit quis renunciare dilationi obtentæ. dicunt Doct quòd poteſt, quantum ad ſe attinet, non etiam ad aduerſarium, qui gaudet eadem dilatione. d. l. ſi poſt mortem. §. ultim. & not. Cyn. in d. l. petendæ. Bart ibi contrà, quòd poteſt renunciare, per d. l. ſi iudex. Tu tene primam partem in eo, qui meruit dilationem de iure communi: in eo autẽ qui meruit de iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis in integrum, tene opin. Bar. Ratio differentiæ eſt, quia ius ſingulare proditũ eſt pro ſingulari fauore, ſed de iure communi attenditur æqualitas in iudicijs. Sed & idem Bald. in l. quod fauore, colum. 1. C. de legib. dicit, quòd quis poteſt renunciare ſententiæ definitiuæ pro ſe latæ de iure ſpeciali, & inhærere iure communi. Et continuò poſt, loquens de renunciatione dilationis, idem dicit quod ſuprà. De quo & tu vide Alb. in l. bonorum, circa medium. ff. rem rat. hab.

28 *De d. l. ſi iudex. Deciſio princ. quęſtionis.* DENIQVE Bal. ipſe, cuius copia copias omnes ſuperat, conſ. 404. quia dictus conſultor, colum. ultim. lib. 3. reſpondit, quòd abſtinere hæreditate in ſuo hærede continet beneficium, cui quis poteſt renunciare, etiam poſt ius quæſitum alteri, per d. l. ſi iudex. ſed in extraneo continet ius commune, cui non poteſt renunciare. Et cum his propemodum concordans Fran. Aret. in l. pro hærede. §. Papinianus, colum. penul. ff. de acq. hære. idem tradit, uidelicet iuri quæſito tertio ex meo ſpeciali beneficio poſſe me præiudicare, per d. l. ſi iudex. Quod & ipſum per illum ipſum tex. uoluit Alexand. conſ. 36. uiſo themate, colum. ultim. lib. 4. Ex quibus, ut tandem hanc quæſtionem noſtram concludam, potes apertè intelligere, quid in ea dicendum ſit, nempe conſanguineum, cui ius retrahendi competit ex beneficio ſingulari, extraordinario, & ſpeciali, poſſe huic iuri etiam poſt ſententiam renunciare vel inuito emptore. Crediderim tamen eum eſſe condemnandum in expenſis litis. Et ita expreſſim cauetur in conſuetudinibus Cenomaniæ, cap. 418. & Andegauiæ, c. 407.

*Conſuetudines de ea re.*

29 VERVM huic noſtræ ſententiæ tria palàm uidentur aduerſari. Primum illud eſt, quia in iudicijs quaſi contrahimus. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. Et licet contractus ſint ab initio voluntatis, tamen iam conſummati, ſunt neceſſitatis. l. ſicut. C. de act. & obligat. & l. in cõmodato. §. ſicut. ff. cõmod. cum ſim. quę leges licet loquantur de contractibus, tamen & de quaſi contractibus intelliguntur, cùm quaſi contractus dicantur contractus l. interdum. §. vltim. ff de iudi. & l. ſed & cùm aliquis. ff. de negoc. geſt. quæ geſtionem negociorum, quæ quaſi contractus eſt, contractum ſimpliciter vocant. & l. vltim. ff. in quibus cau. pig. uel hypo. taci. contr. & l. ex contractibus. ff de actio. & obli. quæ tutelam, quæ & ipſa quaſi contractus eſt, contractum quoque vocat, uti etiam de aditione hæreditatis, quæ & ipſa quaſi contractus eſt, facit tex. in l. apud Iulianum. § vltim. cum l. ſeq. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & l. eandem rem. ff de duobus reis. Nam nec ab his quaſi contractibus licet diſcedere, quin obligati maneamus. Quis enim dixerit, eum qui negocia alterius geſſerit, qui tutelam quoque geſſerit, qui hæreditatem adiuerit, non poſſe liberè ab his diſcedere immunem & liberatum omni nexu, & obligatione, quam ſemel quaſi contraxerit? Igitur nec qui litem proſequutus & conteſtatus eſt, qui denique ſententiam impetrauit, poteſt hinc libere abire, quin etiam maneat obligatus. Sed huic rationi reſponderi poteſt, illud omninò verum eſſe, niſi lex vlterius progrederetur, ut ſcilicet liceat victori à ſententia recedere.

30 ALTERVM, quod contra noſtram ſententiam facit, illud eſt, quia cùm conſanguineus ex illa ſententia poſſit non dubiè cogere emptorem, ut ſibi vendat rem, ad cuius retractũ venit, debet & ipſe emptor viciſſim poſſe conſanguineum cogere ut emat, per regulam illam correlatiuorum probatam in l. vltim. & ibi Doct. C. de indic. vidui. & in c. vltim. extrà ne cleri. vel mona. de qua nos latiùs diximus ſuprà hoc eodem tit. §. 1. gl. 9. in verbo, *lignagier*, numero 170. verum ego hanc, & ſequent. Sed quod huic obiectioni reſpondeas, vltra ea quæ diximus, in promptu eſt ex l. 1. & ibi Bald. poſt princ. C. de com. ſer. manu. vbi ſtatutum compellens aliquem alteri vendere, non compellit illum alterum emere, nec è conuerſo. & ibi Bald. ipſe rationem reddit, & ſequitur Ioan. Plat. in l. 1. in fin. C. de cupreſ. libr. 11. & Fab. à Monte S. Sab. in trac. emptio. & vendit. in 2. quæſt. princip. colum. vltim. verſ. non tamen ſecundum. & iterum in 3. q. prin. verſ. 28. quæro an ſtatutum. Licet ergo emptor cogatur ex ſententia fundata in hoc noſtro ſtatuto retractus vendere conſanguineo, non continuò ſequitur conſanguineum cogendum emere.

31 *Si res, quę per retractum petitur, pereat cuius periculo periĳ.* TERTIVM id eſt, quod à nonnullis traditur, quòd ſi res, quæ per retractum petitur, interim perierit, tenebitur tamen conſanguineus perſiſtere in ſuo retractu, tanquam ipſius ſit periculum. Ita enim voluit Ferro. in Cõmentarijs conſuetu. Burdiga. hoc eodem titu. *de retraict*, cap. 1. per l. id quod poſt, & l. ſi vendita. ff. de peric. & cõmo rei ven. & l. quod ſæpè. §. in his quæ. ff. de contrahen. empt. Et ſi id quidem verum eſt, ut etiam ante ſententiã & re perempta conſanguineus teneatur emere, quid dicemus poſt ſententiam & re ipſa ſalua & integra? id eſt, ſi in arido, quid in viridi? At ipſi Ferro. (pace eius uiri

dixerim)

dixerim) in ea re non accedo, tum per ea quæ iam diximus, tum quia iura ab eo allegata, & quæuis alia quæ dicunt periculum eſſe emptoris, loquuntur, cùm uenditio facta eſt, hic autem nondum facta eſt, ſed petitur ut fiat. Igitur aut emptor, à quo petitur, non eſt in mora, quia fortè aberat, cùm oblatio ei facta eſt ad domum, aut vxorem ipſius, iuxta §.9. huius titul. aut eſt in mora. Si primum, non poteſt res perire conſanguineo, cui non dum ceſſio facta eſt. l. neceſſariò. ff. de peric. & commo. rei ven. cum infinitis ſimil. Si ſecundum, & tunc citra controuerſiam manet in periculo emptoris moratoris, & vt noſtri appellant, moroſi. l. ſi ex legat. cauſa, & ibi not. per Doct. ff. de verborum obligation. & cap. 1. extrà de commo. & c. 2. de depoſi. Et id (ne autoritate deficiamur) nuncupatim in materia retractus voluit Gerard. Bago. in ſua diſpu. retractus. & Boer. in conſuetud. Biturig. hoc eodem titul. §. quarto, in fin. & latius deciſ. 48. quæritur an proximior, ferè per totam eam quæſtionem, vbi tamen dolenter, vt videtur, dicit contrarium fuiſſe determinatum per cameram inquæſtarum Curiæ Burdi.

32 *Intra quod tempus debet conſanguineus poſt ſententiam offerre preciũ.* QVINTÒ quæro, intra quod tempus conſanguineus, qui ſententiam obtinuit aduerſus emptorem, poſt ipſam ſententiam debet offerre precium emptori uicto, an intra octo dies, ſecundum id quod cautum eſt ſuprà §.3. an intra annum, qui in principio ſtatutus erat retractui: an denique intra triginta vel quadraginta annos. quod videtur, quia executio ſententiæ, non niſi quadraginta annis perimitur, ex ſententia Ioan. Andre. in addit. Specul. titul. de execu. ſenten. §. vltim. verſ. ultra hoc ſciendum. Aut certè ad minimum triginta annis, vt placuit Inno. & Bald. in cap. vltim. de excep. & eidem Bald. in Rub. extrà de præſcrip. colum. vltim. & in l. debitori, colum. vltim. verſicul. tertiò quæro. C. de pactis. & conſ. 67. quia ex facto, colum. 3. verſicul. aliàs ſequeretur, lib. 3. Felin. in cap. inter Monaſterium, columm. penultima, verſiculo limita decimoſextò, extrà de re iudic. & Matthæ. Afflict. deciſ. Neapo. 244. magnifici, ad fin. Sicut & quodlibet officium iudicis. l. ſicut, iuncta gloſſ. in uerbo, perſecutione. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum, cum ſimil. à me adductis ſuprà, eodem titul. §.35. eodemq; penultim. in verbo, *ignorans*, num. 41. & quod per 30.

33 *De eadem re.* *Actio iudicati procedens ex actione temporali, an perpetuet.* ET licet hæc actio retractus in initio eſſet annalis, tamen fuit perpetuata per litis conteſtationem. l. 2. C. quando libel. Principi dat. & l. 1. in princ. C. de anna. excep. quæ quidem perpetuatio non perimitur per ſententiam, ſed augeri debet, ut denuò incipiat tempus, in quod perpetuabatur actio, ut dicit Bald. in d. Rubr. de præſcri. quia cùm prima illa actio eſſet iam perpetuata, debet durare in actione iudicati, quæ ſuccedit loco primæ, quia iniquum eſſet, ut ei prodeſſet ſententia, contra quem lata eſt. l. euidenter. ff. de excep. rei iudi. Et quia etiam fortius inducitur mala fides per ſententiam condemnatoriam, quàm per vitium litigioſi. l. 1. C. de præſcri. lon. tempo. Et quia denique nouatio neceſſaria non purgat moram, l. 1. C. de iud. Et facit tex. in l. aliam. ff. de noua. & in l. non ſolet. ff. de reg. iur. & gl. vltim. in d. l. 1. de iudic. & in l. duobus. ff. de excep. rei iudic. & in l. nepoti. & ibi Bar. ff. de fun. inſtru. & in l. vlt. in uerbo, ſi enim nouatur. C. de vſu. rei iudi. Et facit quoque tex. in l. nam poſtea. §. ſi is qui. ff. de iureiur. vbi actio temporalis perpetuatur per iuramentum præſtitum ex delatione aduerſarij, nam & ipſum iuramentum habet vim ſententiæ, ut not. in l. 2. & l. qui iuraſſe. §. vlt. eo. tit.

34 *De eadem re.* ET, ne de hac re vel tantillum hæſites, habes tex. in l. miles. §. vltim. ff. de re iud. omnium expreſſiſſimè probantem actionem iudicati eſſe perpetuam, licet uetus actio, quæ ſcilicet ante ſententiam competebat, eſſet temporalis, vt etiam expreſſim dicit gloſſ. ibi, quam omnes paſſim & conſtanter ſequuntur. Et huius præterea rationem addunt recentiores, quia per ſententiam inter partes quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & voluerunt Bar. & Bal. in l. 2. §. 1. ff. de Præto. ſtip. & idē Bald. in l. ab executione, colum. vltim. C. quor. appel. non rec. & in l. vltim. colum. 2. C. ſi plur. vna ſen. & DD. ubique. Actiones autem perſonales, ſiue ex contractu ſint, ſiue ex quaſi contractu (nihil enim inter eas, quantum ad id, diſtinguitur) ſint perpetuæ. d. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. C. de conſti. pecu.

SED tamen hic omninò uide quæ diximus ſuprà, eod. tit. §. 1. gloſſ. 10. in verbo, *dedans l'an*, in 13. quæſt. ex quibus intelliges, illud eſſe admodum dubium, vtrum ſcilicet hæc actio retractus perpetuetur per litis conteſtationem. Et aliud quoque eſt, quod id reddit ambiguũ: nam ſi emptor ſponte admiſit conſanguineum uenientem, oſtenderitque inſtrumentum emptionis, & iureiurando precium affirmauerit, debet conſanguineus precium ipſum reddere intra octo dies, aliàs non amplius auditur, vt cauetur ſuprà, eodem titul. §. 3. Cùm igitur hæc vltronea admiſſio, quæ aliàs duraret 30. annis, ut cæteræ facultates, quæ ex pacto ſunt, vel ex partium cõſenſu deſcendunt, per d. l. ſicut. & d. l. omnes, cum ſimil. hoc tamen caſu octo diebus expiret ex noſtra conſuetudine, cur non & iſta admiſſio à iudice facta ob partis negationem, & quæ ita ſuccedit in locum illius, quam pars facere debuit, ut pars ipſa feciſſe videatur. l. ſi ob cauſam. & ibi no. C. de euictio. cum ſimil. à me collectis ſuprà §. 1. gloſſ. 14. in verbo, *ou equipollent à vente*, numero 13. & has quidem. Cur (inquam) hæc iudicis receptio non eodem tempore finitur, cùm res, quæ ſuccedit loco alterius, eodem iure cum ea cenſeatur, eiusque naturam & vim mutuetur. l. Imperator, in fin. & l. ſequenti. ff. de lega. 2. & c. eccleſia, el 1. extrà ut lit. pend. & ibi concor. in glo. in verbo, ſucceſſio. Sed hæc ratio hic non concludit, ut ſatis patet ex ſuprà dictis. & vide tamē quæ diximus d. §. 3. in gl. 2. 35 *De eadem re.*

SEXTÒ quæro, quid ſi contractus venditionis non ſit ſubiectus huic contractui, uel quia res eſt reuendita ex pacto reuenditionis in contractu venditionis appoſito, vel quia fortè tranſit tempus retrahendi, tamen cùm conſanguineus peteret ſe admitti ad retractum, & offerret precium, emptor agnouit retractum, & precium accepit: an poſtea audietur, aſſerens rem non eſſe in cauſa retrahendi, volensque reſtituere precium? Dic, eum non eſſe audiendum, per id quod in ſimili ſcriptum eſt in l quod ſi nolit. §. in factum. ff. de ædil. edict. ubi ſi ſemel venditor agnouit recipiendo mancipium, locus eſt redhibitioni, nec quæritur, utrum debuit redhiberi an non debuerit: nec an intra tempora redhibitum eſſe videatur. Et ad hoc illum textum dicit not. Bal. in l. ſi prædium, colum. 2. uerſicu. ſed pone quòd res non erat vitioſa. C. de ædil. acti. Et faciunt quæ dicam tit. ſeq. §. 4. in gl. vlt. num. 2. 36 *Si contractus nõ eſt ſubiectꝰ retractui, & tamen vẽditor admiſit conſanguineũ offerentem, an poſſit pœnitere.*

SED tamen, ne tu Lector amantiſſime erres, illud hic ſcire debes, quòd id, quòd diximus ex d. §. in factum intelligitur, ſi re ipſa redhibitum fuerit mancipiũ, aliàs non eſſe locum redhibitioni, etiamſi nudo conſenſu placuerit, ut redhibeatur: ita enim continuò ſubijcitur, in verſi. illud planè. Et ita quoq; potes dicere in hoc caſu noſtro, non ſatis eſſe, emptorem nudo uerborum cõſenſu agnoſcere retractum, quin poſtea audiatur, allegans non eſſe locum retractui ob tempus tranſactũ, aut aliàs: niſi ipſe iam precium à conſanguineo receperit. Tamen ſi is caſus contingeret, ut aliquando uidi, conſulerem impetrandam à Principe gratiam huiuſmodi conſenſus, ut in hoc regno ex antiquis principum ſanctionibus fieri aſſolet, quamuis de iure communi id neceſſarium non eſſet. Et hæc adde ad ea, quæ diximus ſuprà §. 1. in gl. 10. in verbo, *dedans l'an*, nu. 20. tu tamen id intellige. 37 *Quid, ſi verbo tantum admiſit, & precium non recepit.*

SEPTIMÒ



38 *An poſſeſſio ſiue preſcriptio emptoris cedat cõmodo conſanguinei retrahentis.* SEPTIMÒ quæro ex noſtra conſuetudine ſuprà tit. præced. qui eſt *de preſcriptions*, ſi quis titulo particulari poſſederit fundum 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, poterit illum defendere aduerſus omnes ius quodpiam eo prætendentes? Quod propemodum eſt iuris communis. C. de præſcr. long. temp. per totum. Sed addit præterea noſtra conſuetudo, credi iuramento huiuſmodi poſſeſſoris de ſuo titulo. Quid igitur, ſi quis retraxit rem à ſuo conſanguineo uenditam, an tempus, quo primus emptor, à quo retraxit, eam rem poſſedit, accedet ipſi conſanguineo, ad perficiendam hanc præſcriptionem? Aut ſi fortè ipſe prior emptor eam poſſedit decem annis, ſed quia non notificauerat eã uenditionem apud acta, conſanguineus poſt eos decem annos retraxit, cedetne ea præſcriptio commodo conſanguinei? Quod utiq; uerum eſt. l. ſi alienam. ff. de dona. cau. mor. & l. indebiti. §. 1. & ibi gl. in uerbo, aggerem. ff. de condi. indeb. & expreſsè uoluit in hoc caſu noſtro Pau. Caſt. conſ. 74. in cauſa mota, col. 1. lib. 2. quod & nos quoq; diximus, aliud tamen agentes, ſuprà eo. tit. §. 12. in gl. 1. in prin. Et uide etiã quæ dicã infrà, tit. ſeq. in fi. tit. in 22. q.

39 *An cõſanguineus, qui admonitus, vt retrahat, reſpondit, nolle pœnitere.* OCTAVÒ quæro, unus conſanguineorum uenditoris teſtato conuenit, & admonet, uel in iudicio, uel extra iudicium, alium conſanguineum, fortè eo proximiorẽ, ut retraheret rem uenditam: is reſpondet nolle ſe retrahere, an poſtea poterit pœnitentia acta retrahere, & ita excludere monitorẽ illum remotiorem, qui vult etiam retrahere, & quando poſſit pœnitere. Tu omninò uide tex. in l. nonnunquã. & ibi gl. & Bart. ff. de colla. bonor. & in l. Prætor §. is cuius intereſt. & ibi gloſ. Barto. & Ang. ff. de ſepul uio. & in l. ſi maritus ſit. §. ſi negauerit. & ibi quoque eoſdem. ff ad leg. Iul. de adul. ubi eſt text. omnium optimus. & in l. ſicut §. ſi uoluntate. ff quib. mo. pig. uel hyp. ſol. ubi etiam eſt bonus tex. & quod per eũ tex. ſcribit Paul. Ca. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. obl. & Iaſ. in l. ult. col. 7. uerſi. iuxta. prædictum. & alijs ſeq. C. de iure emphy. Et uide etiam Dy. in ca. mutare conſilium, de reg. iur. lib. 6. Bart. & alios in l. apud Aufidium. ff. de opti. lega. Fran. Aret & Lancel. Deci. in l. ſerui electione. ff. de leg. 1. Et ex ubique ſcriptis & notatis facilè intelliges, quid hic dicendum ſit, quamuis magna pars eorum locorum in criminalibus loquitur.

40 *De eadem re.* MASVERIVS autem ille, quem inter primos morũ Gallicorum Interpretes non uerebor annumerare, in hoc eodem titulo de retractu. §. item ſi ille cui competeret. & iterum in tit. de locat. uerſicul. item ſi dominus, negat expreſſim, amplius audiendum fore conſanguineum, qui ſemel dixerit, nolle ſe retrahere, ſicuti nec filium quoque, qui dixerit, nolle ſuccedere patri, ut not. Cyn. in l. ſi quando, in ultim. quæſt. C. de inoffic. teſtamen. nec aliud omninò allegat. Et idem quoque nuncupatim tenuit alter non contemnendus, autor Geral. Bago. in ſua illa diſputatione retractus uerſicul. quæritur ſequenter, proximior, per l. quæritur. §. ſi uenditor. ff. de ædil. edic. & alia quædam iura illic ab eo citata. & D. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, numero 156. extrà de teſtamen. & nouiſſimè Boer. in conſuetud. Biturig. hoc item titu. de retractu. §. 2. colum. pen. uerſicu. ſed ponamus quòd proximiori, & iterum deciſ. 76. proximioris, col. 3. num. 9. Nam & ſi dominus declarauit nolle ſe uti iure retentionis, non auditur poſtea uolens retinere, ut tenet Specu. tit de locat. §. nunc aliqua, uerſicu. 100. & ſeq. & Maſuer. in eodem titu. ubi ſuprà.

41 *De eadem re.* SED uide, diſtinguendùmne ſit, an omnia ſint integra, an nõ, ut ſcilicet primo caſu ſit admittendus, cùm nondum alius conſanguineus retraxit, ſecundo non admittatur, argu. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. ff. de mino. & l. ſi quis ſuus. ff. de acqui. hæred. & l. ſi mancipiorum. ff. de opti. legat. & l. ult. C. de repud. hæred. & l. 3. ff. de ceſſi. bono. & l. 2. C. qui bon. ced. poſſ. & l. ſicut. §. ſi uoluntate. ff. quibus modis pignus vel hypo. ſol. & l. filij mater. §. 1. ff. ad Senatusconſul. Tertull. & cap. eos. & ibi glo. 1. in princip. 7. quæſt. 1. & cap. licet, de procurat. lib. 6. & c. ſi tibi abſenti, in fi. & ibi glo. in uerbo, eo lapſo. de præben. libro 6. & glo. in cap. ſi clericus, in uerbo, ulti. eodem tit. & lib. & in clemen. 1. in uerbo, infra menſem. & ibi Doctor. de conceſſ. præbend. Sed his repugnat text. in l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. edict. cuius hæc uerba ſunt: Qui ſemel noluit bonorum poſſeſſionem petere, perdidit ius, etſi tempora largiantur, vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere bonorum poſſeſſio. Et his concinit textus in l. ſi cohæredi, in princip. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. Et id quidem in hoc caſu ſeruandum eſt, cùm ſint, quibus ſtatim à renunciatione ius quæſitum ſit, ſcilicet cæteri conſanguinei remotiores, aut ſi deſint, emptor ipſe, cui quæritur ius ſubmouendi eius, qui renunciauit, à retractu: quo caſu haud dubiè non amplius admittendus eſt renuncians, vt etiam optimè intellexit gloſſ. in dict. capit. licet, in verbo, placebit, in princip. quam ſequuntur Doctor.

NONÒ quæro, quid ſi minor vendidit rem immobilem ſine decreto, & conſanguineus eius retraxit ab emptore, qui ei rem ceſſit, & promiſit de ſuo facto & culpa tantũ, vt fieri aſſolet ac debet in ſimilibus. l. creditor. & ibi glo. Bar. & alij. ff. de pigno. actio. & l. ſi quis à multis, in fin. ff. de noxa. actio. & l. 2. in princip. ff. de hæredi. vel actio. uendit. & l. redhibere. §. 1. & l. cùm mihi. ff. de ædil. edict. & l. ſi filiofamiliàs. §. 1. ff. ſoluto matrim. & id ſtatuit expreſſim in caſu retractus conſuetudo Victracenſis, cap. 130. Poſtea autem, vt ad ſpeciem noſtram redeamus, minor repetit eam rem à ſe venditam à conſanguineo, qui laudat iudicioque dictato interpellat emptorem, à quo retraxit, petitque vt eum defendat aduerſus minorem, à quo ipſe emit, aut damnum reſarciat, ſiue periculum iudicij præſtet (vt vtar uerbis Tullij in oratione pro Luc. Muræna) cum culpa ipſius ſit, quòd emit ſine decreto à minore, cuius ætatem non ignorabat, aut certè ignorare non debebat, ex ſententia gloſſ. in l. ſi Titius, in uerbo, ætatis. ff. de fideiuſſor. & Bald. in l. 1. in fin. C. ſi aduerſus creditorem. Sicut nec quamlibet aliam conditionem & qualitatem ſui venditoris. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. & ibi gloſſ. 1. quæ dicit, in culpa eſſe, qui id ignorat & eum textum dicit valde notabi. Bald. in cap. rurſus ſi fidelis, tit. quibus modis feud. amittatur. Et benè etiam facit text. in l. ſi patronus. & ibi Iacobus Aret. & Bartol. ff. de confirmando tutor. & in l. 2. §. quæſitum. ff. de ſeparatio. ubi gloſſ. adducit concordan. & in cap. innotuit. & ibi glo. in uerbo, ignorantia, extra de electione. & quod tradit Bart. in l. ult. paulò ante finem. ff. de adulter. & Bal. in cap. 1. §. perſonam, in fin. titul. per quos fiat inueſtitura. & Franciſc. Aretin. in l. 2. in princ. colum. penult. ff. ſolut. matrim. Quod procedit, etiamſi contrahens ipſe ſit extraneus, ut ex facto reſpondit Raphael. Com. conſ. 26. cum ſtatutum Paduæ, colum. 1. uerſ. nec etiam obſt. & iterum conſ. 72. viſis pactis, col. 2. uerſ. nec poteſt dici. & Phil. Dec. in d. l. qui cum alio. 42 *An emptor qui à minore, ſine decreto, teneatur conſanguineo de euictione.* *Cõſuetudo. Periculũ iudicij præſtare.* *Emptor nõ debet ignorare ætatẽ eius à quo emit.* *Nec quãlibet aliam conditionẽ.* *Etiamſi ſit extraneus.*

PARIA enim ſunt, ſcire, & ſcire debere: & tam in culpa eſt, qui ſcire debuit, quàm qui ſciuit. l. quod te. & ibi glo. & alij. ff. ſi certum pet. cum alijs multis concor. à me adductis ſuprà, eodem tit §. 12. glo. 1. num. 9. & ad id, ex quibus vnum tantum huc afferam, loquentem in caſu, de quo loquimur, ſcilicet de eo qui à minore emit, videlicet Alex. conſ. 34. conſideratis, colum. 1. libro 7. Nam qui à minore ſciens emit ſine decreto, eſt malæ fidei emptor. Alber. in l. ult. in fin. C. ſi maior fact. lib. 5. & Imol. conſ. 73. in caſu propoſito, col. 1. uerſ. & breuiter. & iterum col. ult. verſ. quinimò dictus & eſt bonus 43 *De eadem re.* *Qui à minore ſciens emit, eſt malæ fidei poſſeſſor.*

Cc text.

text.in l.qui à quolibet.ff de contrah.empt. Et id perpetuum eſt in omnibus, qui emunt quidpiam non obſeruatis iuris communis uel ſtatuti ſolennibus, ex doctrina glo.ordinariȩ omnibus notæ in l.1.in uerbo, mala fide. C.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſca.lib.10.quam noſtrates vbique, præſertim verò in ſuis conſil.& citant.& ſequuntur.& eſt text.in c.qui contra. de reg.iur. lib.6. vbi plenè glo.& DD.

*Et q aliàs non obſeruatis ſolennitatibus,*

44 *De eadem re.* *Euictio debet re euicta, etiam de iure ſpeciali.*

QVID, quòd eſt text.expreſſus in l.minor,in princ. ff.de euict.eum, qui emit à minore, & poſtea alteri vendidit, aduerſus quem minor ipſe reſtitutionem impetrauit, teneri de euictione, ex eaque notant Bart. Bald.& Ang.ibi, quòd re euicta per reſtitutionem in integrum, aut aliàs de iure ſpeciali, agitur ex empto de euictione. quod & probatur in l.ſi cùm venditor.§.1. eo. tit.& in l. ſed vbi. ff. de minor. Nec enim iuuat, quod de ſuo tantùm facto promiſit, nam prærerquàm quod illud dici poteſt de ſuo ipſius facto eſſe, cùm culpa ipſius ſit, ut diximus, id quoq; poteſt dici, etiamſi non eſſet de ſuo facto, non debere ei opitulari huiuſmodi promiſſionem ſui facti tantùm, aut etiam pactum, ne teneatur de euictione, cùm ſciens rem vitioſam vendiderit. l.1.§.1.& l. tenetur.§.vlt.& l.emptorem.§.denique.& §. vlt. in fin.& ibi Doctor.& l.Iulianus.§.idem Iulianus. & l. quæro. ff. de act.& l.hæc autem.ff. de hære.uel act.vend. Iac. Aret. in l.non dubitatur.C.de euict.Io.And.in addi. Spec. tit. de empt.& uend.§.vlt.in princ.Sal.in l.ſi rem. §. quolibet tempore, col.2.ff.de euict.Corne. conſi.226.in præſenti, col.2.lib.2.& Doct. ſępè.

*Scienti uitiũ nõ prodeſt euictionis remiſſio, uel promiſſio ſui facti tantùm.*

45 *De eadem re.* *Malę fidei poſſeſſor nõ eſt, q ignorãter emit à minore.* *Ignorãtia iuris an excuſet à dolo malo, uel mala fide.*

EMPTOR autem è diuerſo negat vllam in ſe culpã eſſe; argu.l.eum qui.§.ſi à minore, iuncto.§.Prætor ait.ff. de Publici. in rem act.nam in priori loco dicitur, quòd qui à minore emit, ignorans eum eſſe minorem, habet publicianam, in poſteriori autem dicitur, eam actionem ei tantum competere, qui bona fide emit. Ex quo intelligis, eum non dici mala fide emiſſe, qui à minore emit, ignorans eum eſſe minorem, licet ſuprà dictum ſit, eum debuiſſe ætatem illius ſcire. Præſertim ſi non uana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia illum ignorabat eſſe minorem, ſed quia ex facie, aut aliàs maior eſſe uidebatur, ut in ſimili dicitur in l.3.in prin.ff.ad Senatuſconſult.Mace.Imò uerò nec ſimpliciter ignorantia iuris in dolo aut mala fide conſtituit.l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff. de petit. hæred. quinimò ea excuſat à dolo & malitia. Pau.Ca.conſi.330.circa primum, poſt princ.lib.2.& alij DD.ubique. Niſi tamen in duobus, uidelicet quantum ad uſucapionem.l.iuris.la 1.ff. de iuris & facti ig. & reſtitutionem fructuum.gloſſ.Bart.Ang Imo.& omnes in l.ſi fur. §. 1.ff. de uſucapi. cum infinitis propè concord. adductis à Fran.Curt.Seniore. conſ.72.princeps, col.5. uerſ. his concluſionibus, cum multis ſeq. uide tamen eum in addi.eiuſdem conſi.

46 *De eadem re.* *Culpa culpam non damnat.*

ET ſi qua culpa in emptore ſit, is tamen dicit conſanguineum in pari, aut etiam maiori culpa uerſari, qui uenditionem approbans, eam rem redemerit tanquam conſanguineus uenditoris, cuius etiam ætatem & quamlibet aliam qualitatem uel conditionem magis ipſe, quàm emptor, qui extraneus eſt, ſcire debuit.l.de tutela. C.de in integ.reſti.& ibi concord.& quod tradit Petrus Ancha.conſil.170.principaliter, col. vlti.in princ. Qui igitur in eadem culpa eſt, quomodo quàue ratione poteſt eam emptori impingere, obijcere, opponere? l. ſi duo.ff.de dolo malo.& l.uiro atque uxore.ff.ſolu. matr. & l. in arenam. ff. de inoffic. teſta. & ibique concord. niſi ut id fiat, quod ſcribit Iuuenalis, Satyr.2.

*Clodius accuſet mœchos, Catilina Cetheum.*

ET aliàs in pari cauſa culpæ, potior eſt, qui defendit. l.idem eſt, in princ.& l.ob turpem.§.ult.ff.de condictio. ob turpem cauſam. & l. in eo quod uel is. & l. nemo prædo.§.1.& l. in pari.& l. cùm par. ff. de regul. iur. cum multis ſimi. Nam & uidemus, quòd ſi ſciens rem alienam ſcienti quoque uendiderit, non tenetur de euictione.l.ſi fundum. C.de euict. cum ſi. adductis à nobis ſuprà, eo.tit.§.12.gl.1.nu.8.quæ & tu.

47 *De eadem re.* *Emptor illicitus non agit de euictione.*

QVIBVS & illud quoque potes addere, quod huc admodum pertinet, uidelicet quòd illicitus emptor non agit de euictione, etiamſi id ſtipulatus nuncupatim fuerit. l. quemamodum.C.de agric. & cenſi. lib. 11.& uoluit quoque Cy.in d.l.ſi fundum.C.de euict.& in l.cùm uir prædium.ff.de uſuca.& Bald.in ca. 1.§.ad hoc, col.2. uerſic.item quia uenditor, titu.de pace iura. fir. in multis autem Codicibus [ne tu erres] illi.§.præficitur tit.de allod.& ante hos gl.in ca.1.in prin.in uerbo, bonæ fidei actione.& ibi quoque ipſe Bald. qui & alia item iura in id citat, col.vlti.uerſic. quærit gloſſ. ſi emptor. & Cardi. Alex.col.3.uerſic.quæro ſubſequenter, titu.de prohibi. feud.alie. per Feder. De quo tamen uide omninò ipſum Cyn.in l.ultim.in 5. eademque ultim. quæſt. C.de litig. & Guid.Pap.ſingu.923.uerſ.ſi ex contractu.

48 *De eadem re.*

NEC hic ſumus in caſu d.l.minor.ff.de euict.allegatæ pro contraria parte, in quo ſcilicet quo emptor uolẽs ac ſponte ſua alteri uendidit, atque illa fuit uenditio merè uoluntaria, & ſpontanea, ſed eſt hìc omninò neceſſaria ex parte huius primi emptoris, qui ſcilicet, uelit nolit, cogitur ex ſtatuti diſpoſitione rem ipſam conſanguineo repetenti reuendere. Ex quo nullum omninò damnum pati debet.l.poſt legatum.§.aduocatur. ff.de his quib. ut indig.cum alijs ſimil.à me collectis ſuprà eo.tit.§.1.glo. 18.in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, num.39.nec dici poteſt, & alibi ſæpè in hoc tractatu. Sibi igitur imputet conſanguineus, qui ſponte ſua uolenſque in locum ipſius emptoris inuaſit, irrupit, incurrit, intulit, intruſit uerius, quàm incidit: atque ab eius ueluti facibus & manibus rem ipſam eripuit, ſibique (ut ita dixerim) ad eam ui uiam fecit, atque ita ſe ſuccedaneum alieni periculi fecit, ut utar uerbis l. 3.§. ult.ff.de adminiſt. tuto.nã qui in ius dominiumve & locum alterius ſuccedit, iure atque partibus eius uti debet.l.quædam.§.1.ff.de eden. & l.qui in ius.ff.de regu.iur.

*Succedaneus alieni periculi*

49

PRAETEREA qui retrahit, contractum ipſum approbat, ut diximus ſuprà in præfat.huius titu.nume.16.ualet igitur, nam in ſe ſponte (ut diximus) ius & locum emptoris transfert: eſt enim hæc quædam translatio, ut dicit Bald.in l.ult.§.ſed quia noſtra, col.1.verſic. quærit hìc.C.commu.de lega.dum allegat c.conſtitutus, extrà de reſtitu.in integr.quod loquitur de huiuſmodi retractu. Nihil eſt igitur, quòd ex eo conqueri poſſit conſanguineus, qui id ſibi malum accerſiuit.l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. cùm ſcribitur. Multoque magis, ſi ſua uoluntate accepit fideiuſſores, ijs contentus eſſe debet, & l.ſi uxor §.ult.ff.de adult. & l. ſi quis teſtibus.C.de teſtibus & l.Pomponius ſcribit.ff.de nego.geſt.cum ſimilib. Et cùm aliquid ſit, quod imputari poſſit conſanguineo, quòd ſpontè id egit, ab inuitoque propemodum extorſerit, is de euictione agere non poteſt, ex doctrina Philip.Dec. conſil.74.cuius ſubſcriptio incipit, emptor non poteſt, col.2.uerſic.facit ad prædicta, per glo. quam dicit ſingul.in l.quòd ſi nolit, §. ſi mancipium in uerbo, adhibuerit.ff.de ædil.edict.

*Euictio nõ debet, cùm aliquid uicto imputari poteſt.*

50 *Quid tamen, ſi emptor allexit conſanguineũ ad redimẽdũ.*

ET hoc quidem credo verius, niſi ſi fortè emptor videns ſe captum, quòd à minore emiſſet, ad retrahendum allexit conſanguineum fortè ignorantem, quia degebat in remoto quopiam loco, atque vt id faceret, ipſe emptor alios clàm ſubornauit, qui rem miris laudibus efferrent: aut aliter eum ineſcauit, vt fecit (exempli cauſa) Pythius ille argentarius, qui apud Tullium libro 3. Offic. Caium Cannium equitem Romanum ad hortorum emptionem mira aſtutia adhibitis ſcilicet ex compoſito cymbis piſcibus onuſtis, inflammauit. Ad quod facit.text.in l.ſi quis affirmauerit.& l.cùm uẽditor.ff.de





dolo malo.& l.ſi Titius.§.1.ff.de fideiuſſori.& l.ea quæ. §.1.ff.de contrah. empt. & l.3.§. ſi quis uolentem. ff.de libero homine exhibendo, & in l. 1.§.perſuadere. ff.de ſeruo corrupto.& in l.Iulianus.§.ſi uenditor.ff.de actio. emp.& l.in cauſæ, la 1.§.1.ibi, hic enim uelut affirmator fuit, & ſuaſor, ut cum minore contraheretur.ff.de minori. Et quod ſcribit Pau. Caſt. conſ.174.contra.col.1. uerſicu.ſed ad hoc reſpondetur, lib. 1.& quæ diximus ſuprà, §.1.glo.9.in uerbo, *ou lignagier*, nu.157.aut etiam ſi pręter. Nam & pactum etiam expreſſum, ne uenditor teneatur de euictione, nihil iuuat ipſum uenditorem, qui in dolo & calliditate uerſatur, ut quia ſcit cauſam, ex qua euinci poſſit & tacet, vt diximus ſuprà num. 43. quid quòd. Aliàs enim (ut hoc quoque addam) ex ſuo dolo & calliditate id lucri conſequeretur, contra leges ꝓpè infinitas, quæ huiuſcemodi doloſis, callidis, uerſutis, uafris, omne commodũ & lucrum prorſus adimunt, quarum bonam partem tibi collegimus ſuprà, eo. tit. §. 1.gl.9.in uerbo, *ou lignagier*, n.67.denique ſi diceremus.

51 *Quid aũt, ſi minor rẽ à minore uenditam retraxit.*

SED hac in re maius dubium eſt, ſi ipſe conſanguineus, qui retraxit, minor quoque ſit, qui uidens priorem uenditorem & ipſum minorem, ut diximus, petere reſtitutionem in integrum aduerſus ſe, ut poteſt, l.uerum. §. ult.ff.de minor.petit.& ipſe ſe reſtitui aduerſus retractum à ſe factum, atque ita precium ſibi reddi, offerens cedere rei: emptor autem id defendit, tum ex ſuprà dictis rationibus, tum etiam quia minor retrahendo uſus eſt iure communi, id eſt, beneficio ſtatuti aduerſus emptorem uel inuitum, ideo ei non eſt ſubueniendum. l. inter eos.§.cùm inter.ff.de fideiuſſ.ubi ita ſcribitur: Non etiam deceptus videtur iure communi vſus. & ibi concordan. in glo. & inter cæteras. l. ult. C. de in integ. reſt. ubi gloſſ. Odof. & Bald. id trahunt ad conſuetudinem & ſtatutum regionis, ut ſcilicet qui ijs utitur, non uideatur circumſcriptus.& eſt optimus tex.in l.ſi ſine.§. Lucius.ff.de admi.tut.cuius autoritate Bal.conſi.301.in primis eſt uidendum, paulò ante fin.lib.4. negat minorem reſtitui aduerſus ſtatutum. Tum denique, quia fortè iſte conſanguineus minor, qui redemit, erat omnium conſanguineorum uenditoris proximior, ideoque retrahendo cæteris remotiorib. maiorib. & qui retrahere non potuiſſent, occaſionem facultatemque retrahendi præripuit, qui fortè atque etiam uerisimiliter retraxiſſent; niſi iſte omnium proximus retraxiſſet, ut in ſimili dicitur in l.ſi pupilli.§.ulti. ff. de neg. geſt. & l. in commodato.§.ſicut.ff.commo. atque ſic emptorem huic periculo ſubduxiſſent. Et hoc incommodum emptori oblatum hic minor ſarcire non poteſt. Ergo nec reſtitu. debet, cùm reſtitutio ſit in priorem ſtatum per omnia reductio.l.quòd ſi minor.§. reſtitutio.& ibi Bart. & alij. ff.de min.cum concord.à me adductis ſuprà, §.32.gl.1. num.69.adde.& tu.

*Minor vſus iure cõmuni, an ſit reſtituẽdus, vide nu.55.56. & 57.*

52 *De eadem re.* *Locupletari cum aliena iactura non decet. Nec pupillos quidẽ.*

EGO tamen puto minorem reſtituẽdum, per id quod in non longè diſſimili caſu ſcribitur in l.ſi quis patremfamiliàs, uerſic. proinde & in eo.ff.ad S.C.Vel. cum ſi. ſed ita, ut rem cũ fructibus, ſi ij priori uenditori reſtitui debent, ut debent, ſi contractus nullus erat, reſtituat, per l.patris.§.1.ueſic.prędium.ff.de mino.ubi id declaratur. neque enim æquum eſſet, eos lucro minoris cedere, cum iactura & ditrimento prioris uenditoris, ut etiam poſterioris, ſi eos reddere cogeretur.l. nam hoc natura. ff. de condi.inde.& l.reſcriptum.§. 1.ff.de diſtract. pignor. & l.iure.§.ultimo.ff.de iur. dotium. & l.iure naturę.ff. de regu. iur & ibi concor. in glo. Quod etiam, ne quis dubitet, procedit in minoribus, atque etiam pupillis, l.ſi pupilli, in princ.ff.de negoc.geſt. & l.3. in princ. ff. commoda.& l.ſi pupilli. ff. de ſolutio.cum alijs multis ſimil.& concordan.à me adductis in noſtris legibus cõnubialibus, in uerbo, *contracter*, quę eſt gl.5.in 11.quęſt. num.131.ad abſurdum.

53 *Nec aduerſus ubique malæ fidei poſſeſſores.* *Nec ſi à parte non opponat.*

SED hoc quoque ita procedit, ut malæ fidei poſſeſſori detur officium iudicis, ne alter cum eius iactura locupletetur.l. planè.& ibi Bar. ff.de petiti.hære.cum alijs ſimilibus adductis à Philipp. Dec.in l. ſi me & Titium, col. 1. uerſi. item per iſtum tex.ff. ſi cert. pet. Procedit denique (ne & hoc prætermittamus) etiam ſi à parte non opponatur, vt voluit Anto. in ca. cùm dilectus.extrà de cõſuet.Imol.in c.peruenit, extrà de emp. & uend.Rom. in l.4.§. hoc autem iudicium.ff de dam infec. Barb. qui alios citat, conſ.36. illud in medium, in fi.lib. 1.& conſ. ſeq.illud adducam lib.3.verſ.ideo dicit, iterumq; conſ. ſeq.ſcribitur, col.5.verſ.præterea, & conſ.42.illud in medium, col.7.nu.17.eod.& conſ.7.ſapienter, colum.pen. verſ.item poteſt, lib.2.& conſ.16.præclarè, col 6. verſ. ultimò pręmitto, eo.lib.2.& conſ.79.clementiſſimi, col. 1.in fin.lib.4.vbi id dicit ſing. Ex quibus etiam intelliges procedere, ſi ex ſtatuto denegetur actio uel exceptio. Et his omnibus adde pulchrum textum in l.itemq;.§.1. ff.manda.ubi ſcribitur, bonæfidei hoc congruere, ne de alieno quis lucrum ſentiat.

*Nec ſi ex ſtatuto denegetur actio vel exceptio.*

54

QVOD autem dicitur in d. l. inter eos.§. cùm inter. ff.de fideiuſſ.& in d.l.vlt.C.de in integrum reſtit.& ſimil.aut omninò procedit, cùm quid minor neceſſariò facit ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, vt ſi compromittit ex ſtatuto cogente conſanguineos & affines compromittere, quo ſtatim dicemus. Aut ſi non cogitur id facere, ſed quod facit, lege permittente facit, & tunc licet nõ pręſumatur circumſcriptus per eadem iura, tamen ſi verè reperiatur circumſcriptus, vt cùm adit hæreditatem, quam diligentiſſimus quiſque paterfamiliàs adijſſet, vt quæ omnib. apparebat eſſe locupletiſſima, & tamen debitis poſtea detectis reperitur pauperrima, ut ſæpè fit, certè minor vſus eſt iure communi, & tamen reſtituitur. l. ergo, quæ eſt 4.§.1.ff.de fidei. lib.& l.1. & ſecunda.C. ſi mi. ſe ab hære. abſt. & l.ait Prætor. §. ſed & ſi. ff. de minoribus.

55 *Minor an reſtituat̃ aduerſus ſtatutum.*

D. autem §. Lucius, qui aliud eſt præcipuum alterius partis fundamentum, de eo haud dubiè loquitur, quod minor, aut eius tutor, vel curator, fecit inuitus, ac cogente ſtatuto, uel conſuetudine, quod apertè probatur ex illis verbis eiuſdem l. erogare compelleretur. Et ita illum text.intelligunt Bald.Sal.Paul.Caſtr. & Alex. loquentes de eo ſtatuto compellente affines & conſanguineos ad compromiſſum, in d.l.vlt.C.de in integr.reſt.vbi ex hoc dicit Bal.non reſtitui minorem aduerſus huiuſmodi ſtatutum ſiue compromiſſum ex eo factum. & conſ.358. ſuper eo, col.2.verſ.præterea pupilli, libro 3. & conſ.96. pupillus, in princ.lib.5. Ang. qui & ipſe loquitur de eodem ſtatuto, nec tamen illum text.allegat, in l. ſi plures, poſt princ.ff.de pact.& Roma.qui id dicit not.in l.1.col. 9.verſ.adde tamen, quòd ubi Pręlatus.ff.de arbit & Barba.conſ.44.illud afferam, col.pe.in fi.li.3.& Doct.vbiq;.

56 *De eadem re.*

QVAMQVAM in hac quoque ſpecie compromiſſi contrarium tenet Bart.conſi.47.nunquid tutor tutorio nomine.& alio conſilio, incipien. ſtatutum de compromiſſo, uti à multis citatur, ſed illud non reperi. & Petr. Anchar.in repet.cap.1.charta 45.in paruis, uerſic. circa iſtos minores, extrà de conſtit. Sed tu de hoc vide ampliſſimè per Alex.conſi.254.abundè ſatis, per totum, li. 6.& conſ.62.in cauſa, col.4.uerſ.quartò quia tale, lib.7. Scio autem & illud dubitatum, quod & ad hunc locum pertinet, an ſi extet ſtatutum, quo filia dotata excluditur à ſucceſſione, filia quæ dotem accepit, poſſit reſtitui aduerſus ipſum ſtatutum, uel receptionem dotis à ſe factã. Quod fatetur Andr.Iſer.in cap.1.col.7.uerſ. vtrum uerò reſtituatur, tit.de natu.ſucceſ.feud. ſed id negat Cardin. Alex.in c.1.§.& quia, colum. quæ antepen. præcedit, titu qui feud.dar. poſſ.quia ea (inquit) à ſtatuto cogitur manere contenta, ut probat aliorum auctoritate, vri apud eum uidere poteris. Bald.autem in l.1.C.ſi aduerſ.

dot.negat minorem poſſe reſtitui aduerſus ſtatutũ, quo maritus lucratur dotem, per d.§.Lucius.

57 *De eadem re.*

Qvod autem poſtremo loco dictum eſt pro contraria parte, hunc minorem præripuiſſe facultatem cæteris cõſanguineis remotioribus, qui fortè veniſſent ad retractum, non video, cur id ſit conſiderandum, vt quod ſit admodum remotum & alienum, & præterea non veriſimile. Quis enim ita reſupinus eſt, vt ſe libens in id periculum conijciat retrahendi rem immobilem à minore venditam? & certè nullus ſaltem veriſimiliter, arg.l.cum de indebito.ff.de proba.& c.ſuper hoc, extra de renunc. cum concord.à me adductis in repet.l.ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num.206.in dubio, & ſeq. C. de reuoc.don.quo in loco citauimus Ariſtotelem, qui dicit ſimpliciter, neminem ſuas fortunas ſpontè eijcere.

58 *Quid ſi aliter contractus ſit vitioſus.*

Et hæc quidem omnia procedunt, etiam cum aliter cõtractus reſcinditur, vel caſſatur, vtpote, quia vſurarius eſt, uel aliàs vitioſus, nam & hoc ſæpiſſimè vſu euenire vidimus. Sed ſemper cum fructus reſtituuntur, vel deducuntur ex ſorte, debet prior emptor, etiam minor, eos quos percepit, reſtituere: neque enim eos lucrari poteſt ex vſurario, aut aliàs reprobato contractu, ob id quòd res ab alio retracta fuit, quia is, qui ita contrahit, mala fide contrahit.l.qui à quolibet. ff. de contrah. empr.& l. quemadmodum.& ibi Bar.& Io.Plat.C.de agri.& cenſi. lib.11.& cap.qui contrà, de regul.iur.lib.6.& quæ ſuprà diximus, num.43. paria autem ſunt.

59 *Quæſtio retractus perplexa, & intricata.*

Decimò quæro de huiuſmodi ſpecie: Titius vendidit Sempronio centum ſolidos annui vectigalis, ſibi competentis ſuper domum Caij, precio centum aureorum: Sempronius emptor poſtea vendit dimidiam partem huius vectigalis alteri precio quadraginta aureorũ tantum: conſanguineus Titij primi venditoris teſtato cõuenit Sempronium primum emptorem, petitq; admitti ad retractum totius vectigalis. reſpondet Sempronius ſe mediam illius partem vendidiſſe alteri eo precio 40. aureorum, paratumq; reliqua media parte ei cedere, reſtitutis 60. aureis, qui & reliqui ſunt ex integro precio, præſertim cum poſſit etiam retrahere alterã dimidiam partem diuenditam, reſtitutis tantum quadraginta. Conſanguineus autem ex aduerſo dicit, non poſſe ſe illam alteram partem retrahere, quòd fortè alter cõſanguineus ſe proximior iam eandem retraxerat: aut ſi poſſit, tamen illum ſecundum emptorem non teneri reſtituere rem, niſi reſtituto medio precio totius prioris venditionis, cuius ratione & nomine conſanguineus venit ad retractum: quod quidem precium ideo ſequi debemus, argu. eius quod in ſimili dicitur in l.poſtliminium. §. ſi is qui emerat.ff.de capti.& poſtlimi.reuer. nec potuiſſe ſecundam uenditionem uiliori precio factam, à priori venditione quicquam immutare in præiudicium ipſius conſanguinei, cui ius eſt ſtatim quæſitum ex ea, & ex qua etiam agit, & non ex altera. Sed uel hanc ſecundam uideri factam in fraudem ipſius conſanguinei; aut etiamſi non in fraudem facta ſit, imputandum tamen eſſe priori emptori, qui ſic temerè contraxerit, durante adhuc tempoſſe retractus.

60 *De eadem re.*

Et hæc quidem ſpecies in oppido Niorti ex facto contigit, eiusq; me admonuit Philippus Berlandus eius oppidi Procurator regius, vir ſanè & probus & doctus. Et ex ea quidem duo dubia non contemnenda ſuboriuntur, primum, vtrum iſte conſanguineus, qui vult retrahere à priori emptore partem dimidiam, quæ illi empta remanſit, debeat reſtituere illos ſexaginta aureos, an verò tantum teneatur reddere dimidium integri precij, videlicet quinquaginta. Alterum, vtrum ſecundus emptor accipere debeat ab iſto conſanguineo retrahente alteros quinquaginta, an verò quadraginta tantum, quos dedit priori emptori. Et ex hoc poſteriore dubio prius illud deciditur. De quo tu omninò vide quæ ſatis abundè tractauimus ſuprà, eo.tit.§.12.glo.1.num.6.ſed quæſtionis eſt.& multis ſeq. ex quibus intelliges, quid hic dicendum ſit. Sed ea procedunt, cùm conſanguineus poteſt etiam retrahere à ſecundo emptore dimidiæ partis, quòd ſi non poſſit, quia iam ea pars dimidia relicta eſt alteri conſanguineo proximiori, fortè cogendus eſt primus emptor reuendere ei conſanguineo, qui illum ad retractum reliquæ illius dimidiæ vocauit, reſtituto tantum dimidio precio, & ſi velit, agat aduerſus illum alterum conſanguineum, vt decem ſibi reſtituat, per ea quoque quæ in illis locis diximus.

61 *Alia quæſtio.*

Vndecimò quæro, diximus ſuprà in princip. præfat.huius titul.hanc conſuetudinem retractus habere locum Venetijs: At ex ea conſuetudine eximuntur Veneti, qui liberè poſſunt vendere ſua bona immobilia, nec poſſunt propinqui eorum offerre & retrahere eadem bona. Quæſitum aliquando fuit, vtrum huiuſmodi conſuetudo excipiens Venetos extendatur ad Triuiſanos. Qua in re conſilium priuatim edidit Paul.Caſtren.conſi.349.conſuetudo Venetorum, libro ſecundo, vbi & alia multa tradidit ſuper intellectu & interpretatione illius conſuetudinis, uti videre poteris: neque enim id aliter tractandum ducimus, cum illic in promptu ſit omnibus, & quia etiam apud nos id propè inutile foret, ſed ſatis mihi uiſum fuit locum ijs deſignaſſe, quib. prodeſſe poterit.

62 *Alia quæſtio.*

Dvodecimò quæro, ex multis conſuetudinibus Galliæ ſi res emptę ſunt in diuerſis iuriſdictionibus, omnes earum iudices ſunt adeundi, nec ſatis eſſet coram uno tantùm emptore conueniri, niſi is eſſet ſuperior omnium, ut apud Cenomanenſes, cap.392. & Andegauenſes, ca.382 & diximus ſuprà in gl.precedenti, in 1.quęſt. Pone igitur quòd in illis regionibus, vel etiam hac in noſtra (quando quidem nihil prohibet, quin & illud hìc fieri poſſit) conſanguineus poſt ſuam oblationem ab emptore non admiſſam, eum citari fecit in materia retractus coram duobus iudicibus, qui res erant in duabus iuriſdictionibus, & id quidem proximis vtriuſque aſsiſijs: ita enim vulgò uocamus conuentus illos iuridicos, quibus ſcilicet ſubditi conuenire ſolent iudiciorum cauſa, de quibus alibi latè diximus. Primis igitur aſſiſijs alterius iudicis reus conuentus, ad edictum reſpondet, actor autem non comparet, & interim annus retractus labitur. Poſtea autem in primis alterius iudicis aſſiſijs uterque comparet, petitque actor ſe admitti ad retractum vel omnium rerum, vel ſaltem earum quæ ſunt huius iuriſdictionis. Emptor defendit ſe non teneri eum admittere, nec ad eas quidem res, quæ ſunt huiuſce iuriſdictionis, quoniam ex noſtra cõſuetudine, ſuprà §.23. non admittitur conſanguineus ad retractum partis rerum uenditarum eodem contractu & precio. & ibi docuimus id iuris eſſe. Ad totum quoque non teneri, quia iam ab ea parte, quæ erat prioris iuriſdictionis excluſus eſt lapſu anni, cùm citatio, quæ ibi facta eſt, tanquam circumducta, non interruperit id tempus, ſed perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet. l. & poſt edictum. & ibi expreſsè Bald. in utraque lect. ff. de iud.cum alijs multis concordan.à me traditis ſuprà, eodem titul. §.8. in glo.2, nu.8. quid autem ſi conſanguineus.

63 *Excluſio vnius partis facit excluſionem alterius in indiuiduis.*

Ex quo fit, ut cùm unam partem ſine reliquis retrahere non poſsit, & iam excluſus ſit ab una parte, ab alia quoque excludi debeat; ut ſcilicet excluſio unius partis faciat & alterius excluſionem, ex doctrina gl.no. in ca.ſi capitulo, in uerbo, factam, de conceſ præb.lib.6.quæ dicit poſt Compoſtel. in cap.capitulum, in glo. magna. uerſi. quid ſi collatio, extrà de reſcrip. quod per ſolam præſentationem mandati Apoſtolici de prouidendo alicui de beneficio, factã uni ex duobus collatoribus adimitur utrique poteſtas conferendi alteri. Ex quo enim (inquit) poteſtas uni adimitur, ſine quo alter cõferre nõ



poteſt, alteri quoque adempta cenſetur. Sicut & uno ex pluribus arbitris uel iudicibus impedito, cæteri procedere non poſſunt.l.ſi in tres.& l. ſequ.ff.de arbit.& ca. uno, ext.de off.dele. Ex quibus apertè intelligis, id quod ſuprà diximus, ſcilicet excluſionem unius, facere excluſionem alterius in rebus indiuiduis. Eam autem gl. & eius rationem ſequuntur omnes ibi. & D. Coſ. Guy. in prag.ſancti.tit.de colla.§.ſtatuit, in uerbo, ſpectat. Et ita in noſtro caſu ex facto reſpondi.

64 *Vtile per inutile uitiatur in indiuiduis*

Nam hanc rem indiuiduam eſſe, ex hoc liquidò apparet, quod nuper diximus, unam rem ex multis eodem precio uenditis retrahi non poſſe. Ex quo & illud confeſtim ſequitur, ſi retractus in una parte vitiatur, in reliquis quoque uitiari, vt ſemper aliàs fit in rebus indiuiduis.l.1.§. illud. & §. Trebatius.ff.de aqua quotid. & æſti.& l.ſi ego. ff.de iniuſto teſtam. & l. 1.§. generaliter. & ibi Bart.ff.de don.inter uir.& vx.gl.& Dy.qui alia iura citant, in cap.utile, de reg. iur.lib.6.Bald.in l. certi.§. quoniam, columna 4.uerſiculo, decimus eſt.ff.ſi certum peta.cum ſimil. In ijs enim illud obtinet, paululum fermenti totam maſſam corrumpere, ut ſcribitur prioris ad Corinthios Epiſtolæ cap.5.& ad Galatas cap.item 5. Et huc quoq; ſpectat, quòd unius uictoria in indiuiduis prodeſt alteri.l.1. C. ſi unus ex pluribus appel. Ergo & in ſimili, qui in uno ex indiuiduis uicit, & in alio quoq; uiciſſe cenſendus eſt, illo arg. de perſona ad rem, quod in iure ualidum eſt, & è diuerſo. l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pupil.& l. ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum. ff.de lega.1.& l.ſi duo rei & ibi Alberi. num.3.ff.de uerbor.obliga. & uoluit etiam Angel. qui & alia iura citat, conſil.261. thema prædictum, col.1.& Rapha. Fulgoſ. conſ.47.Ser Michael, col.2.

*Argumentũ de perſona ad rem.*

65 *De ijſdem rebus.*

Et ad hanc quæſtionem optimè facit quæſtio Sabbatina Roffre.Beneuen.43.cuius initium eſt, factum eſt conſtitutum, qua diſputat, utrum ſtatutum, quo iubetur, ut qui habeat fundum liberum, teneatur eum uendere, & uicinus etiam emere, extendatur ad fundum partim liberum, partim ſeruum. Atque in utramque partem multa iura & rationes allegat: tandem uerò concludit, quòd cùm in caſu, de quo loquitur, fundi ab initio ſeparati erant, ſed poſtea à domino ſimul iũcti, ita, ut ex duobus unum fecerit, teneri ipſum dominum eam partem, quæ libera eſt, uendere: neque eum potuiſſe illos fundos primùm ſeparatos unire, atque cõfundere in præiudiciũ alterius, tanquam aliter ſentiat, ſi idem fundus ſemper antè fuiſſet. Et facit etiã tex.in l. ſi cum uno.ff.ſi ex noxa. cau.aga.ex quo no.Bald.quòd id, quod indiuiduum eſt, non debet diuerſo iure cenſeri.

66 *Alia quæſtio.*

Et ex his potes decidere hanc controuerſiam, quam ſcio ex facto agitari. Sunt apud nos quidam parœciarum ac uillarum limites, inter hanc noſtram Pictauiam & Brittanniam (hanc nos vulgò Marchiam uocamus, uoce, ut opinor, Germanorum, qui Marchionem uocãt ducem limitaneum, de quo uidere poteris Alciatum libro παρέργων primo capit. 27.) Res igitur illic ſitæ ſunt partim in Pictauia, partim in Britannia, atque id indiuiſim, reſpondentque homines eius loci iuriſdictionibus utriuſque regionis. In Pictauia competit annus conſanguineis ad retrahendum poſt notificationem apud acta factã, ut ſcribitur ſuprà, §. ultim.huius titu. In Britannia unus tantùm menſis abſenti conſanguineo, à reditu, ſi facta fuerit quædam certificatio in iudicio, ut ſcribitur in conſuetudinibus reformatis eius gentis hoc eod.titu. §. quinto. Igitur ſi emptor fundi huius Marchiæ notificauit apud acta Pictauiæ, facitque etiam eam certificationem iudiciariam in Britannia, nec conſanguineus uenerit ad retractum, intra menſem poſt ſuum reditum, id eoque excluſus ſit ab ea parte, quæ Britanniæ eſt: certè non poterit uenire ad retractum alterius partis Pictauiæ, aut etiam totius intra annum in Pictauia ſtatutum, per eadem iura & rationes.

*Marchia quæ dicatur. Marchio quid ſit.*

67 *Domo culpa emptoris combuſta, an is teneatur conſanguineo.*

Decimotertiò quæro, ſi domus, quã tu à conſanguineo meo emiſti, culpa tua combuſta eſt intra tempus retractus, quo ſcilicet poteram retrahere, an tu mihi tenearis ad eius æſtimationem? Et idem quoque quæri poteſt in retractu conuentionali. Hanc autem quæſtionem in retractu proximitatis poſuit Geraldus Bago. in ſua ipſius retractus diſputatione, uerſiculo, quæro ſequenter, uendita eſt domus. Et dicit, primùm uideri te in hoc teneri, quia ubi aliàs quis tenetur ad reſtitutionem rei reſtituto ſibi precio, ſi culpa ipſius ea res interierit, tenetur ad reſtitutionem. l. ſi ſeruum. ff. de acquir. hæred.& l. in bello.§.ſi quis ſeruum, uerſic. manumittendo. ff.de capt. & poſtli. reuerſis. quæ iura nihil ad hoc mihi facere uidentur. Tamen pro hac ſententia facit, quod ſæpè alibi diximus, poſt contractum uenditionis cõfeſtim ex eo ius quæri conſanguineis, ad redimendum ex noſtro ſtatuto, ut uoluit Bald.in Rubr.C.res inter alios acta, uerſ.nota quòd ex conſuetudine, cum alijs concordan.à me traditis ſuprà, §.1.gloſſ.9.in uerb. *ou lignagier*, nu.105.huius autem dubij.

68 *De eadem re.*

Sed, ut redeamus ad Bago.is concludit, te non teneri in eam æſtimationem rei, quia res (inquit) tua eſt, ideo de ea liberè potes diſponere.l.in re mandata.C.mãda. Et ſi tu dolum in tua re commiſeris, nulli teneris, antequam appareat retrahens. l.etiã.§.licet.ff. ſol. matri. Verùm ſi iam conſanguineus obtulit precium, & ſis in mora recipiendi & cedendi, teneris in id quod intereſt, tanquam morator de rei interitu. l. ſi ex legati. cauſa.ff. de uerbo.obli. Hæc Bago. Cui adde l. nemo. rem ſuam utiliter.§.1.& l.ſi ſeruum.§.ſequitur.& §.ult.ff.eod.tit.& l.quod te.& l.incendium, ff.ſi cert.peta.& ca.1. extrà de commod. & capitu. 2. de depoſit. Adde (inquam) & id procedere, etiam ſi perierit intra tempus, quo morator ipſe potuit moram purgare.l.ſancimus.§. penulti. & ibi Bartolus, qui dicit notabiliſſimũ. C.de fideiu.& uoluit quoque idem Bart. qui & eum textum dicit nota. in l. ſi inſulam, colum. penulti. in 7. quæſtio. & ibi Iaſon colu.antepen.uerſiculo, in 7.quæſtion.ff.de uerbor.obligationib.& ipſe Bartolus in l.qui ob rem, in fi.ff.de condic.indebit. & in Authent. & qui iurat, circa medium. C.de tempo.appel. Bal. qui illum textum dicit unicum, in cap.capitulum, colum. ultim.extrà de reſcript.Salic. in l.magnam, col.7.uerſicul. quæro pone quòd infrà.C. de contrahen. & commit. ſtipul. Paul. Caſtren.qui & illum tex.dicit ſing.in d.l.quod te. Alexan. qui illum etiã dicit not.in.d.l.ſi ex legati, col.1.ff.de uerb.oblig.Franc. Rip.in d.l.ſi inſulam, num.97.eod.titu.ubi & ad hoc allegat l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogan. Subdit autem Bago. (ut ad eum redeamus) non obſtare d. l. ſi ſeruus. & d.l.in bello, quia loquitur in eo qui dominus nõ erat.

*Morator tenetur de rei interitu.*

*Etiamſi ſit intra tempus purgãdæ moræ.*

69 *De eadem re.*

Ego autem cenſeo, quantum ad poſteriorem caſum, quo emptor in mora eſt, nihil eſſe quod dubitandum ſit, quin teneatur de interitu, etiã ſi aliter culpa ſua res non interierit, ut illis iuribus ſatis probatur. Sed quantum ad priorem, quo ſcilicet res culpa emptoris ante oblationem perijt, non omninò res eſt indubia, quia licet emptor eſſet interim dominus rei, ea tamen iam erat, ut diximus, obnoxia retractui conſanguinei, ex ipſo contractu uenditionis. Ideoq; ea interim uti debuit, ut bonus paterfamiliàs, ut alia re ſubiecta reſtitutioni: nec ei iuri poteſt ac debet emptor pręiudicare, cùm non debeat alteri per alterum iniqua conditio afferri. l. non debet. ff. de regu. iur. idque etiam in re aut iure, quod nobis ſpe tantũ competit. l. ult. ff.de pact. cum multis ſimilibus. à nobis adductis infrà, titu.ſeq.§.1. glo.7.in uerbo, *ſeront preferez*, nu.20. neque id quidem, & ſequẽ. Imò uerò nec in re ſua.l.ædiles etiã.§. Pedius.ff. de ędil. edict. cùm ſcribitur: Quid ergo ſi culpa, non etiam dolo emptoris ſeruus deterior factus ſit, æquè condemnabitur.

*Culpa in re propria ſubiecta reſtitutioni luenda eſt.*

bitur. Cuius l. autoritate Bart. poſt Dyn. in d.l. etiam, §. licet, in prima oppoſ. & ibi quoque Alex. col. 1. in fin. limitant text. ibi, qui culpæ pœnam in re propria non admittunt, ut procedat in re propria ſimpliciter & irreuocabiliter, quę ſcilicet non eſt ſubiecta reſtitutioni, & quę ideo dici poteſt aliena ſpe. Et hoc quoque, ut dicit Bar. probatur in d. §. licet, ubi in rebus dotalibus, licet ſint uiri, conſtante matrimonio, tamen non poteſt cómitti culpa propter ſpem reſtitutionis.

70 *De eadem re.* Qvod ſi quis ſtatim aduerſus hæc inſurgens, obijciat nobis text. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredi. & iterum in l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem, eodem titu. quibus ſcribitur, bonæ fidei poſſeſſorem hæreditatis culpæ rationē reddere non teneri: tūc enim, quia quaſi rē ſuam neglexit, nulli querelæ ſubiectus eſt ante petitam hæreditatem. Quidem, præter ea quæ ſuprà dicta ſunt, multum faciunt pro opinione Bago. etiam diſtinguentis, an retractus ante incendium fuerit petitus, an non. Certè illi textus nihil obſunt illi contrariæ ſententiæ. ibi enim is poſſeſſor hæreditatis erat omninò bonæ fidei, nec ſciebat rem eſſe ſubiectam petitioni hæreditatis, ut apertè ibi declaratur: alioquin non fuiſſet bonæ fidei poſſeſſor. Hic autem emptor nec poteſt, nec debet ignorare id ius retractus, lippis & tonſoribus non incognitum, ut diximus ſuprà, eod. tit. §. 12. gloſſ. 2. nu. 7. ſed hoc de euictione.

71 *De eadem re. Emptor, qui emit minº dimidio iuſti precij, an teneat, ſi res perierit.* Et, ne quis amplius dubitet, textum habemus expreſſum, dominum rei ſubiectæ reſtitutioni teneri de incendio ſua culpa in re ipſa cōtingēti, in l. ſi modò, ff. de leg. 1. & uoluit gl. in qui exceptionē. §. 1. in uerbo, arſerit, in prin. ff. de cōd. inde. In quam etiam ſententiam facit, quod non obſcurè ſentiunt Docto. in l. 2. C. de reſcin. ven. emptorem, qui rem emit minus dimidia parte iuſti precij, teneri ex eadem l. ſi res ſua culpa perierit, cùm ſi fortuitò & ſine culpa ipſius perijt, negant eum teneri, Ita enim voluerunt gloſ. Bar. Bal. Sal. & Pantal. ibi. & Ant. Burg. in c. cùm dilecti, in fin. extrà de empt. & vendi. Quamuis ſint, qui & in hoc quoque ultimo caſu cōſtanter affirment eū teneri, ut per Barth. Brix. queſtio. venerabili. 62. pone quòd res empta. & Albe. poſt Guid. Suz. in d.l. 2. col. 3. uerſ. item querit gl. C. de reſcin. uēd. & Panor. in d.c. cùm dilecti. in fi. & Fran. Cre. ſingu. 84. uolo te docere. ubi tamē Bart. Caſtel. in addi. tenet priorem. Et quamuis in retractu proximitatis res aliquid dubij habeat, tamen in conuentionali, nihil omninò dubitarem, quin emptor teneretur.

72 *Domo empta deſtructa, an conſanguineus poſſit retrahere areā.* Decimoqvintò quæro, domus uendita combuſta eſt, aut aliter deſtructa, an conſanguineus venditoris poterit aream eius retrahere? Et idem quæri poteſt de retractu conuentionali. Et hanc quoque quæſtionem in retractu proximitatis poſuit Geral. Bag. in d. diſputa. retractus, verſ. quæro ſubſequenter, emiſti domū. Dicitq; primùm uideri, conſanguineum nō eſſe admittendum, quia domus deſtructa amplius domus non eſt. l. repeti, §. rei mutatione. ff. quibus mod. vſuſfr. amit. ubi, ſi ædes, quarum vſuſfructus relictus eſt, corruere, uel exuſtæ ſunt, extinguitur vſuſfructus: adeò quidem, ut nec areæ, nec cæmentorum debeatur. & eſt ſimilis tex. (ut id ei addas) in l. quid tamen. §. 1. ff. eo. tit. & in l. quoties. §. ult. & l. qui vſumfructum, in prin. ff. de vſufr. & l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. urb. præd. Allegat item ipſe Bago. l. domus. ff. de contrahend. empt. vbi non conſiſtit emptio domus, quam exuſtam emptor & uenditor ignorabant, quamuis area maneat. Subdit autem contrarium quoque videri, quia idem eſt iudicium de parte, ac de toto. l. quæ de tota. ff. de rei uendic. & l. qui. ſcit. ff. de uſur. Area autem pars eſt, & quidem maxima ædium. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu.

73 Tandem verò concludit ipſe Bago. aream retrahi non poſſe, quia domus (inquit) deſtructa amplius non eſt domus, nec pars ipſius. §. ult. Inſt. de vſufruct. vbi tamen aliud non dicitur, quàm in d.l. §. rei mutatione. Subiungitque, quòd ſi etiam ea domus reficeretur ex iiſdem cæmentis, tamen retrahi non poſſe, quia non eadē domus eſſet, d. §. aream. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram, in fi. ff. de verbor. oblig. Nec obſtat (ait) quod dictum eſt de toto & parte, quia illud procedit, cùm eadem eſt vtriuſque ratio; hic autem diuerſa eſt. Cui in hoc adde huiuſmodi argum. de toto ad partem, & è diuerſo, non valere, cùm diuerſa eſt utriuſque ratio, l. cùm de indebito. verſic. ſed hoc ita. & ibi Salyc. in ſecundo nota. ff. de prob. ſed nec neceſſariò concludere, etiamſi ſit eadem ratio, l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. cum alijs multis utriuſque ſimilibus & concord. à me latè congeſtis ſupra, §. 1. in gloſſ. 7. in verbo, *ou autres choſes, cenſées pour immeubles*, num. 45. tum poſtremò. Sed, vt redeamus, nec area quidem pars eſt domus l. ſi is qui quadraginta. §. quædā. ff. ad legem Falcidiam. aut ſi pars eſt, intelligitur, quandiu domus eſt, aliàs minimè. & ita intelligitur quod ſuprà diximus.

74 *De eadem re. Area eiuſdem naturæ ac domus.* Haec propè Bago. quem refert, & ſequitur Boer. in Commentarijs conſuetud. Biturig. hoc eodem tit. §. 4. in fin. Quibus omninò non accedo, fretus auctoritate. l. domo. ff. de pigno. actio. ubi domo pignori data, & area eius tenebitur, etiamſi (vt dicit gl. quam omnes ſequuntur) domus ipſa comburatur, & reddit is text. rationem, eſt enim area pars eius. Glo. autem ibi pro contrario adducit d. §. ult. Inſtit. de vſufruct. nec id aliter diluit. At Bart. eodem in loco, dicit aliud eſſe in vſufructu, de quo loquitur d. §. vlt. quia mutatione rei perimitur vſuſfructus, ut ſcribitur in d. §. rei mutatione. aliud autem in pignore, ut ibi probatur. & in l. Paulus. §. domus. ff. de pig. Atq; etiam in dominio, ut & ipſe Bar. & Saly. optimè declarant in l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pigno. act. Cui & tu adde text. optimum in l. ſolum. ff. de rei vendi. ubi id primùm ſcribitur, ſolùm eſſe partem ædium. mox ſubiungitur, ut intelligatur de eadem re loqui, meum eſt quòd ex re mea ſupereſt. Si ergo emptor, domo, quam emit, exuſta, manet dominus areæ, quæ ſupereſt, ſi ea area manet obligata ex obligatione domus, qui fit, ut eadem area non maneat etiam obnoxia retractui, uti domus erat? præſertim cùm in ea ſit eadem ratio retractus; quam ſuprà ſæpiùs adduximus, ne ſcilicet res exeat extra familiam.

75 *Domo emphyteutica exuſta, durat emphyteuſis.* Et uide præterea Bal. in l. 1. colum. 4. uerſic. modò reuoco in dubium. C. de iure emphyt. qui dicit, domo emphyteutica exuſta, durare tamen emphyteuſim in area, ſi dominus voluerit. quod etiam tenuit Angel. in §. lex itaque, in fin. in Authen. de non ali. & ſubobſcurè Innocen. in c. potuit, colum. 20. verſic. & prædicta etiam, extrà de locat. & Iaſ. in d.l. 1. colum. 3. uerſ. ego autem, & iterum colum. 17. uerſiculo, & iſta etiam, de iure emphyt. De quo tamen vide Steph. Bertran. conſilio 194. pro defenſione, lib. 2. Sed & tu uide Bart. loquentem de ſuperficie, in l. ult. ff. de ſuperfic. Et præterea text. in l. venditor exhæreditate, in fi. ff. de hæred. vend. ubi uenditor domus aream tradere debet exuſto ædificio, & in l. ſi ego. §. ult. ff. de publicia. in rem act. ubi, ſi inſulam emi, & ad aream ea peruenit, æquè potero uti Publiciana pro area ipſa atque pro inſula, ſi ea extaret. & l. in tantum. §. ſacræ. ff. de rer. di. ubi ſemel æde ſacra facta diruto ædificio, area ſacra manet. quod etiā probatur in l. æde. ff. de contra. emp. Et ita nuncupatim in caſu noſtri retractus tenuit Ferro. in conſuetud. Burdig. hoc tit. §. 15.

76 *An autem cōſanguineus retrahens areā tūc teneat integrum* Et ſi teneamus hāc opinionem, quæ vult retractum habere locum in huiuſmodi area, domo uendita exuſta, quæ mihi verior & propè indubitata eſſe uidetur; quæſtionis eſt, utrum tunc conſanguineus tenebitur reddere integrum domus uenditæ precium, an uerò pro rata tātùm areæ, & Ferro. qui hāc (ut diximus) ſētentiā ſecutus eſt,



eſt, eodem in loco dicit integrum reſtituendum, nec aliter conſanguineum eſſe audiendum, nec quicquam allegat, tanquam id minimè obſcurum ſit, nec allegatione indigeat. In id autem facit, quod ſcriptum eſt in l. 1. in fi. C. de iure emphy. non minui penſionem emphyteuticam, ob id quod portio rei emphyteuticæ perierit, modò aliquid etiam modicum ſupereſt, ſecundum gl. & Doct. ibi. & gloſſ. in §. adeò. Inſti. de loca. & in cap. potuit, in gloſſ. mag. & ibi quoque Docto. extrà eo. Specul. eod. quoque tit. §. nunc aliqua, verſicu. ſed quare, qui eſt ſub 7. quæſt. & iterum verſ. 134. & ſequen. & ibi etiā Ioan. Andre.

77 *De eadem re.* Sed contrà facit, quod de remiſſione penſionis pro rata periculi ſiue calamitatis rei locatæ ſcribitur in l. licet certis. & l. exceptio. C. locat. & cap. propter ſterilitatem, eo. ti. Et quod alio non admodum diſſimili caſu ſcribitur in l. domum. ff. de contrah. empt. quæ loquitur de domo uendita, cuius pars incendio conſumpta erat, ob idque (ait) æſtimatione boni viri habita, quod ex precio propter incendium decreſcere fuerit inuentum, ab eius præſtatione emptorem eſſe liberandum. Et quod legitur in l. forma. §. 1. ff. de cenſib. ſi agri portio chaſmate perierit, deberi eum, qui in publicis tabulis modum detulerit, per cenſitorem releuari. Et quod traditur l. 2. C. de allu. tributa minui pro parte rei extinctæ, ſed illud ſpeciale eſſe in tributis tradunt gloſſ. & alij in dict. l. 1. de iure emphyteu. & Spec. vbi ſuprà.

78 *An hæc oblatio retractus poſſit fieri die dominico.* Decimoqvintò quæro, an hæc oblatio retractus poſſit fieri die dominico, aut alijs Deo Optimo Maximo, aut Diuis ſacro, & conſequenter an etiam citatio in cauſa retractus his diebus fieri poſſit. Et hoc in dubium aliquando reuocari vidimus. Et idem quoque de retractu conuentionali quæri poteſt. Et quantum ad oblationem non admodum dubium uideri poteſt, cùm ſit actus extraiudiciarius, nullam requirens cauſæ cognitionem, atque in mero facto conſiſtens, per text. & ibi not. pleniſſimè per Docto. in l. 1. § nunciatio. ff. de operis noui nunciat. & in l. miles §. ſexaginta. ff. de adul. & Hoſti. in Summa. de fer. §. qualiter diſtinguatur. Albe. in l. illud, colum. 2. verſicul. circa tertium, de ſacroſan. eccleſ. Fede. Senen. conſil. 146. diffinitiua, & Bart. in l. cùm filiusfamiliàs. §. ultim. & ibi Iaſon circa medium. ff. de uerbor. obliga. ubi tradunt interpellationem, proteſtationem, & quemuis alium actum extraiudicialem, poſſe fieri diebus feriatis, etiam Deo dicatis. & rurſus in l. ſi expreſſim, colum. 3. uerſicu. circa primum. ff. de appell. & Bald. qui loquitur de intimatione in l. in contractibus. §. ultim. C. de non nume. pec. cum alijs concord. adductis ab Alex. conſil. 26. uiſo colum. 4. uerſicu. tertiò corroborantur. lib. 6. & plenius Fel. in c. cum M. Ferra. col. 20. verſicu. ſecunda concluſio. & ibi quoque Fran. Rip. num. 146. extrà de conſti. & quæ diximus ſuprà. §. ultim. gloſſ. 2. in 17. quæſt. [Quibus adde, quòd quilibet actus, qui etiam coram iudice fieri debet, poteſt fieri etiam die feriato, vel in honorem Dei, modò non ſit neceſſe iudicem loqui, ſed tantùm eius præſentiam requiri, cuiuſmodi eſt actus inſinuationis. Ita enim uoluit Ang. in l. omnium, circa medium, in uerſi. ego addo aliud. C. de teſta.]

79 *Citatio in cauſa retractus an etiam fieri poſſit hiſce diebus.* De citatione autem nonnihil dubij eſt. Sunt enim, qui dicunt, eam poſſe fieri huiuſmodi diebus ad diem non feriatam, & in his glo. in clemen. 1. in uerbo, feſtiuis, de foro competen. Dy. in d. §. nunciatio & in l. in tempus. & ibi etiam Alber. ff. de hære. inſtit. Petr. & Cyn. in l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. & in l. vlt. & ibi Franc. Accur. vt à multis citatur. C. de feri. Ioan. Andr. in cap. vlt. colum. 2. verſ. conuertamus caſum, extra eodem tit. Guliel. Cun. & Alberi. in l. plerique. ff. de in ius uoc. latè Fed. Senen. conſil. 248. ſuo domino. Aegid. Bellamer. in cap. Romana. §. contrahentes, colum. 7. verſi. ſeptimò quæritur, de foro competen. lib. 6. Dom. à Rota, deciſ. 367. ſi committatur, poſt princip. in nouis. Nicol. Mil. in ſuo repertorio, in verbo, citatio poteſt committi. Guid. Pap. deciſio. Delphi. 215. an executio, columna 2. & conſi. 178. circa proceſſum, colum. 9. verſic. ſic etiam poteſt fieri. & iterum conſil. 205. cuius eſt idem initium, colum. 11. verſic. ſextò quia poteſt fieri.

Alii ſimpliciter id negant, inter quos ſunt Oldrad. Bart. Imo. Paul. Caſtr. Alexan. & Iaſon in d. §. nunciatio. Iacob. Butr. Petr. à Bellapert. Alber. Bald. & Salyc. in d.l. vlt. C. de fer. per tex. ibi, in illis verbis, nulla admonitio, & ibi, neque liceat, rurſumque ibi, taceat apparitor. atque ibi, ſileat horrida vox præconis. & Spec. tit. de cita. §. 1. verſic. item excipitur, quòd facta eſt die, & ſeq. Guid. Suz. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. Io. Andr. ſibi contrarius, & Domi. in c. cùm plures, col. vlt. de off. deleg. lib. 6. Bonif. Vitel. in tract. malefic. tit. forma citationis accuſati, col. 1. verſ. ſed quid ſi citetur. Bart. in l. 2. §. item ſi. col. 2. verſiculo, ſed quæro quid è contra. ff. ſi in ius vocat. non ier. niſi (inquit) actio eſſet tempore peritura, aut dubitetur de fuga, & in tract. de cita. in 6. q. Alber. ſibi quoque contrarius in l. ſi cùm ſeruum. §. 1. ad fi. ff. de donat. inter virum & vxor. & in l. ſi res. ff. de iure dot. & in d.l. cùm filiusfam. §. 1 in fin. ff. de verb. oblig. Bald. & Imol. in d. l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. idem. Bal. in l. ſi feriatis. ff. de fer. & in l. cùm clerici, circa medium. C. de epiſco. & cler. & in d.l. in contractibus. §. ult. C. de non num. pecu. Card. Flor. in Clem. 1. in 3. quæſt. de iud. Rapha. Co. conſil. 7. viſis compromiſſis, col. 3. Imol. in d. Clemen. 1. col. 4. ſuper d. gl. in verbo, feſtiuis, de foro compet. Petr. Anch. cōſ. 269. pro declaratione. paulò ante fi. Paul. Caſt. conſi. 270. ſupra primo, in 3. dubio, lib. 1. Lanfran. Oria. in repet. c. quoniam contra, in materia citationū, col. ult. verſi. tandem quæritur, de proba. Ang. Aret. in §. vlt. col. 2. uerſ. quæro an citatio, Inſt. de pœna teme. litig. Guid. Pap. ſecum etiam pugnans, conſi. 36. citatus fuit. Io. Lup. in repe. c. per veſtras, §. 45. col. 2. uerſic. ſi tamen nuncius, extrà de don. inter vir. & vxor. Matthæ. Afflict. in conſti. Siciliæ, incip. baiulos omnes, col. 3. in 5. notab. 80 *De eadem re.*

Svnt & alij, qui diſtinguunt inter dies dominicos, & alios etiam honori Dei & Diuorum conſecratos, vt illis citare non liceat, ut retulit Alb. in d.l. 1. §. item nunciationem. ff. de oper. noui nuncia. & Bal. in d.l. in minorum. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non ſit neceſ. & in l. in tempus, in fin. prin. ff. de hæred. inſtit. & latiùs in cap. vlt. colum. 2. uerſic. quæritur, extrà de feri. Et hanc ſequuti ſunt Dyn. & Iac. But. in d.l. ult. C. de fer. & Oldr. in d.l. in tempus, de hæred. inſtit. Card. Floren. in Clem. 1. in 3. quæſt. de iud. & Roman. in d.l. 1. §. nunciatio. col. 2. verſ. & quo ad ſecundum. ff. de operis noui nuncia. Paul. Caſtr. conſil. 270. ſuper primo dubio, in 3. dubio, lib. 1. At Iac. Aretin. in d.l. 1. §. nunciatio, num. 6. de oper. nou. nunc. fuit in noua quadam opin. & ea quidem ſatis obſcura, ut ſcilicet citatio facta die feriata ad diem iuridicum, non ualeat ratione diei feriatę, tamen valeat ratione diei iuridicæ, per l. quia in hoc. ff. de donat. inter virū & uxorem. Ex quo videtur in id inclinare, ſecundum eam l. ut ualeat, licet multi eum pro contraria ſententia allegent. Sed quicquid ſit de iure communi, primam illam opinionem approbauit conſuetudo, ut dicunt Oldra. Dyn. & Iaſ. in d.l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nuncia. Ioan. And. in d.c. ult. de feri. Cyn. & Alber. in d.l. ult. C. eo. tit. Albe. in d.l. ſi cùm ſeruum. §. 1. & in d. §. item nunciationem, & in d.l. in tempus. Bart. in d. tract. de citat. in 7. quæſt. Bald. in d.l. ſi feriatis. Imol. in d. Clem. 1. de for. competen. Matth. Afflict. in d. conſtit. baiulos. & rurſum in Rubri. 95. quæ eſt de exordijs præparatorijs iudiciorum. Conſtat autem, interpellationem, quæ etiam requiritur in oblatione retractus, vt ſcribitur in §. primo, huius 81 *De eadem re.* *An & interpellatio, quæ ſit*

*ad retractum.* huius tit. fieri poſſe huiuſmodi diebus,ſecundum Cyn. in d.l.in minorum,in 5.q.poſt Pet.ibid.

82 *An & in templo fieri poſſit.* Decimosexto quæro, an & huiuſmodi oblatio poſſit fieri in templo,&,vt noſtri loquuntur,eccleſia:& ſimiliter citatio in cauſa retractus. Quid enim ſi fortè emptor non habet domicilium,nec diſcedit à templo immunitatis cauſa? Dic vtramque, & oblationem, & citationem,fieri poſſe in templo. Nam de citatione(quod magis eſt dubium, propter ea quæ diximus in præcedenti quæſtione, & quia pertinere videtur ad iudicia, quæ in templis exerceri prohibentur, c.decet.§.ultim.de immu.eccleſ.lib.6.) text.tamen eſt, eam fieri poſſe in templo,in l.præſenti,in princip.uerſic.ſed ſi quidem. & ibi gloſſ.in uerbo.ſeruata, & Bartol.C. de his qui ad eccle. confug.& uoluerunt etiam Guliel.Cun.ipſe Bar. Bald.& Alexan.in l.plerique.ff.de in ius uocan.Griſ.inter conſi. Fed.Senen.conſil.224.ſuo domino,per totum.Barto.in d.tract.de citatione.colum.1.uerſicul. quæro circa hoc. Bal.in l.2,colum.1.uerſ.quæro iuxta hoc.C.de ſacroſan. eccleſ.& in l.etiam,colum.5.uerſicul.ſed affigere.C. de execu.rei iudic.ubi ad hoc dicit tex.not.in d.l.præſenti. & idem Bald.in c.cùm parati,per eum tex.deappel. ubi tamen loquitur de citatione, quæ fit ad Curiam eccleſiaſticam & ipſe quoque Bal.in ſua Marga.in uerbo, citatio,col.4.uerſ.citatio uerbalis.ubi dicit ſing:text. in d.l. præſenti.Alex.in l.2.ff.de in ius voc.Phil.Fran.in d.cap. decet,col.2.verſic.quintò quæritur, de immu.eccle. lib. 6.Ang.Are.in §.multis,col.1.uer.quæro an citatio,Inſti. de liber.& in §.vlt.col.vltim.verſ.quæro an citatio,Inſti. de pœna teme.litig.Barb.in Clem.cauſa, col.20.in paruis,uerſicu,nec obſt.c. de elect.lib.6. & Guid.Pap.ſing. 769.uerſic. ualet citatio. Et hæc eſt communis opinio, licet contrarium uoluerint Ang. & Fulgo. in d.l.2.ff. de in ius uoc.& idem Ang.& Pet.Anch.in l.ſatis,quæ confeſtim ſequitur d.l.plerique.eo.tit.& Io.Fab. in d.l.præſenti,in uerbo,ſententijs.

83 *De eodem.* De oblatione & huiuſcemodi rebus nihil ad iudicia pertinentibus, cuiuſmodi ſunt proteſtatio, denunciatio, interpellatio, & id genus cætera, nihil eſt quod aliter dubitandum ſit,per ea quæ tradita ſunt à Bar. in l. non ſolùm.§.morte.col.pen.uerſ.nunc uideamus de tempore,&ibi omnes ꝓpè recentiores.ff. de oper.no. nunc. idem Bar. in d.l.cùm filiusf.§. ulti.ff.de uer. obli. & in l. actus.C.de fer.& Bal.in d.l.2.in fi.C.de ſacr. eccle.Ang. Are.in d.§.multis,col.ult.uerſ.quæro an ꝓteſtatio,Inſt. de lib.& Fel.in d.c.cùm Mart.Ferra.col.22,uerſic.tertia cõcluſio. extrà de conſti.Et hæc quidem etiam obtinent *Quid in retractu conuentional.* in oblatione & citatione retractus conuentionalis: nihil enim inter utrumque,quãtum ad id, de quo tractamus, pertinent.

84 *An hæc oblatio poſſit fieri in loco inhoneſto.* Decimoseptimò, conſequenter quæro,utrum huiuſmodi oblatio fieri poſſit in loco quopiam inhoneſto, ut in popina, uel lupanari, hæc enim inhoneſta eſſe dicit text.in l.ſi cùm dies.§.ſi arbiter, uerſicu.ſed ſi in aliquem.ff.de arbi. ideoque ut ibi ſcribitur, non poteſt arbiter iubere partes adeſſe in ea. Cuius autoritate defendi poſſet, nec in his quoque locis & ſimilibus, oblationem fieri poſſe. Nam & aliàs dicimus oblationem, interpellationem aliamùe denunciationem fieri debere in loco congruo,competenti,& opportuno , l.ſi ſoluturus.ff.de ſolu. quæ loquitur de oblatione, & l. mora, & ibi glo.in uerbo,difficilis,poſt princ.& Doct.ff.de uſuc. & gl.in c.cupientes.§.quòd ſi per 20.in verbo,propoſita, ante finem,& ibi Ioan. And.in nouella, de elect.libr.6. Lapus alleg,39.an ualeat,col.ulti.Ioan.Fab.in d.l.in minorũ,col.1.uerſ. ſed quid ſi fiat. C.in quib. cau. in integ. reſt.non eſt neceſ. Pet. Anch. conſil.86. pro facilliori in princip.Rom.conſil.46.inſpectis,ad fin.cum ſimilibus.

85 *De eodem.* Cæterum Matthæ.Affliċt.in tracta πρωτομίξεως,in uerbo,ut infra 30.dies,colum.4.uerſ.& quoniam ſuprà, loquens de denunciatione, quam ex illa conſtitutione protomixeos debet facere uenditor ſuis conſanguineis, dicit eam fieri poſſe in lupanari uel popina, ſi ibi inueniatur conſanguineus ſcilicet habitandi in ijs locis:ut quia leno eſt,qui diuerſari ſolet in lupanari, ar. no.in l. quòd ſi nolit.§. qui aſſidua.ff.de ædil. edic. & aliorum,quæ inibi citat.Aliàs uerò ibi fieri non poteſt, per dict. l. ſi cùm dies.§. ſi arbiter.Subiungit tamen hoc ultimum fortè non procedere, quia ea denunciatio fit ſolum ad effectum ſcientiæ,nec refert quomodo quòue loco qs quid ſciat,nec aliud allegat:ſed ad id facit text. in l.item ueniunt.§. petitam, uer.à quo. ff.de pet.hæred. cum ſimil.Rebuf.autem in tract. Nominationum,in 5. q.nu.30.aliter retulit ſententiam Matthæ.tanquam ſcilicet dixiſſet retractus denunciationem fieri poſſe in illis locis,idq; ſimpliciter ſequitur.

86 *De eodem.* Et ego quidem in ea quoque ſum ſententia, ut denunciationes, oblationes,proteſtationis,& alia id genus extra iudicialia fieri poſſint in his locis, ſi is, cui proteſtandum, offerẽdum, denunciandum eſt,ibi reperiatur, niſi ſi quodpiam periculum aut damnum illi ex hoc immineret. Quid enim ſi ei offeratur pecunia, quam non tutum eſt in eis locis habere uel recipere inter greges lenonum, & meretricum, quis dixerit eam oblationẽ opportunam eſſe?& nemo,ut opinor. Perinde enim eſſet,ac ſi quis pecuniam dederit adoleſcenti luxurioſo, quaſi perdituro,aut prom eretrice eo mandante fideiuberet,de quo in l.ſi uerò non remunerandi. §. ſi adoleſcens.ff.mandat. Nam & ualet arg.de loco ad perſonã, & è diuerſo,l.1.§.Offilius,iuncta l.2.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt, ut etiam valet de tempore ad locum, ut ibi quoque nota, Ideò cum & ſolutio debeat fieri tempore congruo & opportuno , vt dicitur in d.l.ſoluturus, de ſolu.proindeque minimè detrimentum creditori allaturo:quocirca noctu fieri non debet,vt per Albericum in l.more,col.1.ff.de feri.Bal.& Angel. in l.obſignatione.C.de ſolutio.cum concord.à me adductis ſuprà in §. 1.in glo.11.in verbo, *& iour*,num.12. illud ſtatim conſequens eſt,ut nec loco incongruo, & minimè opportuno, fieri debeat. Quod intellige ſecundum ea, quæ ſuprà diximus ex Affliċt.dum loquitur de lenone,& alijs, qui in huiuſmodi locis habitare conſueuerunt. Et hæc etiam habent locum in oblatione retractus conuentionalis.

87 *An ſufficit teſtes deponere de venditione ſi de precio nõ recordentur. Sufficiẽter dictio iuris conſulti.* Decimooctavò quæro,Titius comparauit ſiue acquiſiuit fundum à Mæuio, nec tamen apparet quo titulo: conſanguineus Mæuij dicit fuiſſe titulum venditionis,ideoque venit ad retractum: Titius negat : teſtes illius conſanguinei deponunt præſentes ſe fuiſſe ei acquiſitioni , eamque fuiſſe ex contractu emptionis & venditionis certo quopiam precio à partibus conuento: ſed cuius non recordantur,vtrum ſatis ſiue ſufficienter ( vt vtar uerbo Iuriſconſulti in l.ſed & ſi quid.§.1. ff.de vſufru.)probata ſit emptio & uenditio?Quod non videtur: qa uẽditio ſine pcio,nulla eſt,l.2.§.1.ff.de cõtr.emp.& eo quidem certo.§.precium.Inſt.eo.tit. quæ igitur uenditio eſſe poteſt, cuius certum precium ignotum eſt,uel ipſis teſtibus, qui eam dicunt factam fuiſſe? Et certè ſunt, qui dicunt huiuſmodi teſtes non probare uenditionem. & in his Rom.in l.Titia,colum.pen. uerſ. tu aduerte . ff. ſolut.matr.& conſi.30.uiſo,uerſiculo, quidam autem.& Alexan.conſi.28.eiuſdem initij, colum.2. uerſiculo , & ad hoc etiam,lib.2.conſi.36.vertitur lis colum.2.uerſic. prætereà precium,lib.5.& Hipp.Marſil.ſing.30. emptio & venditio.

88 *De eadem re.* Et cùm pares vires habeant teſtes & inſtrumenta, l. in exercendis. C.de fide inſtr.ſimiliter nec ſtatur inſtrumento loquenti de emptione & uenditione ſine certa quantitate precij. Nam & id uoluerunt Iaco.Ra.Rayn. & Alber.in l.1. C. de contrahen.& committen.ſtipul.& Bart.



*An ſtetur inſtrumẽto loquẽti de venditione ſine mẽtione precij,uide nume.89.* Bar.in l.admonendi, col.6.verſiculo , quæro pone.ff.de iureiuran.Pau.Caſt. Alexand. & Iaſon in l.ſi duo patroni.§.Marcellus.ff.eo.tit.ipſe Alexand.in l.ſuus, circa medium,eodem quoque tit.& conſ.18.viſo proceſſu. col.1. lib.1.& Ro.conſ.305.quo ad ſeptimum,col.2. verſ.ſecũdò idem probatur.Nec denique iuramento eius, qui ex delatione aduerſarij iurat rem ſibi uenditam non aliter expreſſo precio,ex ſententia Marti.Sil.Ray.Alb. & Pau. Caſt.in d.§.Marcellus.

89 *De eadem re.* Ego verò cùm ea ſpecies ex facto contigiſſet, reſpondi ſatis probatum eſſe à conſanguineo ad obtinendum in retractu , preciumque iuſtum , quod ei reſtituatur,arbitrio boni viri æſtimandum . Nam quę ſuprà diximus,fortè obtinerent , cùm de ea re eſſet controuerſia cum eo,qui dicitur vendidiſſe,qui tamen id negaret; ſecus ſi cum alio; nam tunc haud dubiè ſtandum eſſet teſtibus ſimpliciter atteſtantibus venditionem factam fuiſſe,præſertim ſi principaliter de hac re agitur , an videlicet uenditio facta ſit, necne, non de precio: ex ſententia Bald.in l.1.col.1.verſic.denuò quæro. C.de reb.alie.non alien.& Rapha.Co.qui tamen Baldi non meminit, in d. l.ſciendum, & ibi quoque Alex.qui id dicit ſing.col.3. verſ.quartò limita,& Franc.Curt.in additio.ipſius, & Iaſ.col.8.verſ.ſecunda regula.ff.de verborum obl.Rom. conſi.91.viſis ac percunctatis,colum.2.verſ.tertiò videndum.& Barba.conſi.90.illud referam,colum.1.verſ.ſed iſta,lib.3.& non obſcurè ipſi Alex.& Iaſ.in d.§.Marcellus.& idem quoque Alexan.d.conſi.18.lib.1.licet ibi dicat eſſe dubium,quia id erat contra partem.pro qua conſulebat & Fel.in c.ſicut,colum.ult. extrà de re iudi. Soci. conſi.171.diu profectò anceps.colum.3.verſicu. confirmo hoc,libr.2.Matth.Affliċt.in conſtitu.Siciliæ incip.ſi quis in poſterum,col.7.in 2.notab.

90 *De eadem re.* Nam & eius, quod ſuprà pro contraria parte de iuramento adduximus,contrarium uoluerunt Bar. & Bal.quos ſimul in eadem ſententia coniunctos & conſentientes auſim intrepidè omnibus opponere, tũ quòd omnes etiam facilè ſuperant, tum & quòd Bal.libentiſſimè ac veluti de induſtria,& ex profeſſo Bart.opi. impugnat,niſi res omnino indubitata ſit.Hi igitur(vt repetã) contrarium tenuerunt illius, quod de iuramento dictũ eſt,in d.§.Marcellus,& ibi præterea Raph. Ful. & Iaſon. Sed & quod de inſtrumento in eadem parte diximus, clanculum admittere non videntur Pet.& Cy.in l.1. C. de cõtrah.& commi.ſtip. & id expreſſim reijcit Ia. Are. ibi,& Alber.in d.l.ſciendum,col.6,num.23. verſi.item pone quòd in inſtrumento,ff.de verb.obli.Et bene facit, quod ibi ſcribit Rom.col.8.verſi. ſecunda hęc, Et ſi aliter diceremus in noſtro caſu retractus, facillimè fieret fraus conſanguineis, clàm inter partes conueniendo de precio.

91 *De eadem re. Mutuo probato, eius quantitas iuramẽto probatur.* Nec omittendum tamen eſt aliud, quod huic noſtræ ſententiæ non modicum adſtipulatur, quòd ſi probetur mutuum, nec tamen conſtet de quantitate pecuniæ mutuatæ, poteſt ea quantitas probari iuramento eius,qui mutuum fecit:vt voluit Ray. Forli, qui ita dicit fuiſſe in iudicio obtentum in l.1.ff.de in lit.iur. & ſecutus eſt alijs concurrentibus Bart.in d.l.admonendi, col. 8.verſiculo quæro quid ſi teſtis,& ibi Franc.Cur.ſenior, qui id dicit not.in repe.char.16.colum.2.verſic. & ideò circa hanc.ff.de iureiu.& Anto.in c.vlt.extrà eodem.Cępo.cautel.273.ſecundum priorem computationem,& ſecundum poſteriorem.211.incipien. aliquis mutuauit. & Phil.Dec.in c.1.colum.21.verſic.tertiò accedat,extrà de proba. vbi id dicit mirabile.& conſ.146.cuius ſuperſcriptio incipit,dubia de quibus,colum.antepen.verſiculo quartò iſta concluſio. vbi id dicit ſing. & conſil.536. in cauſa,quę agitatur , colum.3.verſiculo tertiò reſpondetur.Sed quia hîc iuramentum deferri non poteſt conſanguineo, de cuius facto non agitur , ideò dixi ſuprà, precium arbitrio boni uiri æſtimandum,iuxta ea, quæ etiam diximus in ſimili,ſuprà eodem tit.§.2. gl.1. num. 27.quid igitur.

Decimonono quæro, an pater, mater, auus, auia , aut alij aſcendentes admittantur ad retractum rei venditæ à filio, nepote,aut cæteris deſcendentib. extante noſtra conſuetudine,qua quidem aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus in mobilibus tantùm,non etiam ĩ immobilib. vt cauetur ſuprà ti.17.qui eſt *de ſucceſſions.* §.7. qui eſt omnium huius voluminis conſuetudinum, 217.Retractus autem habet locum in mobilibus tantũ, vt ſcribitur in §.1.huius tit.& regitur omnino ſecũdum ſucceſſiones,vt tradit Maſuer.tit.de retractu in prin.& voluit etiam expreſsè noſtra conſuetudo ſuprà §.13.& etiam latè & ſæpe diximus,d.§.1.in gloſſ.8. in verbo , *le parent*, Cùm igitur aſcendentes non ſucedant in bonis immobilibus,conſequens eſt, vt nec eadem poſſint retrahere.Et ſic audio fuiſſe ex tempore,&(vt noſtri vulgò dicunt)ſuper campo iudicatum ab vno noſtrorum iudicum maximi nominis,nec minoris eruditionis,experiẽtiæ,& probitatis. 92 *An aſcendentes ad admitatur ad retractũ rerum à deſcendentium.*

Verum diſpeream, ſi non aliter iudicaſſet, ſi vel tantillum temporis iudicium diſtuliſſet:neque enim negari poteſt,quin iſti aſcendentes ſint coniuncti & conſanguinei,(vt vulgò loquimur)*parens & lignagiers* , deſcendentium:nec eos ſimpliciter abigit conſuetudo noſtra à ſucceſſione immobilium , ſed tunc tantùm , cùm ſuperſunt deſcendentes vel collaterales , vt expreſsè declarat dictus §, 217. quid igitur cauſæ eſt , vt repellantur à retractu , ad quem admittuntur non ſolùm ij , qui primum locum ſuccedendi obtinent , ſed & omnes conſanguinei vel remotiſſimi, modò ſint intra decimum gradum, vt declarauimus in d.§.1.in gl. 9.in verbo, *ou lignagier*,nume.23.ſed & id ita tamen vt proximus quiſque ſecundum ordinem ſucceſſionis præferatur,vt etiam cauetur ſuprà.§.11,& iterum.§.14 & ſeq.& diximus etiã latiſſimè in d. verbo, *ou lignagier*, nu.21. ex eo autem, & ſeq.& alibi ſæpe. Et bene facit, quod diximus in d.verbo,*le parent*,nu.13.ex his autem , & ſeq.Sed vereor,ne fruſtra in re apertiſſima tẽpus conterã:nec dubito, quin is, qui ita iudicauit,& cæteræ eruditorũ centuriæ,ſint huic noſtræ opinioni ſubſcripturę. 93 *De eadem re.*

Vigesimò quęro,quia ſuprà §.1.in glo.10,in verbo *dedans l'an*,in.17 q.tractauimus,an ad faciẽdam oblationem retractus , requiratur mandatum ſpeciale:quod nõ nullis,& mihi placuit: quid igitur, ſi quis conſtitutus ſit procurator ad faciendũ omnia præterquam ad petendũ reſtitutionem in integrum, & ſic exceptus eſt vnus caſus requirens ſpeciale mandatum : vtrum talis procurator poterit huiuſmodi oblationem retractus facere?Quod non placet in ſimili.Petr.Ancha.poſt Lap.in cap. qui ad agendum,col.1.verſ.tertiò not.de procurato.lib.6. & in alio ſimili in c.2.col.2.verſ. quæro Epiſcopus conceſſit, de offi. vic. libr.6. vbi dicit, quòd ſi Epiſcopus vicario cõceſſit,ut poſſit omnia,quæ ipſe Epiſcopus,facere, excepta collatione beneficiorum(ita ſacerdotia appellant) non poteſt tamen alia facere,quæ ſunt reſeruata Epiſcopo,niſi fuerint expreſsè demandata.Quod & repetit idẽ Ancha.in Rub.de reg.iur.eodem lib.6. colum 3. in 4.q. & ſequitur Fran.Aret.conſil.8.abundè, in fi. vbi id dicit procedere, ſiue ea exceptio non comprehendatur ex proprietate ſermonis, ſiue ex mente legis reſtrigẽtis verba ipſius legis vel ſtatuti,& iterum conſ.143.viſa conſultatione,colum.2.verſicul.cùm ergo ſtatutum. & Soc. conſilio 47.in primo, colum.2. verſiculo , ſed ad hanc. lib.1.& Feli.in c.quoniam frequenter, in princi.colum. 2.verſiculo, pro tanto dicit , extrà vt lit.non conteſtata, & Ludo.Gozad.conſi.26.in cauſa illuſtriſſimorum, col. 2.num.48. 94 *Procurator ad omnia,præter quam ad quempiam caſum requirentem ſpeciale mandatũ, an poſſit retrahere. Mãdatum generale , excepto uno caſu, in quo requiritur ſpeciale,an trahatur ad alia ſpecialia.*

Nam exceptio ( inquiunt ) venit ad diminutionem 95

*De eodem. Exceptio nõ extẽdit regulam vltra naturam.*

nem regulæ:ideò non debet operari augmentum,l.legata inutiliter.ff.de leg.1. cum ſimilibus, nec igitur debet includere caſus,qui aliàs in ea non includuntur:quia licet exceptio firmet regulam,non tamen eam extendit vltra naturam ipſius l.generali.§.vxori.& ibi Barto.& Albe.ff.de vſufruct.lega.cum alijs concord.adductis ab ipſo Fel.vbi ſuprà,colum.1.& Phil.Dec.in l.1.col.6. verſ. ſed quo ad alios.ff.de reg.iur.& in c.cùm dilecta, col.2. verſ.& vlterius,extra de confir. vti. vel inuti. & ante hos Alex.conſi.28.viſis & accuratè,colum.penul. verſiculo, non obſtat quòd exceptio,lib.1. quod repetitur conſilio 31.lib.2.& idem Alex.conſ.39.viſo ſtatuto, col.pen.verſicu.præterea reſpondeo,lib.4.quod etiam repetitur conſil.18.lib.6.& rurſus ipſe Alex.conſi.186.Zacharias, in fi.lib.6.& conſ.65.in cauſa & lite,in fi.lib.7.Corn. conſ. 57.placet mihi,colum.1.lib.1.& Barb.conſ.19.ſcripſit, colum.3.lib.1.& conſil.58.ſapienter, col.6.numero 10. lib.2.& conſ.2.à Ioue,colum.penul.verſicu. præterea eſt etiam,lib.3.& conſil.23.clementiſſimum, colum.3.lib. 4.& conſ.47.eiuſdem initij, colum.4.verſicu. præterea, eodem lib.4.Quibus adde Bald.in l.in his.ff.de legib. & Petr. Anch. [in cap.pen.colum.pen. de priuil.libr.6.&] conſil.152.plura.col.vlt.& conſ.178.viſis,col.2.verſ.ſecunda etiam ratio.& Paul.Caſtr.conſ.406.ſatisfaciẽdo, col.2.lib.1.vbi dicit no.tex.in d.§ vxori, & Ro.conſilio 107.circa id de quo quæritur.& Lud.Bolog. conſ.31. Ser.B.quidam,col.pen.verſ.& ſi dicéretur,Caro. Rui.cõſil.116.viſis his,colum.pen.num.17.lib.2. & conſ.119. viſo,col.5.nume.8.eod.lib.2.& conſi.61.ex themate.colum.4.num.9.lib.3.& conſ.90.ſuper his,col.3.nume.4. eo.lib.3.& conſ.60.in cauſa,col.6 num.11.lib.5. & Stepha.Bertran.conſ.324.quidquid dixerit, colum.vl.verſ. præterea ad id,lib.1.& conſil.117.ex literis, colum.penul.nume.10.lib.4.& conſ.150.uidi, paulò ante fi.eo. libr.4.

96 *Quomodo illud intelligitur.*

Vervm illa ratio obtinet,cùm facta fuit exceptio eius,quod in regula continetur. Tunc enim ea exceptio ſatis operatur,dum reſtringit regulam in eo quod excipit,vt in caſu d.§.vxori,qui veluti baſis eſt alterius ſententiæ:Quòd ſi ea facta fuerit rei cuiuſpiam,quæ in regula non continetur,tunc ne ea ſit inutilis & ſuperflua debet intelligi, vt ampliet regulam ſecundum qualitatem ipſius exceptionis,arg.l.ſi quãdo.ff. de lega.1.& c.ſi Papa. de priuilegijs,lib.6.cum ſimilibus. Ideoque in illo noſtro caſu, excipiendo vnum caſum, in quo mandatum ſpeciale requiritur, declaratur regula & ampliatur, vt omnia alia requirentia mandatum ſpeciale includãtur: vt poſt ipſum quoque Lapum nuncupatim voluit Dominic.in dict.cap qui ad agendum.§.1.verſic.ſed quæro an quod,de procurat.lib 6.& Alex.in l.vlt.col.1. verſic. in gloſſ.1.ff.quod quiſque iuris. & conſ.36. viſo themate & dubijs,colum.1.verſ.ad prædicta,lib.6.quod duplicatur conſ.203.lib.7.& Fran.Aret. conſ.30.viſo themate,colum.4.verſiculo, ſed tamen his non obſtat. & Phil. Dec.in ca.conſultationib.ad fi.per illum tex. extra de offi.deleg. & in d.l.1.colum.6.verſiculo, & prædicta concluſio,& alijs ſeq.ff.de reg.iur. ubi & id optimè & luculentiſſimè declarat & comprobat, vti etiam facit in d. c.cùm dilecta,in 5.notab.extrà de confir.vti.uel inuti. ut in illis locis uidere poteris,ne hìc diutius immorer.& nouiſſimè Ludo. Gozad. conſ.26.in cauſa illuſtriſſimorum,col.9.nu.49.

97 *An autem ſatis ſit hẽre mandatum faciendi omnia, quæ requirunt ſpãle mãdatum.*

Vigesimoprimò quæro conſequenter, an ſatis ſit,ſi quis dederit mandatum faciendi omnia, quæ requirunt ſpeciale mandatum: an ſaltem ſufficiet mandatum retrahendi pro conſtituente omnia,quæ à ſuis conſanguineis uendita fuerunt,aut poſthac erũt:an uero denique requiritur expreſſio rei uenditæ emptoris & uenditoris.uerbi gratia, retrahendi talem domum uẽditam à tali ſuo conſanguineo tali emptori,Dic,ſecundum ſufficere.primum minimè:ut uidere licet ex Bartol.& alijs in l.Titius,in prin.ff.de libe. & poſth. in l.filiusfamilias. ff.de don.Bal.Ang.& Sal.in l.1.C.etiam per procur.Bal. in l.4.§.quæſitum, col.4.uerſ. & ex hoc infert. ff. ſi quis cautio.ubi ita dicit communiter teneri.Pet.Ancha. in c. procurator,de elect.lib.6.Alex.qui alios citat conſ.189. viſo ſtatuto,col.2.verſ.quartò probatur.li.7. & diximus in noſtris legib.connubialibus,in gl.7.in uerbo, *expres*, nu.109.ſimiliter ſunt.

98 *Si vẽditor promiſit euictionem, quocunque modo res euincatur, an tenebitur, ſi retrahatur à conſanguineo. Promiſſio euictionis, quomodocũque res euincatur, trahitur ad quãcunque euictionem.*

Vigesimosecvndò quæro,Quia etiam in d. §.1.in gloſſ.9.in uerbo,*ou lignagier*, nu.34. ſed hæ rationes,& iterum nu.55.ſed id tamen,diximus uenditorem non teneri de euictione ob euictam rem à conſanguineo ſuo,iure huius retractus, niſi expreſſim in hunc caſum retractus de euictione promiſerit: quia euincitur res ex natura negocij: nec ſufficeret generaliter de euictione cautum eſſe:Quæro igitur,ſi promiſit de euictione, quomodocunque res euinceretur: an tunc tenebitur de euictione retractus.Et ſanè habemus glo.not. in l.cùm pœna.ff.de arbi.quæ dicit,ſi ita promiſſum ſit, venire quãcunque euictionem,etiam quæ aliàs ex natura actus non comprehenderetur.& eam expendunt Bal.Floria.& Bolo.ibi. & idem Bald.in l.ſi domus.§.de euictione, & ibi quoque Imo.& Alexan.uterque poſt princ. ff. de lega.1. & ipſe Alexan.qui eandem dicit not conſilio quarto, Viſo proceſſu,col.prima,verſiculo,& per hoc,libro.tertio. & eandem dicit reputari ſingu. conſilio 102. viſo themate,colum.2.verſiculo,pro hoc facit,libr.6. & Angel.Aret.in §.ultimo colum.item ult.Inſtitut. de emp.& uendit. ubi & eam dicit ſingu. in id, ut ſi res ſit euicta per compromiſſum uel tranſactionem, ſit tamen locus euictioni, ſi ea ita, vt ſuprà, fuerit promiſſa. Barba qui eam quoque dicit reputari ſingu. conſil.12. ſcribitur, colum.8.libro 1. vbi ex ea dicit quòd huiuſmodi uerbum uniuerſale copulat maiora expreſſis, etiam ex cauſa non conſiderata à iure.& Ludo.Gozad.conſilio 14.prima facie,colum.penul. nume.22. & conſil.63.uidetur,colum.2.num.3.& conſ.83.in cauſa, colum.5.numero 18.& conſil.103.uidetur primo, colum.2.in prin. Verùm nunquàm putarim eam glo. ad hunc caſum eſſe trahendam, cùm hæc euictio procedat ex ipſo contractu ab eodem facto, à quo euincitur. Pro ea autem gloſſ. ſententia, & contra eam faciunt multa, quæ nos adduximus ſuprà §.1.in gloſſ.7.in uerbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*,numero 20. quartò intellige, cum octo ſeq.

99 *Si uẽditor dixerit emptori rem non eſſe obnoxiam retractui, tenebitur de euictione ſi retrahat.*

Sed vnum tamen hoc in loco non prætermittendũ ducimus,quod tibi maximè eſt annotandum,quòd ſi vẽditor dicat emptori fortè extraneo, aut aliàs veriſimiliter ignorãti conſuetudinẽ huius loci,eam rem,quam vẽdit,non eſſe obnoxiã retractui: certè ſi retrahatur, tenebitur venditor de euictione, tametſi res ex natura negocij euicta eſt,vt apertè patet ex not. à Cy. Bart.Bal.Paul. Caſtre.in l.ſi familiæ.C.fami.erciſ.Franc.Aretin.conſi. 3.conſultatio,colum.1.Franc.Cur. Seniore conſilio 49. memorię recolendę,colu.18.verſi.ad quintum argumẽtum,& conſi.ſequen.quod eſt eiuſdem initij.colum.68. verſ.ad decimũ argu.& Fran. Rip.lib.1.Reſp.defuncto, nu.62.& duobus ſeq.& eſt bonus tex.in l. hæc diſtinctio,in prin.ff.loca.

100 *An filius, qui uendidit rem patris, eique poſtea mortuo ſucceſſit, poſſit retrahere.*

Vigesimotertiò, quia etiam ſuprà in eod. §.1.in d.verbo, *ou lignagier*,nu.46. at multò maius, cum multis ſequen. tractauimus, an filius,qui patri ſucceſſit, poſſit retrahere rem à patre viuente venditam:Nunc iterum quæro,quid ſi filius ipſe vendidit rem patris adhuc viuentis, eique poſteà mortuo ſuccedit, ob idque venditio robur ſumere uidetur, l.rem alienam. ff. de pig. act. cum ſim.an ipſe eam rem poterit retrahere.Boer.in hoc eodem titu.*de retraictz*, conſuetudinum Bituric. §.3. in fin.hanc quæſtionem poſuit,nec tamen decidit, ſed tan-

tùm re-



*Filius an poſſit liberare debitores patris.*

tùm remittit ad Bart.in l.filiusfamiliàs.ff. de ſol. & in l. Stichus.ff.de pecu.lega.& Pau.Caſt.in l.filius paciſcẽdo. C. de pact. Verũ ipſe Pau.ibi de hac re nihil aliud quam remittit ad Dy. & Bart.in d. l. filiusfamiliàs. Sed nec ipſe Bar. in d.l.Stichus, de ea re loquitur, nec in d.quoque l.filiusfamiliàs, niſi quòd tractat poſt Dy. ibi aliud quippiam ſimile,an ſcilicet, ſi filius liberauerit debitores patris adhuc viuentis,& poſteà eiuſdem mortui hęres extiterit,& agat aduerſus ipſo debitores, obſtabitne ei exceptio.

101 *De eadem re.*

De qua re etiam (vt illi addas) videbis apud eoſdem Dy.Bar.& Alex.in huius addi.in l.cũ dominus. §.filius. ff de pecu.leg.Alb. in Rub. eiuſdem tit.nume.5.& in d. l.filiusfamiliàs,de ſolutio.Spec.in titu.de pact.§.inſtrumentum,in fi.Bal.Paul.Caſt. Alexan.& Iaſ.in l.iuriſgẽtium §.ſi ante.ff.eo.tit.de pact. Petr.Anch.in c.quamuis, col.2.verſi.tertiò quærit, & ibi quoque Domi.colum.3. verſi.quid ſi filius,& Georg.Nat. in repe.col.18.verſi. quid autẽ ſi filius. eo.quoq; tit.de pact. lib.6. Nico.Neapo.Pau.Caſt.Alex.Fran. Areti.Iaſ. Hercula.& Thomam Parpal.in l.2.§. quòd ſi patris, verſ. item ſi voluntate.ff. ſol.matr.Rapha.Fulg. & Pau.Caſt.in l.vlt. C.de pac.Iaſ. & Phil.Dec.in d.l.filius paciſcendo, eod.tit.eundẽ Dec. in l.qđ.in initio, col.1.verſi.ſimiliter liberatio.ff.de reg. iur.Io. Crot. in repetitio.l.frater à frate, in 22.quæſt.ff. de condi. indebi.

102 *De eadem re.*

Sed hæc res profecto nihil omnino pertinet ad noſtrum retractum,de quo hìc tractamus,nec conſequẽter ad quæſtionem à Boër. propoſitam, quia eiuſce rei cardo in eo tantùm vertitur,an filius, poſt quàm ſucceſſit patri,poſſit venire aduerſus id, quod patre ipſo viuente inutiliter fecerat, de quo etiam uidebis text. in l.ſed Iulianus.§,ſed & ſi filiumfamiliàs.ff.ad Senatuſc.Macedo & Guid.Suz.& Albe.in l.cùm vir. ff de vſucap. & in d.l.filius paciſcendo,& quod in ſimili ſcribitur in l.filiã fratribus.ff.ad Senatuſ. Treb. Nam quod ad caſum noſtri retractus pertinet, ſatis conſtat ipſum uenditorem non poſſe retrahere ſuo ipſius nomine & commodo, vt latè diſputauimus in d.verbo,*ou lignagier*, nu.30. ſed & illud,& multis ſequen. Et idem quoque in caſu Boër. nuncupatim voluit Ferro.in conſuetud. Burdig. hoc tit. §.16.verſ.propone viuente patre. Vtrum autem filius poſt mortem patris poſſit ad ſe aduocare rem ſuam aduentitiam, à ſe viuente & neſcio ipſo patre venditam, vide latè per Signo.conſ.136.filiusfam.

103 *An qui vẽdidit,et poſtea ſucceſſit ſuo conſanguineo, poſſit vt hæres illius retrahere.*

Sed hìc ſuboritur id dubium,& hæc erit 14.quæſt. Si quis vendiderit rem ſuam immobilem,& poſtea ſucceſſerit fratri aut alteri ſuo conſanguineo,qui ipſe poterat retrahere iure proximitatis:an tanquam hæres iſtius fratris,aut alterius cõſanguinei poterit retrahere?Quod videtur:nam ſi id ius competebat illi fratri aut conſanguineo,vt certè competebat,adeò vt ei iam eſſet ius quęſitum à tempore venditionis, etiam ante oblationem,vt diximus,& probauimus ſuprà,in d.§.1.in gl.9. in verbo, *ou lignagier*,num.105.huius autem dubij. Cur nõ idem eius hæredi competet,qui in omne ius illius ſuccedit, & iure quoque eius vti debet,l.qui in ius.ff.de reg.iur. & vt ſcribitur in l.hæredem.ff.eod.tit.hæredem eiuſdem poteſtatis iuriſq; eſſe,cuius fuit defunctus,conſtat:præſertim cùm id ius retractus ad hæredem conſanguineum tranſmittatur,vt ſatis patet ex ijs, quæ diximus ſuprà §. 26.in glo.1.num.3.ſed quod diximus,& ſequen.nam & iura familiaria ad hæredes eiuſdem familiæ tranſmittũtur,l.familiaria,& l.ſeq.ff.de relig.& ſump. fun. & l.ius familiarium.C.eodem titu. Nec huic obſt. quòd nondũ ille frater aut cõſanguineus id ius retractus in iudicium deduxerat: nam & ſola ſpes deſcendens ex lege municipali, ad hæredes tranſmittitur; vt per multa iura tradit Signo.conſ.191.in quæſtione,poſt princ.

104 Et hæc ſententia hac contraria ratione fulcitur:Nã hæres iure proprio poteſt rem à ſuo prædeceſſore uenditam reuocare,licet ille ſuus prædeceſſor non potuiſſet.l. Seia.ff.de euictio.& l.ſi tibi, & l.vlt.C. eodem titu. Ex quo etiam videmus,quòd conſanguineus venditoris poſteaquam ſucceſſit ipſi venditori,poteſt nihilominus retrahere ſuo iure, quamuis venditor ipſe non potuiſſet, vt ſatis probat tex.in c.conſtitutus,extrà de in inte.reſti. & latè diximus ſuprà,in d.verbo,*ou lignagier*,nume.46. at multo maius,cum multis ſequen.Ex quo & illud quoque conſequens eſt,vt hæres iure defuncti poſſit etiam rem à ſe venditam reuocare,& retrahere: quamuis ipſe iure proprio non potuiſſet:argumento illo à contrarijs, ſiue oppoſitis,quod in iure ualidum eſt, l.quod in rerũ. §.ſi quid poteſt.ff.de leg.1.& l.vlt.§.1.ff.de leg.3.cũ alijs multis concord.traditis à Philip.Dec. in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur. *De eadem re.*

105 *De eadem re.*

Ego tamen contra cenſeo:nam id ius nemini competit tanquam hæredi ſimpliciter,ſed tanquam conſanguineo. Conſuetudo enim ad id vocat conſanguineum tantùm:nam & ſi conſanguineus hæredem extraneũ relinquat,id eſt non conſanguineum, ad eum non tranſmittit id ius, etiam iam intentatum, id eſt, iudicium iã dictatum,inſtitutum,motum:vt dicit Ioan. Fab.in §. ex contrario,in fin.Inſtitu. de lega. & licèt id nonnihil dubium ſit, vt patet ex ijs quæ diximus in illo.§.26.gloſ.1. num.3.ſed quod diximus:tamen ſi nõdum id ius ſit intentatum,minimè gentium dubium eſt. Vẽditor autem ſui ipſius non eſt conſanguineus, cenſeturque quantum ad venditionem à ſe factam hac in parte extraneus, & huius retractus omnino incapax, ut dictum eſt in d.verbo,*ou lignagier*,num.30.ſed & illud & multis ſeq.nec ea qualitas hæredis ei quicquam prodeſſe poteſt,niſi & ipſe ex ſua ipſius perſona capax ſit, ut dictum eſt. Id eſt, quis tanquam hæres alterius,ad hunc retractum venire non poteſt,ſed ſolum tanquam conſanguineus. Hic autẽ veniens ad ſucceſſionem, non magis fit conſanguineus ſui ipſius, quàm ante eſſet: quomodo igitur ad retractũ venire poteſt?

106 *An conſanguineus cum re retracta retrahat rẽ cõmiſſam.*

Vigesimoqvintò quęro,Quid ſi ante retractum conſanguinei res quæpiam quæ tenebatur in emphyteuſim aut feudum à caſtro vendito, cecidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem,aut aliam quampiã causã:nihil enim hic de cauſa curatur: an retractu facto hæc res maneat emptoris, an verò ad conſanguineum cum caſtro retracto tranſeat? Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali, Ad quam quęſtionem nonnihil faciunt, quæ tractabimus titu. ſequen. in fin. in 14.quæſtion. an videlicet, quę alluuione accreſcunt rei venditę poſt venditionem ante retractum, cedant emptori, an venditori, qui poſteà ex lege venditionis retrahit. Sed præter ea videtur id, de quo quærimus, manere emptoris, per id quod in ſimili ſcribitur in l.vſufructu legato. ff.de vſufruc.ſi vſufructuarius in poſſeſſionem miſſus ſit vicinarum ædium ex cauſa damni infecti, is iure dominij poſſidebit, nec vſufructu finito quidpiam amittit.

207 *De eadem re.*

Ex quo noſtrates illud aſſumunt, laudimia & renouationes (quas vocant) cedere vſufructuario, non domino:& inter hos Oldr.conſ.24. quòd dominæ.Io.And.in addi. Spe. tit.de loca. §.nunc aliqua, verſi.93. ibi, habeo plenius,Gul.Cu. loquens de patre uſufructuario rerum aduentitiarum filij, in l.ult. §. filijs autem. C. de bonis quæ libe.Alberic.in d.l.uſufructu legato,colum.2. verſiculo item quęro aliam.ff de vſufruct.& in Rub.C.eod. tit.poſt prin.Pau.Ca.qui tamen non omnino firmat, in l. 2. poſt princ.C. eod. quoque tit. Alex. in l.diuortio. §.ſi fundum,col.pen.ff.ſolut.matri.Guid.Pap.deciſ.Delphi. 477.vtrum proprietarius,verſ.ſed ad quem pertinebunt Iaſ.in vltim.colum.11. verſicu.quintò quæro. C.de iure emphyt.Benedic.in c.Raynutius. in verbo,cætera bona. nu.33.de teſta.Boer.in conſuetud.Biturig.ti.de conſuet. *Laudimia cedunt vſufructuario.*

feu.

feu.§.9.& nouiſſimè Moder.Pariſ.in conſuet. Pariſ titu. 1.§.1.glo.1.nume.28. Quæ ſi habent locum in vſufructuario, multo magis in domino. Conſtat autem hunc emptorem ante retractum eſſe verum dominum, fructusque ſuos facere, vt diximus ſuprà.§.15. in glo.2. nu. 3.ex eo autem, vti ſimiliter in retractu conuentionali dicemus tit.ſeq.§.5.gl.2.in princ.

108 *De eadem re.* ET in hanc quoque partem facit tex.in l.cùm maniſeſtiſſimi.§.ſed cùm in ſecundam.C.de furt. vbi ſi commodatarius pœnam furti à fure exegerit, non tenetur poſtea eandem domino reſtituere. Et quod tradit Angel. poſt Franc.Tig.in l.at vbi.ff.de petit.hæred.omnia dotis incrementa, quæ durante matrimonio contigerunt, ad virum pertinere, nec ea ipſum teneri reſtituere ſoluto ipſo matrimonio, per l.dotis fructus.ff.de iur.dot.& l.pro oneribus.C.eo.tit.quod ſequitur,& dicit valde not. Frã. Cre.ſing.58.ſi maritus.Nec huic ſententiæ afferunt præiudicium l.quoties.& l.non ſolum.ff.eodem quoque tit. vbi maritus ſoluto matrimonio vna cum dote debet reddere duplum, quod ipſo euictionis nomine, & quicquid occaſione dotis conſtante matrimonio conſecutus eſt.Quia hæ leges loquuntur de his quę ab vxore vel patre eius vir cõſecutus erat, vt Ang.& Cremen vbi ſuprà, etiam annotarunt. Et vt illis addas, certè illud ſpeciale eſt in eis legibus fauore dotis, vt nuncupatim declaratur in d.l.quoties. ex qua etiam intelliges, aliud eſſe in ſimplici venditione.Et faciunt etiam ad hanc partem tex in d.l.diuortio.§.interdum.& §.ult.ff.ſolu. matr. & quod à Frã.Rip.reſponſum eſt, libro reſponſ.primo, defuncto, nu.65.& multis ſeq.

109 *De eadem re.* IN contrariam autem ſententiam nos uocat text. in primis no.in l.bouem.§.ſi quis ſeruum.ff.de ædil.edict. ubi cùm res empta redhibetur, tenetur emptor reddere uenditori redhibenti quadruplum, quod actione ui bonorum raptorum conſecutus eſt, ob rem raptam ante redhibitionem. Quem text.dicit not.Bal.in l.ſi prædiũ, col.3.verſ.ſednunquid agens.C.de ædil.act.in id quidẽ ut emptor teneatur redhibita re uendita reſtituere mulctas, quas ratione ipſius rei adeptus eſt. & eſt ſimilis tex. in l.item Mela.§.ſi in eo.ff.ad leg.Aquil.Et faciunt etiã, quæ in ſimilibus traduntur in illa d.l.diuortio.§. non ſolum, uerſ.quare etiam ſi maritus,& rurſum in d.§.ſi fundum, ſol.mat. & in l.ſi uero, in prin. uerſ.item quicquid, eo.quoq; tit.& l.cùm in fundo, in prin. & §.1.ff. de iure dot.& l.quam Tuberonis.ff.de pec. & l.inter ſocerum.§. cum inter.ff.de pact.dot.

110 *De eadem re.* ET quod Doct.crebriori calculo voluerunt, maritum ſoluto matrimonio teneri reddere vxori bona immobilia, quæ occaſione caſtri dotalis conſecutus eſt ex bonorum confiſcatione facta conſtante matrimonio: de quo nos latè diximus ſupra eodem tit.§.10. glo.1.num. 19.porrò. Vt interim omittam, quod reſpondit Oldra. conſ.240.ſuper eo quo quæritur, feudum vel emphyteuſim commiſſam cedere lucro proprietarij, non vſufructuarij, niſi quantum ad fructus ipſius, qui obueniunt durante vſufructu, per multa in eam rem allegata, quæ inibi videre poteris.& idem voluit Ioan.And.præceptorem non memorans, in addit.Spec.d.tit. de loca. d.quoque verſ.93.ibi, adhuc quæritur ſi res. & Alb. in d.Rub. C.de vſufr.colum.1.verſic.item quæritur ſi in caſtro. & in d.l.vſufructu legato, colum.2.ff.eodem tit.Gui. Pap. d.dec.477.verſ.ſed ad quem pertinet commiſſum.Iaſ.in d.l.vlt.col.11.uerſ.retento eodem themate, qui eſt ſub 5.q.C.de iure emphy.Bened.ubi ſuprà ad fi.nu.33. Stepha.Bertr.conſ.ult.in 4.dubio, in fi.lib.1.

*Commiſſa an cedant lucro proprietarij, an vſufructuarij.*

111 *De eadem re.* ET in hanc partem multum facit hæc ratio: quia res, quæ cadit in commiſſum, redit, unitur, conſolidatur cum re, à qua prius ſegregata, ſecreta, ſeparataq; fuerat per conceſſionem feudi uel emphyteuſis. Ideoque cẽſeri debet eiuſdem naturæ & qualitatis, atque res ipſa principalis, eamque ſequi debet apud quemcunque maneat, ſiue apud emptorem, ſiue uenditorem, ſiue conſanguineum retrahentem, ut in ſimili dicitur in §. ult. Inſt. de uſufr, Nec dici poteſt res ipſa eſſe in fructu, quin potiùs res eadem ſit: cùm fructus ſit acceſſio à re diſtincta, ex qua is producitur.d.l.uſufructu legato, & l.itẽ ſi fundi, in prin.ff.de uſufruct.cum ſimil. Tu tamen ad huius quæſtio.deciſionem, uide quæ ſcripſimus ſuprà §.10.gl. 1.nu.18.cæterum,& duob.ſeq.& infrà tit.ſeq.in fi.in 14. q.& Moder.Pariſ.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1.gl.1.in 2.3. 4.& 5.q.ubi uidebis multa ad hanc rem pertinentia.

112 *Si emptori proprietatis acceſſerit uſusfructus, an cõſanguineo retrahenti accedet.* VIGESIMOSEXTÒ quæro, Supra §.1.in gl.7.in uerbo, *ou autres choſes cenſe'es pour immeubles*, nume.62. nec tantum dubij, tractauimus, ſi uſufructuarius rei immobilis proprietatem eiuſdem emat, an retrahente conſanguineo, ille ſibi uſumfructum retineat, an uerò cogatur ipſe uſufructuarius ei cedere cum proprietate. Nunc uerò è diuerſo, ſi quis primò acquirit proprietatem, deinde uſusfructus proprietati conſolidatus eſt, uel morte uſufructuarij, ſecundum §.ult, Inſt. de uſufru. cum ſimi. uel quia ipſe proprietarius emit commoditatem uſusfructus ab uſufructuario, atque ita uſusfructus extinctus eſt,& cum proprietate confuſus. Poſteà conſanguineus uenit ad retractum eius rei: an apud emptorem manebit uſusfructus, an uero una cum proprietate tranſibit ad cõſanguineũ? De qua re ſcribit etiã Moder. Pariſ.in illis ipſis commentarijs conſuet.Pariſ.tit.1.§.30.num.179.& ſeq.& concludit, quòd ſi uſusfructus morte uſufructuarij fuerit conſumptus, rem emptam integram & ſine retentione illius tranſire in conſanguineum, uel dominũ feudalem, uel uenditorẽ, qui redemit ex pacto uenditionis.nam de his omnibus ſimul tractat.

113 *De eadem re.* SI uerò (inquit) uſusfructus fuerit emptus, aut aliter acquiſitus ab ipſo uenditore, tunc commoditas illius apud eum manebit, quamdiu uiuet primus ille uſufructuarius, à quo eum redemit. Sicuti in ſimili dictum eſt in illa quæſtione diuerſa, in qua uſufructuarius emit proprietatem.Sed tamen inter hæc duo illud intereſſe, ut in hoc caſu ſcilicet cùm uſufructuarius emit proprietatem, relinquitur præciſè uſusfructus emptori, nec cogitur eius æſtimationem accipere. Cum uero econtrario proprietarius emit uſumfructum, & tunc aut emit ab eodem qui primùm proprietatem uendiderat retento uſufructu,& hoc caſu utrumq; retrahitur refuſo utriuſque precio, Aut emit ab alio,& iterum diſtinguit, ut ſuprà inter extinctionem & conſolidationem naturalem ex morte uſufructuarij,& emptionem commoditatis illius. Tu uerò ad eius ſcripta adde duos tex. qui ad hanc quęſtionem decidendam magnum præbent adiumentum, in l.non quocunque.§.fundus.ff.de lega.1. & in §.ſi cui.Inſt.de lega.& utrobiq; gl & Doct.

114 *Alia quęſtio retractus.* VIGESIMOSEPTIMÒ idẽ Moder.Pariſ.in d.ti. 1.§.3.in 7.q.quærit, utrum retrahens teneatur reſtituere emptori ſua iura confuſa in ſpecie ſiue in ſubſtantia: an verò poſſit eorum pecuniam refundere: & ſi id ultimũ poſſit, vtrum ſufficiat, circumſcriptis, id eſt, ſublatis & expunctis onerib. id quoq; qđ deeſt iuſto precio rei vẽditæ, reſtituere: an verò teneatur etiam iuſtam horum æſtimationem refundere ultra conuentum rei precium. Illum omnino uide; nam licet loquatur in retractu feudali, tamen idem omnino & in retractu municipali, & conuentionali locum habet. Et hæc adde ad ea, quæ diximus ſuprà in d §.1. in d.glo.7. in verbo, *ou autres choſes cense'es pour immeubles*, numero 62. nec tantum dubij, & ſequen.

115 *Alia quoque.* VIGESIMOOCTAVÒ quæro, Conſanguineus fecit oblationem emptori, eumque interpellauit & requiſiuit, ut ſibi ceſſionem faceret ſecundum noſtram cõſuetudinem ſuprà §.1.& continuò emptor moritur ſine citatione,& nullla alia re facta: an neceſſe ſit iterũ & ex integro



integro offerre hæredi, eumque interpellare. Et id vtiq; diſces ex text.gl.& Doct.in l.fideiuſſor obligari.§.vlt. ff.de fideiuſ.& ſcriptis à Ioan.Fab. in l.in minorum. col. 1.verſicu.item quid de hærede.C.in quib.cau. in integ. reſt.eſt neceſ. Et idem quoque dubium fieri poteſt in retractu conuentionali.

116 *Alia item.* VIGESIMONONÒ, Teſtator relictis duobus liberis, prohibuit ab ijs alienari fundum quempiam,& ſi contra fecerint, eum in Claudium transferendum iuſſit: eo fundo à liberis alienato, controuerſia eſt inter cõſanguineos & Claudium.illi enim ex noſtra conſuetudine admitti uolebant ad retractum, Claudius autem ex teſtatoris diſpoſitione. In qua ſpecie dominus Ferro. in conſue.Burdig.hoc tit.de retractu.§.1.colum.3.verſicu, addidimus, dicit præferendos conſanguineos. Nam cũ viuus teſtator eos à retractu excludere nõ potuiſſet, nec ſuo quoque teſtamento, quo Claudium admitti uoluit, id facere potuit, cum legis beneficium eis adimere non potuit, l.cerdonem.ff.de ope.libe. Cui adde quę diximus ſuprà hac eadem glo.nume,7.veruntamen.

117 *De eadem re. Prohibitio alienationis facta intuitu certæ perſonę valet, & impedit alienationem.* NOS tamen contra (quod pace eius viri dictum ſit) arbitramur. Illud enim planum eſt, hanc teſtatoris prohibitionem, quæ (vt ipſe fatetur) ualet, cùm facta eſſet intuitu certæ perſonæ, impedire eius fundi alienationem, dominiumque transferri, l.peto.§. ult. & l.cùm pater. §.libertis ff.de leg.2.& l.pater.§.filiam.ff.de leg.3. & uoluerunt glo.Cyn.Bar.Bald. & alij.in l.ea lege.C.de cõdict.ob cauſ.Ex quo conſequens illud fit, vt nec locus ſit retractui, ex ſententia Pau.Caſtren.conſ.74. in cauſa mota, poſt prin, rurſumque colum.2.uerſicu.& idem dicendum eſt, lib.2.& Cæpo. conſi. cauſarum ciuilium 44.in quæſtione, colum.2.& latè diximus ſuprà in §.1. in gl. 2.in uerbo, *à uendu*, num.5.ſed hic ſcire, cum multis ſequen.præſertim in præiudicium Claudij, ad quem res redire debet ob contemptam teſtatoris uoluntatem, reſciſſa illa uenditione.

118 *An conſanguineus re euicta poſſit recta agere cõtra primũ venditorem.* TRIGESIMÒ quæro, Suprà in 9.q. diximus emptorem, quia admiſit conſanguineum ad retractum, teneri re euicta à conſanguineo de ſuo facto & culpa tantum. Poteritne igitur agere conſanguineus recta aduerſus primum uenditorem? Et certè in alijs uenditionib. uoluntarij ſſunt qui dicũt poſſe; alij ſecus, niſi ceſſę ſint omnes actiones, uel quodam caſu hypothecas habeat. de quo uide text.in l.ſi res quam à Titio, & ibi Albe. ff. euic.glo.Bar.Bal.& Angel.in l.ſi pro re.§.1 ff.eodem tit. Bar.in l.ſi rem, la 2.eo.quoque tit. & in l.Iulianus. §.1.& ibi latius Imo.& Recentiores.ff.de uerbo.obl.Bald.in l. 1.colum.pen.uerſicu.quæro hìc, an ſingularis.C. de rer. permu.& in l.1.in fi.C.de iur.dot.Imo. in l.ſi domus. §. 7.colum.ult.verſi.ſed hìc occurrit.ff de leg.1. At hic uenditio ſiue ceſſio facta eſt conſanguineo ab emptore non ſua ſponte, ideò non tenetur de euictione, niſi ex ſuo facto aut culpa. Itaq; ceſſante illo ſuo facto aut culpa, non poteſt conſanguineus aduerſus eum agere. Conſequens eſt igitur, ut aduerſus priorem uẽditorem agat, ut etiam in hoc caſu nuncupatim tenet Ferro. qui alia quædã allegat in cõſue.Burdig.hoc tit. §.3, col.2.verſ.quid ſi res.

119 *Si debitor annui reditus eo ſe liberet data pecunia, an ſit locus retractui.* TRIGESIMOPRIMÒ, Titius debet Sempronio vectigal quodpiam annuum prædiarium aut generale ſuper omnibus bonis, ſi ipſe Titius data Sempronio pecunia huiuſmodi vectigal extinguit, & vt noſtri uulgò loquuntur, admortizat, an conſanguinei Sempronij poterunt id vectigal redimere reſtituto precio venditionis? Et certè quantum ad vectigal prædiarium habemus conſuetudinem expreſſam ſuprà §. 33. vbi nos aliquid diximus. Sed quod ad alterum generale uectigal pertinet, multum refert, an id fuerit venditum cum eo pacto, vt redimi ſiue admortizari poſſit reſtituto pretio, & tũc haud dubiè ſi ex eo pacto redimatur, non erit locus retractui, non magis, quàm in alijs rebus ita uenditis, & poſtea retractis, ex ſententia Paul.Caſtrenſ. conſil.74.in cauſa mota per dominam Dorotheam, col.3. uerſ.concluditur, & ſeq. vſq; ad fi.conſ.lib.2. & latè dicemus infrà tit.procedente §.1.in glo.7.in verbo, *ſeront preferez*, vbi huius rei eſt expreſſa conſuetudo.

120 *De eodem.* AN verò ſine eo pacto, ſed ſponte contrahentium? quo caſu & illud diſtinguendum eſt, an in continenti, id eſt, vt à pleriſque intelligitur, antequàm partes diuertant ad alios actus, eæ diſcedũt ab emptione & uenditione huius uectigalis; & tunc nullus quoque ſit locus retractui, ſecundum no.in l. ab emptione. ff. de pac. & quæ latè dicemus tit.quoque ſequen. §.6. gl.2.in verbo, *les loyaulx couſtumes*, numero 5.nunc tempus eſt, & multis ſeq.& alibi quoque diximus. An denique ex interuallo: & tunc ſecus uidetur. quid enim id aliud eſt, quàm emptio & venditio huius vectigalis ſiue penſitationis, cùm in ea interueniat & merx & precium? merx quidem immobilis, aut quæ pro immobili cenſetur, vt latè diximus ſuprà §.1, in glo.6.in verbo, *rentes*, vbi etiã cauetur retractum habere locum in venditione huiuſce vectigalis. quod & repetitur in §.6.

121 *De eodem.* NISI hìc dicas huiuſmodi admortizationem eſſe potius diſtractum, quàm contractum, ideoque non eſſe locum retractui, vt nuncupatim reſpondit Pau.Ca. d.cõſil.74.col.vlt.ver.videndum eſt, lib.2. Sed nos de huiuſmodi ratione latè diximus in §.1.in gl.2 in verbo, *à vẽdu*, nu.38.ſed & illud quæro,& ſeq.vbi ea res non admodum nobis probatur. Niſi fortè in diſtractu liberatorio, cuiuſmodi hic eſt: cum videamus fauore gratiaque liberationis multa à noſtris legibus introducta, vt ſcilicet confeſſio extraiudicialis abſente parte facta valeat ad liberandum, licet non ad obligandum, vt pleriſque placere video, & inter cæteros gloſſ. in l. non ſolùm noſtrum. §. ſi liberationis verba. ff. de libe. leg.& Bald.in l.is qui hæres, in princip. ff.de acquir.hæred.& conſ.14. Antonius, col.2.uerſ.nonò quia maritus. lib.2.& conſi.466.an creditor, col.1.lib.4.& alibi ſæpè. quanquam & alij multi contrarium tenent, de quo nos alibi latiùs tractabimus. Et ubi agitur de liberatione, ſi non ualet quod ago ut ago, ualet vt ualere poteſt, l. ſi unus.§.ſi acceptilatio.& ibi Barto.& alij.ff.de pact. & l. & poſt rem.§.ult.ff. de trãſact.Sig.conſ.90. Ambroſius, col.2.nu.7.&.ualet liberatio ſine cauſa, l.tale pactum, in prin.ff.de pact.& omnes præſertim Recentiores, in l.creditori tuo.C. de pact. licet ſecus in alijs pactis, p d.l.creditori,& ibi glo.& alij. Et aliàs ſæpe, & multis iuris articulis, uidemus liberationes eſſe admodum fauorabiles, ut quæ tendãt ad libertatẽ, rerũ omniũ fauorabiliſſimã.

*Liberatio fauorabilis.*

122 *De eadem re.* SED & aliud eſt, quod hanc partem tueri poteſt, ut ſcilicet retractus locum habere non poſſit. Nam cùm debitor huius annui uectigalis, eo ſe liberat, ſiue pecunia data, ſiue alio modo, id omnino extinctũ eſt & confuſũ, ut de ſeruitute dicitur in l. ſi tibi homo. §. ult.ff. de le.1. Ideò reuiuiſcere non poteſt, quod funditus ſublatum eſt quia etſi de nouo res perempta inſtitui poſſit, non eadẽ tamen res erit. l.qui uſumfructum areæ. ff. de uſuf.& l. qui res ſuas.§, aream.ff.de ſolut.& l.ſi nauis.ff.de rei uẽd. Ex quibus & illud conſequens fit, vt ea res à conſanguineo redimi non poſſit, ſed tanquam re perempta hic debitor maneat liberatus à ſtatuti neceſſitate, l.quod te.ff. ſi cert. pet. Quibus rationibus innixus Bald. conſil.300. ſtatuto cauetur, in fi.lib.1.ſcribit in caſu ſtatuti concedẽtis facultatem conſanguineis venditoris retrahendi rem venditam, ſi dominus emphyteuſim emerit,& ita dominium vtile.cum directe confuſum eſt, nõ eſt locus retractui ex ſtatuto, de quo nos & aliquid diximus ſuprà.§.1. in glo. 5. in verbo *ou autres choſes* num.60. ego verò. Et vide quæ ſcripſimus ſuprà eod.tit.§.1.in gl.10.in verbo, *dedans l'an*, in 15.quæſt. Super quo tamen paulò amplius cogitandum relinquimus.

TRI-

123 *An res efficiatur litigioſa, quòd ea petitur ex cauſa retractus. Sed an in id requiratur litiscõteſtatio.*

TRIGESIMOSECVNDÒ quæro, ſi emptor nolit conſanguineum offerentem admittere, & patiatur ſe in ius trahi in cauſa retractus, an ob huiuſmodi litem cõteſtatur res eſſe litigioſa, ita ſcilicet, vt amplius durante lite alienari non poſſit. Et ſanè Matth. Afflict. in tract. πρωτο μίξεος, in verbo, vt intra 30. dies, col. 3. verſiculo ſextò in nota. poſt Seba. Neapod. in tract. de iure congrui, in verbo, poſſidet, dicit rem effici litigioſam, ob hanc cauſam lite conteſtata, per l. 2. & Auth. ibi poſitam. C. de litig. de quo & nos tranſeunter diximus ſuprà §. 11. in glo. 1. num. 4. at hoc, ſed hic voluimus ſpecialiter attingere, tũ ne neglectum eſſe videatur, tum vt addam vtrum ſit neceſſaria in id litis conteſtatio: quod hinc pendet, an hæc actio ſit perſonalis an realis, de quo nos latè diximus ſup. eod. tit. §. 8. in glo. 5. in verbo, *par deuant le iuge qui en peut cognoiſtre*, vbi videas. Sed & tu uide conſuet. Cenomaniæ §. 410. quæ dicit ex ſola citatione, hoc caſu rem ipſam effici litigioſam, & idem ex cõſuet. Andegauiæ. §. 408. Vide item quæ in eo de retractu conuentionali dicemus infrà titul. ſequent. in fin. in 41. quæſtio.

*Conſuetudines.*

TRIGESIMOTERTIÒ, quia multæ conſuetudines huius regni ita loquuntur, vt cõſanguineus admittatur ad retractum oblato precio: quæro an hæc verba faciant conditionem? Et ſanè Ioan. Bap. Roſel. inter conſi. Pau. Caſtren. conſi. 249. ſtatutum Paduæ, colum. 2. verſicul. non obſt. quod tertiò, lib. 2. reſpondit hæc verba potius facere modificationem, vt ipſe loquitur, id eſt, admonitionem quandam, vt fiat, aliàs eum non admitti, quàm conditionem, per l. muto. §. ſub conditione. ff. de tutel. & l. Prætor, in princip. ff. de collat. bonor. & alia iura ibi allegata. Ex eoque infert huiuſmodi ius tranſire ad hæredem etiam nondum oblato precio, quàuis conditiones non tranſeant, l. ſi decem, & ibi not. ff. de verborum obligatio. Super quo vltimo vide quæ dicam in titu. ſequen. §. 1. gloſſ. 6. in verbo, *ou ſes heritiers*, numero. 14. quid autem, & ſequent, vbi uidere poteris. 124

*Si ſtatutũ admittit conſang. oblato precio an hęc uerba faciant conditionem.*

# TITVLI SECVNDI HVIVS VOLVMINIS.

## DE RETRAICT CONVENTIONEL, DE RETRACTV CONVENTIONALI.

## PRAEFATIO.

1 *Conuentionalis dictio latina.*

HIc igitur retractus conuentionalis dicitur, uocabulo quidem Latino, & quo utitur Pomponius in l. ſtipulationum, quæ eſt. 5. in principio, & iterum in §. conuentionales. ff. de uerbo. oblig. & Vlpianus in l. in conuentionalibus, eodem titu. ut omittam Iuſtinianum in l. 2. C. de Præto. pignor. & Summum Pontificẽ, qui tamen eo uerbo utitur in alia ſignificatione, in c. ult. extrà de libel. obla. Ita autem uocatur retractus conuentionalis, quòd ex conuentione & pacto partium proficiſcitur, cùm ſcilicet inter emptorem & uenditorem conuenit, ut uenditor intra certum aliquod tempus, aut quãdocunque, aut ſimpliciter ſine temporis præfinitione, poſſit rem uenditam retrahere reſtituto precio. Quod pactũ uulgus de retrouendendo, nõnulli de reuendẽdo appellant. Nam & reuendendi uerbo uſus eſt Vlpianus in l. Iulianus ait. ff. de bonis liber. & hinc Reuendo, in l. lege. ff. de leg. commi. Alibi quoq; Tranſcribere dicitur pro reuendere, in l. ſi uir uxori. ff. de præſcrip. uerbis.

*Retractus conuentionalis quare dicatur.*

*Reuendendi uerbũ. Tranſcribendi uerbum.*

2 *Pactum reuendẽdi approbatum de iure Ciuili. Pactum reuẽdendi et reſtituẽdi an differat.*

PORRÒ de huiuſmodi pacto, ut multis placet, loquitur l. 2. C. de pact. inter emptio. & venditio. ubi ſatis apparet id pactũ eſſe approbatum de iure Ciuili, & hoc ibi nuncupatim notant Ang. & Paul. Caſt. qui eam l. legit cum l. 1. eius tituli. Quanquam ſunt, qui negant eam l. intelligi de hoc pacto, ſed de alio, quod dicunt ab eo differre, ſcilicet de reſtituendo rem reſtituto precio, vt per Card. conſi. 346. viſa copia, colum. pen. uerſiculo, & licet. & Hiero. Cagnol. poſt alios in d. l. 2. col. 5. in tertio not. Quibus adde Bald. in tract. de pact. col. 22. verſi. ego dixeram ſuprà. Et facit etiam l. ſi à te. C. eodem titul. de pactis inter emptorem, ubi ſit mentio alterius pacti huic adeo ſimilis, vt nihil ad hoc diſtare uideatur, quãtum ad effectum pertinet. Sed & de iure Canonico approbari, non obſcurè patet ex not. à glo. & Doct. in cap. ad noſtram, de empt. & vend. & in cap. conqueſtus, de vſuris.

*Id pactum de iure Canonico approbatum.*

3 *De iiſdem rebus.*

ET in uniuerſum non improbari hoc pactum, uoluerunt Docto. in d. l. 2. Hoſt. in c. ſignificante, col. 1. uerſ. quid ſi dicat, vendo tibi, & ibi quoque Io. And. col. 2. extrà de pignorib. Collect. in c. in ciuitate, de vſuris. Bald. conſi. 39. proponitur, colum. vlt. lib. 3. & conſ. 322. inſtrumento, colum. 2. eodem lib. 3. & conſ. 359. hunc paſſum tangit, colum. 1. lib. 5. Sig. conſil. 139. caſus, A precio. colum. 1. Ang. in l. ad officium. C. commu. diui. Saly. in l. 2. in 9. q. C. de reſcind. vend. Pet. Ancha. in d. cap. ad noſtram, & ibi quoque Imol. & Pan. colum. 1. de emp. & vend. idem Ancha. conſil. 9. plurima, colum. 1. & latè cõſil. 30. dubitari ſolet, col. 2. uerſiculo ſecundo probo, & multis ſequen. Guid. Pap. dec. Delph. 516. an per confeſſionem. & conſ. 49. principale dubiũ, poſt principium, & in tractatu de contractibus illicitis, colum. 6. uerſicu. quid ſi uendidi. & Ambroſ. Vignat. in tractatu uſur. in multis locis. & Iaſ. qui alios citat, conſi. 153. præſupponitur in facto, colum. 5. uerſiculo ſextò facit, libr. 4. & Doctores ubique, præſertim hi, quos ſtatim in uerſicu. ab hinc ſecundo citabimus. Verùm quia aliqui paulò religioſiores dubitabant, propter textum, ut opinor, in d. c. ad noſtram. Martinus Quintus Pontifex Decretali in eam rẽ edita, palàm declarauit, huiuſmodi pactũ eſſe licitum, etiam in annuis uectigalibus, ſiue penſitationibus generalibus. Eius initium eſt, hodie, &c. ad futuram, ſub titulo, de emptione & uenditione, in extrauag.

QVIN Theologi quoque, nec in foro quidem conſcientiæ, quod appellant, hoc pactum reijciunt, ſcilicet Gul. Card. cuius inter cætera autoritate d. extrauag. innititur in ſuo tractatu incipiente, Abbas ſancti Iacobi, circa medium. Henr. Horta. in ſuo tractatu de contractib. in 5. dubio. Ioannes Gerſon in tractatu eiuſdem tituli, parte prima, conſideratione 6. & 7. iterum parte ſecunda, propoſitione 1. 2. 3. 4. & 5. rurſumque parte 3. in fi. Ant. Flor. in tractatu de uſuris, cap. 3. 5. 8. & omnium copioſiſſimè Conrad. in eodem quoque tractatu, quæſ. 83. per totũ: ubi allegat & alios multos receptæ apud Theologos autoritatis. Vt interim omittam noſtrates, qui & hoc idem de foro conſcientiæ affirmarunt, uidelicet Alber. in d. l. 2. de pact. inter emp. Arch. in c. plerique 14. q. 3. Cæpol. in tract. de ſimulat. contractuum, in 12. præſumptione 3. partis principalis. & Guid. Pap. in dict. tra- 4

*Id quoque pactum foro conſciẽtiæ non repugnare.*

ctatu.



ctatu. Et de hoc minimè dubitãdum fuit, cùm legamus Leuit. 25. Dominum hæc dixiſſe filijs Iſrael: Cuncta regio poſſeſſionis ueſtræ ſub redemptionis conditione uendetur. Quem locum in id expendit Petr. Ancha. d. conſil. 30.

*Legibus Moſaicis approbatur.*

5 *Intellectº c. ad noſtrã de empt. & vend.*

NEQVE id negat dictum ca. ad noſtram, tum quia non loquitur de pacto reuendendi ſimpliciter à tempore uenditionis, ſed poſt tempus aliquod, quod longè deterius eſt, magiſque auget ſuſpicionem fraudis & ſimulationis, ut dicam in hac eadem gloſſ. nu. 30. ſextum quòd contractus, & iterum in §. 1. huius tituli, in uerbo, *à tel temps*, num. 69. ſed unum, & ſeq. Quamuis Anton. Burgos. ibi, colum. 14. uerſic. ideò conabor, noua quadã ratione contendit, nihil intereſſe, quantum ad id de quo agimus, ſitne pactum ſimpliciter, an poſt aliquod tempus. Tum etiam quia cum huiuſmodi pacto, qualecunque ſit, id eſt, ſiue competat à tempore uenditionis, ſiue poſt aliquod tempus, ille textus requirit etiã modicitatẽ precij tantùm, ut aliqui cenſent, aut ut alij maiore numero autumant, non ſolum eam modicitatem, ſed & illud præterea, ut emptor ſolitus ſit fœnerari, ut ſcilicet præſumatur contractus pignoratitius vſurarum factus, & non vera emptio. De quo (vt omnes quorum nunc recordor, ſimul colligam) vide per gloſſam, & omnes Doctores ibi, & iterum in ca. illo vos, de pignorib. & in d. capi. conqueſtus, de vſur. & Doctores, maximè Bald. & Paul. Caſt. in d. l. 2. & ibi latè Hiero. Cagno. nu. 13. de pact. inter emp. Archid. in d. c. plerique 14. quæſt. 3. Goffr. in ſumma, de pignorib. in fi. Laur. Rodul. in repet. c. conſuluit. in ſecunda parte, q. 60. & ſeq. eod. tit. Iacob. Aret. Cyn. Alber. Sal. Fulgoſ. & Paul. Caſtr. l. emptione. C. plu. vale. quod agit. Bald. in l. vlt. in fin. C. de cond. inſer. & in c. 2. col. 2. verſic. quæro de quibuſdam, titul. de feud. dat. in vicem leg. com. & conſil. 133. quædam mulier, in. 2. dubio, lib. 1. & conſi. 487. apparet, eod. lib. 1. & conſi. 205. Iacobus, lib. 2. [& conſil. 3. caſus talis eſt quidam Petrucius, per totum lib. 2.] & conſil. 114. ſecundum ea quæ proponuntur, lib. 3. & d. conſil. 359. lib. 5. & conſil. 361. verba Bart. in 3. dubio, eo. lib. 5. & conſil. 389. quòd dictus contractus, eo. li. 5. & conſ. 347. ad euidentiam, col. 3. verſ. & ad euidentiam præmitto, eo. lib. 5. Ang. conſil. 244. multi, in fin. Pet. Anch. d. conſi. 9. & cõſil. 257. ſi prædicta ſententia. Imol. conſil. 10. in caſu præmiſſo tria videtur, in. 3. eodemq; vltimo dubio. & conſi. 55. in caſu præmiſſo, columna 2. verſiculo, nec obſtat etiam prædictis. & conſilio 99. in quæſtione quæ vertitur. col. 2. in quinto dubio. Cardin. Flor. poſt Guil Laud. in Clemẽtina prima §. vltimo, in 18. quæſtione, de vſur. Raph. Fulgoſ. conſil. 134. in quæſtione, columna. 2. Raph. Co. conſil. 184. MCCCLIX. Ioannes promiſit, columna vltima, quod repetitur inter conſilia Alexandri conſilio 119. ſine diſputatione, libro quarto. Roman. ſingu. 365. quæro an pactum. & conſilio. 423. pro pleniori, columna. 2. verſicul. vltra dubitãdum. Pau. Caſt. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, col. 3. verſiculo. quartò reſultat, li. 2. & conſilio 109. uiſa petitione prædicta, col. 1. eodem libro 2. & conſilio 306. quanquam eodem longa, columna 2. verſicu. ad hoc autem vt talis, eodem libro ſecundo, & conſilio 332. viſa ſuprà ſcripta, colum. 2. verſicu. quod autem ſimulatio, eodem libro 2. Panormitanum conſilio 76. in præſenti, colum. 1. & 2. lib. 1. & conſil. 69. caſus in his terminis proponitur, quidam dom. Ant. lib. 2. Chriſt. Caſtel. in ſuo conſil. incipiente, cùm ab exordio, quod impreſſum eſt in quibuſdam codicibus tractatus maleficiorum Bonifac. Vitali. in fine. Petr. Ferra. tit. forma libelli in cauſa uenditio. in prin. colum. 2. Ioan. Ana. in conſil. 58. viſis inſtrumentis & ibi Lud. Bol. in additio & Monto. Maſcarellum, inter conſil. Lauren. Calca. [conſ. 37. clementiſſimi, colum. 2. numero 6. & ſequent. &] conſilio 83. pro inueſtiganda, columna prima, & plenius ipſum Calca. conſilio ſequent. uiſo caſu, per totum Angel. Aret. in §. item ſi, columna 22. verſiculo & per iſta iura, Inſtit. de actio. Vital. Cambo. in tracta. clauſul. chart. 133. verſiculo reſtat. Corne. conſ. 4. multum diffuſè, lib. 1. & conſilio 224. quanquam in hac, eodem libro 1. & conſ. 241. cum quo, eodem libro 1. & conſ. 346. viſa copia, eodem libro 1. Bald. à Bart. inter conſ. illius, conſ. 23. viſis dictis contractibus, colum. 1. & ſeq. libr. 3. Barba. conſ. 51. ſcripſit ſapientiæ fons, colum. 2. & 3. lib. 1. & conſ. 76. illud in medium, in primo dubio, lib. 3. & conſ. 8. illud afferam, per totum, lib. 4. & conſ. 22. clementiſſimum, columna 3. verſ. extat tertia præſumptio, eodem libro 4. Alexandro conſilio 46. circa præſentis, columna prima libro 3. & conſilio 119. viſo proceſſu, columna vltima, libro quarto, & conſilio 119. ſine diſputatione, columna vltima eodem libro 4. & conſilio 28. in cauſa & lite, col. 1. verſ. nec prędictis, lib. 5. & cõſ. 54. circa primum dubium, col. 1. lib. ſexto, quod quidem conſi. idem eſt cum illo conſi. 46. lib. 3. niſi quod initiũ eſt diuerſum. Cæp. in dicto tractatu. de ſimul. contractuũ: chart. ante pe. Guid. Pap. d. deciſ. 156. & conſ. 180. circa proceſſum, col. 2. verſi. & his ſic præſuppoſitis. & latiſſimè in tractatu de contractibus licet. Fabia. in tractat. de emptione & uenditio. in 7. quæſt. principa col. 3. uerſi. ſexto quæro. Socin conſ. 136. præſtantiſſime Doctor. colu. ulti. lib. primo quod iterum repetitur conſil. 155. libr. 2. & eundem Soc. conſ. 248. nunquid ex duobus, lib. 2. Ambroſ. à Vignat. in tractatu uſurarum, quem compoſuit ſuper c. ſalubriter, charta 14. verſic. ſed cùm raro extrà de uſur. Iacob. à ſanct. Georg. in l. interpoſitas, num. 3. & 2. ſequent. C. de tranſact. & in l. ſi quis ne cauſam. §. res. pignori. ff. ſi certum pet. Carolus Rui. cõſi. 16. circa primum, colum. 4. nume. 9. & ſequent. vſque ad fin. lib. 4. & conſi 66. quia dubia, colum. 4. lib. 4. Philip. Dec. conſ. 167. in cauſa quæ coram, col. 1. & 2. & cõſi. 308. in caſu ad nos tranſmiſſo, col. 2. verſi. ſecũdo datur. & conſil. 648. pro reſolutione, propè per totũ & cõſ. 692. uiſo conſi. Steph. Bertran. conſi. 88. in facto, lib. 1. & conſi. 169. viſis duobus, colum. 2. eodem. libro 1. & conſi. 184. vidi caſum, eodem lib. 1. & conſi. 32. precij vilitas, in princ. lib. 2. & conſi. 219. cùm ſcriberem, eodem libr. 2. & conſi. 235. precij uilitas, eod. libr. 2. & conſilio ſequent. viſo proceſſu, nu. 13. & 14. eod. lib. 2. & cõſ. 287. cùm præſupponatur, eodẽ. libr. 2. & conſi. 88. puto quòd animæ, colum. 1. lib. 3. & conſi. 111. ponitur, per totum, eod. lib. 3. conſi. 170. ſi non ſine grandi, nume. 3. eod. lib. 3. & conſi. 86. ponitur, colum. 2. lib. 4. & conſi. 109. eodẽ. initio, & lib. Iaſ. conſ. 21. uenerabilis, nu. 4. & conſi. 150. uideretur, & iterum conſi. ſequent. libr. 4. & conſil. 154. præſupponitur, eod. lib. 4. Matth. Afflict. deciſ. Neapo. 65. in cauſa Melchioris. & deciſ. 339. fuit pronunciatum & Thom. Ferra. cautela 17. magna et quæſt. & Paul. Par. conſi. 55. contractus, colum. 3. nu. 29. & ſequent. lib. 1. & D. Boer. deci. 103. quæ requirantur. [& Maria. Socin. cõſ. 50. uiſo inſtrumento, colum. 1. lib. 1.] Apud quos uideb. ampliſſimè utriuſq; partis rationes, quas ideò hic omiſimus, ne rem tam frequenter actam iterum ageremus.

*Ad præſũptionem cõtractus vſurarij quę requirantur.*

SED & in hac re tamen quædam prætermittere non potuimus tibi maximè notãda. Primùm, vtramque illã opin. procedere, cùm huiuſmodi pactum de reuẽdendo in ipſo contractu, aut mox poſt ipſum, appoſitum eſt: ſecus ſi ex interuallo: nam tunc nihil omnino facit ad præſumptionem fraudis vel ſimulationis, ut nuncupatim reſpondit Pan. d. conſilio 69. col. 2. verſic. tertiò me mouet. interuallum, lib. 2. & non obſcurè Paul. Caſtr. d. conſilio 332. colum. 2. libr. 2. dum loquitur de huiuſmodi pacto facto eodem die, vel ſequenti. & expreſſim Alexan. cõſ. 28. in cauſa & lite, colum. 2. verſ. & quamuis nonnulli, lib. 5. per multa, quæ illic allegat. & Corn. conſ. 133. viſo copioſo, colum. 2. verſicul. item ponderandum duxi, 6

*An eã pręſumptionẽ tollit, quod id pactum reuendendi ſit ex interuallo appoſitum.*

xi,

xi, lib.1.& d.conſ.241.colum.3. verſ. nec videtur quòd pactum,lib.3.& Stephan. Bertrand. d.conſ.109.col.vlt. lib.4.Cæpol.cautel.241. ſecundum poſtremam computationem, pactum pignoris. & in tractatu ſimulationis contractuũ in prima præſumptione, col.8.& nouiſſimè Fran.Ripa in l.nemo poteſt,colum.14.num.73.adde ſimile.ff.de legat.1.

7 *Pactum legis commiſſoriæ appoſitum ex interuallo nõ reprobatur.*

Nam & licet aliàs pactum legis commiſſoriæ reprobetur in pignoribus,l.vlt.C.de pact.pigno.& c.ſignificante,extrà de pigno.id tamen intelligitur, cum apponitur in ipſo contractu,aut incontinenti poſt,nõ etiamſi ex interuallo,l.Titius,& ibi Gul.Cu. qui rationem reddit.Barto.Bald.Sal.& Paul.Caſtr.ff.de pignor.actio.& l. quamuis,aliàs,Calipodius,& ibi etiam Bart.ff.de ſolut. Cyn.poſt Petr.in d.l.vlt. & ibi quoque Ioan. Fab. qui eã vnam in eodem tit.legit,& Bartol. qui id dicit perpetuò menti tenendum.& Sal.C.de pact.pig.idem Bart.& Sal. qui etiam rationem reddit,in l.2.C.eodem titul.Bald.& Angel.in l.1.eodem quoque tit.ipſe Bar.in l.ſi ex cautione,in fin.C.de non num. pec. vbi id trahit ad renunciationem,quæ fit ex interuallo.Bald.in l.cùm fidem.verſi. quæro & reuoco,C.eodem titul.ubi & id quoque trahit ad renunciationem non numeratæ pecuniæ. & in cap.1. colum.2.verſ.quæro pone quod pactum, titu. de feudo dat.in uic.leg.commiſ. & ibi quoque Aluaro. colum.4. verſ.oppo.ab extrà,vbi id intelligit,cùm id fit diu ex interuallo.Ang.in l.cùm dominam.C.de pignorib.Raph. Co.conſ.179. facta fuit quædam tranſactio, colum.1. Collect.& Pan.in d.c.ſignificante,vterque column.2.de pign.Alexan.latè conſ.178. viſo proceſſu, in multis locis,& conſ.ſequen.colum.1.lib.7.Cæpo.cautel. ſecundũ priorem computationem,309. pactum pignoris. Fabia. tractatu empt.& vend.in 7.quæſtio.princ. colum.1.uerſicu.& primo quæro.Guid.Pap.dec.Delph.6.pactum legis.& ſingul.477.verſ.quæro mutuaſti.Phil.Dec.in l.traditionibus,colum.pen.verſ.in gl.fin.C.de pact. & Fran. Ripa.in d.l.nemo poteſt,colum.14.num.74. pro iſta limitatione.ff.de leg.1.& Steph.Bert.conſ.133.ponitur in facto quòd nobilis,in 3.dubio,libro 1.& conſ.254.vidi proceſſum,colum.1.eodem lib.1.& conſ.91.ex propoſitis,nu.7.lib.3.

8 *Redit ad pactum reuendendi.*

Sed hìc paululum attende Lector, quia quantum ad pactum de reuendendo,illud quod diximus,non omnes ita ſimpliciter admittunt. Nam Paul.Caſtren.conſilio 109.viſa petitione,colum.2.uerſ.eſt etiam, lib.2.dicit id pactum factum eodem die magis arguere ſimulationem, quàm ſi eſſet factum ex interuallo, tanquam ſcilicet non omnino effugiat ſuſpicionem, quòd ex interuallo factum ſit, ſed aliquid ex ea imminuat, quod & ante eum nuncupatim uoluit Alber. in d. l.2. verſiculo, ſed quid ſi emptor. C. de pact. inter empt.& uend. compo. Et idem dicit Raph.Co.cui ſubſcripſit alter Raph.Fulg. inter conſ.ipſius Co.conſ.184. M.CCCLIX. & c.Ioannes, col.ult.uerſic.poſſet ergo ulterius,quod repetitur inter conſil. Alex.conſil.119.ſine diſputatione colum 2.uerſicul. poſſet ergo,lib.4.ubi ſubiungit quòd ſi ita emens conſueuerit fęnerari,non uidetur ſublata præſumptio ſimulationis ex interuallo vnius menſis, aut paulò maiori,cùm uſurarij omnes cautelas excogitent ad circumueniendã iuris pręſumptionem,& ut id faciant, ex interuallo promiſſiones ipſas faciunt,& in alio inſtrumento,ut per Ioa.And.in d.c.ad noſtram,de emptio.& uendit. de quo & nos ſtatim dicemus.Quiſquis autem fuit qui in ipſo uolumine Alexan. edidit conſi.ſequens,uidelicet 120.in propoſita quæſtione,ſiue is fuit Raph.Fulg.quod ego ſuboleo,ex eo quod ſcribitur poſt fin.illius,conſi.ſiue Raph.Co.ſiue alius,in ea eſt ſententia, ut id interuallum magis augeat ſuſpicionem fraudis excogitatæ contra d.c. ad noſtram.

9 Et ut hæc poſtrema opini. non mihi admodum arridet,niſi emptor aut contractus ex alijs coniecturis eſſet aliàs vehementer ſuſpectus, quod illi ſatis ſentiunt: ita illud mihi minimè dubium videtur, ꝙ ſi ab initio & in ipſo contractu actum fuiſſet, vt poſtea ex interuallo id pactum ſiue promiſſio reuendendi fieret,nihil hic operaretur illud interuallum,ad effugiendã hanc præſumptionem fraudis: Imò fraus quædam maior atque colluſio inde præſumeretur,vt in ſimili dicit Inno.in c.grauis,paulò ante fin. extrà de depoſi.& Bald.in Auth. hoc ius,col.penul. verſ. ſed pone quod ſuper. C.de ſacroſ.eccle.& in d.l.cùm fidem. in fin.C.de non nume.pecu.vbi dicit menti tenendum.Ad quod facit,quod ſtatim dicemus in ſeq.verſ.rurſusq; alijs duobus ſeq. *Quid ſi actum eſt ab initio,ut id pactum poſtea fiat.*

10 *Quid ſi fiat promiſſio faciendi.*

Et idem dicas, (quanquàm & idem eſt cũ eo quod diximus) cùm non ſit in ipſo contractu pactum de reuendendo, ſed tantum promiſſio faciendi id pactum, quia perinde eſt, quantum ad id de quo agimus, pertinet, ac ſi pactum ipſo in ipſo contractu fuiſſet factũ, vt ex facto reſpondit Steph. Bertr. conſil.184. vidi caſum,in 1.dubio,lib.1.& vide quæ diximus in ſimili,ſuprà tit.præcedenti.§.1.gl 14.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.39.ex ijs autem.Quamquam in contrarium facit,quod ab eodem Bart.ſcriptum eſt conſil.134.ponitur, in 3.dubio, eodem lib.1.cùm dicit,quòd licet non valeat pactum in pignore appoſitum, vt ſi pecunia ſoluta non fuerit intra aliquod tempus,res empta maneat eodem precio,per totum tit.C.de pact.pigno.tamen ſecus, ſi ſit tantum facta promiſſio vẽdendi,quia aliud eſt vẽdere, aliud promittere id ipſum facere.

11 *De eadem re.*

Sed huic ſententiæ facilè nõ acceſſerim,& de ea dicã plenius in fi.huius ti.n.53.dies me deficeret.Et priorem mirum in modum adiuuat, quod in ſimili à multis dicitur,nihil referre, an fiat locatio ad longum tempus, ſtatim in initio locationis:an ad paruũ tẽpus,cum pacto de renouando ad aliud tempus,quod iunctum priori facit longum tempus. Id enim videri factum in fraudem. Lapus alleg.12.diſputat hic. Ant.in cap.Apoſtolicæ,extrà de donat. Et facit,quod ſcribit Card. Flo.in Cle.1.§. vlt.in penu.quæſt.de reb.eccle.non alien.& Fel.in c.quæ in eccleſiarũ, col.34. verſi. ſimiliter ſi fiat locatio, extrà de conſtit. licet in ſimili contrarium ſentiat Bald.in l.voluntas,col.2.verſ.idẽ puto. C.de fideicom. Sed pro priori ſententia vide multa per Alex.conſil.78.viſis duobus, per totum illud conſil. lib.1. quod iterum repetitur conſil.165.lib.2.

12 *Id pactum nõ i inſtrumento, ſed ſeorſim appoſitũ magis ſuſpectum eſt.*

Secundum, quòd huiuſmodi pactum non in ipſo inſtrumento principali appoſitum,ſed ſeorſum ac ſeparatim, magis facit ad illam præſumptionem fraudis, tanquam excogitatum id fuerit, ne fraus ipſa pateat,ſecundum Ioan.Andr.Imol.& Barb.in d.cap.ad noſtram de emptio.& vend.Bald.conſil.322. inſtrumento colum.vlt.ibi,ex contrarijs igitur qualitatibus,lib.3.Rapha.Co.& Fulg dicto conſil.184.colum.vlt.Alex.d.cõſil.46.circa præſentis,colum.1.verſi. concurrit & alia cõiectura tradita, libro.3.quod repetitur vt ſuprà diximus in conſi.54.circa primum, lib.6.niſi quòd diuerſum eſt vtriuſq; initium.& Soc.d cõſi.248.nunquid ex duob.columna.1.libro.2.& Iaſ.conſi.153.circa primum,colum. 1.lib.4.Carol.Ru.in d.conſilio.16.circa primum,col.4. num 10.lib.4.& Stephan.Bertran.conſilio.184.vidi caſum,in 1.dubio,lib.1.& quod in ſimili ſcribit Corne.cõſil.41.videtur in hac,colum.2.verſic.is tamen non obſt. lib.3. Vt tamẽ interim videas Bald. in l.cùm allegas,colum.3.verſic.ſed hic dubitatur.C.de vſuris.

13 *Quod clã & ſecretò fit, ſuſpectum eſt.*

Nam quodammodo id fit ſecretò & clanculum, quod in ipſo contractu principali non eſt appoſitũ. Ad quid enim id fit, niſi vt lateat? ideo & ex hoc capite, quod veluti clàm fiat, magis præſumitur fraus & dolus, ut ſatis probatur ex l. hi qui, quæ eſt pen. C. de reſcin. uend. & l.ab Anaſtaſio,in uerbo,nõ occultè,& ibi Bald.

in 5.



in 5.not.C.mand.& in l.uxor, ibi,furtiuas.& iterum ibi nec clanculo, ſed publicè. rurſumq; ibi, nec coniunctio furtiua.C. de repud.& l.ult.ibi, abſconditam machinationem. C. de litigio.& l.non exiſtimo.ff. de admin.tut. & c.quia propter, ad fin.de elect.& cap.conſuluit, & ibi glo. in uerbo, clàm. & Doctor.inter cæteros, Phil.Dec. col.3.uerſ.ult.notandum,de offic.deleg.& c.1.& ibi glo in uerbo, occulta, quæ alios tex.allegat, & etiam Innoc. in eodem uerbo, & alij quoq; extrà, ut eccleſ.bene.& c. quod latenter, de regul.iur. & uoluerunt Doct. ubique. & inter cæteros Iac. Aret. Iac. But. Bald. Sal. Rapha. & Corne.in l.2.C.de repu.hæred. Alber.in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cred.Barto.in l.poſt contractum.col. 3.uerſ. quartus caſus.ff. de donat. & in l.pupillus. §. ult. non ſemel.ff.de autori.tut.Bal.in l.per diuerſas,tum alibi, tum in fin. C.manda.& in c. 1.circa medium, & ibi Philip.Dec. columna ultima extrà de fide inſtrum. Angel.conſilio 390.chariſſime columuna 2.Rapha. Com. conſil.68. in præſenti, columna 3.Petr. Anchar. conſil. 48. qui talia, columna 2. uerſiculo ſecundò quia talis, ubi multa in id allegat Roma. conſilio 54.uiſis, colum. 2.uerſicu.tertiò.Cæpol. conſilio cauſarum criminalium 17. uiſa commiſſione, col. pen.uerſic. item & ultimò, & in tract.ſimulationis cõtractuum, in 20.præſumptione. Barb.conſil. 14.clementiſſimi,col.2.lib.2. & conſil.53. præclarè,col.12.uerſic.& præmitto,eo.lib.2.& conſil.8. illud afferam, col antepen.uerſ. quæ autem indicia,libr. 4. ubi id trahit ad ſuſpicionem uſurarum.& conſil. 52. uiſo celebri,col.5.ante medium, eod.lib.4.Iaſon conſil. 141. uiſa,col 7.uerſic.tertiò principaliter,lib.4.Philip. Dec. conſil 235.in cauſa magnifici, colum. 2. uerſicu. 4. eſt præſumptio. Hippo. Marſ. in Rubr. ff. de ſicca. colum.2.

14 *Et qđ ita factũ eſt, mala fide factũ eſſe cenſetur. Nec ſexus, nec ruſticitas, excuſant à clã deſtinis actibus.*

Et hinc,qui clàm aliquid faciunt,cenſentur habere malam fidem, nec ignorantiam aut errorem allegare poſſunt,l.ult.ff. de ritu nupt.& c.ult. §.ſi quis uerò,extrà de clan.deſponſ. ubi ſcribitur,hos non expertes eſſe ſciẽtiæ, aut certè affectatores ignorantiæ uideri.& ca. cùm ex iniuncto, poſt princ.& ibi Io.Ana. in 3.not. & Fel.in uerbo, errore.C. de inceſt. nupti. & in l.1.C. de interd. matr.& ibi quoque Doctor.inter quos Bald.in 1.lect.ex hoc dicit haberi notab.limitationem legum,quæ dicunt ſexum & ruſticitatem excuſari. & in 2.lect dicit id mẽti eſſe tenendum contra ruſticos.Idem Bal.in l.3.col.2.C. de ſum. Trin. & in l.error.col.3. in 1. quæſt. C.de iur.& facti igno.in c.bonæ.le.2.in uerbo,requiſitus,paulò ante fin.de poſtu.Præla.Alb.in l.aut qui aliter.§.1. poſt princ. ff.quod vi aut clàm, & in l. qui ex aliena.§. ult.num.3.ff. de acquir. hæred. Bart.in l. ſi adulterium, in princ.col. penult.ff.de adulte. Rom.conſil. 506.in re præſenti,col. 1.Pã ĩ c.de hoĩe de celeb.miſſa.& in c.1. de clãd.deſpõ. Paul.Caſtr.in l.ciuilem, paulò poſt princ. C.de furt.Cepol.cauſarum crimin.conſil. 26.magnifice,col.3.uerſic. item fraudulosa, quod repetitur inter conſil. Alexand. conſil.135.circa primum,lib.1.ipſe Alex. in addit.Bato. in l.ne paſſim C.de iur. & fact.ignor. Firmia. in tractat. de Epiſco.quæſt. 60. uerſic.item neminem excuſat. Fel. in d.c.conſuluit,col.pen.de offic.deleg. & in c.quoniam col.3.verſic.quinta concluſio, de ſimonia.& in cap.porrò,de ſenten.excom.

15 *De eadem re ex Oratoribus.*

Quibus mirum in modum concinit, quod à Fabio Quintiliano Oratorum,poſt Ciceronem, principe, ſcribitur lib. Oratoriarum inſtitutionum.5.quo loco de argumentis differit. Tropon interdum ad coniecturas pertinere,vt ſi dicam,bona mente factum, ideò palàm, mala,ideoq; ex inſidijs,nocte,in ſolitudine,Demonax ille Philoſophus eximius, qui Hadriani Imperatoris tempore floruit,nunquam adduci potuit, vt ad ſacra myſteriaq; Eleuſinia accederet.Cuius rei vehemẽter à populo exagitatus,& accuſatus, tanquam patriæ religonis contẽpor, factũ in concione excuſauit,teſtatus ea ſacra iure ac meritò eſſe ſibi ſuſpecta, quòd in occulto fierent: ea autẽ omnino manifeſtari oportere, vt ſi bona eſsẽt,alios ad ſequendam amplectendamq; religionem: ſi mala, ad cauendam inducerent, vt autor Lucianus in vita illus. Vt non abs re Leges.12.tabularum nocturna mulierum ſacrificia ꝓhibuerint: Nocturna mulierũ ſacrificia ne ſũto,vt retulit Cicero li.1.de Legibus.Et in his poſſet videri fundata conſuetudo Burdigal.cap.96. de qua nos loquemur infrà. §.6. gloſſ.2. nume. 5. ſed hic quærimus, ad fin. *Demonax. De ſacris Eleuſinijs.*

16 *Iuramẽtũ reddere actum ſuſpectum ſuſpectiorem.*

Tertium, quòd iuramentum, quod aliàs plerunq; ſolet confirmare contractus,actusq; inualidos,ca. cùm contigat, extrà de iureiur.& c.quãuis, de pact.lib. 6.cum infinitis ſimi.tamẽ appoſitum in huiuſmodi contractibus factis,cum hoc pacto reuẽdẽdi, eos magis reddit ſuſpectos de fraude & ſimulatione,vt voluerũt Hoſt. & Io.Andr. in d.c. illo vos,vterq; ad fin.extra de pigno. argum.c.ſuper hoc, de renunc.& idem Hoſt. & Io.And. in d.c.ad noſtram, vterq; poſt princ. de emp.& vend.& Bald.conſil.275.præmiſſo ſtatuto, col.2.[verſ.nec prædictis obſtantibus,] lib.5.vbi dicit hanc ſuſpicionem eſſe violentam, per d. c. ſuper hoc. & Soc.conſil. 215. viſa prædicta,colum.vlt.verſic.tertius autem,lib.2. quod repetitum eſt conſ.22.li.4.& Ambr. à Vign.in tractatu de vſur.quem compoſuit ſuper c.ſalubriter, chart. 8. col.4. in 5. indicio. & iterum in repet. c.ad noſtram, de empt. & vendi. & Guid. Pap.ſing. 938. quando dicatur, paulò ante fin. Et ante hos omnes glo.à paucis (quod ſciam) annotata in c. ſignificauit,in verbo, interdicit, in fin.extrà de cenſi. quæ id dicit generaliter, iuramentum appoſitũ in cõtractibus ſuſpectis,eos reddere multò ſuſpectiores, tanquam ſcilicet cautim extortum, confirmandorum eorum gratia.

17 *De eodem.*

Quod confirmari poteſt ex gl.not.in ſi quis ſub cõditione,quæ eſt 6. in princ .ff. de cond.inſtit. quæ not.ex eo tex.arg.cõtra eos,qui ita contrahũt matrimonium,vt iurent neutrum iure conſanguinitatis,ſi quæ ſit,ſeparaturum matrimonium,præſumuntur enim ob id ſciuiſſe cõſanguinitatem.Ex eaque not.Doct.vbiq; huiuſmodi clauſulas cautiores,quæ ſcilicet cautim ponuntur ad contractus ſuſpecti confirmationem, ipſum magis ſuſpectum atque fraudulentum præſumi facere. Et inter cæteros Bald.& Alber.in l.pen. C.de euict.quæ ex eo intelligunt id,quod in ea l. dicitur abundantem cautelam non nocere, nec malam fidẽ inducere, niſi ſcilicet in quibus aliàs eſt præſumptio fraudis.& idem Bal. in l. teſtamentum, in 3.not. & ibi quoq; Paul. Caſt. in prin. C. de teſt. ipſe Bal.in l.etiam,col.2.uerſ.modò dubitatur.C.de exec.rei iud.& in c.quia uerisimile, col.2.extrà de præſumpt.ubi eam gloſſ.dicit in id eſſe ſing.Paul. Caſt.in d.l.6.& cõſi. 174. contrà, col.2. in fin.uerſ. & etiam hic præſumptio, lib.1. et Ancha.loquens in ſuſpicione uſurarum, conſi. 257.ſuprà dicta ſententia,col.2. uerſic.accedit prædictis Barb.conſil.16.præclarè,colum.5.lib.1.& conſ.8. illud afferam,colum.penul.lib.4.& conſ.17.clementiſſimum ante num.5.eodem lib.4. Cor. in ſubſcriptione conſilio 217.Quir.in fin.lib.3.Cæp. in tracta. ſimulationis contractuum,6.præſumptione.Soc.conſ.146.diu profecto, colum.ult.ad fin.lib.1.quod repetitur conſ.171. libro 2. ubi reſpondit etiam ex magnitudine precij præſumi ſimulationem,tanquam ea cautius uideatur fuiſſe appoſita ad diluendam præſumptionem fraudis & ſimulationis,quæ ex uilitate precij aliàs oritur.idem Soc. d.conſ. 215.lib.2.repetito,ut diximus,conſ.22. lib.4.quo loco ſupra citauimus.& idem rurſus conſ.90.in cauſa magnifici, colum.2. uerſiculo, ſed ſi iſta, libro 3. & conſilio 126.uiſum,ad fin.eodem lib. 3. Iaſon conſilio 170. nomine,numero primo,lib.2.Stephan.Bertran.conſi.210. non ſolum,colum.3.nume.17. lib.1. Phil. Dec. in l.quæ *Clauſulæ cautiores, actus ſuſpectiores reddunt. Abundãs cautela nocet ſuſpectis. Precij magnitudo ẽt actũ ſuſpectum reddit.*

dubitationis,num.4.ff.de reg. iur.& conſi.448.uis tota, col.3.uerſi.& in primis.

18 *De eodem. Quo plus cautelæ, eo plus fraudis.*

Et vt dicit Bald.conſil.477. apparet,poſt medium, libr.1. quanto plus eſt cautelæ (vt noſtri non inepte, vt alibi diximus,loquūtur) in cōtractib.ſuſpectis, tāto plus fraudis,doli & ſimulationis ineſſe præſumitur. & idem in cap.2.col.2.extrà de conſuet.ubi (ait) abundantior eſt cautela , ibi euidentior eſt fraus, per d.glo. & poſt eum Iaſon conſi.170.quod prædicti,col.2.lib.2.pro qua ſententia eſt text.optimus, ſi non oſcitanter expendatur, in l.ita fidei ff.de iur.fiſci , quæ probat maiorē fraudem ex hoc præſumi, quod quis ita actum facit, ne fraudem feciſſe uideatur. & in leg. ſi libertus minorem. ff. de iure patr.ubi grauius offendit, qui quid ſimulatè facit in fraudem legis,quàm qui apertè facit contra legem,quam ad hoc expendit Bald.in cap.1.ſ.callidis,colum.1.uerſicu. quærit glo. nunquid, tit. de prohib.feud.ali.per Fed.& Card.Alexa.cap.1.colum. 1. tit.de ali.feud. Quaſi ſcilicet is bis peccet, & quod in fraudem facit, & quod uult uideri non factum in fraudem. Et facit etiam, quod per eum text.dicit Bald. in cap.1.§.1. hoc quoque, col.ulti. tit.de ſucceſ.feud.Et illud Terentij in Eunucho,

*Bis peccat qui fraudem facit, & eam tegit.*

*Vide ne nimium callidum ſit hoc modo.*

Nam illic doctus interpres Donatus agnoſcit callidum non calidum, ut in quibuſdam codicib. ſcribitur.

Sed hic aduerte Lector.Nam Bald.hic,ut propè ſemper ſibi contrarius,conſi. 114. ſecundum ea,libr.3.nuncupatim loquens de uenditionibus factis cum pacto de reuendendo,tradit eas non eſſe ſuſpectas ob id,quòd in cōtractu iuratum fuit contractum ipſum eſſe uerum, & non ſimulatum.Sed & idem in leg.emptionem, colum. 1.C.plus uale. quod agit. ſcribit,ꝙ ex iſtis uerbis,uendidit, & tradidit uerè, & non in fraudem uſurarum,inſtrumentū nō redditur magis nec minus ſuſpectū, quod & ſenſiſſe uidetur in leg. 1.uerſic.& not. argu.C. de colluſi.detegē.Sed ego ei in his non accedo, propter ea quę diximus. Suntque qui eum in poſterioribus locis citant pro contraria ſententia,vt ſcilicet per hæc uerba:Vendidit verè,& non in fraudem vſurarum,reddatur contractus ſuſpectior , eamque ſententiam ſequuntur , uidelicet Sal.in d.leg. emptionem, poſt princ.Petr. Anch.d. conſil.257.& Ant.& Imol.in d.c.ad noſtram,& ibi quoque Cardin.Flo.& Ant. Burg.colum.pe. de emptio.& vend.idem Imol.conſ.137. viſa inquiſitione,colu.2.uerſic.item illud non videtur.Cępol.in tract.ſimula.contractum,in 9. præſumptione.Bart.in c.illo vos,colum. 1.extrà de pig.Ant.Vigna.in tract.vſur. quem compoſuit ſuper c.ſalubriter,colum.30.verſicu.quinimò plus,qui eſt ſub nu.100. Barb. conſ.77. illud in medium, colum.2. libr.3.& Fel.in cap ſi cautio.colum.22.verſ.de materia, extrà de fid.inſtr.Iaſ.dū ipſum Bal.i dicto loco allegat, in l.teſtamentum.C.de teſta.& Chaſſa.conſ.25.ex multis,col.2.verſ.ſeptimo.

19 *An p hæc uerba, uerè & non ſimulatè, & ſimilia, præſumatur fraus, an non.*

20 *Res cum hoc pacto vendita , minoris eſt æſtimāda.*

Qvartvm quòd in ea reputatione modicitatis vel vilitatis precij, quæ debet interuenire in hoc pacto reuēdendi,vt præſumatur ſimulatio, res ita vendita minoris æſtimanda eſt, quàm ſi ſimpliciter & ſine eo pacto fuiſſet uendita , ut expreſſim in huiuſmodi pacto voluit Pa.in d.c.ad noſtrā,col.2.& ibi quoq; Barb.& Anto.Burg.col.12.uerſ.ueniamus modò & idē Pa.in d.c.in aliquibus,in 2.no.de dec.ubi dicit ita ſe pluries ex facto conſuluiſſe, & eſſe not.quia in hoc multi errant. & Maria.in c.cum Ioā.in 7 not.per illū tex.extrà de fid.inſtru, & in c.ul.in 22.in prin.art.q.4.verſ.quartus effectus, de dila.& inter conſ.filij eius.Bar.Soc.conſ.15.viſis prędictis,col.ult.lib.1. ubi dicit nūcupatim, quod quę ualent centum ſine hoc pacto, ſeptuaginta tantum valent,ſi cū eodē pacto emantur. & ipſe Barto.Soc.in l.1.§. ſi heres, col.1. in 3. not per eum text.& ibi quoque Iaſ. columm. 2. uerſiculo item adde bene facere. Et Franc.Ripa,

*Quāto minoris valet ob id pactum.*

col.5.num.26.ff.ad S.C.Trebe.& idem Soc.conſ.248. nunquid ex duobus, col.ult. lib.2. & conſ.57.in cauſa reſtitutionis, col. ult.lib.4. & Corn. conſ.241. cum quo præmittendum eſt,col.2.verſicu.& licet, lib.1.& conſi. 244.quanquam in hac, col.pen.verſ.nec aliquo iure probatur , eo.li.1.& conſ.346.uiſa copia, col.ul.eodē quoque li.1.Iaſ.conſ.151.cōtra cōſultationē,col.3.uer. itē illud pactū,li.4.& cōſ.153.ſupponitur in facto col.5.eo. li.4.Car.Rui.conſ.66.qa dubia,col.4.uer.& tātò minus. lib.4.Steph.Bert.conſ.168. illud eſt certum.nu.3.libro, 1.& conſi.ſeq.uiſis duobus,in fin.eod.lib.1.&conſ.338. non puto num.3.eod.lib.1.Phil.Dec. conſ.167.in cauſa quæ coram,col.2.verſi.ſecundo reſpōdetur,&conſ.309. caſu ad nos tranſmiſſo, col.1.verſ.non obſtant plura,& conſ.543.in caſu propoſito,col.2.verſ.primo quia retro uenditio. & conſ.648.pro reſolutione,col.1.Matt.Affl. in tract. protomixeos, in uerbo, licet enim ſuprà diximus,col.pen.& Hiero.in rep.d.l.2.col.3. verſi. per quā diligenter, & iterum in 36.qu. C.de pact.inter empt. & vend.Ant.Rub.conſi. 148. viſo inſtrumento,colum. 2.& ante hos omnes Bal. cuius nullus horum meminit conſi.164.maritus, in fi. libr.5.& è Theologis Ang. Cla.in ſua Sūma,in uerbo, uſura,leg.1.nu.66.& Io.Gerſon in tract.de cōtractib.par.1.conſ.8.nā ſicut (ait) tanto pluris valet res, quanto ius & dominum pinguius uberiusque transfertur, ita è diuerſo eò minoris ualet,quo tenuius infirmiuſque transfertur. In idque citat illud Leuit.25.quanto minus tempus numeraueris, tanto minus emptori conſtabit. Et rurſus in 2.parte, propoſitione 19.& alibi ſæpe in eodem tractatu.

Et id quidem credo eſſe veriſſimum,etiamſi Guid. Pap.reclamat deci. Delph. 516.an per confeſſionem, dicens contractum ob id cenſeri illicitum, quod propter gratiam redemptionis res minoris emitur. In quo admodum errauit. Nam & aliàs res minoris valet, quod ſub aliqua conditione auocari poſſit. leg. 1. §. ſi hæres percepto.ff.de ad Trebell.& leg.idem Labeo.§. vltimo. & leg. ſequent.ff. familiæ erciſcund. & leg. ſi ſeruus, in principi.iunct.gl.in verbo, inuenerit.ff.de cond.furt.& voluerunt Recentiores in leg. non quocunque,in principio.ff.de lega.1.Et ſemper aliàs quoduis pactum vel onus in uenditione appoſitum, eſt veluti quædam pars precij,ob idque res vilius venditur, vt probat text.in le. fundi partem,ibi, ideo vilius fundum vendidiſti, & ibi glo.in d.verbo, vendidiſti, quæ id dicit in dubio præſumi.Bald.& Sal.qui idem dicit.ff. de contrahen.empt. & leg.ſi ſterilis.§ ſi tibi. ff.de actio. empti. & leg.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pactis,& leg.eum.§.vltimo.ff. de in diem addi.& in d.cap.cum Ioānes,vbi ex eo Imol. Panorm.& Felin.id expreſſe not.rem minoris valere ob pactum ſiue onus appoſitum.

21 *Res ſemper minoris ualet ob cōditionē & onus appoſitū.*

22 *De eadem re.*

Sed & eſt text. omnium optimus in leg. ſi venditor §.ſi quid emptor, in fin.ff.de ſer.expor. vbi ita ſcribitur,quoniam hoc ipſo minoris homo videatur veniſſe. Ex quo Bald. notat rem venditam cum aliquo pacto minoris valere, quàm libere vēditam . Et allegat pro ſimili leg.hæreditatis venditæ.ff.de hæred.vel actio. ven. ſed credo eum voluiſſe allegare leg. hæreditatem Cornelij,quæ eſt pen.eiuſdem titul.quam & gloſſ. in dict.§. ſi quid emptor,citat.Et idem quoque per illum textum voluit ipſe Bald. conſilio.31. ſtatuti ciuitatis Aſtenſis, poſt medium,libro,1.& conſilio.119.dicunt,colum. 1.eodem libro, 1.& conſilio.182. locata fuit,colum. 2.in fin.eod.lib.1.&conſ.315.ponitur,colum.1.lib.3.Et aliàs ſæpè idem Bal.idem ipſum tradit,ſcilicet pacta atque onera appoſita in venditione partem facere precij, remque ipſam minuere. et in repet.leg. 2. colu.25.verſ. ſi vero quæuis.ff.de iure iur. & in leg. ſolam, colum.pe. verſi. item interrogatur teſtis de cauſa materiali. C.de teſtib.& conſi. 337. in primis videndum eſt, colum.2. lib.



lib.1.& conſil.486.quidam dominus Braſianus, colum. 2.uerſic.in contrarium,eod.lib.1.& d.conſil.164.in fin. lib. 5. Et idem quoque dicit Petr. Ancha. conſil. 7. in quæſtione,col.1.& conſil.331.uiſis diligenter,colum.1. Panor.conſil.66.duo ad claram deciſionem,col.2. uerſi. ſecundò probatur, lib.1.ubi etiam dicit, rem ob id minoris uendi. Alci. in l. in bonæ fidei , in prima gl. C. de pact.& Zaſius de hoc quoque pacto loquens,conſil.12. nu.36.lib.1.& Docto.vbique.Nec gloſſ.in c.conqueſtus. de uſur.quam Gui.Pap.citat pro ſua ſententia,contrariū uoluit,ut omnibus uidere in promptu eſt.

23 *Preces quoq; partem precij eſſe.*

Qvid quod Alber. in d. l.fundi partem. ff. de contrah. emp. preces quoque , quæ interdum adhibentur, in uenditionibus,imputat in partem precij,per text.in c. ſunt nonnulli.1.q.1. hucque refert, quod vulgò dici ſolet, nullam rem cariorem eſſe, quàm quæ precio empta eſt. Id quod ſumptum eſt ex Anneo illo Seneca , circa initia lib.2. de Beneficijs: Gratiſſima ſunt (ait) beneficia parata,facilè occurrentia,vbi nulla mora fuit,niſi in accipientis uerecundia. Optimum eſt antecedere deſiderium cuiuſque,proximum ſequi:illud melius,occupare, antequàm rogemur.Quia cùm homini probo ad rogandum os concurrat, & ſuffundatur rubore,qui hoc tormentum remiſerit multiplicat munus ſuum. Non tulit gratis,qui cùm rogaſſet accepit. Quandoquidem ut maioribus noſtris grauiſſimis uiris uiſum eſt, nulla res carius conſtat,quàm quę precibus empta eſt.Quam etiam ultimam ſententiam citat glo.in cap. quem pœnitet, in uerbo,labore.de pœ.di.1. ex cuius etiam autoritate gl. in c.& ſi quæſtiones.in uerbo,non petente. ext.de ſimo. dicit non gratis dari munus, quod petenti datur , quod & reaſſumit Fran.Cur.ſenior.conſi.61.ſuper eo,colum. ult. Quibus conſentaneum eſt illud Apuleij lib. 2.Floridorum. Neq; enim aut leui mercede emit, qui precatur:aut paruum preciū accepit qui rogatur; adeò ut omnia utenſilia emere potius uelis,quàm rogare. Quæ omnia quoque orta ſunt ab illo ueteri prouerbio Tul. in Verrem actione 6.Malo emere,quàm rogare.

24 *Non ob id æſtimationis diminutionem tolli, quòd tempus redimēdi ſit tranſactū.*

Sed ut redeamus, quòd diximus rem minores æſtimari uendique ob huiuſmodi pactum reuenditionis, obtinet etiam ſi tempus in id præſtitutum ſit tranſactū: ideoque ſi nunc emptor ab eo onere reuendendi liberatur. Nam nihilò ſecius cenſebitur res fuiſſe minoris precij,cùm uenderetur,per l.habitationum,quę eſt pen. in prin. iuncta gl.1.ff. de peri. & com.rei uenditæ.Et expreſſim in caſu noſtro uoluit.Phili.Dec.d.conſil.308. colum.1.ubi ſuprà,& Hier.Cagn.in d.l.2.de pact.inter empt.ubi ſuprà, & Pant. in repet.l.2.char.16.in 12. limitatione.C.de reſcind.uendi. Et uoluit in ſimili Roma. in l.ſi quis cùm aliter, col. 4. uerſ. ſextò locum non habet.ff.de uerb.oblig. Nam & aliàs ualor & æſtimatio rei uenditæ cenſetur ex tempore uenditionis, quicquid poſteà cōtingat. l. ſi uoluntate, in fi.C.de reſcin.uend.Et id credo ueriſſimum, licet in caſu noſtri pacti aliud uoluerit Anton. Burg. nullo iure aut ratione iuſta ſubnixus,in d.c.ad noſtram,col.13.verſ.ob quod dicit.

25 *Pactū reuendendi, nō tollit. l. 2. C. de reſcin. uēdi.*

Qvae omnia admodum ſunt notanda ad caſum d. l.2.C.de reſcin.ven.& ca. cùm dilecti.extrà,de empt.& uend.ut etiam dicit Pan.in d.c.cùm Ioannes. Nam licet huiuſmodi pactum de reuendendo non faciat ceſſare remedium dictorum iurium,ut poſt Odof.& Nic.Mat.uoluit Bal.in d.l.2.col.7.in 8.q.& ibi quoq; Sal.col.4.in 9. q.& Pau. Caſt. col.2.in quarta limitatione, & Pantal.in rep.col.14.uerſ.decimoquartò extende. Imol.in c.cùm contingat,col.57.uerſ.tertio caſu,quando dubitatur.extrà de iureiu.Barb.qui dicit ſing.c ad noſtram, in fi.extrà,de emp.& uen.& Ant. Burg in ca. cùm cauſa,col.7. uer.ſeptimò extendo.extrà,eo.tit.& Hiero.Cagno.in repe.l.2.col.5.uerſ.excluſus tamē.C.de pact.inter empt.& uēdi. Tamē ad reputationem æſtimationemque ueri ac

*Tamen ad reputatio- nempe precij conſiderādum eſt.*

iuſti precij,in caſu d.l.2.id conſiderandum eſt,quod tale pactum minuit ualorem rei:ut ad hoc propoſitum expreſſè declarat Pan.in d.c.ad noſtram,col.2.in ſecundo caſu,de empt.& uen.& Rom. in d.l. ſi quis cum aliter, ubi ſuprà. & Socin. in d.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Senatuſc. Treb.& d.conſil.248.nunquid ex duobus, li.2.& conſ. 57. in cauſa reſtitutionis, lib.4.& Philip.Dec. d. conſil. 308. in caſu ad nos tranſmiſſo:ubi ex hoc dicunt, quòd quis probando ſimpliciter precium rei uenditæ,non debet obtinere in remedio d. l. 2. quando fuit appoſitum pactum de reuendendo:ſed debet probare preciū rei uēditæ cum hoc pacto,quod multum eſt,notandum.

26 *Quomodo ſuperiora intelligantur.*

Sed illud tamen hic te monitum uolui, ea quæ diximus , procedere in pacto reuendendi libero ipſi uenditori, id eſt,quod in facultate eſt ipſius, ut poſſit etiam ſtatim redimere, cùm uoluerit: ſecus ſi non poſſit , niſi poſt aliquod tempus: tunc enim ob id pactum non cenſetur res minoris ualere, ut nouiter uoluit Ant. Burg. in d.cap.ad noſtram, colum.13.uerſic. & quod multi in hoc errant.extrà,de empt.& uendi. idque probat ex ca. illo uos, de pig.ibi enim fuit res uendita 23. libris, cum pacto reuendendi 26.liberis, & ſic modico pluris precio:& tamen iudicatur ille contractus fœneratitius , ob illum paruum exceſſum. nempe , quia ea facultas reſoluendi nō erat in optione & poteſtate uēditoris, ſed emptoris,ut ibi patet. Conſtat autem,ut ille dicit,quòd in ea prima uenditione res tāti ualebat, quanti uendita eſt, acſi aliàs fuiſſet uendita ſine eo onere , poſteaquàm ob tam modicum exceſſum in reuenditione contractus præſumatur vſurarius. Hæc ille, qui id dicit ſing. & à nemine ante ſe ſcriptum.

27 *Fraudis ſuſpicio ex hoc pacto, an habeat locū in datione in ſolutū, ut in uēditione.*

Qvintvm illud eſt,quòd illa vſuræ & fraudis ſuſpicio, quæ oritur ex huiuſmodi pacto,cū alijs nō adeò facilè operatur in datione in ſolutum,ut in ſimplici uenditione,propter originalem cauſam neceſſariam,& quia non interuenit in ipſo actu numeratio pecuniæ, quæ ueluti allicit,& ineſcat homines,ex ſententia Rapha.Fulg. conſil.134.in quæſtione uerſa,colum.2.uerſic. ſed & illud. Quam nuncupatim ſequitur Philip.Dec. conſil. 18. cuius ſuperſcriptio incipit, ad ſtatutum in uenditione, colum. 2. uerſicu. nec obſt. quod datio. & rurſum col. 3. uerſic. ſecundò non obſtat. & iterum conſil. 167. in cauſa quæ coram reuerendo, colum.2. uerſicu.tertiò reſpondetur. & conſil.209. in caſu propoſito, col. 1. & d.conſil.308.col.2.uerſic. ſecundo. quia hic agitur. & Iaſ.conſ.150.uideretur.col.2.uerſic.ſecundo & fortius, lib.4.& conſil. ſeq. contra conſultationem col. 3. verſi. pro eadem parte.& Hierony.Cagno.in repet.d.l. 2. col. 3.uerſic.ſecundò inſpecto. & Paul.Pariſ. conſil.76.omnis. col. 3. nume.33.lib.4.

28 *De eodem.*

Licet contrarium ſenſerint, ſed obiter & veluti per tranſennam,aliudq; agentes, Ang. conſ.243. multi conſortes, in fi. & Imol. col.98. in quæſtione quæ vertitur,col.vlt.verſ.prætereà dicta adiudicatio & expreſſius conſ.ſeq.cuius eſt idem initium,colum.2.uerſ. quintum dubium . nam vtrobique loquitur de datione in ſolutū, & in ea concludit,vt in venditione , præſumi contractū vſurarium,ſecundum d.cap.ad noſtram , de emptio.& vendit.atque etiam Paul.Caſtren.conſ.306.quanquàm, colum.2.uerſ. poſito autem. lib.2. dum diſputat utrum datio in ſolutum facta cum pacto reuenditionis, cenſeatur vſuraria: nec diſtinguit inter eam, & aliam venditionem.& Barbat.conſi.51.ſcripſit ſapientiæ fons,lib.1. & ſubobſcurè Corn.conſi.133.viſo copioſo, per totum, libro 3.id quoque diſputans , quod ſuprà diximus,nec aliter diſtinguens inter venditionem, & dationem in ſolutum.

29 *De eodem.*

Sed pro priori ſententia facit, quòd aliàs ex neceſſaria uenditione non adeò facilè præſumitur fraus aut ſimulatio,quàm ex merè voluntaria,ſpōtanea,vltronea:

vt uidere licet apud Angel. in leg. ſi quis poſt hac, colum. 2. verſicu. ſed limito uno modo. C. de bon. proſcrip. ubi ponit quædam exempla. & Philip. Deci. conſil. 235. in cauſa magnifici domini, colum. 2. uerſic. item quantitas alienationis. Nam etiam prohibita ſimpliciter alienatio ne, non cenſetur prohibita neceſſaria. l. alienationes. ff. famil. ercif. & l. Diuus. ff. de peti. hered. Bald. conſi. 40. maritus ex delicto, circa medium, lib. 1. & diximus plenius ſuprà titul. præcedente. §. 1. gloſſ. 14. in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 11. & generale eſt.

30 *Pactum ut liceat poſt aliquod tempus redime, magis ſuſpectū.* SEXTVM, quòd contractus uenditionis, factus cum hoc pacto uenditionis, magis præſumitur pignoratitius, & in fraudem uſurarum factus, ſi id factum ita factum ſit, vt non liceat niſi poſt certum aliquod tempus redimere, quam ſi ſimpliciter ita conceptum ſit, vt liceat intra aliquod tempus id facere, non expectato ſcilicet alio tempore. Nam hic eſt in mera facultate uenditoris, quandocunque uoluerit intra tempus præſtitutum, etiam craſtino die redimere: illic uerò non niſi poſt aliquod tempus, ut ſcilicet interim emptor lucretur fructus. Nam in hoc caſu expreſſim loquitur d. capit. ad noſtram, vt patet ex verbis, à ſeptennio ad nouennium, ibi poſitis. Quin etiam ſunt, qui tenent huiuſmodi pactum ita compoſitum, omninò facere contractum illicitum & vſurarium, etiā ſi nihil aliud ſit, quod uitiet, vt latiùs dicemus infrà eod. tit. §. 1. gl. 2. in uerbo, *à tel temps*, num. 67. ſed unum & tribus ſeq. ubi uidebis an id uerum ſit.

31 *Id pactum magis ſuſpectū ſi maius, aut minus pretiū ſit reſtituēdum.* SEPTIMVM, quòd etiam huiuſmodi contractus factus cū hoc pacto faciliùs præſumitur uſurarius, ſi ex lege reuenditionis maius precium, aut etiam minus ſit reſtituendum, quàm fuerit ab emptore datum: vt de primo, ſcilicet maiori precio ſatis probatur in cap. illo uos. & ibi Imol. extra, de pigno. ubi tamen patet id non ſufficere. De quo & tu uide Card. Flo. Imol. Panor. in 4. caſu, & alios in d. cap. ad noſtram, de empt. & uend. Gul. à monte Laud. in Clem. ex grandi. & ibi quoque Card. Fl. in §. cæterum, in 2. quæſtio. eod. titul. Cy. in l. in emptione, in fin. C. plus vale. quod agit. Bald. conſi. 389. quod di ctus contractus, in prin. & uerſi. tertiò probatur. lib. 4. & conſil. 311. in quæſtione Galuagini, colum. 1. uerſicu. quinto, lib. 5. & conſil. 359. hunc paſſum, circa medium, eodem libr. 5. & Cæpol. in tracta. de ſimula. contract. in 4. præſumptio. & Ang. Cla. in ſua ſumma, in verbo, vſura. le 1. num. 66. & Ambro. à Vigna. in tracta. uſura. char. 14. uerſic. alius eſt caſus. & Gui. Pap. in tracta. illicitorum contractuum, col. 6. uerſicu. item ex eo quòd aliquid, & Steph. Bertran. conſi. 170. ſi non ſint, col. ult. lib. 3. & Anto. Burg. in c. ad noſtram, col. 12. uerſi. tertia concluſio extrà, de empt. & uend.

32 *De eodem.* DE minore precio, quod magis mirū uideri poteſt, uoluit is, qui ubique eſt, qui nihil non dixit, non tractauit, non diſſeruit. Iam intelligis Bald. eſſe, qui rerum copia non ſingulos tantùm dixerim, ſed vniuerſos penè auſim dicere, ſuperauit. Bald. igitur uoluit conſ. 114. ſecundum ea quæ proponuntur, libr. 3. ubi id videtur aſſignare ei rationi, quòd hæc res inuſitata ſit: ſicuti ſi eſſet conuentum, ut fructus medij temporis computarentur in precio reuenditionis faciendæ: nam & id quoque dicit: tanquam ſcilicet huiuſmodi pacta inuſitata faciant fraudem præſumi, etiam ſi cedant incommodo eius, in quem eſt fraudis ſuſpicio, ob id tantum quòd inuſitata ſunt & inſolita. Ita enim multi intelligunt gloſ. quam ſupra ad aliud propoſitum citauimus, in l. 6. in princip. de condi. inſt. & inter ceteros Doct. ibi, præſertim Bald. & Angel. & ipſe quoque Angel. in l. penul. C. de euict. & idem Bald. in cap. tertio loco, colum. vlt. extra, de prob. vbi eam dicit no. dignam cum alijs concord. adductis à Felin. in c. 2. colum. 7. uerſ. & ita procedunt. extrà, de reſcrip. & Franc. Cur. ſenior, conſ. 55. ſuper duobus, col. 5.

*Pacta inſolita & inuſitata, ſuſpecta.*

verſicu. & iſtud etiam. & iterum conſi. 66. ſuper premiſſa, col. 18. num. 156. rurſumque conſ. 74. ſuper memorata, col. antepen. uerſ. decimò redditur, & Soc. conſ. 127. quoniam, col. 5. uerſ. in primis. lib. 3. & Iaſ. in l. teſtamentum. C. de teſta.

EGO vero, preter eam inuſitationem, ſi ita fari nobis permittimus, & inſolentiam, id quoque attribui poſſe arbitror nimiæ cautelę, quæ & fraudem preſumi facit, ut ſuprà diximus nume. 17. quod confirmari, & ſeq. ex eadem illa glo. in d. l. 6. Neque enim præſumitur quis ea ſibi velle auferre, quæ ſolent & poſſunt emptores ſibi aſſerere & vēdicare iure proprio, niſi vt fraudem maiorem ea liberalitatis ſpecie tegant: quod nihil aliud eſt, quàm quod dicimus Gallico prouerbio, *Reculer pour mieux ſaillir*. Neque enim quis præſumitur temerè & ſine cauſa velle iactare ſuum. l. cùm de indebito. ff. de probat. & c. ſuper eo, de renun. cum ſi. Et hanc propriè captioſam liberalitatem appellauerim, interpretationi prudentum odioſiſſimam. l. cùm Aquiliana. ff. de tranſactio. Et huc pertinet, quod de magnitudine precij diximus ſuprà d. nu 17. & quod tradit Bal. in l. eam quam col. 10. uerſ. ſed ſubiungitur. C. de fideic ex immodica liberalitate præſumi fraudem. & ſequitur Iaſon conſil. 26. in fauorem, col. 2. lib 3. 33

*Captioſa liberalitas.*

OCTAVVM quod per huiuſmodi pactum factum à ruſtico, aut muliere non adeò præſumendum eſt contractum eſſe uſurarium, quàm ſi ab alio eſſet factum, vt expreſſim voluit Bald. in l. cùm apparet per gloſſ. ibi poſt princ. in illis verbis, & maximè ius ignorantibus. & ibi quoque Rapha. Fulgo. & Pet. Suz. C. de uſur. & Firmia. in ſuo uberrimo indice, in uerbo, pactum de reuendendo, uerſicu. 3. & iterum in uerbo, ruſticitas, uerſ. 5. Cæpol, qui id admodum commendat in tracta. de ſimula. contract. in 6. caſu prin. col. 6. Iaſ. qui id dicit ualde no ta. in l. ſi quis id quod, colum. 7. in. 5. not. ibi, ſimiliter, ruſticus. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. iuris ignorantia, col. 1. uerſ. alibi etiam ruſticus. C. qui admit. & Gerar. à Pet. ſin gu. 18. not. diligenter, colum. 3. uerſ. limito tamen. & Tho. Ferra. qui id dicit ſingu. cautel. 17. magna eſt quæſtio, colum. ultima. Et optimè facit quod dictum eſt ab H. antiquo gloſſatore in interpretatione d. l. cùm allegas. C. de uſur. uti eum refert Accur. ibi, in uerbo, ultra. in princip. 34

*Id pactum à ruſtico uel muliere appoſitū, minus ſuſpectum.*

IDQVE ſatis rationi conſonum eſt: nam in ruſtico & muliere non adeo facilè fraus, aut dolus præſumitur, ut in alijs, ſed ſimplex meraq; ſimplicitas, ut ſcribit Bal. in Rub. C. de rerum permutat. uerſ. item quare donatio. Et de ruſtico probatur in l. ult. C. de teſtamen. cum multis ſi. adductis a gl. ibi. & de muliere, per not. à gl. & Docto. in l. ubi. ff. de eden. Bald. in l. precibus, colum. 5. uerſ. quid ergo ſi petijt. C. de impub. & alijs ſubſtit. cum multis alijs concord. à me congeſtis in Legib. connubialibus in 9. lege uerſ. propterea neſcio. Idem quoque de milite dicere potes, per l. quòd adhibitus. C. de his qui ſibi aſcrib. cum ſi. Nam & de milite, uti & de ruſtico, & muliere, & minore loquitur Alb. in d. l. ubi de edēd. Illud autē receptiſſimum eſt, perſonam contrahentis inſpiciendam eſſe ad inducendam præſumptionem fraudis & ſimulationis in contractibus, aut contrà, etiam omnium iudicio, qui dicunt, quòd ſi perſona ſit ſolita fœnerari, id magnum calculum addit ad præſumendum contractum vſurarium: ut diximus ſuprà poſt princ. num. 5. neque id, & dicemus etiam inferius in ſi. huius ti. nu. 132. & id potiſſimùm Super eo tamen, quod de muliere diximus, ui de Barb. conſ. 8. illud afferam, col. 5. uerſ. modò in propoſito, lib. 4. ubi uidetur pungere in contrarium. Cuius opin. fulcire potes ex multis, quæ in illa 9. lege cōnubiali diximus de auaritia, fraude & calliditate mulierum. 35

*De eodem.*

*Idem de milite.*

*Rurſus de muliere.*

NONVM, quod ad probandum huiuſmodi contractus uſurarios, admittuntur & ſufficiunt probationes, quæ 36

*Probationes leniores.*



*hic admittuntur.* quæ in alijs minus eſſent ſufficientes, propter excogitatas fraudes & calliditates, quæ in tractatibus fœneratorijs fieri ſolent. vt not. Io. And. in c. ex literis. extrà, de iureiu. & inx. 2. eod. tit. lib. 6. Paul. Eleaz. incip. contra inſtrumentum debiti opponitur. & Pe. Anch. in c. ad noſtram. extrà. de empt. & vendi. vbi eos allegat, & ſequitur Alex. conſi. 46. circa præſentis, col. 1. verſic. cōcurrit etiā probatio, lib. 3. Io. Plat. in l. vl. C. de vſu. fiſc. Rodul. in tra cta. uſur. q. 88. Phil. Frā. in c. 1. §. qui verò, de vſur. lib. 6. Fran. Ripa. lib. 2. Reſpon. c. 2. in. 7.

37 *Et generaliter iis quæ clàm callidè & ſimulatè ſiunt.* ET generale eſt, vt ad eorum probationem, quæ clàm, callidè, fraudulenter, ſimulatè fiunt, ſufficiant indicia, cōiecturę, & præſumptiones. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. & l. dolum. C. de dolo malo. & d. c. illo vos, & ibi Innoc. & Ioan. And. de pigno. & d. cap. ad noſtram, de emptio. & venditio. qui quidem poſtremi text. loquuntur de vſuris, vti etiam c. cùm in diœceſi. extrà, de vſur. & cap. 2. de renun. lib. 6. Hoſtien. loquens etiam in vſuris, in ſumma titu. de vſur. §. qualiter contractus, & iterum. §. ſequen. colum. 1. verſic. ſufficiunt etiam Bart. Ang. Rapha. Co. Fulgo. & Iaſon qui multa collegit, in l. ſi quis ex argentarijs. §. Prætor ait. ff. de eden. Pet. Ancha. etiam loquens in vſuris, conſil. 94. hæc eſt quædam. col. vlti. verſic. quartò ad idem. Imol. cōſil. 138. in quæſtione, colum. 1. Paul. Caſt. conſi. 109. viſa petitione, in prin. & rurſum colum. 2. in prin. lib. 2. vbi etiam dicit in hoc ſufficere leues coniecturas. quod admodum notandum eſt, ſi verum ſit. Alexan. conſil. 64. viſo themate, colū. 2. lib. 1 & conſil. 24. animaduerſis, colum. 2. verſicu. ad quod oſtendendum. & iterū col. 5. verſic. vltima præſumptio, lib. 2. vbi alios allegat, & latius conſi. 69. viſa facti narratione, in prin. eod. lib. 2. & conſi. 212. viſis, & diſcuſſis, in fin. eo. lib. 1. & conſi. 115. viſo themate, col. 3. verſic. accedit quia ſumus, lib. 4. & conſi. 54. circa primum. col. 1. uerſi. nam ad probandum, libr. 6. vbi expreſsè loquitur de huiuſmodi vēditionibus factis cum hoc pacto reuendendi. & conſi. 143. uiſo titulo, ad fi. eod. lib. 6. & conſil. 297. in cauſa uertente, colum. ultima. uerſicu. accedit illud, lib. 7. Socin. conſil. 16. in cauſa. lib. 3. Cæpolla in tractatu de ſimulat. cōtractuum, in ult. præſumpt. & Steph. Bertr. conſil. 137. uiſo proceſſu, colum. 2. lib. 1. & Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, col. 7. uerſ. in 8. quæſtio. ff. de ope. noui nuncia. & conſil. 141. uiſa longa, col. 2. uerſi. prædicta fortius, lib. 4. & Phil. Deci. conſi. 443. in caſu propoſito, colum. 3. nume. 14. & conſil. 587. cura magnificis colum. 2. uerſi. & pro fundamento. & Docto in locis propè infinitis.

*An in id ſufficiãt leues coniecturæ.*

38 *Et in his probationes imperfectæ coniunguntur. Et admittuntur teſtes ſinguläres.* NAM & inibi, [ſcilicet in clandeſtinis ac fraudulentis actibus] probationes imperfectę coniunguntur, quæ aliàs non coniungerentur. Anto. in c. ueniens, le 1. ad fi. de teſtib. Alex. d. conſil. 24. colum. ult. lib. 2. Phil. Dec. in c. cùm cauſam, col. 3. uerſicu. & iſta concluſio. extrà, de proba. Paul. Par. conſil. 55. contractus, col. 5. nu. 33. libr. 1. & admittunrur teſtes ſingulares, ut in alijs, in quibus ſufficiunt coniecturæ & indicia. Pau. Par. conſi. 57. & ſi ad exhibendum, col. pen. nu. 49. lib. 1. ubi in id allegat conſil. Alexand.

39 *Fiducia eſt pactum reuendendi, ſiue fiduciaria mancipatio, vel venditio.* ET cum his finem huic præfationi faciam, modò illud primum Lectores monuerim, Budæum noſtrum, uirum per omnia conſummatiſſimum, & qui antiquitatem cum nouitate miris ac mirādis modis ubique contulit atq; coniunxit, ſcripſiſſe in annotationibus. ff. contractum ſub hac redimendi reuendendiq; lege factum, eum omninò eſſe, quē ueteres fiduciam ſiue fiduciariam mancipationem, aut uenditionem uocabant, id circò quod reſtituendi fides interponeretur, idq; probat & Ciceronis in pleriſq; locis, & Boethij, in Topicis, & aliorum autoritate. Ex quibus duo inter cætera in hac re uidentur eſſe apertiſſima. Nam Liuius lib. 2. Belli Macedonici. Optimum (inquit) ratus Nabidi eam (de Argis autem loqui-

tur) Lacedæmoniorum tyranno velut fiduciariam dare, ut uictori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet. Et Boethius in quarto Topicorum cōmentario. Fiduciam (ait) accepiſſe dicitur, cuicunq; aliqua res ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet, ueluti ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut cùm tempus illud ſuſpectum præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcircò quòd reſtituendi fides interponatur. Hæc ille.

CICERO autem, præter loca à Budæo citata, huius fiduciæ meminit libro. 3. Officiorum, in duobus locis, ubi inter bonæ fidei contractus & eam nominauit: quibus locis, ni fallor, fiduciam pro depoſito accepiſſe uidetur. Nam & pro Roſcio, Si quæ (inquit) ſunt priuata iudicia ſummę ęſtimationis, & penè dicā, capitis, tria hæc ſunt, Fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. Et pro Aulo Cecinna, His tribus & mandatum adiunxit, dixitque hæc quatuor iudicia eſſe famoſa, quod & leges noſtræ loquentes de depoſito, id eſt, fiducia, & cæteris illis trib. tradunt, in l. 1. §. qui propoſitum, tutelam, mandatum, & ſocietatem famoſa eſſe iudicia, id eſt, quæ infamiam condemnatis irrogant, ut iam non admodum dubitandum ſit, quin illa Tullij fiducia ſit noſtrorum Iuriſconſultorum depoſitum. Nam & uidemus titulos depoſiti, mandati, pro ſocio, tanquam copulatos, & quadam cognatione coniunctos, ſeſe continenter ſequi, tam in ff. quàm in C. Nec dubito, quin & tutela ijs fuiſſet adiuncta, niſi tractatum priuatum ac peculiarem multorum titulorum habuiſſet. 40 *De eodem. Fiducia depoſitum.*

SED & fiduciæ quoque meminit Paulus Iuriſconſultus (ſi is eſt, quod mihi ſemper dubium fuit) lib. 3. Sententiarum, ti. 9. qui eſt, de uſufructu §. ſeruis do. cùm dicit: Sed ancillarum appellatione tam uirgines, quàm pueri, continentur, ijs ſcilicet exceptis, quæ fiduciæ datæ ſunt. Quo in loco interpres fiduciam pro pignore interpretatur. Nam & idem apertiſſimè libro eiuſdem operis. 2. ti. 12. qui eſt, de depoſito, in multis locis fiduciam pro pignore accepit, & fiduciarium ſeruum pro oppignorato. Et tit. ſeq. qui eſt de lege commiſſoria, fiduciariam rem pro data pignori. Quanquam ipſe Paulus alibi, uidelicet libr. 5 eiuſdem quoque operis tit. 1. in princ. pignus & fiduciam tanquam diuerſa poſuiſſe uideatur, cùm dicit: Homo liber nullo precio æſtimatur, id eſt, nec pignori ab his, aut fiduciæ dari poteſt. At pro pignore accepiſſe uidetur Tullius in oratione pro L. Flacco, quem & Budæus citauit: Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti: hanc fiduciam cōmiſſam tibi tenes hodie, ac poſſides: eum tu teſtem ſpe recuperandi fundi paterni uenire ad teſtimonium dicendum coegiſti. Denique alio omninò ſignificatu dicitur fiduciam contrahere, in l. 2. §. ſed neq; auus. ff. ad S. C. Tertul. & in §. ult. Inſtit. de leg. ang. ſucceſ. Porrò fiduciariæ hęreditatis fit mentio in l. certi condictio. §. 1. ff. ſi cer. pe. & in l. Seius. ff. ad S. C. Trebel. ubi & fiduciarij quoq; hæredis mētio fit in duobus locis. Et fiduciariæ tutelæ, atque fiduciarij tutoris, in §. 1. Inſti. de fidu. tutel. Fiduciarij patris apud Caium lib. Inſtitutionum. 1. tit. quibus modis filij exeunt de poteſtate patris. §. emācipatio. De quibus etiam nonnulla tradit Alc. lib. παρέργων. 3. cap. 26. eodēque ultim. [Et poſt priores noſtras huius operis editiones Ioan. Corraſius Miſcella. libr. 6. cap. 9. Porrò Cicero ipſe lib. 7. Epiſto. familiarium, epiſt. 12. hanc dicit formulam fiduciæ fuiſſe, Inter bonos bene agier oportet.]

41 *De eodem. Fiducia pro pignore.*

*Fiduciam contrahere. Fiduciaria hæreditas. Fiduciarius hæres. Fiduciaria tutela. Fiduciarius pater.*

§. PRIMVS.

QVAND aucun acquiert par contract de vente aucune choſe immeuble, peut par celuy meſme contract, *a* ou par vn autre apart celuy iour ou lendemain donner grace de retraict au vendeur, iuſques à tel temps, *b* & pour tel pris, que accordé eſt entre eux. *c* Et quand ladicte grace eſt donée apart dudict principali contract, celuy iour *d*, ou lendemain, la choſe eſt veue eſtre faicte in limine contractus *e*, tellement que ledict vendeur, à qui ladicte grace eſt ainſi donnée, ou ſes heritiers *f*, ſont & ſeront preferez *g* és lignagiers, qui vouldront auoir la choſe par retraict lignagier pendant ladicte grace.

*CVM quis emit rem quampiam immobilem, poterit per eum ipſum contractum* a *emptionis, aliumue ſeorſum eodē die, aut poſtridie ius venditori facere rem ipſam redimendi intra tantum tempus*, b *& pro tanto precio quantum inter eos conuentum fuerit*, c *cenſeturq́; huiuſmodi facultas, etiam ſeorſum à principali contractu conceſſa, ſed eodem tamen die* d *vel poſtridie, facta eſſe in limine contractus.* e *Proindeq́; venditor, cui ea facultas facta eſt, eiuſue hęredes,* f *præferentur,* g *conſanguineis retractu gentilitio vti volentibus intra tempus huic facultati præſtitutum.*

*PAR CELVY MESME CONTRACT.*

PER EVM IPSVM CONTRActum, Gloſſ. I.

1 QVo quidem caſu, cùm ſcilicet id pactum apponitur in ipſo contractu, cenſetur eſſe pars ipſius, vt præter eos, quos ſupra citauimus in præfat. huius titu. nume. 21. & id quidem credo, voluit Bald. conſil. 415. illa ſolennitas, libro 2. dum dicit, quòd ſi tempore contractus fuit actum de eo reſoluendo, reſolutio quæ poſteà fiet, non eſt propriè reſolutio, ſed executio ipſius contractus, per legem 3. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſ. & l. 1. in an. ff. de rebus eorum & idem Bald. in l. petens, colum. vltim. verſicu. ſecundo & vlti. C. de pactis. ubi loquitur in caſu l. 2. C. de pact. inter enpt. quæ, ut multis placuit, loquitur de huiuſmodi pact. & Alexand. etiam ſpecialiter de hoc ipſo pacto loquens conſil. 122. uiſo proceſſu utriuſque cauſæ, colum. 1. uerſi. ſed iſte teſtis, lib. 2. ubi & hoc dicit, quòd ſi in contractu fuit promiſſio facta de retrouēdendo, nō uidetur ab eo receſſum per inſtrumentum illius uenditionis, poſteà purè & ſimpliciter, id eſt; ſine ea promiſſione, aut pacto factum, etiam ex interuallo, per l. ſi tibi liberum, ſecundum vnum intellectum. ff. de actio. empt. & l. ſi binarum. ff. de ſeruitut. urba. prędior. nam cùm eſſet ius pacti quæſitum, non præſumitur uoluiſſe illi renunciare ex ſequenti actu, etiam interpoſito ex interuallo. l. cùm de indebito. ff. de probat. & capitu. ſuper hoc, de renuncia. Licet (inquit) ſecus eſſet, ſi nō in contractu, ſed in prefationibus contractus fuiſſet dictū: quia tunc demum intelligitur in contractu ſequenti, ſi is continuo factus fuit, non etiam ſi ex interuallo. l. item quia, in fin. cum ibi not. à Bart. & alijs. ff. de pactis. & l. Titia. §. idem repoſuit. reſpondit, quod notandum eſt admodum, quia quotidie uſu euenit De quo & nos latiùs dicemus infrà in fin. huius ti. q. 4. Sed & id, quod diximus huiuſmodi pactum eſſe partem contractus, expreſſe quoq; tenuit Stepha. Bertr. conſi. 15. uiſis inſtrumento, lib. 2.

*Pactum reuendendi, pars cō tractus.*

*Id pactum in contractu conuētum, non tollitur p ſimplex inſtrumētū.*

2 Ex eo autem pacto in contractu appoſito oriuntur duæ actiones, ſcilicet antiqua deſcendens ex contractu præambulo, informata ad id quod deducitur in pactū. Altera præſcriptis verbis, inſurgens ex dicto pacto, cohærentia contractus, vt dicit expreſsè de hoc pacto loquens, Signo. conſil. 4. ſtatuto ciuitatis, colum. 3. verſicu. nonò probat natura. & iterum conſi. 139. caſus D. precio, colum. 1. verſic. ſecundò præmitto, per textum optimum in d. l. 2. iuncta gloſſ. C. de pact. inter empt. vbi & hæc eadem ſcribit Salyc. & Franc Aret. conſi. 6. viſo inſtrumento, colum. 3. & Zaſius conſil. 12. nobiles, nu. 38. & ſequen. lib. 1. Sed & Socin. conſi. 253. in cauſa domini, colum. 3. in tertio dubio, ſcribit id pactum, etiam nudum, id eſt, ſine ſtipulatione contractu, aut incontinenti pòſt appoſitum, veſtiri, aut cohærentia ipſius contractus aut rei interuentu, aut etiam vtroque, ex eoque oriri actionem, ſecundum communes concluſiones Doctor. in l. in bonæ fidei. C. de pactis. Sed & etiam oriri actionē ex cōtractu, informato à pacto, ad ea, quæ pacto ipſo cōuenta ſunt, & ſic ad reddendum, per l. iuriſgentium. §. quinimò, & ibi not. ff. de pact. & l. lecta. §. dicebam. ff. ſi cert. peta. Et idem quoque voluit Franciſc. Aret. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, col. 1. verſi. 1. ff. de leg. 1. vbi hoc eleganter declarat,

*Ex hoc pacto duæ actiones oriuntur.*

ET certè hæc eſt communis noſtrorum ſententia, 3
quòd ex quocunque pacto incontinenti appoſito oriuntur duæ illę actiones, prior ex ipſo contractu informata, & ad pactum extenſa: altera præſcriptis verbis, quæ ex eodem contractu naſcitur. & ita tenent gloſ. quæ & de hoc quoque noſtro pacto loquitur, Barto. & potior pars Doct. in d. l. in bonæ fidei, & in l. ex placito. C. de rerum permut. & in dict. §. quinimò. & ipſe Barto. in Rub. ff. de præſcrip. verbis. Bald. in repe. d. l. petens. C. de pact. & in l. alia. C. de iur. do. Salyce. in l. ſi conuenerit. ff. de hæred. vel actio. vend Paul. Caſtr. conſil. 143. viſo proceſſu, poſt princ. lib. 2. & Doct. vbique. Tu tamen vide Alciat. qui diſtinguit in dict. l. in bonæ fidei. in verbo, actio. declarans quæ ipſe antè ſcripſerat, lib. 5. Paradoxorum, cap. 1. vbi aduerſus omnes tenuerant, ex pactis quæ incontinenti facta contractui inſunt, vnam tantùm actionem ex eo contractu dari, non etiam præſcriptis uerbis, ſed utrobique dicit id non obtinere in noſtro pacto, aut alio contractus reſolutiuo, ut apud eum videre poteris. De quo & tu vide Io. Oldendorp. actionum claſſe 4. act. 40. vbi illam Alcia. ſententim temperat.

*De eodem.*

*A TEL TEMPS.* INTRA TANtum tempus, Gloſſ. II.

QVID ſi certum tempus non fuerit huic pacto præſtitutum, ſed conuentum eſt ſimpliciter uenditorem poſſe rem uenditam redimere reſtituto precio uenditionis, intra quod tempus erit uenditor audiendus, uolens ex hoc pacto redimere? quòue tempore ab eo ſummouebitur? Angel. de hac ſpecie expreſſim interogatus reſpondit huic facultati triginta annis præſcribi, in conſil. 55. ex pacto de retrouendendo, per l. ſi quis. §. 1. C. de præſcri. 30. annorū; & l. 1. C. de anna. excep. Et idem quoque apertè uoluit Alexandr. conſilio 228. ponderatis his quæ ſerioſè, columina ultima, uerſiculo, non obſtat etiamſi diceretur, libro 6. & Franc. Balb. in tracta. præſcr. in 3. q. 4. partis 5. partis princip. Caro. Rui. conſ. 84 quoniam, col. ult. num. 14. lib. 1.

1 *Si tempus huic pacto nō fuit cōuētum, de quo tempore intelligitur.*

& Zaſ.



& Zaſ. cōſ. 12. nobiles, nu. 75. & D. Boer. dec. 182. & per ſuprà dicta, col. 1. & omnes, quos citabimus infra. nu. 7. Et idem diximus de retractu conſuetudinario, ſiue municipali, cui à conſuetudine non eſt præſtitutum certum tempus; ſuprà ti. præcendente. §. 1. gl. 10. in verb. *de dans l'an*, n. 10. ex quib. conſtat. & iterum. §. vlti. eiuſdem tit. in verbo, *notifiee au greffe*, in 13. q.

2 ET hoc ſanè minimè dubium eſſe videtur, quanquā ſcio Alberic. in l. 2. ad fin. C. de pact. inter emp. & vend. compo. de hoc noſtro caſu retractus conuentionalis ita ſcripſiſſe, videlicet quoſdam dicere, cùm non aliquod certum tempus conuentum eſt, ſemper id ius competere, propter verbum, quandocunque, quod eſt in eo text. Alios vſque ad triginta annos tantùm, quia tanto tempore actio perſonalis tollitur. l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Vbert. uerò uſque ad 40. annos, inſtar creditoris poſterioris offerentis priori. l. cùm notiſſimi. §. eodē iure. C. eo. ti. Et nihil aliud dicit Alb. tanquam hanc poſtremam opi. ſecutus fuiſſe uideatur. Et certè ſcio alios multos huic noſtræ quæſtioni illam quoq; miſcere, qua tractur, utrum, & quotem pore iuri offerendi pręſcribatur, ſed illud ius non id eſt, de quo tractamus, ſed haud dubiè aliud, quod inter multos creditores ex legis diſpoſitione cōpetit, de quo uidere poteris per omnes in d. l. cùm notiſſimi, & latiſſimè per D. Ioan. Igneum, qui antiquiorum ſententias recenſet, in l. in cognitione, nu. 83. & multis ſeq. ff. de ſenatuſc. Sylla. Sed quod ad noſtram quæſtionem priuatim pertinet, ego ei ſententiæ, quæ triginta annos huic rei pręſcribit, magis accedo, ut iam ſuprà dixi.

*De eodem.*

*Iuri offerēdi, an & quo tempore præſcribitur.*

3 QVOD tamen intelligendum eſt, ſi res ipſa empta manſerit penes emptorem. Nam ſi emptor in alium trāſtulerit, ut poteſt, ſicuti uidebimus infrà eo. tit. §. 3. uideretur hunc tertium qui ab emptore accepit, minori ſpacio, uidelicet decem annis inter præſentes, uiginti inter abſentes, rē ipſam uſucapere: uti in ſimili de retractu municipali latè diximus ſuprà titu. præcedente. §. 1. glo. 10. in uerbo, *dedans l'an* nu. [illegible] ſed id tamen, & nu. ſeq. uſque ad 17. incluſiuè, ubi etiam comperies, an id procedat, ſi is tertius ſit uniuerſalis ceſſionarius omnium bonorum. Sed & poſtea, ſcilicet nu. 18. uerùm illud, uidebis, quid dicendum ſit, cùm primus emptor poſſedit aliquo tempore, & alter cui uendidit alio tempore, quantum tempus tunc requiratur ad uſucapionem eius rei, ibi uide, ne hic iterum inculcem. Sed ita tamen ut omninò uideas D. Boer. deciſ. 182. & per ſuprà dicta, nu. 14. & 36. & multis ſeq. & 4[illegible]. & ſeq. uſque ad finem.

*Quid, ſi res ſemel empta alteri fuit vendita.*

4 INTELLIGE ſecundò, ut illud ſcilicet procedat: cùm dictum eſt ſimpliciter, ut uenditor poſſit retrahere. Nam ſi cōuentum ſit, ut ad tempus poſſit retrahere, nulla alia certa adiectione temporis, poſſet uideri non niſi annum id tempus durare: ex eo quod tradit Bald. in l. uſuræ, per glo. ibi. C. de uſur. quòd tempus abſolutè poſitum intelligitur de anno, & in plurali numero de biennio, & dimidium temporis pro ſex menſibus. Sed potius dicendum uidetur, id intelligi de decem annis, per illam memorabilem l. ſine præfinito. ff. de pœn. qua probatur tempus ſine ulla declaratione prolatum, intelligi de decennio. Et quāuis ea l. ſimpliciter utatur illis uerbis, ſine præfinito tempore, nec aliàs declaret, an fuerit facta mētio temporis, an non, tamē gloſ. & Bar. ibi eā intelligunt, cùm nuncupatim facta eſt mentio temporis, ſed incerti: nam ſi nulla facta eſt, intelligitur in perpetuum, per tex. de eodem caſu loquentem, in l. ſeruus. C. eod. titu. quam ita etiam intelligunt Bald. & Salyc. ibi, & idem Bald. in l. minoribus. C. de Decu. lib. 10. Eam autem priorem l. dicunt ſingu. Bar. & Aex. in addit. illius ſuper eadem. & Bald. in l. 1. paulò ante medium. C. de poſtul. & in cap. ex literis, col. 4. uerſi. quid ſi iudex, & ibi Anto. Imol. & Panor. extrà, de conſtitu. & idem Bald. in c. 1. ad fin. extrà de transla. epi. Barb. in c. ſi quorundam, col. ult. de ſolu. & Iaſ. in l. ita ſtipulatus, col. 2. ff. de uerb. obli. Tu autem ſuper intellectu illarum duarum ll. uide ampliſſimè Felin. & Philip. Deci. poſt alios, in d. c. ex literis.

*Quid, ſi ſimpliciter dictum ſit, vt ad tempus poſſit redimere.*

QVID tamen, ſi dicamus in hoc obſeruandum eſſe 5
morem regionis uſitatiſſimum: ut ſi dari ſoleat annus in eam rem, de anno intelligatur: ſi aliud, de alio. Atque ſic naturam cauſamque negocij inſpiciamus, ſecundum gloſſ. in d. cap. ex literis. in uerbo, in perpetuum, ad fi. & ibi quoque alios, de conſtitut. Et certè ſi mos uniformis, fuiſſet, fortaſſe is obſeruandus eſſet, tanquā contrahētes de eo intellexiſſe uiderentur, per text. in l. nummis. ff. de legat. 3. & l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. & l. quòd ſi nolit §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. cum multis ſimilib. & concord. collectis à Matthæ. Afflict. deciſio. 226. ſereniſſimus. Nam & is mos eſt uelut altera natura, prouerbio apud Græcos celeberrimo ἔθος ἄλλη φύσις: quod ex Eueno poeta apud Ariſtotelem lib. 7. Ethycorum c. 10. deprōptum uidetur. Sed ſi mos multiformis ſit & uarius omninò intelligendum eſt de decem annis, p ſuprà dicta, Et p iſta diſtinctione moris uniformis, & multiformis, faciunt not. in ſimili, in c. ex parte. extrà, de cenſib.

*An in hoc ſeruandus ſit mos regionis.*

*Prouerbium.*

*Mos & cōſuetudo altera natura.*

SED non parum dubij eſt, cùm expreſsè dictum 6
eſt, ut uenditor poſſit redimere quandocunque, uel toties quoties uoluerit, uel perpetuò, uel ſemper, uel aliàs id genus: nam & id interdum fieri ſatis conſtat ex le. 2. C. de pact. inter empt. & vend. An tunc igitur poterit venditor ſemper & quandocunque redimere, nulla obſtāte præſcriptione. An vero ei facultati aliquo, & quanto tempore pręſcribetur. Et certè uidetur aliquo tempore præſcribi, ut ſaltē euitetur infinitas, (quæ uox, ut id obiter dicam, Ciceronis eſt in multis locis, uidelicet lib. Officiorum 1. quo loco de gradibus ſocietatis loquitur. & libro Qęuſtionum Academicarum 4. & lib. 1. de natura Deorum, & in libro de Amicitia) ut inquam uitetur infinitas, id eſt, ne in infinitum emptor maneat obligatus ad reuendendum, contra l. ſi quis vina. §. ultimo, ff. de pericu. & commo. rei uend. & l qui bona. §. ultimo, ff. de dam. infect. & ibi concord. in gloſſ. & Docto. natura enim infinitum uitare ſolet, ut ſcienter ſcribit Ariſtoles lib. de generatione animalium. 1. capitulo item 5.

*Quid, ſi cōuētum ſit, ut poſſet, quandocūque redimere.*

*Infinitas dictio Ciceronis.*

*Infinitas uitanda.*

QVA ratione motus Bald. conſi. 303. ad euidentiam 7
præmittendum, colum. 2. uerſ. quæro utrum, lib. 1. reſpō dit non ualere pactum, quo ſine præfinitione temporis & uſque ad infinitum teneatur emptor reuendere uenditori: additque & alteram rationem, quia præſcriptio 30. annorum eſt odioſa, ideoque ei renunciari non poteſt ut not. Barto. in l. nemo. ff. de lega. 1. de qua ratione poſteà dicemus. Sed ex ijs uerbis Bald. ſatis declaratur huic facultati redimendi aliquo tempore præſcribi, ſaltem 30. annis. Id quod etiam expreſsè uoluit Signo. conſil. 139. caſus, A. pretio. & Ioan. Fab. in l. cùm notiſſimi, per illum textum in princip. C. de præſcrip. 30. uel 40. annorum, & Angel. d. conſilio 55. uerſiculo, hìc tamen inſurgit dubium: ubi plus dicit, id procedere, etiam ſi tale pactum ſit iuratum, atque etiam ſi dictum ſit expreſsè, quòd poſſit uenditor ſemper retrahere, & non obſtante quacūque præſcriptione, quod certè idem eſt cum eo, quod ſuprà ex Bald. diximus. Et id ſecutus eſt Felin. qui ſolùm Angel. citat, in capitulo, cùm acceſſiſſent, columna 13. verſiculo ſecundò declaratur. extrà, de conſtitut. & in cap. ſi diligenti, columna 4. verſicu. ſecundum corrolarium, de foro competenti. & in Rubr. de præſcript. colum. 6. uerſiculo fallit quartò, Iaſon in l. ſi mater, ante fin. C. de inſtitut. & ſubſtitu. ubi dicit, ſe ita de facto interrogatum reſpondiſſe: & id uerè conſuluit conſilio 92. illuſtriſſimus, colum. ultim. uerſic. nono, libr. 3. & rurſus idem Iaſon in l. petens, colum. 4. uerſic. circa iſta,

*De eadem re.*

*An ualeat pactū, vt liceat in infinitū retrahere.*

*Quid, ſi pactum ſit iuratum.*



& ibi

& ibi quoque Clau. Aquen. col. 1. [Iacob. à S. Georgio. col. 2. uerſ. amplius dico uobis.] Philip. Deci. col. 2. uerſ. item concluſio. & Ioan. Put. charta 2. C. de pact. idem Dec. conſ. 164. nō fuiſſet propoſiti, col. ult. uerſ. uenio ad aliud dubium. Maſuer. titu. de empt. & uend. §. item ſæpè in uenditione Carol. Ruinus conſi. 167. perſpectis colum. 4. nu. 15. & ſequen. lib. 1. & conſi. 150. ex his quæ in facto, per totum, lib. 4. ubi omninò uide, & Franciſcus. Balb. in tract. præſcript. 3. quæſtio. quartæ partis, quintæ partis princi. ubi dicit hanc opinio. eſſe ueriorem & cōmuniorem, tenendamque & iudicando & conſulendo. Thoma. Parpal. in l. 2. col. 2. ff. ſolut. matrimon. Matthę. Afflict. in tracta. Protomixeos, in uerbo, licet enim ſuprà diximus, colu. antepenulti. uerſ. item quæro de alia quæſtione, in princ. eius quæſtio. Ludo. Gozad. & Hiero. Cagno. repeti. l. 2. ille colum. 18. hic colum. 5. verſi. ille nerò cui factum eſt. C. de pact. inter empt. & uendit. D. Boër. in conſuetudine Bituric. tit. de præſcript. §. 1. in glo. 1. in fine, & in d. deci. 182. & per ſuprà dicta, col. 2. num. 4. & ſequen. & iterum deciſ. 351. duæ ſint, num. 6. Gerard. à Petra notab. 18. nota diligenter, niſi tamen (*ut ſubdit*) interueneerit iuramentū, contra Ange. ubi ſuprà Stephan. Bertran. conſi. 191. viſo cōſultationis themate, col. 2. uerſi. ſed ubi, & ſequen. uſque ad fin. conſilij, libro, 3. Franciſc. Ripa in repetit. l. ult. in 64. quæſt. C. de reuoc. donat. Anton. Rube. conſi. 3. dicitur in contractu, per totum. & iterum conſil. 75. præſupponitur in facto, circa medium. Petr. Rebuf. in repet. l. 1. in primo no. nu. 53. C. de ſentent. quæ. pro eo quod inter. & Ioan. Montolonus in ſuo utriuſque Iuris promptuario, in uerbo, emere ubi ita dicit fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi anno 1515. licet contrarium fuerit iudicatum in Parlamento Diuionēſi. cuius poſterioris areſti, ut noſtri appellant, is certiſſimus fuit: quia ut refert. Chaſſa. conſi. 11. *le cas eſt tel.* colum. 6. uerſi. & eandem opinio. id latum fuit aduerſus ipſum Montol. & eius fratres. [Et eādem ſententiam ſecutus eſt Marian. Socin. iunior, conſi. 145. uiſo puncto, & alijs, in 1. dubio, libr. 1. cuius conſi. primū edita ſunt anno 1550. cùm id meum opus pleraque hæc omnia continens iam editum fuiſſet anno ſcilicet 1543. Quod eò dicere uoluimus, ne quis putet hæc me ab eo ſuſſuratū fuiſſe: an ille è diuerſo ex me acceperit, aliorum ſit iudicium, qui utrumque legerint. Sed & eandem ſententiam amplexus eſt nouiſſimè Hieronymus Schiurpero. conſ. 41. præmiſſa omnia, num. 8. & latius conſi. 70. domini, & cęt. ueritas, per totum, ubi & id late examinat] Et idem in ſtatuto faciente poteſtatem redimendi rem uenditam quandocunque reſtituto precio, ut ſcilicet intelligatur intra triginta annos, reſpondit Pau. Caſtren. à nullo Recentiorum memoratus, conſi. 430. circa primū quæſitum, in prin. lib. 2.

*Areſtum.*

*An idem ſit in ſtatuto.*

8 *De principali quæſtione.*

Sed plus dicit Petr. Ancha. maximæ apud noſtros. autoritatis, conſilio 331. uiſis diligenter actis, colum. 2. uerſiculo tertiò eſt aduertendum, & ſequen. quòd huic redimendi facultati ex pacto competenti, præſcribitur decem annis. quem citat, nec tamen ſequitur Felin. in d. c. cùm acceſſiſſent, ubi ſuprà, de conſtit. ſed eum ſimpliciter citat Carol. Rui. conſilio 27. ſtante pacto, colum. 3. numer. 6. libro, 4. Et quidem Petr. ipſe in hoc ſolus eſt, niſi ei fortè adiungendum exiſtimes Rapha. Fulgo. conſilio 156. uiſis themate, column. penulti. uerſiculo octauò, ubi tenuit dictionem, ſemper, in aliqua diſpoſitione appoſitam, non impedire præſcriptionem decem annorum, tum per alia multa, tum per gloſſ. in leg. nam Imperator. ff. de legib. quæ exponit dictionem, perpetuò, ibi poſitam, id eſt, decennio, tanquam idem ſentiat Fulgoſ. de hoc uerbo, perpetuò, & ſimilibus. Cui adde & textū. in leg. aduerſus in uerbo, ſemper, iuncta gl. in uerbo, certos annos. C. de uſur. Ex quibus Bald. & Sal. ibi, in fin. notant. hanc dictionem uerificari in triennio, & 10. & 20. annis. & Angel. in l. minimè, per eum textum. ff. de legibus & Alexand. conſil. 182. uiſo pro ceſſu, colum. 3. uerſic. præterea in dictis, libro 7. Sed illud ipſius Fulgoſ. & dictę l. nam Imperator, & d. l. aduerſus, eſt propter ſubiectam materiam. & tamen non ſine dubio eſt, vt videre licet ex eo, quod ſcribit Bald. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita, in antiq. lectu. ff. de ædil. edict.

*Semper.*

*Perpetuò.*

9 *De eodem. Quandocunque. vi de nu. ſeq.*

Eam autem ſententiam, quæ huic pacto reuendendi quandocunque, dicit præſcribi 30. annis, præter illam infinitatis rationem ſuprà in princip. adductam, adiuuat quod ſcribit gloſſ. not. in capitulo primo, in uerbo, quandocunque, & ibi etiam Andr. Iſern. Bald. columna prima, Matth. Laud. Aluar. & Cardina. Alexandr. titu. de feud. dat. in uicem legis. commiſ. quòd licet textus, ibi dicat, quòd debitor quandocunque ſoluendo poterit recuperare pignus, quod dederat ſub pacto legis commiſſoriæ, intelligitur tamen, niſi fluxerit tempus trigeſimum annorum, per hæc apertè innuens, quòd ea dictio, quandocunque, non impedit prę́ſcriptionem triginta annorum. Et ſimilis eſt gl. à paucis annotata in l. 1. in verbo, præſcriptionem. C. de bo. mater. quæ ad textum illum, in fi. cuius hæc verba ſunt. Nullam poterit præſcriptionem opponere filijs, quandocunque rem ſuam uendicantibus, hæc addit. Niſi 30. anno quam ſolus ſcribentium inibi Corn. paulò ante fin. in id expendit, dicitque perpetuò menti tenē dam. Nam & hæc dictio, tametſi ſit vniuerſalis, tamen reſtringitur & limitatur ſecundum naturam actus, cui attribuitur, vt dicit Bald. con ſi. 67. quia ex facto oritur, co lum. 2. verſi. nec obſt. ſi dicatur, lib. 3. & Catel. Cotta in memor. incip. quandocunque.

10 *De eodem. Semper.*

Quibus finitimum eſt, quòd illa etiā dictio, ſemper, quæ idem ſignificat, non etiam eſt impedimento huic 30. an. præſcriptioni, quin ea locum habeat. Quod hinc facilè apparet, quòd actioni de dote eo temporis ſpacio præſcribitur. l. in rebus. §. vlt. C. de iur. dotium, & diximus ſuprà tit. præcedente. §. 1. in verbo, *ou equipollent à vente*, quæ eſt glo. 14. num. 97. nam ſpecialia. Quāuis alibi dicatur cauſam dotis ſemper & vbique eſſe pręcipuam, id eſt, fauorabilem. l. 1. ff. ſolu. matrim. ubi Bald. colum. vlti. uerſiculo quæro ſi promitto, ex hoc annotat id, quod ſupra diximus, hanc dictionem, ſemper, nō tollere præſcriptionem. Et ſequitur Roma. in l. 1. ff. de vſur. & in l. in cognitione. per eum text. iuncta glo. in verbo, accuſare. ff. ad S.C. Sylla. & in Rub. ff. de arbit. col. 15. verſi. duodecimò ex cauſa. vbi & idem dicit de dictione, quandocunque. & Franc. Aret. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo, colum. 3. verſic. tu autem conſidera. ff. de uerborum obligar. per text. in d. l. in cognitione, in princip. cum ſua glo. & Alexand. in l nemo. col. ul. verſ. ſed pone quòd duo. ff. de lega. 1. Quibus adde alios duos text. ſimul iunctos idem probantes, ſcilicet cap. 1. extrà, de reſtitutio. in integ. & cap. 1. eodem titu. libr. 6. nam in priori ſcribitur eccleſiam ſemper debere illæſam ſeruari, ex qua dictione, ſemper, Ala. Guliel. Naſo. & Gof. Docto. antiqui dicebant eccleſiam indiſtinctè poſt quadriennium eſſe reſtituendam. & tamen contrariū deciditur in poſteriori loco. Adde item text. in l. vlt. C. de teſtamen. vbi ſcribitur in principio, ſemper ruſticitati fuiſſe legibus conſultum. Et tamen certum eſt, eidem non ſubueniri in multis caſibus collectis à gl. in l. ult. C. de iur. & facti ignor. & in alijs, de quibus dicam infra eod. tit. §. 4. glo. 7. in uerbo, *en main de court*, num. 13. utrū autem, & 3. ſeq.

*Quandocūque.*

11 *De eodem.*

Et faciunt alia multa, quæ de ea dictione, ſemper, ſcribit Corne. conſil. 41. videtur in hac, col. vlt. libro 2. Et quod etiam tradit idem Corne. in l. ſi qua, in fin. per tex. ibi iuncta gloſſ. in uerbo, obeuntibus. C. ad S.C. Tertul. Vt tamen non neglectim legas d. l. 1. ſolut, matri. & ita intelligas



intelligas ultra eam dictionem, ſemper, aliam eſſe non minoris ponderis, uidelicet, ubique. Nam ut ſuprà diximus, ita ibi ſcribitur, Dotis cauſa ſemper & ubique præcipua eſt: & tamen (ut iam diximus) per hæc non ſummouetur præſcriptio. Et præterea dotis cauſa in multis, imò verò in omnibus, præterquàm in caſib. expreſsis à Iure communi, non plus habet præcipui, aut fauoris, quàm aliæ, ut plenè diximus, & probauimus ſuprà, d. tit. præceden. §. 1. gloſſ. 14. nuper allegata, nu. 96. ego uerò. & multis ſequent. Vnde & illud conſequens eſt, hæc uerba quantumlibet generalia aut ēt uniuerſalia, nō tollere regularem pſcriptionē, ſicuti nec alias iuris regulas. Et id de dictione perpetuū, ſatis probatur in l. minor. §. ſtatuliberum. ff. de euict. cùm dicitur, Euictionis nomine perpetuò obligatur. Et tamen ſatis conſtat ei actioni præſcribi 30. annis. Nam & actiones perpetuas uocamus, quibus præſcribitur 30. uel. 40. annis. Et probatur etiam in l. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuò. ff. de no. oper. nuncia. & Inſtit. de perpe. & tempo. præſcript. per totum. Et id quoque expreſſim uoluit Stephan. Bertran conſ. 46. dudum de anno, col. 1. lib. 1.

*Perpetuū.*

12 *De eodem. Verba, nō ob. quacunque præſcriptione, & ſi quam pſcriptionem ſummoueant.*

Sed & huc ſpectat, quod tradit glo. in c. 1. §. præterea, in uerbo, præſcriptione, tit. de cap. Corra. quòd ſi ſtatuto aut alia cōſtitutione dicatur, nulla obſtante præſcriptione, ſiue quòd nulla præſcriptio currat, uel opponi poſſit, & ſimilia, ob id uidetur tantùm tolli præſcriptio longi temporis, 10. uel 20. ann. ſed nō longiſſimi, 30. uel 40. annor. Nam contra deſides, & ſui iuris contemptores, introductæ ſunt huiuſmodi præſcriptiones longiſſimi temporis, cùm differentia eſſe debeat inter eos & uigilantes, l. ut perfectius, & l. ult. C. de anna. except. Nā uigilantibus & non dormientibus, iura ſubueniunt l. pupillus, in fin. ff de his quæ in fraud. cred. Nec credendū eſt uno generali uerbo, totam illam præſcriptionū obſeruationem multis uigilijs excogitatā atque inuentam uelle radicitus euellere, argu. l. ſi quando. C. de inoffic. teſta. Hæc. propè ea gloſſ. quam ſequuntur Iacob. Bel. Nicol. Neapo. Bald. Mart. Laud. Aluar. Barb. in addi. Bald. & Cardin. Alexand. in d. §. præterea, & Ioan. Andr. in addit. Specul. in Rubric. de feud. col. 2. ubi & hoc dicit uoluiſſe Dyn. conſil. 49. & Panormit. qui illam gloſſ. dicit ſingul. in cap. ult. colum. 8. uerſicu. quæro quid ſi ſtatuto, extrà de præſcript. & conſil. 14. uidetur primò quòd hoſpitali, colum. 2. li. 2. & Franc. Are. l. quamdiu, colum. 2. ff. de acquir. hæred. & conſil. 10. in cauſa & lite uertente, colum. 5. uerſicu. ſecundò præmitto. Carol. Ruin. conſil. 185. uideatur, colum. 2. nume. 5. libr. 1. Matthæ. Afflict. deciſ. Neapol. 254. uerſicu. dicebant. quidam Iaſ. qui eam gl. dicit not. & communiter approbatam, in l. 1. colum. antepenult. uerſic. aduerte tamen. C. de ſer. fugit. De quo & per Barb. qui alios allegat, conſi. 18. difficile eſt, col. 7. uerſic. circa aliud dubium, & ſeq. lib. 3. & eſt gloſſ. ſimilis, quæ ſe ad illam remittit, in cap. 1. in uerbo, præſcriptione, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. Et quod de 40. annis dictum eſt, probatur in l. omnes, iuncta l. præſcriptione, quæ conſeſtim illam ſequitur, ut etiam ibi not. Cyn. & Sal. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.

*De eodem. An ualeat pactū omnem præſcriptionē tollens.*

Vt omittam, quòd non ualet pactum omnem pręſcriptionem tollens ſecundum communem opin. Bart. Raph. Co. Alex. Franc. Aret. & Recentiorum, in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bald. poſt alios Antiquiores, in l. Centurio, ad fin. ff. de vulga & pupil. & in Auth. quas actiones, col. 2. uerſicu. ſed iuxta hoc quæro. C. de ſacroſanct. eccle. ubi declarat, quomodo id ſit intelligendum, & in l. paciſci, in addit. ff. de pact. ubi etiam loquitur de præſcrip. 30. ann. & in l. ſi quis poſtquam. ff. de fideiuſſ. & in l. item illa. §. quod dicitur. ff. de conſtit. pecu. & in l. receptitia, colum. ult. C. eo. & in l. ult. §. ult. in prin. C. de temp. appel. & in d. c. 1. §. pręterea, in fin. & ibi etiā Card. Alex. ti. de c. Corra. Pan. Rapha. Co. conſi. 90. uiſa copia, paulò ante fin. Rom. in d. Rub. de arbit. ubi ſuprà. & cōſ. 201. pro deciſione, colum. 1. uerſic. tertiò principaliter. Alex. conſil. 170. uiſis ſtatutis, ad fin. lib. 7. Ang. Aret. in §. 1. col. 2. & 3. Inſtit. de uſucap. & latè Fel. in Rub. extrà de pręſcript. & Franc. Balb. in tractat. pręſcript. in 5. parte 5. partis princip. in 6. quæſt.

14 *De eodem.*

Fateor tamen, quòd etiam ex communiori crebriorique eorundem ſententia, poteſt renunciari præſcriptioni 30. uel 40. ann. licet nōnulli, ut iam diximus, aliud dicant, vt videre licet apud Recentiores in d. l. nemo poteſt, & in d. Rub. extrà de præſcri. & Fran. Balb. ubi ſuprà. Sed cùm contrahentes ſcilicet emens & uendens cum hoc pacto reuendendi huiuſmodi renunciationem expreſſim non faciant, ſintque huiuſmodi dictiones, quandocūque, ſemper, perpetuò, eius naturæ, ut non tollant præſcriptionem hanc 30. uel 40. annor. ut plenè ſuprà probauimus; conſequens eſt, ut ipſi ijdem contrahentes uideantur & hæc uerba, in eodem pacto appoſita, intellexiſſe, ut ius commune intelligit, ſeq; omnibus legibus de ea re loquentibus adſtrinxiſſe. Text. eſt optimus in l. ſi duo, & ibi Bald. & Paul. Caſtr. ff. de acq. hæred. Sibi igitur uenditor imputet, qui ſibi aliter non proſpexit. Et ſi fateamur has dictiones poſſe intelligi, ut per has remoueatur præſcriptio 30. ann. uel non remoueatur, ut poſtea dicemus, id eſt, ut intelligantur de 30. ann. atq; etiam de maiori tempore, illud continuò ſequitur, eſſe uenditori imputandum, qͥ apertius legem non dixerit, l. ueteribus. ff. de pact. cum ſimilibus.

15 *Pro cōtraria parte.*

Contrarium tamen, ut ſcilicet in caſu, de quo loquimur, poſſit uenditor quandocunque, etiam poſt 30. annos, redimere, tenet Fab. in tractat. emptio. & uendit. in 13. quæſt. 7. quæſt. princ. & Barba. conſilio 51. ſcripſit ſapientiæ fons, colum. 8. uerſicul. capio ſecundum, lib. 1. ubi ita dicit fuiſſe conſultum Iuriſperitis, & ſe quoque aliàs conſuluiſſe apud Marchiam, & ita ſanè etiam conſuluit conſilio 22. clementiſſimum, in ultim. dubio, lib. 4. & Ioan. Cror. in repet. d. l. nemo, chart. penul. colum. 1. uerſic. nota etiam, quòd per hæc uerba. ff. de leg. j. ubi & ita dicit ſe conſuluiſſe. And. Alciat. in d. l. petens, in glo. 1. in fin C. de pact. ubi hanc opin. dicit æquiorem, & conſcientiæ aptiorē, & rurſus in Rubric. extrà de præſcrip. in ult. charta, numero 64. & multis ſequen. ubi etiam dicit hanc opin. tanquam æquiſſimam eſſe tenendam in practica & Chaſſ. in conſuetudin. Burgund. titul. *de rentes vendues à rachapt.* §. 1. in gloſ. 1. colum. 2. uerſic. limita hanc, & ſequent. ubi & hoc dicit tenuiſſe Bald. & Sal. in quibuſdam conſil. quæ aliter non deſignat, & ita quoque fuiſſe iudicatum in Curia Parlamenti Burgundiæ. & rurſum idem Chaſſ. d. conſil. 11. per totum, ubi etiā colum. 15. uerſic. 20. tradit Richar. & Bart. à Salice. ita conſuluiſſe in quibuſdam ſuis conſ. quæ poſita ſunt poſt conſil. Ang. in antiqua impreſſione, quæ tamen uidi, nec ſunt in meo codice conſ. ipſius Angel. & idem nouiſſimè tenuit Ioan. Igne. in l. in cognitione, numer. 76. & alijs multis ſequent. vſque ad num. 173. ff. de S.C. Silla. & Pau. Pariſ. conſil. 92. Ang. lib. 3. [Et ita quoque conſuluit Franc. Curt. iunior, in quodam conſil. quod edidit in cauſa Corbulorum, ut retulit Marian. iunior, ubi ſuprà, ſed id conſilium non eſt intra conſilia impreſſa ipſius Curt.]

16 *De eodem.*

Et huius quoque ſententiæ ante hos omnes uidetur fuiſſe Raph. Fulg. conſil. 123. S. & P. ciues, dum illic ex facto reſpondit, quod ex ſtatuto introducente præſcriptionem actionum perſonalium decem annis inter præſentes, & uiginti inter abſentes, non præſcribitur actioni, quæ alicui competit ex promiſſione facta alicui de uendendo rē aliquā ad omnem ipſius requiſitionē. Et de cæteris omnib. promiſſionib. ita factis uoluit ante eū Ang. in d. l. cū ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. de verbor.

verbor.oblig.& latè quoque conſuluit Barbat.conſi.18. difficile,col.7.verſ.circa aliud dubium, videlicet vtrum ſit præſcriptum,lib.3. Et ante hos omnes in ſpecie noſtri caſus, non obſcurè voluit Bal. in ſua Margar.in verbo præſcriptio, in princip. dum dicit, præſcriptionem non procedere aduerſus illum, qui ex pacto poteſt quádocunque agere: & per conſequens (inquit) nec tunc pręſcribetur iuri offerendi, per l.ſi fundum, quæ eſt 2. C.de pactis inter empt.in qua quidem l.emptor promiſerat reſtituere rem venditam quandocunq; oblato precio:qui eſt noſter caſus,aut certè adeò ei ſimilis, ut non magis ouum ouo.

17 *De eodem.*

Et vt intelligas, quantum ea l. faciat ad hanc opinionem,ut ſcilicet ea verba quandocunque,quotieſcunque,toties,quoties,& ſimilia, id operenť,vt ſcilicet uenditor admittatur poſt 30. annos.verba eius l.ſunt huiuſmodi: Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt, ut ſiue ipſi, ſiue hæredes eorum, emptori precium quandocunque,vel intra certa tempora obtuliſſent, &c. Quibus uerbis comprehendi debet omnis caſus, quo data eſt facultas offerendi, atque ſic redimendi, aliàs enim ea lex eſſet manca & mutila,contra l.1.C.de his,quib.vt indig. præſertim cùm nulla alia lex ſit, quæ de hoc diſponat. Igitur ſub illa parte intra certa tempora intelligitur, cùm ita concepta eſt ea facultas, vt intra decem annos, vel aliud tempus expreſſum poſſit offerre & redimere. Item, cùm ſimpliciter data eſt ea facultas offerendi & redimendi ſine adiectione temporis: nã tunc intelligetur, vt intra triginta annos id poſſit facere, vt diximus ſuprà,num.1. Id enim tempus dicitur eſſe certum,cùm à iure ſtatutum eſt: quod & ipſum certum eſt. Ex quo illud conſequens fit, vt cùm ſub altero membro, quo dicitur, intra certa tempora, contineatur facultas ſimpliciter data,quæ duràt triginta annis: in altero mẽbro,quo dicitur, quandocunque, maius aliud tempus, quàm triginta annorum intelligatur. Aliàs enim id membrum eſſet omninò ſuperfluum; quod dicere nec debemus,nec poſſumus, per l. ait Prætor. §. 1. ff. de iureiurand.in illis uerbis, Nec fruſtra adijcitur: ex quibus Iaſon id notat, quod diximus, cum infinitis ſimilibus. Satis enim fuiſſet,ſi dictum fuiſſet, ut intra certa tempora, uel etiam ſimpliciter, ut liceret offerre & redimere.

18 *De eodem.*

Et hanc quoq; partem confirmat text. in d.l.quòd ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. ff. de ædil. edict. vbi licet actio redhibitoria ſit bimeſtris,ſi tamen conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, valet hæc conuentio. Et per illum textum dicunt Bald. & Ang. ibi, quòd vbi in promiſſione apponitur uerbum quãdocunque uel perpetuò, non currit præſcriptio ſtatutaria uel legalis. Et idem quoque per illum ipſum textum uoluit idem Angel.& Imol.in l.1.ff.de vſucap. Et Cæpol.cautel. ſecundum poſtremam computationem 68.ſi petens, in fin.& iterum cautel.75. cautela quòd in contractu. & Barbat. conſi.53.pręclarè,col.antepen.verſic.vnde multùm,lib. 2.& latè d.conſi.18.ubi ſuprà, lib.3. & Soc. qui id dicit ſing.conſi.86.in cauſa communitatis, colum.pen. uerſ. ſecundò probatur,lib.1.quod repetitur conſil.166. lib. 2.& Carolus Ruin.conſi.111.arbitror,col.3.nu.7.lib.1. [Et idem quoque uoluit ipſe Bald.in l.1. ff. quib.mod. vſufru.amit.quem,prout eum refert,ſequitur Iaſon in l. 1. col.9.verſic.adde ſecus eſſe.ff.ſolut.matr. licet tamen Bald.ibi non dicat.] Et facit text.in l.1. cum gloſſ. ff.de concuſ. & in l. 1. ibi, omni temporis definitione ſummota.C.ne rei domi.

19 *De eodem. Infinitas admittiť in verbis eam ſignificãtibus.*

Nec id quidem mirum videri debet,quia cùm verba contrahentium apta ſunt ſignificare infinitatem, ut hæc uerba,de quibus loquimur,& ſimilia, tunc infinitas admittitur.l.cùm quidam.ff.de uſur.& l. ſi ita ſtipulatus à Seio fuero,& ibi Bart.& Imol. ff.de fideiuſſ. & l. in annalibus.C.de legat. & uoluerunt etiam Dyn. Alber.& Bart.in d.l.qui bona.§.ulti.ff.de dam.infe.ubi expreſsè Bar.dicit,quòd dicta uerba quandocunque, & toties quoties, important infinitatem, & ibi quoq; Imol. & Alexan.& idem Alex.in l.ſi Stichum.§.1.col.2. uerſ. nec obſtat ratio.ff.de uerb.obligat.& in l. 1.§.ulti. colu. 2.uerſic. puto quòd in terminis. ff.qui ſatiſd. cogan. & conſ.145.quoniam,col.1.uerſ.ſed hoc non obſtante.lib. 2.Et facit etiam tex.in l.1.§.1.ibi,toties quoties.ff.ſi fami.fur.feci.di ca.& in l.ſi duo.§. ulti.ff.de arbit. & in §. in primis. Inſtitu. de eo, cui liber.cau. Et eſt de mente Spec.tit.de arbit.§.ulti.uerſi.quid ſi dictum fuit in compromiſſo.& uoluit Zenzel.in extrauag.Ioan.22. incipiẽte,hos glo. in l. fideicommiſſa.§. ſi quis decẽ. in verbo, quam ſemel, in princ.& ibi Cyn.ff. de leg.3. & idem Cyn.in l.ulti.C.de iudi.& Imo.conſ.25.in caſu præmiſſo, in princ. ubi dicit, quòd toleratur infinitas, quando ex partium conuentione procedit.

*Toties quoties.*

20 *De eodem. Toties quoties reprę ſentare pmittens, quoties tenetur repræſentare.*

Ideoqve Imol.Rom.Alex.& alij Recentiores in l. ſi finita,in princip.ff.de dam. infect. reprehendunt Angel.qui dicit in eo loco, rurſusq; in l.2. §. qui exhiberi. ff.de cuſto.reor.quòd qui promiſit aliquem repræſentare, toties quoties fuerit requiſitus, liberatur ſi bis præſentauerit, ut euitetur infinitas:quoniam ſcilicet ea verba, toties quoties,ſuaptè natura infinitatem ſignificant. Et idem uoluit [ipſe Rom. in l. 2.§.ult.col.2.uerſ. modò ad propoſitum.ff.qui ſatiſd.cog.] Paul.Caſt.in l.duobus.§.quòd ſi Reus, ante fin. & ibi etiam Iaſ.col. pen.ff. de iureiuran.ubi dicit ipſe Paulus, quòd notarius debet eſſe cautus, ut promittere faciat deſiſtendo toties quoties.& etiam Alexand.in d.l.qui bona. §. ulti.de damno infect.& conſil.145.quoniam abundè, in princ.lib. 2.& Socin.in l.fideiuſſor.§.ult.colum. penult.uerſic.ſextò.ff. qui ſatiſd.cogant.cum alijs multis concord.& ſimilibus aggregatis ab Hippo.Marſil. in l. unius §. cogniturum, qui eſt ulti. colum. 7.& ſeq. ff. de quæſtio. Quanquam (ne id prætermittam) illam Angeli ſententiam ſequitur, & multis confirmat Roma. ſibi contrarius in repetit. Rub.arbitr.col.10.uerſi.quid autem ſi compromiſſum eſt. & conſil.15.plura ſunt, in ultimo dubio, ubi & alia loca citat,in quibus Ange. idipſum tenet. Et uicẽ Guid. Pap.conſ.themate,colum.antepenult.quæ præcedit.

21 *De eodem.*

Sed & hæc ſententia his quoque rationibus fulcitur. Nam emptor, qui promiſit reuendere quandocunque,cùm ſciat ſe ad id eſſe obligatum,nullo tempore poteſt pręſcribere quia eſſet in mala fide,c.ul.de pręſcript.quod etiam procedit in perſonalibus obligationibus ex communiori noſtrorũ calculo, ut ab omnibus ſcribitur in eo loco,& diximus etiam tit.noſtrarum cõſuetudinum 21. qui eſt, *de preſcriptions.* §. 1. in gloſ. 2. quæ eſt in uerbo, *à bone foy.* Nam & ſimiliter uidemus, quòd debitor ſciens rem obligatam,non præſcribit aduerſus creditorem. l. ſicut.C.de præſcriptio. 30. annor. & l.1.C. ſi aduerſus credi. & uoluit Bart. in l. ſi quis per fundum. ff. de acquir. poſſeſſ. Et ſi hoc caſu curreret præſcriptio,eſſet decipere uenditorẽ,qui aliàs non vẽdidiſſet, niſi ſibi perpetuò redimere liceret ex ea conuentione, ut in ſimili dicitur in l. ultima. C. de pactis inter empt.& uendit.compo.vbi hæc uerba ſcribũtur. Cùm enim uenditor non alia lege ius ſuum transferre paſſus, niſi tali fretus conuentione,quomodo ferendum eſt aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione? Et bene etiam facit text.in l.1.§.magiſtrum autem, ibi, aliqui contrahentes deciperentur,ff.de exercit.actio.Sed huic rationi fortè reſponderi poteſt,ſi ea promiſſio reuendendi quandocunque, intelligatur intra triginta annos,ſecundum opi.eorum,qui priorem partem tenet, in nulla mala fide erit, qui ita promiſit, niſi ſi expreſſum fuiſſet,ut etiam poſt triginta annos reuenderet.

22

Praeterea, huiuſmodi pactum collatum eſt in liberum



*De eodem. Conditioni poteſtatiuæ nullo tẽpore pręſcribitur.*

beram uoluntatem & poteſtatem uenditoris, vt ſcilicet poſſit redimere quandocunque.Sed facultas adimplendi conditionem poteſtatiuam nullo tempore præſcribitur,l.ſeruus quoque,§.ult.ff.de hæred.inſtit.& l.ult.C. de condit.inſtit.ubi filiusfamil.hęres inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, nullo tempore dicitur eſſe præteritus:quia hanc conditionem poteſt ſemper, dum uiuit, adimplere. Ex quo planè liquet, quòd facultati adimplendi talem conditionem non præſcribitur,aliàs poſſet contingere, quòd filiusfam.inueniret ſe aliquando præteritum,cùm poſſet uiuere vſque ad centum annos,l.an vſusfructus,ff.de vſufru.cum ſi. Et hanc doctrinam per illum textũ tradit Bart.in l.pignori, in fi. ff. de vſuc. ubi ex hoc infert ad ius offerendi. Et hinc quoque uidemus, quòd ea quæ ſunt facultatis,ſunt impræſcriptibilia,l.uiã publicam, [& ibi Bartol. & alij.] ff. de uia public. cum alijs multis concord.à me congeſtis ſuprà tit.totius noſtri uolum.cõſuetudinum, 3.qui eſt,*des droiz de contraindre à mouldre, & fournoyer ès moulins, & four du ſeigneur*, §. 1. qui eſt omnium eiuſdem uoluminis 25. in gloſſ.2.Imò nec conſuetudine tolluntnr, ut not. Pan. in c.cùm Ioannes,ante fi.extr.de cler.coniugat.& in c.inter cæteras,extrà de reſcript.

*Facultatis iura impræſcriptibilia.*

23

[Sed qui priorem ſententiam ſequuntur,huic rationi ita reſpondent,ut ea procedat in ſimplici facultate nõ procedente ex aliqua actione,ut ire ad S. Iacobum, & ſimilibus. Non autem in facultate procedente ex aliquo contractu, & conſequenter ex actione inde orta. Nam tunc ſicut actioni præſcribitur triginta annis: ita etiam facultati aliquid faciendi,quæ eſſet ſequela actus, vt eſt facultas & ius offerendi competens ſecundo creditori,cui præſcribitur l.cùm notiſſimi.§.ſed cùm illud, uerſicul.eodem iure.C.de præſcript.30.annor.& ita declarat Bart.in d. l. pignori. quem omnes ſequuntur. Sed & aliter reſpondent, quòd illud argumentum procedit in his, quæ ſunt meræ facultatis in ſolo facto conſiſtentis, non autem ſi quid competat per modum iuris:nam tunc ei præſcribitur, vt patet in facultate adeundi. l. licèt,& ibi omnes. C.de iure delib. Imò uerò ſunt qui indiſtinctè tenent præſcribi iuri offerendi, ut uidere licet apud Ang.Aret.in §.actionum,colum.26.uerſi.aduertas tamen an ſit neceſſarium,Inſt.de acti.& Franciſ.Bald. in tract.Præſcript.in 4.partes 5.partis prin.in 1. quæſt. qui multos in id citat.

24 *De eodem. Nullũ uerbum in cõtractibus debet eſſe ocioſum.*

Ad hæc pro poſteriore parte facit, quòd nullum vel minimũ uerbum in contractibus debet cenſeri fuiſſe appoſitum ocioſè & ſine uirtute aliquid operandi, ſi poſſet, ex doctrina Bald. quam omnes ubique, præſertim in conſil.citant,extollunt, & commendant,in Rub, C.de cõtrahend.empt.in 9.quæſt.cum infinitis concord. & ſimilibus à me adductis in noſtro tract. cui titulus eſt,Nihil fruſtra.Sed hæc uerba,quandocunque,quotieſcunque,& ſimilia,in pacto reuenditionis appoſita, erũt omnino ocioſa, inutilia, inefficacia, ſi nõ faciãt ut huic pacto non præſcribatur tempore triginta annor. quando & ſine illis huic pacto non præſcribitur, niſi eodem ſpacio,ut diximus ſuprà in prin.huius gl.Sed & in hanc partem alias multas rationes affert Barbat.d. conſil.51. lib.1.& conſi.22.lib.4.& Chaſſ. d.conſi.11.& Igneus in d.l.in cognitione,quas hìc omittendas ducimus,cùm illic in promptu ſint omnibus. Illud tamen non prætermittemus, in hanc ſententiam eſſe expreſſum ſtatutum Placentiæ, ſcilicet uenditorem & hæredes eius admitti ad redimendam rem cum hoc pacto uenditam quandocunque, etiam elapſis triginta annis, ſi nullum huic rei ſit pręſtitutum tempus,ut refert Barb.d.conſ.51.col.11. uerſ.& ex iſtis,lib.1.

*Statutum Placẽtiæ.*

25 *An id ius retrahẽdi*

Hanc partem ſi ſequaris, intelliges, vt ſcilicet id ius retrahendi non tollatur traginta vel 40. annis, ſed omnino extinguatur tempore immemoriali, vel cẽtum annorum:quoniam talis præſcriptio nũnquam ſummouetur uerbis generaliter omnem præſcriptionem reijciẽtibus,ſecundum Bald. in d.l.1.non ſemel,& ibi quoque Angel.vt à nonnullis citatur,C.ne rei domi.Bal.& Ang. in l.omnes,in fin.C.de præſcript. 30.uel 40. ann. & in l.1.colum. 1.uerſic.attende,quia ſi in aliqua.C.de anna. except.Ange.in l.non ſolum,in princi.ff.de uſuc.& in d. l.1.ff.de concuſ.& in l.ſi quis Decurio, la 3. C. de Decurion.lib.10.& in §.1.per illum text. & gloſſ. ubi, in verbo, præſcriptionis, in Authen. ut de cæter. non ſi.commut.Pan. in cap.ult.col.8.uerſicu.quæro quid ſi ſtatuto, & ibi Fel.colu.6.uerſic. dum ſubdit, extrà de præſcript. & conſil.94.quædam eccleſia.colum.2. uerſic.non obſt. ſi dicatur lib.1.Floria.in l.an uſusfructus,per illum textum,ff.de vſufr.Rom.& Franciſ.Aret.in d.l.cùm ſtipulatus ſim à Proculo, ff.de uerborum obligationibus. ipſe Roma.in l.1.ff.de uſucap.& eundem Franc. Aret.conſi. 15.reuerendiſſime pater,col.penul. uerſ. circa. tertium. Alexand.in d.l.nemo poteſt,col.vlt.uerſic.& tene menti,& ibi Franciſ.Ripam num.115.ff.de leg.1.& eundem Alexan.conſi.60.omiſſo,paulò ante fin.lib.1. conſil.16, in cauſa & lite,col.7.uerſic.nec ad hoc obſtat, quod ſtatutum,lib.5.Card.Alexan in d.cap.1.§.Pręcereà,colum. ult.tit.de capit.Corrad.Fel.in Rub.de præſcript.col.ult. uerſ.conſidera ſecundò. Iaſon. conſil.92. non eſt, ad fin. lib.3.Philip.Dec.conſ.496.in caſu domini operarij,col. 2.uerſic.nec obſtat,ſi dicatur.Franc.Balb.in tracta. præſcript. in ſecunda parte, tertiæ partis princ. in 6. quæſt prin.colum.eiuſdem quæſt.5.uerſicu. & nota quòd præſcriptio.& iterum in quinta parte,quintæ partis prin. quæſt.9.colum.1.& Matth. Afflict. deciſ.Neapol.254. ſæpe fuit,in fin.& in conſtitu.Siciliæ,incip.ſi dubitatio, colum.5.uerſ. quartò pondera, & in conſtit.conſuetudinum,col. penul.uerſic. quid autem ſi res. Stephan. Bertrand.conſil.46. dubium num.5.lib.1.& conſi.98. uiſis duobus,in fi.lib.1. & Fran.Cur.Iunior.in tract.de feud. in 3.q.tertiæ partis.Et hoc ſatis ex eo probatur, quod licet dicatur in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum. ff. de ſeruituti.quòd ſeruitutes quæ non habent poſſeſſionem continuam,non præſcribuntur,id tamen non intelligitur de præſcriptione immemoriali, vt patet ex l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff.de aquo quoti. & æſti. Et hæc ratio eſt Roma.in d.l.1.de vſucap.

*quocũque ſaltem tẽpore immemoriali tollatur.*

26 *De eodem.*

Sed ut nihil eſt in iure noſtro nõ controuerſioſum, ſiue id facit legum obſcuritas,ſiue contradicendi ſtudiũ multis innatum, ſiue oſtentatio & gloriæ cupiditas non paucis quoque ingenita, ſiue humanitatis quędem infęlicitas,ſiue aliud quidpiam,contrarium,vt ſcilicet per huiuſmodi uerba ſummoueatur etiam præſcriptio centenaria,ut alia immemorialis, voluerunt duæ gloſſ. ſcilicet prior in Clem. 1. in uerbo, quanticunque, de foro compet. altera in Cle.ſi una. in uerbo, quauis, quæ eſt ult.de reb.eccle.non alie.& Ioan.Andr. in d.cap. cùm inſtantia,per illum tex.in uerbo,longiſſimo. & ibi quoque Panor. ſibi contrarius,in 3. not. extrà, de cenſibus. Ant.& idem Panor.in ca.cùm ex officij.ille col.3.hic in 3.not.per illum tex.in uerbo non meminerint.extrà, de pręſcript.& rurſus ipſe Panormi.in c.ſuper eo,etiam per illum tex.extrà,de parœc.

27 *De eodem.*

Vervm Fran.Aret.in d.l. cùm ſtipulatus ſim à Proculo,col.3.ita in hac re diſtinguit: Aut clauſula,non obſtante quacunque præſciptioue, uel alia ſimilis apponitur iuribus, quæ regulariter non tolluntur ſpacio 40. ann. & tunc vt aliquid operentur, uidebitur inductum, vt nec præſcriptio quoquo immemorialis currat. Aut apponitur iuribus,quæ contrà eodem 40.annorum ſpacio præſcribuntur:& tũc hæc præſcriptio immemorialis nõ uidetur eſſe ſublata: quia ſatis ea uerbo operantur tollendo præſcriptionem 40.annorum. Dicitque ipſe Areti.huiuſmodi diſtinctionẽ eſſe ex mente Bald.in d.c.1.§. præ-

præterea.tit.de cap.Corrad. Sicuti etiam fuit Panorm. quem ipſe non allegat, in d.c.1. vbi ſuprà citauimus, de præſcript.& eiuſdem Aretin.d.conſi.15. vbi ſuprà. Et ſecundum hanc diſtinctionem poſſet videri, dd. gloſſ.in prçcedenti verſiculo allegatas, non poſſe ſubſiſtere, quia iura, de quibus loquuntur, videntur eſſe præſcriptibilia ſpacio 40.annorum. Sed ſubdit Aret.in priori loco, q̃ ſaluando eas, poſſumus dicere, quòd procedunt in ſuis caſibus. Nam in dicta Clemen.1.de foro compe. ideò nulla currit præſcriptio, quia Epiſcopus ibi exercebat ius in alia diœceſi ex plenitudine poteſtatis inductæ illo caſu à ſummo Pontifice: cuius exercitium habet hãc naturam, vt nõnunquam præſcribat ius inferioris, quia non fit iſto animo, ſecundum Bal.in l.2.C.de ſeruit.& aqua. Sed in d.Clemen.ſi vna, ideò non currit præſcriptio, quia dabat materiam delinquendi, vel erat contra naturam eccleſiaſticam. Felin.autem tum in d.c.cùm ex officij, in princ.tum in c.accedentes, colum.5.in 3.fallẽ. eod.tit. de præſcript. aliter ſuper hoc videtur diſtinguere, ex mente Bald.in d.l.omnes, de præſcript.30. annor. ibi eum omninò vide, & Franc.Ripam in l. quo minus, num.101.ff.de flum.

28 *Deciſ. principalis dubij. Areſta.*

Vt autem ad rem, de qua præcipuè agimus, reuertamur, ea, vt audio deciſa eſt iudicio noſtri Senatus Pariſ.die 23.Iunij, anno Domini 1515.inter Ioſſerandum de Thelis appellantem à Seneſcallo Lugdunenſi, & Petrum Porte intimatum: & alio item, cuius meminit Mõtolonius, ut ſup. diximus in 2. verſ. huius quæſt. quibus diffinitum eſt præſcribi huic facultati redimendi quandocunque, annis 30. Et ſi hanc partem de iure teneas,

*Reſponſiones ad contraria.*

poteris reſpondere ad d.l.quòd ſi nolit. §. ſi quid ita venierit.ff.de ædil.edi. quod eſt potiſſimum alterius partis fundamentum, quòd ille text. non procedit in præſcriptione odioſa, vt dicit Angel.ibi, & in d.l. nemo poteſt, col.2.verſ.quid autem ſit econuerſo.ff.de leg.1. cui ideò renunciari non poteſt, ut not.Bar.in d.l.nemo, cum alijs multis concord.adduct.ab Alex.ibi, col.pen.

Qvod autem dictum eſt de mala fide emptoris, & deceptione venditoris, quæ eſt altera alterius partis anchora,

29 *De eodem.*

ex eo primùm refellitur, quòd hìc nulla mala fides eſt emptoris, nullaque deceptio venditoris, cùm id pactum reuendendi quandocunque, intelligi debeat ſecundum ius, intra ſcilicet 30. annos, vt plenè probatum eſt. Deinde, quòd etiam alia ratione emptor non eſt in mala fide ante oblationem precij, quia aliter non apparet quòd venditor velit redimere, ut in ſimili dicit Pet. Anchar.in regula, ſine poſſeſſione, in 11. eademque poſtrema oppo.quç eſt in 8.colum.verſ.item intelligas, de reg.iur.lib.6.& Panorm.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 15.verſ.ſed pro concord.extrà, de conſtit.cum alijs concord.à me latè traditis in repet. l. ſi vnquàm, in uerbo, reuertatur, num.390.ſed tu in hoc.& ſeq.

Qvod item continenter dictum eſt, ius meræ uoluntatis atque facultatis eſſe impræſcriptibile, diſſoluitur

30 *De eodem.*

facillimè ex not.à Doc.differentibus de præſcriptione iuris adeundi, & immiſcendi, in l.licet. C. de iur. deliber. & ibi præſertim Corne. & alijs recentioribus. Quod denique dictum eſt, hæc verba, quandocunque, & ſimilia, manere ocioſa & ſine effectu, niſi intelligantur etiam poſt triginta annos, cùm ſine illis ea facultas duret vſque ad id tempus, non admodum vrget, cùm non adeò inconueniens ſit, ut quod tacitè intelligebatur, verbis exprimatur, nec aliud operetur ex illo vulgari axiomate, expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l.3.ff.de leg.1.& l.non rectè. C.de fideiuſſ. cum ſimilib. Nec tamen hìc omninò ſuperuacuum eſt, quia, ut ſuprà dictum eſt, ſunt qui opinantur hanc facultatem redimendi extingui ſpacio 10.annorum, vt ſuprà diximus, ideoq; huiuſmodi verbis tollitur id dubium, quod poterat hìc ſubeſſe: quod non inutile eſt, ut ſuprà diximus in præcedenti tit.§.21.glo.1.num.5.at unum hìc.

31 *Quid, ſi nõ uia actionis ſed exceptionis id pactum pponitur.*

Porrò cùm hæc opinio areſto ſupremç noſtræ curiæ fuerit approbata, ea omninò ſequenda eſt. Nam & ea quoque communior eſt, & Doctorum maioris doctrinæ & autoritatis. Eam tamen temperabis multis modis. Primò, ut procedat, cùm uenditor, aut hæres ipſius, uia actionis expeditur, ut emptor cogatur reuendere. Secus, ſi uia exceptionis, ſiue retentionis. Verbi gratia, Tu mihi uendidiſti annuum aliquod vectigal, id eſt *une rente*, ſuper omnibus bonis precio centum aureorum, ea lege ut poſsis id uectigal redimere quandocunque, reſtituto illo precio: modò elapſis 30.annis, tu non uis ſoluere illud vectigal, ſed cùm à te peto, offers reddere illos centum aureos, ut ſic redimas idem uictigal, eoque liber eris. Certe tibi quæritur ius excipiendi, ut vlterius cogi non poſsis ad ſoluẽdas pẽſitationes. Nam ſicut natura exceptionis perpetua eſt.l.purè.§.ultim.ff.de doli excep. ita & iſtud ius offerendi precium & redimendi uectigal, quod eſt ſequela exceptionis, perpetuum quoque eſt & nullo tempore præſcribitur, ut uoluit Barto. loquens de iure offerendi, in d.l. pignori. ff.de vſucapio. per l.Paulus.§.1.ff.quibus mod.pig.uel hypo. ſol. ubi ſi poſſideo pignus, habeo ius offerendi perpetuum: poſſumque ad conſeruandam rei retentionem quandocunque offerre.& ſequitur Anton.in cap.quoniam frequenter.extrà, ut lite non cõteſt.& Ang. Aret.in §. actionum, col.32.uerſic. & per conſequens. & iterum col.34.uerſ. ex his omnibus.Inſtit.de act. & Corne. in d.l.licet.C.de iure delibe.

32 *De eodem.*

Prætereà præſcriptiones ſunt ob id introductæ, ut per eas obuietur occurraturque iuri agendi, non autem iuri excipiendi, ſiue retinendi, cùm ad id ipſum tendant, idque producant.l.ſicut. C. de præſcr. 30. uel 40. annorum.& no.in l.1.C.ſi aduer.credi.& in l.3.C.quod met. cau. Igitur non impediunt ius illud excipiendi ſiue retinendi, ad cuius conſeruationem ſunt introductæ. l. legata ff.de legat.1.& l.cùm tale.§.ulti.ff.de conditio.& demonſtr. & l. 2.§.ulti. C.de iur. calum. Et ita in hoc noſtro caſu redimendi, ne autoritate careamus, reſpondit ex facto Signo.conſil.139.caſus, à precio, ubi & hoc alijs multis confirmat, & ſequitur etiam nuncupatim in hoc caſu Philip.Dec.in d.l. petens, colum.3. C.de pact. & d.conſi.164 non fuiſſet propoſiti, in ultim.dub. [Et facit quod ſcribit Bald. conſil.322. utrum poſt 30.annos, poſt medium, lib.1.ubi loquitur de nullitate ſententiç.] Ex quibus quoque intelligis hçc procedere, etiamſi in pacto redimendi non appoſitum fuerit uerbum quãdocunque, aut ſimilie, ſed ſimpliciter datum fuerit ſine alia præfinitione temporis.

33 *Quid, ſi cõtractus dicatur vſurarius.*

Secvndò intellige procedere, ſi ſimpliciter ageretur ex pacto de reuendendo: ſecus ſi præterea contractus diceretur eſſe uſurarius: quia tunc agens non ſummoueretur ſpacio 30.anno.ut in hac ſpecie nuncupatim reſpondit Bald.d. conſilio 322. uerſic. tertiò dubitatur, lib.1. & ſequitur Philip. Deci.in d.l.petens, col.3.C.de pact.& Franc.Balb.in tract.præſcriptionum, in 3.quçſt. 4.partis princip.in fin. & Hierony.Cagno. in repeti.l.2. colum.5.uerſic.ille uerò cui factum eſt. C. de pactis.inter empto.& uendi.& idem uoluit Alexand. nulla Baldi mentione facta, conſil.46.circa præſentis conſilij materiam, in 2.dubio, lib.3. & conſil. 54. circa primum dubium, colum.3.uerſic. quo ad ſecundum, lib.5.& Petr. Gerard.à Pet.d.ſingu.18.nota diligenter, col.1. Et benefacit, quod ſcribit Paul.Caſtrenſ.conſil.436.ad primum uidetur dicendum, quod dicti commiſſarij, in ulti. dubio lib.2.& Panorm.conſi.76.in præſenti, in ult.dubio, libro 1.

34 *Quid, ſi aliter ſit reprobatus.*

Et idem quoque, ſi contractus alio modo eſſet illicitus & reprobatus, ut ſi in pignore eſſet appoſitum pactum legis commiſſoriæ, quod haud dubiè prohibitum eſt.



eſt.l.vlt.C.de pact.pigno.& cap. ſignificante, de pignor. Nam nec tunc obeſt præſcriptio 30. annorum, nec alia quæuis, per cap.1.tit. de feud. dato in vic. leg. commiſ. vbi Bal.colum.j.in verbo, quandocunque, nota (inquit) ſingulariter hunc text. quia quando in pignoribus eſt appoſitum pactum legis commiſſoriæ, tunc odio creditoris nullo tempore præſcribitur iuri offerendi. Et idem poſt eum repetit Aluar.ibi colum.1.& Cardin.Alexan. qui id ſing.dicit, col.2. & Rom. [qui id etiam dicit ſingul.] in l.3.ad fi.ff.de acquir.hæred. & Alexan. in addit. Bart.in l.cum notiſſimi, ad fin.princip. C. de præſcript. 30.uel 40.anno.& Barb.d.conſi.51.colum.10.verſ. prçtereà facit, lib.1.& Iacob.à S.Georg. in l. mutuum. quæ eſt 2.col.1.ff.ſi cert.pet.ubi ex hoc dicit, quòd ſi venditio facta fuerit minus iuſto precio, audietur emptor uolens redimere in perpetuum etiam tranſacta facultate ei tradita ad redimendum.& Franc.Balb.in d.tract. præſcriptionum, in 2. q.4. partis 5. partis princ. paulò ante fin.& Stephan.Bertrand.conſi.88.ponitur in facto, lib. 1.& conſi.150.prout dicit, colum. vlt.li.2. & conſi.153. exiſtimo, ad fin.eod.lib.2. Vide tamen quid. his ſubnectit ipſe Bald.in d.c.1.de feud.dat. in vic. leg. commiſ. & Franc.Aret.in d.l.3.col.2.verſ. illud etiam ſcias.ff.de acquir.hæred.

35 *De eodem.*

*Cõtractus reprobat⁹ nõ tribuit iuſtã cauſam præſcribendi.*

Et aliàs contractus reprobatus non tribuit iuſtam cauſam præſcribendi.l.ult.§.ſin autem.C.com.de leg.& l.quemadmodum.C.de agr.& cenſ.lib.11.& c.dudum.el 1.de deci. De quo tu vide Archid. in c. quia cognouimus.10.q.3.D.Rota deciſ.310.not. quod ex minus iuſto, in antiquis.Paul.Eleaz.Zenzel. Lauren.Imol. & Card.Alex.in Clemen.1.§.1.de reb.eccleſ.non alie.Per. Anch.in c.2.col.3.in 8.not.eo.tit.lib.6.& Docto.in c.1. de præſcript.lib.6.Paul. Caſtren. conſi.70. quia fruſtra, col.vlt, lib.1.& Alex.quia alios multos allegat in addit. Bal.in l.Celſus.ff.de vſucap.& d conſi.46.in fin.lib.3.& conſ.54.circa primum, lib.6.quo in conſilio in 2.dubio latè diſputat, an & quomodo, & quanto tempore huic rei præſcribatur.

36 *De eodem.* *Sententia in cauſa vſurarum nunquam tranſit in rem iudicatam.*

Et hæc confirma hoc ſimili, quòd ſi debitor paſſus eſt ſe vinci per ſententiam, omittẽdo exceptionem uſurariam, nihilò tamen minus ea ſententia reſcindi debet vt pulchrè & nota.uoluit Bald.in l. cùm allegas, col.2. uerſ ſed quæritur hìc.C.de vſur.per tex. quem dicit ſingu.in l.ſi ſponſus.§.ſi uxor.ff.de donat.inter vir.& vxor, quo in loco Alex.in addi.Bart.in princ.id ſequitur, & dicit ſing.& rurſus conſi.81.viſo proceſſu, col.2.uerſ.ad idem adduco, lib.3.vbi etiam dicit ſing.& ſequitur etiã Imol.in l.ſtipulatio iſta.§ alteri.col.pen.ff.de verb. obl. Ille autem tex.loquitur de ſententia lata pro vxore, viro non opponente, dum eam poſſet vir exceptione repellere. Et eum text.trahit ad omnem ſententiam latam pro eo cui aduerſarius donare prohibetur. Rom, ſing.310. tu ſcis quòd donatio, ubi & illum text.dicit ad hoc ſing. & allegat etiam Bald.vbi ſuprà.& ſimiliter Cæpol.caut. ſecundum antiquam computationem 155. donatio inter virum & uxorem.verſ.tertia cautela, ibi, ſed aduerte quòd iſta cautela.Iaſ.in l.iudex, in fi.ff de condi. indeb. vbi ex hoc limitat text. ibi, & Catel. qui nuncupatim citat & ſequitur, & dicit ſing.illud dictũ Bal.in memor. incip.ſententia quæ lata eſt.& Io.Lup.in repet. Rubr.de don.inter vir.& vxor.Ex quibus apertè vides negligentiam atque omiſſionem debitoris nõ prodeſſe vſurario, quin non obſtante tempore, aut ſententia aduerſus eam lata, contractus argui poſſit de vſura.

37 *Nec aliàs cũ igitur de periculo animæ.*

Nam & quod ad ſententiam pertinet, cùm agatur de periculo animæ, ea nunquam tranſit in rem iudicatã, veritate comperta, c.lator, & ibi gloſſ.1.& c. conſanguinei.extrà, de re iud, & c.fraternitatis, de frigi.& malefic. gl.in c.inter monaſterium.in uerbo.confirmantes, uerſi. item vbi vertitur.extra. de re iud.& in ſumma.35.q.9. Hoſt.in cap.cùm dilectus, col.vlt. extra, de elect. Ioan. Andr.in Rubr.de re iud.Ant. qui & alios allegat.conſi. 28.viſo puncto, colum.1. cum ſimil. Qua etiam ratione Alber.in Rubr.C.de vſur. colum.3.uerſ. aliam quæſtionem, tenuit ſententiam pro vſurario latam non tranſire in rem iudicatam, quin vſuræ ſemper repeti poſſint veritate comperta. De quo etiam latè per Lapum allegat.103.an oporteat, ubi & idem dicit, licet (ait) ſecus ſit quantum ad punitionem criminis.& Ambr.Vign. in tract. uſur. quem compoſuit ſuper c. ſi ſalubriter. extra de vſur.char.17.in paruis.uerſ.ſed finaliter. & Petr. Anchar.conſ.234.caſus talis eſt, poſt prçceptum.& Iaſ.cõſ. 21.venerabilis, col.1.lib.1.

38 *Contrariũ eius, quod de ſententia dictum eſt.*

Vervm, vt omnia in Iure noſtro ſunt controuerſa, quod ſæpè conqueſti ſumus, eius quod de ſententia diximus ex Bal.& alijs, contrarium reſpondit Petr. Anchar.conſil.98. iſtam quæſtionem dubiam facit, col.1. quem nuncupatim ſequitur Alex. ſecum hic pugnans, conſi.91.uiſis actis, col.1.uerſ.hoc præſuppoſito, lib.2. & idem quoque Petr.Anch.conſi.306.efficax.col.1. vbi & idem dicit conſuluiſſe Feder.Senen. Illud autem minimè dubiũ eſt (ut redeamus ad prçſcriptionem) quòd ſi contractus eſt pignoratitius, nullo tempore creditor, qui ſimulatè dicitur emptor, rem ipſam poteſt præſcribere, l.non ſolum.§. qui pignori, & l. pignori.ff.de uſucap.glo.ult.in cap. quoniam frequenter.§.ult.poſt prin. extrà ut lit. non conteſt. & in cap. contingit, in gloſſ. ult.uerſic.ſed non obtineret, de dolo & contu. Ex quibus dubia redditur ſententia Ang.Imol.in l.4.§.condemnatum. ff. de re iud. quæ huiuſmodi eſt: Quòd ſi ex ſtatuto inſtrumentum habeat executionem paratam, exceptio vſurarum non impedit eam executionem: tametſi eos ſequitur Barb.conſ.18.clementiſſimi, col.pen.uerſi. quinimò, lib.1.

*Creditor, qui ſimulatè dicitur emptor, nullo tempore præſcribit.*

*Exceptio vſuræ, an impediat executione guarentigiæ.*

39 *Quid ſi promiſſum ſit reuendere toties quoties ei facultati p̃ſcriptum fuerit.*

Tertiò intellige, niſi ita pactum fuerit, & promittat toties reuendere, quoties huic facultati redimendi præſcriptum fuerit, ut alijs ſimilibus uerbis; tunc enim uenditor nunquam excludetur tempore, quia unius finis eſt origo alterius, ut per l.ſicut in annos.ff.quib.mod. vſusfru.amit.uoluit Bart. in d. l. nemo poteſt. col. pen. uerſic.quæro ſtatutum eſt, quod præſcribatur, & ibi Iaſ. colum. antepen. uerſic. nota etiam diligenter, in 1. lect, iterumq; in 2.lect.col.pen.uerſi. quinto & ultimo.ff.de leg.1.Bald.in l.ipſis, quæ eſt 2.uerſi.ſed nunquid contrà, C.ut in poſ.leg.& in l.unica.col.2. uerſ. ſecũdò not, arg. C.de cad.tol.& in l.item illa.§.quod adijcitur, per text. ibi.ff.de conſtit.pecu.Ang.in d.l.quòd ſi nolit.§. ſi quis ita.ff.de ædil.edict.Rom.in rep.Rub. ff.de arbit.colum. 15.uer.12.Flo.ut à quibuſdam citatur, in l.ſi uſusfructus alternis annis.ff.quib.mod.uſusfru.amit. ſed lect. illius in eum tit. non extat in noſtris codicibus. Cæpol. cautel, ſecundum vlt. computationem, 65.in multis caſibus Barb.d.conſ 61.col.11.uerſ.& ad hoc adduco.lib.1.Fel. in Rub.extrà de prçſcri.col.antepen.uerſ.fallit ſeptimò. & Aufr.deci.220. item fuit quæſitum ſi Titius. Hier. Cagno.qui ſolum Fel.citat, in d.l.2. colum. 5. uerſic. eſt autem cautela.C.de pac.inter emp.uend.& Petr. Gerar. d.ſing.18. in fin. & eſt etiam bonus tex.in l. in ſingulos. ff.de annu.leg.

40 *De eodem. Quid ſi id promiſſum ſit quamdiu viuat. Quid ſi intra 40.annos.*

Cvi & illud conſequens eſt, quod ſi uenditori data ſit facultas redimendi quamdiu uiuat, aut ad certum aliquod tempus, quod excedit 30.annos, uidelicet intra 40.uel 50 annos, tunc etiam poſt 30.annos, ſi uenditor adhuc uiuat in primo caſu: aut ſi intra illos 40. uel 50. annos, admittetur ad redimendum. Nam perinde eſt, cùm dicitur, quãdiu uiuat, uel intra certum tempus, atque ſi dictum eſſet, toties, quoties præſcriptum fuerit, ut ſcilicet cenſeatur repetita promiſſio reuendendi poſt tempus præſcriptionis, durante uita uenditoris, aut eo tempore certo præfixo promiſſioni, ut expreſſim probatur

tur in d.l.ſicut in annos, qua innituntur omnes citati in præcedenti uerſiculo, & præterea quantum ad priorem cauſam, in l.ſi rem quæ.§. ult. & ibi gl. ff. de euict. Et ad hæc optime facit, quod ſcribit Ang. in l. centeſimis, in fin.prin.& ibi poſt eum Imol.Paul. Caſtr.Alex.& Iaſ.ff. de uerb.obl.quòd ſi quis promiſit aliquid dare uel facere poſt 30.annos, non præſcribitur huic rei per huiuſmodi tempus 30.annorum. Et quod ſcribit Io.Fab.in l. ſicut.C.de præſcrip.30.uel 40.anno.in fin.quòd ſi feci pactum de non petendo uſq; ad 30.annos, interim non currit præſcriptio, per §.vlti in Auth.de appell.colla.8.nam alibi eſt idem ti.colla.4.Et faciunt etiam not.in l.contra maiores.C.de inoffic.teſt.Vide tamen Franc. Rip.in d.l. nemo poteſt,col.antepen.nu.119.& ſeq.

*Quid ſi poſt 30. annos.*

41 QVARTÒ intellige, ut per lapſum huiuſce temporis 30. annorum ſit huic facultati præſcriptum, ope quidem exceptionis tantùm, non etiam ipſo iure, ſicuti nec quæuis alia præſcriptio tollit obligationem ipſo iure, per l.obligationum ferè.§.placet.ff. de act. & oblig. & l. vbicunq;,& ibi not.ff.de fideiuſ. & voluit glo. in l. cùm notiſſimi,in prin.in uerbo,prorogari.C.de preſcrip.30. uel 40. anno. ubi & glo. negat actionem tolli ipſo iure, & ita quoque tradit Bald.in l.ultim.in 13.oppo. C.de edict.diui Adrian. toll. & Angel. in l. 1. per illum text. cum ſua gloſſ.C.ſi aduer.cred.Sal. qui ad hoc alia multa allegat,& dicit hanc eſſe communẽ opinio. in l. ſicut, in 6.oppo.C. de præſcr.30. uel 40.ann.Alex.cõſ.77.in cauſa & lite, colum. pen. uerſ. præterea & poſtremò, lib.6. & conſ.228.ponderatis, ante fin. eod.lib.6.ubi loquitur nuncupatim de hac facultate redimendi:& ex hoc reſpondet emptorem poſſe ſponte & ſcienter poſt 30. annos, reuendere uenditori vt huius pacti, etiam in præiudicium alterius, quod eſt admirandum, ſi uerum ſit.Nihil enim intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. l. nihil intereſt. ff. de reg. iur. nec uideo quòd emptor poſſit omittere exceptionem præſcriptionis, aut eis renunciare, in præiudicium alterius, cui iam eſt quæſitum ius irreuocabile per eum lapſum temporis.Habemus enim regulam generalem, non debere alteri per alterum iniquam afferri conditionem, l. non debet. ff. de reg. iur. & aliam illam, id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro aut culpa tolli non poſſe, l.id quod noſtrum, eod. titu.Fateor autem emptorem in ſuum ipſius præiudicium poſſe poſt 30.annos admittere uenditorem, ut in ſimili diximus ſupra titu.præcedente.§ 1. glo. 10.in uerbo, *dedans l'an*, numer. 20. tu tamen id intellige, & ſeq.non etiam in præiudicium aliorum, vt etiam diximus in ea gloſſ. nu. 30.ex quibus potes. Nec tamen omnino ſine effectu eſt, ut huic rei præſcribatur ope exceptionis, & non ipſo iure,ut ex multis intelliges, quæ ſcripſimus in repet. l. ſi unquam,in uerbo, reuertatur,à num. 268. primùm igitur,uſque ad fin.eius glo.præſertim nu. 345.vigeſimum, ubi uidebis iudicem non poſſe id ſupplere, ſi pars non opponat.

*An p 30. annos ſit pſcriptum huic facultati ipſo iure, an ope exceptionis.*

42 QVID autẽ ſi huic facultati præſcriptum ſit certum tempus, ut uidelicet poſſit uenditor redimere intra annos tres reſtituto precio, an tranſacto eo triennio poterit reſtituere precium,& cogere emptorem ad reuendendũ? Quod prima fronte poſſet uideri,ex eo quod uoluit Bart.poſt Dyn.in l. eum qui ita . §. qui ita ſtipulatur, l.1.ff.de uerbor.oblig. quòd quando tempus eſt adiectũ cauſa differendæ ſolutionis, & non limitandæ obligationis, poteſt poſt illud tempus peti, per l. ſi mandato Titij.§. Paulus reſpondit die adiecto. ff. mandat.cum ſimil.& declarat Bar.ubi ſupra, quando tempus cenſeatur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis, non limitandæ obligationis, uidelicet cum obligatio continet aliquid quod habet cauſam momentaneam, ideſt, quod poteſt momento expediri, niſi ſit aliud expreſſè actum à partibus, l.obligationum ferè.§.1.in 2.reſpon.& ibi not.ff.de act.& oblig.& d.§.Paulus,& l.ad diem. ff.de uerb.oblig. & alia iura, quæ ibi allegat. Sed certum eſt, quòd actus, de quo hic diſſerimus, eſt momentaneus, ergo & poſt terminum expediri poteſt.

*An tranſacto tempore præſtituto, emptor poſſit cogi ad reuendendum.*

*Tẽpus differendæ ſolutionis appoſitum, et nõ limitãdæ obligationi, an impediat peti, vide num.ſeq.*

43 CONTRARIVM tamen in hac ipſa ſpecie, de qua loquimur (ne hic putes de re non ſatis dubia diſputari) reſpondit ex facto conſultus Angel. conſ. 199. Titius rem quam emit. Nam doctrina (inquit) Bart.ubi ſup.eſt uera, & procedit quando dies adijcitur obligationi mero fauore debitoris, ita ſcilicet ut creditor ex parte ſua nihil habeat implere. Sed ubi debitori, ſatisfacienti, aliquid etiam eſt faciendum ex parte creditoris, nec aliter tenetur ſatisfacere, tunc niſi ſibi intra tempus præfinitum ſatisfiat, non tenetur poſt tempus admittere debitorem ad ſatisfaciendum, quia is tenetur ſeruare promiſſa, quæ legem certam habuerunt ex forma contractus, cui legi nõ eſt ſatisfactum à vẽditore in caſu, de quo loquimur, pro quo dicit ſe dare caſum in ſpecie in l. 2. C. de pact. inter empt.& vend.compo. ubi ponitur caſus de eo, qui promiſit reuendere pro eodem precio, quandocunq; vel intra certa tempora.& dicit text. ibi, quòd lex conuentionis ſeruanda eſt. Vbi igitur promiſit intra certum tempus, tenetur intra ipſum adimplere: ſi autem quandocunq; promiſit, etiam quandocunq; tenebitur: aliàs iſta inter ſe eſſentialiter (vt ipſe Angel.dicit) non differrent: ſubditq; & in eam quoq; rem eſſe caſum, in l.commiſſoriæ,eod.tit.& optimè facere text. in l. Aemilius. ff.de minoribus.

*De eodem.*

44 HANC Angel. ſententiam nuncupatim refert & ſequitur Barb.in c.ad noſtram, col.vlt.in 2. locis, extrà de empt.& uend.Franc.Curt.ſenior conſ. 59.Chriſti & glorioſiſſimæ matris,&c.ſuper prẽmiſſa, col.vlt. verſ. vltimò confirmari videtur.& Phil.Dec.in l.petens, col.3.C. de pact.& conſ.308.in caſu ad nos tranſmiſſo, col.2.ver. quartò accedit.in fi.illius verſ. [Matth. Afflict.in ca.vlt. col.2.nu.10.tit.de cap.qui cur.vend.] & Hier. Cagno.in repet.d.l.2.col.4.uerſiculo, differentia tamen eſt. C. de pact.inter empt.& uend.Lud.Gozad. conſ.87. prima facie, col.2.num. 5.& conſ.94.an illuſtriſſima, col.pen.numero 51.& Iaſon in d.§.qui ita ſtipulatur, columna 5.& iterum in l.ſi quis ita promiſerit.§. Seia cauit, colum.4. verſ.bene facit.ff.eo.tit.de uerb.oblig.vbi id dicit not.& rurſum in l.nemo, col.2.uerſ.item ad iſtum tex. ff. de legat.1.& in duobus prioribus locis addit ipſe Iaſ. alias in eandem ſententiam rationes. Nam ſi emptor (inquit) tenetur reuendere poſt tempus, ſequeretur, quòd perpetuò, quod eſſet abſurdum, quia ſic actus agentium operarentur contra intentionem eorum, contra text.in l.omnis, in princ. ff.ſi cert.pet. & in l. obligationum ſubſtantia, in princ.ff.de actio.& oblig.

*De eadem re.*

45 ITEM illud quoque ſequeretur, quod fruſtra eſſet adiectum certum tempus, atque ſic illius adiectio eſſet illuſoria inutilis & ſuperuacua, contra l. ſi quando. ff.de lega.1.& ca.ſi Papa, de priuileg. lib.6. Id quod etiam (ut hoc addam Iaſoni) eſſet abſurdum, ex ſententia Bal. in l.ultim.poſt medium, ibi, item not. poſt terminum. C.de teſta.manu.& in l. obſeruare.§.proficiſci, ad fin. 3. quæſt ff.de offic. Proconſul. argum. l. epiſtola. §. ult.de pact.& l.Imperator. ff.de poſtulat. & l. ſi cùm Hermes. C.locat. præſertim cùm in contractibus nullum omnino uerbum, ſed nec ulla quidem ſyllaba debeat eſſe ſine effectu aliquid operandi, ut pulchrè dicit idem Bald. in Rubr. C. de contrahend. emp. in 9. q. quem omnes ubique,& in lect.& in conſ.citant,& ſequuntur,& dicemus latiſſimè in noſtro tractatu, Nihil fruſtra.

*De eadem re.*

46 PRAETEREA emptor promittendo reuendere intra certum aliquod tempus, cenſetur noluiſſe teneri poſt illud tempus, quia permiſſum ad tempus, cenſetur poſtea eſſe prohibitum, l.ſi unus.§.1.& ibi Bal. qui id trahit ad

*De eadem re. Permiſſũ ad tempus*



*cenſet poſtea prohibitum.*

ad ſuſpenſionem temporalem banni. & d. l. epiſtola.§. vlt.& ibi Paul.de Caſtr.ff.de pact.& l. ſtatuliberum. §. Stichum.& l.Titia cum teſtamento, §.vlt. ff.de leg.2. & l.pater filium.§.fundum.ff.de leg.3.& l.ſi ita quis, & ibi Bal.Imol.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.ff.de vulg.& pup.& l. ex facto.§.item quæro, eo.tit.& l.qui fundum. ff.de contrah.empt.& l.ſi quis alia. ff. quemadmodum vſuſfruct. amit.& l.ſicut §.vlt.& ibi Bald.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& l.1.§.ſi mulier, iuncto princ. ff.de lib. agno. & l.4.in princ.& quod ibi not.Bald. & Floria. in 2. not. ff. de ſeruit.& d.l.ſi cùm Hermes.C.loc.& c. ad honorem, & ibi Bald.extrà de auto.& vſu pal.& c.de cauſis, extra de offic.deleg.& c.quoniam frequenter.§.ſi uerò, & ibi Bal.extrà, ut lit.non conteſt. Et uoluit glo.in c.decet, de reg.iur.lib.6.& in c.ſi homo, 27.q.1.Oldr.conſ.203. factum tale eſt, collata, in fi. Alb.poſt Iac.in l.quamdiu inſtitutus.ff.de acq.hæred. Bart conſ.161. in nomine Domini,& ca.proponitur quòd ſyndicus, col.2.vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu Bald.in c.1.§. hoc quod nos, col.5.uerſ. ſed quæro nunquid. tit. de pace Conſtan. & in c.bonæ, col.2.uerſ.& ſcias, extr.de elect.& conſ.323. cùm quidam medicus, circa medium, lib.1. & conſ.33. ſtatuto cauetur, col.2.lib.5.& conſ.51. generali ſtatuto, col.1.eo.lib.5.Bened.Plumb.in l.1.col.3. in 3, not. ff.de manumiſ.Ang.conſ.230 punctus talis eſt, duo compromiſerunt.Petr.Anchar.conſ.70.repetito conſ.346. apparet, col.2.& idem quoq; conſ.331.viſis diligenter actis, col.2.Imol.in Clem.1.col.4.uerſ.iuxta prædicta.de conceſſ.præb.Paul.Caſt.conſ.184. videtur dicendum quòd dicta, in princ.lib.1.conſ.467.ſuper hoc puncto, col.vlt. eod.lib.1.& conſ.256.videtur manifeſtè, col.2.lib.2.& conſil. 351 .præfata reformatio, eod. lib.2. ubi ex hoc reſpondit, quòd ſi ex ſtatuto datum ſit certum tempus conſanguineis ad retrahendum rem uenditam offerendo precium, non poterunt conſanguinei poſt illud tempus retrahere.& iterum conſil. 430. circa primum quæſitum, eod. lib.2.ubi in eodem caſu loquitur, de quo & nos ſatis diximus ſuprà tit. proximo. §.1. in gloſſ. 10.in uerbo, *dedans l'an*, nu.19. ſed cum noſtra. & idem Paul. Caſt.conſil.439.ad primum, colum.1.eod.lib.2.& Maria. conſil.19. pro deciſione, colum.ult. & Soc. ipſius. filius, conſil.273.in præſenti, colum. pen.uerſic. ſed ad hanc,lib.2.

47 EX quo dicit Bald.in l.edita, col.13.uerſic.ſed hic quæritur nunquid ſufficiat. C. de eden.quòd affirmatiua, limitata ad tempus inducit negationem poſt illud. Et dicit etiam Bar.conſ.100.à domino Cy.de Bononia, in 2.dubio, quòd ſi ſtatutum permittat inquiri intra certum tempus, cẽſetur poſt illud prohibere, ideò (inquit) inquiſitio poſtea facta, erit ipſo iure nulla, quod multum eſt notandum, quia multę abſurditates ex hoc caſu prouenirent, ut dicit Iaſ.in locis ſuprà allegatis. uerſi. ab hinc 3. Et facit etiam quod ſcribit idem Bar. poſt Iac. Aret.in l.1.§.ult.ff.de procu.quòd ſi procurator conſtitutus ſit ad certum tẽpus, poſt ipſum expirat eius officium, nec admittitur uolens proſequi, etiam ſi litem fuerit conteſtatus.& ſequitur Paul.Caſt.qui addit, etiam ſi uelit aduerſarius, conſil.104.uiſis & ponderatis, colum. 1.lib.j.Et quod item voluit ipſe Bar.in l.Ariſt.ff.de iure delib.Inno.in c.cùm in tua, extrà qui mat.accu.poſ.Bal. in l.ſi plures, col. ult.verſ.quæritur ulterius.C.de cond. inſer.& in l.cũ anterioribus, col.2.uerſ. nota quòd ille. C.de temp.app. vbi dicit, quòd ille qui errat in calculo tẽporis, debet ſibi imputare. Et ſic nota, (inquit) quòd banniti, quibus datus eſt certus terminus, debent prouidere, ne tempus labatur, quia poſtea remedium fruſtra intentarent.& conſ.142.quidam dominus Paſinus, col.1.lib.2.ubi dicit, quòd finito tempore priuilegij, finitur priuilegiũ, per multa iura, quæ allegat. Et Matth. Afflict.deciſ.Neapol.73.emptor cuiuſdam.Nec interim omittam text.optimum à paucis annotatum in l.Thais. §.intra.ff.de fideicom.lib.eo quod probatur etiam fauore libertatis tempus præſtitutum ad aliquid faciendum non poſſe protrahi, nec quod iuſſum eſt fieri intra aliquod tempus, ut quis libertatem conſequatur, poſt id tempus poſſe fieri. Et eſt ſimilis text. in l. Sticho. §.Titius.ff.de ſtatulib.

*De eadem re.*

*Multa ſimilia.*

84 NAM & è diuerſo prohibitum ad tempus, cenſetur poſt illud tempus permiſſum, d.l.imperator, & ibi Bal. ff.de poſtul.& d.l.ſi unus.ff.de pact.& d.l. pater filium.§. fundum,& ibi Bar.& Alb.ff.de leg.3.& l.ſi minor.& ibi Iaſ.in fi.ff.de uerb.oblig.& l.1.& 2.C.de his qui in exil. dat.lib.10.& in c.preſentium, extra de cleric.percuſ.Bar. in l.peto.§.fratre. ff.de leg.2. & in l. in illa ſtipulatione Calendis, col.1.uerſ.intro gloſſ.ff.de uerb.oblig. Alber. in l.hoc iure, eodem quoque tit.Bald.in c.ſicut, col.1.extrà de cohab.cler. & mulier. & conſ.201. in prouincia, col.2.lib.1.& conſi.34.caſus talis eſt, Guido, circa med. lib.1.& conſ.371.factum eſt tale, nutus quondam, col.j. lib.3.Paul.Caſtr.d.conſil.467.ubi ſuprà, lib. 1.& conſ. 263.circa primum, col.3.verſ. prima, lib.3.& d. conſil. 356.lib.2. Et è contrario poſt tempus permiſſum, videtur ante illud eſſe prohibitum, l.promiſſor. ff.de conſti. pecu.& voluit Bald.in l.poſt mortem, ſtatim poſt princ. C.de fideicom.& conſ.301.conſtitutio, col.1.in fi.lib.2. Sicuti poſt tempus interdictum, ante illud tempus videtur eſſe permiſſum, Bal.conſ.67.quia ſtatutum, ad ſi lib. 1.quod repetitur conſ.407.punctus talis eſt, Ant.lib.3. niſi quòd in hoc aliud eſt initium. Et condemnatus ad certum tempus, poſt id tempus pœnæ eximitur, l. fratres.ff.de pœnis. Et in uniuerſum, limitatum ad tempus, non porrigit effectum ad ulterius tempus. Petr.Anchar.conſ.118.caſus talis eſt, col.2. verſ. circa primum, rurſumq; verſ.circa tertium.& Paul. Caſtr. d.conſ.263. vbi ſuprà.lib.2.

*Prohibitũ ad tempus poſt illud cenſet permiſſum.*

*Permiſſũ poſt tẽpus, cenſet ante prohibitum.*

*Prohibitum, poſt tempus cẽſetur antè permiſſũ. Alia ſimilia.*

49 ET hæc quidem omnia ita procedunt ut ea non fiant vi argumenti à contrario ſenſu, ſed ex natura temporis limitati, ut dicit Bal.in d.l.obſeruare. §. proficiſci, col.2.in d.3.q.ff.de offic.Proconſ.per l.ſicuti, in fi. C.de præſcript.30.vel 40.an.& d.l.ſi vnus.§.1. de pact.& d.l. ex facto.§.item quæro.ff.de vulg.& pupil. Ideoq; vt ipſe ſubdit, & hæc quoque obtinent in ſtatutis, atque etiam aduerſus Ius commune, tanquam ſcilicet id ſit ex text. directo ſtatuti, non ex contrario ſenſu.l.qui teſtamento. §.mulier.ff.de teſtam.& l.apud antiquos.C.de furt. Hæc propè Bal cuius hic ſenſus eſt, quòd licet argumentum à contrario ſenſu non habeat locum ad correctionem iuris communis, l.2. C. de condi. inſer. ſecus tamen in eo, quod fit ex vi limitati temporis. Et id quidem dicit not. & ſequitur Alex.conſ.3.circa præmiſſam, colum.2.verſ. præterea dictum, lib.7.Vide tamen ſuper hoc, quæ ſcribit Bald.poſt alios in l.properandum, col.2.uerſ.modò quæro, quid ſi ſtatutum.C.de iud.

*Ea fiũt ex natura temporis limitati non arg. à contrario ſenſu.*

*Et procedunt in ſtatutis.*

50 HANC quoque eandem ſententiam in hoc etiam caſu, de quo principaliter loquimur, nulla Ang.mentione facta, ſecutus eſt Petr.Anch. conſi.331. viſis diligenter, colum.2.uerſ.tertiò aduertendum, per d.l. ſtatuliberum.§.de leg.2.& neutrius item commemoratione facta Soc.conſ.341.circa primam difficultatem, col. antepen.verſ.circa ſecundam quæſtionem, libro 2.vbi & has quoque rationes affert. Nam talis promiſſio reuendendi uidetur facta ſub tacita conditione poteſtatiua, Si uenditor uoluerit redimere, ut declarat Bart.in l.ſi decẽ repetiero.ff.de uerbor.oblig. & conſil.195. Angelotus, & Bal.in d.l.2. C.de pact.inter emp.& uend. Conditio autem poteſtatiua ſuſpendit, l.à teſtatore.ff.de cond.& demon.& not.in dict.l.ſi decem repetiero. At cùm conditio etiam tacita ſuſpendit, ea deficiente obligatio ipſo iure euaneſcit, l. item quia, iuncta glo. ſing. & ibi no. ff. de pactis.

*De eadem re.*

AD

51 *De eadem re.* *Renũciat, qui intra tempus p̃ſtitutũ nõ facit.*

AD hæc, cùm venditor ipſe poſſit redimere intra certum tempus ex lege dicta in venditione, certè id omittens, videtur poſt id tempus id ius remittere ſiue renunciare, vt expreſsè & in hoc quoque caſu uoluerũt Odoff. Nic.Mat. & eorum autoritate Bal. in l.2.in 8.q.C.de reſcin.ven. id quod generale eſt in cæteris huiuſmodi omnibus, per id quod uoluit gloſſ. quam ibi multum commendat Ang.in l.ſi ego.ff.de neg.geſt. & glo.in l.1.in verbo, capere. & ibi Sal.C.de in integ.reſt.mino. Dyn. & Io.And.in c.ratihabitionem, de reg.iur.lib.6. Bart. & ipſe Ange.in l.bonorum. ff. rem rat.hab. Bald.in addit. Spec.tit.de appel. parte 2.§.1. verſ. porrò. vbi dicit tempus iuri quærendo appoſitum.idem aut etiam plus operari, quam renunciationem, per not. in d.l.ſi ego. Sed & ipſe Bald.in l.1.colum.1.verſi.extra opponitur.C. quan. dies leg.ced.dicit lapsũ diei hĕre vim pacti de non pet.

52 *De eadem re.*

NEC in hac re omittendus eſt text. in l.ſi ea. C. qui accu.poſ.ex quo liquidò probatur id quod diximus, ſcilicet tempus ipſum habere vim renunciationis, & id ibi no.idem Bald.tum col.1.verſ.tertiò not.tum colum. vlt. in duobus locis. Atque etiam text.in §.1.poſt prin. ibi, multa quoque tempus refutat. Ex quo quidem & ipſe Bald.conſ.169.ſtatuto ciuitatis Ianuæ.in fin.lib.1.ſcribit lapſum termini ad aliquid præſtituti, habere vim tacitæ renunciationis. Nam & tex.in l.1.§. ſed videndum. ff. de ſuc.edi.paria facit excluſionem ex tempore & renunciatione, cùm dicit, excluſus eſt tempore, vel repudiatione, cum alijs multis ſim.à me adductis ſuprà ti præcedenti. §.3.glo.4.in verbo, *il ne ſera plus receu*, num.2. contrariũ tamen eſt. Quibus illud vnum addiderim, hanc tacitam renunciationem, quę inducitur ex lapſu temporis, magis nocere, quàm expreſſam, ut per multa latè probat Iaſon poſt alios in l.cùm quid, in 2.lect.col.2.nu.10. & multis ſeq.ff.ſi cert.pet. & nos latius in noſtris Legibus connubial.in gloſſ.7. quæ eſt ſuper uerbo, *expres*, ubi uidere poteris.

53 *De eadem re.*

POSTREMÒ hanc eandem ſententiam in noſtro caſu reuendendi intra certum tempus, ante illos omnes licet nullus memorauerit, tenuit expreſsè Bal.conſ.108. iſte qui promittit reuendere, lib.5.atque etiam Alex.cõſil.118.itantibus terminis, col.1.in fin lib.3.& ex Recentioribus quoque Steph.Bertr.qui nullum præcedentium ſcriptorum citat, conſ.15.non tenebatur, libr.1.atque iterum conſ.184.uidi caſum, in fi.lib.1. Et de hac re tex. eſt clariſſimus & expreſſiſſimus, quem tamen nullus illorum citat, in l.ſi creditor.§.illud.ff.de diſtract.pign.ut mirum ſit effugiſſe Bald. uirum omnium noſtratium Docto.oculatiſſimum, & incomparabilis memoriæ uirum. Sed non omnes omnia uidere, aut quæ uiderint recordari queunt, quando, ut cecinit Virgilius,

*Omnia fert ætas, animum quoq; ſæpe ego longos*
*Cantando puerum memini me condere ſoles,*
*Nunc oblita mihi tot carmina.--*

Et ut ſcripſit Menander:

Χρόνος δ' ἀφανῆ πάντα, κἀι λήθην ἄγει.

Id eſt ad uerbum:

*Tempus aufert omnia.*

*Tempus autem aufert omnia, & obliuionem inducit.*

54 *Quid ſi durante tempore reuenditioni præſtituto emptor dixerit uenditori, illum ſe quãdocunque admiſſurum.*

ET hanc principalem noſtram ſententiam, qua dictum eſt, uenditorem poſt tẽpus conſtitutum non admitti ad retractum, amplia, etiam ſi emptor nondum tranſacto eo tempore dixerit uenditori illum ſe admiſſurum ad retractum, quandocunq; uoluerit; nam intelligitur, modò is ueniat intra illud tempus, ut non obſcurè uoluit Ro.conſil.27.uiſo themate, in 4. eodemque ult.dubio, dum dicit aliud eſſe, ſi poſt tempus id dixerit. Et ad hoc mirè faciunt, quæ & nos in ſimili diximus de retractu proximitatis, ſuprà ti.præcedente.§.1.glo. 10.in uerbo, *dedans l'an* nu.33. ſed qui ſi cùm, & ſeq. ubi omnino uideas & notes, neq; n.res eſt omnib.obuia & expoſita.

55

NEC prætermiſerim quoſdam eſſe huius ſententiæ, vt ſi res cum hoc pacto vendita, non ſatis iuſto precio fuerit vẽdita, poterit ſemper redimi et iã poſt tẽpus præſtitutum reuenditioni. ita etiam voluit Chaſſa.in tit.*des rẽtes vendues à rachapt*.§.1.col.4.num.21. iterumq; in hoc tit.*de retraictz*.§. 10.in verbo, *à faict diligence*, in fin.dicens id quoque voluiſſe Bald.in c.1.titu.de feud. dat. in uicem leg.commiſſ.Hoſt.in ſumma tit.de vſur.& Iacob. à S.Georg.in l.mutuum, in 1.col.ff.ſi cert.pet. Sed Bald. & Iacob. nominatum loquuntur in contractu reprobato cùm videlicet appoſitum eſt pactum legis commiſſoriæ in contractu pignoris. De quo nos diximus ſuprà in eadem gl. num. 328. & idem quoq;, vbi & alios multos. idem tenentes citauimus. Nec Hoſt. quoq; illud dicit. Scio autem Senatum Pariſienſem ſolere in uenditionibus annuorum redituum generalium, etiam non reprobatis, concedere aliquod tempus debitoribus ultra tempus conuentum, uel etiam ſi nullum ſit conuentum ut poſſint reſtituto precio eos redimere intra certum tẽpus. Nec id tamen, quod dicit Chaſſa. caret æquitate, propter quandam ſuſpicionem, quæ oritur ex illis duobus, ſcilicet modicitate precij, & pacto reuendendi, quæ ſola licet non ſufficiant ad reprobandum contractum, ſecundum communem opin. de quo diximus ſuprà in princ. huius tit. tamen poſſet uideri ea ſatis eſſe ad illum reſcindendum reſtituto precio, & ſine deductione fructuum, ut in hoc ſaltem quandam rationem habeamus alterius opi.quæ ex ijs duobus tantum reprobat contractum, idq; pręſertim in iſtis uẽditionibus annuorum redituum, qui & ſi non ſunt reprobati, ut alibi diximus, ſunt tamen odioſi & ſuſpecti, ut & alibi itẽ diximus.

*Res cũ hoc pacto non iuſto precio uẽdita, an poſſit ſẽper redimi.*

56 *An uenditor poſt tẽpus poſſit in integrũ reſtitui ex aliqua iuſta cauſa.*

SED an ſaltem reſtitui poterit uenditor in integrum poſt tranſactum tempus reuenditionis, ex aliqua iuſta cauſa, Pone enim, quòd uenditor mortuus eſt relicto hærede filio minore, qui non redimit intra tempus, nunc autem petit ſe reſtitui ratione minoris ætatis, uel ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur, quia uerilimi iter ignorabat id tempus, iuxta l.qui in alterius. ff.de reg.iur.Hanc quæſtionem longè lateque ac ſubtiliter diſputat Frã. Cur.ſenior, d.cõſ.59.Chriſti, ubi tãdem cõcludit, minorem etiam infantem hæredẽ uenditoris non reſtitui aduerſus hunc temporis lapſum, quem tu ui de egregiè diſſerentem, an & quando minor & ignorãs reſtituitur aduerſus pręſcriptionem conuentionalem. Et idem quoque in eadem ſpecie conſuluit Stepha.Bert.d. conſ.148.in fi.li.1.p tex.in l.Aemilius.ff.de minorib.& no.per Pa Caſt. & alios in l.ult. C. in quib. cau. in integrum reſt.non eſt neceſ.Sed & idem nuncupatim uoluit Hier. Cag.in l. 2.in 16. q. C.de pact. inter empt. & uend.& ante hos Paul.Caſt.cuius nullus meminit, conſi. 306. quanquam longa, col. ult. lib. 2.ubi & id dicit ſe quoq; aliàs conſuluiſſe.

57 *De eadem re.* *Tẽpus conuẽtionale currit minorib.militibus, aut abſẽtib.impeditis.*

QVIBVS adde gl.no.in l.ſi cùm militaribus, in uerbo diſtraxerunt.C.de reſt.mil. quæ dicit militem abſentem iuſta ex cauſa, aut etiam minorem, non reſtitui aduerſus tempus aut pœnam conuentionalem, licet reſtituerentur aduerſus legalem, ut ibi ſcribitur. Et illam gloſſ. ſequuntur Bart. & Bald. qui illam dicunt mirabilem. & Paul.Caſt.qui illam dicit not.ibi.& idem Bart.in l.2.C.ſi aduer.uend. pig. & Bald.qui illam dicit eleganter, in c.1.uer niſi iuſta, col.1. in uerbo, infantia, titul. quo temp. miles, & Rom. in Rub. de arbitris, col.pen. ubi eam dicit ſing.Barb.in rep.c.Raynaldus, ad fin.extrà de teſta. & conſ. 51. ſcripſit ſapientiæ fons, col.8.lib.1. ubi dicit ualde ſing. & inter conſil. ipſius Fran. Curt.ſenior.conſil.67.ſapienter, col. 19.ubi eam dicit ſingularẽ.

58 *De eadem re.* *Iuſta cauſa nõ excuſat ab expenſis conuentionalibus.*

ROM. autem, ubi ſuprà, pro huius ſententiæ confirmatione citat glo.in l.non ſolum. ff. de rei uendi.& rurſus aliam in l.3.§.ſi rem.ff.de leg.3. dicentes iuſtam cauſam litigandi nõ excuſare ab expenſis conuentionalibus licet excuſet à legalibus, cum multis concord.adductis à Iaſ.conſ.124.in inſtrumento, col.penult. verſ. item debet, lib.4. de quo nos alibi latiſſimè diſſeruimus. Sed quod propiùs accedit ad eam ſententiam, adde quod ſcribit Card.Floren.in c.exceptionem, col.3.verſ.ego dico, extrà de elect.quòd tempus conuentionale currit im pedito, per not.in c.vlt.eod.tit.licet legale non currat, c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. cum ſimil. & ſequitur Fel.in ca.cum inter, col.11. verſ. limita ſecundò, extra de except.& quòd difficultas non excuſat à pœna, ſiue obligatione conuentionali, probat l. continuus. §. illud, & ibi glo.& Doct.ff.de verbo.oblig.& l. ad diem, eo.tit.ſecundum intellectum eius communiorem. & l. qui autem.§.ſi quis.ff.de conſtit.pecu.& glo. in c.breui, in princ.extrà de iureiur. De quo tu & vide Doct. in l. quod te.ff.ſi cert.pet.& Fed.Senen.conſi.122.Martinus promiſit, & Bart.in l.apud Celſum. §. ſi in arbitrum. ff. de doli except.Franc. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.poſſum, col.1.ff.de verbor. oblig. & Steph. Bertr. conſ.309.viſo proceſſu, num.4. lib.3. Nec iuſta quoq; alia cauſa excuſat ab eadem pœna conuentionali, licet excuſet à legali. Bal. in l.edita, in 2.lect.col.8. verſ. octauò oppoſ.C.de eden.& in l.eos.§.cautione.col.2. uerſic. & circa hunc articulum.C.de appellat. Alex. conſilio 119.titulus quæſtionis, colum.penult. verſic. nec obſtat quòd propter, lib.2.Iaſ.qui tamen nutat, conſil.124.in inſtrumento, colum. ult.lib.4. Et horum omnium ratio in promptu eſt, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, l.Celſus, in princip.& ibi glo. ff. de arbitr. cum ſimil.



*et ab expenſis conuentionalibus.*

*Difficultas non excuſat à pœna uel obligatione conuẽtionali.*

*Nec alia iuſta cauſa.*

59 *De eadem re.*

SED tamen vide interim, quomodo reſpondebis text.in l.ſi creditor.§.illud.ff.de diſtract.pign.cuius hęc verba ſunt, Si quidem ita venierit, vt ſi intra certum tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit, emptio reſcindatur: ſi tempus præterierit, non poterit reſcindi venditio, niſi minor ſit 25.annis debitor, aut pupillus, aut reipublicæ cauſa abſens, uel in aliqua earum cauſarum, ex quibus edicto ſuccurritur. Niſi dicas ibi minorem, vel abſentem non reſtitui aduerſus tempus à creditore præſtitutum reuenditioni, ſed aduerſus ipſam venditionẽ, quod quidem verum eſt. Aut ibi ideò reſtitui minorem, quia agitur de eo, quod geſtum eſt cum eo, quod multum differt ab eo, quod geſtum eſt à patre aut prædeceſſore ipſius, vt uidere licet ex d.l.Æmilius. ibi putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipſa (loquitur autem de filia minore) contraxerat. & not. per glo. & Doct.in d.l.2.C.ſi aduerſ.vend.pig. & in l. cùm filius.§.in hac.ff.de uerb. obligat. cum ſimil. Sed id non admodum congruit caſui d.§. illud. quamquam & id quoque verum eſt. Ideoque ſi huiuſmodi facultas redimendi ab initio fuerit conceſſa minori, poſſet dici & hunc elapſo tempore ad eam reſtitui, atque etiam maiorem ob abſentiam reipublicæ cauſa, aut aliam earum cauſarum, ex quibus ſuccurri ſolet ex illa clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. Sed tu tamen omnino vide Franc. Balb. in tract. præſcrip. in 1. parte 6. eiuſdem q; ult. partis princ.in 23.cauſa.

*Quid ſi hæc facultas fuit ipſi minori conceſſa.*

60 *Quid ſi uẽditor iuſtũ habuerit impedimẽtum.*

EX quibus etiam poſſet uideri, quòd ſi uenditor iuſtum habuerit impedimentum, ne poſſet redimere intra tempus, quia fortè miſit pecunias per nuncium uel procuratorem, ut redimeret, qui ab hoſtibus uel latronibus captus eſt, aut aliud ſimile quippiã contigerit, eſſet tunc excuſandus venditor, & poſt tempus admittendus, ſaltem per reſtitutionem in integrum, ut eſt etiam text. loquens in luitione pignoris, cui tempus certum fuerat præfinitum, in cap.ſignificante, & ibi Doctor. extrà de pign.& Bald.in repet.d.l.Æmilius, col.pen.uerſic.reuertor.ff.de minorib.& Roma. conſ.435. in præſenti conſultatione, ubi & ad hoc allegat text.quem dicit ſing.in l.quibus diebus, in principio.ff.de condi. & demonſt. intelligendo, quòd conditio illa erat implęda, per quid dari in genere, ut ipſe loquitur, licet multa in contrarium eo in loco allegaſſet, quæ ibi videre poteris. Anto. autem in dicto c.ſignificante, col.3.dicit, quòd emphyteuta, qui ceſſauit ſoluere triennio, quia interim detentus fuerat in carceribus, excuſatur, nec poteſt expelli. & ſequitur Barb.ibi, col.3.uerſ.not.quod eo ipſo. & Iaſon qui id dicit notandum in l.2.colum.17.in 21.quæſt. C. de iure emphyt.vbi ſubdit, quòd poſito quòd cecidiſſet, deberet tamen reſtitui in integrum, ex clauſula illa generali. & ſequitur etiam Philip.Dec.in Authentica, qui rem, colum.3.uerſ.ſeptimò fallit. C. de ſacroſanctis eccleſ. Sed id non admodum huc faciat, quia loquimur de pœna conuentionali, quamquam is textus in d. cap. ſignificante, quo potiſſimum innituntur, loquitur de tempore etiam conuentionali. Et vide etiam textum optimum in l.ultima.C.de conditio.inſertis, & in l. argentum.ff.de commod.& quę diximus ſupra, titulo pręcedenti.§.primo.gl.10.in uerbo, *dedans l'an*, num.124. vigeſimoquartò, & ſequen.& iterum §.3.in glo.4. nu.5. quid tamen, & ſequent. Etſi hæc procedunt, omnino deſtruunt ea, quæ diximus in parte huius quæſt. ideo cogita.

61 *Si emptor acceperit preciũ oblatum poſt tempus, an cogetur reuendere.*

ILLVD autem ſcire debes, quod ſi poſt tempus huic facultati conceſſum, emptor precium ſibi à venditore oblatum acceperit, poteſt compelli ad reuendendum, arg.l.de lege.§.ultimo, l. ſequentis. ff.de leg. commiſ.& l. commiſſoriæ, & ibi Bald.C.de pactis inter emptorem & uenditorem, & l. 2. C. de iure dom. impet. & dicta l.Aemilius.ff.de minori.& l. quòd ſi nolit.§.in factũ. ff.de ædil.edict.& l.ult.ff.de eo quod cert. loc. & nuncupatim in hoc caſu reſpondit Bald. conſil. 108. iſte qui promittit reuendere, lib. 5. ubi & ex hoc dicit, quòd ſi ipſe uenditor recepit, etiam poſt tempus, precium à uenditore depoſitum tenetur perficere reuenditionem, quia eo nomine uidetur ipſum depoſitum recepiſſe, quo nomine factũ fuit, nec enim depoſitario ius eſt, & poſteas ſoluendi, niſi in eam cauſam, ideoque in eam ſoluiſſe uidetur, argum. l.4. cum ll.ſequ.ff. de ſolut. [Et optimè facit, quod in ſimili reſpondit Roma.conſil.27. viſo themate, colum.2.uerſic. quarto dubitatur, ubi declarat an ſemper poſtea tenebitur reuendere, uel intra quod tempus.] Et faciunt ea, quæ ſuprà diximus titulo præcedente.§. 1. gloſſ. decima, quæ eſt in uerbo, *dedans l'an*, nu,20.tu tamen id intellige, & rurſum. in fine eiuſdem tituli, in 6.quæſt.& quæ dicam infra hoc eod. tit.§. 4.in glo.ult.nu.2.

*Sed intra quod tempus.*

*Quid ſi acceperit precium in id depoſitum.*

62 *Quid ſi partem precij.*

IDEMQVE, ut tradit Bald. ubi ſuprà, ſi partem precij tantùm acceperit: nam idẽ eſt, ac ſi totum accepiſſet, ut expreſſim declarat d. l.de lege.§.ult.ff. de leg. commiſſ. quam & ipſam ad ſimilem caſum trahit Carol. Ruin. conſ.151.circa dubia, col.4.nu.5.& 6.lib.3.

63 *Quid ſi ignorans accepit.*

SED hæc uelim intelligas procedere, niſi emptor huiuſmodi precium, aut partem ipſius, ignoranter acceperit neſciens tempus reuenditionis eſſe tranſactum. quia fortè ſucceſſerat emptori, nec inſtrumentum uenditionis uiderat. Et tunc certè ei obeſſe non debet, l.ſi is ad quem & l.nec is.§. hæres.ff.de acquir. hæredit. & l. mater.§.ſed utrum. ff. de inofficioſo teſtamento, & l.legitimam. ff.de petit.hæred. & l. tres fratres. C. de pact. & l.nec ignorans.C. de donat. Et quod in ſimili de domino qui ignorans feudum uel emphyteuſim eſſe commiſſam, recipit penſionem, uoluit Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua, uerſic.24.& 26.cum alijs multis ſimilibus, & concor. à me adductis in non ab ſimili caſu ſuprà tit. præcedente.§.1.in d.gloſſ.10.in uerbo, *dedans l'an*, num. 21.ſed hoc tamen, & ſeq.

64 *Sed quid ſi tantùm petiit.*

QVID autem, ſi tantùm petijt ſibi id precium ſolui, necdum tamen accepit, an & tunc poterit cogi ad uendendum, ac ſi ipſe accepiſſet? Quod uidetur per dictam l. Aemilius, in illis uerbis, precium petendo, &

ibi gloſſ. in uerbo, reſtitui, poſt principium, & Bald. in lect. colum. 1. & Alberic. col. 2. uerſiculo, ultimò quęro. ff. de minoribus, & l. poſt diem, & ibi gloſſ. ff. de lege commiſſ. & d. l. commiſſoriæ, ubi & id nuncupatim in caſu illius l. uoluerunt Dyn. Cyn. Bald. Alber. & Sal. & idem Bald. poſt Cyn. in l. intrà. ſ. primo, per illum text. colum. 1. uerſiculo, item not. ff. de minor. Et quod in ſimili ſcribit ipſe Alber. in l. 2. colum. 3. uerſicul. quid ſi dominus petit. C. de iure emphyteu. dominum, qui poſtea quam vaſallus cecidit emphyteuſi ob non ſolutam penſionem, eam petijt ab ipſo uaſallo, ſibi æquè præiudicare, ac ſi ſolutionem receperit, per l. ad ſolutionem. C. de re iudic. & ſequitur Iaſon. in d. l. 2. colum. 42. nume. 128. Et idem quoque de domino, qui requiſiuit vaſallum, ut ſibi fidelitatem præſtaret, uoluit Ioan. Raynut. in cap. 1. §. præterea ſi quis. in 17. quæſtione, & in §. inſuper, colum. penult. titu. de prohib. feud. ali. per Federic. Quodque tradit ipſe Alber. poſt Gul. Cun. in l. 2. C. ſi maior fact. quòd ſi maior factus petit precium rei à ſe minore uendita, uidetur ratam habere uenditionem, per dictam l. ad ſolutionem, & l. 2. C. de iur. dom. impe. & quæ diximus ſupra tit. præcedenti ſ. 24. glo. 1. nume. 11. illud quoque. Quanquam aduerſus hanc ſententiam facit l. nihil intereſt. §. 1. ff de inofficioſo teſt. & quod eius autoritate tradiderunt Cyn. & Alber. in dicta l. 2. in fine. C. de iur. dom. imper. & Petrus à Bella pertica in dicta l. commiſſoriæ, qui eam l. intelligit, ſi quis petierit eam effectu, ita ſcilicet ut conſecutus fuerit, aliàs ſecus, quod omnibus ſuperioribus repugnat, & ante hos glo. ſibi contraria in d. l. lege. §. ult. ff. de leg. commiſ. Nam in l. ſeq. (quod iam diximus) tenuit priorem opi. Pro hac autem poſteriori uide & tu, quæ dixi in tit. præcedenti, in fine eius tit. num. 37. ſed tamen ne tu, iuncto præcedenti. Sed ſemper intelligendum eſt, ſi non ignorans petierit, iuxta ea quæ diximus in præcedenti uerſic.

65 *Si tranſacto eo tpe emptor dicat ſe recepturũ uenditorẽ, intra quod tempus is venire debeat.*

QVID uerò, ſi iam tranſacto ipſo tempore redimendo præſtituto, emptor lubens dixerit uenditori, paratum ſe recipere precium & reuendere, non obſtante lapſu temporis: an tunc quandocunque, uel intra quod tempus, debeat emptor offerre precium? De qua re conſultus Roma. conſil. 27. uiſo themate, in quarto, eodemque ultimo dubio, reſpondit, non propterea emptorem perpetuò obligari, ſed uenditorem debere intra modi cum aliquod tempus precium reddere, ſecundum gloſſam in dicta l. Aemilius, in uerbo, reſtitui, in una ſolutione. ff. de minorib. quam Bart. ibi multum no. Vel etiam poterit emptor compellere uenditorem, ut redimat intra duos menſes, & ſi id non fecerit poſtea non admittitur, ex ſententia Dyn. & Bart. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. oblig. quam Roma. ipſe dicit ſing. At nos multò plura diximus in ſimili quęſtione retractus proximitatis ſuprà tit. præcedente, in gl. 10. in uerbo, *dedans l'an*, num. 23. nec tamen, cum ſex ſeq. Ex quibus intelliges, quid hic amplius ſit dicendum.

66 *An tẽpus reuendendi currat à tempore cõtractus, an traditionis.*

CAETERVM & hìc quæro, à quo tempore currat id tempus præſtitutum redemptioni rei uenditæ reſtituto precio, utrum à tempore contractus, an uerò à tempore traditionis rei uenditæ? Guid. Pap. ſingul. 873. ſi res uendita, dicit à tempore rationis, ut dicit voluiſſe Bar. in l. ſi cui legitur, in princ. in ultimis uerbis. ff. de lega. 1. per tex. in l. tali, in princ. ff. de iure dotium. Verùm Bart. nõ loquitur in noſtro caſu, ſed in alio non admodum diſſimili, uidelicet cùm quis uendit librum præſtituto anni tempore ad ſoluendum precium uenditionis nõ currit id tempus anni, niſi à tempore traditionis, per text. in d. l. tali, quod dicit multum notandum. Et certè ille text. eſt optimus & notandus. Tamen in hoc noſtro caſu arbitror inſpicienda eſſe verba contractus. Nam ſi dicitur, hinc ad annum, nemo dixerit expectandam traditionem cùm aliud exprimatur. Et hic omnino uide quæ latè diximus de retractu municipiali ſuprà ti. pręcedẽti. §. 1. in gloſ. 2. in uerbo, *à vendu*, nume. 43. quid autem ſi quis, cum multis ſequentib. iterumque in gloſ. 10. in uerbo, *dedens l'an*, num. 112. uigeſimò quæro, rurſumque in §. ult. in glo. 2. in uerbo, *notifier au greffe*, nu. 42. decimoquartò quæro.

67 *An uenditor intra tẽpus præſtitutũ poterit omni tẽpore redimere.*

ILLVD quoque in dubium uocatur, utrum uendiior poterit quocunque tempore eius temporis, quod reuẽditioni præfixum eſt, redimere, an uerò tantùm ultimo anno, an item deniq; ultimo tantùm die. In qno ita dicendum eſt, nam aut expreſſum eſt in pacto, & id ſeruandum eſt. Aut uerò ita dictum eſt, ut intra 10. aut 20 annos fiat reuenditio, & poterit uenditor quocunq; tempore illorum decem uel uiginti annorum, aut alterius temporis in id præſtituti, redimere, cùm omne tempus, quod termino prædictorum annorũ clauditur, intra eos eſſe rectè dicatur, ut ſcribit Gellius Noctium Atticarũ lib. 12. cap. 13. & id minimè dubium eſt. Aut deniq; dictum eſt, ut poſſit redimere in decẽ annis: & tunc Guid. Pap. deci. Delph. 516. an per confeſſionem, uerſicul. ſed quid emptor, negat poſſe uenditorem ſtatim redimere, cùm uoluerit, ſed expectandum eſſe ultimum annum illorum decem, & qualibet eius anni die poſſe redimere, per l. ſi ita fuerit libertas. ff. de manumiſſis teſtamẽto, & l. 1. § quibus (credo quòd uoluit allegare §. quod dicimus), ff. de ſucceſſorio edic. Idq; dicit ſentire Bartolum in d. l. ſi cui legetur, in principio. ff. de legatis primo, & in l. Gallus. §. ille caſus, columna ultima. ff. de liberis & poſthumis. Et Guid. Pap. ſequitur expreſsè Hieron. Cagnol. in repetitio. l. 2. in 6. quæſtione. C. de pactis inter emptorem & uenditorem.

68 *De eadem re.*

AT longè uterque fallitur. Nam prior ille tex. ſcilicet. in d. l. ſi ita fuerit, nõ loquitur ijſdẽ illis uerbis Guid. ſed ijs, duodecimo anno, quæ longè ab illis diſtant, in duodecim annis. Nam ſi dicas, duodecimo anno, ille tantùm duodecimus annus comprehenditur, ut dicit ille text. nec aliud intelligit Bart. in ſuprà dictis locis. At ſi dicas, in duodecim annis, omne illud tempus duodecim annorum, quod ſcilicet eſt intra illos duodecim annos, æque comprehenditur, ac ſi dixerit intra duodecim annos. Hæc enim ſimilia, ſunt intra duodecim annos, & in duodecim annis, ut probat textus in d. l. 1. §. quod dicimus, de ſucceſſor. edic. & uoluit Gellius ubi ſuprà citauimus. Et ut breuius dicam, illa enunciatio duodecimi anni, illum tantũ duodecimum annum demonſtrat: illa autem duodecim annorum, omnes illos duodecim annos demonſtrat. Et facit etiam ad ſuprà dicta text. in l. quod quis. ff. de actio. & obligatio. Et hanc quoque noſtram opinionem tenet Chaſſen. titulo *de rentes vendues à reſchapt.* §. 1. in 6. dubio, ubi tamen nihil allegat, niſi ſibi uideri Alex. & alios ita tenere in l. qui Romæ, in princ. ff. de uerbor. oblig.

69 *Cùm uenditor non poteſt niſi poſt aliquẽ tempus redimere, an cõtractus ſit illicit?*

SED unum non omiſerim, quod ſubiungit Guid. Pap. ubi ſuprà, & iterum ſing. 477. licet pactum, uer. quęro mutuaſti, ibi, nunc quære, quod in illis caſibus, in quibus non poteſt uenditor redimere quandocunque: durante tempore, ſed tantùm in fine illius, aut poſt aliquod tempus, cenſetur contractus illicitus, ut dicit ſe plenè dixiſſe in tractatu de contractibus illicitis, uti fecit columna 7. §. pene circa hoc aliquis. Et idem ante illum uideri pleriſque poſſet cenſuiſſe Panor. in c. ad noſtram, in 3. caſu, extrà de emp. & uend. & Paul. Caſtr. conſil. 109. uiſa petitione. colum. 2. uerſicul. ſunt etiam alia, lib. 2. nam & ij duo à quibuſdam in eam ſententiam allegantur, & Laurent. Rodul. in repetitione c. conſuluit, in 2. parte, quæſtione 61. & Lanfranc. Oria. in Clementina, diſpendioſam, columna penult. de iudic. & ante hos omnes Hoſtien. & Ioan. Andr. in d. c. ad noſtram, & è Thelogis Diuus Bernardinus in tractatu de contractibus



tractibus & uſuris, in 39. ſermone, art. 2. cap. 1. & id propè haud dubiè tenet Bal. conſ. 487. apparet, circa mediũ. libro 1.

70 *De eadem re.*

VERVM (ne erres) Panormita. vbi ſuprà, requirit vltra id pactum ita factum, modicitatem precij, quaſi id ſolum non faciat contractum illicitum. Et Hoſt. & Io. And. eo in loco debent intelligi ſecundum dictum cap. quo innituntur, de quo mox dicemus. Sed & Paul. Caſ. vbi ſuprà, non dicit ſimpliciter eum contractum, in quo tale pactum apponitur, eſſe illicitum, ſed id tantùm reponit inter ea quæ cum alijs non per ſe ſola faciunt pręſumi contractum vſurarium, vti etiam faciunt Bald. & Sal. poſt Odofr. in l. emptione. C. plus vale. quod agit. & idem Baldus in capit. 1. colum. 2. verſ. quæro de quibuſdam, & ibi etiam Aluar. colum. pen. verſi. quæro ab extrà. tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. & ipſe Panormit. conſi. 76. in præſenti cap. tria ſuccinctè. colum. 1. lib. 1. & conſ. 69. caſus in his terminis, lib. 2. & Roma. conſi. 423. pro pleniori diſcuſſione, in ultimo dubio. Cępol. in tracta. de ſimulatione contractuum, in 10. præſumptione. Barbat. conſ. 76. illud in medium, columna 1. & 3. libro 3. Socin. conſi. 248. nunquid ex duobus, columna 2. verſic. quarto, libro 2. Iaſon latè conſi. 152. præſupponitur in facto, per totum lib. 4. Fabia. in tract. de emptione & venditione, in 7. quæſt. princ. colum. 3. verſ. ſextò quæro, & nouiſſimè Hiero. Cagnol. in repetione l. 2. colum. 4. uerſic. & inter alias. C. de pactis inter empto. & uendito. & è Theologis Ang. Cla. in uerbo, uſura, el 1. num. 67. niſi (inquit) id fieret in fraudem vſurarum. & Conradus in tractatu contractuum, q. 83. in 8. conclusione.

71 *De eadem re.*

ET hoc quoq; ſatis ſuperq; innuit text. ſi non leuiter legatur, in d. c. ad noſtram, de emptione & venditione, quod omnium hac in re eſt præcipuum, potiſſimumque, ac propè vnum fundamentum, dum ſcilicet unà cũ eo pacto, ut à ſeptennio ad nouennium liceret redimere, & alia quoq; ponit, quæ ſimul faciunt præſumi contractum fœneratitium, quaſi ſcilicet illud ſolum pactũ in id non ſufficeret. Et ita ibi omnes propè ſcribentes intelligunt.

*Quid, ſi id pactum excederet 30. annos.*

Et quòd id quidem pactum ſimpliciter valeat, ne expreſſa autoritate careamus, tenuit Ioan. Fab. modò (ait) tempus in id pręſtitutũ nõ excedat 30. annos, in l. vlt. quam unicam eius titul. legit. C. de pactis pigno. ad fi. Et hoc ultimum de 30. annis, ne id quoque omittam, uoluerunt gl. Petr. à Bella Pertic. & Cyn. ibi. & Collect. in c. ſignificante, col. 2 uerſ. ſed quid ſi debitor, extrà de pigno. Ang. & Alex. in d. l. qui Romæ, in princ. ff. de uerb. oblig.

72 *Id pactum ita factum magis ſuſpectũ eſt.*

SED aduerte Lector amantiſſime: nam licet hęc omnino vera ſint, tamen negari niſi malignè ac proteruè nõ poteſt, quin illud pactum ita appoſitum, vt non liceat niſi poſt aliquod tempus ſimpliciter, aut intra aliud poſtea tempus redimere, facilius citiusq; faciat præſumi contractum vſurarium, quàm ſi ſimpliciter fuiſſet appoſitum ſine expectatione alterius temporis, ut non obſcurè uoluerunt ij omnes quos iam ſuprà citauimus, num. ab hinc 2. & præter eos quoq; Bald. in Rubr. C. de fruct. & uſur. legat. ad fi. & conſ. 487. apparet, lib. 1. & conſ. 322. inſtrumento, col. 2 & ſeq. lib. 3. & Alexan. conſi. 109. viſo proceſſu, in fi. lib. 4. & Corne. conſil. 366. viſa copia, colum. pen. uerſic. illa enim temporis, libro primo & Ambroſius à Vignat. in tractat. uſurarum, quem compoſuit in c. ſalubriter, de uſur. char. 14. in 10. indicio. & Alexan. conſi. 46. circa præſentis, col. 1. lib. 3.

73 *Sed an ante illud tẽpus poſſit cogi emptor reuendere.*

SED an ſaltem in illo caſu promiſſionis reuenditionis poſt aliquod tempus poſſit cogi emptor reuendere ante illud tempus, Baldus, vt à nonnullis citatur, in conſilio incipiente, in Chriſti nomine, ſi emptor promiſit reuendere, reſpondit non poſſe, per not. à Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de uerborum obligatio. & ita illum refert Fabia. in dicto tractatu empt. & uendit. ubi ſuprà, qui tamen ſubdit illam deciſionem videri ſibi dubitabilem, nec aliud dicit. Ego uerò illud conſ. reperire non potui, nec ullum ex conſ. Baldi, quæ edita ſunt, eius initij eſt. At conſ. eſt quod incipit, iſte qui promiſit reuẽdere, quod eſt 108. lib. 5. in quo non illud dicit, ſed aliud, de quo diximus ſuprà eadem gloſſ. numero 61. illud autem. Non tamen dubito, ſi id pactum ualet, ut plerique omnes, ut iam diximus, teſtantur, & ſi nihil aliud ſit quod uitiet, non admittendum fore uenditorem ante illud tempus, cùm permiſſum poſt tempus, ante id cenſeatur prohibitum, l. promiſſor. ff. de conſt. pecun. & diximus ſupra in hac eadẽ gl. nu. 48. nã & è diuerſo.

*ET POVR TEL PRIS QVE ACCORDE EST ENTRE EVX.*

ET PRO TANTO PRECIO, QVANtum inter eos conuentum fuerit, Glo. III.

1 *Concordare uerbũ latinum.*

HÆC uerba obſcura ſunt, quia poſſunt referri & ad precium conuentum & concordatum (ut ſic loquar cum Terentio & Plinio) in uenditione, ut ſcilicet res tali precio uendita, eodem reuendatur, atque etiam ad precium conuentum in pacto reuenditionis, ita ſcilicet, ſi fundus uenditus centum aureis, eo pacto, ut poſſit redimi centum uiginti ſiue octoginta aureis. nam utrobique eſt precium conuentum. Quamuis ſi maius precium pro reuenditione reſtitui conuentum eſt, quàm ab emptore pro ipſa priori uenditione traditum eſt, faciat præſumi contractum vſurarium, alijs tamen præſumptionibus ſimul interuenientibus, per cap. illo vos, extrà de pigno. & diximus ſuprà in præfat. huius titul. numero 31. incip. ſeptimum quod etiam. ubi etiam, atque in numero ſeq. comperies, quid dicendnm ſit ſi minus precium reddi conuentum eſt, quàm ſi precium prioris uenditionis, ibi uide.

2 *Si in pacto reuendẽdi nullum eſt ſtatutum preciũ, de quo intelligendũ eſt. An aliàs interſit, cũ certũ, aut cùm nullũ eſt preciũ.*

SED quid ſi in pacto reuenditionis nullum omnino certum ſtatutum eſt precium, ſed ſimpliciter dictũ eſt, ut uenditor poſſit redimere, intelligiturne de precio uenditionis, an de iuſto precio, an denique de precio, quod ab alio reperiri poterit? de hoc nũcupatim diſſerit Hier. Cagn. in repe. l. 2. col. 6. in 8. notab. C. de pact. inter emptorem & uenditorem. quem uide, & præterea glo. in l. 1. in verbo, non actus, & ibi quoque Sal. colum. prima, uerſicu. quærit gloſ. quando res. C. quando lice. ab emptione diſcede. & Antonius Burg. qui de iuſto precio intelligit, in cap. ad noſtram, columna 13. uerſic. & quòd multi, extrà de emptio. & uenditio. & quæ ſcripſimus ſupra, titulo præcedente. §. primo, in gloſ. 18. in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, in principio. Et uide etiam Socin. qui in hoc caſu certam quandam differentiam facit, cùm uenditioni appoſitum eſt certum precium, uel cùm nullum, in l. qui Romæ, in princip. colum. ult. ff. de uerborum obligat. Et quòd intelligatur de precio uenditionis, eſt expreſſa conſuetudo infrà eodem tit. §. 6.

3 *Pulchra quæſtio.*

CAETERVM hoc in loco uenit in mentem eius ſpeciei, de qua conſuluit Pet. Anch. conſi. 331. uiſis diligenter actis, col. vl. uerſ. ulterius aduertendum. Ea eſt huiuſmodi: Venditor agit aduerſus emptorem, ut ei reuendat rem antè ab ipſo uenditam, offerens pro ea reuenditione quinquaginta ducatos, quia dicit ita fuiſſe conuentum in eius rei uenditione. Negat autem emptor id pactum. Teſtes uenditoris deponunt emptorem promiſiſſe reuendere eodem precio, quo emerat. Reſpondit Pet. emptorem reum eſſe abſoluendum, tum alijs rationibus, tum & hac, quia ex diuerſitate ſummarum reſultat pluralitas promiſſionis: non enim teſtes deponunt de ea quæ deducta eſt in libello. Et in ſeparatis de uno ad aliud nõ infertur, l. ſi maritus. C. de donatio.

inter vir. & uxor. Sed hic omnino uide quæ in ſimili ſcribam infrà in fin. huius tit. in 16. q.

## *CELVY IOVR*, EODEM DIE, Gloſſ. IIII.

1 *Si pactum ſit factum die contractus, an cẽſeatur factum incõtinenti.*

NAM quòd fit eodem die, præſumitur factũ incontinenti, ſiue eodem contextu, ut dicit Bald. in l. 1. colum. 1. uerſicul. ſecundò not. C. de oper. lib. & in l. penult. §. mulier, ad fin. ff. ſolut matrimonio. Cæpol. nuncupatim loquens de hoc pacto reuendendi, in tracta. ſimulatorum contractuum, in 2. caſu princ. & Corne. conſ. 192. licet uideatur, colum. 1. uerſicul. item quia uidetur, lib. 1. & Franc. Curt. ſenior, conſil. 55. ſuper duobus, colum. 3. Iaſo. in l. 1. §. 1. colum. ult. ff. de uerbo. obligat. ubi id dicit ſæpe allegari in practica. & Stepha. Bertran. qui nuncupatim loquitur in hoc pacto, conſil. 15. uiſis inſtrumento, num. 2. li. 2. & conſi 32. precij uilitas, num. 3. eodem lib. 2. cum alijs multis concord. quos tibi congeſſi in repet. l. ſi vnquam, in uerbo, donatione largitus, num. 103. ſed poſſet dubitari, & ſequen. ubi etiam oſtendi Bar. conſil. 161. proponitur quod ſyndicus, non aduerſari huic ſententiæ, quod prima fronte potuiſſet uideri. De eo autem quod fit ſequenti die, de quo iam loquitur noſtra conſuetudo, dicemus in gloſſ. ſequenti, in princip.

## IN LIMINE CONTRACTVS, Gloſſ. V.

1 *Quid ſi die ſequenti. Cohærẽtia nomen Ciceronianũ. Id pactum eadem die aut ſequenti factum, an contractui ineſſe cenſeatur. Quæ poſt vel ante actum ſtatim fiunt, in ipſo facta fuiſſe uidentur.*

QVONIAM dubium eſt in iure, quando pactum cenſeri debeat fuiſſe incontinenti factum, ut ex eo actio competat, tanquam ueſtito cohærentia (ut noſtri loquuntur, nõ ſine graui ac locuplete exemplo: eſt enim uerbum Ciceronis libro ſecundo de Natura Deorum) contractus, ut pleniſſimè per glo. & Doctores in l. in bonæ fidei, iterumque in l. petens. C. de pactis, & in l. iuriſgentium. §. adeò. ff. eodem. & Bart. in l. contractus. C. de fide inſtru. Certè noſtra cõſuetudo, ut hoc dubium tolleret, ſtatuit, quòd ſi eo ipſo die, aut etiam altero, id eſt, ſequenti die, quo cõtractus factus eſt, id pactum de reuendendo fuit conuentum, perinde habebitur, ac ſi in ipſo contractu, aut confeſtim antè, uel poſt interceſsiſſet: & ita in limine contractus, ut ipſa loquitur, dicetur fuiſſe factus, ob id fortè, quòd unus dies non dicitur magnum aut longum interuallum, l. ſi ex duobus, in principio. ff. de duobus reis. & voluit Bart. in l. 1. §. 1. ff. de uerb. oblig. & bene facit. l. Paulus. ff. de re iudic. ubi ſententia diffinitiua in acceſſorijs & conſequentibus poteſt ſuppleri, ſcilicet eodem die, & l. in operis, cum gloſſ. & ibi Bart. ff. loca. ubi ſimul eſſe factum dicitur, quod eodem die factum eſt, tanquam ſcilicet ex propinquitate temporis præſumantur partes ita ab initio conueniſſe, alterumque alterius contemplatione factum fuiſſe uideatur, per text. optimum in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rer. actio non datur. Sicuti & in ſimili dicit gloſ. in l.
2 ſi uentri §. ult. per illum text. & ibi Bart. ff. de priuil. credit. Iaco. Aret. & Bart. in l. pen. §. ſi uir. ff. ſolut mat. Cyn. in l. ſi quis poſthac, in 2. q. & ibi Bald. & Ange. C. de bonis proſcrip. Iac. But. & Albe. in l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. pet. Bald. in l. per diuerſa, in ult. quæſt. C. mand. ubi dicit; Quòd ſi ſtatim poſt precium numeratum idipſum fuerit reſtitutum, præſumitur à principio actum, ut redderetur per d. l. ſi uentri, cum alijs multis concordant. à me adductis in repetit. l. ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, nume. 102. quòd ſi refractarius. Sed quibus addes Bald. de hoc noſtro caſu loquentem, in l. 2. C. de ædil. actio, quòd promiſſio reuendendi incontinenti facta, faciat præſumi ita fuiſſe ab initio conuentũ, prout illum refert, & ſequitur Franc. Curt. ſenior conſ. 55. ſuper duobus, col. 3. Ideoq; ambo actus iudicari debent, ac ſi unus tantùm eſſet, ſimulq; facti fuiſſent, per l. cùm antiquitas, C. de teſta. & l. hæredes palàm, §. uno contextu. ff. eo. tit. cum alijs concord. etiam à me cumulatis, ubi ſuprà, numero præcedenti, uidelicet 101. ſed & hoc tamen. Et quod uni ineſt alteri quoque ineſſe creditur, propter uicinitatẽ utriuſque, ut etiam ibi diximus & multis probauimus. Quibus tamen adde Bald. conſ. 208. præmiſsis, in ſecundo dubio, li. 1. ubi dicit, ita ineſſe quæ incontinenti fiunt, ut ſi in uno inſtrumento deſit locus, in alio autem ſit appoſitus, cenſetur & in illo quoque appoſitus. & Corne. conſil. 319. circa primum, colum. 7. uerſicu. hoc autem præſuppoſito, lib. 3. ubi & id ita ineſſe dicit, ut unus contractus cenſeatur eſſe pars alterius, arg. l. fundi partem. ff. de contrah. empt.

2 *De eadem re. Ante litis cõteſtationem factũ videtur, quod mox poſt eam fit.*

Ex ijs autem fit, Primò, quod dicit gloſſ. in l. 2. in uerbo, narrationem. C. de iura. calum. quòd cùm ex ea l. in § ult. partes debeant iurare de calumnia in initio litis, & ſic ante litis conteſtationem, tamen ſi ſtatim poſt faciant, ſufficit, per illũ text. in prin. quia ſatis dictur fieri initio, quod poſt ſtatim fit, l. lecta. ff. ſi cert petat. Et cum ea glo. ſimpliciter tranſeunt omnes Doctores ibi, ut eam tacitè ſequi uideantur, ex ſententia glo. ab omnibus approbatę in l. inter omnes. ff. qui ſatiſdar. cogant. de qua nos amplius diximus ſuprà titul. præcedente. §. 35. in gloſſ. ultima, in uerbo, *ignorans*, num. 46. nam minores. Sed & illam priorem glo. nuncupatim ſequitur & dicit nota. Roma. in l. ſi mulier. colum. 2. nume. 13. ff. ſol. mat. & Ange. Aretin. in §. præterea, columna 12. uerſiculo, & quando dicatur, Inſtitu. de exceptio. ubi ex ea dicit generaliter, id cenſeri fieri tempore litis conteſtationis, quod fit parum antè, uel parum poſt litis conteſtationem. & Iaſon. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, columna tertia, uerſiculo in quarta parte. ff. de acquirenda hæreditate.

3 *De eadem re.*

SECVNDÒ quod uoluit alia gloſſ. in l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de procur. quòd cùm ille textus dixiſſet ſatiſdationẽ ratihabitionis à procuratore ante litis conteſtationem eſſe exigendam, quoniam ſcilicet hæc ſit dilatoria exceptio, ut dicunt omnes ibi. Certè ſatis dicitur fieri ante, ſi fiat poſt incontinenti, per dict. l. petens. C. de pact, cùm dicitur, ſiue anteceſſit pactum, ſiue poſtea, ſtatim interpoſitum eſt. & l. Modeſtinus. ff. de ſolut. Et licet eam glo. reprobent. Bald. Ang. & Paul. Caſt. ibi, tamen ſequitur Spec. titu. de ſatiſda. §. uiſo. uerſic. debent autem præſtari. & Ant. in cap. cùm dilectus, col. 3. per text. ibi, ſecundum unam lectu. uerſicul. circa, extrà de ordi. cogni. & Imol. qui eam dicit ſing. in l. ex conſenſu. §. eum qui, col. 25. ff. de appel. ubi etiam refert Iacob. But. & Bart. in d. §. ratihabitionis, ſimpliciter tranſire cum ea glo. & rurſum idem Imo. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. per d. l. lecta. Alex. & Iaſ. in l. edita. ille colum. 4. uerſicu. putarem tamen quòd emendatio. hic colum. 5. uerſ. quid ergo ſi incontinenti. C. de edend. vbi ex hoc dicunt, quòd cùm emendatio libelli fieri debeat ante litis conteſtationem, ut ibi nota. poteſt tamen & poſt eam incontinenti fieri. & idẽ Alex. qui & eam dicit ſingul. in l. ita demum, colum. 2. uerſic. octauò fallit. & ibi etiam Iaſ. colum. 1. uerſ. ſecundò limita. C. de procur. & ipſe Iaſon. in l. non ſolùm. §. morte, colum. 4. ff. de no. ope. nunciat. ubi eam rationem reddit, quia quæ incontinenti fiunt, &cæt. & in l. principalibus, colum. 4. uerſ. ſecundò quæro. ff. ſi cert. peta. & in repetitione l. admonendi, chart. 21. uerſic. quid ſi teſtis. ff. de iureiurand. & in d. §. iuſſum, ubi ſuprà. & in l. ult. colum. 5. ſecunda limitatione. ff. de feri. & Felin. in cap. exceptionem, col. 8. uerſ. fallit decimò, extrà de except. Hippol. Marſil. in l. Diuus Antoninus, col. ul. ff. de queſt.





& in l. is qui aggreſſorem, num. 31. C. de ſicar. & conſil. 137. illumina, col. pen. & Lancel. Gal. in l. 1. §. qui præſens, col. vlt. ff. de verb. oblig. Qualiter autem intelligatur, videbis per eundem Lancel. in d. l. 1. in princ. col. 12. verſ. ſexta cadit.

4 *De eodem. Exceptio dilatoria ſtatim poſt litem conteſtatã poteſt opponi.*

SED & generaliter, quòd omnis exceptio dilatoria quæcunq; ea ſit, poſſit opponi ſtatim poſt litem conteſtatam, vt id quoque ſcias, tenuit Innoc. ille pater & organum veritatis ab Archid. in c. pia, de except. lib. 6. appellatus, Inn. (inquam) in c. paſtoralis, in princ. extrà de except. & Ant. cuius etiam non modica eſt apud omnes auctoritas, in c. cùm dilectus, col. 3. per text. ibi, extra de ord. cogni. & Roma. in d. l. ſi mulier, ubi ſuprà. ff. ſolu. matr. & ex recentioribus Fel. in d. c. exceptionem, quo loco ſuprà citauimus, extrà de except. & Hippol. Marſil. in d. §. Diuus Antoninus.

5 *Nõ refert an ante emancipationem, an ſtatim poſt quid fiat.*

TERTIÒ, quod tradit alia gloſſ. in l. ut iuſiurandi. §. iurare aut debet, in uerbo, manumiſſionem. ff. de oper. liber. & iterum in l. 1. in princ. & ibi etiam Bart. & Bald. C. eo. rurſumq; in l. vlt. ff. de lib. cau. nihil referre, vtrum ſeruus in manumiſſione, an paulò ante, ſiue etiam paulò poſt iuret operas ſe domino præſtaturum, per d. l. lecta. idq; dicit Bart. in primo loco, eſſe menti tenendum adiuſmodi quæſtionem. Nam pater non poteſt donare filio in ſua poteſtate conſtituto, ſed emancipato poteſt. Igitur quidam emancipat filium, & confeſtim ei donat: mox iudex emancipationi decretum interponit: opponitur quòd non valet donatio, cùm fuerit facta ante decretum emancipationis. Ego (inquit) Bart. dixi contrarium, per hanc glo. & refert & ſequitur, & dicit ſing. Alex. in l. diuortio, in princ. col. 2. uerſ. ad hæc omnia. ff. ſolut. matrim. & ibi quoque Iaſ. col. item 2. verſ. ſecundò benefacit, ubi illud dictum ita declarat, ne videatur inutile, vt ibi per eum & idem Iaſ. in repet. d. l. admonendi, col. 87. verſ. quid ſi teſtis primò. ff. de iureiurand. & in l. ultima, colum. penult. C. de edict. Diui Adria. tollen. & Franc. Aret. in c. de teſtibus, colum. 4. verſ. nec obſtat dicit ipſe, & ibi quoq; Felin. colum. 3. uerſ. & in quantum, extrà de teſtibus. idem Fel. in c. cum dilecta, colum. 23. verſicul. demum ad ornatum, extra de reſcript. & Catel. Cotta, qui id admodum commendat, in memor. incip. donatio facta à patre. Ioan. Lupus in repet. Rubr. de donatio. inter uirum & uxor. §. 58. col. 3. verſic. ad hoc bene facit.

6 *De eodem. Tempore belli factũ cenſetur, quod ante uel poſt ſtatim fit.*

QVARTÒ, quod auctoritate illius glo. in d. l. 1. C. de bonis liber. dicit Bald. in ea ipſa l. 1. col. 2. uerſ. ſecundò not. id dici uideriq; donatum filio in præmium emãcipationis, quod incontinenti ante uel poſt ipſam emancipationem donatur. Et declarat, quando hoc caſu dicatur incontinenti antè & poſt factum. Sed & auctoritate eiuſdem gl. tradit ipſe Bal. in cap. 1. colum. 2. in verbo, pacem, tit. de pace tenen. id dici factum tempore belli, quod paulò ante, uel paulò poſt bellum factũ eſt. Id quod etiam voluerunt idem Bal. Imol. Alex. & Iaſ. in d. l. diuortio, in princ. uterque colum. 2. ſolut. matr. & id putant not. ad ſaluandos teſtes deponentes aliquid factũ fuiſſe tempore belli. Et Bart. loquens de eo, quod dicitur fieri in naufragio, in l. ſi quis. §. de eo quoq;. ff. de incend. ruin. naufr. Id quod dicit mirabile, & allegat bonum text. in l. Pædius, in princ. eo. tit. Sed tu vide Fran. Aret. declarantem quomodo id ſit intelligendum, in d. l. diuortio, in ſecundo notab.

7 *De eodem. Sufficit auctoritatem præſtare ſtatim poſt actum.*

QVINTÒ, quod ab alia gl. traditum eſt in l. obligari. §. tutor. & ibi Bart. ff. de auto. tut. iterumq; glo. in §. tutor, Inſtit. eo. quòd licet tutor debeat præſtare auctoritatem pupillo in ipſo contractu, aut alio negotio, nec ſatis eſſet, ſi poſt contractum eam accommodaret, ut illis iuribus cauetur: tamen ſi incontinenti pòſt id fiat, ſufficit, tanquam ſi in ipſo actu adhibita fuiſſe uideatur. & idem quoque uoluit Bart. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hęre. & Io. Andr. in addit. Spec. tit. de ceſſ. act. colum. 4. verſ. ſed nunquid ratione, cum alijs multis concord. id probantibus generaliter & in omni auctoritate, quæ in ipſo actu adhiberi debet, à nobis latè congeſtis in noſtro tractatu de legibus cõnubialibus, in 6. glo. in verbo *conſentement*, in princ.

8 *De eodem. An ſatis ſit, ut teſtes ſtatim poſt depoſitionẽ iurent.*

SEXTÒ, huc ſpectat, quòd licet teſtes debeant iurare, antequam deponant, l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & c. de teſtibus, & c. nuper, extrà eod. tit. & c. in primis, 2. q. 1. & c. hortamur, 3. q. 9. ſatis tamen eſt, ſi confeſtim poſtquam depoſuerint, iurent ita eſſe, vt depoſuerunt, ſicuti voluerunt Barthol. Brix. poſt Hu. queſtio. uenerab. 46. aliquis fuit ductus Hoſtien. in Summa, tit. de teſtib. §. ſuper quibus, uerſ. ſed quid ſi teſtis. Bal. & Paul. Caſt. in d. l. iuriſiurandi. Gaſpar. Cald. in d. c. de teſtibus, & ibi etiam Fel. col. 3. uerſ. & inquantum, & Iaſ. in repetit. d. l. admonendi. colum. 83. verſ. quid ſi teſtis primò depoſuerit. ff. de iureiurand. Quamquam contrarium tenuerunt Cyn. & Sal. in d. l. iuriſiurandi. Goffre. in Summa, tit. de teſtibus, ante fin. Archid. in §. item in criminali, uerſic. item iuriſiurandi, 4. quæſt. 2. & in ca. omne, 32. quæſt. 2. Bald. ſibi contrarius in cap. fraternitatis, colum. 1. in 4. not. extrà de teſtib. Anto. & Panorm. in d. c. de teſti. Sed & Maria. ibi, pro concordia harum pugnantium ſententiarum diſtinguit, an teſtis poſt depoſitionem ſua ſponte, an ad iudicis interrogationem iurauerit, vide ibi eum, & Fel.

9 *De eodem. Satis eſt teſtes incõtinenti teſtamento pfecto rogari.*

SEPTIMÒ, quòd licet teſtes in teſtamento debeãt eſſe rogati, l. hæredes palàm. §. in teſtamentis. ff. de teſta. & l. hac conſultiſſima, in prin. C. eod. tit. tamen ſatis eſt, vt teſtamento perfecto atq; abſoluto incontinenti rogentur, ſecundum Bald. in l. ult. col. 2. verſic. modò circa teſtes. C. de fideicom. Nam idem (inquit) operatur, quod incontinenti ſuppletur, ac ſi eodem tenore & contextu eſſet factum, per d. l. petens, cum ſua materia. C. de pact. Et hoc dictũ pro ſing. citat & ſequitur Iaſ. in d. l. in principalibus, col. 4. uerſ. ſecũdò quęro. ff. ſi cert. pet. & in d. l. edita, col. 6. uer. ſextò facit. C. de edend. & pro ualde not. idem Iaſ. in rep. d. l. admonendi, ubi ſup.

10 *De eodem. Admittitũ qui incontinẽti poſt terminum vult probare etiã per teſtes.*

OCTAVÒ, huc quoque reſpicit, quod ab eodem Bal. (is certè vnus, non ſingulos tãtùm auſim dicere, ſed & uniuerſos ſimul copia & ſubtilitate ſuperat) proditũ eſt, in l. ult. col. 2. uerſ. ſecundò incidẽter quæro. ff. de fer. quòd poſt terminum datum ad probandum, admittitur, qui incontinenti vult probare, non tantùm per inſtrumenta, ſed & per teſtes quoque, tanquam ſcilicet id uideatur probatum intra terminum, quod poſt incontinenti probatum eſt. & idem vult ipſe Bal. qui tamen limitat, in l. diffamari, col. 1. C. de inge. manu. quod & ſequitur, & commendat Iaſ. in d. l. edita, col. 6. uerſ. quintò facit quod ſignanter. & in d. l. non ſolùm. §. morte, ubi ſuprà. ff. de oper. no. nunc.

11 *De eodem. Paria ſunt reconuenire ante litis conteſt. uel incontinẽti poſt.*

NONÒ his adiungi poteſt, quod & ipſe Bald. ſcriptum reliquit in c. 1. colum. vlt. uerſic. tertiò quæro quo tempore, extra de mutu. pe. quòd paria ſunt reconuenire ante litis conteſtationem uel incontinenti poſt, antequam fuerit iuratum de calumnia, per Authen. & conſequenter. C. de ſent. & c. diſpendia. §. reus, de reſcri. lib. 6. licet alibi ſcribatur reconuentionem fieri debere ante litis conteſtationem, l. cum Papinianus, & d. Auth. & conſequenter. C. de ſenten. & d. capit. 1. & 2. extra de mutu. pe. Et id dictum Bal. ſequitur Iaſ. in d. §. morte, & in d. l. edita, num. 13. & ſeq. C. de eden. & Franc. Ripa li. Reſpon. 1. c. 8. in cauſa, col. 1. & Rebuf. qui & multa ex ſupra dictis affert, in concord. tit. de colla. §. præfatique graduati, in uerbo, uacationem. Sed hi omnes erranter allegant ipſum Bald. in c. cùm ueniſſent, de iudic. cuius erroris cauſa ea eſt, quia in noſtris codicibus non integra eſt lect. Bal. ſuper tit. de iudic. ſed tantum vſque ad d. c. cum ueniſſent, quin & lect. illius c. trũcata eſt, & re-

lictis titu ſeq.uſque ad d.tit.de mutu.pet.& principium quoque c.1.eiuſdem tit. mox continenter & connexè fit tranſitus in d.c.1.vt videatur eſſe finis d.cap. cùm ueniſſent.id quod obiter admonere Lectores uolui, ne poſthac ſimilirer errent.

12 Decimò, quod dicitur conſuluiſſe Paul. Caſt.quòd cùm ex ſtatuto permittente bannitum impunè occidi, poſſint etiam eius bona impunè auferri, deprædari, diripi, ex ſententia Bart.in l.nec in ea.ff. de adul. & Bald. in l.3.C.ſi penden.appel. mors interue.& in l. ultim. circa medium.C.ſi contra ius uel uti. pub. per text. quo nullum ad hoc dicit eſſe meliorem, in l.1.§. quod Prætor. ff.de aleat.& eiuſdem Bal.in c. in literis, col. 1. per text. ibi, quem dicit ſing.extrà de reſtit.ſpo.& ipſius Pau.in l. in ſuis ff.de libe.& poſth. ubi tamen id intelligit uiuo bannito, non etiam eo mortuo, ſecundũ Bal.in l. ex hoc iure, col.3.ff. de iuſti.& iur. Tamen (ut ad id tandem ueniam, quod ad hunc locũ pertinet) ſi incontinenti, quàm quis illum occiderit, bona quoque illius prædatur, impunè id faciat; quia quæ incontinenti fiunt, ineſſe uidentur. Ita enim uoluiſſe dicitur Paul.Caſtr.conſ.31 quem ſic refert & ſequitur Fel.in c.quæ in eccleſiarum, col. 5. uerſic.not.ſecundò, extrà de conſtit. & And. Alcia. in l. 4.§.Cato, char.ult.uerſicu.inquantum Bartol. ff. de uerbo. oblig. in 1. lect. ubi allegat ipſum Paul. conſil. 34. incipien. ſuper quæſito, ſed eius in id conſil. reperire nõ potui.

*De eodem. Bannitum quem licet occidere, an liceat deprędari.*

13 Vndecimò ſunt qui & ad hanc ſententiã trahunt, quod not.uoluit gl.in c.ſcriptum eſt, in princip.extrà de elect. quòd confeſſio procuratoris poteſt incontinenti quàm facta eſt, reuocari. Idque etiam, ut not. intelligit Pan.in eo loco, col.5.uerſic.in glo. 1. ſi aliter error confeſſionis non probetur: quamuis ex interuallo reuocari non poſſit, niſi primùm probato errore, ut plenè per eundem Panor.in c.ult.col.pen.& ult.extrà de confeſ. Et idem de confeſſione aduocati dicit gloſſ.in ca.olim, in verbo, reuocato, extrà de cenſib. Sed tu tamen interim uide l.3.eandemque ult.& ibi not.per Bart. Alber. & Paul.Caſt.C.de erro.aduo. ubi etiam tractatur de reuocatione erroris ipſius aduocati. De quo etiam Matth. Affl.conſtit.Siciliæ, incip.cultus iuſtitiæ, col.3. in 6.not.

*De eodem. Confeſſio procuratoris incontinenti põt reuocari.*

*Et confeſſio aduocati.*

14 Nec id tantùm in confeſſione procuratoris & aduocati, ſed & in confeſſione quoque ipſius partis, quæ & incontinenti reuocari poteſt, ut dicit glo. not.in c. apud miſericordem.32.q.1.& Panor.in cap.cùm cauſam col. 2.de appell.& in c.præterea, col.2.de teſtib.cóg. Intelligit autem ead.glo. incontinenti id fieri, ſi fiat antequam confeſſio ſit redacta in ſcriptis, per d.c.olim, de cenſib. Idemque uoluerunt Hoſt.Ioan.And. Ant. & Pan. qui id dicit ſing. in cap. ex literis, extrà de diuort.Bald. in l.1, col.5.uerſic.& no.quòd interdum. C.de furt.Anto.in d. c.ult.de confeſ.Alex.& Barb.qui illam glo. dicunt ſing. in l.1.§.1.ille, ad fin.hic col.3.ff. de uerb. oblig. & idem Alex.conſil.34.uiſo themate, col. 1.lib.1. ubi eam dicit not. quod conſil.repetitur conſil.87.lib.5. & idem quoque Alexan.conſ.92.uiſo & opportunè, colum. ult. eod. lib.5.& Caro.Ruin.conſ.5.uiſo proceſſu, colum. 7. nu. 15. lib.4. Hucque ſpectat gloſſ. idem propè volens in l. rura.C.de om.agro deſer.lib.11.quã & ſing. dicit Barb. in l.ſtipulationum, col.5.ff.de uerbo. oblig.& conſil.18. præclarè ſcriptum eſt, col.15.uerſ. item poteſt etiam reſponderi, lib.2.& conſi.25.præclarè ſcripſit, col.1. eod. lib.2.& conſil.43.ſempiterna, col.2.eod. lib.2. ubi eam dicit valdè elegantem.& in repet. Rub.de fide inſtr.col. 13.uerſic. ſecundò connexorum. Super quo tamen uide quæ ſcribit Panor.in d.c.ult.col.pen.de confeſsis & omnino Socin. conſil.97.in præſenti, col.4. uerſ. & ad primam rationem, lib.4.& Alciat.in l. 1.§.ſi quis ſimpliciter, col.pen.ff.de uerb.oblig.in 1.lect.Et uide etiam quæ dicam in duobus ſeq.uerſ.

*De eodem. Sed & ipſius partis. Modò ne ſit redacta inſcriptis.*

15 Sed & idem de poſitionibus & reſponſionibus ad poſitiones, ut ſcilicet incontinenti reuocari poſſint, uoluit alia gl.in d.cap.vlt.in uerbo, iuſta. de iureiur. lib.6. quam commendant & ſequuntur Doctor.ibi.& Bald.in rep.Padua.d.l.edita, char.penult.verſ.ſæpe accidit quòd quis.C.de eden.& in d.l.1.col.5.uerſ.& not.quod interdum.C.de furt.& conſi.30. confeſſio, in princip. lib.4. quod repetitur conſ.47. eod.lib. Ang. in d.l.1.§. ſi quis ſimpliciter, de uerb.oblig.Panorm.qui eam dicit not.& menti tenendam, in d.c.ſcriptum, de elect.Roma. in repet.l.ſi uerò.§.de uiro, in 31.fallen.ff.ſol.matr. ubi eam dicit ſing.& conſ.59.ad diſcutiendum, col.ult.& iterum conſ.70.viſis themate, & quæſtione, col.3. uerſ. primò, quia ſicut teſtes.& Fel.in c.qualiter, el 1.col.15.verſ. ſecundò fallit, extra de accuſ.& Iaſ.in l.error, col.2. C.de iur.& fact.ignor.

*De eodem. Similiter & poſitiones & reſponſiones.*

16 Qvae tamen intellige, ut ſcilicet huiuſmodi confeſſiones, poſitiones & reſponſiones earum poſſint incontinenti reuocari, niſi ſcilicet fuerint à parte acceptatæ, tunc enim nõ poſſunt etiam confeſtim reuocari, niſi error earum probetur, ut uoluit Bald. uti à multis citatur, quamuis in meo codice non repererim, in l. Gallus. §.quidam rectè.ff.de liber.& poſth. quem ita refert & ſequitur Rom.in d.l.1 §.ſi quis ſimpliciter, & ibi Franc. Aret. Barba.& Alcia.de uerb.oblig.& idem Rom. conſ. 433.quo ad primum quod ſufficit, in fi.Alex.& Iaſ.in l. quicquid aſtringendæ, in princ.uterque colum.ult.ff.de verbor.oblig. ubi Alex.dicit eſſe notandum in practica, & Iaſ.ſing.& idem Alex.qui & id dicit ſing.conſ.99.ferè omnis vis, colum.1.uerſic.hoc probo per id, libro 1. quod repetitur conſil. 119. lib.3. & ipſe quoque Alex. dicto conſ.25.colum.1.libro 2.& d.conſ.92. colum.vlt. lib.5.& Catell. Cotta, qui & id quoque dicit ſing.& illuſtre dictum, memoria.incipien. confeſſio poteſt. & Hippol. qui & hoc admodum extollit ſingul. 315. acceptatio.

*De eodem. Niſi fuerint ab aduerſario accepta.*

17 Dvodecimò proximum eſt ſuperioribus, quod voluit gloſſ.in cap.prædicator, in uerbo, imò verò, 16.q 1. quòd ſententia diffinitiua poteſt incontinenti reuocari, licet iure cautum ſit ſimpliciter, eam reuocari nõ poſſe, in l.quod iuſſit.ff.de re iudic.Sequitur Bal.in proœmio. C.in §.in quibus.col.2. verſ. deinde not. de dictione. & in l.non dubium, col.6.in 5.oppoſ. verſic. ſed iuxta hoc quæro. C.de legib. & in l.1. col.5. verſic.iuxta prædicta quæro. C.de furt. Iacob. Aret. prout illum retulit Guil. Cun.in l.ſi quis arbiter.ff.de arbit Ang.in l. actorum, & in l.iudex poſteaquam.ff.de re iud.Specul.tit.de arbitro & arbitrato.§.vlt.verſ.licet autem poſſit.Collegium Padua.inter conſ Petr.Anch.conſi.208. iudex de iure iudicaturus, colum.4.ubi eam dicit ſing.Cardin.Flor. conſ. 31.punctus quæſtionis eſt, Titius debitor.Felin. qui hoc refert ad id, quod ſuprà diximus, quæ incontinenti fiũt, ineſſe videri, in d.cap.exceptionem, col.8. verſic. fallit decimò, de except.& in d.cap. qualiter, el 1. ubi ſuprà, de accuſat. vbi id longè latèque poſt Maria. declarat & Phil.Dec.conſi.445.in caſu ad me tranſmiſſo, colum.3. verſ.primò quòd verba, & Hippol. Marſ.in l. is qui aggreſſorem, num.32. C. de ſicar. Quamuis contrarium tenuit Gul.Cun.in d.l.quia arbiter. ff. de arbitr.& Petr. Ancha.conſi.182.videretur prima facie, col.2. & Imol. in d.l.iudex, & ibi quoque Alexan.col.2. ff.de re iud.& idem Alex.qui alios quoque citat, d.conſ.99. fermè per totum lib.1.

*De eodem. Sententia diffinitiua poteſt incontinenti reuocari.*

18 Decimotertiò his ſuffragatur text. quem dictæ gl.magna ex parte citant, in d.c.prçterea, extrà de teſtib. cog. vbi teſtis qui depoſuit, poteſt incontinenti corrigere dictum ſuum, nec propterea reprobatur eius teſtimonium, & ibi id not.Doct.& glo.in §.quia verò multi, in gl.magna, circa medium, in Auth. de teſtib. & Do. à Rot.deciſ.193.ſi teſtis, in nouis, Alber. in l.accuſaturus.

*De eodem. Teſtis poteſt incontinẽti corrigere dictum ſuũ.*

ff.de



ff.de adult.Bart.in l.eos, in princ.colum.1.ff.de falſ. & l. repeti.in princip.ff.de quæſtio.& in l.Imperator, la 1.de ſtat.ho.& in l.ſi librarius col.2.ff.de re.iur. Bald. conſil. 34.ſtatuto ſeu capitulo, col.ult.uerſ.præterea ego uideo, li.5.Pan.qui illum tex.dicit not. conſ.72. circa primum medium, colum.1.uerſic. tertiò dictum teſtis, lib.1.Iaſ. qui id refert ad id quod diximus, ea ineſſe uideri, quæ incontinenti fiunt, in l.iuriſgentium.§.quinimò, colum. 3.uerſ.ſecundò principaliter. ff.de pact. Quando autem id dicatur teſtis incontinenti facere, uidebis per gloſ. Bald.Panor.& alios in d.c.præterea. & gloſſ.in d.§. quia uerò multi, in Auth.de teſtib.& Bald. in d.l.lecta, in fin. & ibi Iaſ.col.13. uerſ.item diligenter.ff. ſi certum petat. & Ioan.Plat.in l.rura, ad fin.C.de om.agro deſer.lib.11. ut tamen non omittas, quod a Bald.traditum eſt in Rub. de contro.inueſt.col.2.uerſ.extrà not.quod teſtis.

19 Decimoqvartò finitimũ eſt, quod ſimiliter notarius poteſt ex continenti corrigere ſuam origenalem ſchedam ſiue ſcripturã, etiam in his, quæ reſpiciunt partes, ut uoluerunt Cano.in cap.ex literis, extrà de fide inſtrum. Specu.in tit.de inſtrum. edi.§.inſtrumentum ergo, uerſ. ſed nunquid confecto inſtrumento. & Ioan. And.in data lib.6.Bart.Bald.in 1.lect.& Ang.in d.l.Imperator, la 1.ff. de ſtatu homi. ubi Bald. ipſe dicit hanc fuiſſe opin.Alber.Papi. idem Bartol.in l. ſi librarius, & ibi Philip.Dec.col.2. uerſic. ſecundus caſus.ff. de regul. iur.Bal.in l.cùm proponeretur, col.2.uerſ.ultimò quçro. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 70. uiſo proceſſu inquiſitionis, col.2.uerſ.primò enim non uidetur obſtare, lib.1.

*De eodem. Notarius poteſt incõtinẽti corrigere ſuã ſchedam.*

20 Decimoqvintò, quod ſcribit Bal.in l.ea quæ, col. pen.uerſic.decimò quæritur. C. de cond. indeb. quòd ſi negans incontinenti poſt negationem confitetur, euitat pœnam ſtatuti punientis negationem, tanquam ſcilicet negaſſe non uideatur, qui confeſtim pòſt palinodiam canens confeſſus eſt, per id quod not. in cap. ult. de iura. calum.lib.6. ſed credo quòd uoluerit allegare not. in d. cap.ult.de iureiur.eod.lib.6.Et idem uoluit Ro.d.conſi. 59.ad diſcutiendum, colum, vlt.& d. conſil. 70. ubi ſuprà, arg.eius quod ſuprà dictum eſt de reuocatione poſitionum & depoſitionum teſtium.& Alex.conſil. 83.in cauſa & lite, col.1. uerſ. ſecundò reſpondeo, lib. 1.Fel. qui ſolum Bal.ubi ſuprà citat, & id elegans dicit, in d.c. qualiter, el 1.vbi ſuprà, de accuſ.& Iaſ.in §.ex maleficijs, nu.28.Inſtit.de action.

*De euẽtu. Confitens ſtatim poſt negationẽ utitur priuilegio cõfitentis.*

21 Decimosextò huc quoque pertinet, quòd ſi promiſſio ſit facta metu, & ſolutio quoque facta incontinenti poſt promiſſionem metu facta præſumitur: ſecus ſi ex interuallo. Bart. Albe. & Recentiores in l. ſi ob turpem, ff. de condi. ob turp. cau. Nam quæ in continenti fiunt (ut illi ſubdunt) ineſſe uidentur.& Iac. But. Sal.Fab. qui tamen declarat Ang. Paul.de Ca.& etiam Recentiores, in l.2.C.de his quæ vi, metusve cau. fiunt: ex hoc intelligentes, quod in ea l ſcribitur, ſpontaneam ſolutionem purgare metum, qui in promiſſione interuenit. Inferuntque ipſi Iaco. But. & Bald. quòd ſicut confeſſio facta in tormentis non ſufficiat ad condemnationem, ita nec ea quæ fit ſtatim poſt tormenta, etiam in alio loco, ſed requiritur quòd ſit aliquod interuallum. Quod & idem uoluit ipſe Iac.But & Ang.in l.2.C. de cuſto.reor. ubi dicunt, quòd ad minimum debet eſſe interuallum unius diei uel noctis.& ipſe Bald.in l.1.col.4.uerſ.tertiò oppo.C.de confeſ.& in c. 1.§.iniuria.tit. de pace iur.fir. Bart.in l. Diuus Seuerus, in pen.quæſt.ff.de quæſtio. ubi id interuallũ ponit in arbitrio iudicis.Ang.& Imol.in l. qui in aliena § ult.ff.de acq.hæred.Alex. cõſ.98.quoniã per excellentiſſimum, in fin. lib. 3. ubi & illud dicit de interuallo unius diei uel noctis. Angel. Aret. in tracta. maleficio.in uerbo, quod fama publica, char. pen. nu.111.& ſeq.& ibi Aug.Ari.in addit.& Iaſ.qui & idem dicit de interuallo unius diei aut noctis, in d.l. ſi ob turpem, colum.ult. ff.de condit. ob turp. cauſ. ubi id dicit ſingul.

*De eodem. Solutio facta ſtatim poſt ꝓmiſſionem metu factam, metu quoque facta præſumit.*

*Cõfeſſio facta ſtatim poſt tormẽta, in tormentis facta cenſet.*

22 Decimoseptimò, quod prçcedenti eſt proximum, facit & quod à Io. Ligna.& Gaſpar.Cald. inter conſi.Io. Calder. reſponſum eſt, conſil. 2. an dos conſtituta, titu. quod met.cauſ.quòd ſi matrimonium fuit metu contractum, non intelligitur ſpontè fuiſſe ratificatum, per contractum dotis poſtea factum, intra tres, aut quatuor horas, quia ex uicinitate horum actuum præſumitur idem metus durare, per cap.1.& ibi not. extrà eod. titu. quod met.cauſ.& cap.Lotharius, 31.q.2.& illum refert.& ſequitur Alex. d.conſil.98. nuper allegato, in fin. lib.3.& Iaſ.in d.l.ſi ob turpem, col.ult.

*De eodem. Matrimonium metu factũ, non cenſetur ratificatum per contractũ dotis ſtatim factũ.*

23 Possem hìc & alia propè infinita adducere, ut oſtenderem multa in continenti licere, quæ non ex interuallo licent, ſiue id ſit, quod ineſſe uideatur quod in continenti fit, ut propè omnibus placere uideo: ſiue ob aliud quippiam. Sed interim illud non omittemus, quod notand. dicit Bald. in cap. cùm dilectus, colum.1. extrà de fide inſtr.Certum eſt (inquit) quod inſtrumenta poſſunt produci vſq; ad ſententiam excluſiuè, ut ibi eſt tex. An etiam poterunt produci incontinenti poſt ſententiã, & reſpondet, non licet: quia quando eſt quæſtio de momento, ea quæ poſt momentum fiunt, non uidentur ineſſe, per text.in l.Thais.§.intra.ff.de fideic. libert. & ſequitur Iaſ.in d. l. edita, colum. 5. uerſicu. quid ergo ſi incontinenti. C. de edendo. Ex quo habes not. limitationem eius quod dicitur ineſſe cenſeri, quæ incontinẽti fiunt, ut non procedat in rebus momentaneis.

*De eodem. Inſtrumenta incontinenti poſt ſentẽtiam pduci non poſſunt.*

24 Sed & ſecundò id intellige, quando pactum, quod fit incontinenti, reſpicit contractum, iuxta quem eſt appoſitum: nam ita loquitur d.l.lecta. Ideoque dat legem ipſi contractui, d.l.iuriſgentium.§.idem Marcellus.ff de pact. Propterea non mirum eſt, ſi ueſtiatur adhærentia contractus. Quòd ſi id pactum omnino eſt à contractu alienum, certè non uidetur ei ineſſe, nec ex eo veſtitur, ut not.Bar.in l.ſi tibi decem millia, in princ. ff. eod. per d.§. idem Marcellus, cum ſeq. & apertè ſcribit Bald. in l.petens, & ibi apertiùs Alex.& Iaſ.C.eod.tit.dicit enim ibi ipſe Bald. quòd quando cauſa quæ influit in contractum, non influit in pactum poſtea etiam incontinenti factum, non veſtitur id pactum cohærentia contractùs. & Raph.Fulgo.in d.l.lecta, & ibi quoque Iaſ. colum. ult.uerſ.nonò limita.ff.ſi cert.petat. idem Fulg.& Alex. in l.in bonæ fidei.C.de pact & Corn. qui ex hoc in pulchro caſu conſuluit, conſil.192. licet uideatur, libro 4. & Iaſ.conſil.171.uiſo inſtrumento, librò 4.ubi & id dicit uoluiſſe gloſ. in l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minori.in idque facere.l. quædam mulier. ff. famil. herciſc. & l. ſi ex falſis.C.de tranſactio.& Phil.Dec.in l.legem, colum. ult. C. de pact. De quo & nos aliquid dicimus in noſtra repetit. l. ſi unquam, in præfat.num. 110. at alia inquit eſt.C.de reuocand.donatio. Et bene facit quod in ſimili tradit Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, colum. 2.uerſic.quandoque dubitatur.ff.de uerb.oblig.& Paul. Caſtr.conſil.412.quia breue ſpacium, in 1.dubio, lib.1. & conſil.347. reſpondendo per ordinem, poſt princip. uerſi.ſecundò quia eſt, lib.2.Tu tamen hic omnino uide Phil.Dec.& Alciat.in d.l.in bonç fidei, & eundem Dec. in d.l.petens, col.4.uerſic.& dum Bart. & iterum col.5. in ea glo.ibi, non puto.

*Non cenſetur ineſſe, quod alienum eſt, et ſi incontinenti fiat.*

25 Intellige tertiò, ut procedat modo pactũ appoſitum fuerit, contractu principali nondum perfecto & abſoluto, iuxta l.contractus.C.de fide inſtru.Aliàs enim ineſſe contractui non uideretur, ut uoluit Cyn. poſt alios quoſdã antiquiores, in d.l.in bonç fidei, col.1. ibi quoq; Alex.& Phil.Dec.C. de pact. idem Cyn. in l. cùm antiquitas.C.de teſta.Bart.in l.lecta, colum.3.verſ. ſecundò quçro.ff.ſi cert.pet.& in l.1.col.2. uerſ. quæro qualiter. ff.de ſolut.Ang.& Pau.Caſt.in d.l.iuriſgẽtiũ.§.quinimò.

*Quid, ſi ſiat actu prorſus ꝑfecto.*



ff.de

ff.de pact.nam contractus (inquiunt) perfectus non capit conditionem, l.perfecta. C.de dona. quæ ſub mod. Verùm alij multi dicunt, ſatis eſſe, ſi fiat incontinenti et contractu abſoluto, modò contrahentes aliò non diuerterint. In qua opin.fuit glo.in d.l. in bonæ fidei. in uerbo,incontinenti,& ibi Odofr.Bald. & Ang. & ipſe Bart. ſibi contrarius in d.l.contractus,uerſ.vltimo, de fide inſtrum.Bald.in d.§.quinimò,col.5.uerſ.nunc venio ad gl. & in d.l.petens,col pen. uerſ. nunc venio ad vltimam. Illud autem apud omnes in confeſſo eſt,ut in dubio cenſeantur partes non habuiſſe contractum pro perfecto, ſi nondum diuerterunt ad extraneos actus. Ita enim uoluerunt Cyn.Richard.& Barthol.Sal.Fulgoſ.Alexan. & Dec.in d.l.in bonæ fidei,per l.hæredes palam.§.vlt.ff.de teſtam. Et ſuper hoc omnino uide ipſum Decium in l. in bonæ fidei,col.vlt.

26 *An & inter alios obtineat.*

INTELLIGE quartò, vt procedat quantum ad ipſos contrahentes principales, non etiam quantum ad tertios etiam acceſſorios,ut ita dicam, quod ex hoc liquidiſſimè patet,quod tradit Bal.in l.ex placito, col.vltim. verſ.decimoſeptimo quæritur, C.de rer. permuta. quòd fideiuſſio nudo pacto interpoſita,non ueſtitur cohærentia contractus,per l.5.§.ſatisacceptio.ff.de uerbo. oblig. & id ſequitur & dicit ſing.Franc. Cremen. ſing.108. factus eſt contractus,qui ſubdit non obſtare d.l.lecta,& ſimiles:quia pacta(inquit) nuda ibi veſtiuntur contra ipſos contrahentes,non contra tertium, puta fideiuſſores. Ex quibus ſatis intelligis,id generaliter procedere, vt id ineſſe videatur,quod incontinenti factum eſt, quantum ad eos qui contrahunt principaliter, non etiam ſi id reſpiciat principalẽ contractum. Cogita tamen pauliſper.

27 *An inſit verè.*

INTELLIGE quintò, ut non verè inſit contractui, quòd incõtinenti factum eſt,ſed fictè tantùm, ut probat text.in d.l.lecta, dum vtitur uerbo, creditur. atq; etiam verbo, perinde. Nam utrumq; fictionem ſignificat, vt de primo probatur in l.retrò.ff.de capt. & poſtli. reuer. & in l.ſeruum,in princ.ff.de leg.1.& in l.conficiuntur,in princ.cum glo.in verbo,creditur.ff de iur.cod. & voluit Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col.5.ff.de vſucap.& Car. Ruin.conſ.111.quamuis egregiè,col.1 nu 4.lib.item 4. De ſecundo autem probatur in l. ſacrilegij. & ibi Bart. ff.ad leg.Iul.pecu. Et id quidem nuncupatim, vt ſcilicet quod incontinenti fit, fictè tantùm & impropriè ineſſe cenſeatur,tenuit Bald.in d.l.in bonæ fidei, col.1.uerſ.& no.quòd text.per eum tex.qui vtitur verbo, videtur. & ibi quoq; Franc.Aret.col.2.& idem Franc.& Soc.in d.l. lecta.ille in 6.nota.hic in quinto:vbi ex hoc dicunt, id non procedere in ſtatutis.& Iaſon etiam ibi, col.8. verſi. not.etiam,in verſ.dicebam.

28 *De eodem.*

SED his à fronte obſtat alius tex.in d. l.iuriſgentiũ. §.quinimò,de pact. qui quidem non ſemel vtitur verbo veritatis,non fictionis,ut ſcilicet inſit,id enim verbum, ut eius ſimplex,ſit, eſt ſignificatiuum ſubſtantiæ ueritatis,ut dicit Bart.in l.ſi maritus.§.1.ff.de adul.& Bal.cõſ. 274.uerba,col.2.uerſ.prætereà iſti ſunt, li.1. & diximus in repet.l.ſi vnquam.in uerbo,reuertatur, nu.183. licet in hoc. Ideò Corne.conſ.133. viſo copioſo, col.1.& 2. lib.1.dicit eos text.concordando, quòd ſi pactum fuerit appoſitum incontinenti, contractu tamen omnibus numeris abſoluto atque perfecto,ei fictè ineſt. & ita procedit d.l.lecta,proindeq; (inquit) id non procederet in ſtatutis. At ſi contractu nondum conſummato fuerit appoſitum,tunc verè cenſetur ineſſe: & ita procedit poſterior textus. & idem dicit ipſemet Corne. conſil. 288. viſo & diligenter inſpecto,col.4.lib.3.

29 *Verba, eſſe, et ineſſe, an ſemper pprietatem ſignificent.*

VT tamen non ignores verbum,ineſſe, ac nec ſuum ſimplex, eſſe, non ſemper proprietatem ſignificare, vt probatur in l.quod Nerua.ff.depo. vbi ſcribitur, latam culpam dolum eſſe,& tamen certum eſt, eam non propriè dolum eſſe.l.1.§.1.ff.ſi men. fal.mo.dixe. & l. ſi fideiuſſor.ff.mand.vbi ſcribitur, diſſolutã negligentiam propè dolum eſſe.& probat etiam text.in l.3.genera.iuncta declaratione Bart.ibi.ff.de acquir. poſſeſſ. & nuncupatim voluit Bald.in l.quæ fortuitis. col.3.uerſ. quæritur an depoſitarius.C.de pig.act.& Lancel.Gal. in l.1.§. ſi ſtipulanti,col.2.uerſ.ſed aduerte.ff.de uerb.oblig.ubi loquitur etiam de uerbo,ineſſe.Sed illud verum eſt,uerba,eſſe, & ineſſe, ſuapte propria ac genuina natura proprietatem dicere, ſi quod aliud verbum eam uim habet,ſed ex ſubiecta materia nũquã impropriari, ut ſæpè aliàs, ſicuti diximus in d.repet.l. ſi unquam. [in uerbo, reuertatur] nu.36.fallit ſecundò,& ſequen.

## *OV SES HERITIERS.* EIVSVE hæredes, Gloſ. VI.

1 *Etiam hæredes uẽditoris admittuntur ad retrahendũ ui huius pacti. Etiamſi de illis mẽtio facta non fuerit.*

ERGO non ſolùm uenditor, ſed & ipſius hæredes ad id admittuntur,etiam ſi de eis in pacto reuenditionis mentio facta non fuerit,ut per l. ſi pactum.ff. de probat. expreſsè, & in hoc caſu uoluerunt gloſſ. Pet. à Bel.Perti.Cyn.Bart.Bald. Ioannes Fab. Sal.& Ang. in l.2.C.de pact.inter empto.& uenditor.Barto.Bal.Ange. & Iaſ. in l. ſi decem cùm petiero. ff. de uerbor. obligat. Barto.in l.à teſtatore.ff.de cond. & demon. Bald. Iacob. à S.Georg.& Iaſ.in l.epiſtola.§.1.ff.de pact. idem Bald. in cap.ex parte decani, colum. 1. poſt princip. extrà, de reſcript. & conſilio 38. proponitur quòd quædam domina,colum.1.lib.3.Petrus Ancharan. in cap conſtitutus,in decimo not.extrà, de reſtitut.in integ Florian. in d.l.ſi pactum.paulò ante medium. Imo, dum eam l. allegat.conſil.15.in caſu præmiſſo.Rapha.Com.Petr.Beſiet.& Iaſon in l.cùm ſeruus ff. de uerborum obligat. Paul.Caſtrenſ. ſi is eſt, conſilio 249. ſtatutum Paduæ, colum. 1. uerſic. ſed prædictis non obſt. lib. 2. ubi alia quædam iura allegat.& Philip.Dec.conſil.680.in cauſa feudali,colum.2. uerſic. circa primum. Quibus adde & alia multa à me collecta ſuprà titu. totius huius uol.9.§. 3.in princi. quibus latiſſimè oſtendimus, omnia pacta actiuè & paſſiuè tranſire ad hæredes,etiam ſi de illis mẽtio nulla facta fuerit. Et quod præterea dicit Bald.conſi. 70.apparent quædam inſtrumenta, colum. ulti. lib. 1. quòd ſtatutum loquens de uenditore habet locum & in hærede uenditoris.conſi.112.de generali natura,in princip.lib.2.de generali natura pactorum eſſe,ut tranſeant ad hæredem,etiam illius mentione non facta, per d.l.ſi pactum. ex quo intelligis, nullam fuiſſe dubitandi cauſam de hac re. Chaſſene. in titu. *de rentes venducs à r'achapt.*§.1.colum.2.uerſ.additio,ratio eſt.& ſequen.

2 *Quid tñ ſi adiecta ſit dictio taxatiua. Dictiones taxatiuę alios caſus & pſonas excludũt, etiam hæredes, uid. nu.10.*

SED in dubium uocatur, ſi in eo pacto adiecta ſit dictio taxatiua uenditori,ita uidelicet,ut licet,uenditori tantùm,uel ſoli uenditori rem uenditam reſtituto precio redimere: an excluſus uideatur hæres ipſius uenditoris. Super hoc nuncupatim ex facto interrogatus Stephan. Bertran. conſil. 184. uidi caſum, in ſecundo dubio, lib. 1. reſpondit hæredem hoc caſu non admitti: quia dictiones taxatiuæ affirmatiuè poſitæ, omnes alias perſonas & caſus, præter expreſſos, excludunt: ut uoluit Bart. in l. 1. ff.ſi quis ius dic. non obt. Et bene facit(inquit) text.in l.non ſolum,§.tale.ff.de liber.legat ubi tale legatum, Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito, ad hæredem Lucij Titij non tranſit. & quod per eum textum uoluit Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus,la 2.colum.2.uerſ. fallit ſi eſſet.& ibi etiam Ang.ff. de uerb. oblig.quòd dictio taxatiua facit, ne hæres comprehendatur. quod & idem uoluit licet non alleget, idem Bart.& præfereà Angel.in l.qui in futurum.§.1.ff.de pact.

3 *De eodem.*

SED & alia quædam allegat Bertr. quæ, ut dicam quod ſentio, mihi non admodum facere uidentur. Ex quibus etiam dicit idem fore, ſi dictum ſit vt, ipſemet uen-



venditor,& non alius poſſit redimere. Cui adde bonum text.in l.3.§. cum Titio, & ibi Bart.qui affert concord.ff. de adi. l.& glo.not.in cap.omnes, in gl. magna,eademque vnica, verſi. econtra prima ratio. tit.ſi de feud.fuer. cõtro.inter do.& ag.quæ dicit,quod licet ſi uaſallus ſimpliciter iurauerit domino,videatur iuraſſe & eius,etiam ſi de ipſis mentio facta non fuerit: tamen ſi dixerit, domino tantum, tunc hæredibus eius iuraſſe non uidetur. Quã quidem gl. licet nec cæteri Doct. nec ipſe Bald.ibi, annotarint, tamen idem Bal.alibi, videlicet in cap.ad audientiam, col.1. veſ. ſed nunquid ſtipendium. extrà, de reſcrip.eam expendit & ſequitur,& dicit ſing.

4 *De eodem. Hæres an per dictionem taxatiuam excludatur. Vẽditor ſi de ſuo facto tãtum promiſerit an & hæredis factum veniat, vide infra nu. 7.& 8.*

VERVM contra hæc pugnat text.no. in l.ſi neceſſarias.§.de vẽdendo,ff.de pigno.act.cuius hæc uerba ſunt: Sed & ſi creditoris duntaxat perſona fuerit compenſa, etiam hęres eius iure vẽdet, ſi nihil in cõtrarium actum eſſet.Ex quibus uidetur hęredem nõ excludi per dictionem taxatiuam adiectam creditori, & ad hoc illum tex. dicit ſing.Iaſ. in l.2.§. item ſi in facto, col.2.ff.de uerbo. oblig. Facit etiã in hanc partem text. in l. ſtipulatio iſto habere,in prin.uerſi.ſed ſi ſe. ff.de uerbo.oblig.ubi Bar. ita illum intelligens in ſuo ſummario nuncupatim de dictione taxatiua loquitur, ex eoque Rom.& Paul.Caſ. ibi dicunt, quòd ſi uenditor promittit de ſuo facto tantum,venit tamen & factum hæredis. Id quod etiam uoluit Bald.in l.ult.paulò ante fin.C.de actio.empt.nam vt dicit ipſe Bal,illa dictio taxatiua excludit tantùm perſonas prorſus extraneas,non autem ſucceſſores per text. quem dicit ſing.in d.l.ſtipulatio iſta, verſiculo. ſed ſi ſe oblig.Et idem dicitur à pleriſque Sal. uoluiſſe in d.l.ul. ſed non comperi in meo codice. Verè autem idem uoluit Ro.in Rub.ff de arbit.colum.9.uerſicu.ſcias tamen, ubi & ad hoc illum textum dicit ſing & rurſum in l. hæres in omne ius.ff.de acquir hære. & Alex. conſi. 18. attentis narratis, colum.3. in ſecundo dubio. & iterum colum.4.in tertio dubio,lib.5.quod repetitur, quibuſdam detractis, conſi.118.libr.6. & Firmia. dum allegat Bal.ubi ſuprà in tract.gabellarum,in prima parte in 12, q.ubi id dicit ſing.Barb.in c.ult.col.pen.extrà, de empt. & uend.Franc.Curt.ſenior,conſi.76.dominus Ludo.colum pen.& Fabia.in tract.empt.& ven.in 6.q.prin.col. pen.verſ.circa 19.membrum.Ang.Are.in §.ult.col.1.Inſtit.de emp.& uend.& in §.actionum autem.col.13.uerſic.quid ſi promiſit.Inſt.de act. ubi ad hoc dicit eſſe not. text.in d.l.ſtipulatio iſta. & Iaſ. in d.l.1. col.3. in quarta limitatione.ff.ſi quis ius dic. non obtem.Phil. Dec. in l. hæredem,poſt medium.ff.de reg.iur.& conſ.272.in caſu magnifici,colum.2.uerſ.ſextò hoc idem.& conſ.281. uiſo puncto,colum.3.uerſ.ad maiorem.& Nico. Euerar. in locis legalibus, quo in loco diſſerit de natura dictionum taxatiuarum.& Carol.Rui.conſ.94.diligenter,col. 4.uerſ.nec obſt.ꝙ promiſerit,lib.1.

5 *De eodem. Qui de ſuo facto tantum promiſit, an de facto ſui prædeceſſoris teneatur, vide nu.8.*

SICVTI etiam uenditor,qui promiſit de ſuo facto tantùm,tenetur tamen & de facto ſui prædeceſſoris, ut uoluerunt Bar.Bal.Fulg.Paul. Caſtr. & alij in l.ſi ſeruus furtiuus,in prin.per glo.ibi in uerbo,intereſt.ff.de cond, furti.Bald.ſubdubitans,Martin. Laud. & Card. Alex. in c.1.illi in fin.hic col.1.tit.qui ſucceſ.tene. Pau. Caſtr. Rom.Alex.& alij recentiores in d.l.ſtipulatio iſta.idem Rom.in alijs locis ſuprà alleg.Alex.dicto conſi. 18.lib. 5 Franc.Crem.qui id ſingul. dicit notab.31. ſæpè iſtud quotidie contingit.& iterum not.157.vnus ſocius noſter.ubi tamen id intelligit in prædeceſſore ſine autore uniuerſali,non etiam particulari,per glo.ut dicit ſing.in l.ſi cùm fundum,iuncto eodem text. ff.de uerbo. ſign.& Barb.in d.c.ult.& ibi quoque Anto. Burg. qui & id dicit ſing. & limitat etiam, ut ſuprà colum.8.uerſicu. quid autem quando.extrà,de empt.& uend Franc.Curt. Senior d.conſil.76.ubi ſuprà Iaſ.in d.l.1.ubi ſuprà, ff.ſi quis ius dic.non obt.Philip.Dec.conſ.213. uiſis his quæ accuratè,colum.3.uerſi. præterea ut ſuprà dictum eſt. & dicto conſ.281.col.penul.uerſ.præterea in iſto caſu, ubi oſtendit maiori ratione hìc comprehendi factum prędeceſſoris, quàm hæredis. Et Euerar. ubi ſupra. & Carol. Ruin.d.conſ.94.ubi ſuprà lib.1.& conſ.70.uiſo, & l.3. num.11.lib.2.

6 *Dictio taxatiua nõ excludit caſus ſimiles.*

NAM & dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles,uel eandem aut ſimilem rationem habentes. l.1.§.1. cum gloſſ.ff.ſi menſ.falſ.mod.dixe.& l.ob æs,cùm gl. 1.& ibi Bart.C.de præd.minor.& l.argentarius,in prin. ff.de eden. & l.eum qui,§.ſi petenti, cum gl.in uerbo, duntaxat, ff.de publ.in rem act. & l.ſerui nomine, cum gl.in uerbo poſſidere,& ibi Bart.ff.de uſuca.& c. Epiſcopus,cum glo.24.diſt.iuncto c.ult.15.q.7.& Cle.exiui,uerſiculo,cùm autem,de uerb.ſign.& gloſ.in l.cùm Prætor,in uerbo,uidetur,ff.de iudic.& in l.illud. in uerbo,aliam cauſam,C.de ſacro.eccle.& in l.ult C.de reuo. dona.quæ loquitur in pœnalibus & ibi eam Sal. dicit ſingul.& in l.contractus,in prin ff.de regu.iur.Bar..in l.ſi conſtante,in 9.q primæ partis prin ff.ſolu. mat.Bal,in l. nullus,C.ad leg.Iul.maie.Pau.Ca.[Imol. in l.Gallus, §. inſtituens,col.1.ff.de liber.& poſthu ] & Franc. Aret. latè in l.ſi mora,ff.ſol.matr.& Rom.conſ.456.in propoſito,col.2.verſ.tertiò deducitur.& Panorm.in c.cùm dilecta,colum.2.extrà de confirmatio.vti uel inuti. Defunctus autem & hæres cenſentur eſſe eadem perſona, §.1. in Auth.de iureiu.à mori.præſti.

7 *De eodem.*

SED aduerte Lector,nam tex.in d.l.ſi neceſſarias §. de uendendo,primo loco allegatus, non dicit, quòd in pacto uendendi pignoris,de quo loquitur, dictum ſit ꝙ creditor tantum poſſit uendere: ſed dicit quòd is tantũ fuit nominatus:id eſt,ut aliter dicam,illa dictio(tãtùm) taxatiua fuit uerbum Iuriſconſulti caſum referentis, nõ partis paciſcentis:ut etiam annotauit Bart. in dict.l.ſi ſic ſtipulatus,ff.de uerborum oblig.Quod perinde eſt, ac ſi diceret,quòd creditor tantum fuit nominatus ſine ulla mentione hæredis: & tamen hæres quoque intelligitur.& hoc planum eſt, ut ſuprà diximus in præcedenti quæſtio.Sed nec tex.in d.l.ſtipulatio iſta,uerſic.ſed ſi ſe, utitur dictione taxatiua:ut etiam annotarunt Alex. Frã. Aret.& Iaſ.ibi,& Bar.in d.l. ſi ſic ſtipulatus, & in d.l. qui in futurum,§ 1.ff.de pact. Et id quidem manifeſtum eſt ex uerbis illius,quæ ſunt huiuſmodi. Sed ſi ſe obligat,nec ipſe faciat, quò minus habere liceat, obligatur etiam ne hæres ſuus faciat.Et quòd ipſe Bart.in ſuo ſummario ponit dictionem taxatiuam,ſunt ſua ipſius uerba legem interpretantis,non uerò partis promittentis,vt diximus de d.§.de uendendo.

8 *De eodem.*

IDEOQVE & contra illud quod dictum eſt ſuprà, in promiſſione facta de ſuo facto tantùm,comprehendi factum hæredis,tenent nuncupatim per ea quæ ſuprà diximus in princ.huius quæſtionis, Alexandr.ſibi contrarius Franc.Aret.& Iaſ.ſecum quoque diſſidens in d.l.ſtipulatio iſta habere,illi quidem colum 2.hic autem 3.in 4.nota.& idem Alex.in additio.Bald.in d.l.ul.C. de act. empt.& ipſe etiam Fran. Aret. in d l.hæres in omne ius, ff.de acquiren.hæredita.Carol.Ruin.ſibi contrarius, cõſil.41.de duobus,colum.15.num.36.lib.1.& conſi. 42. proponitur,col.6.nu.18.eo. lib.1. & iterum conſ.ſequẽ. & conſil.184.uiſo,colum.3.nu.10.& rurſum, colum.5. num. 14. eod.lib.1. Et ipſe Franciſ. Aret.in vtroque illo loco etiam reprobat quod dictum eſt,eum qui promiſit de ſuo facto tantùm teneri quoq; de facto ſui prædeceſſoris,eadem vt videri vult, ratione. Quanquàm ne illud omittam,in hoc maior ſit ratio excludendi hæredis per dictionem taxatiuam, quam prædeceſſoris, vt ſcienter declarat,Phil.Deci.d.conſ.28.colum.penul. vt ibi videre poteris: nec enim opus eſt hic aliter circa hoc immorari.

9

AD id autem quod poſtremo loco dictum eſt, dictionem

ctionem taxatiuam non excludere caſus ſimiles, eandem ſcilicet aut ſimilem rationem habentes, reſpondet ac fatetur Franciſ. Aretin. in d.l. ſtipulatio iſta habere, quòd iſtud quidem verum eſt, ſed tamen eam excludere ſimiles perſonas, etiam hæredes, per caſum clarum, vt ipſe dicit, in d.l. non ſolùm, §.tale, ff.de lib.leg. ſuprà in prin, huius quæſtio. allegat. Cui adde, quòd aliàs ſemper facilius procliuiùſq; eſt excludi perſonas, quàm caſus: atq; è diuerſo facilius eſt ſimiles caſus comprehendi, quàm perſonas: vt per Raph. Co. in l. commodiſſimè, ff.de lib. & poſthu. & ipſum Aretin. & Iaſon in leg. Gallus, §. & quid ſi tantùm vtrumque, col. 5. ff.de liber. & poſthum. & latè diximus & probauimus in repe. l. ſi vnquam, in verbo, libertis, num. 27. ſi igitur lex noſtra.

10 *De eodem.* SED vide quæſo, Lector amantiſſime, quia omnes qui hanc partem tenent, innituntur omnium maximè d.l. non ſolùm, §.tale, vide (inquam) conſiderandum ne ſit, quòd ea l. loquitur, cùm ea dicto apponitur in perſona alterius, ita ſcilicet, Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito. Hic autem loquimur, cùm apponitur in perſona loquentis: quod multum refert, vt intelligamus pactum ne ſit perſonale, ſicq; non tranſeat ad hæredem: an non perſonale, & ſic tranſeat: vt videre licet apud Bart. in d. l. qui in futurum, §.1. ff. de pact. Item ea l. loquitur in pacto negatiuo, cùm ſcilicet dicitur, ne petito. nos autem in hoc caſu noſtro loquimur in affirmatiuo, vt ſcilicet ipſe uenditor tantùm poſſit redimere: cùm tamen inter utrumque multùm interſit, etiam quantũ ad id, de quo tractamus, an ſcilicet tranſeat ad hæredem, necne: ut per eundem in eodem loco, & rurſus in d.l. ſi ſic ſtipulatus, & ibi latè Iaſ. colu. 2. & ſeq. & Bald. in l. iuriſgentiũ, §. pactorum, ff. de pact. & Recentiores in d.l. ſtipulatio iſta habere. Ideò cogita, uix enim mihi perſuadere poſſum, hoc in caſu excludi hæredem propter dictionem taxatiuam, niſi ſint alia uerba, quæ id apertius declarẽt, aut niſi aliud ex ueriſimili mente contrahentium præſumatur.

11 *De eodem.* QVÒD ſi quis dicat, quid ergo operabitur dictio taxatiua, ſi non ſolùm ipſe uenditor, ſed & hæredes quoque ipſius admittũtur: cùm ſcitum ſit illud, nullum omnino uerbum in contractu appoſitum ocioſum ac ſuperuacuum manere debere, ex ſententia Bal. in Rubr. C. de contrahend. empti. in. 9. quæſtio. quem omnes ubique & in lect. & conſ. citant & ſequuntur, ut dicemus in noſtro tractatu, cui titulus eſt, nihil fruſtra. Huic reſponderi poteſt, id quidem in hoc caſu eam dictionem operari, ut cũ uenditor aliàs poſſit huiuſmodi facultatem redimendi alteri cedere, ſecundum Paul. Caſt. conſil. 1. uidetur dicendum quòd dictus Chriſtophorus, lib. 2. cum concord. à me adductis ſuprà tit. præcedente. §. 26. in glo. 3. eadèmque vlt. in princ. certè non poterit ob dictionem taxatiuam, quæ excludit extraneos, licet non hæredes: vt in ſimili dicit Bald. quem ſuprà allegauimus, in d.l. vltim. ad fin. C. de actio. empt.

12 *De eodem.* AT is confeſtim illud iaculum in nos reijciet. Nam ſi fatemur hanc rem eſſe tranſmiſſibilem in hęredes. & illam quoque in alios eſſe ceſſibilem, fateri neceſſe eſt, ex ſententia Barto. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. doti. & Ange. in l. ſi eius, in prin. ff. ad S.C. Treb. & Pau. Caſt. d. conſ. 1. col. 1. lib. 2. ad quam allegari ſolet. l. ex pluribus. ff. de admi. tut. Sed huic reſpondebo, fateri quidem me, quæ non ſunt tranſmiſſibilia, nec eadem eſſe ceſſibilia, & ita loquitur d.l. ex pluribus. At econuerſo non omnia, quæ ſunt tranſmiſſibilia, eſſe ceſſibilia, vt optimè declarat Alexan. & Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, in princip. ff. de verbo. obliga. ipſe Alexan. in addi. Bart. in d. §. ex aſſe, atque ipſe Iaſ. in l. ſi conſtante, col. vlt. ff. ſolut. matri. Nam & videmus ius fideicommiſſi tranſire ad hæredes fideicommiſſarij. l. cogi. §. idem Mætianus. ff. ad Trebel. & not. in l. apud Iulianum. §. vtrum. & §. ſequen. eod. titul. nec tamen ipſum cedi poſſe. d. §. ex aſſe, & latè diximus in titul. præcedenti. §. 26. in gloſſ. 1. nu. 52. octauò fideicommiſſum. Item actiones directæ tranſmittuntur in hæredes, cùm ſint eadem perſona cum defuncto, vt ſuprà diximus, nec tamen cedi poſſunt, vt not. in l. 3. ff. pro ſoc. & diximus etiam eodem. §. 26. titu. præced. in eadem glo. nu. 58. decimoſextò actiones, & diximus etiã plenius in ead. gl. nu. 48. ſed non è diuerſo, igitur cogita. Et interim vide præter eos, quos ſuprà citauimus, Corn. conſil. 2. circa primum, col. 2. verſic. his tamen non obſt. lib. 3.

13 *Quid ſi hæ dictiones apponantur alteri quam venditori.* EX eo autem quod diximus ſuprà num. 10. iunctis præcedentibus, facilè potes intelligere, niſi omninò nihil intelligas, quòd ſi dictio taxatiua adijceretur alij quàm venditori, in caſu quo alteri poſſemus ſtipulari, aut notario pro eo ſtipulante: verbi gratia, vendo tibi domum ea lege, vt Titius tantùm poſſit redimere ſiue retrahere, reſtituto tibi venditionis precio: tunc hæres ipſius Titij non admitteretur, ſed excluderetur propter illam dictionem taxatiuam, per d.l. non ſolùm. §. tale. ff. de lega. quod nota. quia id à paucis annotatum eſt.

14 *Quid, ſi ita pactũ ſit, cùm voluerit, uel cum petierit, an tũc hæredes admittentur.* QVID autem ſi pactum reuendendi fuerit ita factũ, venditor cũ voluerit, vel cùm petierit: an & tunc ea facultas tranſibit ad hæredem venditoris, ſi ipſe venditor viuus non petierit, aut certè non declarauerit aliter ſe velle redimere, tanquàm ſcilicet actus ſit conditionalis. tex. eſt in l. ſi decem. ff. de verbor. obligat. hæc verba, cum petierit, cum voluerit, magis admonitionem quandam quàm conditionem habere. & eſt tex. ſimilis in l. Titia. ff. de condit. & demonſtra. Ideoque ut ſubiungitur in priore loco, licet is deceſſerit, priuſquàm petierit, non videtur defeciſſe conditio: de quo ibi per Doct. Imol. & Rapha. in l. centeſimis. §. 1. & ibi Alex. col. 2. verſic. quid autem ſi illa verba, eodem titu. & Barb. conſi. 50. præclarè, col. 6. lib. 2. Et propterea vt dicit glo. etiam in priore illo loco, in verbo, conditio, quicunque hæres poterit petere. Secus autem, ut dicit glo. 1. eiuſdem l. in fin. ſi ſic dictum eſſet, ſi petierit, quia conditionalis eſt, ut eſt text. quem ea non allegat, in l. ſi ita expreſſum. ff. de condit. & demonſt. & in l. 1. iuncta gl. ff. de leg. 2. & uoluit etiam Bart. eam tantùm gl. allegans in l. 1. colum. 3. verſ. ſecunda differentia. ff. de condi. & demonſt. ubi horum rationem reddit. & Ang. eam quoque glo. tantùm citans, conſilio 42. prout propoſito. & conſilio 293. in facto proponitur, in princ.

*Quid, ſi dictum ſit: ſi petierit.*

15 *De eodem. Facultas implendi conditionẽ poteſtatiuã, an trãſeat ad hęredes.* EX ea autem gl. not. Bal. & Alex. & alibi ibi, quòd facultas implendi conditionem poteſtatiuam in contractibus, non tranſit ad hæredes implere debentis: de quo eſt bonus tex. in l. qui Romę. §. Augerius, ſecundum vnã lect. & ibi Bart. ff. de verbor. obligat. quem text. multum commendat, & dicit ſing. Bald. in ca. ſignificauit. columna. 2. verſicu. item quia conditio. extrà, de reſcript. & in cap. ad noſtram. le 2. colum. 2. verſicu. quæro teſtator, de iureiuran. vbi dicit multum ſing. Sed & eſt bonus tex. in l. Prætor. in princ. ff. de collat. De quo etiam per Cyn. in l. ſi plures, in 3. quæſt. & ibi quoque Bal. colum. 6. verſic. item quæro nunquid. & Alber. poſt Pet. colum. 2. uerſic. item quæro hic dicitur, & Sal. in vlt. quæſt. C. de cond. inſer. & ipſum Bald. in l. cùm fundus. & iterum in l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. & in l. epiſtola. §. 1. & ibi Recentiores. ff. de pact. & in l. diem proferre. §. 1. ff. de arbi. & conſil. 384. duo ſunt. colum. 1. lib. 1. Bartol. conſil. 19. proponitur quòd in teſtamento, colum. 2. & conſil. 240. proponitur quòd viſo. Salyce. loquentem in caſu noſtri pacti de reuendendo, in l. 2. C. de pactis inter empt. & vend. & Ioan. Bap. Roſel. inter conſil. Paul. Caſtren. conſil. 249. ſtatutum Paduæ, col. 1. & iterum 2. verſ. nõ obſt. ꝙ tertiò, lib. 2. quibus in locis ex magna parte uidebis, quo modo id intelligendum ſit, atque etiam apud Bald. diſtinguentem in d.l. 2. uerſicu. quæro ſi uenditor. C. de pact. in-



pact. inter empt. & uend. & Rapha. Fulg. conſ. 103. notabilis uir. & Imol. conſi. 15. in caſu præmiſſo.

16 *Quid, ſi dictũ ſit, vt vẽditor arbitratu ſuo poſſit retrahere.* IDEMQVE etiam, ne id omittamus, ſi dictum ſit, vt venditor arbitratu ſuo poſſit rem à ſe venditam redimere. Nam & id conditionem non facit, ut probat text. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo, & ibi quoque Barto. Alexand. & alij Recentiores. ff. de uerborum obl. & idem Alex. in d.l. ſi decem, in prin. eodem tit. Ideoq; nec ea facultas expirat morte uenditoris, nam & ad hũc caſum id quoque trahit Hieron. Cagno. in repet. l. 2. in 11. quæſt. C. de pact. inter empto. & vend. comp. vbi tamen ſubdit aliud eſſe, ſi id arbitrio tertij relinquatur: nam tunc finiretur morte illius per not. in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerbor. oblig. Sed & aliud quoque, ſi dictum ſit, ut uenditor poſſit redimere, ſi volet: licet & id ſine ea adiectione fuiſſet intellectum, ut eſt text. expreſſus in l. ſi ita legatum. §. 1. ff. de leg. 1. ubi & ex hoc quoque dicitur, legatum ita factum non aliter trãſire ad hæredem legatarij, quàm ſi ipſe legatarius uoluerit.

*Quid, ſi arbitrio tertij relinquatur.*

*Quid, ſi dictum ſit, ſi volet venditor.*

17 *An autem hæres hæredis admittatur.* ET hæc quidem de hærede uenditoris. Sed an hæres ipſius hæredis etiam audietur uolens retrahere ex facultate conceſſa uenditori ſimpliciter, aut ipſi & ſuis hæredibus. De qua re, ut uon admodum dubia, nihil fortaſſe ſcripſiſſem, niſi eam uidiſſem aliquando in dubium uocatam apud Chaſſa. conſ. 11. *le cas eſt tel*, colum. 6. verſi. ultra materiam. & iterum, col. 21. uer. ad ultimum quod fit. In quibus locis, ut oſtendat primum uideri hæredem hæredis non admitti, illud tantùm allegat, quòd ſermo ſimpliciter prolatus de primo tantùm intelligitur. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerbo. ſignific. de qua re etſi Iaſ. in duobus locis ab eo citatis latiſſimè diſſeruit, uidelicet in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolut. matrimo. & in l. duobus. §. ſi ei qui. ff. de iureiurand. ego tamen multo latius tractaui in noſtris Commẽtarijs ad l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerborum ſignifi. quos iam pridem in lucem edidimus. Subdit autem ipſe Chaſſa, ſcripſiſſe ſe de hoc caſu in commentariis conſuetudinum. Burgund. tit. *des droiz & appartenances à gens marie's.* §. 16. in uerbo, *des heritiers*, & iterum in glo. *ſi auoir la veulent*. In quib. locis, uidelicet in priori loco, negat hæredes hæredis admitti. ea iam dicta ratione, quòd ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo, nec aliud dicit. In poſteriore autem dicit, poſſe dici admittendos, cùm hęres hæredis mei, ſit meus hæres, ut plenè per Docto. in l. ult. ff. de hæred. inſtit. Old. conſ. 21. thema tale eſt, teſtator habebat. Bart. conſ. 214. Andreas, & Ang. conſ. 246. quo in conſilio nihil de hoc dicit, ſed fortè erratum eſt in numero, & allegare uoluit conſ. 306. chariſſime frater, in prin. Mox ſubdit Chaſſa. hæc uerba, quòd tamen hæc facultas non tranſit ad hæredem hæredis. facit, quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo, ut dixi ſupra, nihilq; aliud dixit, ut intelligas eum ibi nutaſſe. uerùm in dict. conſ. 11. aſſeueranter concludit admitti hæredem hæredis, illa potiſſimùm ratione, quòd hæres hæredis hæres eſt. Et hoc quoque in eadem ſpecie uoluit Hiero. Cagno. in repet. l. 2. in 17. q C. de pact. inter empt. & uend.

*Multa, ne hæres hæredis admittatur.*

18 *De eadem re.* SED hæc altius longiuſque repetenda ſunt. Sunt etenim & alia multa, quæ hanc rem ancipitem reddunt. Nam Bart. in l. 1. col. 2. ff. de conſt. princ. ſcribit, priuilegium tibi ac hæredi tuo conceſſum, intelligi ſolùm de primo hærede, per l. antiquitas. C. de vſufruct. quem ad hoc dicit not. & idem uoluit Alb. in l. vlt. colum. 4. verſicu. ſi autem in priuilegio, poſt Pet. ibi, eodem tit. de cõſtit. prin. & ſequitur Fel. in cap. 2. col. 2. verſic. ſi princeps dat, extrà de treug. & pac. & Ioan. Lup. in repet. Rubr. de donat. inter uir. & uxo. char. 43. verſi. potuiſſent allegare. Et generaliter, cùm fit mentio de hærede, intelligitur de primo & immediato, non etiam de reliquis, ſi credimus Bal. in l. 1. col. 1. verſic. quæro an ſi dicatur. C. de cõd. inſer. per tex. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. & l. ex facto. §. ult. ff. ad S.C. Treb. Ideoque idem Bald. in d.l. vlt. C. de hæred. inſtit. dicit, quòd ſi acquiſiui feudum uel emphyteuſim pro me & hæredibus, intelligitur de primis tantum hæredibus. quod pro not. & ſing. citat Iaſ. in l. in annalibus, ante fin. C. de legat. vbi tamen reprobat. Sed & iterum Bald. in ea ipſa l. ult. in 22. q. dicit quòd ſi teſtator aliquid mandat hæredi, vt faciat intra certum tempus, alioquin eum priuat hæreditate: ſi is primus hæres moriatur ante id tempus, eius hæres non parens teſtatoris diſpoſitioni, non priuatur hæreditate, per l. multa, in prin. ff. de cond. & demonſt. & idem propè reſpondit Bart. conſ. 7. Andreas quidam, quod repetitur conſ. 24. & iterum d. conſ. 214. De quo tamen uide Rom. & Franc. Aret. in l. ſi quis filium. §. in omni. ff. de acquir. hæred. & eundem Aret. in l. paterfamilias, col. 3. verſ. hæc etiam iura. ff. de vulg. & pup. & Alex. conſ. 140. viſo dicto teſtamento, col. 2. lib. 6.

19 *De eadem re. Prohibitio alienãdi, an tranſeat ad hæredes hæredis, vide infra nu. 24.* SED & idem Bald. alibi, ſcilicet conſil. 262. in cauſa egregia, in fi. lib. 5. reſpondit prohibitionem factam hæredi ſcripto, ne alienaret, non intelligi factam hæredi hæredis, per d.l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulg. & pupil. & §. manifeſtum, in Auth. de reſt. fideic. & hoc quoque ante illum uoluit Bartol. in l. Lucius §. Semproniæ, qui eſt primus. ff. de lega. 3. & Alb. in l. ult. ante medium. C. de reb. alie. non alie. & poſt eos Franc. Curt. ſenior cõſil. 46. ſæpe reuoluta, col. 11. verſ. nec mirum eſt. Quin etiam Alexan. conſ. 37. in cauſa mota, col. 2. verſic. item præterea & fortius, li. 1. conſuluit ſtatutum quo cauetur poſſeſſionem continuari in hæredem, intelligi de primo tantùm hærede, per regulam d. §. hoc ſermone, quod repetitur conſilio 87. libro 3. & ſequitur & commendat Catel. Cotta, in memo. incip. decreto, Mediolanenſi, & iterum memor. executores teſtamenti, rurſumq; memori. hæredis appellatione, de quo & nos latius tractauimus in noſtro tractatu, cui titulum fecimus, *le mort ſaiſit le vif*. Et facit etiam text. in l. qui Titij. ff. de his quib. vt indig. vbi qui Titij teſtamentum falſum dixit, nec obtinuit, non prohibetur eſſe hæres hæredis illius, licet hæres eſſe non poſſit. Deniq; & illud facit quòd licet hæres cenſeatur eſſe eadem perſona cum defuncto. §. 1. in Auth. de iureiur. à moriente præſti. non tamen hæres hæredis, vt pulchrè voluit Paul. Caſt. conſil. 197. viſis dubijs, in ſecundo dubio, li. 2. quod pro not. ſequitur Phi. Dec. in l. hæredem, nu. 8. in fi. ff. de reg. iur.

20 *Contra, hæredem hæredis admittendũ.* VERVM in noſtro caſu haud dubiè mihi videtur eſſe admittẽdus & hæres hæredis. Nam certum eſt omnes obligationes, pacta & promiſſiones regulariter in hæredes tranſire, etiam ſi de eis mentio facta non fuerit: niſi ſit aliud quod impediat. d.l. ſi pactum, ff. de prob. & l. veteris, C. de contrah. & commit. ſtipu & ſuprà diximus in prin. huius gl. Et appellatione hæredis omnes in infinitum, id eſt non ſolùm primos, ſed & vlteriores, & per multas ſucceſſiones accipi. l. hęredis appellatio, & l. ſciẽdum, ff. de verb. ſig. & l. qui per ſucceſſionem, ff. de reg. iur. cum concord. vbique adductis à glo. & Doct. Idque etiam in his, quæ ſunt ſtricti iuris, vt probatur ex tex. loquente in ſtipulatione in l. ſtipulatio iſta habere licere, §. 1. ff. de verbor. obl. quam ad id expendit Bar. in l. ſi ſtipulatus fuerim per te non fieri, ff. eodem titu. & Franciſ. Aret. in d.l. paterfamiliàs, ad fi. ff. de vulg. & pupil. Et ex eo quoque ſatis patet, quòd in conditionibus, quę & ipſę ſunt ſtricti iuris, & in forma ſpecifica impleri debẽt l. Mæuius, ff. de conditio. & demonſtra. ſi cui libertas legata eſt, ſi hæredi Titij decem dederit, non tantùm hæredi, ſed & hæredis hæredi dando, peruenit ad libertatẽ l. ſub diuerſis, §. 1. & ibi Bar. & l. cùm ita datur, §. ex his verbis, ff. eodem titulo, & l. ſi peculium, § hæredi, & l. ſi ſtatu libera, §. non ſolùm, & §. ſi filius, & l. ſeruus ſi hæredi, in princip. ff. de ſtatulib. & not. Bart. in l. paterfamiliàs, in prin. ff. de vulg. & pupil. Sal. in l. ſi plures, in vlt. quæſt.

*Etiã in his quæ ſunt ſtricti iuris.*

*Et in cõditionibus.*

quæſt. C. de cond. inſer. Et in hoc errauit Philip. Deci. (pace tanti viri dixerim) qui dicit contrarium in l.quæ legata, in fi.ff.de reg.iur.

21 *Et de propria ſignificatione.*

NAM & id quoque de propria ſignificatione procedere, vt ſcilicet hæredes hæredum in infinitum veniãt appellatione hæredis ſimpliciter, aſſerit gl.i l.hæredis appellatione,ff.de verb.ſigni. cùm aliud dicit de hærede Prætorio.& Bal.qui illius gloſſ.non meminit in d. l.vlt.in 21.q.C. de hæred.inſtit.& Pau.Caſt.conſi.45.videtur dicendum quòd dicti hæredes, in fin.lib. 2.& Iaſon in l.ſi quis filium,§. vlt.col.1.verſi.ſecundò ad iſtam ff.de acq.hær.vbi hoc ſciẽter tractat,& declarat & rurſũ in l.filiusfamiliàs,§.Diui,in priore lect.col.pen.ver.vndecimò quærit,& iterum in poſteriore lect.colum.antepen. verſ. eiuſdem initij, ff.de leg. 1. Ex quibus & illud fit, quòd ſi hæres hæredis Titij petat hæreditatem Titij tanquam hæres ipſius: deinde probat ſe eſſe hæredem hæredis,ſatis eſt ad obtinendum,Cyn.& alij in d.l.vlt.C de hær.inſti.Bar.&omnes in d. l.ſi quis filiumfamiliàs, §.vlt.per illum tex.ff.de acq.hær.& in d.l.paterfamiliàs, ff.de vulg.& pupil.& ibi Iaſ.qui affert concord.& Corn. in l.amitæ, C.communia de ſucceſ.

*Etiã in libellis.*

22 *Contraria ſpecialia.*

ET ſi aliquando cõtrarium reperitur, id vtiq; eſt in caſibus quibuſdam ſpecialib. qui ratione quadam priuata ac ſpeciali non tranſeunt ad hæredes, niſi de eis expreſſa fiat mentio;aut ad hæredes tantùm primos,niſi etiam expreſſim de vlterioribus dictum ſit, vt apertè cõſtat ex d.l.Sciendum,cuius hæc verba ſunt,Sciendum eſt,hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi: nam paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet, & cõfeſtim ſubiungit harum ſpecierum quædam exempla. Nam & quod ad d.l.antiquitas. C. de vſufruc. pertinet, ea ſanè loquitur & intelligitur in his,quæ ſuapte natura ad hæredes non tranſeunt, utpotè in uſufructu, ut per Bart.Bal.& alios ibi,& eũdem Bart.in l.Gallus.§.etiam ſi parente,col.2.verſ.quæro iſtis caſibus, & ibi quoq; Bal. Ang.& alios.ff.de lib & poſthu.Bald.in d.l.vlti.col. 2.in quinta oppo.C.de hær.inſtit.Ang.conſ.2. præmitto primò in prin.ubi dicit id ſpeciale eſſe in eo caſu,& Alex. in d.l.ex facto,§.ſi quis ita,col.2.uerſicu.puto etiam uerum.ff.ad Treb.Et ſatis conſtat, alios caſus, quos ſuprà pro alia parte adduximus,ſpeciales eſſe , vt uidere licet apud eos,quos ibi allegauimus(ne hìc diutius immoremur)nec tamen omnes in ijs conuenire , ut etiam diximus. Regulariter autem contra, ut etiam, præter eos, quos ſuprà adduximus,tenuit Spec.tit.de arbitro. §. ſequitur,col.1.& Pan.in c.vlt. col.vlt.uerſ.item quæro pone.extrà,de arbi.vbi ex hoc dicunt in compromiſſis appellatione hęredis venire & hęredes hęredis.& Stepha. Bertr.conſ.23.ex themate,nu.35.& ſeq.lib.4.

23 *Prohibitio alienãdi non trãſit ad nepotes.*

VT interim tamen non prętermittam,prohibitionẽ de non alienando factam filijs, de qua ſuprà diximus, adeo perſonalem eſſe,ut non comprehendat nepotes:ut not.glo,in §.nos igitur.& ibi Iac.Bel.& Ang. in Authen. de reſt.fideicommiſ.Dyn.Ray.Bart.Alb.Bal.Imol. Paul. Caſt.& Recẽtiores in d.l.filiusfamilias.§ Diui. ff.de leg. 1.Cyn.Bar.Bal.Alb.& Sal.in l.uoluntas.C.de fideicom. Bar.in d.l.Lucius.§.Semproniæ.ff.de legat.3. Alber. in l. pater.§.Iulius Agrippa.ff.de leg.3.& in l.iuſta, in princ. ff.de uerborum ſignif.& in prima parte ſtatutorũ,q.107. item an ſtatutum loquens de filio , col.1.Bald.in l.quiſquis,col.1.C.ad leg.Iul.maie.& in l.Titius,in princip.ff. de liber.& poſthu.& conſ.2.verba ſtatuti.col.1. libro 1. vbi eam glo.dicit ſing.& conſ.487.in iſto puncto, in fin. lib.2.& conſ.304.nobilis uir dominus Gulielmus, libr. 5.Roma.conſ.457.circa propoſitam,col.1. Paul. Caſtr. conſ.131.dubium facit,quia poſito,circa medium,libr. 2.vbi eam glo.dicit no.& conſ.340.quia ſuprà,col.1.eodem lib.2.& conſ.401.ſuper primo quæſito,colum.1. eodem lib.2.Alexan.conſ.1.perſpectis,colum.pen.uerſ. vnde videmus libro primo, & conſil. 36. viſo themate,colum.pen.uerſ.ad confirmationem,lib.3.& conſ.55. ponderatis his,in fin.eodem lib.3.& conſ.59. attẽtis uerbis,col.pen.uerſ.nec dicatur ſi prohibuit,eod.libro 3.& conſ.56.Aldronandus,col.1.in fin.libr.6. ubi & illam glo.dicit ſing.& conſ.140.uiſo dicto teſtamẽto, in prin. eodem lib.6.Soc.conſ.73.captendò primum , col.7. nu. 24.lib.4.Franc.Curt.ſenior,d.conſ.46.ubi ſuprà.Iaſ.conſil.52.Io.Bartholomæus, col.2. uerſ. confirmatur, quia quando,lib.3.ubi illam quoque glo.dicit ſingu.& conſ. 96.dominus Ioannes,col.4.uerſ.quintò facit, eodem li. 3.Stephan.Bertran.conſ.46.ex teſtamento, colum.2.nume.7.libro 4.Philip.Dec. conſil.95. cuius ſuperſcriptio incipit,ſubſtitutio,colum.4.uerſ. & hoc idem comprobatur.& conſ.192.in caſu occurrenti,col.1.uerſic.3. aduertendum eſt.& conſ.445.in caſu ad me trãſmiſſo, col. 9.uerſ.& etiam dici poteſt.& conſ.567.in caſu occurrenti,ad fin.& conſ.637.uiſo copioſo,col.2.uerſ. quibus tamen non obſt.

24 *Qui dicũt prohibitionem alienãdi trãſire ad hęredes hæredis.*

QVANQVAM etiam ſunt , qui contrarium dicunt eius , quod ſuprà diximus de prohibitione facta hæredi,vt ſcilicet tranſeat ad hæredes hæredis. Id enim voluit Barto.in d. l.filiusfamiliàs.§.Diui,colum.vlti.verſicu.quęro vtrum prohibitione facta, & in d.l.Lucius.§. Semproniæ, de leg.3.Rom. qui alios citat , conſil.457. circa propoſitam conſulationem. in primo dubio. & Alex. d.conſ.36. vbi ſuprà,lib.3.& omnes Recentiores. in d.§.Diui ,qui id dicunt ab omnibus communiter recipi: niſi ſi prohibitio facta fuerit hæredi nuncupatim cũ nomine proprio verbi gratia, Titum hæredem alienare veto:nam tunc non venit hęres hæredis,per d.§.Semproniæ.& voluerunt Ra. Imol. Alex.Iaſ.Cottus, Franc.Ripa , & alij in d.§.Diui.Ro. in d.l.ſi quis filium. §.vlt.ff. de acq.hær.Alex.conſi.56. conſideratis verbis teſtamenti, col.2.lib. 1. Vtrum autem hoc in caſu interſit, vtrum præcedat nomen proprium, vt in illis verbis.quæ ſuprà poſuimus, Titium hęredem: an verò econtrariò præcedat nomen appellatiuũ, vt his verbis,hæredem Titium, vide optimum tex. in l. ſi ſeruus communis.ff.de ſtipul. ſer.glo.& Bart.in l. cùm ita datur.§.ex his verbis.ff.de cõdi. & demon. Bart. in d.l.ſub diuerſis.§. 1. eodem quoque titu. Bald. in d.l. ſi plures,col. penul. uerſicu.denuò quæro.& ibi etiam Saly. in.3.q C.de condi.inſer.& eundem Bald.in c. 1.§. Marchio, colum.2.tit.qui feud.dar. poſ.& Iaſ.in d.l.ſi quis filium.§. vlti.colum.2.verſic.imò fortiùs, & Cano. in c. quoniam Abbas. extrà, de offic. deleg.

*Niſi facta fuerit hæredi eum nomine proprio.*

*An interſit, præcedat, anſequatur nomen proprium.*

25 *Quid, ſi facta fuerit cũ illa demonſtratione, ipſe.*

AVT etiam(ut ulterius ad principale propoſitum reuertamur;) niſi fuerit facta prohibitio cum illa demonſtratione , ipſe hæres ne alienato ; nam ad eum tantùm hæc prohibitio pertinet,non ad hæredes illius:tanquam illa demonſtratio (ipſe) perſonam ipſam ueluti ad oculum demonſtret, nec eam egrediatur, quæ fuit ſententia Bald.d. conſil.304. lib.5. Id quod dicit ualde ſingu. & mirabile, ſi uerum ſit, Iaſ.in d.§. Diui,in.2.lectu.col. pen. uerſi. pro ampliatione, & ibi quoque Ferdi. Loaz. char.25.nu.498.& Franc Ripa, nu.111.& Catel.Cotta, memor,incip. hæredis appellatione. & iterum memor. ipſe,pronomen.Nam & uidemus,ut id illis addas, id pronomen eſſe demonſtratiuum,habereq; præciſam aliquam ac ueluti perſonalem demonſtrationem eius rei, cui adijcitur,ut apud Virgilium lib.2.Aeneidos;

*Ipſe dictio perſonę demonſtratiua.*

*-Et ipſe doli fabricator Epeus.*

Et Terentius in Adelphis:

*Ipſa ſi cupiat Salus,*
*Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.*

Et uoluit etiam è noſtris gl.not.in §.fuerat,in uerbo, cũ ipſa,in princ.Inſt.de act.& Ioan.And. in ca.contra eum. in 2.arg. quæſt.de regul.iur. libro 6. in Mercur. & Domi.conſi.208.difficultas,col.1. & Zaſius conſ.12. pote-

ram,



ram,poſt princ.Quod & Græci in ſuo eodem pronomine obſeruant,ex Homero lib.Iliad.9.cum inducit Phœnicem hæc ad Achillem loquentem:

*Αὐτὸς θεὸς. Ipſe Deus.*

Οὐδ' εἴκεν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.

Quæ ita vertit Franciſcus Mirandulanus:

*Nec ſi pollicitus Deus ipſe auferre ſenectam,*
*Et mihi florentem circumfudiſſe iuuentam.*

*Ipſe,id eſt, verè exiſtens.*

Hoc enim pronomen, αὐτὸς ,id eſt,ipſe, Deum verè exiſtentem ſignificat,vt annotauit non ſemel eum locum citans Iuſtinus ille Philoſophus,idemque Martyr in Admonitorio gentium . Nec in eo vno ſolum loco id fecit Homerus.Nam & lib.Odyſſ.4.idem pronomen Deo aſſignauit,

Ἀλλὰ τὰ μὲν πυμέλλεν ἀγάσσεσθε θεὸς αὐτός. Et lib.13.
Σὺ δὲ ἄκουσον
ὥς τοι ἐγὼν ἐρέω, μνήσει δὲ σε καὶ θεὸς αὐτός.

Et lib.16.

ὥς τοι ἐγὼν ἐρέω, μνήσει δὲ σε καὶ θεὸς αὐτός.
-ὥτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθών,
ῥηϊδίως ἐθέλων θεῖη νέον, ἠδὲ γέροντα.

Quos verſus,paucis immutatis , reperiuit lib.23. eiuſdẽ operis.Et lib.19.loquens priuatim de Mercurio;

Θεὸς δὲ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν
ἑρμείας.-

Et generatim de Dijs,lib.1.ipſius Odyſſeæ,

ἦ μάλα δή σε διδάσκουσιν θεοὶ αὐτοὶ
ὑψαγόρην τ' ἔμεναι, &c.

Et lib.11.

Τειρεσίη τὰ μὲν ἄρ που ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτοί.

Et lib.14.

ἐμοὶ δ' ἔκρυψαν θεοὶ αὐτοί.

Et rurſum lib.9.Iliados.

-Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί.

Et lib.12.eiuſdem operis,

-ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Et Sibylla,quæcunque ea vates fuerit, apud Lactantium lib.7.cap.23.

Δύστηνοι γὰρ ἅπαν μερόπων γένος, ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμος καὶ θνητῶν ἔλθη κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει.

Et hos ſecutus Virgilius lib.5.Aeneidos:

*-Deus ipſe faces,animumq; miniſtrat.*

Facilè autem intelligis id Homero ocioſum non fuiſſe, nec fortuitum, quod tam frequenter in utroque opere inculcauit.Et huc quoque referri poteſt illud Diui Pauli ad Hebræos 13.eodémque vlt. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe:& in æternum. Quem etiam locum in id refert Theophilus Alexandrinus,vir tantæ eruditionis, vt Diuus Hieronymus libros ipſius Paſchales dignatus ſit in Latinum vertere,lib.eiuſdẽ operis primo, ſtatim poſt initium. Sed & huc pertinet illud Eſaię 43. Ego ſum, ipſe,qui deleo iniquitates tuas propter me. Verùm ut tãdem hoc caput concludamus,ubi eſt demonſtratio perſonę,diſpoſitio non tranſit ad hęredem illius. l. ſeruus , in princ.ibi,itemque demonſtratio perſonę. ff.de ſtatu. libe. Aut niſi denique in alijs quibuſdam caſibus, quos videbis apud Loaz. vbi ſuprà & ſeq.num.& etiam Crot. ibi,col.37.verſ.quęrit etiam Bart.an prohibitio.& Frãc. Ripam d.num.3.

26 *Extranei quoque hæredes admittuntur ad retrahendum.*

ET ut redeamus ad caſum noſtrę conſuetudinis, intellige quę ſuprà diximus, ut non ſolùm admittãtur ſui hęredes ad redimendum ui huius pacti , ſed & extranei quoque hęredes ipſius venditoris,ut nuncupatim uoluit Hier.Cagn.in repet.d.l.2.in 17.q.verſic. & non ſolùm. C.de pact.inter emp. & uend. Et hoc quidem generale eſt in materia indifferenti , vt ęquè admittãtur extranei hęredes,atque ſui,vt per Barto.in l.Gallus.§.etiam. & ibi Alexan.colum.2.& Iaſ.colum.4.ff.de lib. & poſthu. Ang.conſi.306.chariſſime frater,Imol.conſ.21. in caſu præmiſſo in quo queritur.Alex.conſi.9. viſis dicto themate,colum.2.lib.2.cum alijs concord.adductis à Phil. Dec.in c.in pręſentia,col.18. uerſ. circa primum , & ſequen. extrà,de proba.& conſ.294.in teſtamento,in princip.ubi & hoc optimè probat. Diximus autem ſuprà in eadem glo.num.11.quòd ſi quis dicat, quòd hęc facultas cedi poteſt extraneo.

27 *Hæredes emptoris tenentur etiã reuendere ex huiuſmodi pacto.*

CAETERVM, quia ſemper ſuprà locuti ſumus de hæredibus venditoris,nunc quæro è diuerſo , utrum hæredes etiam emptoris teneantur reuendere, ſicuti & emptor ipſe tenebatur , Tex. eſt apertus , eos teneri, in d. l. 2. ibi , hæres emptoris. & ibi Petr. à Bel. Pertic. qui id expreſsè annotat.C. de pactis.inter empt.& vend. Nam ſicut pacta regulariter ad hæredes actiuè tranſeunt ita & paſſiuè, etiam ſi de illis mentio facta non fuerit.l. ſtipulatio iſta habere, & l. eum qui ita.§.te & Titium.ff. de verbo. oblig.& l.1. & ibi Bald.C.de conſti.pec.& l. veteris.C.de contra.& commit.ſtipu.cum ſimilib.Idque etiam in obligatione pœnali, vt ab Ange.reſponſum eſt, conſil.326.ex themate & actis, per l.2,§.1.& § item ſi in facto,& iterum in l.4.§.Cato. ff.de verbo.oblig. Et idem quoque in caſu noſtro reſpondit Pau. Caſt.conſi. 306. quanquam longa,colum.vlti. lib.2.& Stephan.Bertr.cõſil.15.viſis inſtrumento,ad fin lib.2.

28 *Etiamſi ſint minores.*

QVOD intellige, etiamſi hæres ipſius eſſet minor. Nam & is etaim ſine decreto tenetur reuẽdere ex pacto reuendendi à ſuo prædeceſſore facto: vt dicit ex preſſè Alb.in d.l. 2.in princ. C.de pact.inter empt.& vend.per text. in l.1. C. quan. decre.opus non eſt vbi huius rei caſus eſt expreſſus.Et propemodum concordat tex.in l.prędium, & ibi gl.Fab.& alij, eo.titu. & l.1.§.1.& l.magiſputo.§.ſi pupillus ſtipulanti.ff. de reb.eor.cum alijs multis ſimil.& concor.& tex.& Doct.à me latè congeſtis in noſtris Legibus connubialibus, in gl.8.in verbo, *de ſon mary*,in 22.q. Vtrum verò ipſe minor cùm emit , poſſit in venditione pactum reuendendi reſtituto precio apponere,uidebis infra in fin.huius titu.numero 2. & multis ſeq.

29 *Si rei venditæ alter ſit proprietarius, alter uſufructuarius , uter conueniẽdus eſt.*

AT in dubium vocari poteſt, quid ſi emptor moriens reliquit alteri uſumfructum eius rei, quæ ſibi uendita eſt ſub hoc pacto reuendendi:an is alter,qui ſcilicet nunc eſt uſufructuarius,ſit conueniendus , an uerò hęredes ipſius emptoris,vt reuendant reſtituto ei precio. Ego puto hæredes conueniendos, vtpotè cùm ſint domini , habeantque facultatem reuendendi , atque reſtituendæ rei,vt ſatis declarat text.in d.l.2.de pact. inter empto. & uendi.Tutius tamen eſſe,requiri etiam uſumfructuariũ, dictũrum,quæ uoluit,ſi ſua putauerit intereſſe, ut tradit Hie.Cagn.in repet.d.l.2.in 32.q.ubi & illud ſubdit, precium rei debere manere apud vſufructuarium,ut eo dũ uiuet utatur fruatur,per l.uxori meæ.ff.de uſufr.leg.quę mihi non admodum facere uidetur,& per not. ab Alex. in l.diuortio.§.ſi fundum,colum.pen.ff.ſolut.mat. Ad illud autem,quod diximus de uocando uſufructuario,uide tex.qui neceſſario requirit uocandum uſufructuariũ in re ſimili,in l.is qui fundum.ff.de uſu & uſufr.leg. ubi diuiſio facta non uocato uſufructuario, ei nullo modo obeſt.Et uide etiam quod in ſimili tractat Bald.in l. qui ſolidum.§.1.ff.de leg.2.& Fab.in tract. de emp. & uend. in 8.q.prin.col.3.uerſ.ſeptimus effectus. & rurſus in fin. omnio eiuſdem tract.

*Cuius autem erit precium.*

30 *An vnus ex hæredibus,aut ex pluribus venditoribus poſſit partẽ ſuã retrahere.*

SED ut iterum reuertamur ad hæredes venditoris, quos noſtra conſuetudo dicit admitti , quid ſi unus ex pluribus hæredibus velit partem ſuam tantùm redimere? Et idem quæri poteſt de duobus uenditoribus,an alter admittatur ad redimendum dimidiam partem rei venditæ. De hoc nos latè diximus ſuprà tit, proxi. §.23. in glo.1.ubi diximus ex communi noſtrorum ſententia, hunc non eſſe admittendum , quanquàm unus aut alter fuit in diuerſa opinione,ut ibi uidere poteris. Sed illud

hic

hic adijciendum occurrit, quod admodum facit pro hac non recepta ſententia. Nempe l.uxorem.§. agri plagam.ff.de lega.2.ubi ſi hæres eſt grauatus à teſtatore, ut vendat fundum duobus,& unus ex illis nolit emere, tenetur hæres alteri ſuam partem uendere. Et autoritate illius text.reſpondit Alex.conſi.126.uiſis his de quibus, colum.1.lib.5.quòd ſtante ſtatuto,quòd locator nō poſſit uendere rem locatam,niſi prius denunciauerit conductori,an emere uelit:ſi ſint duo conductores,& alter nolit emere,poterit tamen alter pro ſua portione emere. Et eſt ſimilis tex.in l.ſi quis legata.§.duobus,& iterum in l. cui fundus.ff.de condi.& demon. Et facit etiam hæc ratio,quia qui promiſit duobus aut pluribus,uidetur promiſiſſe ſeparatim,& cuilibet pro uirili.l.reos.§. cum tabulis,cum ibi not.ff.de duob. reis, & l. 1. C. ſi plu. vna ſent.& facit l.legata inutiliter.§.ult.ff.de leg.1.cum ſi. Et licet incidat in communionem cum uno, ei tradendo partem,eſt tamen ſibi imputandum, qui ita contraxit. Et licet etiam reuendere ſit factum, ut diximus in d. §. 23. eſt tamen diuiduum contractu, l.locus. ff. de acquiren.poſſeſſ.

31 Sed hæ rationes obtinent tantùm, cùm ab initio cōtractum eſt cum duobus aut pluribus, aut etiam cùm pluribus iuſſum eſt à teſtatore vendi,non ſi uni tantum; vt apertè diſtinguit d.l.cui fundus. Ideoque ſi his unus reliquerit plures hæredes,uidetur unum ex illis tantum non eſſe audiendum:non enim ex perſona hæredum cōditio obligationis mutatur,l.2.§.ex his.ff. de uerborum oblig.& optimè etiam d.l.cui fundus.in fi. ubi poſt eam diſtinctionem,utrum à principio fuit relictum vni, an duobus,ſubiungit in fin.In eo uero quod uni ſub conditione legatum eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet,& omnis numerus eorum,qui in locum eius ſubſtituuntur,pro ſingulari perſona eſt habendus. Et hoc quidem caſu habent locum omnes rationes eorum, qui tenent communem illam opin. Vide tamen tex.qui in redhibitione non diſtinguit pluresne hæredes venditori ſint,an plures ſeruum vendiderint, vt ſciamus poſſitne cuilibet redhiberi pro portione,an omnimodo, & econtrario ſcilicet in l.quod ſi nolit.§.ſi uenditori. ff. de ædil.edict. Et uide etiam Carol.Ruin.qui & illis legibus reſpondet conſ.82.videtur lib.1.

32 *An hæres q̃ uult partem ſuam redimere, poſſit cogere cohæredem vt & partē ſuā redimat.*

Verum quæſtionis eſt, cùm emptor ex communi ſententia non teneatur admittere vnum ex hæredibus ad redimēdam ſuam partem, an hic qui vult redimere partem ſuam, ſaltem poſſit cogere cohæredem, vt & ſuam quoque partem ſimul redimat, ne emptori ius ſit cōtradicendi. Dic quòd ſic,niſi ius ſuum hic cedere maluerit, per l.his conſequenter.§.Celſus. ff. famil.erciſc.& l.hæredes.§.idem iuris,eod.titu.vbi vnus hæredum poteſt alium eadem ratione cogere pignus pro parte ſua luere, niſi tamen is, qui non vult luere,ius ſuum cohæredi cedat. l. cùm fructuarius. ff.de vſufruct.& l.is cum quo in fi.ff.de aqua plu.arcen.& nuncupatim hoc in caſu voluit Hier.Cagn.in repet.d.l.2.in 15.q.C.de pact.inter empt.

33 *An autem alter hęredū aut uēditorū poſſit totū redimere.*

At maius dubium eſt, vtrum alter uenditorum uel hęredum unius uenditoris poſſit ſolus totum redimere, totum etiam precium offerendo. In qua re uariatum eſt à noſtris legum Doct. Sunt enim qui negat admittēdum quod placuit Paul. Caſtren.in l. ſi quis aliam. colum. 1. ff.de ſolut.quia emptor(inquit)poterit dicere,quòd non eſt obligatus, niſi utrique: ideo ſi uelit rem habere,ambo ueniāt. Niſi tamen alter conſentiret,& ius ſuum alteri cederet, quia licet nunc non ei curæ ſit redimere,poterit tamen poſteà propoſitum mutare. l.deberi C.de fideicommiſ. libert. Vnde non debet iſte præoccupare ius & locum alterius, ſine ipſius uoluntate. Et hanc quoque opin. ſecuti ſunt Crot. & Alciat. in l. 4. §. Cato, ille in 2. lect. column. 4. uerſicul.ſecundò fallit.hic colum.18.verſ.tu aduerte primò. ff. de verborum oblig.ubi ad hæc alia multa allegant, & idem Alc. in l.creditori,colum.3.verſic.ſed quid in hac quæſtione. C.de pact.

34 *De eadem re.*

Alii illud quidem recipiunt, ſed ita tamen intelligunt, vt ſcilicet emptor non ſit cogendus vni uenditorum totum reuendere, etiam ſi totum precium offeratur Sed tamen hoc caſu partem tantùm ipſius venditoris emptor reuendere cogitur, cùm integrum ei precium ab ipſo uenditore offertur. In qua ſententia fuit Raph.Fulg.in l.quod ſi nolit.§.idem Marcellus, ff de ædil.edict.argumento illius tex.à contrario ſenſu. Sed ea certè ſententia,ut eſt omnium,ni admodum fallor, iniquiſſima, ita & pauciſſimos habet aſſertores, & neſcio an alium ullum præter ipſum Fulg.

35 *De eadem re.*

Tertii tenent quòd ſi alter hæredum ſuam precij partem offerat, & petat etiam ſuam ſibi partem reuendi,cogitur emptor eam partem reuendere: ſi totum petat, & totum precium offerat, non auditur, niſi alter expreſsè conſentiat aut repudiet. Ita enim uoluit Ober. Crem.in l.ſi ex legato.§.ſi Stichus.ff.de manumiſ. teſta. per l.fiſtulas.§.pen.ff.de contrah.empt.prout illum retulit & ſecutus eſt Firmia. in ſuo vberrimo indice, in uerbo,emptor retrouendens,uerſ.3.& rurſus in uerbo, obligatos,uerſ.125. vbi uerba illius nuncupatim adſcribit, dicitque in priori loco ſe ex huiuſmodi ſententia iudicaſſe in cauſa ardua: de quo etiam meminit in poſteriori loco. Sequitur etiam Hermanoctius Dec.in d.§.Cato, col.41.& Ludouic. Gozad.in d.l.2.in 20. q.C.de pactis inter empt.

36 *De eadem re.*

Et hęc quidem opinio hac potiſſimum ratione,nec ea quidem contemnenda, fulcitur,quòd qui pluribus tenetur præſtare aliquid indiuiduum, illud non tenetur præſtare,niſi illis omnibus quibus ipſe tenetur,conſentientibus,per tex.in l.ult. ff.commu. prædior. & d.l.2.§. ex his.& ibi Barto.& cæteri interpretes.ff. de uerbor. obl. Reuendere autem indiuiduum eſt, ut multis probauimus ſupra tit.proximo.§.23.in glo.1.num.13.& hæc quidem his rationibus,ut ibi videre poteris,ne aliter repetam.

37 *De eadem re.*

Postremi in ea ſunt opin.vt ſimpliciter emptor cogatur integram rem reuendere uni uenditorum uel hæredum offerenti integrum precium, ſiue alter repudiet,ſiue minus. Nam ſi repudiet, integrum ius manet apud alterum iure accreſcendi,per d.text. licet non allegent,in d l.ſi quis legata.§.duob.ff.de cond.& demon. qui tamen (ne decipiaris) loquitur in legatis, & facit etiam l.fideicommiſſa.§.item ſi quis.ff.de lega.3. Si non repudiet,ei ſeruatur ius illæſum: quia poteſt cogere ſocium,qui totum redemit,ut ei partem ſuam reuendat,reſtituto pro portione precio, Ita uoluit Pau.Caſt.ſibi contrarius conſ.221.in hoc paſſu duo ſunt,ante fi. libr.1. & conſi.74.in cauſa mota per dominam Dorotheam, in fi. libr.2. Iaſ.in l. ſtipulationes non diuiduntur,colum.14. uerſicul.ſed pulchrum & utile dubium. ff. de uerborum oblig. Chaſſa.titu.*de rentes vendues à r'achaptz.* §.1.in 4. dubio,in fin.Soc.in l.1.§.ſed & quoties. ff. ad S.C.Treb. quo loco dicit ita ſe conſuluiſſe, ut uerè conſuluit conſi. 15.anno Domini,lib.4.vbi hanc rem latiſſimè omnium diſputauit,multàſque rationes hincinde attulit, inuicēque contulit,ut ibi uidere poteris,neque enim eam rem aliter tractandam hoc loco ducimus. & nouiſſimè Ant. Rub.conſil.90.uiſo caſu,& D.Boer.dec.251.duo ſimul, quæ impreſſæ ſunt poſt primam noſtram huius operis editionem. Et ſecundum hanc opin. iudicatum fuit in noſtra curia Pariſienſi,die 20.Aprilis,anno Domin. M. D. XL VIII. poſt Paſcha, inter Ioan.Corra. & neſcio quem de Vezules.

*Si unus totum redemerit, an alter poterit eum cogere, vt ſuam ſibi partem reuendat.*

*Areſtum.*

38 *De eadem re.*

Illud unum addiderim, hoc idem uoluiſſe ante hos omnes Bal.cuius nullus iſtorum meminit conſ.133. quædam mulier,in ultimo dubio,li.1. Cuius unius uer-

ba



ba huc ſubnectam. Vnius(inquit)obligatio ſufficit,cùm ſint duo rei credendi.l.ult.C.de duob.reis. Quia pro ſolutione habetur non tantùm ea,quæ ſit ab obligato, ſed etiam quæ ſit ab alio,l.qui decem.§.1.ff.de ſolut.& l.acceptam,in fin.C.de vſur. Sed retrouenditio debet fieri vtrique,vt pactum ſeruetur:& tunc alter, qui non obtulit,tenebitur reſtituere partem pecuniæ ab alio oblatæ. l.fundus ille. ff.de contrahen. empt.& l.ſi abſentis. C. ſi cert.pet.& l.cùm quæritur.ff.de admin.tut. Sed ſi ille cōſentiat,quòd huic tantùm ſiat retrouenditio, nullum eſt dubium.l.ſicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pign. uel hypot.ſol.& l.ſi ita quis,§.Seia.ff.de uerborum obli. Hæc Bal.pro cuius opin.eſt text. optimus, vltra eos quos allegat,in l.fiſtulas.§.qui fundum.ff.de contrah.empt.& l.ſi. deicommiſſa.§.interdum.ff.de lega.3.& in l.in bello.§. ſi ſeruus complurium. ff. de capt. & poſtlim. reuer.& in l.in diem. ff.de in diem addict. Nec tamen omiſerim, quòd ex ijs qui hanc opin. ſequuntur, nonnulli conſulunt.ut is qui totum petit ſibi reuendi, ſatiſdet de dando partem ſocio,per l.1.§.ſi pecuniam in ſacculo, uerſi. ſed ſi res.ff.depoſi.

*An qui totum petit, debet ſatiſdare de dādo partem ſocio.*

39 *Pulchra queſtio.*

Quid autem in hoc caſu? Duo fratres uendiderūt domum aliquam communem, ſitam in hoc noſtro oppido Fontis Naiadum (Ita enim appellabant Amicus ille,& Rabelæſus,diuinitatem loci,& adoleſcentiam noſtrorum ingenia admirati) cum eo pacto de reuēdendo. Poſtea autem bona ſua ita diuidunt, vt omnia ſingula Fontenai ſita,quæ ad eos pertinebant, alterius maneant. An ius iſtud & facultas redimendi huic ſoli conceſſa videatur,ita ut alter nihil iuris in ea re habeat. Vide Fran. Are.hanc rem ingenioſè & ſubtiliter,vt ſemper aliàs,diſputantem,conſ.6.uiſo inſtrumento diuiſionis,per totū, ſed præſertim in 2.dubio,& Alex. qui in eadem ſpecie, adeòque inter eaſdem partes conſuluit,conſ.75.uiſo the mate & maturata,lib.6.quib.in locis uterque reſpondit, id ius in ea diuiſione non comprehendi, ſed commune vtrique fratri manere:per multa quæ allegant, quæ illic uidere poteris.

40 *Alia quæſtio.*

Sed quid in hac ſpecie? Duo in ſolidum uendunt alteri annuū quempiam reditum(ſiue vectigal appellare malis,ſiue penſitationem,id eſt, vt alibi quoque diximus, *vne rente generale ou volante*) idque cum eo pacto redimendi. Poſtea emptor unum eorum pro media parte offerentem,ſpontè admiſit ad luendam mediam illam partem:nunquid & in altera parte eum ita faciens liberaſſe cenſeatur ab illo annuo uectigali, ad quod in ſolidum,ut diximus,erat obligatus. Vide not. per Doct. in l.ſi creditores.C.de pact.præſertim verò Andr. Alcia. col.3.verſ.ſed quid in hac quæſtione,ubi id nuncupatim tractat.

41 *An unus ex hæredibus,qui ſolam rem uenditam poſſidet, teneatur totam reuendere, an partē ſuā.*

Nunc autem è diuerſo,quid ſi emptor,qui promiſit reuendere,decedit relictis pluribus hæredibus,quorum unus tantum poſſidet rem ita uenditam, an ille ſolus teneatur reuendere,an uerò ſolum teneatur pro portione hæreditaria. Et idem quæri poteſt in retractu ſanguinis. Videtur autem hunc tantùm teneri pro portione ſua hæreditaria,quia uenditori competit actio perſonalis ex empto, vel præſcriptis uerbis, vt not. in l.2. C.de pact. inter empt. & uendit. & latè diximus ſupra in hoc eodem §.in glo.1.num.2.ex eo autem pacto. Et ſimiliter competit conſanguineo actio ex ſtatuto,quæ & ipſa perſonalis eſt:ut not.in l.1.ff.de condict ex lege. Actio autem perſonalis fundum non ſequitur,l.cogi.§.unde quęritur.ff.ad Senatuſc.Treb.etiam ſi obligatio ex qua oritur,contracta ſit,habito reſpectu ad fundum,l.quædam §.nihil intereſt.ff.de eden.cum concor.à me adductis ſupra tit.præceden.§.8.glo.3.in verbo, *le iuge qui en peut cognoiſtre*,num.6.porrò Cæpolla. Ex quo conſequens ſit, ut competat contra hæredes pro hæreditarijs cuiuſque portionibus.l.pro hæreditarijs.C.de hære.act. & l.1.C. ſi cert.peta.& l.pacto ſucceſſorum.C.de pact.etiam ſi vnus eorum totam rem poſſideat,aut penes ſe habeat. l.ſi duo.ff.depoſi.per quam ita uoluit Ang.in l.ſi poſſeſſor. ff.de rei uendicat.ubi facit in hoc differentiā inter actiones reales & perſonales:vt ſcilicet in realibus hæres, qui totum fundum poſſidet,poſſit in ſolidum cōueniri, per tex.ibi,cui eſt ſimilis tex.in l.2.§.ult.ff.de prætor.ſtipul. ut qui non tanquàm hæres,ſed ſuo nomine conueniatur l.de eo.§.ult.ff.ad exhibend. In perſonalibus ſecus,per d. l.ſi duo.& idem dicit Ioan. Plat.in l.æs quidem.in 1.notab.C.de ann.& tribu.lib.10.

*Quādo poſſidēs poſſit conueniri in ſolidū, uide duob. ver. ſeq.*

Verum contrarium tenuit, & reſpondit nuncupatim in ea ſpecie retractus conuentionalis, Soc.conſ.253. in cauſa domini,in 4.dubio,lib.2. his quidem rationib. motus,quia primum actio,quæ competit ex hoc pacto, eſt bonæ fidei:vt not.in d.l.2.C.de pact.inter emp. & uēdit. Deinde emptor obligatur ad reſtituendum, vt ibi etiam not. Sed quādo actio bonæ fidei datur ad reſtituēdam rem,& unus hæredum poſſidet eam rem in ſolidū, etiam datur in ſolidum actio aduerſus eum,vt eam rem reſtituat.l.3.§ hæres.ff.commo.& uoluerunt Petr.& Cy. in d.l.pro hæreditarijs eam ita intelligentes,& Ray.Forli.in l.4.§.Cato.in 4.oppoſ.& ibi Bart.col.2.in 3.opp. & propè omnes Doct.ff.de verborum oblig. De quo tamē vide eundem Soc.in d.§.Cato.col.8.verſic.circa tertiam oppoſitionem,poſt Cyn. Chriſtoph. Caſtel. & Raph. Com. & ibi quoque Lancel.Gal.colum.11.verſ.tertia ſit concluſio. 42

*De eadem re. Actio quę cōpetit ex pacto reuēditionis eſt bonæ fidei.*

Tu autem ad eam Soc.ſentētiam adde,quòd in quibuſuis actionibus perſonalibus,etiam ſtricti iuris, cum quibus concurrit rei uendicatio, is poteſt conueniri in ſolidum,apud quem tota res reperitur. Dyn.in l.qui fundum.§.ſi tu ex parte.ff.ad leg.Falc. Bart.in l.ſi plures.per eum text.ff. de ui & ui arm. & in d.l.4.§.Cato, colum.2. ubi ſuprà.& Stephan. Bertran.conſil.183. pro confirmatione,in prin.lib.3. De quo tamen uide Alex.Fran. Are. Soc.Gal. & alios recentiores in d.§. Cato. Ex ſententia autem multorum hic competit rei vendicatio oblatione facta,vt dicemus in glo.ſequen. nume.6. at in pacto, & ſequen. 43

*De eadem re.*

Quinimò plus dicit Soc.d.conſ.253. ubi ſuprà, lib.2.quòd ſi hæredes communiter poſſident eam rem, nihilominus quilibet eorum in ſolidum conueniri poteſt: quia non ſolum nec ſimpliciter tenetur emptor ad reſtituendum rem,ſed etiam ad eam tradendam: ut uoluerunt Richar.& Barthol.à Sal.in d.l.2. de pactis inter empt.cum alijs concor.allegatis ab eodem Soc. in alijs dubijs eiuſdem conſilij. Sed obligatio rem tradi, cū indiuidua ſit & obligatione,& ſolutione, tranſit ad quemlibet hæredem in ſolidum, ſicuti aliæ obligationes, quæ in factis conſiſtunt: vt declarat Bar.in d.l.4.§.Cato,in 2. oppo.& ibi quoque Ange.Imo.& Rapha. Com. & rurſus idem Bartol.in l.ſtipulationes non diuiduntur.& ibi quoque Ang Imo.Raph.Com.& Paul.Caſtr.eodem tit. Hæc propè Soc.quem ſequitur Hieron.Cagno. in repet. d.l.2.in 14.q.de pact.inter empt.& uend. Si tamen ſcire vis ampliſſimè,an venditor,qui ex pacto tenetur reuēdere,teneatur ad tradendum,vide omnino eundem Socin.conſil.16.anno Domini,lib.4.& Franc.Aret.d. conſil.6.& alios,quos tibi latè congeſſimus infra in gloſſ. ſeq.uerſ.vlt. Sed ſi id uerum ſit,quod Soc.d.conſil.253. tradidit,non opus eſt quærere, utrum is hæres qui ſolus poſſidet, poſſit cauſari, ſe nomine communi & ſuo & hæredum poſſidere: de quo nos diximus in duob. ſocijs, ſupra tit præced.§.1.gl.13.in verbo, *l'achepteur*, nu.30. ſed hæc intellige. 44

*Et ſi hæredes cōmuniter rem poſſident, an quilibet eorum poſſit cōueniri in ſolidum.*

*Quid ſi is, qui ſolus poſſidet, dicat.*

Sed rurſum illud quæri poteſt, Vnus uendidit duobus cum hoc pacto reuendendi: an is poterit compellere alterum ex emptoribus reuendere ſuam partem ſolo pro eadem parte precio? In hac ſpecie conſuluit Stepha- 45

*An unus ex emptorib. poſſit compelli.*

pha.

*ad reuendendū partem ſuam.*

pha.Bertran.conſ.41.licet contractus, libr.3.ubi dicit, quòd licet hic contractus vnus ſit ratione ſubſtantiæ ipſius, per id quod not.Ioan.And.in addit. Spec.tit.de donat.§.1.in addi.incip.plus dicit Simon. & poſt eum Ro. conſi.305.quo ad ſeptimum. Tamē huiuſmodi pactum vel non eſt unicus contractus, vel certè in eo ſunt duæ obligationes, quibus ſcilicet quilibet emptorum tenetur reuendere.l.reos. §.cum tabulis.ff.de duob.reis. Ideoq; poterit uenditor quemlibet eorum compellere ad reuēdendum partem ſuam. Reſpondetque ad ea, quæ ſuprà diximus de duobus venditoribus, quia loquuntur in caſu diuerſo, & in quo intereſt emptoris, ne partem tātùm vendat. Hìc autem minimè intereſt vnius ex venditoribus, ſi partem tantùm ſuam relinquat. Et idem quoque potes dicere in retractu municipali.

## *SERONT PREFEREZ.*
## PRAEFERENTVR, Gloſſ. VII.

1 *Quis præferatur ad retrahendum, venditorne, q cū hoc pacto vendidit, an conſanguineus.*

PAVL. Caſtren.conſil.74.in cauſa mota per Dominam Dorotheam, colum.3.uerſ.concluditur ergo, & ſeq.uſque ad fin.lib.2.conſuluit uenditorem, qui ex pacto de reſtituēdo rem, reſtituto precio uenditionis, redimit rem prius venditam, prçferri uicino, aut conſanguineo, cui ex forma ſtatuti ius eſt & facultas retrahendæ eiuſdem rei: quia quicquid iuris quæſitum eſt conſanguineo ex huiuſmodi contractu, cenſetur quæſitum cū eadem conditione & pacto appoſito in contractu, niſi precium intra terminum reuenditionis reſtituatur à uenditore. Et ideo reſoluto iure emptoris, reſoluitur & hoc ius quæſitum conſanguineo.l.lex vectigali.ff. de pigno. & l.ſi ex duobus.§.ſed & Marcellus.ff.de in diem addi. & idem etiam uoluit Ioan.Ign.in repe.l.dudum.col.21. verſ.& iſta dilatio.ff.de contrahend.empt.& Fran. Ripa in l.1.col.pen.uerſ.in contrarium facit.ff.de priui. cred. qui & idem uoluiſſe dicit Henric.Boer.in c.conſtitutus, de in integr.reſt.

2 *De eadem re.*

ET id quidem ex conſuetudine obſeruari in multis locis tradit Ioan.Fab.in §.1.in fin.Inſtitut.de emp. & vend. Licet ſecus dicat eſſe de iure communi, ſi ſemel venditor rem tradiderit, quia ex eo ius eſt quæſitum cōſanguineo. Ideo etiam ſi venditor intra tempus appoſitū reuenditioni reddiderit precium, tamen admittitur conſanguineus, & nihil aliud in hoc allegat. Et idem quoque cum eo, licet eum non allegat, nouiſſimè cenſuit Matthæ. Afflict. in tractatu Protomix. in verbo, licet enim ſuprà diximus. colum. antepen. verſ item quæro de alia quæſtione: hac ratione motus, quòd contrahentes non poſſunt facere pactum expreſſum, ne admittatur vicinus vel conſanguineus: ergo nec tacitè poſſunt eum excludere, appoſito hoc pacto reuenditionis, per l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.& rurſus idem Matthæ deciſi.Neapol. 338.nobilis Petrus, paulò ante fin.vbi idem dicit voluiſſe Neapodanum in prima conſtitut. de Iure congrui, in verbo, emit.verſic.ſed quid ſi de ſimulatione.

3 *An pactū reuendēdi cōtractum reſoluat ipſo iure. Pacta legis commiſſoriæ et ad di. in diē, reſoluunt cōtractum ipſo iure.*

ADVERTE, Lector amantiſſime. nam id ex eo pēdere videtur, an contractus vi huius pacti reſoluatur ipſo iure, an non. Nam ſi ipſo iure reſoluatur, certè venditor præferri debet conſanguineo: imò & ab alijs, quibuſcunque emptor interim vendidit, poteſt auocare, retrahere, vendicare, vt ſtatim poſteà dicemus: non etiam, ſi nō ipſo iure reſoluatur. Et ſanè illud planum eſt ex pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem conditione adueniente, ipſo iure contractum reſolui & transferri dominium in uenditorem ſine alia traditione. l.ſi quis hac.ff.de rei uendicat. & l.ultima.ff. de lega. commiſ. & l.commiſſoriæ, in uerbo, uendicare.C.de pact.inter emp. & uendit.& not.gl.& Doct.in l.traditionibus.C.de pact. & Bal. Salyc. & alij. Recentiores in l.ab emptione. ff. de pact.& Doct.ubiq;: nemo enim in hoc contradicit.

*Si modo in continenti fuerint appoſita.* 4

QVOD ita tamen demum obtinet, ſi incontinenti hæc pacta fuerint appoſita: (nam & ſic quoque de hoc pacto reuenditionis loquitur hæc noſtra conſuetudo) ſecus ſi ex interuallo: nec enim tunc ipſo iure reſolueretur uenditio, etiam ex iſtis pactis, ut uoluit gl.not.in d.l. ab emptione. in uerbo, cogaris. ff. de pact. quam ibi ſequuntur Gul. Cun. Bald. Ang. qui eam monet perpetuò menti tenendam, dicitq; per eam declarari totam materiam eorum pactorum, præterea Raph. Fulg. Pau.Caſt. qui eam dicit ſing.& omnes Recentiores ibi. Ex hocq; dicūt maiori ex parte excuſari emphyteutam, qui emphyteuſim alienauit cum uno iſtorum pactorum in ipſa alienatione, aut incontinenti poſt appoſito. Quod dictum ſequitur Fran. Curt.ſenior conſ. 8.uiſo inſtrumento, col. ult. uerſ. ſicut quando dicitur.& Iaſ. qui id dicit ſing. in l.ulti.col.pen.in 21.q.C.de iure emphyt. Et Philp. Dec. conſ.88.cuius ſuperſcriptio incipt, ualet ſtatutum, col.2. & Carel. Cotta, qui & hoc ſing. dicit memor.incip.emphyteuta alienans.

*De eadem re.* 5

SED & illam glo.ſimpliciter ſequuntur Bal. Saly.& Philip.Dec. in d.l. traditionibus. & ipſe Bald.in l.2.in 2. not.C.commu. de leg.ubi eam dicit not.Saly.in l.ſi certis annis.C.de pact.Pau.Caſtren.in l.1.in fin.ff. de donatio.ubi eam dicit ſing.Alexan.qui & eam dicit not. in l. 1.colum.3.verſicu. hoc tamen ultimum. & ibi etiam Thomas Parpa.qui eam quoque dicit ſingul.columm.3. ff.ſol.matr.idem Alex.& Franc.Aret. in l.qui abſenti.§. 1.ille colum.2.verſicu.alia traditur. hic colum.ult. ff.de acquiren.poſſeſ.ubi eam dicunt ſingu.idem Alexan. conſil.10.videretur fortaſſe, col.ult.uerſic.quintò confirmatur, lib.1.Iaſ.conſ.211.inter quoſdam, colum.penultim. verſic.eandem cautelam, lib.2 ubi & eam glo.dicit exiſtimari ſing.& conſil.128.uerba permutationis, colum. 4.verſ.item ſi iſta, lib.4.vbi & eam gl.dicit ſingul. Ferd. Loaz, in repet.l.filiusfamiliàs.§.Diui.char.22.uerſ.quintò limitatur, & ibi quoque Crot.char.8.col.2.verſic. 6.limitatur. ff.de leg.1.Et id quidem nemini hactenus, quantum reputo, dubium fuit.

*Redit ad pactum reuendendi. Qui dicūt id pactum ipſo iure reſoluere.* 6

AT in pacto reuendendi, de quo hic priuatim tractamus, non adeò planum eſt: nam in hoc eſt variatum. Pau. enim Caſtren.in l.ſi cùm venderet.ff.de pig.act.aſſerit oblato à venditore precio, ſtatim in ipſum ipſo iure & ſine noua traditione, tranſire dominū vtile: per text. ibi, quem ad hoc dicit ſingul. Ideoque & ipſum venditorem (vt ſubdit) poſſe à quolibet poſſeſſore vendicare, etiam ſi emptor transtulerit in alium, ante oblationem precij: quia non poterat transferre, niſi cum ſua cauſa; & ſic oblato poſtea precio reſoluitur ius illius, qui emit ab eo: per d.l.lex vectigali.ff.de pignor. Nihilque hoc caſu differre inter id pactum reuenditionis, & illa addictionis in diem, & legis commiſſoriæ, niſi quòd in hoc retransfertur dominum vtile tantùm ipſo iure: in illis etiam directum, per not.in l.1.in uerbo, mortis cauſa donatio.ff.de dona.idque dicitnot.quia quotidie contingit de facto.

*De eadem re.* 7

NEC ſolus fuit Paul.Caſt.in ea ſententia, vt nonnulli putant. idem.n.uoluit [Rapha. Co. in l.1.ad fin.ff.de donat.&] Ioan.Ana.in c.conqueſtus, colum.3.uerſicu.in eadem glo.ibi, ſi modicum, extrà de uſur.ubi & hoc dicit ſing.probari in d.l.ſi cùm venderet. & Maſuer. in tit. de Retractu. uerſicu.item retractum petens. hac ratione motus, quòd id pactum afficit rem, arg.l.ſi uia. §. ſi fundus.ff.de ſer.ruſt.præd.& l.ſed vbi reſtitutio.ff. de mino. & l.poſtliminium.§.pen. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & Ang.Aret.in §.item ſi, colum.22.verſi.& per iſta iura, Inſtit.de excep.ubi etiam ad hoc dicit valde not.tex.in d.l. ſi cùm uenderet.& Guid.Pap.conſ.49.principale dubiū ubi plus dicit, non ualere alienationem rei interim factam.& Soc.conſil.80.in quæſtione, colum.1.libr.3. ubi dicit, illam deciſ.Paul. Caſtr. dantis hoc caſu utilem rei vendicationem contra tertium, eſſe multum ſingul. & Philip.Dec.ſi is eſt, conſilio 614.in cauſa feudali, col.2. & Claud.Seyſſel.& Riminal.in d.l.traditionibus, & ibi quoque latè Ruge.Mota.in repetit. numero 54. & multis ſeq.C.de pact.& Stephan.Bertr. conſilio 86. ponitur in facto, lib.4.& Ant.Burg.in c.ad noſtram, colum. antepen.verſic.item in alio quia illa, extrà de empt. & vend. vbi & id dicit ſingul.& Anton. Rub. qui & idem ſingul. dicit conſ.58.ſeries facti, colum.2.& Hieron. Cagno. in repetit.l.2.in 39.q.C.de pact.inter empt.& Chaſſ.conſi. 41.quia caſus, colum.vl.verſ.contrarium.& tradit idem Chaſſa.conſ.33.Hugo.col.3.ſecundum hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in Parlamento Pariſienſi & Burgundienſi. [& Maria.Soc. Iunior conſ.129. in cauſa Achillis, col.1.lib.2.] Et id quoque obſeruari in ducatu Sabaudiæ tradit ipſe Hieron.Cagno.in d.l.2.col.8.verſ.limita opin.& de hoc quoque habemus conſuetudinem expreſſam infra eo.ti.§.3.



8 *De eadem re.*

HANC autem ſententiam id adiuuat, quia ratio, cur in illis pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem id obtineat, haud dubiè ea eſt (vt dicunt Bar.& Angel.in d.l.1.ad fin.ff.de donat.& propè omnes de hac re loquentes) ſcilicet propter frequentiam eorum pactorū, ideo enim Legislator de eis ſpecialem quandam curam habuit, illiſque titulos peculiares, priuatos, & ſpeciales aſſignauit, de in diem addictione, & de leg. commiſſo. Pro qua ratione facit optimè tex. in ſimili, à nullo quem viderim in id expenſus, in l.iuſto errore, in prin.ff.de vſucap.cùm dicitur, Ibi enim propter aſſiduā & quotidianam comparationem ſeruorum ita conſtitui publicè interfuit: nam frequenter &c. Ex quibus uerbis facilè intelligis, ſpeciali fauore proſequenda ea fore, quæ frequentiora ſunt. Sed hodie videmus huiuſmodi pactum reuenditionis eſſe multò frequētius crebriusq; in vſu, illis, ac cæteris quibuſcunque. Ideoq; dicendum eſt & ipſum aſſumpſiſſe, ſibique veluti aſſeruiſſe, etiam ſi antè deerat, vim ac naturam eorum: vt in eadem ratione ius idem ſtatuatur, l.illud. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.

*Fauorabiliora, quæ frequētiora ſunt.*

9 *De eadem re.*

PRÆTEREA licèt actus iudiciales valeant irreuocabiliter, etiam ſine conſenſu eius, ad quem res, de qua quæritur, reuerti poteſt. d.l.filiusfamiliàs.§.Diui.in vlt. reſpon.ff.de legat.1.& l.nihil.§.omnibus, eodem ti.& facit l.peto.§.prædium.ff.de leg.2.Tamen actus extraiudiciales, qui voluntate eos gerentium celebrantur, cuiuſmodi eſt emptio & uenditio, non ualent irreuocabiliter ſine cōſenſu illius, ad quem res ipſa redire debet, l.in diē ff.de aqua plu.arcen.& ibi Bar.qui ex hoc dicit, quòd ſi vendo rem aliquam cum pacto reuenditionis reſtituto precio intra certum tempus (qui eſt caſus noſter) ſi interim emptor rem alteri obliget, reuertitur tamen res libera ad venditorem, reſtituto precio intra tempus conuentum. De quo & nos latius dicemus infra eodem §.3.huius titulo glo. prima numero decimo, hìc autem opportunè.

10 *De eadem re. Res ſubiecta alienationi, an alienari poſſit, vide nu. ſeq.*

AD hæc, res ſubiecta reſtitutioni non poteſt interim effectualiter & irreuocabiliter alienari, l.vlti. §.ſed quia noſtra.C.commun.de legat. vbi hæc uerba ſcribuntur: Quia ſatis abſurdum eſt & irrationabile, rem, quam in ſuis bonis purè non poſſidet, eam ad alios poſſe trāsferre, uel hypothecæ pignoriſve nomine obligare, & iterum §. ſeq. vbi etiam res, quæ ſubiacet reſtitutioni ſub conditione, licèt poſſit interim alienari, tamen adueniēte caſu reſtitutionis, alienatio in irritū retrò reuocatur. Rurſumque in Authentic.res quæ ſubiacent, quæ continuo poſt ſequitur.C.eod.titu.& l.ſeruo legato.§.1.& ibi Barto.ff.de leg.1. & not.in l.cùm pater. §. libertis. ff. de leg.1.de quo & per Paul.Caſt.qui id optimè & pulcherrimè limitat, & declarat conſilio 94.clarum eſt in iure, in 1.dub. lib. 2.& Corn. conſ. 234. videtur in præſenti, per totum lib.3.& conſ.294.videtur prima facie colum. 4.verſic.nam videmus, eod.lib.3.quibus locis alios multos allegat, vt ibi videre poteris.ſed quibus addere potes Alexand.conſ.65.omiſſis, lib.5.& Guid.Pap.deciſ.Delphi.611.vtrum alienatio.& d.conſ.49. principale, num. 2.& Hippol.Marſil.ſingul.31.ualet alienatio.

*De eadem re.* 11

VERVM ne decipiaris Lector, hæc poſtrema ratio non admodum hic tuta eſt: quia ea procedit in re ſubiecta reſtutioni ex ultima uoluntate: nam de ea loquūtur iura ſuprà allegata. Secus ſi ex contractu, quia tunc non impeditur effectualiter alienari, l. & ſi dotis, & ibi Bar. & Bald.C.de iur. dot.neq; enim per pactum aut contractum impeditur dominij translatio, l. ſi ea lege, & ibi pleniſſimè gloſſ. & Docto.C.de condi.ob cau. Etiamſi dictum ſit, quòd in caſu alienationis res redeat ad uenditorem, ut latiſſimè per omnes in l. qui abſenti. §.ſi quis poſſeſſionem.ff.de acquiren.poſſeſſ.

*De eadem re. Qui negāt id pactum ipſo iure ſoluere.* 12

SVNT igitur, qui tenent contrariam ſententiam, ſcilicet ex hoc pacto reuenditionis non transferri dominium ipſo iure, oblato precio ſine noua traditione: nec rei uendicationem competere, nec rem à tertio poſſeſſore uendicari poſſe. Et inter cæteros ipſe Pau.Caſtr.alterius opin. anteſignanus, ideoque hic ſecum palàm diſſidens, in duobus locis, videlicet in l. ſi à te. C. de pact. inter emp.& vend.& conſi. 306.quanquàm longa, col. vlt. lib.2. & Rapha. Fulg.in d.l.ſi cùm venderet.ff.de pign.act.& conſi.223.ex facto proponitur, col.2.verſ.poſtremò quod magis mouet, vbi tamē loquitur de huiuſmodi pacto facto ex interuallo, quod minimè dubium eſt Alex. in addi.Barto.in d.l. 1.ff.de donat.idem Alex. latè d.conſ.10.lib.1.& latiſſimè Franc.Curt.Senior cōſil.12. Lucius Titius. Iaſ.in d.l.ab emptione, col.3.verſi. ex hoc confunditur.ff.de pact.Philip.Dec.ſibi (ſi non fallax ſit titulus alterius loci) contrarius in d. l. traditionibus, col.penul.verſ. ſecunda concluſio. C. eod.tit.Caro. Ruin.conſ.32. viſo themate, col. penul. verſ.non obſtat quod vult, lib. 1. & conſ. 76. circa caſum, col.3.nu.9. eo.lib.1.Steph.Bertr.ſecum quoque pugnans, conſ.316. uiſo caſu, in fi.1. dubij, libr. 1.& conſ. 219.cùm ſcriberem, nu.15.& 16. lib.2. & conſ.68.quoniam honeſta, in addit. illius paulò ante fin. lib. 3.Zaſ. conſ. 12. nobiles, nume.33.& ſeq. & iterum nu.76.lib.1.Matth.Afflict.in conſtitu.Sicilæ, incip.pacis cultum, col.6.uerſic.item ſicut pactum, & iterum in conſtitut.incip.conſtitutionem diuæ memoriæ, col.9. uerſic.& pondera bene iſtud, ubi id dicit menti tenendum, & iterum col.ult.Ioan.Crot.& Ferd.Loaz.in repetit.d.l.filiusfamiliàs.§.Diui.ille char. 8. col. 1.uerſic. quintò fallit.alter char.22.uerſi.quintò limitatur. ff. de legat. 1.Anto.Rub.ſibi item contrarius conſilio. 159.clari iuris eſt. & Hiero.Cagno.ſibi etiā in eadem l.contrarius, uidelicet in d. l.2.colum.7.in ult. not. & iterum uerſi.in ſecunda parte. C.pact.inter emp. & vend. & Chaſſa. etiam ſecum diſſidens in conſuetudine Burgund. titulo *de rentes vendues à r'achaptz*. §.1. colum.6.uerſiculo tertium eſt, cum multis ſequentib.ut minus cæteris ſuccenſere debeat, ſi quando ei aduerſantur.

*Illorum rationes.*

HORVM multæ ſunt rationes, ſed illa mihi videtur eſſe præcipua, quia ex huiuſmodi pacto competit & actio perſonalis: vt not.in d.l.2.de pact.inter empt.& diximus ſuprà. Ex quo illud continuò manifeſtum fit, non tranſire dominium: quia nemo condicit rem ſuam, niſi à fure, l. ult.in fi.ff. uſufruct. quemad.caue.& §.ſic. itaq;.Inſtit.de actio. Ea autem actione perſonali concluditur ad reuenditionem rei: quod etiam apertè declarat rem nōdū eſſe agentis: quia ageret ad impoſſibile, ut.ſ. ſua ſibi res uēderetur, l.ſuæ rei.ff.de cōtrah.emp.Et hoc ſatis inſinuat gl.in d.l. 2.cùm dicit, quòd ibi non eſt pactum legis commiſſoriæ. ſentiēs eſſe in hac re diſcrimē

inter vtrunq;, & apertius ipſemet Paul. in eadem l. quam legit cum l. 1. & ſeq. Sed tu uide omnino Ale. d. con. 10. libr. 1. & Curt. d. conſ. 12. neque enim hic omnia referre ſigillatim animus eſt. & uide etiam quæ dicam infrà. eo. tit. §. 3. in prin.

14 *Quid, ſi id factum ſit uerbis directis.*

Illud tantùm hic dixerim, quòd ſi huiuſmodi noſtrum pactum reuenditionis factum ſit verbis directis, quemadmodum fieri ſolent ea pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem, ita ſcilicet vt reſtituto ſiue oblato precio uenditionis intra certum aliquod tempus, uel etiam quandocunq; res ſit inempta, aut uerbis ſimilibus certè ſtatim reſtituto precio, aut oblato, reſoluitur cõtractus, tranſitq; dominium in uenditorem ipſo iure, & citra aliam traditionem; ut innuere uidetur Franciſc. Cur. dicto conſ. 12. col. ulti. & apertè uoluit Rapha. Co. qui & id dicit procedere in quibuſuis alijs pactis, in d.l. 1. ff. de donat. per l. uoluntatem. §. ult. ff. quibus modis pig. uel hypot. ſoluit. & l. ult. C. de lega. & idem uoluit Paul. Caſt. in l. ſi à te, per illũ tex. C. de pact. inter emp. & uẽd. & latè D. Boer. deci. 182. & per ſuprà dicta.

15 *Quid in alijs pactis ſimiliter factis.*

Et id certe perpetuum eſſe in omnib. pactis, ante ipſum Rapha. uoluit Cyn. in l. 1. quæſt. C. de rebus alie. nõ alienan. Iaco. But. & Alberi. in dict. l. traditionibus. Bal. poſt Petr. & Dyn. in d.l. ea lege, col. 3. uerſ. ego dico quòd non eſt adeò ſpeciale. & ibi etiam Alber. Sali. in 2. & ult. opin. C. de condi. ob cauſ. idem Bald. in repet. l. Aemilius, col. 2. ver. nota quòd actus. ff. de minorib. & in l. 2. poſt princ. verſic. ſed quid in contractibus. C. commu. de lega. Pau. Caſtren. in d.l. 1. ad fin. ff. de donat. idem Paul. in d.l. qui abſenti. §. 1. etiam ad fin. & ibi quoque Alex. colum. 3. ff. de acquiren. poſſeſ. ipſe Pau. in l. ſi ita quis. §. ea lege. colum. 2. ff. de verbo. obliga. & in l. ſi hominem. ff. de ſolut. Corne. conſil. 90. in cauſa vertente, colum. 3. verſic. & licet gloſſ. libr. 4. tametſi dubitat conſil. 208. circa præſentem, column. penul. verſicu. & hanc partẽ lib. 1. & latiſſimè Iaſ. d. conſil. 211. inter quoſdam, col. 7. verſic. ſed præmiſſis, libro. 2. & iterum conſ. 128. videtur in præſenti dubio, col. 5. & ſequen. li. 4. vbi hanc dicit eſſe communem opin. Philip. Dec. conſilio. 187. cuius ſuperſcriptio incipit, contra tertium, columna 1. verſi. ſimilibus agentibus. & iterum colum. 3. verſic. ſtantibus omnibus, & conſilio 298. viſo inſtrumento, colu. vlti. Curt. in repet. d. §. Diui, char. 8. colum. 2. verſicu. ſextò limitatur. Ant. Rube. conſil. 146. circa primum, col. 3. verſicu. nam iſtud pactum. & Moder. Pariſ. in conſuetu. Pariſien. titu. 1. §. 23. numero. 11. Et bene facit, quod ſcribit glo. in l. ſi mortis cauſa res donata eſt, in verbo, in rem, ibi, verumetiam in pactis. ff. de donat. cau. mortis.

16 *De eadem re.*

Licet pleriſque uideatur id ſpeciale eſſe in illis pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, ut ex uerbis directis, in illis appoſitis, tranſeat dominium ipſo iure: nec id procedere in cæteris, quos copioſiſſimè allegat, qui hanc è diuerſo dicit eſſe communem opin. Alex. d. conſ. 10. lib. 1. & Corne. conſil. 96. uidetur in hac, col. vlt. lib. 1. & conſ. 202. uiſis in cauſa, col. 6. uerſ. quia in pacto, li. 2. & Iaſ. in d.l. ab emptione, col. 3. uerſ. & ex ea habes, ut apud eos uidere poteris. Quibus adde Bart. & Salic. in l. ſi prædium. C. de ædil. act. Bal. conſ. 482. magnifici, col. 2. uerſ. hic primum quæritur, li. 1. & conſ. 486. dominus Gratianus, col. 2. uerſ. tertiò præmittendum, eodem lib. 1. & Ang. in l. ſi quis hac lege, in princ. ff. de rei uendic. & Fran. Aret. in d.l. qui abſenti §. 1. col. ulti. ff. de acquiren. poſſeſ. & conſilio. 35. uiſo themate, col. 2. & Cardin. Alexan. c. uerùm, col. 5. uerſicu. item pro hac parte, extra de condi. appo. & Philip. Deci. ſibi contrarium, in d.l. traditionibus, col. pen. uerſ. ſecunda concluſio, de pact. & conſ. 300. uiſa petitione, col. 2. uerſ. ulterius & ſecundò.

17 Sed illud è diuerſo omnibus citra controuerſiam placuiſſe video, quòd ſi ea pacta legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, non ſint facta verbis directis, ſed obliquis, vel etiam dubijs, vt eſt verbum, reuertatur, redeat, pertineat, & ſimilia: tunc etiam ex illis non transfertur dominium ipſo iure: ſicuti nec ex hoc pacto de reuẽdo, & alijs: vt voluit glo. not. in d.l. 1. in verbo, mortis cauſa, in fin. & ibi etiam Bart. Ange. Paul. Caſtren. & alij. ff. de donat. Azo in Summa. C. de pact. inter empto. & ven. col. 2. verſic. pactum, ſiue lex. Gulier. Cu. Bald. Salic. Paul. Caſtrẽ. & Iaſon. in d.l. ab emptione. ff. de pact. Bal. in l. fundus. ff. de leg. cõmiſ. vbi & ad hoc dicit ſingu. eã gloſſ. & in l. 2. in 2. not. C. commu. de leg. & in d.l. traditionibus. colum. penul. verſi. aduertatis. C. de pact. & Ang. in d. l. qui ea l. & iterum in l. commiſſoriæ, & ibi quoq; Sali. C. de pact. inter empt. Alex. d. conſ. 10. colu. 3. verſ. quarto quoq; videmus, lib. 1. & in l. Põponius. §. præterea, col. 3. verſi. ſi uis defendere. ff. de aquirend. poſſeſſ. Fab. in tract. empt. & uend. in 7. quæſt. princ. colum. pen. eiuſdem quæſtio. uerſ. ſecundo quæro. Franciſ. Cur. ſenior, d. conſ. 12. Thomas Parpal. in d.l. 1. col. 3. ff. ſol. matrimo. qui ad hoc ſingu. dicit gloſ. in d.l. 1. de donat. Ferdi. Loaz. & Crot. in repet. d. §. Diui. ille vbi ſuprà, hic char. 8. verſicul. ſeptimò limitatur. & Chaſſa. conſili. 33. Hugo. nu. 5.

*Etiam pacta legis cõmiſ. & add. in diẽ niſi verbis directis ſint facta, non ipſo iure reſoluunt.*

*Si id pactum fuerit ex interuallo appoſitũ, an tunc uẽditor præferatur cõſãguineo. An poſſit alium priuare iure quæſito ex ſuo contractu.* 18

Ex hac autem noſtra conſuetudine non obſcurè datur intelligi, quòd ſi id pactum reuendendi fuerit appoſitum non in die contractus, nec ſequenti (nam conſuetudo noſtra interpretatur fieri incontinenti, quod ita ſit, vt diximus) ſed poſteà, & ita ex interuallo, præferũtur conſanguinei venditori in retractatu rei venditæ. Et id quidem, vt arbitror, eſt iuri conſentaneum: nam non licet recedere à contractu, ex quo ſemel eſt ius quæſitũ alteri, in præiudicium illius, arg. l. quidam in teſtamento in prin. & l. rogo. ff. de fideicom. libert. vbi ſi ex diſpoſitione teſtatoris ſeruo competit libertas ob venditionẽ ipſius ab hærede factam, ea certe competit, etiam ſi hæres poſteà redemerit. & l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſi. vbi ſi rem depoſitam vendiderit depoſitarius, tenetur de dolo ob venditionem, licet poſteà redemerit: quia ſemel dolum fecit cùm vendidit, concor. ibi in gl. adductis, & in d. l. quidam in teſtamento.

*De eodem.* 19

Ideoque in ſimili, ſi emphyteuta aut vaſallus alienauit emphteuſim, aũt feudũ, inſcio dño, quamuis is poſteà redimat mutuo cõſenſu ipſius & emptoris, nõ tñ propterea perdit dñus ius recuperandi feudũ aut emphyteuſim, quod ſibi quæſitum eſt ex ea venditione, niſi redimat ex pacto in ipſo contractu appoſito: vt voluerunt ij, quos ſuprà citauimus in hac eadem gl. nume. 4. quod ita tamen & ſeq. & præter eos Spec. tit. de loc. §. nunc aliquã, verſ. 96. ubi & ad hoc alia multa iura allegat, & Bart. in l. 4. §. item Labeo, in fin. ff. de vſuc. in Alb. in d.l. quidam in teſtamẽto. ff. de fideic. lib. Io. Ray. in c. 1. §. habito, col. 8. in paruis uerſ. quero quid ſi vaſallus, tit. de prohib. feu. ali. per Fed. & alij plerique quos ſuperuacuum eſſet huc congerere. quãquidem eos abundè affatimque colligit Alexan. in l. ſi à me. ff. ad l. Fal. Card. in c. 1. §. hoc quoq; colum. 3. verſi. quæro cum d. gl. tit. de ſucceſ. feu. Iaſ. in l. vlt. char. ultim. in 20. q. C. de iure emphy. & Fran. Cur. ſenior conſ. 64. antiquiſſima, col. vltim. & Phi. Dec. cõſi. 88. cuius ſuperſcriptio incipit, ſtatutum, col. 2. & conſi. 160. in cauſa monaſterij, in ulti. dubio. Et huius rei tex. expreſſum habemus in c. 1. ubi etiam Bald. & alij, titul. quid iuris ſi poſt alien. feud. vaſal. id recuper.

*De eodem. Quid, ſi ius ſit tantum ſpe q̃ſitum uide infra 28. & 39.* 20

Neque id quidem mirum eſt, quia nemo iure ſibi quæſito priuatur ſine ſuo ipſius facto aut culpa. leg. vlt. C. ſi cont. ius uel util. publ. & leg. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. & capit. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. cum ſimilibus. Idque etiam ſi ius ſpe tantum ſit quæſitum per leg. in diem. uerſiculo non autem. ff. de aqua plu. arcen. quam in id expendit Bald. conſilio 431. ad eui-



ad euidentiam præmittendum eſt, colum. 2. libro 2. Ad quod etiam multa faciunt, quæ latè cumulat Barb. conſ. 18. præclarè ſcriptum eſt, colum. 6. verſ. ex iſtis infertur, cum duabus colum. ſeq. lib. 2. Cui adde text. in l. 2. in fi. ff. de natal. reſti. quem ad hoc not. Philip. Dec. in ca. ſicut Romana, colum. 3. verſ. & ad hoc facit, de reſcrip. & tex. in cap. 1. in fin. tit. de ſucceſ. feud. per quem Cardin. Alexand. in c. 1. §. Titius, colum. 4. in fin. titu. ſi de feudo fuerit contro. inter domi. & agna. firmat non poſſe aliquem priuari ſine eius conſenſu ſuo iure, quod in ſola ſpe eſt: modo ea ſpes ſit, vt ipſe loquitur, iuridica, id eſt iuſta. De quo tamen vide, quæ dicam infrà num. 28. idq; maximè.

21 *De eodem. Quid item ſi id ius ſit quæſitum legis aut ſtatuti diſpoſitione.*

Et quod plus eſt, etiamſi id ius ſit per te aut contractum tuum mihi quæſitum ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, vt in iure retractus: nam nec tu me inuitum eo iure priuare poteris, l. ult. ff. de pact. & l. qui Romæ. §. Flauius ff. de uerb. obl. & l. 1. §. 2. & ibi gl. ff. de ſtipul. ſeruo. & l. ſi poſt mortem. §. vlt. ff. de bo. poſſ. cont. tab. & uoluit gl. in l. certi condictio. §. ſi nummos, in gl. 1. verſ. ſed quid ſi nomine tuo. ff. ſi cer. pet. Spec. in ti. de pact. §. poſtremo, uerſicu. ſed certè, & in tit. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 75. Cy. Barto. Bald. & alij, in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. Sal. in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. ali. Paul. Caſtr. in l. ſi pecuniam, in princ. ff. de cond. ob cau. & in l. in inſulam. §. ult. vbi eſt bonus tex. ff. ſolu. mat. Rom. conſ. 433. quo ad primum, col. ult. & diximus ſuprà titu. præcedente. §. 1. gl. 18. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, nu. 56. conſtat autem.

22 *De eodem. Quid ſi ſimul eſt p te quæſitũ & ſpe tantum.*

Atque vt vtrumque copules, id quoque procedit etiamſi ſimul vtrumque concurrit, ſcilicet, & quòd ius eſt mihi per te quæſitum, & quòd ſpe tantùm competit: nam nec id potes mihi inuito auferre, per tex. not. in l. ſi conſtante, ad fin. C. de donat. ante nupt. ubi Bald. id nuncupatim not. ex eo. & etiam Fran. Aret. conſ. 7. procedendum eſt, col. 2. & iterum conſ. 74. diligenter & maturè, col. 5. verſ. pro iſta concluſione. & Alex. in d. §. Flauius. Caro. Rui. conſ. 186. ponderatis, col. 1. lib. 1. Quibus adde tex. in l. idem Iulianus. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1. Ex quo not. Dyn. Ray. Bal. Ang. Imo. & Pa. Ca. q̃ pater, qui ſtipulatus eſt emphyteuſim ſibi & filijs ſuis, non poterit eam poſtea domino renunciare, aut aliter de ea diſponere in præiudicium filiorum. Quod & uoluit Ale. qui hãc dicit eſſe communem opi. conſ. 106. viſo themate inſtrumenti conceſſionis, col. 3. verſ. nec etiam obſt. li. 4. & Barba. d. conſ. 18. lib. 2. & Cor. conſ. 68. ardua quidem præſens conſultatio, col. 2. lib. 3. & conſ. 110. uiſa dicta copia, lib. 4. Phil. Dec. qui & hanc quoque dicit communẽ, conſ. 239. primò non uidetur, col. 3. verſ. vlt. non obſt. In idq; Recentiores alia multa afferunt, quæ prudẽs ſciẽſque prætereo, loca deſignaſſe contentus, & ex quib. quæ uoles, poteris depromere.

23 *Redit ad principale dubium.*

Et hæc ueriſſima eſſe arbitror, vt ſcilicet hoc caſu cùm ex interuallo conuentum eſt de reuendendo, præferatur conſanguineus uenditori, etiamſi ipſe venditor iã ipſam redemerit, vt uidelicet ab eo quoque poſſit conſanguineus retrahere: vti etiam uoluit Matth. Afflict. in tract. Protomixeos, in uerbo, ſcriptum eſt, col. 4. uerſicu. 7. ubi id intelligit, ſi tranſlatum iam ſit dominium per traditionem rei. Sed de hoc ultimo uide quæ dixi ſuprà tit. præcedente. §. 1. glo. 2. in uerbo, *à vendu*, nu. 43. quid autem ſi quis, & multis ſeq. Atqui Guid. Suz. quem citat Alber. in tract. ſtatut. parte 1. q. 87. item quæro ſtatuto cauetur, quòd ſi quis vendiderit, in ea fuit ſententia, vt ſi antequam oblatum fuerit precium emptori à cõſanguineo, venditor redemerit, etiam nullo pacto de reuendendo præcedente, potior erit conditio venditoris, qui iam redemit arg. l. ult. C. de rer. permut. & l. quod dicitur. §. ſed ſi impenſis. ff. de impenſ. in reb. dota. fact. & l. ſi mulier. ff. ſol. matr. & l. ex hoc edicto. §. ſi quis. ff. de ali. iud. mut. cau. fac. Si autẽ cõſanguineus (inquit) offerẽdo præuenerit, tunc amplius non eſt ius uenditori redimendi, quia præuentus eſt, arg. l. ſi quis poſtea. ff. de iud. & d.l. poſt mortem. §. vlt. ff. ſolu. matrimo. & l. filio. ff. de lib. & poſthu. & l. ſi unus. §. idem dicemus, verſ. quod & in ſpecie. ff. de pac. & l. quamuis. ff. de in ius uoc. & l. electio. ff. de nox. act. & l. qui cùm maior. ff. de bo. liber. & l. Diuus. ff. in integ. reſt. & l. ſi quis libellos. C. de appel. ſubditque Albe. hanc opin. eſſe æquiorem, licet alia ſit verior. Tu ibi illum uide, & in d.l. quidam in teſtamento. ff. de fideic. lib. & in d.l. ex hoc edicto. §. ſi quis. vbi idem tenet poſt Iac. Rau. & ſequitur Fran. Rip. in l. 1. col. pe. verſ. ſed pone quòd ipſe uenditor, ff. de priuil. credi. & Chaſſ. in titu. *de retraict.* §. 10. in verbo: *au ſeigneur feudal*, colum. 2. verſ. de queſtione. Mod. autem Pariſ. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 13. gl. 5. nu. 11. 12. 13. loquens de retractu feudali, tenet omninò contrahentes, etiam ex interuallo, re nondũ tradita, poſſe diſcedere à contractu in præiudicium domini uolentis retrahere, & allegat Io. Fab. in §. 1. inſt. de emp. & vend. & in l. 1. C. quan. liceat ab empt. diſced. de cuius dicto in eis locis, dicam infrà, eo. titu. §. 6. gl. 2. nu. 12, nam vt ad alios. Quo in loco, & alijs mulus, à nu. 3. ad 20. incluſiuè tractauimus, utrum laudimia hoc caſu debeantur: ibi igitur vide, quia id multum facit ad hãc quæſtionem. Cæterum idem Molend. poſtea in eadem gloſſ. num. 21. omninò ſequitur Guid. Suz. & Alber. ubi ſuprà. & tandem eodem nu. 21. declarat, quomodo conſanguineus dicatur præueniſſe. Et nos quoq; aliquid diximus ſuprà, tit. præced. §. 1. gl. 2. in verbo, *à uendu*, num. 54. tamen.

*Si tempus cõuentum ad redimẽdum effluxerit, an emptor poterit prorogare in præiudicium conſanguinei.* 24

*Prorogatio, quæ fit poſt tẽpus non eſt proprie prorogatio.*

Sed dubium eſt in primo caſu, videlicet cùm factũ eſt pactum reuendendi in ipſo contractu, aut incontinẽti poſt, quo quidem caſu præfertur venditor ueniens intra tempus huic facultati appoſitũ cõſanguineo, vt dicit noſtra conſuetudo, vtrum emptor, antequam id tempus exierit, ſiue tranſierit, poterit ipſum prorogare uenditori, ita, ut offerens intra illud tempus prorogatum ſit etiã p̃ferendus conſanguineis, ac ſi intra primum tempus ueniſſet. Nã ſi iã primũ tẽpus effluxerit, cũ ſit illius prorogatio, certũ eſt nihil ex eo præiudicij fieri iuri ià prorſus quæſito ipſis conſanguineis, per l. cũ ſtipulatus ſim mihi à Proculo. & ibi no. ff. de uerb. obl. Et, ut uerũ dicã, hæc ita facta poſt primũ tẽpus prorogatio, propriè nõ eſt prorogatio, ſiue extenſio: quod. n. iã tranſactũ eſt, & amplius nõ eſt, utiq; extẽdi, ſiue prorogari nõ põt. d.l. cũ ſtipulatus ſim, & ibi no. & c. ad diſſoluẽdũ, extrà de deſpõ. impu. & uoluit Spe. ti. de dilat. §. nũc uideamus, uer. & ſunt hæc, ubi & ex hoc dicit, q̃ trãſacto termino dato ad proponẽdas exceptiones, uel ad aliud, nõ põt iudex eũ prorogare: an aũt poſſit dare aliũ terminũ, tractat uer. ſeq. Et ſequũtur Ro. & Alex. in l. dies. q̃ eſt 4. in prin. ff. de dã. infec. Et uoluit etiã Sal. in Auth. ſi tamẽ, in fi C. de temp. app. ubi hinc dicit, quòd licet tempus inſtantiæ appellationis poſſit patribus prorogari, ſi adhuc durat, non poteſt tamẽ poſt quam eſt finitum, cùm id, quod non eſt, prorogari non poſſit. Et in ſimili Bald in c. de cauſis, ſtatim poſt prin. extrà de offi. deleg. dicit, quòd prorogatio, de qua is tex. loquitur, debet fieri ante prioris temporis expirationem, nulla enim prorogatio per ſe ſtare poteſt, cùm ſit quædam coniunctio, & quod nihil eſt, prorogari non poteſt. Et ſimile quidpiam uoluit ipſe Bal. conſil. 321. uerba compromiſſi, lib. 5. Ang. in l. ult. col. 3. uerſ. in glo. forſitan. & ibi expreſſius Paul. Caſtr. & cæteri Recentiores. ff. de fer. idem Paul. in l. 1. C. de dilat. Phil. Dec. in c. perſona, col. pen. verſ. vlterius. extrà de appel. Hæc igitur, vt repetam, non eſt propriè prorogatio, ſiue extenſio, ſed potius renouatio, aut ſimile quidpiam, ut etiam dicit Io. Andr. in add. Spe. tit. de app. parte 2. §. nũc breuiter, uerſ. licet autem detur annus, & Bal. in l. ſi à te in prin. C. de pact. inter empt. & in c. Quintauallis, col.

pen.verſ.ſed an finito,extrà de iureiur.& conſ.51. generali ſtatuto,col.1.verſ.item iſta tria,lib.5.& conſil. 345. quartus quondam,colum.vlt.eo.libr.5.ſi id poſtremum eſt ipſius D.à Dota,deci.331.ſuppoſito, colum.vlt.verſ. vlt.in nouis.Raph.Co.conſi.74.quia ſuperius, colum.3. Pan.in d.c.de cauſis,colum.2.verſ.& aduerte quòd iſta, extrà de off.deleg Fed.in ſuo laudatiſſimo tract.de legũ interpretatione,parte 1.Et probatur in d.l.dies,in prin. cum glo.ff.de dam.infect.& in l.ſed & ſi manente. ff.de procur.Et de hoc quoque eſt expreſſa conſuetudo, hoc in caſu præferens conſanguineos uenditoribus, atque etiã dominos feudales,apud Cenomanos,c.373.& Andegauos,c.363.

*Conſuetudines.*

25 *De eadem re.*

Et hæc quidem uera ſunt, etiamſi Bald. ut ſemper aliàs,ita & hic ſibi contrarius,contrarium teneat in l.1. verſic.quæro poſt lapſum.C.de tempo.appel.ubi expreſſim reprehendit Specul.ubi ſuprà citauimus, & ipſum Bald.ſequitur Roma.in d.l.4.in princ.ff.de dam. infect. & iterum conſ.443.quo ad primum,in fin. Sed horum rationibus reſpondet Lanfran.qui Spec.ſequitur in rep. c.quoniam contra falſam,in uerbo,dilationes,uerſiculo finaliter unum omitto,extrà de proba.vt ibi uidere poteris.Barb.autem in c.P.& G.extrà de offic.deleg. & in addit. Bald. in dict. l.1.de tempo. appel. hanc poſtremam Bald.& Roma.opinionem dicit tantum procedere,cum nõ ſit ius deterius aduerſarij, aliàs autem obtinere opi. Specul.per l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut. Certum eſt autem,hic ius conſanguinei futurum deterius, ſi tempore primo elapſo,poſſet fieri prorogatio in præiudicium ipſius.Et hoc nullo modo mihi dubium uidetur.

26 *Quid, ſi fiat prorogatio ante primum tẽpus finitũ.*

Sed id quærimus, cùm fit prorogatio ante finitum illud primum tempus,quod non ita certum eſt,quia tẽpus ita prorogatum, non cenſetur eſſe nouum tempus, ſed idem cum primo.d.l.ſed & ſi manente.& ibi Bart. & Angel.ubi ſi precarium,in certum tempus conſtitutum, ante id finitum,in vlterius tempus prorogetur, non ob id cõſtituitur nouum precarium, ſed vnum atque idem manet.& l.ſi cùm dies,in prin.& ibi glo. & Bald. ff.de arbit.& uoluit Specul.tit.de iud.deleg. §. ulti. uerſiculo item quòd iuriſdictio.Bart.in d.l.4.in princ. ff. de dam. infect.Bald.in repe.l.Aemilius,colum.5. verſ.nota quinto.ff.de minor. Ange.inter conſ.Bal. conſ.347. poſt hoc fui conſultus,poſt princ.lib.4.Ant.in c.præterea, in fin. de dilatio.Imo.in c.ult.de precar. Paul. Caſtr.conſ.281. in cauſa iſta quinque,colum.vlt.uer.quantum ad tertiũ, lib.1.& conſ.389.ſi conſideremus,eodem libr.1. vbi id eleganter & copioſè probat Corn.d.conſilio 235. de pluribus,colum.3.verſi.ultimo quando,lib.2.cum alijs concordan.collectis à Felin.& Philip.Dec.in ca.de cauſis,de offic.delega.& idem Dec.conſi.497.accuratè,columna 1.

27 *Et aſſumit omnes illius qualitates.*

Ex quo fit, vt id tempus ita prorogatum, aſſumat omnes qualitates,& conditiones,omniaque priora acceſſoria ſecum trahat,cenſeaturque eſſe eiuſdem omninò naturæ.quod & probat tex.in l.2.§.ſed ſi iudex.ff.de iud.& in dict.l.Aemilius,cum glo.ff.de minor.& in l.Labeo,la 2.in prin.& ibi Bart.& iterum §.ult.ff.de arbit. & in l.lecta,uerſi.dicebam. & ibi Paul. Caſtren.& melius Alexan.in 5.not.ff.ſi certum peta. & uoluit quoque Bar. in l.1.§.& poſt operis,colum.2.& ibi Alexan.& Iaſ.ff. de operis noui nunc.Bal.in l.acceptam,in 7.q.C.de uſur. & in l.1.in 10.quæſt.C.de his quæ pœ.no.Imo.conſ.11. in caſu,colum.1.Paul.Caſtren.in dict.l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.& ibi Franc.Aret.colum.penultim. ff.de uerborum oblig.cum alijs quoque multis concordan.adductis à Cæpol.cauſarum criminalium con.8.dicendum,colum.2.verſ.præterea hoc.Franc.Cur.Senior, conſ.57.ſuper eo,colum.6.num.45.Felin.& Dec.in d. cap.de cauſis.& eodem Fel. in cap. præterea, colum.13. verſiculo & ad hoc quod tempus, de ſponſal.& ipſo Dec.conſilio 394.pro vera,colum.4.verſiculo ſed prædictis.& Iaſon in d.§.& poſt operis,colum.1.in fin. uerſicu.not. diligenter, ubi id etiam oſtendit procedere in pœnalibus.

28 *De eadem re.*

Idque maximè debet procedere in hoc caſu,in quo ius nondum eſt quæſitum irreuocabiliter conſanguineo cùm adhuc poſſit venditor intra tempus,quod nondum tranſit,rem retrahere,& ita conſanguineum omninò repellere.Ideoque potuit ipſi conſanguineo inſcio, atque etiam inuito & reluctanti,in eo iure præiudicium fieri, ab ijs maximè,per quos illud ei acquiſitũ fuerat,vt probatur in l.4.ff.de ſer.export.iuncto eo, quod habetur in d.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerborum obliga. & dict. l.ſed & ſi quis,iuncta glo.ff.de vſur.vbi ſi ſeruus emerat, & acceperat,data fide de precio, ſit interim res empta domini proprietarij ipſius ſerui,vt ibi dicit glo.Tamen ſi poſtea ſoluatur à ſeruo precium ex pecunia domini vſufructuarij,ſit res illius.& ita in id,quod diximus, expẽdit eos text.Imo.in c.potuit,in penultima quæſt.verſicu. pro cuius declaratione,extrà de loc.& ſequitur Barb.cõſilio 66.afferam in medium,colum.8.li.4.vbi & ad hoc alia multa allegat,quæ tu uidere poteris. Vt interim ea omittam,quæ & Iaſon congeſſit in l.ultima colum.1. & 2.ff.de pact.ad probandum iuri nondum quæſito,ſed tãtùm ſperato,ab ijs præiudicari poſſe, quorum opera id ius comparatum eſt,contra ea quæ diximus ſuprà,num. 20.neque id quidem.In quo illud animaduertere debes, quòd licet etiam intra tempus præſtitutum reuenditioni ius ſit quæſitum conſanguineo ad retrahendum, etiã intra id tempus,vt dicetur.§.ſequen.Ius tamen repellendi venditorem,id eſt,vt ei præferatur,non ei eſt quæſitũ, niſi eo tempore prorſus elapſo.Ideoque id ius prælationis,ſi quod ſit,interim tantum ſeparatum eſt,aut potius expectatum,non etiam quæſitum.

29 *De eadem re. Iudex poteſt prorogare terminũ proſequendæ appellationis, vide num.31.*

Denique cùm fuerit in mera facultate ac uoluntate contrahentium, in principio tantum tempus huic rei præſtituere, quantum uoluerint, etiam in aliorum præiudicium,uidetur & illis permiſſum,ipſum tempus nondum elapſum prorogare,etiam in aliorum præiudicium,ut in ſimili dicimus de iudice, qui appellanti ſtatuit terminum ad proſequendam appellationem, nam & eum prorogare poteſt,inuito renitente appellato, licet eius interſit non prorogari,ut uoluit Philip.Fran. in c.perſonas,col.pe.verſ.3.quæritur an ipſe.& ibi Fel. col. 2.de appel.& idem Philip.Fran.in c.ſæpè,col.8.verſi. in eadem gl.ibi,facere,eod.ti.Card.Flo.in Cle.1.in 9.q.de vita & honeſt.cleri.Domin.in c.cum appellationib.in fi. & ibi ipſe Phil.Fran.in §.ſi uerò,col.pen.de appel. lib.6. per gl.in Cle.quamuis,in uerbo,uidetur,de app.quę uoluit iudicem poſſe etiam prorogare tempus à ſe datum pro recipiendis apoſtolis. Nã his caſib.non uidetur eſſe ius quæſitum parti ante finitum tempus, quia ſemper poſſet aduerſarius dicere,ſibi ius eſſe quæſitum ex contumacia inducta ex lapſu termini. quod & idem dicendum eſt in caſu noſtro,cùm omninò ſit eadem ratio.

30 *De eadem re. Dilatio ad probãdum ante finem poteſt prorogari, vide nu.ſeq. Conſuetudines de prin.quæſ.*

Et ſimile quoque eſt,quòd licet non debeat dari ſecunda dilatio ad probandum,niſi probato impedimento,uel ex cauſis à Bar.traditis in l.vlt.ff.de fer. Poterit tamen prima dilatio,antequam tẽpus ipſius ſit finitũ,prorogari,cùm non ſit noua dilatio,vt uoluit Spec.loco ſuprà allegato,uidelicet tit.de dilat.§.nunc videamus,verſ. & ſunt hæc in arg.iuncto uerſ.præced.& Ang. qui Spec. non meminit,in d.l.vlt.col.3.verſ.in glo. forſitan.& ibi quoq; Pau.Ca.hoc declarans,col.item 2.verſ.ſed utrum iudex,ubi id dicit perpetuo menti tenẽdum,& à multis ſing.dicit.Et de hoc in caſu,de quo quærimus,eſt expreſſa conſuetudo apud Cenomannos, conſuetudinum eius loci,c.373.& ſeq.& Andegauos,c.362.quib.nuncupatim cauetur,poſſe emptorem tempus reuenditionis, antequam ſit finitum, prorogare in præiudicium conſanguinei,



ſanguinei, id quod etiam voluit, aliud tamen agens, Chaſſe.hoc eodem titu.*de retraict z.*§.10.in verbo,*à faict diligence*,per totam eam gloſſ. Et id confirmat, quod à Steph.Bertran. reſponſum eſt conſil.46.pridem de anno libr.1.quòd ſi quis vendiderit emphyteuſim cum pacto redimendi intra aliquod tempus, quod poſtea ante exitum illius fuit prorogatũ in aliud prolixius, intra quod redemptio facta eſt, debentur tantùm vna laudimia,ex priori ſcilicet venditione,non ex redemptione,ac ſi facta eſſet intra primum tempus.Et hanc partem in ſpecie noſtræ quæſtionis nuncupatim tenuit Modern. Pariſ. in conſuetud.Pariſ.titu.2.§.23 nu.49.

31 *Pro cõtraria parte.*

Contra quoque videtur multis rationibus. Primùm,quia licet fuerit in arbitrio contrahentium, dum contractum fecerunt, tantum tempus reuenditioni præſcribere,quantum uoluerunt, tamen poſtea quam ſemel certum appoſuerunt, non eſt amplius in eorum arbitrio illud prorogare,ſine eorum conſenſu, quorum intereſt, exemplo eius,quod dicimus de dilationibus,quæ & ipſæ,cùm dantur,ſunt arbitrariæ,id eſt,dantur vel breues, vel longæ,arbitrio iudicis.l.2. ff.de re iudi.Tamen cùm ſemel datæ ſunt,amplius prorogari non poſſunt ab ipſo iudice,ſine conſenſu partium.l.1.in fin.C.de dilat.Ideóque & illud,quod primo loco dictum eſt,iudicem poſſe prorogare tempus à ſe ſtatutum ad proſequẽdam appellationem, non admittit Panormitan. in dict.c. ſæpè,colum.4.verſic. in ea gloſſ. ibi,iudex,extrà de appel.Sed & illud,quod poſtremò diximus,dilationem probatoriam poſſe à iudice prorogari ſine cauſa,reprehendunt Raph. Fulgo.& Alexan.in d.l.ult.ff.de ferijs.Et facit etiam, quod in ſimili dicitur,ſi iudex familiæ hercifcundæ iudicio ſemel alteri fundum adiudicauerit, nõ poterit amplius alium fundum alteri aſſignando,ſeruitutẽ illi primo fundo purè aſſignato imponere,quamuis ab initio, cùm adiudicaret,id facere potuiſſet.l.item Labeo.§.ſed etiam.ff. famil.hercifc.

32 *Prorogatio prorogantib.tãtum nocere debet, non alijs.*

Præterea, quia etiamſi emptor & venditor poſſunt, vt uerè poſſunt, prorogare illud primum tempus ad ſuum ipſorum præiudicium, tamen ea prorogatio nemini alij, quàm prorogantibus nocere debet. l.ſi cùm Hermes.C.loca.& l.item quæritur.§. qui impleto.ff.eo.vbi ſi conductio fuerit prorogata in aliud prolixius tempus,non tenetur fideiuſſor de prorogato illo tẽpore, nec manet obligatio pignorum ab alio in eam rẽ traditorum.Et ex hoc not. Bal.in dict.l.ſi cùm Hermes. quod prorogatio nihil habet effectus & virium, niſi quantum ad prorogantes, quod dicit menti tenendum. Et illud quoque de fideiuſſoribus uoluere Spec.& Ioan. Andre.in addit.illius,in titu.de fideiuſſ.§.1. verſicul. illud autem quæritur,Goffr.Ioan.Andre.Anton. & Panorm.in cap.conſtitutus.extra eodem titu.Hoſtien.in c. ult.in fin.eo.quoque titu.vbi declarat, quomodo id ſit intelligendum.idem Hoſtien. & Ioan.Andr qui idem dicit de pignoribus,in cap.præterea requiſiuiſti. & ibi quoque Philip.Dec.colum.2.de appel. Archid. in ca.te quidem.11.quæſt.1.Iaco Aret.Dyn.& Bart. in l.Lucius, la 2.Paulus.[& ibi quoque Albe.]ff.de admin.tut.& idẽ Barto.in l.2.§.ult ff.de præto.ſtip.D.à Rota,qui id intelligunt,vt non teneantur pro tempore prorogato (quod iã diximus)ſed de præterito tantùm, deciſ.806. penes Titium,in antiquis.Alber.in l.ſed ſi manente, num.3.ff.de precar.Bald.in l.tam mandatori,colum.2.uerſic.ſed hic dubitatur.C.de non numer. pecu. ubi etiam id declarat. [& in l.Aemilius,colum.5.verſ.not.quintò de prorogatione.ff.de minorib.] & in l.pen. in princ. ff. de excuſ. tut.idem Bal.Ange.& alij Recentiores in l.ſi unus, in princ.verſicu. ſi cum reo.ff.de pact.Cardin.Flor.in Clemen.1.§.nos itaque.in fin.ff.de iureiuran. Petr. Anchar. in cap.ult.extrà de fideiuſſ.Imol.in l.vbicunque. ff. eodẽ titu.Paul.Caſtren.in l.4.in princip.per illum text. ff. de damno infect.Barba,latè conſil.31.ſapienter ſcribitur, colum.1.& 2.lib.1.Franc.Are.in l.pacta nouiſſima, col. ult.C.de pact.Maria.latè in c.ultim.extra de dilatio. Felin.in d.c.præterea,colum.12. verſ. adduco. de ſponſal. Anto.ab Alexand.& Iaſ.in l.1. C. de iudic. ubi ipſe Iaſ. poſt alios diſtinguit,ut ibi uidere poteris in penult.& ultim.colum.& Aufrer.deciſio.Tholoſ.quęſtio.181.itẽ fuit quæſitum ſi aliquis,& Steph.Bertran.qui illud quoque declarat,conſilio 188.dico,colum.1.& 2. lib.4. Id quod etiam procedit,ſi in principio actum ſit, ut tẽpus poſſet prorogari,ut probat text.no.in l.Labeo.§. hæc autem clauſula,cum §.ſequent.ff.de arbitr.quem in id not. & dicunt ſing.Paul.Caſtren.& Alex.in d.l.4.in fi. princ. ff.de dam.infect.

33 *De eadem re.*

Ex quibus & illud fit, quòd ſi cuſtodia caſtri fuerit quibuſdam demandata vſque ad menſem, eiuſque rei dederint fideiuſſores,ſi poſtea id tempus fuerit prorogatum in alium menſem,aliùdue quodpiam tempus, quo cuſtodes ipſi caſtrum deſeruerunt,hoſtibuſque dediderunt,fideiuſſor in eum menſem datus non tenebitur.Ita enim poſt Lambert Rampo.uoluit Io.And.in addi.Spec.ubi ſuprà.& Albe.in 2 parte ſtatutorum,q.143. quæro etiam,ſtatuto cauetur.& Bart. poſt Iac. Aret. & Dy.in d.l.Lucius,§.Paulus ff.de admin.tut. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe.

34 *De eadem re.*

A quo non admodum diſſidet, quod uoluerunt Dyn. & Rayn. in dicta l.penulti §.mulier. ff. ſoluto matrimon.quòd licet compromiſſum prorogatum cenſeatur eſſe vnum idemque, quantum ad ipſos compromittentes,tamen ſi fuerit compromiſſum in alium,vt ferret ſententiam intra annum,& dederint ipſi compromittẽtes fideiuſſores & pignora de parendo ſententiæ, & id tempus fuerit ab illis prorogatum in alium annum, non tenebuntur fideiuſſores:nec pignora, ſi aliorum ſint,quã compromittentium, obligabuntur. Quod & idem voluit Nicol.Neapod. in lect.Bart.in l.Titius.in fin.prin.& ibi etiam Bal.poſt Dyn.ff de excu.tut.[Roma.in d.l.Labeo.§.hæc autem clauſula. ff.de arbit.] & Phil.Deci.conſ.93.cuius ſuperſcriptio incipit,fideiuſſor ſtrictè obligatur, vbi dicit, quòd compromiſſum prorogatum non idem eſt compromiſſum cum primo,quantum ad alios ſicut etiam voluit gloſſ. quam ipſe allegat. & Bald. in dict.l. ſi cùm dies. ff. de arbitr.Et quod de fideiuſſorib. compromiſſi dictum eſt, optimè probatur in dict. l. Labeo §.vlti.eod.titu.

35 *Gabella ex prorogatione neſoluẽda.*

Nec id quoque longè diſtat, quod ab ipſo Bal. ſcriptum eſt in repet. dict. l. Aemilius. col. 6.in 5.no. ff.de minori.quòd ſi ex omni cõtractu præcipiatur à ſtatuto ſolui gabella, & deinde prorogaui tibi eam locationem ad alium annum, ſoluenda eſt duplex gabella ſcilicet ex priori locatione, atq;etiam ex ea prorogatione, quia licet quantum ad prorogantes, vt ipſe dicit,ſit vna eadẽque locatio & conductio, tamen quantum ad alios,cenſetur eſſe duplex, per d. l. ſi cùm nuncupatim ſequitur Dec.d.conſ.93.

36 *Prorogatio fieri nõ poteſt niſi cum eadẽ ſolẽnitate.*

Adde & ad confirmatione huius partis,quod pulchrè & not.reſpondit idem Bal. conſ. 94. viſo ſtatuto de contractibus,lib.5.quòd ſi ſtante ſtatuto,vt in contractibus minorum & mulierum, interueniant duo conſanguinei,aliàs contractus ſit nullus,& factum ſit ab ijs cõpromiſſum cum ea ſolẽnitate, nõ poteſt fieri prorogatio huius compromiſſi ſine eadem ſolẽnitate: nam(inquit) vnum dicatur eſſe compromiſſum.dict.l.ſed ſi manente ff. de arbit. tamen neceſſe eſt ex prorogatione oriri nouam obligationẽ.l.pe.ff.de præt.ſtip.& l.qui ad certum. ff.locat.Hæc illæ. Quomodo igitur in hoc caſu noſtro poterunt contrahentes nouam inter ſe obligationẽ facere in præiudicium conſanguineorũ,quib.eſt ius quęſitum?

37 Et ego ſanè (vt tandem meum iudicium interponam) his rationibus adductus, in ea ſum ſententia, vt

*Deciſio prin. quæſtionis.* vt ſi emptor & venditor etiam ante tempus primum præſtitutum reuenditioni, illud prorogarint in aliud tēpus id non obeſt conſanguineo, quo minus præferatur venditori: ſi primum illud tempus fluxerit, cùm vt diximus ea prorogatio ei nocere non poſſit, ſed tantùm prorogatibus. Præſertim cum hic non de iure quærendo tractamus, ſed iam quæſito, ex noſtra conſuetudine, quæ hanc facultatem tribuit conſanguineo redimendi, cum primùm contractus eſt abſolutus. Hic enim caſus vnus eſt, ex ijs, in quibus ex re inter alios acta ius alteri quæritur, vt not. Bal. de eo nuncupatim loquens in Rub. C. res inter alios acta col. 1. verſic. nota quòd ex conſuetudine. & poſt eum Phi. Dec. conſ. 88. cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum, columna 1. & diximus latiùs ſuprà, in §. 1. gloſſ. 9. in uerbo, *ou lignagier*, numero 105. huius autem.

38 *De eadem.* Nec dubium eſt quin ſaltem id ius ſit ita quæſitum conſanguineis, vt futurus lapſus temporis iam ſtatuti & conuenti ad reuenditionem, faciat eos præferri vēditori. Nec abſurdum eſt, id ius conſiderandum eſſe, licet nōdum ſit ſortitum effectum, & ab eo futuro tempore depēdeat, per ea quæ in ſimili tradit Innocen. in cap. ſtatuimus, circa medium, verſicu. item not. quòd priuilegium extrà de maior. & obed. & Imo. in cap. vltim. col. 10 & ibi poſt eum Felin. colum. 2. in 4. ampliatione, extrà de conſtit. & idem Felin. in cap. 1. colum. penultim. verſicu. tertia concluſio. extrà de ſponſal. Et quod in alio caſu ſcribit Bartol. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo colum. 2 verſicu. item facit, arbiter ſtatuit. ff. de verborum obligationib.

39 *De eadem.* Qvin & ſi id ius eſſet tantùm quærendum, nō quæſitum, non tamen poſſet eo priuari conſanguineus facto contrahentium, qui ad hoc non contraxerunt, vt commodum facerent ipſi conſanguineo: nec enim eò tendebant, nec eò ferebantur, vt aliquid ex eo conſanguineus conſequeretur, quo in caſu loquuntur omnes leges, & DD. differentes, an ius alicui per aliū quæſitum, vel quærendum, poſſit facto eiuſdem tolli. Hic autē ius. de quo loquimur, quæſitum eſt ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, & quidem contrahentibus ipſis non cogitantibus, imò verò eiſdem inuitis & nolentibus, ita ſtatuto noſtro diſponente: quo caſu obtinent alia iura, quibus clarè probatur, ei iuri, etiam quærendo, & quod in ipſo tantùm eſt, non poſſe præiudicari ab eo, ex cuius cōtractu id ius procedit de quo latè diximus ſuprà in præced. queſt. Et pro hac conſideratione aliquid facit id, quod à noſtratibus diſtingui ſolet, cùm tractant, an cùm res redit ad vēditorem, aut alium concedentem, redeat libera & ſine nexu ſeruitutum & obligationum ab emptore conſtitutarum. Nam aut redit (inquiunt) ex volūtate & facto emptoris ad hoc directè tendentis & tunc redit non libera: aut è diuerſo, & redit libera, vt per Bar. & Raph. Com. in l. in idem. ff. de aqua pluu. arcen. de quo nos latiſſimè dicemus infrà eodem titul. §. 3 gloſſ. 1. & vnica, num. 10. hic autem opportunè, ſeq. vbi uidere poteris.

40 *Tempus prorogatū non idem tempus propriè.* Nec interim tamen omiſerim, quòd tempus prorogatum, etiam ante finem prioris, nō dicitur idem tempus uerè & propriè, ſed fictè & improprie, ex ſententia Cyn. & Bar. in dict. l. ſi cùm dies. quæ eſt quarta, in princip. de arbitr. & Alber. in l. Labeo, in multis locis, eodem titu. Bal. in cap. 1. extrà de iudic. & in c. de cauſis, colum. 2. verſi. quæro vtrum iſtud tempus. & ibi Philip. Deci. col. 4. verſicul. tertiò prædicta concluſio. extrà de offic. deleg. vbi id dicit omninò verum eſſe in extraiudicialibus & allegat multa iura. & idem Bal. in ca. 1. §. 1. colum. 3. verſicu. ſed pone compromiſſum, titul. de lege Corra. & conſil. 436. quæritur ſi factum fuit, lib. 1. & Socin. conſil. 99. sereniſſimus Rex, colum. 2. lib. 3. Ex quo Bal in l. ſi à te, C. de pactis inter empt. & vendit. dicit id minimè procedere in odioſis, argum. l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthum. Statuta autem debent intelligi verè & propriè. l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. geſt. cum ſimilib. Cùm igitur noſtrum ſtatutum loquatur de tempore ad redimēdum conceſſo in ipſo contractu, aut die ſequenti, debet haud dubiè intelligi de illo primo tempore conceſſo eo die aut ſequenti. vt ea loquitur, non de prorogato, quod non eſt idem verè & propriè, ſed fictè & impropriè.

41 *An ſatis ſit prorogationem fieri vno momento ante finem primi temporis.* Illvd autem ſcire debes, ſi priorem ſententiam ſequi malis, ſatis eſſe prorogationem fieri in vltimo momento primi temporis, ut dicatur fuiſſe facta ante lapſū illius: ſufficit enim habere momentum, ut nuncupatim in hoc caſu prorogationis temporis uoluit Bal. in dict. cap. de cauſis, colum. 2. uerſic quid ſi prorogatio, per dictam l. ſed ſi manēte. ff. de precar. & argum. l. cùm ſpōſus §. ultim. in fin. ff. de publ. in rem actio. & ſequitur Philip. Dec. multa ſimila congerens ibi, colum. 3. uerſ. & prædicta concluſio. Et eſt bonus text. in cap. conſuluit, extrà, de offic. deleg. Et bene etiam facit, quod tradit Specula. tit. de dilat. §. dilationum, uerſicul. quid dicatur quòd cùm datur tempus ad aliud faciendum, ſufficit id fieri ultima hora eius temporis. & Ioan. And. in cap. præterea, le 2. columm. 2. extrà de appellat quòd in caſu illius ca. ſufficit debitori ſoluere in ultima hora termini, Prout illum refert, & ſequitur Philip. Fran. ibi, colum. penultim. uerſic. ſeptimò quæritur, quamuis ipſe Ioā. Andre. loquatur de ultima die, & quod etiam tradit Bal. in l. data opera, colum. antepenulti. uerſi. ultimò not. C. qui accuſa. non poſſ. de eo qui eſt condemnatus ſoluere decem intra aliquod tempus, & niſi id facit, debet perdere manum, ut ſatis ſit, ſi ultima hora eius temporis ſoluat. Et ſequitur Alexan. in additionibus Bart. in l. ult. §. ult. ff. de public. & uectig & quod item ſcribit Salicet. de eo qui extrema hora decem dierum etiam noctu appellauit, in Authen. hodie, col. 2. in 7. q. C. de appel.

42 *De eodem. Quid, ſi illud vltimum momentū incidat in tēpus noctis.* Et id generaliter in omnibus procedere latiſſimè probauit Bald. conſil. 34. ſtatuto ſeu capitulo, col. 2. lib. 4. Idque etiam ſi illud ultimum momentum noctis tempore acciderit: nam eo nocturno momento poterit actus confici, tametſi aliàs id temporis non ſit idoneum ad eum actum, ut notanter uoluit Salice. de ſolutione pecuniæ, in l. non minorem, in fin. C. de tranſact. & ſequitur & dicit ſingu. trahitque ad oblationē & conſignationem Chaſſa. conſil. 41. quia caſus, ad fin. Super quo etiam uide quæ diximus ſuprà, titu. præced. §. 1. glo. 11. quæ eſt in uerbo, *& iour*, num. 12. ex quibus potes, & generaliter uo'uit Bal. in l. 1. colum. 2. ueſicul. ſecundò quæro. ff. ſi quis caution. Vt iam non dubitandum ſit de prorogatione facta poſtrema die primi temporis, quod aliquando in dubium uocari uidimus. Verùm, ne erres quod generaliter diximus id procedere, intellige, niſi poſt eū actū qui ſic fit in ultimo momēto temporis, aliquid reſtaret faciendum, quod fieri non poſſit intra id tempus, ut in caſu, de quo per Socin. conſil. 105. uiſis teſtibus, col. 2. uerſi. ſecundò principaliter, lib. 4. ne hic diutius immoremur in re non neceſſaria ad hunc noſtrum caſum, ut tamen non omittas uidere Bal. in dict. l. ſi à te. C. de pact. inter empto & uendit. & Philip. Dec. in dict. cap. de cauſis, ubi hæc prorſus plenè.

43 *Vtrū credatur ſchedulæ emptoris de tempore ſi ne alia probatione.* Nvnc autem in mentem uenit quæſtio, quam uidi ex facto, & quę quotidie euenire poteſt. Dicitur in noſtra conſuetudine, quòd uenditor uolens redimere ex pacto appoſito in contractu, uel poſt eadem die, aut ſequenti, præfertur conſanguineis. Igitur conſanguineus vult retrahere ab emptore, vel etiam à venditore, qui iam redemerat. Venditor vult eum repellere, quia ſibi dicit fuiſſe datam facultatem redimendi die contractus vel ſequēti & ad id probandum producit chirographum ſiue ſchedulam emptoris ipſius ſigno ſubſcriptam. Conſanguineus autem dicebat, non eſſe ſtandum huic ſchedulæ in præiudicium ipſius eā enim fuiſſe factam non die cōtractus,



aut ſequenti, ſed longo poſt interuallo, colluſione emptoris & uenditoris, quòd ſcilicet fraudarent conſanguineos iure retrahēdi. Ego in hac re conſultus, olim reſpondi huiuſcemodi ſchedulam non facere fidem illius facultatis redimendi, quantum ad diem ſpectaret, in præiudicium proximorum, per tex. in l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. hab. præferentem creditores, habētes inſtrumentum publicum, etiam tempore poſterius, habentes ſcripturam priuatam debitoris tempore priorem niſi ea habeat trium virorum ſubſcriptiones. Quod non ob aliud fit, quàm quòd ſcriptura priuata non facit fidē de tempore, in præiudicium aliorum, nam aliter poſſet debitor præponere poſteriorem anteriori, vt dicit Bart. ibi, & Panorm. in c. 2. col. 2. extrà de fide inſtrumentorū & Paul. Caſtr. conſil. 294. in cauſis, col. 2. verſiculo, tertiò quia poſſit, lib. 1. & Pet. Anch. conſ. 28. rationes induc ctæ, vbi dicit id procedere, etiam ſi procurator eam ſcripturam priuatam confeciſſet, & appareat anterius mandatum de ea re conficienda ex publica ſcriptura, neq; enim ob id tolli ſuſpicione fraudis de prælato die, & illi conſilio ſubſcripſit Gaſpar Calder. in fi. illius, & Frāc. Ramp. conſilio ſeq. ego Franc. Cum ergo, vt poſtea ſubdit ipſe Pet. Anc. in huiuſmodi ſcripturis priuatis ſit facilis præuētio & gratificatio, ſi illis ſtetur, voluit illa leg. obuiare huic fraudi. Idque etiam voluit Bal. in ea ipſa l. cùm dicit id fieri, ne detur materia conficienti priuatam ſcripturā, ponendi tempus, antequam ea ſecundum veritatem conficeretur: hæc enim ſunt verba illius, per l. repetita. ff. de fide inſtrumen. & l. ſi creditor. C. de ſal. & idem Bald. loquens de huiuſmodi priuatis ſchedulis, conſil. 198. lib. 1. quod & inculcatum eſt conſil. 466. lib. 5. cuius initium eſt, ad intelligentiam huius materiæ, col. 1. verſicul. ſecundò ne ſit. non debet (inquit) eſſe in poteſtate debitoris prælata die tollere ius creditoris, per illa eadem iura, & præterea, l. Seia mancipia, ff. ad Velleia. & l. §. editiones. ff. de eden. & l. exemplo. C. de probat. Et facit etiam quod in eadē ſentētiam ſcribit idem Bald. conſi. 249. lib. 1. repetito conſilio 400. in libris theſaurarię, col. 2. libro 5. & Franc. Ripa in l. priuilegia, col. 5. numero 24. ff. de priuilegijs creditor. ubi & illud Petr. Anchar. & Franciſc. Rampo. loquentium de anteriori mandato, nuncupatim ſequitur.

*L. ſcripturas. C. qui pot. in pig. ha. intellect. Quid, ſi ea ſchedula hēat triū virorū ſubſcriptionē. Quid, ſi procurator eā ſchedulam fecerit, & appareat de mandato pręcedēti.*

44 *De eadem l. multa. Ea l. nō tātū in duobus creditoribus habet locum.* Qvae quidem rationes eandem vim habent in omnibus caſibus, in quibus agitur de præiudicio aliorum. Ideo Paulus Caſtrenſis conſil. 134. in cauſa Ser Ludouici, libro primo, trahit dictam l. ſcripturas, loquentem de duobus creditoribus, ad creditorem prętendentem habere hypothecam priorem tempore ex ſcriptura priuata. & emptorem prætendentem habere dominum rei ex inſtrumēto publico temporis poſterioris, ut ſcilicet hic emptor eximatur illa hypotheca, de qua tantùm cōſtat per illam ſcripturam priuatam anteriorem, cùm ſit eadem ratio, quæ in illa l. ſcripturas, videlicet ſuſpicio, ne ea ſcriptura priuata facta fuerit poſt eam uenditionem, ad fraudandum emptorem: ideo (inquit) de tempore illi non creditur in præiudicium alterius, quàm ſcribētis, per l. quædam. §. nūmularios. ff. de edendo. Et idem in creditore habente etiam priuatam ſcriptura priorem, & donatario habente poſterius inſtrumentum publicū donationis. Reſpondit idem Pau. Ca. conſ. 336. ſi prima duo ſtatuta, libro ſecundo, ut ſcilicet hypotheca contēta in illa priuata ſcriptura debitoris, non noceat illi donatario, niſi ſit ſubſcripta tribus teſtibus, iuxta dictam l. ſcripturas, ne ſit in poteſtate donantis, eiuſdemq; debitoris, præuertere donationem à ſe factam prælato die, per multa ex dictis iuribus, & alia quædam huc ſatis pertinētia, ut ibi uidere poteris. Qđ mihi notādū eſt, ut intelligas etiā procedere, cùm inſtrumentū publicū poſterius eſt ex titulo merè gratuito & liberali, & ſchedula prior eſt ex titulo oneroſo. Et idem quoq; in alio nō ab ſimili caſu conſuluit Corne. conſ. 138. viſis ſcripturis, col. 1. lib. 1. per dictam l. ſcripturas, & alia iura, & Soci. conſi. 41. in præſenti conſultatione, colum. vltim. in verſiculo, confirmatur hoc fundamentum, libro 4. vbi loquitur in caſu Pau. Caſt. in d. conſi. 134. libro primo, & illum citat, licet erret in numero conſilij. Et eundē quoque Paul. eo in loco ſequuntur Franciſc. Ripa in dicta l. priuilegia, columna. 5. numer. 24. ff. de priuileg. credito.

45 *De eadem re.* Ex quibus potes intelligere, illam l. ſcripturas, non ſolùm procedere in eo caſu duorum creditorum certantium de priori hypotheca, de quo loquitur ea l. ſed aliàs ſemper, ubi eſt eadem ratio, & facultas præiudicandi tertio, ut etiam ſatis innuunt Bart. Bal. Pet. Ancha. Gaſpar. Calde. Franc. Rampo. & Panormita. quibus locis ſuprà citauimus, & præterea Bal. in cap. 2. colum. 2. uerſiculo, in text. ibi inſcripti, extrà de fide inſtrumen. ubi in id dicit eam l. ſingu. & eam procedere, quantum ad omnes à debitore cauſam habentes. & Pet. Ancha. loquens nuncupatim in ſchedula priuata, qua ſeorſum ab inſtrumento uenditionis datur facultas redimendi (qui eſt caſus noſter) conſ. 9. plurimæ coniecturæ, colum. 1. in 2. locis. Ioan. Ana. conſil. 40. in quæſtione. & apertiſſimè Alex. conſi. 25. uiſo inſtrumento, col. 2. uerſicu. ſed his non obſt. lib. 2. & Soci. in l. 1. col. 15. uerſiculo, octauo & ultimo. ff. ſoluto matrimo. & Philip. Deci. in d. c. 2. uerſic. ſecundò Abb. concludit. extrà de fide inſtru. & ante hos omnes gl. ordin. quam nullus horum allegat, in eo ipſo c. 2. in glo. 1. quæ dictam l. ſcripturas, trahit generaliter ad omnem actionem realem, & eam ſequuntur Hoſtien. & Io. And. ibi.

46 *De eadem re.* Qvanqvam ſcio Soc. ipſum, ſubtiliſſimum legum interpretem, ſecum veluti pugnantem, de hoc dubitaſſe, an ſcilicet dicta l. ſcripturas, ad alios caſus trahi poſſit. Id eſt in conſil. 75. primo aſpectu dicendum, lib. 4. quia contra Paul. Caſt. cuius ſuprà dictum conſilium antè citauerat, dicit Barto. à Saly. & alios ſolennes Doctores conſuluiſſe. Et quòd, ſi opus eſſet, multis rationib. oſtenderet eam Pau. ſententiam non ſubſiſtere, nec aliud dicit. Scio item Bald. dicto conſil. 198. libr. 1. non obſtante ea ratione, quam ſuprà ex eo adduximus, in ea eſſe ſententia, vt d. l. ſcripturas, habeat locum tantùm, cùm agitur de duabus hypothecis. Secus ſi de creditore habente hypothecam ex priuata ſcriptura, & emptore non habente, quia creditor præfertur: qui quidem eſt proprius ille caſus, in quo Pau. conſulit, afferta; Bal. tres rationes illic omnibus obuias, quæ mihi (vt dicam quod ſentio) non ſatisfaciunt: nec ſi Soci. placuiſſent, eos omiſiſſet.

47 *De eadem re.* Et pro priori ſententia Paul. Caſtr. & ſequacium, facit, quod conſuluit ipſe Pau. in alia ſpecie, conſil. 74. in cauſa mota per dominam Dorotheam, lib. 2. quòd in vēditione. ſimulta non habet locum ſtatutum præferens conſanguineum in venditione. Tamen de huiuſmodi ſimulatione non ſtatur aſſertioni contrahentium, in præiuditium cōſanguinei, per d. l. Seia mancipia, in prin. ff. ad Senatuſconſultum Velleianum, & l. ſi quis in grauí §. 1. ff. ad Senatuſconſultum Sylla. quia potuerunt inuicem colludere in danum alterius, argumen. dict. leg. repetita, & ibi non. ff. de fide inſtrumen. & eſt bonus tex. in c. ſuper eo. extrà de eo qui cog. conſang. vxoris ſuę. Igitur probanda eſt ſimulatio probationibus, aut ſaltem cōiecturis legitimis, vt ibi per eū. Et quod ab eodem Socin. ſcriptum eſt conſil. 78. viſis actis, colum. 2. verſiculo verum eſt, libr. 4. quòd ſcriptura priuata debitoris non nocet creditoribus, niſi aliter conſtet de debito, quàm per confeſſionem contentam in dicta ſcriptura priuata. per tex. in l. 2. §. ſi in emptione. ff. ſi quid in fraudem patro. credo quòd voluit allegare l. 1. §. quòd ſi in lite, eo. tit. & per nota. per Bar. in l. poſt contractum, col. vlt. ff. de donationib. Cui adde q̄ à Cy. tradita ſūt poſt Dy. & alios antiquiores in l. vbi adhuc, in 12. q. C. de iure dotium.

48 Et, vt redeamus ad dictam l.ſcripturas, cùm omnes fateãtur, rationem illius eſſe, ne ſit in mero arbitrio ſolius debitoris, ex ſcriptura priuata, à ſe longo poſt interuallo confecta, prælato in ea die, ius prioris creditoris tollere: ſitque & eadem in noſtro caſu ratio, vt iam diximus, quoniam poſſet ſolus emptor, confecta à ſe longo poſt venditionem tempore ſcriptura priuata, & die contractus, aut ſequente in ea appoſito (id vulgo noſtri *antidater* appellant) conſanguineos iure retractus priuare, eiſque venditorem præferre: nihil omninò dubitãdum eſt, quin & ea lex ad hunc caſum, & cæteros omnes, in quibus illa eadem eſt ratio, comprehendat, non quidem per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſuas ſpecies, vt per Petrum, & Cynum in l.iura non in ſingulas. ff.de legibus. & in l.quod verò. & ibi Baldus eodem tit. cum infinitis propè concordantijs à me collectis in repetitione l.ſi vnquam, in verbo, libertis, nu.45. quorum ſententia, & ſeq.C.de reuoc.donat.

*Deci.prin. quæſt.*

49 Fateor tamen, quòd ſi non agitur de præiudicio conſanguinei, ſed tãtùm emptoris, qui eam ſcripturam fecit, non minus fidei aduerſus eum facit, quàm publica. l.Publia.§.ultimo ff.depoſi & l.generaliter. C.de non numer.pecun.cum ſimilibus. Etiamſi nec diem habet, nec Conſulem. l.cum tabernam.§.idem quæſijt.& ibi Barto. in primo no.& etiam Angel.ff.de pigno. & glo. in dict. l.ſcripturas, in verbo, Notarij.& ibi clarius Bald. C. qui pot.in pig.habe.glo.in §.ſancimus. 25.quæſt. 2. & Ioan. And.& Domi.in cap.Abbate ſanè.§.ulti. de ſenten. & re iudica.lib.6.idem Ioan.Andre.in cap.inter dilectos, colum.2.extra de fide inſtrumen.Bar.in prima conſtitutione.ff.in prin.colum 1.& in l.in ſumma.§.item Labeo. & ibi Angel.ff.de aqua pluu.arcen.Bal.in prima conſtitut. C.in §.quibus, col.2.verſiculo, deinde no.quod leges.& in Rubric.C.de fide inſtrum.colum.penult.& cap.2.colum.2.verſiculo, quæro utrum priuata, extrà de fide inſtrum.& conſil.331.reuerende pater, poſt princip.lib.2. Angel.in Authent.quod ſine.C.de teſtamen.& in l.ſciendum, colum.1.& ibi Barb.col.7.ff.de uerborum obliga. & in §.ſi quis igitur, in Auth.de inſtrum.caut.& fid Lanfran.in repet.capitu.quoniam contra falſam, in materia productionis inſtrumentorum, in ultima quæſt. extrà de probatio. Alexand. in l.Prætor, in princip.colum.1. ff.de edend.& conſil.70.viſo proceſſu inquiſitionis, col. 3.verſiculo, ecce ego, libro primo, vbi hanc dicit eſſe cõmunem opinionem. Barba.conſilio 27.vbi Chriſtus, colum.3.lib.3.& conſilio 58.omnipotentem, colum. 13. verſ.& etiam facit, lib.4.vbi ad hoc dicit ſingul. eſſe tex. in d.§.quæſijt.

*An autem ſtet huic ſchedulæ in præiudicium ipſius emptoris.*

50 Sed ſunt quædam, quæ aduerſari uidentur illi noſtræ ſententiæ, qua diximus non eſſe credendum huic priuatæ ſcripturæ emptoris, quantum ad tempus pertinet, in præiudicium conſanguineorum. Nam primum, quod dictum eſt, priuatam ſcripturam ſine die & Conſule facere fidem, non procedit, ſi is, qui ea ſcriptura utitur, tempore innitatur, id eſt, ut rudiores intelligant, ſe fundat in tẽpore. Nam tunc requiritur dies in ea ſcriptura, ex ſententia Bar.in d.§. idem quæſijt.Bal. in d.prima conſtitu.C.& in dicta Rubr.C.de fide inſtrumen.quibus locis ſuprà citauimus.& in dict.l.ſcripturas & conſ.354.quæritur utrum in priuata, in principio, lib. 4. Angel. in d. §. ſi quis igitur, per text. in l.creditor.C. qui potio. in pign. habe. Alexan. conſil.106.magnifice Prætor, colum.3.uerſ.ſecundò reſpondeo, lib.3.& cõſ. 132. in cauſa & lite uertente, col.2. uerſic.quo ad tertiũ dubium, li.4.Ex quo nõ obſcurè declaratur, quòd ſi ſcriptura priuata habet diem, facit fidem de tempore, ſi de eo agatur.

*Quædam aduerſus priorẽ ſententiam de præiudicio conſanguineorum. An dies requiratur in priuata ſcriptura.*

51 Deinde ſunt, qui conſtantiſſimè aſſeuerant, ſcripturam priuatam haud dubiè facere fidem in præiudicium ſcribentis, etiam ſine die & Conſule, non verò in præiudicium alterius. Ita enim voluerunt Io.Andr.& Dominic.in d.c.Abbate ſanè. §. ulti.de ſenten. & re iud. lib.6.& Barb.in dict. l. ſciendum, col.8. ff.de verborum oblig.& iterum in repe.Rubr. de fide inſtrumen.char. 8. col.3, verſic. quintò. ſi ita eſſet. & palàm atq; apertè ſentiunt, quos citauimus ſuprà, verſic.ab hinc. 2. Et conſequenter omnes non minus aperte, declarant, quòd ſi ſcriptura priuata ſit cum die, etiam alijs præiudicat.

*De eodem.*

52 Qvid quòd ipſe Barba.in d.l.ſciendum, atque eadem col.8.in ea eſt opinione, ut etiam cùm agitur de tẽpore, non eſt neceſſaria dies in ipſa ſcriptura priuata, per text.in d.l.cùm tabernam.§.idem quæſijt.ff.de pign. nam ibi (inquit) agitur de obligatione pignoris rei, quæ ſi prius fuiſſet alteri obligata, non valuiſſet obligatio de eadem re facta: ſaltem inutilis atque inefficax fuiſſet reſpectu prioris: potior enim eſt in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam. l. potior, in princip. ff. qui potiores in pignore habean. cum ſimilibus, & tamen in dict.§.idem quæſijt, dicitur, quòd non requiritur dies. Ex quo illud conficitur, nec tum requiri diem in priuata ſcriptura, cùm de tempore agitur.

*De eodem.*

53 Sed quod his reſpondeatur, in promptu eſt. Nam & qui dicunt ſcripturam priuatam exigere diem, ſi quæſtio pendeat ex tempore, non propterea dicunt eam fidem facere aduerſus tertium, ſi in ea dies ſit in oppoſita: neque enim id ab illis tractatur, quin maior pars eorum allegant.d.l.ſcripturas, vbi & hoc ex ea notat.Bald. ſicuti diximus. Igitur ſecundum eam l.debet intelligi dictum illorum, ex doctrina Ioannis Andreæ, in cap.cùm nuncius, paulò ante finem, extrà de teſtibus. & Bartolus in l.non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de liberatione legata, cum ſimilibus a me alibi adductis. In ea autem l. ſcripturas, priuata ſcriptura cum die, non facit fidem, cõtra tertium, niſi ſit tribus teſtibus ſubſcripta. Igitur & id cenſentur illi noluiſſe obtinere, cùm tractatur de præiudicio alterius.

*Reſponſio ad contraria.*

54 Sed & qui dicunt ſcripturam priuatam ſine die & Conſule probare contra ſcribentem, non cõtra tertium, allegant quoque dictam l. ſcripturas, vt proinde etiam intelligas eos negare eandem ſcripturam priuatam, etiam cum die & Conſule, probare contra tertium, niſi ijs interuenientibus, quæ requirũtur ex ea l.Nihil autem moror illam Barba.ſententiam, qui ut in hoc ſolus eſt, ita non ſatis ſapit, vt eſt Plauti ſententia. Et is quidem ſolet prima quaque occaſione, uel leuiſſima, omnibus aduerſari. Nec id quod dicit, probat ille textus ab eo allegatus in d.§.idem quæſijt: nam licet ibi agatur de obligatione pignoris, tamen nulla eſt quæſtio de hypotheca, aut alio iure alterius, ſed tantum de præiudicio eius, qui illam ſcripturam priuatam confecit.

55 Nec tamen omiſerim, quòd ſi illa ſcriptura priuata, non ſubſcripta tribus teſtibus, viſa fuerit iam ab eo tempore in ea comprehenſo à viris literatis, qui in id ipſum teſtificentur, ſatis erit ad probandum id, quod in ea continetur etiam in præiudicium aliorum, ut dicit no.Bald.loquens nuncupatim in hoc caſu, dicto conſil. 198.colum.2.verſicu.& ex hoc pono talem concluſionem, libro 1.per id quod de amiſſis inſtrumentis uoluit Cyn.poſt Petr.in Authent.ſi quis in aliquo, quam legit cum l.procurator, in 4.quæſt. C.de eden. Et dicit idem Bald.in eodem conſilio id probari in ca.cum olim.le 1. extrà de cenſibus.ſed credo quòd uoluit allegare in tit. de priuileg.ubi eſt optimus text. quem & ipſe Cyn. ubi ſupra, citat.

*Quid, ſi eæ ſchedulæ viſa fuerit iam ab initio à viris literatis.*

56 Et adde Bartol. idem uolentem in dicta Authentica, ſi quis in aliquo, colum.2.& ibi Alberic. columna 4. nume.4.Angel.colum.alt.& Philip. Deci.numero 28.& eundem Bart.in l.2.§. Diuus. colum.2.ff.de iure fiſci. & in l.1.colum.penult.verſicu.iuxta prædicta, & ibi Franc. Ripam



Ripam nume. 8.& ſequen. & Alciat. in uerſicul. Celſus ait, ff.ſi certum peta. & eundem Barto. in l. ſicut & ibi quoque Ange.C.de fide inſtrum.Bald. in cap. 1.colum. ulti.titu.qui teſtes ſunt neceſſar.& Anto.in dict.ca. cùm olim, in principio, & ibi quoque Panormita. in gloſſ. ultim.de priuileg.eundem Panormitan. in cap. Albericus, colum.2.uerſicu. ſecundo caſu, de teſtibus.Rapha. Co.conſil.137. conſultus, in fine primi dubij. Paul. Caſtren.conſil. 360.circa primum, in primo dubio, lib. 2. Ange.Aretin.in §. ſed & ſi pater, col.1.uerſiculo, aduertas, Inſtit.quibus modis ius patr. pote. ſol. Alex. in l.2. col. penultima. C.de bonorum poſſeſſione ſecund. tab. & conſil.196.uiſo teſtamento, dicti Franciſci, colum.2. uerſiculo, non obſtat quòd nonnulli, lib.2.& Guid.Pap. conſilio 75.adhærendo, col.2.uerſic. ideo in illa. Felin. in c.ſicut, col.1.extrà de re iudic.Iaſon conſ. 42.in præſenti, col. 1.lib.1. Stephan. Bertrand. conſ.307. loquendo, col.3. lib.1.& Philip.Dec. in c.2.col.antepenul.uerſ. & in prædictis, de probatio. & conſil.82. uiſo proceſſu agitato, circa medium, uerſ.quarto & ultimo. & iterum conſ.215.in cauſa uertente, col.1.Matthæ.Afflict.deciſ. Neapolita.274.quæſitum fuit, nu.4. & deciſ. 302.aliud dubium, nu.5.Alciat.in tractatu Præſumptionum.regula 3. præſumptione 31. nu.3. qui omnes dicunt id quod diximus, ſcilicet teſtes, qui dixerũt de tenore inſtrumẽti, debere eſſe peritos & expertos, qui ſciant intelligere eum tenorem & probè cognoſcere, eſſetne inſtrumentũ in forma probante, an non. Et id quidem erit pro prima limitatione.

57 Secvndò autem limita, ut non procedant quæ dicta ſunt, ſi ex forma ſtatuti priuata ſcriptura habeat uim publici inſtrumenti: tunc enim faceret fidem de tempore aduerſus alium, qui haberet inſtrumentum publicũ, ut expreſſim poſt Io. Pet.& Bened.Capram, reſpondit Socin.conſil.240.circa præſentem, lib.2. Verùm id non placet Franciſc. Rip. in dict.l.priuilegia, col.5.nu. 24.ff. de priuileg.credito. Nec mihi quoque, quia id ſtatutum intelligi debet, ut ſcilicet habeat huiuſmodi ſcriptura uim publici inſtrumenti aduerſus debitorem, qui eam confecit, non etiam aduerſus tertium, ex ſententia Bald. in l.ulti.C.ſi aduerſus credito.& in l.1.C.commu.de legatis. Ex quo etiam potes intelligere, nihil in noſtro caſu immutare prædictum ſtatutum, ſi quod eſſet.

*Quid ſi ex ſtatuto huiuſmodi ſchedula habeat vĩ inſtrumenti publici.*

58 Vtrvm autem illi tres teſtes, quorum ſubſcriptio requiritur in ſcriptura priuata, ut fidem faciat de tempore, ex diſpoſitione dictæ l. ſcripturas. C. qui potiores in pignore habean. debent eſſe maſculi, an uerò & mulieres interuenire poſſunt, quia is textus nuncupatim loquitur de uiris, cùm dicit trium, uel amplius uirorum ſubſcriptiones, nihil hìc dicemus, quandoquidem hanc rem pleniſſimè tractauimus in noſtris Legibus connubialibus, quo loco de auaritia mulierum diſſeruimus, ubi videre poteris.

*An mulieres ſint teſtes idoneæ in huiuſmodi ſchedulis.*

59 Qvid autem, ſi in ea ſcriptura priuata ſint tantùm inſcripti duo teſtes, ſed adſunt alia adminicula maioris ponderis & autoritatis, quàm unus teſtis, utrum tunc ei ſtandum ſit in præiudicium alterius, ac ſi ea ſcriptura munita eſſet tribus teſtibus. Super qua ſpecie nuncupatim conſultus, cùm ex facto contigiſſet, Rapha. Fulgo. conſil.133.proponitur probatum.col.2.uerſ.ad l. autem ſcripturas, reſpondit ſtandum. Imò & ſi (inquit) nulla omninò ſcriptura interuenit, ſed tantùm tribus teſtibus probatur confeſſio extra ius omiſſa, idem eſt & in id multa allegat. quæ tu ipſe per te uidere poteris. Sed tu tamen hæc notato, quia uix ea ab alio tacta comperies. Sed quantum ad id poſtremum, ego audenter aſſero ſatis eſſe in id duos teſtes, qui deponant de hypotheca & tempore illius, neque enim ad hypothecam requiritur ſcriptura, & ſatis eſt eam teſtibus probari. l.contrahitur. ff.de pignoribus. Igitur ſatis ſunt duo teſtes, cùm nulla lex ſit, quæ maiorem numerum requirat. Et idem quoq; eſt in caſu noſtri pacti de reuendendo.

*Quid, ſi in eis ſint tãtùm duo teſtes, ſed ſunt alia adminicula. Quid, ſi id probatum ſit tribus teſtibus.*

60 Ex hoc autem, quod hìc dicitur in noſtra conſuetudine, apertè declaratur, emptorem præciſè cogi ex hoc pacto reuẽdere & tradere, nec liberari ſoluendo intereſſe. Quod an procedat de Iure communi, uidebis per Corneum, qui propè ubiq; diſtinguit inter pactum de reuendendo, & pactum de reſtituendo, conſ.4.multum diffuſè, col.2.uerſ.pactum de reuendendo, lib.1.& conſ. 241.cum quo præmittendum, col.2.uerſ.pactum autem, eod.lib.1.& conſ.366.uiſa copia, col.pen.uerſ.ſed ubi fit pactum, eod. lib.1.& conſ.246.in hac conſultatione, li. 4.& conſ.256.primus conſultationis articulus, ferè per totum eod.lib.4.Alex. conſ.212.ponderatis his, col. 3. uerſ. & etiamſi quis promiſiſſet. lib. 6. & iterum conſ. 332.quod eſt eiuſdem initij, col.ult.eod.lib.6. Franciſc. Aretin. latè conſ.6.uiſo inſtrumento, in 1.dubio.Socin. conſ.253.in cauſa domini Ioan.col.5.uerſ.circa tertiam qõnem, per totum illud dubiũ, lib.2. & conſ.16.anno Domini, in pluribus locis, li.4. Lud.Bol.conſ.25.in ampliſſimo, col.5.in 4.dubio.Steph.Bertran.conſ.316.viſo caſu, in 2.dub.lib.1.& Philip.Dec.conſ.502.ex duobus, col.2.uerſ.ſed dato quod ualeret.& conſ. ſeq.ſuperioribus, col. 1.uerſ. ſecundò reuocatur. Hiero. Cag. diſtinguentem, ut ſuprà in repetitio. l.2. colum. 5. uerſ. tertiò noto. C. de pact. inter emptor. & Chaſſe. in conſuetud. Burg.titulo, *de rentes vendues à reſchapt.* §. 1. in uerbo, *rentes*, col.3. uerſ.aduerte ut hic, in poſtrema editione.

*Vtrũ emptor, qui promiſiſſet uendere, præciſe teneatur tradere.*

## §. SECVNDVS.

MAIS non obſtant, que ledict acheteur ait ainſi donnè ladicte grace de retraict audict uendeur, ſi l'un des lignagiers vient le primier, & dedans l'an face offre de retraict, ledict acheteur le doit receuoir, & luy declarer comme il à donnè ladicte grace audict vendeur.

*VERVM non obſtante hac redimendi facultate ab emptore conceſſa, ſi conſanguineorum uenditoris quiſpiam preuenerit, et intra annum offerrat retractum, tenetur emptor eum admittere, ipſumq; certiorem facere de huiuſmodi facultate venditori à ſe conceſſa.*

### GLOSS. I. ET VNICA.

1 Ex hoc igitur §. intelligis, ꝙ licet pactũ de reuendendo ſit in cõtractu appoſitũ, ita, ut uẽditor repellat cõſanguineos, vt ſcribitur in §.pcedenti, nõ tñ impedimẽto eſt, quin interim, antequã uẽditor retrahat, admittatur conſanguineus, ut etiam de iure procedere aſſerit Matthæ. Afflict. in tract.Protomixeos, in uerbo, licet enim ſuprà diximus, col.6.uerſ.item quæro de alia quæſtione, motus quidem hac ratione, quòd id pactum de reuendendo non facit, quin venditio ſit pura & perfecta, licet reſolui poſſit, ſicut dicimus de pacto addictionis in diem.l. 2. ff. de in diem addic. & de pacto legis commiſſoriæ. l. 1.ff.de lege cõmiſſo. Et ita dicit concludere Sebaſtianum Neapodanum in tractatu de Iure congrui,

*Id pactum nõ impedit conſanguineũ, quin poſſit interim retrahere.*

congrui, in verbo, emit, quam rationem poſtea pleniùs diſcutiemus. Et idem & in hoc retractu, & in feudali, dicit Moder. Pariſ. in conſuetudinibus Pariſien. tit. 1. §. 13. glo. 5. nu. 22.

2 *An autem pẽdente tẽpore illius currat tẽpus cõſanguineo, ex noſtra conſuetudine.*

Sed quęſtionis eſt, an tamẽ incontinenti à contractu venditionis, in quo data eſt ea facultas redimendi, currat tempus anni, non obſtante ea facultate, an uerò ab ea facultate finita tantùm. Id quod minimè dubium eſt, quantum ad hanc noſtram conſuetudinem pertinet, quę apertiſsimè declarat tempus ab initio currere, non expectato fine huius facultatis, cùm dicit, *& dedans l'an face offre de retraict*, quibus uerbis dilucidè oſtendit cõſanguineum non eſſe admittendũ etiam durante ea facultate, niſi veniat intra annum qui quidem annus intelligitur de anno uenditionis: neque enim intelligi poteſt de anno tranſactæ facultatis, cùm ea adhuc duret, alioqui ea verba, *& dedans l'an face offre de retraict*, eſſent ſuperuacua, & fruſtra hìc appoſita, quod minimè dicendum eſt. l. ait Prætor & ibi recentiores. ff. de iureiuran. & cap. paſtoralis & ibi not. de appellation. cum ſimilibus. Nam & ex ſtatutis & conſuetudinibus ſumitur argu. à contrario ſenſu, vt latè per Roman. conſ. 399. ut pręſens conſultario, col. 1. & 2. & per Alex. Iaſ. & alios recentiores in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio præſertim cùm uerba eorum eſſent aliàs inutilia, & ocioſa, nam & tunc etiam ſumeretur ad correctionem iuris communis, ſecundum Bal. in l. conuenticula. C. de epiſc. & cler. cum alijs multis concord. adductis in d. l. 1.

*Arg. à contrario ſenſu ſumitur ex ſtatuto vel conſuetudine.*

3 *Cõditio nõ leuẽ ſolennitatem inducit.*

Et eò quidem magis, quòd ea uerba ſunt conditionaliter prolata, cùm dicitur, *ſi l'un des lignagers vient le premier, & dedans l'an*. Nam conditio, quæ apponitur per legem vel ſtatutum, nunquam dicitur continere leuem ſolennitatem: ſed neceſſe eſt, ut ea exiſtat, argum. l. Prætor, in principio. ff. de collatione bono. ita enim voluit Bal. in Auth. matri & auiæ, col. 1. uerſ. quidam tamẽ dicunt. C. quando muli. tutel. offic. & ſequuntur Alex. Franc. Areti. & Iaſ. in l. moribus, quæ eſt 2. §. vlt. ille col. 2. uerſ. paſſus non poteſt, alter col. ult. uerſ. ſecundò principaliter, hic col. 2. uerſ. limita iſtam regulam ff. de vulg. & pup. ubi ex eo dicunt, nõ leue id eſſe aut cenſeri, quod per conditionem profertur. & ipſe Franc. Aret. in ca. in cauſis, col. 3. extrà de teſtibus. & idem quoque Alex. in l. ulti. in princip. col. vlt. C. de iure delibe. & in l. 1. in fin. ff. de libe. & poſthu. Feli. in c. cùm dilecta, col. 7. uerſ. ſecundum ſignum, extrà de reſcriptis. & in c. quod ad conſultationem, col. 9. uerſi. remedia, de re iudicata, & in Rub. de probatio. col. 2. uerſic. ſed aduerte Iaſ. in l. cùm quid, col. penultima, uerſicul. adde etiam. ff. ſi certum petatur, in 2. lect. & in l. 2. §. 1. col. 4. ff. ſoluto matrimo. & in l. Gallus § quidam rectè col. 1. & iterum in §. etiamſi à parente, in 2. not. ff. de libe. & poſthu. & in repeti. l. ſi is qui pro emptor, col. 14. nu. 44. ff. de vſucapio. Phil. Dec. in c. ex parte, el 2. col. 2. uerſ. in glo. ibi, & renunciat, extrà de appellatio. & conſ. 11. quoniam iudicantium, col. 6. verſ. ſolum contra teſtamentum, ubi & ex hoc dicit, quòd conditio formam inducit. & Catel. Cotta, qui id dicit ſing. memor. incipien. conditio quę apponitur. & iterum memor. incipien. lex quæ loquitur. & Matthæ. Afflict. deciſ. Neapo. 355. ſi præſtitutus, nu. 4. & Ludo. Gozad. conſ. 73. circa, col. 2. nu. 13.

*Conditio formã inducit.*

4 *Cõditio habet vim cauſæ finalis. Et debet ſeruari in forma ſpecifica. In conditionibus nõ admittitur morę purgatio.*

Nam & conditio habet uim cauſæ finalis, ut declarat Bar. in l. 2. § ult. col. 1. ff. de donation. & probatur in l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de condi. & demonſtr. Eaque eſt de ſubſtantia probationis, vt dicit idem Bald. conſ. 122. vtrum dictus proceſſus, col. 1. uerſic. allegatur tertiò, lib. 3. & debet ſeruari in forma ſpecifica. l. Męuius. & l. qui hęredi. ff. de condit. & demonſtr. Hincque in conditionibus non admittitur morę purgatio. l. Thais. §. intra. ff. de fideicommiſſ. liberta. vbi etiam probatur, nihil aduerſus id facere fauorem libertatis. & l. ſi ſuper. & ibi Bal. in fin. Alex. & Iaſon. in 3. not. C. de tranſactio. & l. 1. cum glo. & ibi recentiores. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. & l. ſi intra. ff. de ſtatu liberis. ubi & illud de libertate probatur. & voluit Cyn. in l. ſi maior annis. C. de tranſanctio. & in l. ſi plures, col. penultt. C. de conditio. inſert. Bar. & Imo. in l. hæc conditio, ſi in Capitolium. ff. de conditionib. & demonſtrationib. Docto. ubique. Vt interim omittam eam rationem, quòd cùm conſanguineus ſtatim poſſit retrahere, non expectato tempore facultatis, vt hìc dicitur: conſequens eſt, ut id facere debeat intra annum, alioquin haberet ad retrahendum nõ eum tantùm, ſed & totum tempus facultati, & præterea alium annum ab ipſa facultate, cùm tamen conſuetudo vnum tantum annum tribuat.

5 *Sed an currat inſpecto iure cõmuni.*

Sed dubium eſt, quòd ſi noſtra conſuetudo id non declaraſſet, utrum iſte annus curreret ſtatim à vẽditione, non expectato tempore ad reuendendum præſtituto: an uerò non niſi finito eo tempore. Id quod nos abundè tractare decernimus, quòd res ſit frequentiſſima, & quę multum torqueat noſtros cauſarum patronos, atquè litigatores ipſos. Videtur igitur primùm, tempus retractus conſanguineis non currere, niſi tranſacto tempore conceſſo uenditori ad redimendum, idque multis magniſque rationibus. Nam primùm emptor non eſt dominus irreuocabilis, pendente hoc tempore, cùm liceat uenditori rem redimere, non ab ipſo tantùm emptore, ſed à cõſanguineo ipſo, ſi iam redimiſſet, ut cauetur ſuprà §. 1. vbi & id de Iure communi procedere docuimus. Ex quo patet rem uenditam durante ſpe ac facultate luitionis ſiue redemptionis non uideri omninò eſſe extra familiam uẽditoris, nec pleno iure in familia emptoris, argum. eorum, quæ no. in l. qui habebat. & ibi gl. & Bar. ff. de leg. 3. & l. legata. §. 1. & ibi quoq; Bar. ff. de ſupel. legat. de quo & nos diximus ſupra titul. præced. in præfat. num. 36. & vt glo. relinquamus.

6 *Quid habet actionẽ ad rem ipſam, rem habere videtur, vide nu. 48. & ſeq. Eaq; excuſat ab onere ſatiſdãdi, uide nume. 48.*

Præsertim, quòd qui habet actionem ad rem, ut in hoc caſu habet uenditor, qui poteſt reuocare rem, eã ipſam habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. & ibi concord. Et ita quidem habere, vt æquè releuentur ab onere ſatiſdandi, ex l. ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cog. ij, qui actionem habent ad rem, ac ſi rem ipſam haberent, ſecundum Bal. & Imo. in l. facere. ff. ſolut. matrimon. Ang. Alexan. & alios in d. l. ſciendum, ut eos allegat, & ſequitur Phi. Dec. conſ. 24. cuius ſuperſcriptio incipit, mulier cui propter inopiam, col. 2. verſ. tertiò ſuadetur. Ex quo illud ſequitur, rem ipſam uideri adhuc eſſe in familia uenditoris, ad quã redimendam habet actionem promptam & præſentem. Ratio autem noſtræ conſuetudinis eſt, ne res exeat extra familiam, ut plenè diximus in d. titu. præced. §. 26. gloſ. 1. nu. 40. quare autem, & alibi ſæpè Ergo & interim ceſſare debet retractus. l. generaliter. C. de epiſc. & cler. cum ſimil.

7 *Qui poteſt retrahere, perinde eſt, ac ſi iã retraxerit, uide n. 50.*

Et hanc rationem confirma ex eo, quod tradit Barb. conſ. 51. ſcripſit, col. 13. uerſ. iſto modo, lib. 1. quòd ubicunque eſt in poteſtate uenditoris redimere rés in aliũ tranſlatas, perinde habetur ac ſi res iam eſſet retracta, per text. in l. qui potes facere. ff. de reg. iur. & gl. in l. cùm notiſſimi §. 1. C. de præſc. 30. uel 40. anno. & alia quædam ſi. Cui adde optimum text. in l. cùm in ſecundo, verſic. vlt. ff. de iniuſt. teſta. ubi ſufficit conditionem in futurum conceptam eſſe poſſibilem, ut inſtitutio ſub ea facta in ſecundo teſtamento rumpat teſtamentum, licet poſtea non exiſtat.

6 *Res ſemp in potiori ſignificatu debent intelligi.*

Secundò, hæc conſuetudo loquens de uenditione, debet intelligi de ea, quę omnibus numeris eſt perfecta, conſummata, abſoluta, & ex qua dominium plenè & perfectè & irreuocabiliter fuit tranſlatum, vt ſcilicet in potiori pleniorique ſignificato accipiatur. l. 1. §. vlt. cum ll. ſeq. ff. ſi ager vectiga. & l. ſi duo patroni. §. 1. ff. de iureiurand. quod & in ſtatutis procedere tradit Bal. in cap.

cum



cùm non liceat, in fin. extrà de præſcriptio. Nam ſemper aliàs verba in dubio intelliguntur pleno iure, ut dicit Bald. in l. cùm mota, colum. 2. verſi. ulterius oppo. C. de tranſactioni. Venditio autem in hoc fit, ut dominium tranſeat in emptorem. l. cùm manu, quæ eſt pen. §. vlt. ff. de contrahen. empt. Eiusque ea vis & natura eſt, vt ſi venditor ſit dominus, & emptor quoque dominium conſequatur irreuocabile, alioqui de euictione uenditor teneatur. l. ex empto, in principio. ff. de act. empt. Nec perfectũ dicitur, niſi quod omnibus ſuis partibus conſtat, l. 1. ff. de orig. iur. ſiue quod non perfectionis ordine cõpleatur, c. nihil, 7. q. 1. Cùm ergo dominium hoc in caſu non ſit perfectè & in commutabiliter acquiſitum emptori, qui proprius finis eſt emptionis, & intentio vtriuſque contrahentium, ſequitur hanc non eſſe perfectam venditionem, quandiu dominium reuocari poteſt.

*Perfectũ quid ſit.*

9 *Alienatio propria.*

Nam nec alienatio ꝓpriè dicitur, niſi quando dominium plenè & irreuocabiliter eſt alienatum. l. 1. C. de fund. dot. ita enim per eum tex. uoluit. Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario, ad fi. ti. quib. mo. feud. amit. l. 1. Nec ſimiliter uera & abſoluta eſt donatio, niſi quæ ita fit, ut nullo caſu reuocetur. l. Senatus. §. ſed mortis cauſa. ff. de mort. cau. donat. Et alibi dicitur, non uideri perfectam donationem cauſa mortis factam, antequàm mors inſequatur. l. non uidetur, eo. tit. quod non ob aliud fit niſi quia interim reuocari poteſt, ut ibi notat. ideo Signo. conſ. 8. quæſt. ad fin. dicit ex eo tex. quòd quandiu donatio reuocari poteſt, non eſt perfecta donatio. Hincq; uidemus, appellatione donationis ſimpliciter non venire donationem reuocabilem. l. 1. in prin. & l. filiusfa. §. pari. ff. de dona. ex quibus idem Signo. conſ. 96. nu. 17. illud axioma trahit, uerbum ſimpliciter ꝓlatum magis adaptari ad ſpeciem irreuocabilem, quam reuocabilẽ. Et, ut ſcribitur in l. omnes. §. 1. ff. de reg. iur. non uidetur perfectè cuiuſquam eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt. & in l. non uidetur. ff. de acq. poſſ. nõ uidetur poſſeſſionem adeptus is, qui nactus eſt, ut eam retinere non poſſit. Nam nec poſſeſſio tradita intelligitur, quæ iure auocari poſſit. l. ratio in prin. & ibi Bar. in epitome. ff. de acti. empt. & l. 3. §. ſi quis ſeruum. ff. de ſtatulib. vbi non uidentur dati nummi, qui auelli ei, qui accepit, poſſunt. & in l. qui ſcit. ff. de ſol. qui ſic ſoluit, ut recuperet non liberatur, quemadmodum non alienantur nummi, qui ſic dantur, ut recipiantur. & in l. cùm quis. §. qui hominem. & l. qui decẽ, §. ulti. & ibi Alber. ff. eo. tit. vbi ſolutum non uidetur, quod creditori auferri poteſt, quas in id citat ipſe Albe. in d. l. nõ uidetur de acq. poſſ. Nec enim uidetur precium recepiſſe, qui alteri tenetur reſtituere. l. 1. C. de uendit. rerum fiſcal. ut & eam expendit Albe. ubi ſuprà.

10 *Non confundũtur quæ reuocari poſſunt.*

Tertiò acquiſitio dominij, quę eſt reuocabilis, non attenditur, ut ſatis ex eo patet, quòd pignus ſiue hypotheca, ſeruitus, vſusfructus non extinguuntur, nec cõfunduntur per huiuſmodi acquiſitionem reuocabilẽ rerum his oneribus obnoxiarum ſiue ſubiectarum, ab eo factum, cui debentur. l. ex ſextante, quæ eſt penultim. §. Latinus. & ibi Pe. Iac. Ra. Cyn. & Bar. ff. de except. rei iud. & l. debitor. & ibi quoq; Bar. [& Ro. col. 1. in 2. no.] ff. ad S. C. Treb. & l. legatarius. & ibi Fran. Aretin. & Iaſ. qui ex hoc dicit, id quod ſuprà aſſumpſimus, non attẽdi acquiſitionem dominij reuocabilem. ff. de leg. 1. cũ alijs multis ſi. & concord. a me latè adductis ſuprà, tit. præcedente. §. 1. gl. 7. in uerbo, *ou autres choſes cenſèes pour immeubles*, nu. 70. & quod in ſimili, & ſeq.

11 *Rei ſuæ, ſed reuocabilis, ualet legatum, aut fideicõmiſſum.*

Hinc & quarto, quod licet res mea mihi non poſſit relinqui per legatum, aut fideicommiſſum. l. proprias. C. de lega. & l. cætera. §. 1. ff. de leg. 1. nec id quidem in totum, nec in parte. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. & ibi Iaſ. in 2. not. ff. de leg. 1. Et ſi tempore teſtamenti res mihi legata non erat mea, ſed poſtea, cedente ſcilicet die, mea facta eſt ex cauſa lucratiua, extinguatur legatum. §. ſi res aliena. Inſt. de leg. Tamen vtrunq; intelligitur. ſi ita mea erat, aut mea facta eſt, ut à me auelli nõ poſſit: aliàs. n. in primo caſu ualet legatum, in ſecundo non extinguitur, ut de primo eſt text. in l. non quocunque. §. 1. & ibi Doc. ff. de leg. 1. & in l. apud Iulianum. §. ſi Titius. & ibi Doct. eod. tit. Franc. Aretin. in l. multum, col. 2. uerſi. & tenementi. ff. de ver. obl. ubi dicit ſing. text. in d. l. non quocunque. §. 1. & Iaſ. in l. ſi tibi homo, in prin. ff. eo. titu. & Philip. Dec. cõſ. 47. quod ſuprà, col. 1. Fran. Rip. in repe. l. ſi aliquam rem, col. 3. uerſ. intellige ſextò. ff. de acquiren. poſſeſſ. De ſecundo eſt tex. in d. l. non quocunque, in princip. & ibi gloſſ. & Docto. & Bar. in l. Mæuius. §. duobus, col. 7. verſ. ſextò oppon. ff. de leg. 2.

12 *Rei ſuæ, ſed reuocabilis, ualet emptio.*

Qvinto ſimile eſt, quòd licet rei ſuę nulla ſit emptio, aut ſtipulatio, vt de primo eſt text. in l. ſuæ rei. ff. de contrah. empt. de ſecundo in l. nemo rẽ ſuã utiliter. & l. nemo rem ſuam futuram. & l. ſi rem meã. & l. exiſtimo, ff. de uerb. obli. Id tamen procedit in re perfectè & irreuocabiliter ſua, alioquin ſi ab eo aliquo remedio euinci poſſit, ſecus eſt, ut de emptione eſt text. in l. cùm res. & ibi gloſſ. Bald. & Sal. uterque in epitome eius l. C. de contrah. empt. Petr. à Bel. Perti. & Pau. Caſtren. in d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum, in fi. & ibi quoque Alex. col. 1. ff. de legat. 1. idem Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 28. uerſi. item in quantum. ff. de uerbo. obli. & conſ. 100. ſuper primo dubio, col. 3. lib. 7. & Carol. Rui. conſ. 164. de plurib. nu. 4. lib. 1. & conſ. 148. caſus iſte, col. 3. nu. 7. de leg. 2. conſil. 66. quia dubia, col. 3. nu. 8. lib. 4. De ſtipulatione autem uoluit Fran. Aretin. in d. l. exiſtimo, col. 1. uerſ. Et ſecundò limitat. eo quidẽ argumento motus, quod de pignore rei ſuæ ſuprà diximus. Et idem de donatione rei ſuæ reſpondit Caro. Rui. conſ. 20. ponderatis, col. 3. num. 3. lib. 1. [& ante eum uoluit Roman. quem non allegat, in l. quòd ſi uir. quam legit cum l. dotalem, nu. 6. ff. ſoluto matrimon. ex hoc limitans l. proprias res tuas. C. de leg.] Et idẽ quoque de conductione & emptione in emphyteuſim ipſe Ruin. dict. conſ. 144. lib. 1.

13 *Rem ſuã, ſed reuocabilẽ, quis vſucapere poteſt.*

Sexto, ex eodem fonte fluit, quòd licet dominus rem ſuam vſucapere non poſſit. l. ſequitur, quæ eſt 4. §. lana. & ibi glo. ff. de vſucap. & l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. ff. de capti. & poſtli. reuer. Id tamen procedit, cùm quis eſt dominus irreuocabilis: nam ſi ab eo reuocari poſſit, poteſt vſucapere: ut declarat dict. §. ſi quis ſeruum. & ibi Barto. & gl. in d. l. ſequitur §. fructus, in gloſſ. magna, ante fin. & ibi quoque Barto. etiam ad finem. Angel. Imol. & Paul. Caſtr. circa medium, de vſucap. & ipſe Imol. in eadem l. §. lana Bal. in d. l. non quocunque. §. 1. & ibi Iaſ. qui eam gloſſ. dicit not. ff. de legat. 1. & idem Bald. in l. ſi ui, quæ eſt 3. col. 2. uerſic. ſecundò oppon. quòd iſte emptor. C. de his quæ ui metusve cauſ. fiunt. [Roma in d. l. debitor. col. 1. uerſ. item dicimus, in ſimili. & in d. l. quòd ſi uir] & Panor. in c. grauis, col. 5. uerſ. aduertendum tamen eſt, extrà de reſtitu. ſpolia. Philip. Dec. conſ. 39. cuius hęc ſuperſcriptio eſt, an detur reſtitutio, col. pen. uer. ultimò non obſt. Io. Franc. Balb. in tracta. præſcript. in 1. part. 3. partis principal. in 3. quæſt. ad prin. & iterum in 12. q. in fin. ruſumque in 4. parte 4. item partis principalis, in 35. quæſt. paulò ante fin. ubi de hoc dicit eſſe bonam glo. in l. longæ. ff. de diuer. & tempor. præſcript. ſed credo quòd uoluit allegare glo. in l. in acceſſione. eod. ti. quæ optima eſt, & eam idem allegauerat id d. 12. q. nam in d. l. longæ, nulla eſt gl. quæ huc accedat.

14 *Perfectũ dominium habere qs dicitur, cùm liberè põt alienare, uid. n. 32.*

Septimò, ad confirmationem præcedentium, quæ eò tendunt, ut probent hunc emptorem non eſſe perfectè dominum, facit & hæc ratio, quia illud non dicitur eſſe perfectum dominium, cuius prętextu quis nõ poteſt liberè alienare rem ipſam, quando alienatio prohibetur fieri in pręiudicium alterius. l. fœminę. §. illud & ibi Bald. in fin. & iterum §. ultim. C. de ſecund. nupt. & §. 1.

uerſ.

uerſ.nobis.ergo,in fin.cùm dicitur,quemadmodum per fectis dominis competit.& ibi Ang.col. 1. uerſ.ibi quẽadmodum,in Auth. de reſti.& uoluit etiam Fran.Areti. in l.ſi quis vi.§.1.col.pen.uerſ. ſed iſta diffinit.ff.de acq. poſſeſſ.& conſil.19.ex facto,col.2.uerſi. ſed remanet. & Ant.Rub.conſil. 27. difficultas, poſt princ. Hic autem emptor,qui emit cum pacto reuendendi, non poteſt liberè aut certè irreuocabiliter alienare,quin ſcilicet poſſit auocari & repeti à priori uenditore, ut voluit Paul. Ca.in l.ſi cùm uenderet.ff.de pig.act.& Guid.Pap.conſ. 49. principale dubiũ, & pleniſſimè diximus ſuprà. eod. tit.§.1.in verbo,*ſeront perferès*,nu.6. at in pacto. & dicemus infrà,eod.in §.3. in princ.

15 *Tẽpus non currit,niſi contractu omnib. modis abſoluto.*

Octavò ad hanc ſententiam facit text.not.in l. tali. ff.de iure doti.ubi ſi quis promiſit dare decem intra annum nomine dotis, is annus non ſtatim currit ex die ſtipulationis, ſed ſolùm ex die nuptiarum, quod non ob aliud fit, quàm quòd tunc demum cõtractus ipſe eſt omninò perfectus & conſummatur,ut hinc intelligas,tempus non currere, niſi à contractu omnibus modis abſoluto, & illum tex. dicit ſing. Ro.in l.1.in prin.ff. ſi quis caut.& Ang.Aret.in §.actionum autem, col.3. uerſ. unũ tamen tene menti.Inſti.de act.Sed Iaſ. in l. ſi cui legetur, in prin. col.3. uerſ. extra gl.ff.de lega.1. dicit eſſe ſimilem tex.in l.ſi ita quis promiſerit,in prin.ff.de uerb.obl. ſed (vt dicam quod ſentio. & verum eſt) non magis illi text.inuicem conuenit quàm κυνὶ καὶ βαλανείῳ,id eſt,cani & balneo. Sed ut redeamus, cũ adhuc ius eſt venditori reſtituto precio contractum reſoluere, non poteſt interim dici is contractus omnibus numeris eſſe perfectus, & conſummatus.

16 *Tẽpus ſoluendi precium non currit,niſi re tradita.*

Nonò. quod per text. in d.l. tali. in prin. ff. de iur. dot.voluerunt Bar.Bal.Ang.Raph.Flor.Pau.Caſt.Alex. Fran.Aret.& Iaſ.in d.l.ſi cui legetur.in prin.ff. de leg.1. quòd ſi emptor promiſit ſoluere precium intra annum, à die contractus computandum,non currit ei tempus ante traditionem rei factam à uenditore,quo tempore cõtractus habet ultimam perfectionem. & idem quoque uoluit Bald.in Rubr. C.de contrah. empt. col.vlt.in 23. q.Bal.in l.2.in fin.eodem tit Imo.in d.l. ſi cui legetur.§. 1.& Fran.Aret.conſ.93.conſideratis maturè,col.ulti.cũ alijs concord.à me traditis ſuprà,tit.præcedente. §.1. in verbo,*dedans l'an*,in 20.quæſt.Et hanc ſententiam multis rationibus, confirmat Iaſon in ea l. ſi cui legetur, in princ.ut ibi uidere poteris.

17 *Res uendita ſub pacto legis com. vel addict. in diem connumeratr in patrimonio.*

Decimò, huc ſpectat text. in l.ſtatuliber. ff. ad leg. Falcid. ubi ſi mortuo teſtatore ineunda ſit ratio æſtimationis patrimonij pro computatione legis Falcidiæ,res ab ipſo teſtatore vendita ſub pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis,ſiue mauis, addictionis in diẽ connumeratur in patrimonio ipſius uẽditoris nõ emptoris,quod non ob aliud fit,quàm quia ſpes eſt rem ipſam reuerſuram ad uenditorem eueniente conditione, ideo non uidetur ea res ab eo receſſiſſe,ſed manſiſſe,adhuc in patrimonio ipſius, ut etiã tradit Paul. Caſtren. & Alex.ibi.

18 *Duæ dilationes non ex eodem fonte procedentes, non cõfunduntur,uide nu. 61. & ſeq.*

Vndecimò, quando duæ dilationes non procedunt ex eodem fonte, vt in hoc caſu, ubi vnum tempus datur ex pacto & conuentione contrahentium, aliud ex ſtatuto vel conſuetudine,impoſſibile eſt, ut unum tempus alterius loco ſubrogetur, nec quod unum in altero confundatur, ſed alterum alteri ſuccedit, ex doctrina Baldi in l.ult.paulò ante fin. C.de executio. rei iudi. qui id probat ex eo,quòd in conſtituta pecunia debitor habet decem dies.l.promiſſor Stichi.§.1.ff.de conſtit.pec. & tamen habet aliud tempus,quod datur iudicatis,ſicut & debitor in diem, qui condemnatur,tranſacto die, habebit etiam tempora conceſſa condemnatis. Quod ita confirma,nam quæ origine ſunt diuerſa,eadem quoque ſunt & proſecutione & effectu. l.nunquam. ff. de priua. delict.& l.ſi mater.§.1.& §.eandem.ff.de except.rei iud. Ideoque tempora à diuerſis diſpoſitionibus limitata, debent ut ſeparata cenſeri, & unum in altero non confundi,arg.l.generaliter.ff.de fideicom.liber. & l. non eſt nouum.ff.de act.empt.

19 *Excluſio, Vnde liberi,non inducit excluſionem, Vnde agnati,uid. nu. 61. & ſeq.*

Hinc fit & duodecimò,quòd licet deſcendentibus detur annus ad cognoſcendam bonorum poſſeſſionem, Vnde liberi,vel Vnde agnati, uel Vnde cognati. l. 1. §. largius tempus.ff.de ſucceſſ.edic. ſi tamen filius anno tacuerit,excluditur tantùm, à primo capite, Vnde liberi, non etiam à ſecundo,Vnde legitimi.d.l.1. §. ſed uidendum eſt.& uoluerunt glo.& DD.in l.ſi emancipata. C. de iur.& fac.ign.& Oldr.conſ.203.factum tale eſt, collata fuit eccleſia,in 2.dubio.& Io.Andr.in addi.Spec. in Rubr.de conceſſ.præbend.colum.4.uerſic. item licet annus.

20 *De eodem.*

Sed & hinc quoq; & decimotertiò prodit, quod à Bar.reſponſum eſt conſ.129.quidam habuit vxorem, in 2.dub.quòd filia, quæ intra 30. annos potuit adire ſucceſſionem matris ex capite liberorum, & ita excludere tranſuerſales,ſi non adijt intra id tempus,poteſt & intra alios 30. annos adire ex generali capite legitimorum, per d.§.ſed uidendum eſt. Et id ſequuntur Bal. Angel. Paul.Caſt.Alex.qui id dicit ſing.Corne.& Iaſ. in l.licet. C.de iure delib. Vbi ex hoc quoque dicunt, quòd filia, quæ non adijt hæreditatem matris ex teſtamento intra 30.annos, poterit adire ab inteſtato intra alios 30. annos.Id quod ẽt tenet Saly.ibi,licet nõ ſequatur Bar.in d. conſi. Tenent idem Bald.in Rubr. C.qui admit. col.4. uerſ.ſextò quæritur.Rapha.Com.Paul.Caſt.qui id dicit mirabile. Alex.& Franc.Are.in l.quamdiu prior, quę eſt 3.totius tit.ff.de acq.hæred.Paul.Caſt. & Franc.Aret. in l.Pantonius.ille col.2.uerſ.in glo.1.hic col.3. uerſ.extra glo.ff.eod.tit.Raph.Fulgoſ.in l.vlt.C.qui admit.Cæpol. caut.167.ſecundum poſtremam computationem,incip. nota auream cautelam,ubi id dicit ſing.& Alex. conſil. 89.uiſo puncto & inſtrumentis, col.2.uerſ. nec obſtabit dictis agentibus,lib.2.& conſ.ſeq.in cauſa & lite, col.2. uerſ.nec ad hoc obſt.eod.lib.2. ubi id dicit ſing. Corne. conſ.70.duo ueniunt,col.3.uerſ.tamen licet filia, lib.4. Iaſ.qui & hoc quoque dicit ſing.in d.l.ſi emancipata,ante fin.C.de iur.& fac.ignor.& in l.1.col.pen.uerſ. & pro iſta.C.qui admit.& conſ.34.ad motiua,col.2. uerſ. non obſt.etiam lib.1.ubi id dicit not. atque ita de hac re loquitur, ut excluſus ex teſtamento per lapſum 30. ann. poſſit intra alios 30.annos uenire ex capite,Vnde liberi, & intra alios 30.annos ex capite,Vnde agnati, & intra alios quoque ex capite,Vnde cognati: & ita non omninò excludetur,niſi elapſis centum uiginti annis. & idẽ Iaſ.conſ.84.omiſſa.col.antepen.uerſ.circa tertium, lib. 1.& Carol.Ruin.conſ.24. ſuper his, poſt princip.lib.1. Guid.Pap.ſing.89.& Catel.memor.incip. iuri adeundi. Franc.Balb.in tract.præſcript. in 19. q. princ.4. partis,4. quoque part.princ.& Bened.in repet.cap.Raynutius, in verbo,& uxorem,&c.num.126.& ſeq.de teſta. & Ludo. Gozad.conſi.56.circa primum,col.2.uerſ.quib.

*Qui non adijt ex teſtamẽto intra 30. annos, poteſt adire ab inteſtato intra alios 30. annos, uid. n.64.*

21 *Nõ ſufficit una nunciatio diuerſis operibus. Nec una abſolutio diuerſis excommunicationib. Nec una abolitio pluribus bannis. Nec pluribus accuſationibus.*

Decimoqvartò, retractus conuentionalis reſpicit commodum ſolius uenditoris.l.2.C.de pact.inter empt.& id per ſe perſpicuum eſt. Tempus autem retractus conſuetudinarij reſpicit commodum cõſanguineorũ,fauore ſcilicet familiæ & conſanguinitatis,quod & ipſum clarum eſt. Igitur lapſus eiuſdem temporis non debet operari diuerſos effectus,atque diuerſas præſcriptiones, ſicuti nec una nunciatio noui operis extenditur ad diuerſa opera. l.de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de nou. oper. nunc. Nec una abſolutio ſufficit duabus excommunicationibus,c.cùm pro cauſa.& c. officij, de ſenten.excomm.& c.ex parte,de offic.ordi. Alber. in d.§.ſi in pluribus.& ibi Bart.& Alex. col.2. qui adducit multos concord.quos ibi uidere poteris. Quibus adde ipſum Albe.in l.ſtatuliber.ff.de ſtatuliber.Nec una abo-





*Nec una appellatio pluribus ſententijs. Nec pluribus cõdemnatis. Nec una citatio pluribus cauſis. Nec una aditio pluribus hæreditatib. Nec una pœna pluribus delictis.*

litio pluribus bannis.Cyn.& Iac.Are.in l.vlt.C.de nupt. per tex.in d.§.ſi in pluribus.Dy.& Albe.in l.1.§.ſi plura. ff.ad S.C.Turpi.ubi & tex. eſt, non ſatis eſſe unam abolitionem pluribus,etiam aduerſus eundem,accuſationibus,& repetitur ille tex.in §.notandum,uerſ.ſi plura, 2. q.4. Nec una item appellatio ſufficit pluribus ſentẽtijs. l. cùm in una. ff. de appe. Sicuti nec pluribus ſeparatim condemnatis,etiam ex eadem cauſa.l.ſi quis ſeparatim. & ibi Iac.Dyn.& Alberi.eodem tit.Nec una citatio, aut alia iuriſdictionis perpetuatio, pluribus cauſis, ſiue capitibus,gloſſ.& Doct. in cap.licet extrà de offic. delega. Nec una aditio diuerſis hæreditatibus, ut per d. §. ſi in pluribus reſpondit Paul.Caſtren.cõſ.254.æquiuocatio, col.2.li.1.Nec una pœna diuerſis delictis.l.ult.§.id quoque.C.de mod.mulcta.& l.illud.§.1.ff.ad leg.Aquil.vbi id optimè declarat Alber. Nec uni debito plures compenſationes fieri poſſunt.l. quod Labeo. & ibi Albe. ff. manda.Et alia quædam ſimilia à Ioan. And.in c.cùm in cũctis,col.4.uerſ.legiſtæ diſputãt,ext. de elec.in Nouel.

22 *Non fit cumulatio ſummarũ ad hos effectus, ſcilicet ad impediẽdam iuriſdictionem. Ad donationem inſinuandã. Ad impediendũ appellationem, uide nu. 68. Ad augendam pœnã. Vnus plurium procurator nõ habet plures uoces.*

Qvibvs ſuccinit,quòd nõ fit cumulatio ſiue coaceruatio diuerſarum ſummarum, ad impediendam iuriſdictionem.l.ſi idem.in princ.ff.de iuriſd.omn. iudic. Nec ad donationem inſinuandam.l.ſancimus.C.de donatio. Nec ad impediendam appellationem,ſi ex ſtatuto non licet appellare à ſententia non excedente certam ſummam,& quis uno libello conuentus ad plures & diuerſas ſummas,quarum ſingulæ ſunt infra eam ſummã, uniuerſæ autem eam excedunt, poterit nihilominus appellari,ut in ea ſpecie reſpondit Alex.conſ.97.uiſo themate,in 1.dubio,lib.7. ubi in id multa allegat. Nec ad exaggerandam ſiue augendam pœnam. verbi gratia, ſi bannitus pro centum poſſit impunè offendi (nam ſunt id genus ſtatuta apud Italos) & ſi quis fuerit banitus ſemel pro quinquaginta,iterumq́ue pro alijs quinquaginta, non poterit offendi.Bart.in l.ubi ſi fideiuſſor, per tex. & gl.ibi.ff.de ſolutio.& in l.2.in fi.ff.de condi.inſti. Bal. in d.l.ſancimus.§.ſi quis autem.l.1.ad fin.poſt Rayn.ibi. C.de donat.& in l.nam & ſi fur. §.ult.ff.ſi cert. petat. & in cap.in omni,col.1.extra de teſtibus. ubi in id dicit ſolennem glo.in d.l.ubi fideiuſſor. Ipſe Bald. Ang. & alij in d.l.ſi idem,de iuriſd.omn.iud.idem Angel. in l.ſi plures.ff.de pactis.idem & Imol.in l. quoties in ſtipulationib.ff.de uerb.oblig.& in d.l.ſi qui ſeparatim, §.1. ff. de app.Petr.Aneh.Imol.& Bart.in c.pen.de dona. Idem Imol.in l.ſi teſtamento,in prin.ff.de leg.1.Alex. d.conſ. 97.col.2.lib.7. Barbat.inter conſi.ipſius Alex.conſ.135. eodemq́ue ult.colum.1.lib.4.ubi & alia multa affert. Quibus & tu adde quod ſcribit Fulgoſ. conſ.118. quòd procuratores,colum.ult. unum etiam à pluribus conſtitutum procuratorem non habere plures uoces (quas uocamus) in conſilio.

23 *Tẽpus ſoluendi datũ ex priuilegio,nõ currit niſi poſt tẽpus conuentionale, uide nu. 69.*

Decimoqvintò his concinit, quod ſcriptũ eſt à Petr.à Bellapert.Oldr.Cyn.Alber. Bal. Angel. & Alex.in l.ult.C.de repud.hære. quòd ſi cruce ſignatis cõceſſum eſt priuilegium,ne teneantur ſoluere debita creditoribus uſque ad triennium: & ſi quiſpiam ex his habebat ex pacto creditoris dilationem quinquennij ad ſoluendum,illud triennium nõ incipit currere, niſi poſt illud quinquennium conuentionale,arg.illius text.uerſ. ſin autem uel minor,ibi,poſt impletum quadriennium. & ad hoc quoque allegat Alber. l.2. §. nec temporalem. & gl.ibi C.de tempor. appell. Et idem tenuit Io. Cald. in ſua diſputatio.incipien. ſacerdos quidam priuilegiatus. Et his adde quod per illa iura tradit ipſe Alber. in l.ſiue pars,col.vlt.verſ.item quæro de quæſtione. C. de dilatio.quòd ſi iudex cuipiam ſtatuerit dilationem octo dierum,& elapſis quinque diebus, iterum ſtatuerit dilationem octo dierum, iſta ſecunda dilatio currit tum demum tantùm,cùm prior finita fuerit,& ſe dicit ita obtinuiſſe ex facto.

24 *Fruſtra fit per plura, &c.*

Decimosextò his ſuffragatur hęc ratio, fruſtrà fit per plura,quod fieri poteſt per pauciora, ex ſententia Ariſtotelis ab omnibus approbata. & Bal. inter cæteros, in l.ult.col.2.in 2.q.C.de compenſ. & Philip.Dec. in ca. cùm inter,colum.antepen. verſ. ſextò ulterius, extrà de exceptio. Ex quo & illud oritur, quod noſtri dicunt, circuitum eſſe vitandum, l. dominus teſtamento. ff. de condic.indeb.& Clem.auditor,de reſcript.cum concor. vbique adductis per glo. atque etiam not.per glo.& Doctor.in l.cùm fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cert.pet.quibus adde text.in l.ita ſcriptum ſit. & ibi glo. ff.de ſtatu lib. Sed illud perſpicuum eſt, quòd ſi conſanguineus teneretur uenire intra tẽpus reuenditionis, re ipſa retracta,& ſibi vendita, teneretur iterum reuendere venditori,& ſic eſſet quidam ueluti circuitus, & contractuum inutilis multiplicatio. Leges autem noſtræ vbique reijciunt inutilia, ſuperflua, ocioſa, ut latè docebimus in noſtro tracta.cui titulum nuncupauimus, Nihil fruſtrà.

*Circuitus uitandus, uide n.71.*

25 *Tẽpus non currit,niſi conditione impleta.*

Decimoseptimò facit text.in l.bouem.§.ult. ff.de ædil.edict. ubi ſi ſub conditione homo emptus ſit, redhibitoria actione ante conditionem exiſtentem inutiliter agitur,quia nondum perfecta emptio arbitrio iudicis perfecta fieri non poteſt.& in l.1.§.annus, ff.quan. de pecul.acti.an.eſt.ubi ſcribitur, annum computandũ, non ex quo emancipatus eſt,ſed ex quo peti potuit,conditione exiſtente.& in l.pen.§.procedit. ff. de excu.tuto. vbi quinquaginta dies dati ad excuſandum,non currunt niſi conditione impleta.& quæ latè diximus ſup.tit. præced.§.1.in uerbo,*dedans l'an*,in 8.q. Ex quo & Bal. in l. acceptam,col.ult.in 24.q.C.de uſur.tradit ius offerendi precium,non currere pendente conditione.Et ſi dicatur, hunc contractum factum ſub lege reuendendi non eſſe conditionalem,tamen cùm ſit in facultate venditoris eũ reſoluere reſtituto precio, uidetur in effectu eſſe conditionalis,propter illam ſuſpenſionem,& incertitudinem, per ea quæ not.Bart.in l.1.ff.de condit.& demonſt.Ideo & tex.in l.2.C.de pact.inter empt.& uendit. loquens de huiuſmodi pacto, utitur uerbo conditionis, cùm dicit, Teq; parato ſatisfacere conditioni.

26 *Tẽpus non currit ſecundo gradui,quandiu patet locus primo.*

Decimooctavò, quandiu incertum eſt,an is, qui primo loco ante cæteros eſt admittendus, uelit admitti,non currit tempus ſequenti in gradu. d.l. quandiu prior,quæ eſt 3.eius tit.& iterum l.quandiu inſtitutus.ff. de acquir.hæred. Nam primo loco ita ſcribitur: Quandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt,ſubſtitutus non poteſt. Secundi autem hæc uerba ſunt: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtituto locus non eſt. Et in idem quoq; tex.eſt in l.quandiu poteſt,eo.tit. & l.cùm in teſtamento, in princ. ff. de hæredib. inſtit.& l.ſi mater.§.1.ff.de vulg.& pupil.& l.2.§. defertur. ff. de bono.poſſ.ſecun.tab.& l.antequam. C. com. de ſucceſſ. cum infinitis propè ſimilibus. Atqui uenditor veniens intra tempus reuenditioni præſtitutum præfertur conſanguineo, ut dictum eſt ſupra §. 1. Igitur quamdiu is admitti poteſt, non currit tempus conſanguineo. Et id quoque confirmat optimus text.in l. ſi plures. ff. de iure delib.ubi cùm plures ſunt gradus hęredum,ſingulis per ſe præfiniendum eſt tempus deliberationis.

27 *Iuri impedito renunciari non põt,nec expreſſe,nec tacitè.*

Decimononò, cùm quis habet ius impeditũ, quo ad effectum ipſius iuris, ita, ut liberè non poſſit id ius conſequi,non poteſt illi iuri renunciare, ſecundum Bart.Alex.cæteroſq́ue recentiores,in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred. Ex quo ſequitur, quòd nec tacitè ei præiudicatur ex lapſu temporis, quod tacitam ueluti renunciationem inducit,ut not.in l.ſi ego.ff.de neg.geſt.& diximus latè ſupra,eo.tit.§.1.gloſſ.2.in uerbo,*à tel temps*, num.51.ad hęc cùm venditor,& ſeq.& tit.pręced.§.3.in gloſſ.4.in uerb.*ne ſerà plus receu*,num.2. contrarium, ne ſcilicet plus operetur, pluſq; momenti habeat tacitum

quam expreſſum, contra not. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. cum ſi. Hìc autem impeditur conſanguineus, ne poſſit conſequi rem liberam & irreuocabilem pendente tempore reuenditionis, cùm ei præferatur uẽditor, ergo interim ei tempus non currit

28 *Datum nõ uidetur, quod auferri põt. Nec quæſitum.*

VIGESIMÒ, datum non uidetur, quod auferri poteſt. l. qui concubinã. §. ſi hæres. ff. de leg. 3. & l. Iulianus. §. 1. ff. de uerbor. oblig. Nec è diuerſo acquiſitum cenſetur, quod item auferri poteſt. gl. in d. l. non quocunque. §. 1. ff. de lega. 1. quæ hanc dicit eſſe illius §. rationem, quo cauetur rei ſuæ, ſed reuocabilis ualere legatum, ut diximus ſuprà, in 4. ratione, & allegata ea gl. l. nemo. ff. de in integr. reſtitu. qua è diuerſo probatur, non uideri perditum, ad quod quis poteſt reſtitui. & ſimile eſt ei, quod diximus item ſuprà, in 2. ratione, eum non uideri poſſeſſionem fuiſſe adeptum, qui ita nactus eſt, ut ab eo auferri poſſit, quæ omnia propè colligit Iaſ. in d. l. non quocunque, in prin. Et facit etiam quod not. in l. ſi ui, in uerbo, in rem. C. de his quæ vi metusve cau. ſi.

29 *Vna cauſa aliam non abſorbet, cùm in vnum tẽpus concurrũt ordinatim uide num. 82. & ſeq.*

VIGESIMOPRIMÒ, ubi plures cauſæ concurrunt in unum tempus, & ordinantur ex tempore, ut ſcilicet una poſt aliam ordinatim procedat, tũc una aliam non abſorbet. l. in operis. ff. loca. & c. ſi propter, ſecundum intellectum Ioan. And. ibi, de reſcrip. lib. 6. Hincq; Oldr. conſ. 237. plures ſunt, col. 1. & poſt eum, quamuis ſubticeat, Io. Andr. in additio. Spec. in Rubr. de conceſſ. præb. col. 2. illam ueluti regulam tradunt, quòd quoties aliqui non eiuſdem ordinis & gradus vocantur ad aliquid, cum temporis limitatione, intelligũtur ſucceſsiuè uocati, ita ſcilicet, ut omnibus ſimul non currant tempora, ſed quiſque gradus habeat ſuum tempus, ſiue id tempus ſit à lege præfixum, l. ſi plures gradus. ff. de bon. poſſ. §. ult. Inſtit. eod. tit. & l. vlt. C. qui admit. & c. ne pro defectu, extrà de elect. & c. 2. extrà de conceſ. præbend. & c. ſi pluribus, de præben. lib. 6. Siue etiam id tempus ſit præfixum ab homine. l. ſi plures ſint gradus. ff. de iure delib. & melius in l. quamdiu. ff. de acq. hæred.

30 *Quilibet expectantiũ habet unam menſem, uide nu. 82. & ſeq.*

VIGESIMOSECVNDÒ, quod illa ratione & alijs quibuſdam, quas non multùm refert huc adducere, tenẽt ipſi Oldr. & & Io. And. ubi ſuprà, quòd ſint plures expectantes præbendam, cum illa clauſula, quam intra menſem à die uocationis duxerint acceptandam, quilibet horum expectantium ſecundum ordinem impetrationum habebit unum menſem, ſcilicet primus primũ, ſecundus ſecundum, & ſic deinceps, nec enim unus omnibus currit. Et hanc quoq; ſententiam ſequitur Steph. ſubdubius tamen, vt qui tandem videtur relinquere diſputationi, dicitq; vidiſſe ſe pro vtraque parte in Curia iudicari. & apertius Io. Ligna. & ſubobſcurè etiam Imo. in Cle. 1. de conceſ. præben.

31 *Vnũ tempus non operatũ circa duos actus ſucceſſiuos. Vnum tẽpus nõ operatur obliuionem & præſcriptionem.*

VIGESIMOTERTIÒ, his quoq; ad ſtipulatur & aliud propè ſimile axioma, traditum à Bart. conſ. 137. ſtatuto communis Gualdi, col. 1. quod unum & idem tempus non poteſt operari effectum circa duos actus, quorum unus ſucceſſiuè uenit ad alium, per d. l. ult. C. qui admit. ad bonor. poſſ. & l. eum qui. C. de inoffic. teſta. Et probatur (inquit) in ſimili: quia tempus, quo completur læſio in abſentia, & ſic operatur unum effectum, non computatur in tempore petendę reſtitutionis, & ſic non operatur alium effectum ſucceſſiuum ad primum, ut not. gloſſ. in l. ab hoſtibus. §. ſed ſi ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maio. Et facit, quod tradit Dyn. in ca. ſine poſſeſſione, ad fi. de reg. iur. lib. 6. quòd primò requiritur curſus vnius temporis ad inducendam obliuionem, & poſteà incipit currere aliud tempus ad præſcriptionem. Subditque facere, quod not. in l. 1. in gloſ. magna, in fi. C. de ſer. fugiti. Et ex hoc reſpondit in eo conſ. curſum vnius anni non priuare hæredem, non implentem uoluntatem defuncti, hæreditate, in caſu ſtatuti, de quo ibi loquitur, vt apud eum uidebis. Et hęc omnia ex eodem, nu. tamen conſ. non deſignato, retulit, & ſecutus eſt Ro. cõſ. 222. pro plena. col. 2. uerſ. ſecundò poſt hoc.

32 *Qui tenuerunt in noſtro caſu tẽpus non currere.*

POSTREMÒ, hanc partem in caſu noſtræ conſuetudinis, (ut tandem ad eam redeamus) vt ſcilicet tempus retrahendi non currat conſanguineo, quamdiu ex pacto appoſito in uenditione ius eſt uenditori redimendi, id eſt, non niſi finito tempore in id prętituto, nuncupatim tenuit Boer. in commenta. conſuetud. Biturigum., titu. *de retraict.* §. 1. in glo. 1. in vlt. q. & deci. 112. an tempus, col. 1. ubi ita dicit fuiſſe ſæpius iudicatum in Curia Burdigalenſi. & Igneus in repe. l. dudum, col. 22. uerſ. diximus ſuprà quòd uirtute, cum multis ſeq. C. de contrah. empt. & Chaſſe in cõmenta. conſue. Burg. ti. *de retraictz.* §. 5. ad fin. & Sainxon in conſuetu. Turoniæ, eod. tit. §. 1. in 4. q. Ferronus. in conſuet. Burdiga. eod. tit. §. 1. col. vlti. & iterum. §. 12. in prin. utrobique tamẽ nutans. In eamq; ſententiam ſunt expreſſæ multæ conſuetudines Francię, uidelicet apud Aurelianenſes, cap. 295. Turonenſes titu. *de retraict*, c. 2. Cenomanenſes, c. 361. & expreſsiùs ca. 372. atque iterum c. 403. Andegauenſes, c. 362 & 370. & 393. Borbonienſes, c. 423. Bleſenſes, c. 206. Aquitanos Burdigalenſes d. c. 12. huius tit. Niuernenſes, c. huius tit. 9. & Altimarchienſes, ca. 177. Marchienſes, c. 284. quod eſt 24. huius titu. Lorrienſes in præfectura Montargij hoc titu. §. 16. Lodunenſes titu. *de retraictz lignagiers.* §. 1. in fi.

*Conſuetudines.*

33 *Qui cõtra tenuerunt currere.*

VERVM ſunt alij diuerſæ ſententiæ, ut ſcilicet currat tempus ſtatim à contractu, non expectato tempore reuẽditionis, ſcilicet Io. Fab. noſtratium facilè princeps, in §. 1. in fin. Inſtit. de emp. & uendi. ubi tamen dicit contrarium ſeruari de conſuetudine multorum locorum, [Aegid. Bellamer. in c. cõſtitutus. col. 12. uerſ. tertia pars. de reſtit. in integ.] & Guid. Pap. qui & facilè in practica ſecundum locum obtinet, deci. Delphi. 257. cauetur de conſuetudine, verſ. ſed iuxta præmiſſa. Sebaſt. Neapodanus, cuius magna eſt apud Neapolitanos autoritas, in tractatu Iuris congrui, in uerbo, emit, & non obſcurè Matth. Afflic. in tract. Protomixeos, in uerbo, licet enim ſuprà diximus, col. 6. uerſ. item quæro de alia quæſti. & in deci. Neap. 338. nobilis Petrus, ad fin. & Io. Montolo. in Promptuario vtriuſq; iuris, Tomo 1. in uerbo, redimere, uerſ. ſecundo. Et in hanc quoq; partem ſunt aliæ, præter noſtram, conſuetudines, videlicet Aruernorum, tit. *de retraict*, c. 14. Burgundionum, eiuſdem tit. c. 5. Comitatus Burgundiæ, tit. *reachaptz.* §. 4. Idemq; cenſuiſſe uidentur aliæ conſuetudines, quæ ſimpliciter ſtatuunt, res uenditas cum hoc pacto, cadere in retractatum conſanguineorum cum onere eius pacti: vt apud Trecenſes, c. 149. & Caluimontenſes in Baſſigniaco, c. 117.

*Cõſuetudines in hãc ſententiã.*

34

ET hanc partem (ut meum quoque interponam iudicium) veriſſimam eſſe puto. Nam hæc conſuetudo noſtra, cæteræque ſimiles, retractum conſanguineorum inducentes, loquũtur ſimpliciter de contractu uenditionis, aut de uenditione, hoc ſcilicet modo, ut liceat conſanguineo uenditoris, intra annum à uenditione, ſiue contractu uenditionis, uel poſt uenditionem, retrahere uenditam, reſtituto eius uenditionis precio. Hæc autem uenditio eſt, & ea quidem perfecta, abſoluta, conſummata omnibus numeris, præſertim ſi ad traditionem proceſſum ſit, non obſtante eo pacto. Quod ex duobus manifeſtius fit, quàm ut amplius ullus ſit dubitationis locus. Primùm, quia emptor confeſtim quàm hæc uenditio facta eſt, & res ei tradita, fit dominus, & facit fructus rei uenditæ ſuos, nec eos tenetur reſtituere, re etiam à venditore redempta: vt patet ex l. 2. & ibi Bald. & Pau. Caſtr. C. de pact. inter empt. & uendi. cum alijs multis concord. à me adductis infrà eo. titu. §. 5. in gloſſ. 2. Id quod non faceret, niſi eſſet dominus. nam illud regulare eſt, ut fructus dominium ſequatur. l. fructus, & l. in fundo, & l. ex diuerſo. ff. de rei vendi. & l. Herennius. ff. de

*Venditio cũ hoc pacto perfecta eſt omnibus numeris.*

vſur.



vſur. & Angelus loquens de hoc caſu, conſ. 55. ex pacto de reuendendo.

35 *De eadem re.*

SECVNDVM quod hic emptor, qui ſcilicet emit cum hoc pacto, poteſt eo non obſtante alteri rem pignorare, uẽdere & dominium transferrę: & ita quidem vt ex communi noſtrorum opin. non poſſit primus uenditor ab hoc ſecundo venditore rem ipſam redimere: ut uidere licet apud Alex. conſ. 10. uideretur fortaſſe, per totum li. 1. & latiſſimè Fran. Cur. ſenior conſ. 12. Lucius Titius, et affatim diximus ſuprà, in §. 1. in uerbo, *ſeront preferez.* Ex quo etiam colligitur, quòd emptor medio tempore dominus erat, ut in ſimili dicitur in l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem addict. neque enim dominium aliter transferre poſſet, niſi & ipſe dominus eſſet. l. traditio, in prin. ff. de acquiren. rer. domi. Quid igitur hìc deeſt ad perfectionem uenditionis, cùm emptor ex ea ſit factus dominus, faciatque fructus rei ita uenditæ ſuos, iam ex tempore eiuſdem uẽditionis, eamq; poſſit ad alios transferre?

36 *Reſponſiones ad 1. 2. 3. 4. 5. & 6. rationes prioris partis. Nõ minus quis eſt dominus, ꝗ ab eo res auocari poſſit.*

SED & ueritas eius rei multò illuſtrior fiet agitatis & diſcuſsis rationibus & argumentis contra hanc ſententiam adductis. Igitur ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. quorũ hic cardo eſt: quòd emptor, qui emit cum hoc pacto. non eſt dominus irreuocabilis, cùm ab eo res ipſa redimi auelliq; poſſit: ideoq; non debet cenſeri perfecta uenditio, nec res eſſe extra familiam uenditoris, cum ipſe redimere poſſit: reſpondeo, non minus quempiam cenſeri dominum alicuius rei, quòd ab eo ex quadam conditione abire poſſit. l. non ideò. ff. de rei uendic. ubi non ideò minus rectè noſtrum eſſe uendicamus, quòd abire à nobis dominium ſperetur, ſi conditio legati uel libertatis extiterit. & l. 1. §. ſerui. ff. de Senatuſcon. Syllan. ubi ſeruorũ appellatione continentur, qui ſub conditione ſunt legati: nam interim dum ſcilicet conditio pendent, hæredis ſunt: nec quòd conditio poſteà exiſtens, efficit vt deſinant eſſe hæredis, facit, ne interim videantur eius eſſe. & l. ſi fur. ff. de vſufr. ubi ita ſcribitur, Exemplo rei ſub conditione legatæ quæ interim hæredis eſt exiſtente aũt cõditione ad legatarium tranſit. & l. & poſt litem. §. 1. ff. famil. erciſ. ubi idem propemodum text. & l. ulti. §. ſed quia. C. com. de leg. vbi & res legata ſub conditione interim alienari poteſt, quia hæredis eſt. & l. ſi ſeruus furtiuus, in princ. ff. de condi. furti. ubi ſeruus fugitiuus, ſub conditione legatus, interim poteſt ab hęrede condici. & l. ſi quis ſeruum. ff. de noxa. acti. vbi ſi quis ſeruum, pignoratum, deinde à debitore ſurreptum, emerit ab ipſo debitore nomine eius furti tenebitur, licèt Seruiana poſſit ei homo auocari. Idemque etſi à minori quis uigintiquinque annis emerit vel in fraudem creditorum ſciens. Hi enim quamuis auferri eis dominium poſſit, interim tamen conueniendi ſunt. & in l. ſciendum. §. ſi fundum. ff. qui ſatiſd. cog. ubi poſſeſſio fundi controuerſi, & alteri iam per ſententiam adiudicati, à qua appellatum eſt, releuat ab onere ſatisdandi: nec ad rem (ut ibi dicitur) pertinent, quòd euinci ea poſſeſſio poſſit. Et illum primum text. videlicet in d. l. non ideò, ad hoc expendit Paul. Caſtren. loquens in caſu retractus, licèt ad aliud propoſitum, conſ. 430. circa primum quæſitum, in 2. dubio, non ſemel. lib. 2. ubi & hanc rationem adijcit, quia multa poſſunt accidere, propter quæ res ipſa non aufertur. l. naturalem. §. 1. in fin. ff. de acquiren. rer. dom. Sed & argúm. multarum ex illis ll. Oldra. conſi. 203. factum tale eſt, collata fuit, in 1. dubio, reſpondit beneficiarium, ſiue, vt cum noſtris loquamur, eum qui obtinet beneficium eccleſiaſticum, non minus iuris in beneficio habere, quòd id uacaturum iuſta ratione ſperetur: poſſeq; id ipſum interim cum alio permutare, atq; ita uacationi anteuertere.

37 *De eadem re.*

CVI rationi poteris multa addere, quæ latè ſcripſimus in noſtris Legib. connubialib. gl. 2. in uerbo, *en pouuoir de ſon mary*, in 1. quæſtio. qua diſſerimus, utrum ſponſa ſit in poteſtate ſponſi, vt vxor mariti: quibus planè oſtendimus non inſpicienda eſſe, nec conſideranda quæ ſperantur, aut fieri poſſunt: niſi ea ſint certa & infallibilia. Sed quibus addere quoque potes. l. quemadmodum. §. ſi nauis, ver. idemq;, ibi, cùm incertum ſit, an caperent. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. ff. de in lit. iurã. quo probatur, qualitatem rei non mutari ex eo quod contingere poteſt & ad hoc eum tex. expẽdunt D. à Rota, deci. 445. ſi legatur, col. 1. in nouis, & Matth. Afflict. deci. Neapo. 385. dubium nonum, ad finem. & quod tradit. Pau. Caſt. in l. non vtique. §. vlt. circa medium. ff. de eo quod cer. loc. quòd multa interuenire poſſunt, ne quis lucretur, etiam mercator. & ſequitur Matthæ. Afflic. deci. Neapo. 20. quidam nobilis, circa medium. & allegant vterque d. l. naturalem. §. 1. & d. §. ſi nauis, Adde idem text. in l. plerumque. ff. de reg. iur. qui huiuſmodi eſt, Plerumque fit, vt ea, quæ à nobis poſſunt adire, perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent. Hęc ibi: ex quibus notandum eſt, uerbum, plerumque, quod eius naturæ eſt, ut oſtendat eam eſſe regulam, ſecundum gl. & Imol. in l. non dubitamus. ff. de condi. & demonſt. cum concord. à me adductis ſuprà titu. præcedẽti. §. j. gl. 9. in uerbo, *ou lignagier.* nu. 224. & in id bene. quod & ſatis declaratur ex eo, quòd ea lex ponitur ſub tit. de reg. iur.

*Non conſideranda, quæ futura ſunt, niſi et ea certa ſint.*

38 *Quis eſt dominus pleno iure, licet ab eo euinci poſſit.*

QVID, quòd cenſetur, & eſt quis dominus alicuius rei, etiam pleno iure, quamuis ab eo euinci, reuocari, redimi, repeti, relui, condici pòſſit. l. Iulianus, la 1. §. vlt. iuncta. l. ſeq. & ibi Bald. & Angel. ff. de rei vendi. & l. 1. & ibi etiam Bal. in utraque lec. C. de reuoc. donat. & l. ancillam, & ibi Bald. & Angel. C. de act. empt. vbi uenditor ante traditionem eſt dominus rei venditæ, licèt eam teneatur tradere. & l. generaliter. §. ſub conditione. ff. qui & à quib. manu. & l. ſeruos. in princ. iuncto uerſi. ſed qui bona fide. ff. de leg. 3. Voluit etiam Bal. in l. mater. C. ad S. C. Tertull. & Alex. conſil. 209. viſo ſummario, col. 2. uerſ. nec prædictis obſtat, li. 2. quod repetitur conſ. 140. lib. 7. & idem Alex. conſi. 162. uiſis quæ copioſè, lib. 6. Franc. Aret. qui primum illum text. ſcilicet in d. l. Iulianus, dicit ad hoc ſing. in l. cùm incertus, in fi. ff. de leg. 1. & iterum in l. ſi quis vi, col. ult. ff. de acquir. poſſ. & diximus etiam in noſtra repetitione l. ſi unquam, in glo. ult. num. 11. tamen Alex.

39 *Perpetuũ eſt, de quo dubitatur ſitne futurum temporale, an perpetuũ.*

NAM & ſufficit incertum eſſe, ſitne futurum dominium temporale, an perpetuum, ut perpetuum in dubio cenſeri debeat. l. ſufficit, & ibi Iaſ. in 2. not. ff. de cond. indeb. ex qua omnes illud ubique aſſumunt, dubia & incerta interpretari, præſumique perpetua. Et id quoque probat text. in c. ſi gratioſè, de reſcr. lib. 6. & gl. in c. ult. in uerbo, perpetuas, in fin. & ibi quoque Io. And. & Domi. eod. tit. & libro. & in c. ult. in glo. 1. paulò ante fi. extra de ſolut. & quod ſcribit Feder. Senen. conſil. 32. quæſtio talis eſt, quidam de populo, colum. pen. uerſic. item dubium, & colum. ult. uerſ. non obſt. l. ex facto, & Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, in 3. q. ff. de no. oper. nunc. & Io. Fab. in l. 1. C. de contract. iud. & Iaſ. in l. 3. §. ex contrario, colum. 4. nu. 15. ff. de acquir. poſſ. Et Philip. Dec. conſi. 472. teſtator, colum. 3. uerſ. & in dubio, cum alijs quoque concord. adductis ab Alex. conſi. 216. magiſter, colum. ult. lib. 7. & Fel. in c. ex literis, col. 7. uerſ. ſi autem iudex, & ibi etiam Philip. Dec. ad fi. extrà de conſtit.

40 *Plenũ qd dicatur.*

EX quo potes intelligere, nihil hìc obeſſe, quod diximus de pleno & perfecto dominio: nam ut hìc uides, is emptor, eſt plenus & perfectus dominus, etiamſi ab eo res auocari poſſit. Plenum enim, & Perfectum, eandem vim, naturam, & ſignificationem habent: nam ut Perfectum id dicitur, quod omnibus ſuis partibus conſtat, ut diximus in d. 2. ratione partis cõtrariæ: ita & Plenum

num

num quoque dicitur, cui nihil addi poteſt, cuique nihil deeſt, ut per d.l. Iulianus. §.ult. uoluit Bald. in c. licet de vitanda in prin. extrà de elect. & idem Bald. & præterea Imol. & Recentiores. in l. huiuſmodi. §. ædes. ff. de leg. 1. cum alijs quoque multis concord. à me congeſtis. in d. illa noſtra. repet. l. ſi vnquam, etiam in glo. vltim. nu. 10. quid autem.

41 *Iterum de ſecunda ratione. Satis eſt, uerba intelligi in proprio ſignificatu, licet non in potiori.*

Et nihil quoque hìc obeſt, quod dictum eſt in d. 2. ratione prioris partis, verba debere intelligi in potiori ſiue potentiori ſignificatione: quia illud verum eſt, ſi in impropria ſignificatione intelligerentur, niſi in potiori intelligerentur; ſed quando intelliguntur in proprio ſignificatu, ſatis eſt, licèt id non ſit in potiori: quia uerba debent propriè intelligi. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercit. acti. & ita nuncupatim illud limitat Soc. conſil. 303. viſo ſtatuto ciuitatis Aretij, col. ult. uerſi. nec obſtat vltimum, lib. 2. quod repetitur conſ. 25. lib. 3. Hic autem clarum eſt, uenditionem, etiam ſi ſub conditione reſolui poſſit, eſſe ueram ac propriam uenditionem: ut apertiſſimè conſtat ex ijs, quæ tam diximus, & dicemus quoq; latiùs poſteà. Ideò nihil eſt, quod hìc amplius diſputandum ſit de potiori ſignificato.

42 *Iterum de tertia, quarta, quinta, & ſexta rationibus.*

Igitur licèt in multis caſibus, quos in illius 4. 5. & 6. rationibus prioris illius partis adduximus, res quæ alicuius eſt non irreuocabiliter, cenſeatur non eſſe ſua: id quidem non eſt reſpectu ipſius rei, ſed iuris reuocandi, uel alterius quod alter habet: uerbi gratia, in caſu 3. rationis, qua dictum eſt, pignus, & cætera huiuſmodi non extingui acquiſitione reuocabili rei pignoratę: licet aliàs extingueretur, hac ſcilicet ratione, quòd rei ſuæ pignus conſiſtere non poteſt, l. neque pignus. ff. de regulis iuris, cum ſimilibus: id ſanè intelligitur, vt ipſius rei ſimpliciter pignus non conſiſtat, ſed alterius cuiuſpiam iuris, quod domino abeſt, poteſt conſiſtere: vt voluerunt Guid. Suz. & Alber. in l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignorib. per text. in l. mulier, ff. qui potior. in pig. hab. & Imo. in c. 1. in 1. not. per eum tex. extrà de feudis.

43 *Item de quarta.*

Illud quoque 4. rationis, qua dictum eſt, rem quæ reuocabiliter eſt alicuius, eidem poſſe legari, id ſimiliter intelligitur, ut potius legatum cenſeatur id ius reuocandi, quàm quod ipſius eſt, ut ſcilicet ob huiuſmodi legatum non poſſit res ab eo reuocari, ut ante poterat: ut pulchrè declarat glo. in l. apud Iulianum. §. ſi Titius, in uerbo, non conſiſtere. ff. de leg. 1. & intelligunt omnes, qui de hac re loquuntur. Nam & aliàs res mea, quando non plenè mea eſt, ſed mihi deeſt ius aliquod, poteſt mihi legari reſpectu & ratione illius iuris, quod abeſt. l. ſi domus. § ſi fundus, qui eſt ult. & ibi Bald. in princ. ff. de lega. 1. ubi & Iaſ. pro ſimili allegat id, quod diximus de re, quæ non irreuocabiliter eſt mea. & l. ſi tibi homo, in princ. ff. eod. tit.

44 *Item de quinta.*

Illud quoque quod in 5. ratione continenter dicitur, poſſe quem emere rem, quæ ſua eſt, etiam non irreuocabiliter: intelligitur etiam reſpectu illius iuris reuocandi: ut omnes quoque qui de ea re loquuntur, palàm intelligunt. Nam & alias uidemus, quòd rem noſtram ratione poſſeſſionis, quæ nobis abeſt, ut alterius iuris, emere quoq; poſſumus, vt de primo eſt tex. in l. ſi aliquã rem, & in l. ſi emptione. §. rei ſuæ. ff. de contrahen. empt. gl. in l. ſi pater. C. eo. tit. de ſecundo in l. cùm res, & ibi gl. Cyn. Bal. & Angel. C. de contrah. empt. & in l. ſi mandauero, la 1. §. ſi ij, quorum. ff. mand. Et eam etiam petere poſſumus, licèt iam nobis ſit tradita. l. etiam. ff. de ſol. Et eam quoque ſtipulari, ut tradit Rom. in l. exiſtimo, & ibi quoque Franc. Aretin. qui id dicit ſing. col. 1. in not. ff. de uerb. oblig. & idem Rom. & Franc. Aret. in l. ſi rem meam, eod. tit. Nam & aliàs poſſum ſtipulari rem meã mihi tradi, l. ſcire debemus. §. vlt. eodem tit. & mihi reſtitui. l. nemo rem ſuam utiliter, in princ. eod. tit. ubi Iaſ. latè de hoc diſſerit, in uerſ. limita regulam, & alios quoq; allegat: ut uidere poteris apud eum. Et per eam l. nemo, dicit glo. in l. corruptionem, in uerbo, altercantibus. C. de vſufr. quòd res mea quandoq; mihi debetur ratione eius, quod meum non eſt, ſcilicet reſtitui.

45 *Item de ſexta.*

Sed & quod poſteà in 6. ratione dictum eſt, dominum reuocabilem poſſe uſucapere, intelligitur non de re ipſa, ſed de iure reuocãdi, ideſt, ut uſucapiat non rem ipſam, quæ iam ſua eſt, ſed actionem, per quam reuocari poteſt, ut etiam declarat glo. in d. l. ſequitur. §. lana. ff. de uſucap. & glo. in l. ſi vi, in uerbo, munitus, uerſi. oppono quomodo preſcribit. & ibi quoque Cyn. in 4. oppoſ. Bar. in 2. oppoſ. & Bal. col. 2. uerſ. ſecundò opp. quòd iſte emptor. & Paul. Caſtren. col. item 2. uerſ. not. etiam caſum. C. de his quæ ui metusve cauſ. fi. Et Bal. in d. l. non quocunque. §. 1. ff. de leg. 1. & coſi. 477. recolo, col. 2. uerſ. nõ obſt. quòd dominus, lib. 5. ubi dicit. quòd tunc uſucapitur irreuocabiliter, & cæteri, quos in contraria parte citauimus.

46 *De ijſdem rebus.*

Et ne putes id tantùm obtinere in his caſibus, de quibus ſuprà nuncupatim locuti ſumus, certè aliàs ſemper id procedit, ut videre licet ex eo, quòd quamuis rei ſuæ precarium non conſiſtat. l. in rebus. §. 1. ff. de precar. hoc tamen intelligitur, niſi reſpectu alicuius iuris, quod domino ipſius rei abeſt. l. certè. §. quæſitum eſt. & iterũ l. ſi debitor, eodem tit. & l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſeſſ. ubi & idem probatur de conductione rei ſuæ, ut ſcilicet quis rem ſuam poſſit conducere reſpectu quoq; cuiuſpiam iuris, quod ipſi domino abeſt. Et ſimiliter in l. ſi pignore. §. ſi poſt diſtractum. & ibi Albe. in epitome. ff. de pign. actio.

47 *De ijſdem.*

Ex quibus apertè vides id confici, quod ſuprà diximus (ut ad id tandem redeamus) ſcilicet rem ipſam eſſe emptoris, licet ſit obnoxia pacto reuendendi ex lege contractus, & conſequenter eandẽ eſſe extra familiam uenditoris, licet ius ipſum retrahendi competat eidem uenditori, ideoque ſit idem ius adhuc in familia ipſius, ita, ut ſi uenditor id ipſum ius retrahendi uendat, poſſit cõſanguineus retrahere, ut diximus ſuprà, tit. præcedente §. 1. glo. 7. in uerbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu. 31. ex quo infertur. Sed quantum ad rem ipſam, uerè eſt in dominio emptoris, tranſitque etiam in legatarium ipſo iure, æquè ac ſi id eſſet irreuocabile. l. ſi fundum ſub conditione. §. Titius. & ibi Iaſon in 1. not. qui ad hoc dicit illum text. not. ff. de leg. 1.

47 *Redit ad 1. rationẽ.*

Nec huic ſententiæ præiudicium affert, quod diximus in 1. ratione alterius partis, quòd qui habet actionẽ ad rem, eam ipſam rem habere uidetur, tanquam ſcilicet uenditor, qui actionem habet ad rem reuocandam, uideatur & eam rem habere. Quia haud dubiè minus eſt actionem habere, quàm rem. l. minus. ff. de regul. iur. minoriſque æſtimatur actio, quàm res ipſa, ut tradunt Bart. & Bal. in l. per diuerſas. ille col. 1. uerſi. quæro qualiter dicatur. hic colum. 2. uerſ. & modò expoſito. & ibi quoque Salyc. C. manda. idem Bal. in l. 2. col. 1. uerſi. hìc tamen conſiderandum. C. ne lice. poten. Pet. Anchar. qui id declarat, in c. peccati uenia, colum. penult. uerſ. quæro decimoquintò, de reg. iur. lib. 6. Panorm. in ca. ult. col. 2. uerſ. ſed eſt dubium, extra de ali. iudi. mutan. cau. fact. & Paul. Caſt. conſ. 393. pro euidentia, col. vlt. lib. 2. & Ant. Burg. in c. 1. colum. 2. uerſ. item pro re litigioſa, extrà de empt. & uend. & Corn. conſ. 37. memini, col. 1. uerſ. & ipſa rei natura, lib. 2. Franc. Aret. qui & id declarat, conſ. 160. longa eſt, col. 6. uerſ. hoc premiſſo. & Soc. conſ. 143. diu profectò, ad fin. lib. 1. & non obſcurè ſentit Innoc. in c. in ciuitate, colum. 2. extrà de vſur. Et probat optimè text. in l. ſciendum. §. ſi fundus. ibi, diuerſa cauſa eſt. ff. qui ſatiſda. cogan. ubi poſſeſſor fundi ſatiſdare non cogitur. Diuerſa autem eſt cauſa eius, qui ad fundum actionem perſonalem habet. Et idem dicit gl. quam ibi ſequuntur Bart. Ang. & plerique omnes, ſi realem habeat: per §. ſi fundum, qui eſt in eadem l. Nam & illud (inquit) qui habet actionem ad rem & c. intelligitur ſpe, re autem minus habet; per d. l. minus. Ideò in eo lapſus eſt Phili. Dec. (pace tanti viri dixerim) qui tenuit contrarium ſuprà num. 6. [incip. præſertim.] nec id tenent alij, quos ibi citat.

*Minoris æſtimatur actio, quã res.*

*Actio an liberet à ſatiſdatione.*



49 *Fictè rem habet, qui actionem habet.*

Sed & prætereà aliud eſt habere rem, aliud videri habere: illud enim veritatem dicit, hoc fictionem, vt latè per Bart. in l. ſi is qui pro emptore, colum. 5. ff. de vſuca. cum ſi. Et id expreſſim in hoc caſu, de quo loquimur, vt ſcilicet fictè & impropriè rem habere dicatur, qui actionem habet, voluerunt. gloſſ. Barto. & Bal. in l. nemo. ff. de in integ. reſti. ex quibus ipſe Bar. ob id negat id procedere in ſtatutis. & gloſſ. in d. l. qui actionem habet, & ibi latè Deci. ff. de regul. iur. & Bart. conſil. 132. ſtatuto ciuitatis Eugubij, circa medium Alexand. in l. Gallus. c. videndum, colum. 2. verſic. nec huic deciſioni. ff. de libe. & poſth. ubi ex hoc dicit, id non procedere in ſtatutis, & conſ. 75. uiſo themate & maturata dubitatione, circa medium, libr. 6. ubi ex hoc quoq; id negat habere locum in contractibus, in quibus etiam uerba debent propriè & ſtrictè intelligi. & Soc. conſil. 100. in cauſa Baptiſtæ, colum. 2. uerſi. ſed in caſu noſtro, libr. 1. Ex quibus & illud ſit, ut qui ex ſtatuto tenetur ſoluere collectam, pro re, quam habet, non tenetur pro re, ad quam habet actionem, nec pro ipſa actione Bartol. in d. l. nemo, de reſt. in integ. & in l. gloſſ. ultim. §. pen. ff. de cenſib. nec qui prohibetur uendere rem immobilem extraneo, cenſetur prohibitus uendere rem ad quam habet actionem, Bart. Angel. & alij, in d. l. Gallus. §. uidendum, per illum text. ff. de liber. & poſthumis.

*Nec procedit in contractibus. Nec in ſtatutis.*

50 *Iterum de 1. ratione.*

Nec conſequenter obeſt, quod in d. 1. ratione dictũ eſt ex Barb. quòd ſi uenditor poteſt redimere, perinde eſt, ac ſi iam redemerit: quia id tantum procedit, quantum ad pręiudicium uenditoris, qui cùm poſſet redimere, non redemit: ut ipſemet Barb. declarat & patet ex l. qui poteſt facere. ff. de re. iur. per eũ allegata, cuius hęc uerba ſunt, qui poteſt facere, ut poſſit conditioni parere, iam poſſe uidetur. & ibi gloſſ. pro concor. allegat l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrah. emp. ex qua & illud ſcribitur, conditionem pro impleta haberi, quantum ad eum per quem ſtat, quo minus impleatur. Cuius etiam ſententiæ multas alias concordantes leges adduximus ſuprà tit. præced. §. 15. gloſſ. 2. num. 7. idq; perpetuum. Et eò quoq; pertinent alia loca à Barb. ubi ſuprà, allegat.

51 *De eodem.*

Vt interim illud omittam, quod iam ſuprà diximus multa quidem interuenire poſſe, ne qui ius redimendi habet ex lege reuenditionis, redimat: uerbi gratia, nummorum in id neceſſariorum penuria, quæ rerum omnium eſt frequentiſſima: aut caſus quiſpiam repentinus, qui pecunias, ſi quas uenditor habeat, in alia fortè utiliora, aut magis neceſſaria impendi ac conuertere cogat quod & ſæpe cõtingit: aut mors ipſius uenditoris, aut aliud quippiam, quod nobis incogitantibus imò & inuitis, & renitentibus, quotidie contingit: nec ſpectanda ſunt, vti etiam diximus, quæ euenire poſſunt, niſi ea certa ſint & infallibilia.

52

Ad ſeptimũ reſponderi poteſt dupliciter. Primùm, quòd non omnes negant emptorem ſub pacto reuenditionis poſſe alienare in tertiũ: quando multi, id eſt maior ac potior pars noſtrorum teneãt cõtrariũ: vt ẽt diximus ſuprà in d. §. 1 in verbo, *ſeront preferez*, nu. 12. ſunt igitur qui tenent. & hanc opin. approbat & ſequitur generalis Frãciæ conſuetudo. Secundum quod non ſequitur, ſi quis non poſſit alienare in præiudicium alterius, eum non eſſe dominum: quicquid ibi diximus. Nam licet nudus proprietarius non poſſit alienare in præiudicium vſufructuarij, tamen is vere eſt & dicitur dominus, l. 2. ff. de cond. inſt. & in l. 1. §. 1. & ibi concor in gl. ff. de S.C. Sylla. quibus locis Bal. ex hoc dicit, quòd ſi quis in libello dicat ſe dominum, & probet de nuda proprietate, tamen obtinebit & idem quoq; voluit in d. l. Iulianus. ff. de rei vendic. vbi puls dicit, hunc habere plenum dominium. Quid quod idem Bal. in l. voluntas, col. vlt. verſ. nũquid res quam. C. de fideicom dicit, quòd res quam non poſſum alienare. §. ſi precium ff. de fideicom. liber. Et id quidem fatetur verum eſſe Fran. Aret. in contraria parte allegatus, in d. conſ. 19. quantum ad eſſentiam dominij, licet ſecus ſit quantum ad vtilitatem & æſtimationem precij.

*Dominus eſt etiã qui non poteſt alienare ĩ prædicium alterius.*

*Pleno iure res mea eſt, quam etiam alienare non poſſum.*

53 *Dotis promiſſio hẽt tacitã conditionẽ, ſi matrimonium ſequatur.*

Ad octauum, quod eſt de l. tali. ff. de iu. dot. ubi tempus appoſitum in promiſſione dotis, non currit ſtatim à tempore promiſſionis, ſed nuptiarum: facilis eſt reſponſio, quia in illo caſu promiſſio dotis non poterat habere effectum ſine matrimonio: nec enim dos ſine matrimonio conſiſtere poteſt. l. 3. ff. de eo. titu. & l. ult. C. de dona. ante nup. Ideò & promiſſio dotis habet tacitam hanc conditionem, ſi nuptiæ ſecutæ ſunt: & ita demum ex ea quis cogi poteſt: quamuis expreſſa non ſit conditio, ſi nuptiæ extiterint. l. ſtipulationem, & l. promittendo, in prin. et l. dotis promiſſio, eod. ti. de iu. dot. & l. item quia. §. 1. & ibi gl. in uerbo, malè petitur. & Albe. qui eam gl. dicit ſing. & Bald. in 2. no. ff. de pact. & gl. in l. 2. §. creditum, in uerbo, poſt nuptias. ff. ſi cer. pet. & Sal. in l. qui ſe debere, paulò poſt medium. ff. de condi. cau. dat. & Doct. ubique. §. ſi ante. & l. in rebus. §. 1. ff. de iu. dot. Niſi ſi aliud expreſsè conuentum ſit, uoluit gloſſ. not. in d. l. qui ſe debere. & non obſcurè Bald. limitans d. l. tali, in l. ulti. §. 1. ante fi. ff. de reſcin. uend. & in Rub. C. de cõtrah. emp. in 23. q. & Sal. in l. 2. C. eo. tit. & clariùs Alex. conſil. 61. uiſo proceſſu. col. 2. lib. 5. ubi illã gl. dicit no. & conſ. 145. cuius idem eſt principiũ. col. 2. uerſ. & in indiuiduo, eod. lib. 5.

54 *Similiter legatum dotis.*

Et idem in legato dotis, ut in eo intelligatur eadem conditio, uoluit Bart. in l. 1. col. 6. uerſi. item quando in diſpoſitione, & uerſ. ſeq. & iterum in l. quibus diebus. §. Termilius, qui eſt ult. col. 2. uerſ. quid ſi per nomina. rurſumq; in l. Titio centũ. §. Titio genero, col. 1. & ibi quoque Bald. Pau. Caſt. & alij. ff. de cond. & demon. & idem Bald. conſil. 200. quæritur de legatis. Bald. in l. ſi plures, col. 6. uerſ. ſed hic ſurgit quęſtio. C. de cond. inſer. & cõſ. 486. ſuper eo primo, lib. 5. Ang. conſil. 30. domina Franciſca. & latè conſi. 124. Solus domini Dalmatij, colum. 2. & 3. Card. Flor. conſil. 31. Titius condidit, col. 2. uerſi. ad ſecundum membrum. Pau. Caſt. conſ. 323. ſuper primo, col. vlt. lib. 1. Rom. conſ. 134. pro declaratione, col. 1. verſ. his attamen. Pet. Ferra. tit. forma libelli pro lega. rei ſing. in prin. col. 16. in paruis, uerſic. ſed quid dices. Corne. conſ. 32. licet ſecundum, col. 1. li. 4 & conſ. 239. licet clarã, col. 2. uerſ. tamen Bart. eod. li. 4. Soc. qui alios allegat, conſ. 288. circa primam quęſtionem, col. 13. verſ. poſtremò tollitur, lib. 2.

55 *De eadem re,*

Idque etiam procedit, ſi promiſſa ſit dos ad omnem uoluntatem & petitionem ſponſi. Nam ſemper intelligitur ſecutis primùm nuptijs, ut pulchrè & not. tradit Bald. in d. l. qui ſe debere. ff. de condi. ob cau. in lect. Flor. quem ſequitur Alex. qui id dicit ſingu. conſil. 145. uiſo proceſſu cauſæ principalis, col. 2. uerſ. & in indiuiduo, lib. 3. ubi etiam dicit, ſe neminem huic dicto contradicentem reperiſſe. Sed procedit, etiam ſi promiſſio ita facta fuerit, ſi matrimoniũ mecum cõtraxeris, ex nũc uolo eſſe obligatus ad decem nomine dotis, quia adhuc intelligitur ſecutis nuptijs. idem Bald. in l. præpoſteri. C. de teſta. quia ut dicit, impoſſibile eſt, ut obligatio dotis ſit, priuſquàm matrimonium, p d. l. tali. Denique & illud procedit, etiam ſi iuramentum interuenerit. Bald. in l. indubitati. col. 1. uerſic. quintò ineſt. C. de non nu. pec. Nam & ut probat text. ibi, iuramentum recipit

eaſdem limitationes, quas & actus, ſuper quo interponitur. De quo ſatis diximus in repe. l. ſi unquam, in præfat. nu. 160. omnes autem. Et hæc omnia ita procedunt, ut ſi is, qui dotem promiſit, eandem quoque tradiderit, ſi nõ fuerint ſecutę nuptię, poſſit eam cõdicere. l. ſi extraneus.
56 & d. l. qui ſe debere, in princip. & iterum §. 1. & l. ſi donatus. ff. de condi. cau. dat.

*De eadem re.*

IDEOQVE (ut reuertamur) paſſim & ubique Doctores noſtri allegant dict. l. tali, ad id quod in actibus conditionalibus tempus non currit, niſi impleta conditione, id quod inter cæteros facit Bar. qui dicit multùm not. in l. ſi cui legetur, in fin. prin. & ibi poſt eum Bal. Ang. Raph. Flor. Alex. Franc. Aretin. & Iaſ. ff. de leg. 1. & Bald. in l. id quod pauperibus, colum. 3. uerſic. ſecundò quæro an iſte annus. C. de epiſ. & cler. in l. 1. in 12. q. C. de his quæ pœnæ nomi. & in Rub. C. de contra. emp. in 23. q. Alb. in 1. parte ſtatutorũ, q. 97. ſed nunquid proximior, in fin. [Aegi. in caſu retractus loquens. in c. conſtitutus, col. 12. uerſi. quarta pars, de reſtit. in integr. licet paulò ante aliud dixiſſet in uenditione facta cum pacto retrouendendi, ut ſuprà diximus, & alij, quos notauimus ſuprà in tit. præcedenti. §. 1. gl. 1. c. in uerbo, *dedans l'an*, nu. 37. uerùm Guli. Cu. & multis ſeq.] Pet. Ferra. tit. forma libel. quo agi. ad red. rati. tut. in uerbo, ac executores, colum. 4. uerſic. ulterius. Hic autem nihil tale eſt, quia dominium non pendet ex futuro, ut dos ex matrimonio, ſed ſtatim tranſlatum eſt, nulla expectata conditione, ut diximus, & dicemus latiùs infra in reſpõſione
57 17. argumenti. ubi ampliſſimè loquemur de actibus cõditionalibus.

AD nonum, quod dictum eſt ex d. l. tali, tempus ſolutionis precij non currere, niſi à tempore traditionis. Quid huc pertinet? quando uenditio non cenſeatur eſſe perfecta, neque tranſlatum ſit dominium, niſi traditione facta. l. traditionibus. C. de pact. & l. ſi ager. ff. de rei uend. cum ſimil. Ideoque etiam ſine præfinitione temporis ad ſoluendum, non tenetur emptor ſoluere ante traditionem rei. l. qui pendentem. & ibi glo. ff. de act. emp. & gloſſ. in l. Iulianus. §. offerri. eo. tit. cum ſi. Et cùm aliàs apponitur tempus certum ad aliquid faciendum reſpectu certæ cauſæ, tunc non incipit tempus currere, niſi ea cauſa priùs exiſtat, vt dicunt Bal. Flor. & Iaſ. in d. l. ſi cui legetur, in qua illos citauimus, in d. ratione diuerſæ partis. & Imol. in ea. l. §. 50. per d. l. tali, tanquam ſcilicet, ut in ea l. promiſſio dotis ſit reſpectu & contemplatione nuptiarum, ita & in hoc caſu ſolutio precij, reſpectu traditionis rei. Itaq; neutrobi currit tempus, niſi cauſa impleta.

*Tẽpus appoſitũ reſpectu certæ cauſæ nõ currit, niſi ea cauſa exiſtat.*

58

PRÆTEREA ſi hæc nona ratio aliquid haberet momenti & põderis ad hunc noſtrum caſum, de quo ſpecialiter tractamus, ea tantum concluderet, tempus conſanguineis præſtitutum ad retrahendum, nõ currere ſtatim à tempore uenditionis, ſed tantùm traditionis rei, de quo nos latiſſimè diſſeruimus ſuprà, ti. præce. §. 1. in gl. 2. in uerbo, *à vendu*, nu. 43. quid autem ſi quis uendidit ſimpliciter, & iterum in glo. 10. in verbo, *dedans l'an*, in 20. q. vbi citauimus Bar. & alios in d. l. ſi cui legetur. Sed hæc res (quod iam diximus) nihil huc pertinent, ubi nõ
59 quærimus de tempore traditionis, ſed reuenditionis, quod longè eſt diuerſum.

*Id pactum longè differt à pacto legis commiſſ. et addictionis in die.*

AD decimum, quod eſt de l. ſtatuliber. ff. ad legem Falcid. nihil quoque huc ſpectat, quando ea l. loquitur de re uendita cum pacto legis cõmiſſoriæ, uel addictionis in diem, quæ quidem pacta multum differũt à pacto reuendendi. Nam ex illis contractus ipſo iure reſoluitur, & ſine alia traditione, adueniente tantùm conditione. l. ſi quis hac. ff. de rei uẽdi. & l. vlti. ff. de leg. commiſ. gl. & Doct. in d. l. traditionibus. C. de pact. & affatim diximus ſuprà, eo tit. §. 1. in uerbo, *feront preferez*, nu. 3. aduerte Lector. & ſeq. Ideoq; emptor in illis pactis interim non facit fructus ſuos. l. item quod dictum eſt. & l. Imperator. ff. de in diem addict. & latè diximus in repe. l. ſi unquam, in uerbo, reuertamur, num. 278. poſtremò quia cùm titulus. Aliud autem eſt in hoc pacto reuendendi, quia ex eo nec contractus ipſo iure reſoluitur, etiam ſi fiat uerbis directis, ex crebriori noſtrorum ſententia, ut planè conſtat ex ijs quæ diximus in d. gl. *feront preferez*, nume. 12. ſunt igitur qui tenent. & iterum num. 16. licet pleriſque uideatur. Sed & in hoc pacto, contrà, quàm in illis alijs, emptor facit fructus ſuos, ut ſuprà diximus, in principio huius partis, & dicemus plenius infrà, eodem titu. §. 5. in glo. 1. Igitur nihil eſt, quod ab illis pa- 60
ctis ad hoc noſtrum ſit argumentum.

*Iterum de illis pactis.*

SED & illud quoque hic dici poteſt, id quod ſcribitur in d. l. ſtatuliber. procedere tum demum, cùm huiuſmodi pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem, facta ſunt ſub conditione, vt fieri aſſolet. Secus ſi purè facta fuerint, ſed ita tamen, vt ſub conditione reſoluantur, ſecundum diſtinctionem, quæ traditur in l. 2. ff. de in diem addict. & in l. 2. ff. de lege commiſſ. & in l. 2. §. Sabinus. ff pro empto. nam tunc non procedit dict. l. ſtatuliber. quin res ita vendita connumeretur in patrimonio emptoris, non venditoris. vt voluit gl. in d. l. ſtatuliber. in verbo, venditoris. & ibi quoque Alex. per iura ibi allegata. Quæ res hanc noſtram ſententiam confirmat, quoniam venditio facta cum pacto reuendendi, pura eſt, non conditionalis, ut poſtea latiùs dicemus in reſponſione 17. argumenti. Et hic admodum falluntur Boer. Igne. & Sainxon. qui in locis ſuprà in fin. prioris partis allegatis, tria hæc pacta ſimul miſcent & confundunt, tanquam eandem vim & naturam habeant, idemq; ius in omnibus ſit ſtatuendum. Et tamen ipſe Sainxon dicit, uidiſſe ſe hanc noſtram ſententiam in practica hactenus obſeruari.

AD vndecimum, quod eſt de ſententia Bald. in l. vlt. 61
ad fin. C. de execu. rei iudica. quòd vbi duæ dilationes non procedunt ex eodem fonte, nunquam vna in altera confunditur, reſponſio clara eſt, quòd is loquitur in duabus dilationibus vni conceſſis, ut patet ex ſuo ipſius dicto, & exemplis illic propoſitis, ita, ut ſi ambæ ſimul currerent, vna, idest, breuior eſſet inutilis & ſuperuacanea, vt quæ omninò confunderetur abſorberetúrque in longiori. Hic autem vnicum eſt tempus conceſſum conſanguineis, ſcilicet anni & diei: alterum autem ei non eſt conceſſum, ſed venditori; & licet ſimul currant, tamen habent vtrumque ſuum effectum. Igitur ſumus omnino extra caſum Bald. nam & aliàs cùm diuerſis data ſunt tempora ad vnum aliquid gerendum, vtriſque ſimul negligentibus currunt: vt latè dicemus infrà in reſponſione 14. arg. & iterum 21. & 22.

NEC tamen omnino accedimus illi ſententiæ Bal. 62
quando Petr. Anchar. conſi. 395. ore tenus reſponderit, quòd ſi executori in teſtamento præſtitutus ſit annus ad exequendum teſtamentum, & ex conſtitutione ſynodali in id ſtatuti ſint ſex menſes: unum tempus in alio confunditur, nec habet executor plus quàm annum. Nam & de iſto concurſu temporum ſunt multa ſimilia in iure: uerbi gratia, ſeruitutes concurrunt re & tempore: remanetque vna, alia remiſſa. l. ſi domus. ff. de ſerui. urb. prædio. & l. ſi communi. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. Item quinquaginta dies, qui dantur tutori ad ſe excuſandum, concurrunt circa diuerſas tutelas, l. ſcire. §. quinquaginta, ff. de excuſatio. tut. Præterea decem dies ad appellandum circa diuerſas ſententias, concurrunt ſimul eidem. §. 1. in Authen. de appell. & intra quæ tempo. Et facit l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & quod ſcribit Ioan. Andr. in c. cùm in cunctis, col. 4. in uerbo, triennio, extr. de electio. dum tractat huiuſmodi ſpeciem: Statutum priuat quinquennio hoſpitia viciniæ, in qua fuit ſcholaſticus offenſus, niſi captus fuerit offenſor: pendente

*De concurſu temporũ multa.*

eo



eo tempore quinquennij ob primam offenſam, ſit ſecunda in eadem uicinia, nec capitur delinquens: utrum ſecũdum quinquẽnium incipiat ſtatim poſt ſecundam offenſam, non expectato tempore prioris, an uerò non niſi finito primo illo quinquẽnio. Et quod etiam ſcribit Bar. qui ſimilem quæſtionem diſputat in l. in ſenatuſconſultum. §. ultim. ff. ad. S. C. Turpil. & Alb. in l. ult. col. 2. uer. alia quæſtio. C. de repudi. hæred. & in l. ſi maritus. ff. de adul. & in 2. parte ſtatutorum. q. 165. Thomas.

63 AD duodecimum, & decimumtertium, quibus dictum eſt, quòd ſi ex duplici capite ſiue iure poteſt aliquis ſuccedere, tunc finito tempore pro uno, poterit & alterum intra ſuum tempus agnoſcere, nec currit tempus ſecundi, niſi primo finito: potes reſpondere, ut in pręcedenti, ſcilicet hic non niſi unum tempus competere conſanguineo: non enim ex duplici capite poteſt retrahere, ſed ex uno tantùm, illi à conſuetudine conceſſo. Igitur malè infertur ex illa ratione, in qua duo iura uni competunt, ad noſtrum caſum ſeparatum. l. ult. in fi. & ibi Bar. ff. de calum. & l. ſi maritus quondam, in fi. & ibi Bald. C. de donati. inter uir. & uxo. & l. Papinianus, in princ. & ibi quoq; Bart. ff. de mino. & l. inter ſtipulantem. §. ſacrã, ibi, ſed hęc diſſimilia ſunt. ff. de uerb. obl. Ex quibus illud axioma depromitur, Separatorum ſeparatam eſſe rationem.

*Ex ſeparatis malè ſumitur arg.*

64 QVANQVAM præterea & illud dici poteſt, illud procedere, quando ille qui poterat ſuccedere ex duplici capite, ſolus eſſet in primo gradu, vel quia alij non extarẽt, uel quia eſſent mortui, uel aliter eſſent excluſi: aliàs ſecus, ut etiam intelligit glo. ordinaria in l. 1. §. ſed uidendũ eſt. ff. de ſucceſſor. edic. in d. ratione 12. allegata, per textum in §. admonendi. Inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. defer. & Angel. conſ. 241. dominus Bernardinus, col. 1. uerſ. nec obſtat ſi dicatur. & Sal. in l. ſi emancipata. C. de iur. & fact. ignor. per l. 1. C. quã. non peten. part. & Frãc. Aret. in l. 3. col. ult. ff. de aquirend. hęredit. Ex quo potes intelligere, illud non procedere in pręiudicium alterius. Nec tamen (ut id non omittam) omnes conſentiunt Bar. & ſequacibus, in eo quòd ex illis diximus in d. 13. ratione: quin contrarium conſuluit Fran. Tigurinus ut retulit Franc. Aretin. ubi ſuprà, qui aliter in conſi. nõ deſignat, ſed eſt inter conſi. Bar. conſil. 158 prædictæ rationes. & ei quoque refragantur Sal. & Rapha. in l. licet. C. de iure delib. ut etiam diximus in d. 13. ratione. De quo & tu uide Alciatum Paradoxorum lib. 4. c. item 4.

65 AD decimumquartum, quo dictum eſt, aliud eſſe tempus, quod competit conſanguineo, aliud quod uenditori: diuerſumque eſſe utriuſque effectum, nec ideò unum pendente alio currere poſſe: tanquam unum tempus non poſſit operari diuerſas præſcriptiones ſiue dilationes, ſed ad eas opus ſit diuerſis temporibus, ſicuti ad diuerſa noua opera, diuerſis nunciationibus. Id certè omnino falſum eſt. Quid enim, ſi quis emit bona fide fundum alienum alteri fundo uicino ſeruientem, nunquid ad præſcriptionem illius fundi ad Titium pertinentis & ſeruitutis ad Mæuium dominum illius fundi uicini, cui debetur ſeruitus, etiam pertinentis, requiruntur diuerſa tempora, unum ſcilicet poſt aliud, ita quidem ut primum fundus pręſcribatur, & poſteà ſeruitus aut hypotheca: an uerò ſimul eodem tempore curret præſcriptio aduerſus dominium, & ſeruitutem aut hypothecam? Et hoc certè uerius eſt, ut uoluit expreſſim Sal. in l. vſucapio, colum. 2. uerſicu. ſed iuxta hoc quæro. C. de pigno. & ibi quoque ſubobſcurè uoluit gloſſ. magna in uerſicu. item quid ſi rem, & poſt eam Bar. Bald. & alij. Sicut & ſi ædes meæ ſeruiant ædibus Titij, & ædibus Mæuij, ne ſcilicet altius mihi ędificare liceat: ſi altius ædes meas tollam, atque ita per tẽpus conſtitutum præſcriptioni huiuſmodi ſeruitutũ ædificatum habeam ſimul præſcribo aduerſus utrumque, ut ſatis colligi põt ex l. ſi ędes meæ ſeruiãt. ff. de ſer. urb. pd.

*Idem tempus ſufficit ad uſucapiendum fundum et ſeruitutẽ, qui ab eo debetur.*

*Idem tempus ſufficit ad pręſcribẽdas duas ſeruitutes.*

ET ſi hanc rationem admitteremus, uide quid hic 66
abſurdi ſequeretur: id ſcilicet, quod tot anni requirerentur ad excluſionem conſanguineorum, quot eſſent conſanguinei: nempe quia non niſi unus curreret uni conſanguineo: quod omnino ridiculum eſt. [& minimè uerum ut expreſsè tradit Aegid. Bellamera in cap. conſtitutus, colum. 13. uerſicu. quinta pars, de reſt. in integ.] Nam & aliàs quoque cum pluribus datur dilatio certorum dierum ad aliquid faciendum, idq; etiam gradatim, ita ſcilicet ut antiquiores præferantur iunioribus: illa dilatio non intelligitur diſtributiuè data, ut ſcilicet quilibet habeat eum numero dierum: ſed collectiuè, ut ſcilicet omnibus ſit data, eoque numero omnes ſimul excludantur. Hanc enim doctrinam colligere poſſumus ex gloſſ. not. in cap. cùm in tua, quod eſt ult. in uerbo, duntaxat, in priori ſolu. de conſuetu. lib. 6. & eam ipſam colligit Dom. ibi, in uerſiculo, ne autem. Ea. n. gl. uoluit, quod tempus uiginti dierum in eo text. ſtatutorum ad optandum, currit omnibus ſimul Canonicis optare uolentibus: tametſi antiquiores gradatim cæteris optando præferantur. & eam gloſſ. ſequuntur Docto. ibi. Et Oldra. conſil. 136. plures ſunt, colum. 1. uerſic tertiò uidetur, & Ioan. Andr. in addi. Spec. in Rubr. de conceſ. præben. col. 1. uerſ 2. uidetur, & Alberic. in l. vlt. col. 2. uerſic. faciunt etiam. C. de repud. hæred. & in l. ſi maritus. ff. de adul. dum utrobique eam ſimpliciter allegat & Card. in Cle. 1. §. ſecus, in 6. q. de conceſ. præb. Et illam doctrinam oppoſite probat text. in l. 2. §. ulti. iuncta. l. ſeq. & iterum l. 4. in prin. ff. de adulter. ut clarè deducemus infrà in reſpon. 21. & 22. argu. Et facit quod à Bar. ſcriptum eſt in l. 2. ad fi. ff. de re iudi. quòd quando duo actus ſunt compatibiles, poteſt & debet aſſignari unus idemq; terminus vtriq; per textum in l. generaliter, uerſ. nullo tamen. C. de iureiur. & ſequitur Franc. Aret. in l. ſi duo rei. ff. de duobus reis.

*Dilatio pluribus gradatim data, non diſtributiuè, ſed collectiuè data cenſetur.*

*Tempus optandi pbẽdas currit omnib. ſimul.*

QVOD autẽ hic adducitur de vna nunciatione pro 67
diuerſis operibus, & alijs quibuſdam ſimilibus, non de grege iſto eſt, vt vel lippientibus clariſſimè appareat: vt interim prætermittam, non id perpetuum eſſe, quando & aliàs ſæpe contrarium reperiatur: vt uidere licet ex l. Titia. §. ult. ff. de uerbo. oblig. ubi una ſtipulatio ſufficit pluribus pactis. Et l. ultim. §. 1. ff. de nouati. ubi una ſtipulatione plures nouari obligationes certum eſt. Et l. numerationibus. ff. de ſolut. & l. item illa. §. ultim. ff. de conſtitu. pecu. ubi una numeratione ſiue ſolutione tolluntur plures obligationes uno momento. Et l. pluribus. ff. de acceptilat. ubi pluribus ſtipulationibus tollendis ſufficit una acceptilatio. Et l. hæredes. §. de pluribus. ff. famil. erciſcund. cuius hæc uerba ſunt: De pluribus hæreditatibus, quæ inter eoſdem ex diuerſis cauſis communes ſunt, unum familiæ erciſcund. iudiciũ ſumi poteſt. Et l. ſi fratres. §. ſi plures. ff. pro ſoci. ubi ita ſcribitur: Si plures ſint inter eoſdem ſocietates coitæ, ad omnes ſocietates ſufficere hoc unum iudicium cõſtat, & ibi concord. gloſſ. Et pluribus libellis ſufficit una conteſtatio, unica oratione expreſſa. Angel. Imo. & Franc. Are. in l. duo rei, per illum tex. ff. de duob. reis. Et pluribus, citationibus, unica pro omnibus comparitio, ut illi ipſi dicunt. & declarat idem Are. quomodo id intelligatur, & Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. 2. uerſ. ſed quid ſi quis, & ibi Alex. col. 6. uerſ. itẽ inquantũ. ff. de dam. infect. & idem Bart. in l. accipientis. ff. de auto. tuto. Et una quoq; comparitio pluribus contumacijs purgandis. Ange. in d. l. duo. ff. de duob. reis. Et unus idemq; contractus ueſtit duo pacta ſequentia: vt per Guli. Cu. in l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact. & Bal. in l. lecta, per illũ text. ff. ſi cer. peta. & Ange. Areti. in §. pręterea debitor. col. 2. verſ. quæro præcedit, Inſtitu. de excepti. Et pluribus cauſis ſuccedendi vna aditio. l. ſi tu

*Vna ſtipulatio pluribus pactis ſufficit.*
*Et plurib. nouationibus.*
*Vna ſolutio plurib. obligationibus.*
*Vna accep. pluribus ſtipul.*
*Vnum famil. erciſ. iudicium pluribus hæredit.*
*Vnum ſociet. iudicium plurib. ſocietatibus.*
*Vna conteſtat pluribus libel.*
*Vna comparatio pluribus citat.*
*Et pluribus contumacijs.*
*Vnus contractus ueſtit duo pacta plurib. pactis.*

 ex

*Vna aditio pluribus cauſis ſuccedendi. Vnus libellus pluribus partibus. Et plurib. et diuerſis cauſis & acti. Et vnus proceſſus. Vnũ inſtr. pluribus oblig. & multis contract. Vna abolitio plurib. bannis. Vna abſolutio plurib. excõ. Vnum tẽpus duab. pœnis. Vno actu plures baptizãtur. Ex uno actu plures excom. Vna iniuria pluribus actionibus. Vnum beneficiũ plurium permutationum.*

ex parte. ff. de acquiren. hære. Et pluribus actoribus, atque etiam pluribus reis unus libellus ſatis eſt. l. ſi quis. §. unius, & ibi Bald. ff. de procura. gloſ. quæ concord. affert, in cap. querelam, in uerbo petens, extrà de elect. De quo laté per Bar. in l. 3. §. ult. ff. de duob. reis & Alberi. in l. ad officium. C. com diuid. Sal. in l. eò quod à multis. C. ſi cert. peta. & Rom. conſil. 240. uiſo themate: & latiſſimè Maria. in cap. 1. colum. 42. uerſic. circa quartum principale, extrà de libel. obla. Nam &c quod plus eſt, pluribus & diuerſis cauſis & actionibus ſufficit unus libellus, cap. cùm Ioannes, & ibi Panor. in 1. not. de fide inſtru. & ca. dilectus, extrà de capel. mona. & ibi concord. Nam & his unus quoq; proceſſus ſufficit, l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iudi. & l. ult. C. de ann. exce. &c not. Dy. in cap. nullus, de reg. iur. libr. 6. & Barto. quæſt. ſiue, ut alij uocant, diſpu. 9. iudex per imperitiam, col. 2. uerſi. ſecundum probatur ſic, quando ſunt plures. Super quibus tamen uide Bal. in c. ult. col. 2. uerſ. nunquid plures, extrà de reſcri. Ange. conſil. 229. ex themate, in princ. Vnum inſtrumentum multis obligationibus ſatis eſt. d. l. eò quòd à multis, & ibi Docto. C. ſi cer. peta. & Bald. in d. §. unius Ang. in l. qui plures. ff. de euictio. Barba. conſil. 36. ſapienter, colum. 7. numero 17. lib. 2. Et multis quoque contractibus. Alberi. in l. Prætor. §. ſi mihi. ff. de iniur. per quædam iura, quæ id tamen probare non uidentur. Et pluribus bannis una abolitio: quicquid dictum ſit in 14. ratione. Nam id uoluit Sal. aduerſus Cy. &c Iac. Are. in d. l. ultim. C. de nup. ubi reſpondet aliorum rationibus. Et unica abſolutio pluribus excommunicationibus ex eodem facto deſcendentibus: ut uoluit Sal. in eadem d. l. ult. per illum text. in fi. Hic autem ex eodem contractu deſcendunt retractus conuentionalis, & municipialis: ergo & utrique ſatis eſt unum tempus. Nam & aliàs ſatis eſt unum tẽpus duabus pœnis: ut uidere licet ex gl. in c. prouida, ad fi. in uerbo, annum continuum, de elec lib. 6. quam ad hoc citat Oldrad. aut quiſquis is eſt, inter conſil. illius, conſil. 50. gratia, & Alber. in l. ult. colum. 2. uerſic. faciunt etiã. C. de repud. hære. & in l. ſi maritus. ff. de adul. Et eam, & alia quædam ſimilia, trahunt ipſi Old. & Albe. in illis locis ad huiuſmodi quęſtionem. Conceſſa eſt Epiſcopo gratia, ut uſque ad quinquennium conferat beneficia in ſua diœceſi uacantia, &c elapſo huius quinquennij biennio, ſimilis ei gratia conceditur ſine mẽtione prioris: dicit huiuſmodi ſecundam gratiam ſtatim currere non expectato priore quinquennio. Poſſuntque plures vno actu baptizari, gl. in c. propriè, in uerbo, trium millium, de conſe. diſt. 4. cũ concord. à me adductis ſuprà ti. præcedente. §. 1. gl. 21. in uerbo, *en telle quantitè*, numero 18. facit item. Et ex uno actu plures inſurgunt excõmunicationes, c. mulieres extrà de ſenten. excom. Lapus, qui in id alia citat, allegat. 8. præſentatus, ante mediũ. Et ex una iniuria plures pluribus actiones oriuntur, l. 1. §. ult. & l. item. §. item ult. ff. de iniur. Et unum beneficium poteſt cum pluribus permutari, ca. cùm uenerabilis, de except. Et unius appellatio prodeſt plurib. l. 1. & 2. C. ſi unus ex pluri. & c. quoniam, 2. q. 6.

*Vna inſinuatio multis rebus donatis. Vna fidelia duos parietes dealbare.*

Vna inſinuatio ſatis eſt multis rebus donatis, ut tradit Ioan. Andr. in cap. pluralis locutio, de reg. iur. in Mercu. Denique notum eſt illud prouerbium ad hunc quoque locum pertinens: Vna fidelia duos parites dealbare. Cuius meminit Marcus Curius ad Ciceronem libro Epiſtolarum familiarum ipſius Ciceronis ſeptimo.

68

*De vna nũciatiõe pro plurib⁹ operib. De una abolitione pluriũ bãnorum.*

Nam & illud de una nunciatione noui operis, ut non ſufficiat pro diuerſis operibus, fit propter ſpecialem quandam rationem, quæ eſt in d. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de nou. oper. nunc. de quo nos diximus in d. gl. *en telle quantitè*, num. 24. illud autem, & iterum in §. 36. gloſſ. 3. quæ eſt in uerbo, *de la iuriſdiction*, &c. num. 10. hanc ſententiam, ubi etiam diximus in cæteris caſibus ſufficere vnam denunciationem pro pluribus rebus.

*De ſententia cõtinẽte plures ſummas. Plurium ſummarũ cumulatio. Vna citatio pro pluribus cauſis.*

Et quod dictum eſt in ea. 14. ratione prioris partis de bannito non ſemel ob diuerſas ſummas, intelligitur cùm huiuſmodi ſummæ proceſſerunt ex diuerſis delictis, aut factis. Secus ſi pro uno, vt reſpondit Cæpol. conſilio cauſarum crimi. 14. pro declaratione, colum. 6. uerſicul. non obſt. rationes. Eius autem, quod dictum eſt, poſſe appellari à ſententia continente diuerſas ſummas, quæ uniuerſim excedunt ſummam, infra quam non licet appellare, cùm ſingulæ non excedunt: contrarium reſpondit Raph. Fulgoſ. conſi. 110. quoniam ſuperius: de quo & tu uide Paul. Caſtr. conſi. 164. in caſu præmiſſo, lib. 1. Et ſæpe aliàs videmus fieri plurium ſummarum cumulationem ſiue coaceruationem: vt in l. ſi plures. §. ult. ff. de pact & in l. ſi qui ſeparatim. §. 1. ff. de app. &c in cap. Apoſtolicæ, in uerbo, ſemel aut ſucceſſiuè, & ibi Petr. Anch. & Imol. extra de do. Quando autem id fiat, aut contrà, intelliges ex not. à Doct. in d. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. omn. iud. & Cano. in c. 2. extra de don. Sed & quod dictum eſt de una citatione, aut alia iuriſdictionis perpetuatione, non indiſtinctè uerum eſt. Sæpe enim vna ſufficit pluribus cauſis &c articulis, etiam aduerſus diuerſas perſonas: præſertim cùm plures illæ cauſæ cohærent, aut ex eadem origine oriuntur: de quo tu uide glo. Archid. Ioan. Andr. Petr. Anchar. &c Dom. in c. ne aliqui, de hæret. lib. 6. Innoc. & Colle. in c. Paſtoralis, de reſcript. eundem Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Collect. & Panor. in c. licet, de offi. deleg. Spec. & Ioan. And. in addi. ipſius tit. de iudi. deleg. §. reſtat uidere, uerſicul. quid ſi ſuper duobus. Barthol. Brix. quæſtio. domi. 60. quidam impetrauit. Iacob. Aret. & Alber. in l. quod dicitur. ff. de uerb. obli. Vti etiam vna citatione fieri poſſunt plures citationes, glo. in c. 2. in uerbo, & ſi nec; per eum text. extra de teſtib. cogen. quam dicit ſingul. Bal d. in ſua Marg. in uerbo, citatio, col. 1.

69

Ad decimumquintum de cruce ſignatis, quibus datum eſt priuilegium, ne ſoluant debita ante triennium, ſi cui ex pacto data ſit dilatio quinquennij, illud triennium nõ currit, niſi finito illo quinquennio conuentionali; vt demus illud eſſe uerum, quod tamen quidam nõ admittunt, ut per Ioan. Fab. loquentem in eo qui cùm haberet dilationem ſoluẽdi à creditore, vel aliàs, aliam impetrauit à Principe. & Paul. Caſtren. & Corne. loquentes nuncupatim in illa ipſa ſpecie cruce ſignatorum, in d. l. vltim. C. de repu. hæred. Et per Ioan. Andr. in addi. Spec. in Rubr. de cleri. non reſid. col. 1. verſ. item quæro de ſecundo, loquentem de eo, qui cùm impetraſſet gratiam percipiendi fructus præbendæ per quinquennium in abſentia, impetrauit & aliud quinquennium ante primum finitum. Et eundem in c. cùm in cunctis. §. ult. in verbo, triennio, extra de elec. dum loquitur de eo qui triennio eſt ſuſpenſus, & eo etiamnum durante, aliud quicquam facit, ex quo etiam triennio eſt ſuſpenſus: vbi hoc copioſiſſimè diſputat. Tamen ſi aliam ſententiam ſequamur, facilis eſt reſponſio. Nam ibi dantur vni duę diuerſæ dilationes, vna ex priuilegio generali ordinis, altera ex pacto & priuilegio particularis perſonæ. Ideò vna aliam non cõfundit: alioquin altera ſcilicet breuior nihil operaretur, vt etiam in ſimili diximus in reſponſione 11. argumen. Hìc autem vna eſt tantùm facultas conceſſa conſanguineo, altera autem uenditori; & vtraque poteſt operari, modò aduigilent, nec ſinant tempus ocioſè labi. &c vide quæ dicam in reſponſione 16. argumen.

70

*Vno ingreſſu monaſterij monialiũ conſumuntur pmiſſio & generalis & particularis.*

Nec hìc tamen omiſerim, quod ab Albe. tractatum eſt in l. in toto. ff. de reg. iur. & iterum in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 181. per dominum fratrem, quòd ſi Epiſcopus cuipiam fecerit ius intrandi ſemel monaſterium monialium. Deinde idem Epiſcopus generaliter conceſſerit omnibus, ut poſſint idem monaſterium

ingredi



ingredi certo die illeque cui, ut dictum eſt, ſpecialiter fuerat antè conceſſum ut ſemel ingrederetur, eo die omnibus conceſſo ut ingreſſus fuerit, non poterit amplius ingredi vi ſpecialis ſuæ permiſſionis: tanquam vtranque uno ingreſſu cõſumpſerit, impleueritque ſi eadem utriuſque ingreſſus cauſa fuerit: atque etiam ſi diuerſa, dummodo utraque eodem tempore expediri potuit: per multa quæ illic allegat, & ſequitur Alexander, dum illum in ſecundo loco ſimpliciter citat, conſilio 16. breuiter, poſt princi. lib. 4. & Fel. in ca. 1. in ultimus uerbis, extrà de reſcriptis. & Catel. Cot. memor. incipi. reſcriptum. & idem ante eos, licet non meminerint, uoluit Ioannes Andreas in c. generi, de regulis iuris, libro 6. quem etiã ſequitur, dum ſimpliciter citat, Ioannes Faber in d. l. ulti. C. de repud. hæred. Hic autem in caſu noſtro, nihil impedit conſanguineum, quin poſſit uti ſuo retractu pendente facultate conceſſa uenditori: ergo vtrique idẽ tempus currit. Et eadem quoque ratione magis accedo ſententiæ Ioan. Fabri, Paul. & Corn. in illo caſu de cruce ſignatis.

71

*An et quãdo circuitus eſt vitãdus aut minimè.*

Ad decimumſextum, qui eſt de circuitu uitando, id certè nimium generale eſt, nec ſemper procedit, ut not. per Bar. in d. l. dominus. ff. de condi. indebi. & probatur ex eo quòd actio non tranſit ipſo iure ab una perſona ad aliam ſine ceſſione, l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſſeſ. & l. 3. ff pro ſocio. &c l. Iulianus. §. pen. ff. de act. empt. & l. cum in plures. §. meſſem. ff. loc. Imò uerò non niſi in certis caſibus id procedit: regulariter autem contrà, vt colligitur ex not. eod. Barto. & alijs in eodem loco: &c nuncupatim uoluit Philip. Dec. in l. cùm fundus §. ſeruum tuum imprudens, colum. 1. in fin. 1. not. ff. ſi cert. petat. Sed &c locum tantùm habet, cùm circuitus eſt omnino inutilis: ſecus ſi in eo uertatur aliqua utilitas: ut not. Card. Floren. in Cle. auditor, in 14. quæſt. de reſcrip. per text. in cap. tuam, extrà de ordi. cogni. & cap. lator, qui filij ſint legiti. Et idem voluit Imo. in ea ipſa Cle. col. pen. uerſic. gl. circuitus, & ante hos Pet. Bar. Imo. & propè omnes, dum tractant de differẽtia libertatis directè legatæ, & fideicommiſſariæ, in l. 1. ff. de lega. 1. ubi id expreſſius omnibus annotat Franciſc. Ripa, col. 7. nu. 25. & idem quoque Bart. in l. 1. in 3. oppo. iterumq; in l. 2 in ult. oppo. C. com. de lega. & Pet. Matthe. inter. conſ. Petr. Anchar. cõſ. 364. dubiũ, in fin. & ipſe Pet. conſ. 386. in limite, colum. 1. in fin. Hic autem non inutile eſt conſanguineo, redimere ab emptore durante tempore reuenditionis: quia, vt ſæpe diximus, incertum eſt an uenditor ipſe retrahet; & ſi id faciat, tamen interim conſanguineus ipſe lucrabitur fructus. Et facit quod ſcribit Sal. in l. vſucapio, col. 2. uerſ. ſed ſuppoſito. C. de pignor.

72

*An in actibus conditionalibus currat tẽpus, ante conditionẽ impletam. Vẽditio facta ſub hoc pacto, an ſit conditionalis.*

Ad decimumſeptimum, quo dictum eſt in actibus conditionalibus tempora non currere, niſi impleta conditione: ut illud concedamus, quanquam non id ſemper procedit, ut uideri poteſt ex l. 1. §. biduum. ff. quan. appel. ſit, ubi tempus appellandi à ſententia conditionali currit ſtatim à lata ſententia, non expectata conditione. Cuius argu. Guid. Pap. deci. Delphi. 257. cauetur de conſuetudine, column. 1. uerſicu. ſed iuxta præmiſſa tradit, &c in noſtro caſu retractus, tempus anni conceſſum conſanguineo ad retrahendum, currere ſtatim à contractu etiam conditionali, uel ante conditionem impletam. Sed nos huius contrarium tenuimus, ſuprà titul. præceden. §. 1. in uerbo, *dedans l'an*, quæ eſt gloſſ. 10. in octaua quæſtio. vbi reſpondimus ad d. §. biduum. Igitur illud dicendum eſt, illa quæ dicuntur de actibus conditionalibus, nihil huc pertinere, quando contractus venditionis ſub hoc pacto reuenditionis ſit purus, non conditionalis: niſi alia conditio appoſita fuerit. Quod videre licet primùm ex eo, quòd venditio conditionalis non perficitur, niſi impleta conditione, l. hæc venditio. ff. de contrah. empt. Ideoq; non niſi exiſtente conditione dominium ex ea transferri poteſt. l. ei qui hæreditatem. ff. de condi. inſti. & l. qui abſenti. §. 1. & ibi Bart. & alij. ff. de acquir. poſſ. & c. ſuper eo, extra de cond. appo. & ibi concord. in glo. &c diximus plenius ſuprà tit. præced. §. 1. in glo. 2. in uerbo, *à vendu*, nu. 22. ſed & illud in dubium, &c multis ſeq.

73

*De eodem.*

Atque etiã ex eo, quòd emptor ex uenditione conditionali non facit fructus ſuos, quin ſi eos perceperit, reſtituere tenetur, l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. ff. de peric. &c commod. rei uenditæ. & l. 2. ff. de in diem ad. & l. omnia. §. 1. ff. de legatis primo. & voluit Roma. ſing. 440. fructus percepti. &c Socin. conſil. 170. in præſenti conſultatione, col. 5. verſ. ad tertium, lib. 2. Hìc autem continuò ex huiuſmodi venditione facta cum hoc pacto reuendendi, re tradita emptor factus eſt dominus, etiam pendente tempore reuenditionis, ita vt in alium interim transferre poſſit, ut concedunt omnes, nec poſſit venditor à tertio emptore reuocare, ex plurimorum ſententia, ut diximus ſuprà, in principio huius partis. Item facit hic emptor fructus ſuos, ut illic quoque diximus, &c dicemus plenius infrà eod. tit. §. 5. in princip. Quod perpetuum eſt in alijs venditionibus puris, ſed ſub conditione reſoluendis. l. 2. 3. & 4. ff. de in diem ad. vtpotè, cùm emptor ex huiuſmodi venditionibus interim ſit dominus, l. ſi ex duobus. §. 1. eod. tit. ſæpe autem aliàs diximus fructus ſequi dominium.

74

*De eodem. Cõditio reſolutiua actum non ſuſpendit, nec eum facit conditionalem.*

Ex quibus uides, illud apertiſſimè conuinci, quod diximus, uenditionem hanc ſub pacto reuendendi factam, non eſſe conditionalem, imò uerò puram, ſed quæ ſub conditione reſoluitur: quæ quidem conditio reſolutiua non ſuſpendit actum, nec eum facit conditionalem, ſed tantum ex euentu ipſius eum reſoluit: ut optimè declarat text. in d. l. 2. 3. & 4. cum gl. in d. l. 2. ff. de in diem ad. & l. ſi res, quæ eſt 3. & ibi gloſ. & Albe. ff. de contrah. empt. & in ca. illò vos, & ibi Imol. col. 1. in 2. not. & Panorm. in 3. not. extrà de pigno. & gl. in c. uerùm, extrà de condi. appo. & in c. paſtoralis, in gl. 17. q. 1. & Pet. Anch. conſil. 69. contra donationem, col. vltima, & Cardinal. Floren. conſil. 29. iudex de iure col. 1. uerſic. quartò uerba. & Soc. in l. pecuniam, in ulti. not. ff. ſi certum petatur. vbi. &c ex hoc dicit, quòd huiuſmodi contractus puri, ſed qui ex aliqua conditione reſoluuntur, habent interim executionem, ac ſi non ſubiacerent ei conditionali reſolutioni per gloſſ. in d. l. 2. de in diem addict. &c not. per Bartol. in l. Iulianus, in fi. ff. de cond. indeb. &c ita ſe dicit pluries obtinuiſſe & ſequitur Philipp. Dec. colum. 2. uerſic. quartò not. qui reſpondet ad text. ibi, qui uidetur uelle contrarium. & idem voluit ipſe Soc. conſi. 62. viſis conuentione, colum. 2. uerſic. ſed regula eſt lib. 4. & conſil. 91. concludo dictum Philippum, colum. 2. uerſi. confirmatur iſta concluſio, eodem lib. 4. ubi &c hoc dicit procedere in ſententia. & Philipp. Dec. in l. is damnum. §. quod pendet. ff. de reg. iur. &c in l. plerumque, eodem titul. & conſil. 279. placet mihi, colum. 2. ubi de hoc pacto de reuendendo nuncupatim loquitur, &c generaliter dicit contractum, qui ſub conditione reſolui poteſt, iudicari vt puram, inſpecto præſenti ſtatu, &c non conſiderato quòd poteſt reſolui, per d. l. 2. de in diẽ addict. &c idem (inquit) de uenditione facta cum pacto reuendendi: vt dicit probari in d. l. 2. C. de pact. inter empto. & uendi. Et idem (ait) in officiali, qui poteſt ad beneplacitum reuocari: nam de illo iudicatur, vt de perpetuo. l. iuriſperitos, in princ. & ibi Bart. & alij. ff. de excuſ. tut. & idem Dec. loquens etiam in hoc pacto, conſilio 308. in caſu ad nos tranſmiſſo, colum. 3. uerſicul. ſed hoc non obſtante: vbi & ad hoc allegat d. l. hæc uenditio. §. vlt. ff. de contrah. emp. & not. per Bar. in l. iudex, poſteaquã, circa. ff. de re iud. & alios qui ad id parũ faciunt.

75

*De eodem.*

Et hinc quoque videmus, quòd licet titulus conditionalis

tionalis non proſit ad vſucapionem. l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. pro empto. vbi ita ſcribitur, Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor non vſucapit: tamen titulus purus, ſed qui ſub conditione reſoluitur, præſcriptionem parit. d. l. 2. de in diem addict. & facit l. ſi alienam. ff. de don. cau. mor. vbi ex titulo reuocabili procedit præſcriptio. Et nos quoque alibi de huiuſmodi differentijs contractuum cõditionalium, & purorum, qui ſub conditione reſoluuntur, latè diximus, ſcilicet in repetit. l. ſi unquam, in uerbo reuertatur, nume. 283. uerum quantum ad priores, ubi omnino uide. Et hìc quoque Boe. Igne. & Sainxon. ſeipſos atq; alios fefellerunt, dum etiam uenditionem conditionalẽ confuderunt cũ hac noſtra, ſub pacto reuendendi facta, de qua loquimur, tanquã ſcilicet hæc cõditionalis eſſet.

*Cõditionis verbũ plerumque p pacto aut lege ponitur.*

76 Nec his obſtat, quòd d. l. 2. C. de pact. inter empto. quæ de hac uenditione loquitur, utitur uerbo conditionis, cùm dicit, Teque parato ſatisfacere conditioni. Nam ibi conditio accipitur pro pacto vel lege dicta in contractu: id quod apertè declarat eadem l. quæ quod in illis uerbis appellat conditionem paulò antè uocauerat legem, cùm dicit, ſi fundum parentes tui ea lege uendiderunt, id eſt, eo pacto, ut interpretatur gloſſ. 1. ibi. nã & aliàs ſæpiſſimè uidemus iſtud uerbum, conditio, accipi pro tenore contractus, ſiue pacto appoſitio in ipſo contractu puro, & minimè conditionali: ut in l. ſocietatem mecum, in prin. & ibi gl. 1. ff. pro ſoci. & ibi quoq; Bal. qui dicit d. gl. not. quia ſæpe iſta verba, ea conditione, ponuntur in contractibus. & etiã tex. in l. Caius, ff. de manumiſ. & in l. Mæuia, & ibi quoque glo. in prin. Oldra. & Alberic. ff. de manu. teſta. & in l. debitori tuo, ibi, ea cõditione pactoq; & ibi latè Philip. Dec. & Alciat. C. de pact. & l. 2. §. ult. & ibi Bal. & Ang. ff. de dona. & l. cùm res, & ibi Bal. C. eod. ti. & l. pater. § quindecim, ibi, ea lege & conditione. ff. de leg. 3. & l. quoniam. & ibi Bal. C. de rer. permu. & l. ea conditione & ibi Bal. & Sal. C. de reſcin. uendi. & l. nihil, & ibi Bart. ff. de coniun. cũ emanc. liber & l. cùm ea conditione ff. de euic. & l. Titio centum. §. 1. & ibi glo. ff. de condi. & demon. & l. 2. ff. de iure immunit. & l. & Ariſtoni. ff. manda. & l. ſi cum filius familiàs. §. 1. ff. de compen. & l. pen. ff. depoſi. & §. cùm autem, uerſic. & cum quibuſdam conditionibus, Inſtit. de adop. & ca. uerum. & ibi gloſſ. in uerbo, conditione. Anto. & Recentior. extrà de condi. appo & c. cùm Ioannes, & ibi Hoſti. col. 2. in uerbo, conditionalẽ, & rurſum in uerbo, conditione. & Ioan. Andr. in vtroque verbo, & Panorm. colum. 2. in 4. not. extrà de fide inſtru. & Bar. in quibus diebus. §. Termilius, col. 1. ff. de condi. & demon. & conſil. 4. factum tale eſt, quidam Dominicus, in 1. dubio. Bald. in procemio feudorum, in 2. diuiſ. Angel. conſil. 154. Andreas. Anto. conſil. 48. abſque diffuſione, in princip. Ioan. Ana. conſil. 75. viſis his quæ mihi narrantur, poſt princip. Alexand. conſil. 102. uiſis & ponderatis. colum. 2. uerſic. nam dicta uerba, lib. 1. & conſil. 119. uiſo proceſſu, colum. 1. uerſic. eiuſdem initij. eodem lib. 1. quod repetitur conſi. 20. libr. 6. Franciſ. Arer. conſil. 150. uiſis diligenter, poſt princip. Corne. conſil. 102. viſis cauſa, colum. 5. uerſicu. conditio. enim, lib. 2. & conſ. 301. circa, col. 1. in fin. lib. 4. Soci. conſil. 21. uiſo teſtamento magiſtri, col. pen. verſ. poſtremò cùm diſpoſitio. lib. 3. In quo etiam ſignificatu, eodem uerbo vſus eſt Tullius. lib. Officiorum 3. Regulus uerò non debuit conditiones, pactioneſque bellicas, & hoſtiles, perturbare periurio. Et ad Tyronem lib. Epiſtolarum 16. Sin autem ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt. Nam & Donatus enarrans illud Terentij in Andria, Accepit cõditionẽ: Conditio (inquit) eſt pactio, certam legem in ſe continens.

*Si pacto redimẽdi cõditionaliter fuerit appoſitum tẽpus, non currit niſi impleta cõditione.*

77 Fateor tamen, quòd ſi huiuſmodi pactum redimendi faceret uenditionem conditionalem: ut ſi ita diceretur, Vendo tibi hanc rem tali precio, niſi tu intra tale tempus idem precium reſtituas: (his enim uerbis, Niſi, tu, &c. ſit uenditio conditionalis, ut probatur ex l. 2. ff. de in diem addict. aut etiam alijs conditionem facientibus) tunc certè non curreret tempus retractus conſanguineis, niſi finito tempore, atque ita finita conditione, ex ſententia Gul. Cunei, & Albe. in l. 1. §. annus. ff. quãdo actio de pecul. cum alijs multis, quæ diximus ſuprà titu. præcedente, in gloſſ. 10. in uerbo, *dedans l'an*, in 8. q. Caue tamen, quia in illo exemplo ſuprà à nobis propoſito Azo in Summa, titu. C. de pactis inter emptor. & uendito. facit diſcrimen, utrum illa uerba concipiantur in præſenti tempore, & tunc faciant uenditionem uideri eſſe puram, per l. 2. §. ſi in diem. ff. de vſucap. pro empt. an in futuro, & conditionem efficiant: uerbi gratia, fundus erit tibi emptus, niſi &c. Ego uerò neſcio, an id ſeruandum ſit, quando uidemus & conditiones actibus & uerbis præſentibus plerumque apponi, Vendo tibi, lego Mçuio, deſpondeo Mariam in vxorem, ſi &c. ut uidere licet ex tit. ff. de cond. & demon. & C. de condi. inſert. & extrà de condi. appo. D. autem §. ſi in diẽ, mihi admodum obſcurus eſſe uidetur.

*An conditio verbis vel actibus preſentibus concipiatur.*

78 Ad decimumoctauum, quo dictum eſt, non currere tempus ſecundo, quandiu incertum eſt, an qui primo loco & ante cæteros admitti debet admitti uelit. Illud ingenuè fateor: ſed id nihil ad noſtrum caſum pertinent: nam ibi non patet locus ſecundo, donec primus admitti poteſt, & vult: igitur cùm ſecundus interim admitti non poſſit, etiam ſi uelit, nihil eſt, quod ei imputari poſſit, cùm impediatur impedimento iuris & facti: ideò quoque interim tempus ei non currit. l. ult. §. donec. C. de iur. delib. & l. 1. & ibi Docto. C. de bon. mater. & l. 1. in fi. C. de anna. excep. & l. in rebus. C. de iur. dot. & ca. quia diuerſitatem, extrà de conceſ. præb. cum ſi. Hìc autem nihil eſt, quod impediat conſanguineum retrahere, etiam durante tempore præſtituto ad reuẽditionem, ſed cum onere huiuſmodi reuenditionis, ſi fortè uẽditor poſteà veniant. Super quo etiã vide quę ſcripſi ſuprà tit. præceden. §. 1. in uerbo, *dedans l'an*, in 10. q.

*Tẽpus nõ currit impedito de iure & de facto.*

79 At huic obſtat, quod in ſimili dicitur, quod licèt durante anno, quo mater tenetur petere tutorem filio, aliàs à ſucceſſione eius excluditur, poſſint & cęteri agnati id quoque petere, non expectato eo anno, aut morte matris, ut uoluit gl. in l. 2. §. ultim. et ibi quoq; Bar. in princ. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. Tamen illis non currit primus ille annus matri conceſſus, quin poſſint intra aliũ annum petere, ſine iactura ſucceſſionis ipſius pupilli: ut uoluit alia gloſſ. in l. nepotibus, & ibi Cyn. Bartol. qui eam dicit not. & Bald. qui eam dicit ſingu. & Sal. C. qui pet. tuto. & glo. in l. 2. in gl. ult. in fi. & ibi Bart. col. ult. ff. eod. tit. & in l. ſciant, in uerbo, denegandam. C. de legit. hære. Oldra. conſil. 137. plures ſunt, col. 2. uerſic. quintò uidetur expreſſum. Ang. cõſ. 108. iſta quæſtio, in fin. Sed hęc res adeò obſcura eſt, ut uix intelligas, quid noſtrates de ea ſentiant: ut uidere licet apud Bart. in d. l. 2. col. penul. uerſic. tertiò eſt uidendum vſque ad fin. l. ff. qui pet. tut. & in d. l. 2. §. cõfeſtim. ff. ad Tertul. & in d. l. ſciant, & ibi quoque Bal. Ang. Rapha. Paul. Caſtr. & Corn. & eundem Bar. in l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui not. infa. & cõſ. 18. in nomine &c. uiſo teſtamento, in 3. dubio & iterum conſil. 215. an ſi teſtamentum ſit nullum, etiam in 3. dubio: nam idem propè eſt conſil. & in ſua diſputa. incip. pupillus, quæ eſt omnium poſtrema, propè per totum. Bald. in l. precibus, colum. 5. uerſi. ſed quid ſi impubes, & ibi Barb. in addi. C. de impube. & alijs ſubſtit. & eundem Bald. in ca. ex parte M. colum. 2. uerſi. ex his procedo, & col. ſeq. uerſi. modò quæro, extrà de appel. & conſ. 65. proponitur quod Putius, li. 2. & conſ. 379. punctus talis eſt, ut apparet, col. vltim. lib. 3. & conſi. 94. hìc plura occurrunt, lib. 4. & conſil. 278. uiſo teſtamento

*An durante anno, quo mater debet petere tutorẽ filio, currat tẽpus cæteris agnatis.*





colum. 2. eod. lib. 4. & conſi. 438. iſta quæſtio, verſic. ſed quis ſuccedet, eo. lib. 4 & conſi. 473. ſubſtituto, eode. libr. 4. & conſ. 498. opinio domini, eodem lib. 4. Angel. conſil. 118. auia pro nepte. Sal. in d. l. ſciant. Pet. Ancha. conſi. 104 pro declaratione, in 1. & 2. dubio & conſ. 205. omnia, col. 1. & conſ. 440. in quęſt. col. 1. & Card. Floren. conſil. 105. ſuper præmiſſo, colum. 1. verſic. ſic & omnibus. Paul. Caſtren. conſi. 29. in puncto ſuprà ſcripto, col. vlti. uerſic. nunc eſt videndum, lib. 2. & Cor. conſil. 87. circa primum, in fin. lib. 4. & Ant. Rub. conſil. 81. viſo & diligenter. Ex quibus intelliges illud, quod ſuprà diximus, eſſe dubium, & multos tenere contrarium: quibus accedo, per ea quæ dicam infrà, in reſpon. 21. & 22. argu. Ex legibus autem Platonis libro 6. Si orphanorum tutor obierit, cognati, & affines ex utriuſque parentibus uſque ad conſobrinos, & patrueles, qui præſentes ſunt, alium intra decem dies conſtituere iubentur, alioqui drachma ſinguli quibuſque diebus mulctantur, donec tutorẽ præficiant. Ex quibus vides unũ omnibus his tempus ſimul currere.

*Lex Platonis.*

*Renunciatio tacita ex lapſu tẽporis plus habet uiriũ, quàm expreſſa.*

80 Ad decimumnonum, de renunciatione iuris impediti, quę ut non valet expreſsè, ita nec per lapſum temporis, qui habet uim renũciationis tacitę: reſpõdetur quòd ſi etiam Bart. & alij id dicerent, ad quod ſunt allegati, in d. 19. argu. tamen nihil obſtaret, quia hic conſanguineus impeditum nõ habet ius ſuũ retrahendi, quin id exequi poſſit, vt iam ſæpius diximus. Quin & ſi id tale ius eſſe renunciare non poſſet, non properea ſequeretur, quin ab eo, lapſu temporis excluderetur: vt per Bartol. Bal. Paul. Caſtren. & Recentiores, in leg. 3. C. de iur & facti igno. & in l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delib. Bald. in leg. 1. in 27. oppo. C. qui admit. cum multis concor. à me latè cõgeſtis in noſtris Legibus connubialib. in verbo, *expres*, quę eſt glo. nu. 74 & id quidem, cum multis ſeq. Quibus docuimus, plus ponderis habere renunciationem tacitam, quę ex lapſu temporis inducitur, quàm expreſſam. Nam & videmus, quòd Prælatus non poteſt expreſsè renunciare iuribus eccleſiæ, quia id eſſet donare, quod prohibitum eſt c. 2. extrà de donat. Ex lapſu autem temporis excluditur. c de quarta. & c. veniens, de præſcript. cum ſimil.

81 Ad vigeſimum, quo diximus, non videri datum, nec è diuerſo acquiſitum, quod auferri poteſt, & huiuſmodi ſimilia, facilis eſt reſponſio ex his, quæ ſuprà diximus: vt ſcilicet quodammodo, & aliquo reſpectu non videatur datum aut acquiſitum, ſed id quidem impropriè: quia, vt iam diximus, illud verbum, uidetur, improprietatem ſignificat. Nec tamen in noſtro caſu dici poteſt, quòd datum & acquiſitum non ſit venditori, cum ita ſit dominus ipſius rei, vt faciat fructus ſuos, & in alium poſſit eandem rem alienare, ut etiam diximus: id quod non eſſet, ſi ei datum & acquiſitum non eſſet. Et ſatis ſuprà oſtendimus in reſponſione 1. argum. non minus eſſe dominum, & eum quidem plenum & perfectum alicuius rei, quòd ab eo ex aliquo euentu res abire poſſit. Igitur hæc ratio nihil hìc concludit.

82 Ad vigeſimum primum, & ſecundum (nam ea eodem tenore, vt quæ ſunt eiuſdem originis, diſcutiã) dicẽdum eſt, iura in priore loco allegata, loqui in iuribus, quæ pluribus deferuntur ſecundum gradum, id eſt, quæ in ſolidum cõpetunt ijs, qui ſunt in primo gradu deinde illis deficientibus, alteris, qui ſunt in ſecundo gradu: verbi gratia, in ſuccuſſorio edicto, in quo hæreditas defertur proximioribus tantùm, vt quandiu deliberat is, qui eſt prior gradu, non currit tempus alteri: quia is alter prius non poteſt velle cũ effectu, imò ſuæ voluntatis declaratio, vt immatura, nulla foret. l. ſi filio. §. contra tabulas. ff. de inoffic. teſtamen. & l. ſi filius. § cùm filius. ff. de bonis liber. & l. 1. §. ſi intra. ff. de ſucceſ. edict & ita intelliguntur cętera iura in ea ratione allegata, vt pulchrè & ſcienter expendit & declarat Card. Flor. in d. Clemen. 1. §. ſecus, in 6. quæſt. de conceſ. præbend. & iterum conſi. 77. frater vnice, poſt princ. dum vtrobiq; diſputat de eo quod dictum eſt in d. 22. ratione. de duobus expectantibus cum clauſula acceptandi intra menſem, de quo etiam ſtatim dicemus, Hic autem ius retrahendi non defertur conſanguineo & venditori ſecundum gradum, nec ſucceſſiuè, ſed ſimul competit vtrique: ſed ita tamen ut alter alteri præferatur, ſcilicet venditor, ſi veniat, conſanguineo: quod non impedit tempus currere non tantùm venditor. ſed & ipſi quoque conſanguineo, per tex. omnium optimum, & qui omnem dubitationem, omnemq; diſputationem tollit, in d. l. ſi maritus præuenerit, quæ eſt 4 in prin. ibi, ſic tamen, iuncta l. 2. §. vlt & l. ſequen. eiuſdem tit. ff. de adulte. vbi dicitur. quòd pater & maritus ad accuſationem adulterij admittuntur, ſed ita tamen, vt maritus, ſi velit, præferatur patri: quia credendum eſt eum propenſiore iure & maiore dolore accuſationem executurum. Tamen vtrique ſimul currunt tempore accuſationis. Ex eoq; not. Bart. & Ang. quòd quando duo poſſunt admitti ad aliquid, vtrique cedunt tempora, donec vnus præoccuparit: quod procedit vt (inquit) quando tempus ſimul competit pluribus, etiam ſi aliquis eorum habeat priuilegium præuentionis, vt ibi dicitur. Secus, ſi non ſimul, ſed ſucceſſiuè id tempus competit. nam tunc ſecundo non incipit currere, niſi poſt finitum tempus primi, per l. vltimã C. qui admit. quæ inter alias allegata eſt in dicta 21. ratione contrariæ partis. Et hanc diſtinctionem nuncupatim ſequitur Card. Flor. in locis ſuprà allegatis. Et hanc quoque doctrinam optimè probat gloſſ. in c. ult. de conſuetudine lib. 6. de qua locuti ſumus ſuprà reſpon. 14. argum. Sed cuius hic quoque expreſſam mentionem volui facere, quia & hæc ijs, quæ hic diximus, admodum quadrat.

*Cùm ſimul eodem tempore ius pluribus cõpetit, ſimul illis tẽpus currit: ſecus ſi ſucceſſiue ius competit.*

Propterea que Bar. & Ang. in d. l. ſi maritus præuenerit, ex hac doctrina tenent contra illud, quod in dicta 22. ratione diximus: tenent (inquam) non niſi vnũ menſem ſimul competere omnibus expectantibus, eundemque illis ſimul currere. quod & idem tenuit Ioannes Andreas, ſecũ hac in re pugnans, Zenzel Pau. Eleaz. diſtingues, ſed cuius diſtinctio ad noſtrum caſum nihil pertinet, Lapus ſimiliter diſtinguens & Lauren. à Pinu in dicta Clemen. 1. de conceſ. prębend. & ibi quoque Ioannes Calder. & Cardin. Floren. in d. §. ſecus, in 6. quæſtio. vbi dicit id obſeruari, & Bonifa. Vital. in eo ipſo §. ſecus, colum. penult. vbi etiam dicit id in practica obſeruari. & idem Cardin. d. conſ. 77. in princip. & rurſus conſil. 183. in nomine &c. caſus ſuper quo, col. 4. verſic. per hoc dico. iterumq; conſ. ſeq. poſt redditũ, col. 2. ver. ex prędictis. Sal. qui ita dicit conſuluiſſe & obtinuiſſe, in d. l. vlt in 1. quæſt. & ibi quoq; Alex col. vlt. & Corn. poſt princ. C. qui admit. & nouiſſimè Mart. Pac. in tractatu de mandatis Apoſtolicis, parte 1. num. 51. & ſeq. Et vt diximus in dicta 22. ratione, Sebaſti. qui pro priori parte allegatur, ſubdubitat. De quo præterea vide ipſũ Cardi. Floren. conſ. 105. ſuper pæmiſſo, col. 1. verſ. tertio ad idẽ & colum. 6. verſi. ad tertiam. 82

*De eo, quod dictum eſt ſuprà de menſe expectantiũ.*

Ad vigeſimumtertium. quo dictum eſt, vnum atque idem tempus nõ operari effectus circa duos actus, quorum vnus ſucceſſiuè venit ad alium, illud quidem fateor & iam ſæpius ſuprà diximus. Sed hic nihil tale eſt, quando vnum alteri non ſuccedat, ſed vtrumque ſimul competat, ſed ita tãtùm, vt vnum alteri pręferatur. Ideóque & ſimul vtriq; tẽpus currit: vt pleniſſimè diximus, & probauimus ſuprà verſi. ab hinc 2. & alibi ſæpe. Quibus & tu potes addere quòd idem tempus poteſt, & ſolet pręſtitui ad plures actus qui ſimul poſſunt concurrere eodem tempore: vt probatur in c. licèt cauſam, & ibi Pan. colum. 2. in 3. not. de probatio. Secus, dicit ipſe 84

*Idem tempus ſolet præſtitui ad plures actus, qui ſimul poſſunt concurrere.*

Panor. ſi ordine ſucceſſiuo eſſent expediendi, per gl. not. in Clem. ſæpe. uerſ. & quia poſſeſsiones, in uerbo, & poſt dationem, de uerb. ſignif.

85 *Pulchra quæſt.* Sed maius eſt dubium in hac ſpecie. Quis uendit annuum aliquod uectigal generale, ideſt, ſuper omnibus ſuis bonis (id nos vulgò, *rente generale*, uocamus) ea lege, ut id poſſit redimere intra certũ aliquod tempus, reſtituto precio uenditionis: & ſi id non fecerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc (ut noſtri loquuntur: idq́; eſt quod lingua uernacula & vulgari dicimus, *des à preſent comme des lors, & des lors comme des à preſent*) dat emptori in ſolutum eius uectigalis, ſiue loco illius, fundum quempiam, ideoque competit conſanguineo ius retrahendi eum fundum: tum quia in datione in ſolutum habet locum retractus, ut diximus ſuprà tit. præcedente §. 1. glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, nu. 2. & multis ſeq. tum quia, cùm ex pacto appoſito in contractu uenditionis eius vectigalis is fundus cedatur ſub conditione, ſi uectigal redemptum non fuerit, perinde habendum ſit, ac ſi is fundus primo loco & iam à principio eſſet uenditus: ut dicit Pau. Ca. conſ. 165. viſis & ponderatis, colum. 2. uerſ. 2. uidetur, lib. 1. & dicemus latiùs infrà in fi. huius tit. q. 25. ad fi. Quæritur ergo, vtrũ conſanguineus poterit intra annum poſt huiuſmodi facultatem conceſſam uenditori retrahere: an verò debuit id facere intra annum contractus, non expectato illo tẽpore facultatis.

86 *De eodem.* Dubium facit, ultra dicta in præcedenti quæſtione, & quæ alio loco diximus de uenditione conditionali, uidelicet in tit. præceden. §. 1. gl. 10. in uerbo, *dedans l'an*, in 8. quæſtio, dubium (inquam) facit ea clauſula, ex nunc prout ex tũc &c. quæ eam vim habet, vt actus ita factus cenſeatur habere effectum, iam ab ipſo principio, non expectato tempore cõditionis, ut quod ad idipſum principium retrotrahitur, gl. in Clemen. nolentes, in uerbo, ex tunc, de hæretic. quæ dicit conſtitutionem, in qua hęc clauſula apponitur, ſtatim ligare à tempore promulgationis illius, non expectato lapſu duorum menſium: de quo in Auth. ut fac. nouę conſtit. Et ita quidem: ut quod interim, ſcilicet intra illos duos menſes factum eſt, nullum ſit. & ſequitur ibi Card. Flor. in 1. oppoſ. ubi dicit eam gloſſ. ſing. & Imol. colum. 1. Et dicit Bald. in Auth. contrà rogatus, col. 1. C. ad Senatuſcon. Treb. quòd licet aliàs conditio poteſtatiua non trahatur retrò, non tamen fallit, cùm apponitur ea clauſula, ex tunc, prout ex nunc. Nã & ſola dictio, ex nunc, denotat tempus continuum, facitque ut ſtipulatio ſub conditione facta, exiſtente ea conditione, retrotrahatur ad tempus ſtipulationis, per tex. loquentem ijs uerbis, ab hac die, ſiue ex hac die. quę eundem ſenſum habent in l. huiuſmodi ſtipulatio, ff. de uerbo. oblig. & ibi Docto. inter quos Angel. Imol. Pau. Caſtren. & Alex. id trahunt ad hanc noſtram vulgarem clauſulam, ex nunc prout ex tunc. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. & ibi quoque Bar. Bald. Ang. & alij, eod. tit. & not. Ioan. Andr. in ca. cùm in cunctis, col. 5. uerſic. item expreſſio, extrà de elect. in Nouell. Petr. Iacob. in tit. de condi. ex leg. quæ pro re dona. compe. col. 3. Bald. in l. lecta, col. 1. in ult. not. ff. ſi cert. pet. [& in c. 1. col. 6. uer. ſed pone, clericus, tit. de milit. vaſal. qui contu. eſt.] Angel. in l. 1. in fin & ibi Alex. & Iaſ. col. vlti. C. de codicil. idem Angel. conſ. 42. porrecta, ad fin. Alex. conſil. 83. uiſa facti narratione colum. 3. uerſicu. confirmatur hoc, quia poſſeſſio, lib. 2. & latiùs conſil. 111. perſpectis literis, colum. penulti. uerſicu. ex prædictis infero, lib. 6. Franciſc. Aretin. conſil. 160. longa eſt, colum. 4. uerſic. ſed certè. Barba. conſil. 64. ſcribitur Exodi. colum. antepenultim. lib. 4. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 218. quidam donauit. Iaſon conſil. 147. præſens conſultatio. colum. 9. uerſicu. ſecundo poſſet reſponderi, libr. 2. & Felin. in cap. licet cauſam, colum. 4. uerſicu. nota ſexto, extrà de proba. & Franciſc. Ripa in l. 1. nu. 5. ff. de pigno. Steph. Bertrand. conſ. 79. uiſo proceſſu, colum. 1. lib. 2. Chaſſe. conſil. 53. ex facto, colum. 1. uerſicul. 14. & iterum column. 23. uerſicul. ad quartum. & conſil. 66. eodem initio, colum. 5. uer. ad hoc eſt clara, in fi. [Maria. Soci. Iunior conſil. 106. pulchra profecto, colum. 8. nume. 28. lib. 1.] Nam & hæc dictio (nunc) per ſe ſimplex, eſt aduerbium præſentis temporis, ut dicunt Grammatici. Et probatur in l. nunc tractamus. ff. de tutel. & ration. diſtra.

Verum contrarium in noſtro caſu cenſeo, ut ſcilicet non currat tempus redimendi eius fundi conſanguineo, niſi elapſo eo tempore, præſtituto conditioni redimendi uectigalis. Nam hæc uenditio, ſiue datio in ſolutum, eſt conditionalis, ideo non currit tempus, niſi conditione impleta, ſecundum ea quæ latiſſimè diximus in d. 8. q. d. gl. *de dans l'an*. Nec quicquam mutat, quantũ ad id illa clauſula, ex nunc, &c. per id quod voluit gl. in Cle. 1. in uerbo, ex tunc, de conceſ. præb. q. ſententia excõicationis ſub conditione lata, cum illa clauſula, ex nunc, nõ afficit ante cõditionem, ſed ſuſpenditur effectus ipſius. & ſequitur Cardi. Flor. in 1. oppo. & Imo. col. 2. verſicu. glo. ex tunc & idem propè voluerunt Innocen. Hoſt. Abbas antiquus, & clariùs Ioan. Andre. in c. pręterea requiſiſti omnes, in uerbo, excommunicatum, extra de appel. & ibi etiam apertiſſimè Collect. paulò ante fin. Bald. columu. 3. uerſicu. quæro nunquid ſit differentia, Panormi. colum. penulti. uerſicu. extra gloſſam quæro. Phil. Franc. colum. 5. in 3. quæſt. & Philip. Dec. colum. etiam penult. verſicu. extra gloſſ. primò & Card. Alexand. col. 2. & præterea Archi. & idem Ioannes Andre. Domi. & Philip. Franc. in cap. dudum. de prębend. lib. 6. D. à Rota deciſ. 95. §. in 1. addi. in nouis. Bald. in l. præpoſteri. C. de teſta. ubi ex hoc dicit, quòd ſi quis ita dixerit; Si matrimonium mecum contraxeris, ex tunc volo eſſe obligatus ad decem nomine dotis, tamen non obligabitur, niſi contracto matrimonio. idem Bald. in dict. Authent. contrà rogatus. & in l. ex illa. C. de appel. & in cap. 1. colum. 5. uerſicu. ſed pone clericus, titu. de mili. uaſal. qui contu. eſt. Roman. in l. lecta. & ibi quoque Fran. Aretin. colum. 2. ff. ſi certum peta. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 588. clericus. & conſil. 126. de anno. vbi ex hoc dicit, ex tali uenditione nõ haberi laudimia, niſi temptore elapſo. & Felin. in cap. licet cauſam col. 4. uerſic. nota ſextò, extrà de proba.

87 *De iiſdem dictionib.*

Si quando autem diſpoſitio his uerbis utens retrotrahitur, id fit per fictionem, ſecundum Iac. But. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. & Angelus d. conſil. 42. in fi. quæ fictio nõ habet locum in ſtatutis, ut etiam de mãdato, cum retrotrahitur, dicit Bar. in l. ſi is qui pro emptore, colum. 4. uerſi. ecce exemplum, ratihabitio. ff. de vſucap. cum alijs concordantijs à me adductis ſuprà, titu. præced. §. 1. in glo. 10. in uerbo, *dedans l'an*, num. 72. præterea quod dicitur. In ſtatutis autem, ex quibus retractus procedit, non eſt locus fictioni, ſed meræ ueritati, ut dicit Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore. in 3. quæſt. princ. cum ſimilibus. Neque aliàs vnquam, cùm tractatur de præiudicio alterius. gl. in c. quia circa, extrà de priuilegijs. Petr. Ancha. conſ. 106. dubitatur. & not. in l. hac edictali. §. his omnibus. C. de ſecund. nupt. Ideo nec fit vnquam retrotractio in præiudicium aliorum, ſed eorum tantùm, qui actum confecerunt. l. ſtipulatio de dote. ff. de iure dotium. & l. in inſulam. §. ult. ff. ſolut. matrim. & c. ſi pro te. de reſcript. lib. 6. cum alijs multis concord. à me collectis in d. uerbo, *dedans l'an*, num. 71. eſt autem generale. 88





§. TERTIVS.

Si le dict achepteur recoit le dict lignagier au dict retraict, neãtmoins celuy, qui à la dicte grace conuentionelle, peut faire ſon offre de retraict au dict achepteur, s'il veut: ou au dict lignagier, qui à retraict la choſe: ou autres, à qui les dictes choſes ſeroyent tranſportées. Mais s'il vient au premier achepteur, le dict achepteur luy doit dire & declarer, à qu'il à tranſportée, afin que le dict demãdeur puiſſe venir cõtre celuy, à qui le tranſport à eſté faict. Et ſi le dict premier achepteur ne declaire & nomme celuy, à qu'il à tranſporté, il en aura ſon recours & action contre luy à ſon intereſt. Et ne courra point le temps du dict retraict conuentionel, iuſques à ce qu'il ſoit ou puiſſe eſtre informé deuement, à qui la choſe à eſté tranſportée, & à qui elle appartient. Au quel, quand la choſe ſera venue à ſa notice, il pourra faire ſon dict offre de retraict conuentionel, & ſerà tenu de le receuoir.

*Qvod ſi emptor conſanguineum admiſerit ad retractum, nihilominus, is cui redimendi facultas ex pacto competit, poterit, ſi ita ſibi videatur, retractum offerre emptori, aut conſanguineo, qui rem retraxit, aut etiam alijs, quibus ea fuit alienata. Quòd ſi ad primum emptorem ſe contulerit, tenebitur ipſe emptor declarare, cuinam rem huiuſmodi ceſſerit, vt poſſit actor illum conuenire, in quem ea fuerit translata. Et ſi primus ille emptor eum non nominarit, cui rem ceſſerit, competet venditori actio aduerſus eum, quanti ipſius intereſt. Nec interim curret tempus retractus conuentionalis, quo ad reſcierit, reſcire'ue poterit, ad quem ea res peruenerit. Et hoc quidem cognito, poterit ei offerre huiuſmodi retractum conuentionalem, debebitq́; ab eo admitti.*

*OV AVTRES.*

AVT ETIAM ALIIS.

Gloſſ. I. & vnica.

1 *Venditor cum pacto an poſſit à tertio retrahere.* Agitvr venditor ui huius pacti de reuẽdendo poterit rem non ab emptore tantũ ſuo retrahere, ſed ab alio quoque qui emit ab ipſo, vt etiam de iure communi multis placuit, multis quoque refragrantibus, ut latè diximus ſupra eodem tit. §. 1. in glo. 7. eademq́ue vltima in verbo, *ſeront preferez* num. 6. at in pacto, & multis uerſiculis ſeq. Quibus addes (ne id omittam) quæ de hac re ſcribit Alex. conſi. 222. ponderatis his quæ in themate, colum. vlt. verſic. circa uerò aliam, lib. 6. & Phil. Dec. conſi. 88. cuius ſuperſcriptio incipit. valet ſtatutum, colum. 3. verſic. ſecundo principaliter, vbi hanc dubitationem tangit, nec tamen ſuam ſententiam interponit, ſed illud tantum dicit, quòd ſi ſit ſtatutum, ut poſſit agi contra tertium, id ſeruandum eſt. Multa quoque de hac re ſcribit Chaſſ. tit. *des rentes vendues à rechapt.* §. 1. verſi. tertium eſt, & multis ſeq. & Ant. Rube. conſi. 159. clari iuris. Audio autem hanc opinionem ſeruari in Francia, vt contra tertium agi poſſit. Eſtq́ue in id expreſſum ſtatutum Sabaudiæ, lib. 3. ſtatutorum, ca. 16. ex frequentibus. *An id pactũ impediat alienationem in tertiũ.* Suntq́ue nonnulli qui conſtanter tenent, id pactum reuendendi impedire alienationem rei in alium, ita, ut, ſi alienata fuerit, poſſit ab eo uendicari. Ita enim tenuit & multis probauit Guid. Pap. conſ. 49. principale dubium, ubi inter cætera allegauit Bart. in l. in diem. ff. de aq. plu. arcend. ubi tamen non loquitur de alienatione, ſed de hypotheca, de qua nos dicemus infrà, in hac ea. gl. num. 10. hic autem, & ſeq.

2 *Quid, ſi prior venditor obtulit preciũ ante alienationem. A in id ſufficiat verbalis oblatio.* Illvd autem mihi certum eſt, quòd ſi uenditor ſemel interpellauerit emptorem de reuendendo, & ei precium obtulerit, ſublata eſt ipſi emptori facultas uendendi alteri, arg. l. fundus qui Lucij. Barto. in l. creditor, quæ eſt pen. ff. eodem tit. Bald. Imo. & Paul. Caſtr. in l. ſi mora. ff. ſol. matri. ubi dicitur, quòd ſi creditor poteſt irreuocabiliter vendere rem pignoratam, & debitor ſe offerat ſoluere precium, per huiuſmodi ablationem impeditur irreuocabilis alienandi facultas. Sed an hoc caſu ad impediẽdam huiuſmodi facultatem ſufficeret verbalis oblatio, vide Caro. Rui. conſ. 64. viſo pceſſu, col. 4. nu. 7. & iterum col. ſeq. nu. 10. lib. 4.

3 Tamen ſi poſterior eſſet ea opinio, quę negat admitti vẽditorem aduerſus tertium emptorem, hodie parum prodeſſet, vt tradit Paul. Caſtr. in l. 2. ad fi. C. de reb. alien. nõ alien. cùm ex communi vſu Notariorum in inſtrumentis apponi ſoleat hypotheca, quæ realis eſt. §. item. Seruiana, Inſti. de actio. & ideo fundum ſequitur & obligat tertium, ex textu. quem vbique omnes dicunt ſingul. in l. creditor. §. vltimo. & ibi Bartol. ff. de diſtract. pignor. & not. per Bartol. & Bald. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. Bartol. & Recentiores, in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de verborum obligat. idem Bartol. in l. nemo, quæ eſt penultim. ff. de pact. Ange. conſi. 230. intricatè, col. 1. & conſ. 243. multi conſortes, poſt princ. Rapha. Fulg. qui id dicit not. dignum, conſi. 117. Io. col. 4. verſi. illud porrò. Alex. loquens nuncupatim de hoc pacto reuendendi, conſi. 228. ponderatis quæ ſeriosè, col. 3. verſicu. præterea etiam, li. 6. Guid. Pap. qui etiam de hoc pacto loquitur, deciſ. Delphi. 669. per pactum poteſt prohiberi, in princ. atq; iterum in verſic. ſed vbi dubitari, vbi id dicit fuiſſe determinatũ. Socin. qui & ipſe de hoc caſu loquitur, conſi. 80. in quæſtione quę veritur, colum. 3. verſic. vel etiam & tertiò, lib. 3. *Quid, ſi hypotheca interueniat.*

4 *Locatio facta cum hypotheca, an obſtringat tertiũ emptorẽ.* Idemqve in ſimili traditur de locatione facta cũ hypotheca, vt etiam obſtringat ligetq́ue tertium emptorem, per Barto. Bald. & alios in l. emptorem. C. loca. & in l. qui fundum. ff. eo. & in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficie. & in l. filio. § ſi vir. ff. ſolut. matrim. Angel. conſi. 2. certum eſt, colum. vlti. verſiculo, item actio. & conſil. 245. quia omne, in 5. dubio. Imol. in d. §. Diui, colum. 3 & ibi quoque Recentiores. Pau. Caſtren. in l. ſi merces. §. 1. ff. loca. Raph. Co. conſil. 20. magiſter Antonius. colum. 1. Maſuer. titu. de loca. §. item emptor non tenetur, & ſequen. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 480. locaui, colum. 1. verſicul. ſed pone. & ſingu. 719. emptor non habet & conſi. 127. proceſſus fuit, col. 5. cum alijs multis concordan. congeſtis ab Alexan. in d. §. ſi vir, col. 2. & conſil. 118. in caſu de quo quæritur, col. penult. verſicu. inſuper quia in inſtrumento, lib. 5. Barb. conſi. 36. ſapienter, col. 9. verſi. ſed videamus, lib. 2. & Stepha. Bertran. conſil. 143. pro faciliori, columu. vltim. libr. 4. & Ferdi. Loaz. in repet. dict. §. Diui, charta. 23. verſicu ex iſta communi, qui eſt nume. 441. & Anto. Corſe. in ſuis ſingu. in verbo, pactum ſi propter obſeruantiam. & Hippol. Marſi. ſingu. 321. credo te ſcire. Vtrum autem hoc caſu præcisè teneatur emptor ſtare locationi, an verò ſatis ſit, ſi offerat intereſſe, vide Moder. Pariſ. poſt alios multos, quos citat, conſuetu. Pariſi. titu. 1. §. 30. num. 95. & ſequen.

Similiter etiam dicitur l. quoties, C. de rei 5

*l. quoties. C. de rei vendi. non procedit, cū interuenit hypotheca.*

vendic. quæ præfert ſecundum emptorem, cui res fuit tradita priori, non procedere, cùm res primùm fuit vendita cum hypotheca præfertur alteri, cui ſecundo loco fuit res vendita & tradita, vt voluerunt Cy. Io. Fab. Bal. Sal. Pau. Ca. & Iaſ. in d. l. quoties. & ipſe Iaſ. conſi. 5. ſtrenui, col. 5. verſ. ſextò pro iſta parte. & verſ. ſeptimò benè facit, lib. 3. & conſi. 6. exhibentur, col. 9. verſ. tertiò adeſt, eod. lib. 3. & Thomas Ferra. qui nullum horum memorat, cautel. 48. ſi quis vendit, colum. 2. verſicu. ſecundum remedium.

6 Aduerte tamen, ne decipiaris, quòd ſolus Iaſ. in d. conſi. & Thomas Ferrar. vbi ſuprà loquuntur in dominio rei. Cæteri verò, & ipſe quidem Iaſ. in d. l. quoties, loquuntur in hypotheca, vt ſcilicet prior in hypotheca præferatur in ipſa hypotheca, tametſi res ei nō fuit priùs tradita. De dominio autem non loquuntur. Et ſanè multi magnæ autoritatis noſtri temporis, in hoc, ni fallor, falluntur, qui tenent indiſtinctè in his ſolam hypothecā ſufficere, per d. l. ſi creditor. §. vlt. ff. de diſtract. pigno. qui tex. nuncupatim loquitur, cùm pacto de non alienando adiecta eſt hypotheca, quo caſu impeditur ſequens rei alienatio. Quòd ſi eo pacto non appoſito, interuenit hypotheca, ea certè nō impedit alienationem, & dominij rei hypothecatæ translationem, ſed ita, vt transferatur cum ſua cauſa, id eſt hypotheca, vt eſt tex. apertiſſimus in l. ſi debitor. C. eod. tit. & ibi concord. in glo. Nempe cùm debitor maneat dominus, & quidem pleno iure. l. generaliter. in princ. ff. qui & à quib. manu. & diximus ſuprà, tit. præced. §. 1. gl. 14. in verbo, *ou equipollent à vente*, num. 127. quid verò de re. Ideo & multi eorum, quos ſuprà citauimus, expreſſim loquuntur de hoc pacto non alienandi.

*An hæc etiā procedunt in dominio.*

*An et hæc procedūt, ſi hypotheca interuenit ſine pacto alienandi.*

7 Et hæc omnia, quæ diximus ſuprà de hypotheca, intellige, etiamſi cōfectum ſit inſtrumentum publicum à Notarijs, in quo fortè nō ſit appoſita hypotheca: nam cùm ea ſit ſolita apponi à Notarijs, ea debet cenſeri appoſita, vt voluit Cæpolla, in l. quod ſtudet. §. quia aſſidua, col. 3. verſ. vltimò, per iſtum tex. ff. de ædil. edic. per eum tex. & in l. & quæ nondum §. quod dicitur. ibi non ad illam, quę inſeri quotidie ſolet cautionibus. ff. de pig. Et eum nuncupatim ſequitur D. Boer. deciſ. 182. & per ſuprà dicta, col. vlt. Quibus adde tex in l. ult. cum gl. ult. & ibi Bal. C. de fideiuſ. & eundem Bald. & alios in l. huiuſmodi, in princ. ff. de leg. 1. cum alijs multis concord. à me congeſtis [in noſtris Commentarijs de Iure Conſtituti. in 31. limita. ferè per totum.] Sed uix id reciperetur in noſtra Curia.

*Quid, ſi confecta ſit hypotheca à Notario in inſtrumento publico. Clauſulæ ſolitæ cenſentur eſſe appoſitæ.*

8 Sed dubium eſt, an his caſibus neceſſe ſit interuenire ſpecialem hypothecam illius rei uenditæ uel locatæ, an uerò ſufficiat generalis omnium bonorū. De qua re uide Bar. in l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſſionem. & ibi latiùs Imo. Pau. Caſtren. Rom. Alexan. & Fran. Are. ff. de acq. poſſ. Bart. Imo. Pau. Caſtren. Alexan. Franc. Aret. & Iaſ. in d. l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege ff. de uer. oblig. Alex. conſ. 59. uiſo themate, lib. 5. Carol. Rui. conſ. 109. uidetur primò, col. 3. num. 8. lib. 4. & conſi. 12 uiſo themate, col. 1. nu. 3. & iterum col. ult. uerſic non obſt. dum ultimò, eod. lib. 4. Steph. Bertrand. conſilio omnium primò, in 3. dubio, lib. 1. & conſil. 191 nihil exiſtimo, col. ulti. eodem lib. 1. & conſi. 4. parum refert, nu 33 & ſeq. lib. 2. & conſi. 185. quamuis donatio, num. 11. 12. & 13. lib. 3. Iaſ. conſi. 211. præſens conſultatio, col. 6. uerſ. item in iſta, lib. 2. Ioan. Crot. in repet. d. §. Diui, col. 28. uerſic. quartò. limitatur. & ibi quoque Ferd. Loaz. ubi ſuprà, uerſ. difficultas tamen eſt, ubi & alios concord. afferunt, & Albert. Bru. conſi. 66. dum dubitatur, colum. 2. uerſic. quartò. & Ludo. Gozad. conſil. 24. quæritur, an Dauid, num. 9. & [& Maria. Socin. Iunior conſil. 129. in cauſa Achillis, colum. 1. & 2. lib. 2.]

*An in iſtis caſibus neceſſaria ſit ſpecialis hypotheca.*

9 Qvamqvam id fruſtra in noſtro pacto reuendendi de hac re quærimus, quandoquidem promittens rem reuendere uenditori, cenſetur illi eandem rem in id obligare, pignorareque, per l. creditor, quæ eſt 3. §. poſt diuiſionem. & ibi Barto. & Bal. qui id notant, ff. qui potior. in pig. habe. Iac. Aret. (ut à noſtris citatur) in l. ad curatoris. ff. de dam. infec. Bal. in l. creditores, in fi. C. de pign. ubi illum tex. dicit ſingu. & conſi. 201. tria ſunt, in 2. dubio, lib. 4. ubi & illum quoque textum dicit nota. & nuncupatim loquitur de hoc noſtro pacto de reuendendo, cùm cæteri loquantur de uendendo, quod idem eſt, quantum ad id, de quo tractamus, Cæp. qui & de noſtro pacto loquitur, in tractatu de Simulatione cōtractuum, colum. 1. & dicemus infrà, eod. titu in fi. huius tit. num. 125. huius igitur, & ſequen. ut iam non dubitandum ſit, quin ſit uerior ea opinio, quæ facit ius uenditori redimendi etiam à tertio emptore.

*An promittēs reuendere, cenſeatur id rem ipſam pignorare.*

10 Hic autem opportunè quæri poteſt, quid ſi emptor rem alteri non uendidit, ſed obligauit, an poſtea retrahente uenditore ui huius pacti, res in eum tranſibit libera, an uerò cum onere & nexu illius hypothecæ. Et idem in retractu proximitatis quæri poteſt. Hanc autem de huiuſmodi retractu conuentionali quæſtionem nuncupatim tractat Bar. in d. l. in diem, ff. de aqua plu. arcen. ubi primùm dicit, eam l. facere, quòd non tranſit cum onere, quia debuit requiri conſenſus uenditoris. Et confeſtim ſubdit pro declaratione illius l. ita eſſe diſtinguendum, utrum res reuertatur ad uēditorem, aut alium actorem de neceſſitate, & reſcinditur omne ius ſeruitutis uel pignoris conſtituti ab emptore, per eam l. & l. 3. ita enim allegat, licet ſit l. ſi ex duobus, quæ eſt 6. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem addi. An ex uoluntate aut facto emptoris ad hoc directè tendente, ſiue, ut ipſe loquitur, ordinato & non reſcinditur. l. 3. ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſol. & l. bouem. §. pignus. ff. de ædil. edict. & quod not. per glo. in d. §. ſed & Marcellus. An uerò facto emptoris non directè ad hoc tendente: & tunc ſoluitur omne ius ab ipſo emptore conſtitutum. l. lex uectigali. ff. de pig. ibi enim, licet non ſoluat, non tamen in hoc fecit, ut ad actorem res rediret. Et per hoc (inquit) apparet idem eſſe in pacto legis commiſſoriæ. Subditque, quòd ſi uenditor rem redimeret, quia læſus fuerit ultra medium iuſti precij, ex l. 2. C. de reſcind. uend. id fuit ex uoluntate emptoris ad hoc ordinata, quia uoluit reddere, & non ſupplere precium, quod erat in ſuo arbitrio, ſecundum d. l. 2. & lex non transfert ipſo iure ſine eius facto & traditione, ſicut in d. l. lex uectigali. & in dicto pacto legis commiſſoriæ. Et ex hoc (ait) apparet deciſio omnium quæſtionum, quæ circa hoc poſſunt occurrere, & illum ſequitur Raphael. Cu. ibi.

*Res ex hoc pacto redēpta, an redeat libera obligationib. emptoris.*

*Res redēpta ex l. 2. C. de reſci. uen. an redeat libera.*

11 Idem autem Bart. & Ang. in d. l. 3. ff. quib. mod. pig. uel hypoth. ſol. not. ex ea, iuncto princi. l. ſeq. quòd ſi ius debitoris obligantis reſoluitur ex cauſa antecedenti neceſſaria, reſoluitur quoque pignus: ſecus ſi ex uoluntaria, id quod ipſe Bart. dicit eſſe not. ad multa. Et primò, quòd quando res uenditur, & apponitur pactum de reuendendo, ſi interim pignoretur debet diſtingui, an emptor cogatur reuendere ex neceſſitate, an uerò ex uoluntate. Idem ſi pignoraſti rem emptam, quæ tamen poſtea auocatur propter læſionem ultra dimidium iuſti precij, ex d. l. 2. C. de reſcin. uend. non diſſoluitur pignus, quia emptor reddit rem ex uoluntate, non neceſſitate, cùm poſſit ſupplere precium. Idem quoque Bart in d. l. ſi ex duobus § ſed & Marcellus. ff de in diem addict. clarè decidit in noſtro caſu reuenditionis pignus reſolui, cùm contractus reſoluatur ex neceſſitate prioris contractus, ut in caſu d. §. Quaquam id dubium poterat uideri ex dictis ipſius in dictis illis duobus locis. Sed hanc ipſius ſententiam, quæ uult pignus in hoc caſu reſolui, ſequitur Bald. in d. §. ſed & Marcellus. & Franc. Curt. Senior conſi. 12. Lucius, col. penul. Fabia. in tracta. emptionis & uendi.

*De eadem re.*



uendi in 4. quæſt. 7. quæſtio, prin. Phil. Dec. in l. ſi ſocius, col. 2. ff. ſi cert. petat. & conſ. 88 cuius ſuperſcriptio incipit, ualet ſtatutum, col. 2. uerſic. & ſpecialiter in propoſito. & conſi 238. proponitur quòd nobilis, col ulti. in 5. dubio. & conſ. ſeq. primò non uidetur, col. quoq; ult. uer. & ad confirmationem. Anto. Rub. conſilio 90. uiſo caſu col. ultim. & Hieronym. Cagnol in repet. l. 2 in 5. quæſt. C. de pact. inter empto. & uendito. ubi tamen ſubdubitat. & Moder. Pariſ. in conſuetudi. Pariſien. titu. 1. §. 41. nume. 21. [& Marian. Soc. iun conſ. 20. in propoſito caſu, colum. 7. uerſicul. ſecundò probatur, lib. 1.]

12 In caſu autem dict. l. 2. C. de reſcidenda venditio. per ſtat. Bar. in dicto §. ſed & Marcellus, in illa ſua ſententia, vt ſcilicet non reſoluatur pignus, id quod etiam ante eum voluit, licet non alleget, Ioan. Andr poſt alios antiquiores, in addit. Specu. in Rub. de obligatio. & ſolutio. column. 2. verſicu. propoſito congruit. Et hanc quoque opinionem ſequitur Albe. in dict. l. 2. colum. 4. verſicul. item quæro uendidi. C. de reſcienden. uend. Pet. Ancha. in cap. acceſſorium, colum. 10 uerſicu prædictis applico quæſtionem, de regul iur lib 6 & Alexand. conſilio 45. in cauſa, colum. 2. uerſicu ad quod pluribus, lib. 5. Verū contrarium tenuit Bald qui ſolus Bartoli meminit in ipſa l. 2. in 13 quæſt. uerſicu iuxta hoc quæritur, quia reſoluto (inquit) iure pignorantis, reſoluitur ius accipientis, per d. §. & l. lex uectigali, etiam ſi reſoluatur ex actu uoluntario, puta quia pignoraui rem empyteuticam, & poſtea non ſolui canonem, nam in mea poteſtate erat ſoluere, ſponteque ac liberè non ſolui, tamen hoc nocet creditori, & finitur ipſius hypotheca. Ita & in caſu dict. l. 2. nam debemus id potius conſiderare, quod eſt in natura actionis reuocatoriæ, quæ competit ad rem, quàm quod eſt in nuda facultate ſoluendi, aut non ſoluendi precium Nec enim potuit emptor pignorando facere deteriorem conditionem uenditoris per dict. l. 3. ff. quibus modis pign. uel hypo. ſol Nec obſtat (inquit) quod dicitur in dic. l. 3. in uerſ quanquam. quia ibi loquitur, quando ex ſola uoluntate emptoris pendebat reſolutio. At hic non pendet ex ſola eius uoluntate, quia hæc res non erat liberè apud emptorem, ſed quodammodo affecta ex diſpoſitione legis. Subdit tamen dictum Bartoli eſſe uerum, quando ſine iudicio res eſſet ſpōte reddita, per l. ſi debitor, in principio. ff. quibus modis pignus uel hypo. ſolui. Et dicit Bal. id fuiſſe diſputatum Bononiæ, & eum ſequuntur Salicet. ibi in 15 quæſt. & Paul. Caſtr. col. 3. uerſic. octauò quæro. ubi & hanc rationem affert, q. hęc reſolutio fit ex cā de præterito, quæ ſcilicet orta eſt ante obligationē & ſit obligatio cenſ. ſi eſſe facta eo iure ac modo, quo erat apud emptorem. & ibi denique Pantaleon in repe. col 43. uerſicu. quærit etiam Bald. & ipſe Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſi. titul. 1. §. 22 numer. 45. Et hanc partem credo eſſe uerſiſsimam, non enim emptor dicitur ſponte reuendere, qui cogitur ex legis diſpoſitione vel ſupplere, vel reuendere, vt ſatis ſenſiſſe uidetur gloſſ. in dict. l. 2. in verbo, iudicis, verſicu. item ſi iſte venditor. C. de reſcinden. vend. per text. optimum in l. ſi quis ſub. §. ſed ſi ſub. ff. de condi. inſti. & diximus latiùs ſuprà, titul. præced. §. 32. in gloſſ. 1. nume. 56. quod autem tertio, & duobus ſeq. Et quia etiam poſſet emptor, ſi aliam opinionem reciperemus, fraudare emptorem hoc l. beneficio, rem emptam tot ſeruitutibus, debitis, & obligationibus onerando, vt multò ſatius eſſet venditori eam apud emptorem relinquere, quàm recuperare tot ſatiſque oneribus ſubditam.

*De eadem re.*

13 Qvid autē de feudo & emphyteuſi reuerſa ad dominum an redeat libera, an cum onere pignoris, ſeruitutis, aut alterius, obligationis quia nō eſt propria ac peculiaris materia huius noſtri tractatus, vide vltra prædicta text. in c. 1. §. rurſus. & ibi Bald. Aluar. Mar. Laud. & Cardi. Alex. tit. quib. mo. feu. amit. & tex. in c. 1. §. quid ergo. & ibi DD. & maximè Card. Alex. col. vlt. verſic. quæro pone vaſallus. & iterum verſic. quæro nunc, tit. de inueſti. de re ali. fac. & in c. 1 in fi. & ibi etiam Bal. tit. de cont. inter vaſal. & ali. Cy. in l. ſi duobus quæ eſt vlt. § ſin autem ſub conditione ad fi. C. com. de lega. Collec. in c. 2. col. 1. ver. quid ſimiles, extrà de feud. Blan. Marſ. in Summa tit. quib. mo. feu amit. verſi. ſed nunquid ſeruitutem. Pet, Iac. tit. de act. in rem pro re emphy. col. 10. verſi. itē eſt notandum. & iterum col. 19. verſic. & eſt notandum. Io. Fab. in l. vlt. C. ſi alie. res pig. data ſit Bal. Sal. & Paul. Ca. poſt Pet, & Iaco. Ra. in l. & in prouinciali, quæ eſt 3. C. de ſerui. & aqua. & eundem Bald. conſil. 371. Maphiolus inueſtiuit, libr. 1. Imol conſi. 8. in caſu præmiſſo, col. vlti. uerſi. circa ſecundum. Maſuer. titu de locat. uerſic. item utilis dominus. Ioan. Ray. in c. imperialem. §. habito, char. 4. & ſequen. & iterum in §. præterea ſi quis, char. 7. uerſi. quæro uaſallus, tit. de prohib. feud. aliena. per Fede Paul. Caſtr. conſ 68. in cauſa præſenti, puto, in fi. lib. 2. Alex. conſi. 38. conſideratis his, column. 2. uerſic. alia ratione, lib. 2. conſi. 173. uiſo themate, per totū, lib. 2. quod repetitur conſi. 9. li. 3. Et eundem Alex. conſil. 11. ponderatis his, col. 10. uer. nec potuit, eod. lib. 3. & conſ. 10. uiſo inſtrumento, col. 4. lib. 5. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 428. quidam Antonius, ad finem, & meliùs deciſ. 575. emphyteuta poteſt. & Benedic. in repet. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam, nu. 560. & ſequen de teſtam Philip. Dec conſi. 607. viſo puncto, col. pen. Iacob. à S. Georg in tracta. feud. in verbo, ita etiā quòd ipſi uaſalli, colum. 3. uerſ. ulterius eſt quærendum, & in uerbo, qui quidem inueſtiti, colum. 16. uerſ. item quæro de pulchra quæſtione. & Stephan. Bertran conſi. 3. inſpecto, in fi. lib. 3. & Franc. Curt. Iunior in tract. feud parte 4. quæſt. 14. & Matthæ. Afflict. deciſ. Neapol. 380. Vincentius, column. 1. & latiſſimè diximus ſuprà, titul. omnium noſtrarum conſuetudinum 5. §. 2. in gloſſ. ubi videre poteris. & aliquid etiam diximus tit. præceden. §. 24 glo. 1. num. 7. ſed ex his, & ſeq. & D. Boer. deciſ. 181. ſi emphyteuta. Moder. autem Pariſ. conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 5. in 5. quæſtione, arbitratur quoniam feuda apud nos ſunt patrimonialia, eadem quoque ad dominum, quocunque modo reuertantur, minimè libera reuerti. Cui tamen non accedimus, neque enim ſequitur, ſi patrimonialia ſunt, eadem cum ſuo onere ad dominū reuerti, vt patet ex multis, quæ ſuprà diximus 3. uerſic. præcedentibus. Quanquam ei ſuffragari videtur ordinatio regia Phil. Pulchri, Biturigibus facta anno 134. ca. 20. cuius meminit Aufreri, in titul. de tallijs & exactionibus, cap. 3. & Benedict. ubi ſuprà, qui tamen eam declarat.

*Quid de feudo vel emphyteuſi reuerſa ad dominum.*

Sed & illud quærendum ducimus: Quid ſi emptor iſte, qui emit cum hoc pacto reuendendi, interim rem alteri locat, an uenditor, qui ex hoc pacto redemit, teneatur ſtare huic locationi. & idem quæri poteſt de locatione facta ab emptore durante tempore retractus municipalis. Guid. Pap deciſ. Delph. 48 locaui, col, vltim. dicit Iacob. Pute in l. ſi filiofamilias §. ſi uir in quinquennium, ff. ſoluto matrimonio, id tractaſſe in priore caſu pacti reuendendi, & nihil aliud dicit: Scio autem Bal. hanc eandem ſpeciem diſſeruiſſe in l. 1. ad finem, C. de iure fiſci, lib. 10. ubi aſſerit uenditorem, qui redemit, teneri: nam emptor interim re fruitur ex uoluntate uenditoris, quia redimendo impediret eum frui. l. ſi uir. ff. de præſcriptis uerbis. ideo ex quadam conſequentia etiam ex eiuſdem uoluntate uidetur eam locaſſe. Et idem, nulla illius mentione facta, uoluit Raphael. in d. §. ſi uir in quinquennium, & ibi quoque Alexand. colum. 4. uerſicul. item fallit quando vendidi, ubi id admodum commendat, dicitque ab hac opinione non eſſe in practica recedendum, licet aliquid in contrarium afferat & Socin. conſil. 125. uiſa narratione, col. 2. uerſic. confirmatur 14

*An uenditor, qui redemit ex hoc pacto, teneatur ſtare locationi factæ ab emptore.*

matur per id, lib.1. ubi & ex hoc, & alijs multis, ibi per eum collectis, id tandem axioma facit, quòd ſi eo tempore, quo facultas locandi ad te pertinet, tu locas, ſi conſentio tacitè uel expreſsè huic locationi, licet poſtea pendente tempore ipſius locationis ea locandi facultas in me transferatur, tamen teneor ei locationi ſtare. Et hoc quoque ſequitur & dicit ſingu. Hieron. Cagn. in repet. l. 2. in 12. q. C. de pact. inter empto.

15 *Singularis ſucceſſor neceſſarius, an teneatur ſtare locationi.*

Et hanc ſententiam confirmat, quòd ſingularis ſucceſſor neceſſarius, in quem ſcilicet quis cogitur dominium transferre, ut in caſu noſtro, tenetur ſtare locationi, glo. no. in l. diuortio, uerſi. neque, in uerbo, tertia portio, uerſi. ſed opponitur. & ibi Bar. col. 1. Bal. col. 3. Imo. Alex. & cæteri propè omnes. ff. ſol. matri. Alb. & Bart. in d. §. ſi uir in quinquennium. & in l. poſtulatione. §. 1. nu. 4 poſt Ray. ibi. ff. ad ſenatuſconſul. Treb. Bal. & Sal. in l. emptore. ille in 3. oppo. hic in 6. C. locati. Steph. Aufre. deciſ. Tholoſa. 420. item fuit quæſitum locaui, paulò ante fin. & Catel. Cotta, qui eam glo. dicit ſingu. in memo. ſucceſſor. Sed id tamen quomodo intelligatur, apud priores illos uidebis.

16 *De eadem re.*

Licet contra hoc multum faciant, quæ adduximus in præcedenti quæſt. ex quibus uidetur, quòd reſoluto iure locatoris, reſoluitur ius conductoris, cùm hæc reſolutio fiat ex cauſa antecedenti & neceſſaria, ut ibi etiam diximus, & d. titu. 5. §. 2. Tu tamen uide Soci. ubi ſuprà & Maria. eius patrem, conſi. 32. his quæ ſuperius diximus, in 3. primis colum. & DD. plenè in d. §. ſi uir in quinquennium. & in l. emptorem. C. locat. & in cap. ult. extrà ne præl. uic. ſuas. & Guid. Pap. deci. Delphi. 480. locaui, uerſi. circa hoc Iaſ. poſt alios, in d. l. diuortio, col. 8. uerſi. in eadem glo. ibi, translatio. ff. ſolu. matri. Quibus etiam locis uidebis, quid de locatione facta à uiro durante matrimonio de re dotali, à tutoribus, curatoribus, Prælatis, debitoribus, ante dationem in ſolutum à iudice factam, & alijs id genus, an duret poſt eorum tempora. Et de locatione facta ab uſufructuario, uidebis etiã tex. in l. ſi quis domum. & ibi Bald. ff. locat. & per ipſum Bald. in d. l. 1. col. ult. C. de iur. fiſ. lib. 10. Et è contrario de locatione facta à proprietario, an uſufructuarius ei teneatur ſtare, uide Bal. in l. 1. col. 3. uerſ. pone maritus. C. de fruct. & lit. expen. & Corſe. d. deci. Tholoſ. 420. Et de Prælato, ultra loca communia, uide D. à Rot. deciſ. 432. ſi Prælatus, in nouis. Bal. conſi. 457. col. 1. uerſi. modò ſequitur, lib. 1. & Albe. in l. arbores. ff. de uſufruct. & in d. l. ſi quis domũ. ff. locat. & Ang. conſi. 245. quia omne datum, col. 5. in 5. dubio, iterumque in ſeq & Raph. Fulgo. conſi. 126. reuerendus. & Pet. Ancha. conſi. 116. ſecundum ordinem Pau. Caſt. cõſi. 4. circa primum, col. 1. uerſi. ſed ex alio, lib. 1. & omninò Alexan. conſi. 160. uiſo & diligenter, lib. 6. & Soci. conſi. 34. materia, lib. 4. & Pet. Ferrar. qui de alijs quoque loquitur, tit. for. libel. quo agit. ad ficti. præſtat. in uerbo, ſoluere neglexerit, uerſi. quid autem dices. Et de domino, cui commiſſum eſt feudum, an teneatur ſtare locationi factæ à uaſallo, uidebis apud Bal. in c. 1. §. rurſus, poſt princip & iterum in fi. titu. quib. mod. feu. amit. & Carol. Molen qui illius non meminit, conſuet. Pariſ. titu. 1. §. 30. in 22. q, & ſeq. Et de fideicommiſſario, an teneatur ſtare colono hæredis, uide Alb. poſt Ray. in d. l. poſtulante. §. 1. nu. 4 ff. ad ſenatuſconſul. Treb. Sed non id prætermittam, quòd in noſtro caſu eſt tempus certum finiendi iuris emptoris, cùm tempus certum eſt præſtitutum reuenditioni, quod non eſt in maritis, Prælatis, uſufructuarijs: tempus enim mortis incertum eſt. l. 1. ff. de condi. & demonſtra. quare maior eſt ratio, ut uenditor, qui redemit, non teneatur ſtare locationi factæ ab emptore. Bal. autem in d. l. 1. C. de iure fiſ. loquitur in caſu, quo poteſt, quandocunque uoluerit, redimere.

*Vxor an teneatur ſtare locationi factæ à marito. Quid de alijs id genus.*

17 Tamen ſi eam opinionem teneas, quæ dicit ſtandum huic locationi, putarem id ita intelligendum fore, niſi huiuſmodi locatio facta fuerit in fraudem. Quid. n. ſi emptor uidens finem eius facultatis redimẽdi aduentare, ſciensque uenditorem ſe ad redimendum adornare, idque ſibi aut alijs declarare, & in eam rem pecunias vndiq; colligere: aut aliter ſciens veriſimiliter eum redempturum ex euidentibus ſcilicet coniecturis & apparatibus, ut in ſimili dicit Bal. in c. 1. col. vlt. verſ. ſed quid ſi nondum, titu. quib. mod. feu. amit. cum ſimilib. à me adductis ſuprà titu. præceden. §. 1. in glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, nu. 121. ſed hæc fortè. Is (inquam) emptor locat in multos annos vltra illud tempus redimendi, & fortè modico precio, ne id ſciens uenditor redimat, timens de ſuo incommodo, vt cùm ipſe ſit precium fortè magnum reſtituturus, non potiatur tamen re ipſa longo tempore, nec iuſtam pẽſionem ſit habiturus. Super quo uide omninò quod in non longè diſſimili caſu diximus ſuprà, titu. prçcedenti. §. 1. glo. 7. in uerbo, *ou autres choſes cenſèes pour immeubles*, num. 74. niſi tamen hæc conductio, & ſeq.

*Quid, ſi hæc locatio facta fuerit in fraudem.*

Sed ad id, quod de fraude præſumpta diximus ob coniecturam ueriſimilem rei ſtatim redimendæ, adde quod in ſimili traditur de eo, qui ueriſimiliter metuens controuerſiam breui mouendam, quia creditor in id ſe parabat, latitat, vt videatur, tum faceret animo fraudandi, vt voluit glo. in l. Fulcinius. §. quid ſit autem, in uerbo, animus, & ibi Bart. uerſic. quærit glo. ff. quib. ex cau. in poſſ. eat. & quod alibi dicitur de eo, qui alienat rem, cuius timebat proximam controuerſiam, per glo. in c. ſæpè, in uerbo, ſcienter, extrà de reſtitu. ſpol. & Bart. in l. qui petitorio, in fi. ff. de rei vend. & Bal. poſt Odofr. in l. quoties. colum. 2. uerſic. dicit hìc. & ibi quoque Saly. in 10. oppo. C. eodem titu. & idem Sali. in l. ſi poſt motam, colum. 2. uerſi. nota ex uerbo, emptor. C. de petit. hære. & Barb. conſi. 95. clementiſſimi, colum. 1. lib. 2. Fel. in c. penult. colum. 1. uerſi. dum concluditur, extra de excep. & Franc. Ripam, in l. quod te, colum. 4. num. 14. ff. ſi cer. pet. Quibus adde tex. optimum à nullo eorum annotatum, in l. in ſumma. ff. de pecu. ubi ita ſcribitur: Sed & ſi quis cùm ſuſpicaretur alium ſecum acturum, aliò peculium diuertat. 18

*De eodem.*

Et id quidem, quod diximus de dicta locatione facta in fraudem, fulcitur ex eo, quod tradit Cyn. in d. l. emptorem, colum. ult. C. de locat. quod tum demum minor finita tutela aut curatione, aut ſucceſſor Prælati tenentur ſtare locationi factæ à tutore, uel curatore, uel prædeceſſore, ſi bona fide eam fecerint per l. ſi tutelæ. ff. de adminiſt. tut. & idem dicit Bal. in d. l. emptorem, col. 2. uerſicu. quæro quid in ſucceſſore. Ex quo dicunt Pau. Caſt. & Alexan. in d. § ſi uir in quinquennium. ille quidem colum. 1. hìc 2. uerſ. iſtum tex. limita, q̀ ille tex. per quem mulier ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi factæ à marito conſtante matrimonio, intelligitur, ſi uir id bona fide fecerit; nam ſi ex aliqua coniectura deprehendi poſſet id in fraudem feciſſe, quia fortè inter ipſos iam tractabatur de diuortio, aut alter eorũ grauiuiter ægrotabat, tunc non teneretur mulier ſtare huic locationi, arg. l. filiæ, pen. tit. & allegat quoque Alexan. tex. optimum in l. in uenditione. ſ. j. ff. de bon. auth. iudi. poſ. ubi dicitur, quòd creditor miſſus in poſſeſſionem tenetur ſtare locationi ante factæ à debitore, etiamſi ab eo minoris locatum ſit, niſi in fraudem ipſius creditoris id factum ſit. 19

*De eodem.*

Et idem in Prælato, qui ſtatim repudiaturus abdicaturusque Prælaturam, ut ita dicam, locat rem ad multos annos in fraudem ſucceſſoris, uoluit Bald. in l. iubemus nulli, in princ. colum. ulti. C. de ſacroſan. eccle. per d. l. filiæ. & alia iura, quæ ibi allegat. & quiſquis is fuit inter conſi. eiuſdem conſi. 483. an locatio, in fi. lib. 3. Sed & idem tradidit ipſe Bal. de debitore, qui rem locauerat, 20

*De eodem.*

cauerat,



cauerat, quæ poſtea à iudice in ſolutum data ſiue addicta fuit creditori, in c. quoniam frequenter. §. vlt. in fi. extrà vt lit. non conteſta. vt ſcilicet ipſe creditor ſtare huic locationi teneatur, niſi ea facta fuerit in fraudem ipſius, per d. l. in venditione. ſ. 1. qui etſi loquitur de creditore, qui tantùm miſſus eſt in poſſeſſionem, vt diximus, nec ideo adhuc eſt dominus, tamen multò magis habet locum in creditore, cui res ipſa pro credito addicta eſt. & illud dictum Bal. ſequitur Alex. qui id dicit ſing. & memoria dignum, in l. ſi filiusfam. §. vlt. colum. 4. verſic. ex cuius dictis, ff. ſolu. matr. & Iaſ. qui dicit menti id tenendum in d. l. diuortio, in prin. col. 8. verſ. ego anno præterito. ff. eo. ti. & Catel. qui etiam dicit ſing. memor. creditor. & iterum memor. ſucceſſor, ad fi. Et faciunt etiã quæ dicam infrà, verſi. ab hinc 3. & rurſum. §. 5. in gl. 4. in verbo, pro rata temporis, nu. 18. illud quoque.

21 *Si is, qui uendidit ſub hoc pacto, ea lege, ne alteri uenderet.*

Et quia ſuprà diximus de caſibus, quibus emptor rem alteri vendiderat aut locauerat, quæro è diuerſo. Quid ſi is qui fundum vendiderat ſub pacto reuendendi ea tamen lege, vt venditor alteri fundum ipſum non venderet, vt ſæpè iam fieri vidimus, tamen ipſe nihilominus alteri fundum vendidit, antequam retraheret à primo emptore, an cùm volet retrahere vi illius pacti reuendendi, obſtabit ei exceptio, quòd non ſteterit promiſſis? Ideoque nec ei teneatur emptor reuẽdere? Corn. conſil. 178. circa primam conſultationis dubitationem, in prin. lib. 1. tradit ſe & Bal. à Bar. aliàs conſuluiſſe, hoc caſu tutũ eſſe emptorem exceptione aduerſus uenditorem volentem retrahere, & nihil allegat. Sed ad hoc illud allegari poteſt, quòd non ſeruanti contractum, nec ipſi ſeruandus eſt. l. cùm proponas. C. de pact. & l. quçro. §. inter locatorem ff. locat. cum ſimilib. Et quando actor innititur contractui ultro citroque obligatorio, debet implere ipſum contractum ex parte ſua, aliàs repelli poteſt. l. Iulianus. § offerri. ff. de act. empt. cum alijs multis ſimilib. & concord. à me collectis in noſtris legibus connubialibus, in 13. lege.

*An, ſi uendiderit, obſtabit ei exceptio uolenti redimere.*

22 *Sed quid, ſi in illo caſu uẽditor redemit.*

Caeterum ipſe Corn. eod. cõſi. differit, quid dicendum ſit in hoc eodem caſu: Si venditor, poſteaquam ſecundo emptori vendiderit, ab eodem redimat, utrum nihilominus ei obſtabit hæc exceptio agenti cõtra uenditorem ex huiuſmodi pacto, an uerò contrà non obſtabit, tanquam redimendo purgauerit, quòd malè fecerit alienando. Et multa in utrãque partem allegat, & tãdem concludit, nec hunc quoque eſſe admittẽdum. Cui adde quod a noſtris tractatur, an emphyteuta & uaſallus redimendo emphyteuſim, aut feudum alienatum excuſetur à pçna commiſſi, ut per Bar. & latè Alex. & alios in l. ſi à me. ff. ad leg. Falcid. Bal. & alios in c. 1. tit. quid iur. ſi poſt alie. feu. uaſ. id recu. eundem Bald. in l. ab emptione. ff. de pac. DD. in c. potuit, extrà de loc. Alb. in l. quidam in teſtamento, de fideicom. liber. Io. Ray. in c. j. §. habito, col. 8. in paruis, uerſic. quæro quid ſi uaſallus, tit. de prohib. feud. alie. per Fede. Cardin. Alex. qui alios multos citat, in c. 1. ſ. hoc quoque, colum. 3. uerſicu. quæro cum dicta glo. titu. de ſucceſ. feu. Dec. conſi. 88. cuius ſuperſcriptio eſt, ualet ſtatutum, colum. 2. & latiſſimè Iaſon poſt Antiquiores, in l. ult. char. penult. num. 135. uigeſimo quæro. C. de iure emphy.

23 *Emptor, q emit ſub hoc pacto, an interim poſſit cædere arbores.* *Inciduæ arbores.*

Constat autem ex ſuprà dictis, poſſitne emptor interim, dum re fruitur, pendente tempore reuẽditionis, eam rem alteri uendere, pignorare, locare. Nunc quæro, an etiam interim poſſit cædere arbores fructiferas, aut alias inciduas, id eſt, non cæduas. Sic enim Ouidius lucum uocat inciduum lib. 2. Faſt. ut id obiter dicam. Quã rem Cæpolla nuncupatim tractat in tractatu ſeruit. ruſt. prædi. titu. de montibus, qui eſt 22. in 6. quæſt. ubi dicit, conſideranda eſſe uerba pacti de reuendendo. Si enim hæc ſunt, ut teneatur emptor ſyluam retrouendere, non poterit eam excidere, quia non poſſet id faciẽs pactum ſeruare. Si autem dictum eſt ſimpliciter, ut teneatur reuendere ſine mentione ſyluæ, & tunc aut pactum eſt ad certum breue tempus, ſcilicet 6. 7. uel 8. annorum, ita, ut maior eſſet utilitas emptori habere ligna ex ea ſylua, quàm fructus fundi, qui ea exciſa ad culturam reduceretur, & econtrariò maius damnum uenditori: & tunc aut emptor ſciebat, aut ueriſimiliter ſcire debebat uenditorem redempturum. Ideoque ut ipſe emptor conſequatur maiorem utilitatem ante reuenditionem, uult arbores excidere, & non poteſt: & ſi fecerit, tenetur uenditori redimenti ad damnum & intereſſe, argu. l. 1. §. 1. & qđ ibi no. Bar. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. & l. nomen debitoris. §. 1. cum ibi no. ff. de leg. 3. & l. filiæ meæ. & ibi not. ff. ſolu. matr. & quod not. Pau. Caſt. in d. l. ſi filiofamiliàs. ſ. ſi uir in quinquennium, eod. tit. Cui in hoc adde quç diximus ſuprà in ead. glo. num. 19. & id quidem, & ſeq. Aut uerò (ut redeamus ad Cæpol.) emptor neſciebat, nec ueriſimiliter ſcire poterat uenditorem proximè redempturum, & tunc aut uenditor contradicit, dicens ſe uelle redimere, & tunc nõ poterit emptor ſyluam excidere, arg. l. fundum. & ibi not. C. de rei uendi. aut uenditor non contradicit, aut etiam ignorat; & tunc diſtinguendum dicit, ut in emphyteuta dixerat in præcedenti quæſt. videlicet aut eſt ſtatutum vel conſuetudo in loco, & illi ſtandum eſt. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. aut non eſt ſtatutum, & tunc aut fundus ex ſyluæ exciſione redditur melior, & poterit excidere, per l. intra utile. ſ. vlti. ff. de mino. aut deterior: & tunc aut ex ea ſylua debetur quædam penſio lignorum, uidelicet decem plauſtra, & nõ debet excidi ſylua, quia ea exciſa, nõ poſſet poſthac ſolui ea pẽſio ex ea, & tacitè actum uidetur, ne excidatur. l. ſi debitor. §. ueriſimile. ff. de cõtrah. emp. Hæc Cæpol. quem ſimpliciter ſequitur Chaſſe. in titu. *de rentes vendues à r'achapiz*. §. 1. glo. vlt. col. item vlt. & Hieron. Cag. in l. 2. in 13. quæſt. C. de pact. inter empt. & vendi. & iterum in 43. eademq; vlt. q. ubi etiam quærit de uenditione viuariorum cum hoc pacto reuendendi, utrum interim feræ occidi poſſint, concluditque poſſe, modò aliæ in earum locum ſufficiãtur, per tex. in l. uſufructuarium. §. ſi in viuarijs. ff. de uſufruct. & alia quæcam ibi alleg. quæ videre poteris. Ex cõſuetudine autem expreſſa Auxerrenſium, ſiue Altiſſiodorenſium, hoc tit. *de retraict*. §. 3. qui eſt omnium 34. emptor durãte anno retractus proximitatis, non poteſt cædere arbores.

*An hic emptor poſſit occidere feras uiuariorum ita uẽditorũ.*

Sed & quod ad eundẽ, & cæteros huiuſmodi, qui uel ad tempus uel perpetuò ſimpliciter fruũtur re quapiam ſubiecta reſtitutioni pertinet, illud certũ eſt, primò uſufructuarium non poſſe grandes arbores & frugiferas cçdere. l. ſed ſi grandes. & l. æquiſſimum. ſ. fructuarius, qui eſt 1. & ibi Albe. qui eum ſ. legit ſub l. ſi cuius. ff. de vſufruc. Neque maritum in re dotali, l. diuortio. §. ſi fundũ. & ibi DD. ff. ſolu. mat. & l. ſi ex lapidicinis. & ibi Bald. ff. de iure dot. Neque ipſum emphyteutam, vt uoluerunt Dyn. Bar. Bal. Alber. Ang & alij in d. §. ſi fundum, quem Ang. (ne erres) legit cum §. in ſeruo. & Bart. in l. in fraudem. ſ. ſi cõductor. ff. de iure fiſ. Bal. in Authen. qui rem, col. 1. in fi. & ibi Philip. Dec. colum. 2. verſic. primò not. C. de ſacroſan. eccl. & idem Bal. in addi. Spec. tit. de loc. §. 1. colum. vlt. verſic. illud autem quæritur. Alb. in d. l. 1. col. vlt. & ibi Iaſ. col. quoque vlt. C. de iur. emphy. Ange. in l. ſi colonus. ff. arbo. furtim cæſa. Ioan. Pla. in l. quiſquis, per illum tex. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Alex. cõſi. 118. in caſo de quo quæritur, colum. 1. lib. 5. Neque uaſallum ſiue feudatarium, Archid. in c. 2. ad fi. de re iudi. lib. 6 Bald. & Alberi. in d. §. ſi fundum. & ibi cæteri poſt eos. & ante illos Innocen. vt à quibuſdam citatur, in c. ad Apoſtolicæ ſedis, de re iudi. lib. 6. nam (ne tu erres) is quædam c. lib. 6. legit ſub titulis Decretalium. & illum ſic allegat, licet loquatur ibi generaliter de deterioratione rei, idem Bal. in c. vlt. colum. penul. extrà eod. titu. 24

*Vſufructuarius an poſſit grãdes arbores cædere.* *An maritus in re dotali.* *An emphyteuta.* *An vaſallus.*

Dominic.

Dominic. in eo ipſo c.ad Apoſtolicæ.§. ſed licet Ang.in d.l.ſi colonus ff.arbo.fur.cæſa. Paul.Caſtr.in d.Authen. qui rem.C.de ſacroſan.eccleſ.Aluar.in c.1.§.quid ergo, titu.de inueſti. de re alie. fac. Ioan. Plat.in d.l.quiſquis. ipſe Cæpol.in d.titu.de montibus,in 8.q.Matth.Afflict. deciſ.Neapolita.265.illuſtriſſime,num.73.Nec patrem adminiſtratorem bonorum filij. Ang.in d.l.vlt.§.ſin autem,per illum textum.C.de bon.quæ libe.& Cæpol.vbi ſuprà.Neque colonum, ut eſt tex.in l.ſi merces.§.culpæ. ff.loca.& in l.duobus.§.ſi colonus.ff.de iureiuran.& l.ſi colonus.ff.arbo.fur. cæſa. Idque, etiamſi ſit partiarius, ſecundum Specu.in d.verſi.illud autem quæritur,& ibi Bald.in additio.Neque conductorem.d.l.in fraudem.§. conductor.ff.de iure fiſci.Ideoque ſi emphyteuta,colonus vel conductor id fecerint, poſſunt expelli, vt dicunt Bal.& Raph.Cuma.in d.§.ſi fundum.& idem Bal.conſi. 290.vulgare eſt,lib.2.& Cæpol. vbi ſuprà. & Dec. in d. Auth.qui rem.& Carolus Ruin. conſil.58.quia locator, col.2.num.3.& ſeq.lib.1. & conſi.88.ſuper his,col.1.eo. lib.1.& conſi.43.viſo,ante fi.lib.2.& cõſi.206. eodemq; vlt.de pluribus.col.vlt.num.32. eod.lib.2. Neque item creditorem,nec debitorem in re pignorata,vt per Bart. in l.ſi conuenerit.§.ſi quis.& ibi quoque Bal. & Sal.in 3. q ff.de pig.act.de quo tamen uide Alber.ibi in fi diſtinguentem. Neque ſocium in re communi. l.& ſi non §. venit.ff. commu.diuidun. & l.denique. § ſi ex ſocijs. ff. quod vi aut clàm. Ex legibus autem Moſaicis Deuter. 20.& apud Ioſephum Antiquitatum Iudaicarum, 4.ca. 6 eodemque vlt.prohibentur obſidentes vrbes,ne arbores fructiferas ad machinarum opera conficienda exciderent,nempe à Deo pro vtilitate hominum productas. Sed quod pertinet ad id, quod diximus de ſocio in re communi, quomodo intelligatur, vide Bald.conſil.37. quidam Nerius, lib.5.& Socin.in l.ſerui electione.§.1. colum.1.& ibi quoque Iaſ.col.3.verſic. 3.ad iſtam. ff.de leg.1 & nos alibi dicemus.

*An pater adminiſtrator.*
*An colonus.*
*An conductor.*
*An creditor in re pignorata.*
*Ad debitor*
*An ſocius.*
*Lex Moſaica.*
*Iterum de ſocio.*

25 *Quid, ſi grãdes arbores ſint in fructu.*

Verum iſta multis modis intelligenda ſunt. Primò,niſi hæ grãdes arbores ſint in fructu, vt ſcilicet quæ ſoleant incidi ad vſum quempiam,lignãdi uel ædificandi gratia.nam tunc ij ad quos fructus pertinet, uel integrè, vel pro parte, poterunt pro portione excidere in vſum in quem ſolent impendi, vt in emphyteutis & colonis voluit Bald.in d.§.ſi fundum.vbi etiam eſt de hoc bonus tex.& in addit.Specu.vbi ſuprà.& Io.Fab. in §.1. Inſtitu.de loca.& Alex.d.conſi.118.lib.5. & Fran.Curt. Sen conſi.71.ſuper controuerſia,col.penul. uerſ.condeſcendo ad quartum.& Pau.à Monte Picò,in rep.l.Titio. §.Titia.in 36.q.quæ eſt in num.93.ff.de leg.2.vbi id declarat,ſicuti apud eum videre poteris.

26 *Quid, ſi in earũ locũ aliæ ſubſtituantur.*

Secvndo intellige, ut non procedat, ſi emphyteuta excidendo arbores frugiferas,alias in earum locũ ſubſtituat.Id enim poteſt facere,vt voluerũt Ang.Raph. Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in d.§.ſi fundum.Ang.in d.l.ſi colonus.ff.arbo.furt.cæſa.Cæp.vbi ſuprà.& Iaſ.in d.Auth. qui rem,col.2.Pro quibus facit bonus tex.in d. l.in fraudem.§.conductor.ff.de iure fiſci,cùm dicitur:Non ſubſtitutis alijs. Sed hoc intelligitur à multis,non quidem ſimpliciter, ſed in arboribus vetuſtis aut corruptis, non etiam in alijs. Ita enim voluit Ang.in dicta l.ſi colonus. Raph.Pau.Alex.in d.§ ſi fundum.Et benè facit tex.in d. §.ſi in uiuarijs. & iterum in d.l.æquiſſimum. §.1. & in l. agri.& in l.vetus,cum duabus ll.ſeq.ff.de vſufruct.& his quidem accedo,quando conſtat huiuſmodi arbores fructiferas paulò vetuſtiores,multò fęcundiores eſſe,quàm iuniores,fructusq; ſuauiores melioresq; afferre ſolitas, niſi præ nimia vetuſtate corruptæ fuerint.

27 *Quid, ſi fundus ex earũ inciſione fiat fructuoſior.*

Tertio intellige, niſi fundus ex inciſione huiuſmodi arborum fieret fructuoſior,quàm eſſet antè, vt de emphyteuta voluit Cæp.in d.titu.de montibus,in 5.q.& Lud.Bolo.conſ.67.cor mundum, &c.in qua ſolummodò,col.vlt.Et de marito in re dotali, voluit idem quoq; Cæpol.in eo ipſo tit.de montibus, in 7.q.per d.l.diuortio.§.ſi vir in fundo,iuncta gl.in uerbo, fructuoſiorem. ff.ſol.mat.& l.vlt.ff.de iure dotium.

28 *An emphyteuta, & alij id genus,poſſint mutare formam fundi.*

Sed id certè ex eo pendet, an emphyteuta, & alij huiuſmodi,poſſint mutare formam fundi, eum meliorem ac fructuoſiorem reddendo, de quo tu uide Bald. poſt Nicol.Mat.in l.1.col.3.uerſic. ſed pone, accepi ſyluam.& ibi latè Iaſ.col.pen.uerſi. ſecundò principaliter. C.de iure emphyt. & Flori. ut à quibuſdam citatur in l. hactenus.§.Caſſius.& ibi quoque tex.in fi.ff.de vſufruc. & Cæp.in d.tit.de montibus,in d.5.q.& Bolo. d.cõſ.67. ante fi ver.poſtremò.& tex.in l.vlti.ff.de uſu & habit. & in l.hactenus.in fin.cum l.ſeq. & l.vſufructuarius nouũ. & d.l.æquiſſimum.§.1.& ſeq.& §.ſed ſi ædium.& Albe. in duobus poſterioribus locis.ff.de uſufruct.& in l.mulieris.§.1 & ibi gl.in uerbo, plus eſt.ff.de uerbo.ſig.& in c.1 §.econtrario.& ibi DD.titu.de inue.de re alie.fac.& Ang.conſi.18. præſuppoſita ſuprà dicta, poſt princip.& Steph.Bertran.conſ.255.uiſis petitionibus,in 3.dub.lib. 1.Ex quibus etiam cognoſces, an uenditor id poſſit facere durante tempore pacti reuẽditionis, uel retractus municipalis, de quo & tu uide quod dicam infrà,eo.tit. §.7.glo.1.nu.16.undecimò declara.& tex.in l.ſi fundus. §.ſi res.ff.de pig. qui loquitur de debitore; qui formam rei hypothecariæ immutauit.

29 *Quid, ſi opus eſt ijs arboribus ad refectionem uillæ.*

Qvarto intellige, niſi ijs grandibus arboribus opus eſſet ad uillæ,cuius ſunt,refectionem:ut de uſufructuario dicitur in l.arboribus,in princip.ff. de uſufruct. quam dicit not.& ad maritum, & emphyteutam, trahit Bal.in d.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſolu.mat.Sed ille tex. ne fallaris, loquitur de arboribus euulſis, uel ui uentorum deiectis,ut etiam animaduertit Alex. in d.§.ſi fundum,col.1.qui tamen hanc Bald.ſententiam ſequitur,& pro ea allegat l.ex ſylua, ibi, ex non cædua. ff.eo.titu.de uſufru. qui tamen id non ſimpliciter permittit, ſed tum demum,ſi fundus non fiat deterior.Subditq; Alexan.in hac quoq; ſententia fuiſſe gl.in d.§.ſi fundum.in uerbo, tenebitur, in fi.quæ ad id tamen allegat d.l.arboribus, eamque ad id dicit notab.

30 *Quid, ſi alias ſylua incidua eſſet inutilis.*

Qvinto & ultimò intellige, niſi aliàs ſylua non cædua,eſſet ei inutilis,cui uſus uel uſusfructus eius relictus eſt:nam tunc ei licebit & huiuſmodi arbores huius ſyluæ cædere & uendere.per tex.nota.in l.Diuus, & ibi Alber. ff. de uſu & habita. quem ita intelligit Azo in Summa,Inſtit.eod.titu.colum.1.uerſ.inſtituitur autem. Nam id generale eſt, ut quælibet diſpoſitio ita intelligatur, ne ſit inutilis. l.quoties in actionibus.ff.de rebus dub.cum ſimil. Ad hanc etiam rationem refert Alber. quod ſcribitur in d.l.Diuus. Ex quo etiam potes intelligere, quid dicendum ſit in emptore, qui emit ſub hoc pacto ſyluam inciduam, quæ illi interim eſſet inutilis, niſi arbores incideret.

31 *An emphyteuta & colon' poſſint expelli, ſi inciderint grãdes arbores.*

Svper eo autem,quod ſuprà diximus,nu.23.emphyteutam,& colonum,& alios huiuſmodi,poſſe expelli, ſi exciderint arbores grandes, aut frugiferas, utrum id ſit uerum,& quomodo procedat, ut id obiter dicam, uide Bald.Imo.Raph.Cu.Alex.& Iaſ.in d.§.ſi fundum. Bal.in d.Auth.qui rem,in 2.no.& ibi Pau.Caſt.in prin. & Iaſ.col.2.C.de ſacroſan.eccl. In quibus locis uidebis ipſum Iaſ.in hac re ſecum pugnare, & uide etiam Cæp. ubi ſuprà in 8.q.uerſ.ſed poteſt dubitari.& eundem Iaſ. conſ.17.facti contingentia,in 1.dub.lib.1.

32 *Si emptor durante hoc pacto noxiã commiſit, ob quã re priuetur, an pręiudicet uenditori.*

Ex his autem,quę ſuprà tam latè in hac gl.diximus, potes intelligere, utrum ſi is, qui emit feudum ſub hoc pacto reuendendi, interim commiſerit noxiam aduerſus dominum,ob quam feudo priuetur,potuit pręiudicare uenditori, ut id ipſum à domino redimere non poſſit.De quo uide Moder.Pariſ. hanc rem nuncupatim tractantem in ſuis conſue.Pariſ.commen.ti.1.§.30.in 43.q. uerſic.



verſic.& pariter negatio:vbi tenet,non nocere, vt ibi videre poteris.Et idem quæri poteſt in retractu proximitatis, vtrum ſcilicet noxa emptoris præiudicet conſanguineo volenti retrahere. Et illi adde quod in ſimili tractatur à feudorum interpretibus de marito, qui ob noxam fundum dotalem eundemq; feudalem commiſit. Dicuntq; re ipſa committi, ſed vxorem habere regreſſum aduerſus maritum, per l.ſi fundum.ff.de fun.dot.ſi tamen maritus ſit ſoluendo,aliàs ſubuenitur ei, ne feudum amittat,per Auth. ſiue à me. C.ad Senatuſconſul. Velleia. Aut (inquiunt) feudum committitur, quandiu durat matrimonium, pòſt autem reſtituitur vxori, aut eius cohæredibus,ſicut dicitur de Prælato eccleſiæ,in c. 1.§.vlt.ti.de cap.Corra.de quo tu vide And.Iſer. & Car. Alex.in d.§.vlt.& Ioan.Blan.in ſumma,ti.de cauſis propter quas,&c.§.& pone q maritus, & titu. ſeq.§.quid de marito.& Ioan.Ray.in c.1.§.firmiter,char.12.uerſ. & in hoc ſolent,titu.de prohibita feudi ali.per Fed.in paruis Quibus & tu quoque adde quod in ſimili ſcribitur in l. peto.§.prædium,& quod ibi notat Alb.ff.de leg.2.

*Quid, ſi maritus in re dotali.*

## §. QVARTVS.

Celvy qui vult retraire & auoir aucune choſe par vertu d'aucune grace ou conuenance, doit en cas de refuz *a* dedans le temps de la grace, faire ſon offre *b* de tout le ſort & pris *c*, & des arrierages *d*, ſi c'eſt rente: & faire bailler adiournement *e* formel en cauſes de retraict & ſur refuz d'argent.Et doit conſigner *f* en main de court *g* tout ce que porte la grace du retraict. Ou autrement l'offre de retraict ne ſeroit pas ſuffiſamment faicte. *h* Et ſi apres la dicte conſignation il reprenoit les choſes conſignées, *i* il ſeroit veu renouncer au dict retraict. *k*

*Qvisqvis rem venditam retrahere volet iure facultatis ſibi ex pacto conceſſæ, debet, ſi emptor recuſet* a *intra tempus huiuſmodi facultatis offerre* b *integram ſortem ſiue precium* c, *vna cum reliquijs ſiue uſuris præteritis* d *(Arreragia vulgus appellat) ſi vectigal annuum venditum fuerit:eumq;* B *ſpecialiter in cauſam retractus & refutatæ pecuniæ citandum curare* e, *& conſignare* f *apud curiam* g *ea omnia ad quæ tenore pacti obligatur. Alioqui huiuſmodi oblatio ſufficienter facta non uidebitur.* h *Et ſi poſteà recipiat id quod conſignatum eſt* i *cenſebitur renunciaſſe iuri retractus.* k

### *EN CAS DE REFVZ.*
Si emptor recuſet, Glo.I.

1 *An ſatis ſit emptorem adire iudicẽ, & apud eum acta offerre & conſignare.*

Ex his uerbis ſatis potes intelligere, venditorem adire debere emptorem,eique primo loco offerre precium uenditionis, qui ſi recuſet,faciet uenditor quod hìc ſtatuitur. Nec ſatis eſſe quod plerique faciunt adeuntes primo loco iudicem, & apud acta ipſius offerentes,& deponentes precium, ac ſuper ea re faciunt citari emptorem. nam ſi interim tempus tranſeat, excluduntur.De quo & nos latius diximus ſuprà ti. præced.§ 9.in gl.ult.nu.1.& multis ſeq. ubi uidere poteris, ne hìc iterum fruſtra repetamus.

### *FAIRE SON OFFRE,*
Offerre. Glo. II.

*Verũ ſatis ſit emptori offerre vnũ nũmũ, & offerendo pficere, ut ĩ retractu proximitatis.*

Alibi latè diximus in noſtris conſuetudinibus,an & quando ſufficiat verbalis oblatio,& quando realis requiritur. Ideò nũc illa omittimus.Sed illud tamen admonẽdos Lectores cenſemus, illud inter retractum proximitatis, & hunc conuentionalem intereſſe noſtris moribus,ut in illo ſatis ſit offerre realiter unum nummum,offerendo perficere integrũ precium intra tempora conſuetudinis,ut ſcribitur in tit. præced. §.1. & iterum §.7.& 8. hìc autem neceſſe eſt ab initio & in ipſa oblatione integrum precium offerre emptori, & id quidẽ realiter, ut ſatis declarat hic §.qui uult conſignationẽ fieri debere,ſi emptor recuſauerit. Neq; enim aliter conſignatio aut depoſitio prodeſt. quàm ſi primùm oblatio realis facta fuerit ei, cui ſolutio facienda eſt.l.2.C.de uſur.& diximus latè ſuprà tit.præced.§. 9.in gl.ult.nu.5.quid plura.quod tibi maximè notãdum monemus. Vidi enim iam plurimos in ea re falſos fuiſſe,dum unum tantùm nummum offerunt, offerẽdo perficere, uti fit in retractu proximitatis.

2 *Si uſus nũmorũ ſolutorum pro uẽditione ſit abolit'.*

Sed & hic locus me admonet,ut quæramus, quid ſi uenditor rem quam uult redimere,uendidit centum ducatis,quos uocant,ea lege,ut reddendo centum ipſos ducatos(ita enim ſæpè fit)intra certum tempus poſſit redimere:interim autem uſus ducatorum à Principe ſublatus eſt, an poterit alia moneta uſualis eorum loco offerri. Videtur primùm non poſſe.arg.l.creditor oblatum, in prin. ff.de ſol. ubi periculum pecuniæ pertinet ad debitorem, ſi creditoris culpa non præceſſerit,de quo poſteà dicemus latiùs in uerbo, *conſigner*, nu.34.ſed & hoc in loco.Et quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt.l.eum à quo. & l.manifeſti. C. eo.cum ſi. Contrà quoq; uidetur, quia cùm quod principale eſt ſolui non poteſt, aliud pro alio ſolui poteſt, Auth.hoc niſi. & ibi Doct.C.eo.tit.& §.quod autem,in Auth.de fideiu. Idq; etiam,cùm debetur ſpecies.l.ſi domus.§. qui confitetur. ff.de leg.1.& l.non dubium.§.1.ff.de leg.3. & uoluit Io. Fab.in §.1.poſt princ.Inſtit.qui.mod.tol.obli. Et hoc uerum eſt,ut etiam patet ex no.in l.Paulus.ff.de ſol.& in c. olim.extrà,de cenſib. Et hanc quoque ſententiam ſecutus eſt ipſe Io.Fab.loquens in oblatione pecuniarum,in l.acceptam. in fi. C.de uſu. Sed ita tamen, ut tantùm in alia moneta ſoluatur,quanti erat ea, quæ ſolui debebat, per d.l.Paulus.& d.c.olim. Et uide quæ ſcripſimus ſup. titu.præced.§.1.glo.18.in uerbo, *le pris que la choſe aura couſtè*,num.29.quintò quæro.& iterum in glo.20.in uerbo, *d'or ou d'argent*, in ulti.q.ex qua latè cognoſces, an uenditor poſſit offerre monetam non uſualem. Sed & in eadem glo.nume.11.ad illud,& ſequen. tractauimus, an poſſit offerri pecunia reproba. Et nu.13.quid autem, tractauimus, an offerri poſſit pecunia probæ quidem materiæ, ſed non legitimi ponderis, ſaltem pro tanto quanti ualet.Ibi omnino uide.

*an alia moneta poſſit offerri.*
*An offerri poſſit moneta non uſualis.*
*An pecunia reproba.*
*An non legitimi ponderis.*

### *DE TOVT LE SORT ET PRIS.*
Integram ſortem, ſiue precium,
Glo. III.

1 *An emptor teneatur uendere nõ oblato prius precio.*

Neqve enim tenetur quis reuendere ex pacto, niſi ei offeratur precium uenditionis. l.2. C. de pact.inter empt. & l.ſi ſoluturus. ff.de ſolu. & l.Iulianus.§. offerri. ff.de act. empt.& §.uenditæ. Inſtitu. de rer.diuiſ. Et nuncupatim in hoc caſu uoluit Bal.conſi.387.duo ſunt uidenda.in 1.dub.lib.1. & Ang.conſ.55.ex pacto,col.1. uerſi.hic autem actio.Sed hoc intelligit Steph. Bertran, conſil.68. honeſta mulier in addit.illius, lib.5.quando

quis

quis promiſit reuendere ſub conditione, ſi venditor obtulerit precium, ſecùs ſi ſimpliciter fuerit promiſſum de reuendendo pro eodem precio: nam tũc (inquit) non eſt neceſſaria oblatio, vt ibi videre poteris. Sed hoc ex eo pendet, quod ſcripſimus in titu. præced. §. 1. glo. 17. in verbo, *offrant ledict retrayant.*

### ET DES ARRERAGES.
Et vſuris præteritis, Glo. IIII.

1 *Emptor an teneat reuendere, nõ ſolutis vſuris ſiue reliquis.*

NAM nec tenetur quis ſortem recipere ſine vſuris. l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. & l. vſuras, quæ eſt 2. C. eo. prout per illos tex. voluit Cy. in l. 1. in 2. opp. & ibi quoque Sal. col. vlt. in 6. oppo. C. de ſolu. Alber. Alex. & Iaſ. in l. quidã exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. Raph. Fulg. conſil. 139. in quæſtione, col. 2. & vbi alios tex. allegat. & Philip. Dec. in l. 2. colum. vlt. C. de pac. Quanquàm contrarium quibuſdam videtur, ex tex. in ea ipſa l. 1. in prin. iuncto fin. Sed priorem partem confirmat tex. in l. 2. C. debi. vendi. pigno. impet. non poſt. & in l. acceptam, in prin. C. de vſur. cùm dicitur, Sortem cum vſuris offeras, & ibi glo. in verbo, cum vſuris, quæ id ideò dicit procedere, quia totum debitum debet offerri. per d. §. Lucius. & ibi quoque Cy. poſt princ. & Io. Fab. in d. verbo, cum vſuris. & Ang. col. 1. in 2. not. vbi dicit, quòd niſi offeratur ſors cum omnibus vſuris, nullus eorum effectuum inducitur, qui induci ſolent ex oblatione, etiam ſi unus ex ijs numus deeſt, per l. quandiu. C. de diſtract. pig. de quo ultimò dicam infrà in eod. §. in uerbo, *conſigner*, nu. 23. ſed quid ſi integrum, & ſequen. Et idem quoque voluit Alexand. conſi. 75. in cauſa & lite, colum. ult. verſic. tertiò reſpondetur, lib. 7. vbi dicit, quòd depoſitum non releuat, niſi fiat cum omnibus acceſſionibus, & penſionibus, per glo. in d. l. 2. C. de uſur.

2 *An & ſi ne ſolutione eius qđ intereſt.*

QVINETIAM ſunt aliqui in ea ſententia, vt debitor pecuniæ debeat etiam offerre id, quod intereſt cum ipſa pecunia. Ita enim voluit glo. in l. item illa, in prin. in verbo, ad diem. ff. de conſtitu. pecu. Bart. Bal. & Saly. in l. ſed & ſi aliqua, eod. tit. idem Sal. in repeti. l. ſi ex legati cauſa, poſt princ. ff. de uerbo. oblig. Guid. Pap. ſing. 781. creditor. Ferro. in conſuetu. Burdig. hoc tit. *de retraict.* §. 14. ad fin. De quo tu vide Bald. in d. l. acceptam. in 18. q. Et facit ad ſupradicta tex. in l. obſignatione. C. de ſolut. cùm dicitur, obſignatione totius debitæ pecuniæ, & ibi glo. quæ etiam allegat d. §. tutor. & uide quæ dicam infrà in verbo, *conſigner*, d. uerſicu. ſed quid ſi integrum, & ſequen. Illud autem uerum eſt, quòd cùm admittitur moræ purgatio, intelligitur, ſi cum principali re offeratur & id quod intereſt partis, ex glo. nota. in l. utique. ff. de arbit. quam ſequuntur communiter Docto. in l. ſi inſulam, & inter cæteros Alexan. qui eam dicit not. ibi, colum. 2. ruſumque colum. 9. in 7. fallen. poſt princi. ff. de uerbo. obligat.

### BAILLER ADIOVRNEMENT.
Citandum curare, Glo. V.

1 *Corã quo iudice conueniendus eſt emptor ad reuendendum.*

SED coram quo iudice, locine rei venditæ. an emptoris? Et ſanè ſi prior emptor conuenitur, debet cõueniri coram ſuo iudice, ſui ſcilicet domicilij, cùm agatur ex contractu, & ſic actione perſonali. Si autem tertius emptor conuenitur, haud dubiè conueniri poteſt etiam coram ſuo iudice, per ea quæ in ſimili diximus, ſup. tit. præced. §. 8. in gloſ. 2. An verò etiam coram iudice loci, maius dubium eſt, quàm in primo emptore, contra quem (vt diximus) agitur actione merè perſonali ex contractu. Aduerſus autem tertium agi non poteſt mera perſonali, cum inter eos non interuenit contractus, vel quaſi. §. 1. & ibi not. Inſti. de act. neceſſe eſt ergo, ut ea actio, qua conuenitur tertius, dicatur in rem ſcripta, aliàs non ſequeretur poſſeſſorem. l. eum cui. C. de act. & oblig. cum ſimi. Ex quo ſequitur, quòd poteſt etiam conueniri in loco rei, qui petitur, iuxta ea quæ etiam diximus in d. §. 8. tit. præceden. Quanquàm inter conſi. Iaſ. conſi. 206. Gabriel, colum. 3. verſiculo, item dicta oblatio, lib. 2. in cauſa eiuſdem Iaſ. neſcio quis, ſed planè vir doctus reſpondit, Iaſ. ipſum, qui rem hanc retractui conuentionali obnoxiam emerat à priore emptore, eſſe conueniendum coram iudice ipſius Iaſ. non loci rei venditæ, per l. vlt. ff. de iuriſd. om. iud. cum ſi. Cui accedere non poſſumus.

### CONSIGNER. CONSIGNARE,
Glo. VI.

QVID conſignare ſit, diximus ſuprà tit. præce. §. 7. in gl. 3. Sed & quod in hoc caſu conſignandum ſit precium, nec ſatis ſit offerre, uidetur eſſe tex. in l. ſi à te, & ibi glo. Barto. & Saly. C. de pact. inter empt. & uend. & glo. in l. 2. in uerbo, oblatam. & ibi Ioan. Fab. C. eod. titu. Pet. Iaco. titu. de act. in rem pro re emphy. colum. 3. uerſicu. idem in pacto: ubi dicit, quòd licet quidam dicant illud factũ fuiſſe in ea l. 3. ex abundanti, nec eſſe neceſſarium: eſſet tamen periculoſum recedere ab illo tex. & Ioan. And. in c. illo uos, colum. ult. extrà, de pigno. Iacob. Bel. & Barto. in §. illud, per illum tex. in Auth. ut exac. inſtan. dot. Bald. conſi. 108. iſte qui promiſit reuendere, lib. 5. Pet. Anch. conſi. 331. uiſis diligenter actis, colum. 1. & Maſſuer. tit. de emp. & uendi. §. item uenditor ex pacto. Et facit tex. in l. ult. ff. de lege commiſ. & in l. 2. in fi. C. de iure emphyt. & in l. acceptã, & ibi not. per Cy. Ioan. Fab. Saly. & Ang. C. de uſur. cum ſimi. Et id quidem admittit Pet. à Bel. Perti. in d. l. 2. de pac. inter empt. cùm ſit oblatio extra iudicium. Si autem fiat in iudicio, ſufficere oblationem, per l. ſi rem alienam mihi. ff. de pig. act. — 1 *An neceſſe ſit ĩ hoc caſu conſignare precium.*

SVNT tamen qui in hoc caſu ſimpliciter tenent ſatis eſſe pecuniam offerre, ſine conſignatione & depoſitione, ſcilicet Ioan. And. ſibi contrarius in addi. Specu. in Rubr. de empt. & uend poſt princ. Bald. etiam ſibi contrarius in l. acceptam in 5. q. & ibi Alber. col. 2. uerſi. ſed huic obſt. C. de uſur. Pau. Ca. in d. l. 2. quam legit eodem tenore cum 1. per illum tex. C. de pact. inter empto. & uend. & iterum in d. l. ſi à te. C. eo. titu. Franc. Aret. in l. ſi ſeruus communis, col. 1. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. dum allegat d. l. ſi à te. Socy. conſi. 80. in quæſtione quæ uertitur. col. 3. uerſ. præterea & ſecundò facta fuit, lib. 3. Hie. Cagn. in rep. d. l. 2. col. 6. uerſ. quartò not. C. de pac. inter empt. Hippo. Marſ. ſing. 479. oblatio ad hoc ut ualeat. & Chaſſe. conſ. 41 quia caſus, ubi id latiſſimè tractat, & D. Boer. deci. 124. teſtator, num. 27. — 2 *De eadem re.*

ET adeò quidem in hoc caſu uidetur ſatis eſſe oblatio quibuſdam, ut placet Ioan. Ana. in cap. conqueſtus, colum. 3. extrà, de uſur. ex ea ſola, hoc caſu retransferri dominium ipſo iure in uenditorem. quod dicit ſingu. probari in l. ſi cùm uenderet. ff. de pign. act. & uidentur uoluiſſe alij, quos adduxi ſuprà, eodem titu. §. 1. gl. 7. in uerbo, *ſi ront preferez*, num. 6. at in pacto, & ſequen. Sed hoc minimè uerum eſt, etiamſi oblatio ſufficeret: nam quando ex titulo & traditione ſimul iunctis transfertur dominium, licet poſteà reſoluatur, ſiue annulletur titulus, non tamen re transfertur dominium ipſo iure ſine traditione, etiamſi ipſo iure reſoluatur titulus, ut nuncupatim tradit Bartol. in l. ſi ita quis. §. ea lege, colum. 2. uerſicu. utrum prohibitio. & ibi Iaſ. colum. 11. uerſicu. iſtam regulam. ff. de uerborum obliga. cum alijs multis concord. à me collectis in repetit. l. ſi unquàm. in uerbo, reuertatur. numero 15. ſed illud interim. C. de reuoc. donatio. Vbi etiam facio mentionem huius dicti Ioan. — 3 *De eadem re. An in uenditorem oblatione facta, retransferat dominium ipſo iure.*



Ioan. Ana. Vide tamen quæ dixi in d. §. 1. ubi ſuprà citauimus, & quæ etiam dicam infrà ad finem huius tit. nu. 74. deinde cùm quis. & duobus ſeq.

4 *Iterum de conſignatione.*

SED quantum ad id, de quo tractamus, an ſufficiat ſola oblatio de iure communi, cùm ueditor vult retrahere ex pacto de reuendendo, ut eos quos ſuprà citauimus in hac re diſcordes reducam ad concordiam, ita dico, opus eſſe conſignatione & depoſitione ad lucrandos fructus perceptos poſt ipſam conſignationem, & ita propriè loquuntur, qui dicunt conſignationem eſſe neceſſariam: aliàs autem non opus eſſe, ut in ſimili dicimus ſolam oblationem non impedire curſum, quæ fructuum loco ſunt, niſi fiat & conſignatio, ut not. in d. l. acceptam. C. de vſuris. Quanquam ſuper hoc aliter diſtinguit Chaſſ. conſ. 33. Hug. & Martinus. quem uide: & aliter Carol. Ruin. conſ. 64. uiſo proceſſu, col. 5. uerſ. non obſtant etiam prædicta, lib. 4.

5 *An & hæredes, quibus facta non eſt fides de pacto reuenditionis, teneãtur ad reſtitutionem fructuum.*

INTELLIGAS autem emptorem, qui differt reuendere, teneri ad reſtitutionem fructuum poſt conſignationem perceptorum, nõ etiam hæredes ipſius conuentos, niſi illis facta fuerit fides de pacto reuenditionis. arg. l. ſi quis inficiatur. & quæ ibi not. Barr. ff. depoſi. Et ita nuncupatim, & in hac ſpecie reuenditionis, uoluit Hieron. Cagno. in repet. d. l. 2. colum. 6. uerſi. intellige prædicta procedere. C. de pact. inter empt. & uend. ubi & id dicit ita ſe aliàs obtinuiſſe. Cui adde & aliàs interpellationem factam hæredi de re uel obligatione non ſua, ſed prædeceſſorum, non illum conſtituere in mora, niſi de ipſa re certioretur per oſtenſionem inſtrumentorum, aut alio modo, vt uoluit gloſ. in l. qui in alterius. in princip. per illum textum, & ibi etiam Bart. ff. de reg. iur. & gloſ. in l. qui in ius. §. nemo. ff. eod. titu. etiam per text. ibi. & in l. non poteſt. eod. titu. Bart. in l. quod te, colum. ulti. uerſic. uenio ad ultimum. & ibi latè Iaſ. col. penult. ff. ſi cert. petat. & idem Barto. in l. non ſolùm. §. morte, col. 11. uerſic. tertiò principaliter. ff. de no. oper. nunc. & in l. ſed ex legati cauſa, in fi. & ibi poſt eum Fran. Are. Iaſ. etiam in fi. ff. de uerb. oblig. per d. l. ſi quis inficiatus. & Bald. in l. ſed ſi ex ſtipulatus. ff. eod. tit. ubi reddit rationem, quia mora requirit, aut ſcire, aut ſcire debere, ut eſt tex. not. in d. l. quod te. Cuius etiam authoritate idem Bal. conſ. 461. ſuper primo puncto, in 4 dubio, lib. 2. dicit, non conſtitui quempiam in mora per interpellationem, niſi ſciat, aut ſcire debeat ſe eſſe obligatum, et ad id alia quædam allegat, quæ ibi uidere poteris.

6 *De eodem.*

ET facit quod ſcribit Bar. in l. 1. in fin. ff. de eo, per quem fac. erit. & in d. l. non ſolùm. §. morte. col. 7. in primo membro poteſtationis prohibitoriæ, & ibi Iaſ. col. 14. uerſic. ſexta concluſio eſt. ff. de no. oper. nuncia. & in l. quidam decedens. §. ex quo. uerſiculo, quæro quid ſi per aliquem. ff. de admini. tuto. Alber. in l. quædam. §. 1. in fin. ff. de eden. Bald. in l. ſi legatum. ff. eod. titu. Imol. & Alex. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de ope. no. nunc. Alex. conſ. 95. viſis proceſſibus, colum. penult. uerſic. ſupereſt, lib. 2. & conſil. 172. uiſis & opportunè diſcuſſis. colum. 2. uer. ſed non eſt probatum, eo. lib. 2. & conſ. 141. uiſo themate cum dubijs, col. 3. uerſ. plus etiã uidetur, lib. 5. & conſ. 78. uiſo diligenter, col. 2. uerſ. nec obſtat quod maritus, eo. lib. 5. quod repetitur conſil. 26. lib. 6. & conſil. 75. in cauſa & lite, colum. 2. & 2. dubio, poſt princip. li. 7. & Iaſ. conſ. 159. ſuper facto, col. 4. verſ. tertio principaliter, & multis ſeq. lib. 2.

7 *De eodem.*

ET quod aliàs non tenemur alij credere, niſi nobis fidem faciat ſui dicti, probat d. l. 1. in princi. ff. de eo, per quem fac. erit & ibi concor. in glo. in uerbo, quamuis. & quod uoluit Specu. tit. de citat. §. ſequitur, poſt prin. & in titu. de appel. parte 2. §. qualiter, uerſic. cautus etiam ſit, col. 2. Archi. in cap. quam magnum. 23. q. 4 Can. in Cle. cauſã, de elect. Bal. in l. ſi fundũ, in 3. oppo. C. de rei vẽd. cum ſimil. ib. & quæ etiam diximus ſuprà titu. præced. in §. 1. glo. 10. in uerbo, *dedans l'an*, in 18. q. & iterum in §. 26. gl. 2. in 2. quæſt. & quæ tradit Felin. in cap. 2. col. ulti. uerſ. & nota quod in tali, de præſcrip. & in c. cum contingat, col. vlt. in 8. concluſione, de reſcript. & Franc. Rip. in c. cum Mart. Ferra. nu. 139. uerſ. unũ tamẽ not. ruſumq; nu. 152. extrà, de conſtitu.

SED in hac tractatione conſignationis illud quæſtionis eſt, Si iudex ſtatuerit precium conſignari in manibus Titij, qui poſtea fatetur, id precium ſibi à uenditore numeratum, nec tamen aliter conſtat de numeratione: an ſatis erit, ut uenditor dicatur conſignaſſe, & ſic ſatisfeciſſe noſtræ conſuetudini. Quod uidetur: nam confeſſio in depoſito probat numerationem, nec tunc poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. l. Publia. §. ultimo. ff. depoſi. & in l. in contractibus. C. de non nume. pecun. & uoluit expreſsè Bald. conſilio. 257. actum fuit depoſiti libro 1. & iterum conſilio 270. quidam nomine I. proponit, in fin. libr. 1. & conſili. 364. tribus rationibus, libr. 2. & Petrus Ferrar. titu. forma cap. quan. teſtes prod. ad æter. rei memori. in uerbo, habuiſſe confeſſus. & titu. forma libelli in actio. hyp. in verbo, in depoſito, col. 1. — 8 *An ſatis ſit ſequeſtrum fateri ſe recepiſſe conſignationẽ, ſine alia pbatione. Sola cõfeſſio proba. depoſitum*

SED attende, quia hæc haud dubiè procedunt & intelliguntur, quantum ad præiudicium confitentis pertinent Hic autem agitur de præiudicio tertij, cui unius confeſſio uel iurata obeſſe non poteſt. l. iuriſiurandi. in fin. C. de teſti. cum ſimilibus. Quid enim ſi ipſe uictus ſit, proindeque cogitur re vendita uenditori cedere: quo caſu & precium quod dicitur conſignatum, ab illo Titio depoſitario recuperare debet, qui fortè nunc non eſt ſoluendo, ea tantùm de cauſa, quod precium illud uerè non recepit, quamuis confeſſus ſit recepiſſe, nec ipſe tamen uenditor, illa confeſſione innixus illud vult reddere, dicens ſe iam numeraſſe. Certè priuatur emptor, & re & precio ob eam confeſſionem. Quid igitur cauſæ eſt, ut in eius tam graue præiudicium ſtandum ſit illius confeſſioni, qui fortè ex compoſito, & communi ipſius & uẽditoris fraude arte, conſilio eã confeſſionẽ ſine uera numeratione facit, cum & aliàs confeſſio de depoſito cõfitenti tamen præiudicet, non alteri, ſecundum Bald. conſil. 455. quidam nomine A. columm. ult. libr. 1. per l. in contractibus. C. de non nume. pecun. & d. l. Publia. §. ulti. ff. depoſi. quæ quantũ ad id faciunt, cæterorũ ſit iudicium. & uoluerunt etiam Imol. Alexand. & Fran. Are. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerbo. obliga. Alex. in l. 1. §. ſi quis ita. eod. titu. Iaſ. conſil. 472. relatio, col. uerſ. accedat, lib. 2. ubi & ex hoc in pulchro caſu conſuluit. — 9 *Sola in p̃iudicium*

ADDE, quòd conſuetudo noſtra, quæ requirit conſignationem, debet propriè & verè intelligi de vera & propria conſignatione. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. Sed & de naturali quoque, non ciuili, ſi de vtroque intelligi poſſit. l. vlt. & ibi Bal. Sal. Paul. Caſt. & alij. C. de his qui veni. æta. im pe. cum alijs multis concor. à me adductis in repet. l. ſi unquam. in verbo, ſuſceperit liberos, nu. 17. quin ſi ea verborum appellatio. Atqui conſignatio confeſſata tantùm, ut noſtri loquuntur, id eſt, de qua non aliter conſtat, quàm per confeſſionem. (Eam non ineptè confeſſam appellare poſſumus, quando, Confeſſam rem, dixerit Tullius in quinta in Verrem actione, & Plinius lib. 20. cap. 49. & lib. 20. c. 11. & confeſſa ſigna, Columella lib. 2. cap. item ſecundo.) Huiuſmodi igitur confeſſa tantùm conſignatio, non eſt ueraac propria & naturalis, ſed tantum impropria ciuilis: ita enim illam noſtri appellant, alteram autem, de cuius numeratione uera conſtat, naturalem dicunt, aſſeruntque eos, qui veram ac naturalem allegant, non ſatisfacere, nec ſatis probare, ſi ciuilem tantùm, id eſt, confeſſam probant, ut per gloſſ. Bart. & alios, loquentes in mutuo, in l. 2. §. ultim. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi ex cautio- — 10 *De eodem.* *Confeſſa res, Tullio, et alijs. Confeſſio ſolutio ciuilis eſt, non naturalis. Solutio allegata, an probetur p r cõfeſſionem, uide 13.*

ne. C. de non nume. pecu. gloſſ. Bald. &c alios, in l. ſi ex precio. C. ſi cert. peta. Specu. in titu. de teſt. §. 1. verſi. ſed pone, egi contra te, in fin. Bald. in l. vlt. col. penul. verſi. vnum ſolùm aduerte. C. commu. vtriuſ. iudi &c in dict. l. ſi ita ſtipulatus. ſ. Chryſogonus. poſt medium. ff. de verborum obli. ubi id dicit procedere, cùm negatur numeratio. &c ibi quoque Ange. colum. ulti. uerſic. ultimò opponitur, & latiùs Franc. Aret. colm. 7. uerſiculo, & quia Bartol. in prædictis. atque etiam Alexan. & alios Recentiores, ex quibus etiam diſces, quomodo id ſit intelligendum. & eundem Bald. conſil. 218. præſuppoſito ſtatuto, in quarto eodemque ultimo artic. libr. 1. ubi etiam loquitur de depoſito. & conſil. 139. factum tale eſt, D. A. colum. 2. uerſi. in contrarium allegatur, lib. 2. & conſil. 25. punctus infraſcripti conſilij, poſt princip. libro 3. & conſi. 457. factum ſic proponitur. Franc. col. 1. lib. 4. & conſi. 380. tres ſunt caſus, col. 1. verſicu. uideamus ergo in caſu noſtro, lib. 5. ubi & hoc quoq; declarat Angel. conſil. 49. de dictis præceptis, circa medium. & conſilio 155. in quæſtione uertente inter dominum Micheletum. Anton. in c. ſi cautio, & ibi Imol. in declarantem colum. penult. extrà, de fide inſtrumen. & eundem Ant. in c. 2. in uerbo, ſciat pro certo. & ibi quoque Imol. & Recentiores, de offic. ordin. Roma. in l. prædia. ff. de acqui. poſſeſ. Alex. latè, qui etiam id declarat, in l. 1. §. ſi quis ita, colum. ult. & ibi etiam Barb. col. 17. uerſicu. itē ponitur alia. ff. de uerbor. oblig. & eundem Alex. conſi. 5. uiſa ſcriptura, col. 1. & 2. libr. 1. quod repetitur conſ. 179. libr. 2. & ipſum Alex. conſi. 25. uiſo inſtrumento, col. 2. uerſic. non obſt. dictū, lib. 2. Ang. Aret. in § ſequēs, colum. 3. uerſicul. pone ergo quòd egi. Inſtit. de acti. & Maria. Socin. conſilio 3. circa præſentem, columna ſecunda.

11 *Aliud cōfiteri, aliud recipere. Procurator cōfitēs ſolutionē ſibi factā, an noceat domino, ui de nu. 13.*

Et huius optima eſt ratio, aliud eſt enim confiteri quippiam recepiſſe, & aliud id ipſum recipere. l. 1. & 2. & ibi no. C. de dot. cau. non num. & l. 1. §. mutuam. ff. ſi quid in frau. patro. & uoluit Bal. conſi. 352. quæritur an confeſſio. in princ. lib. 3. & Pet. Anch. conſil. 330. uiſis, col. 2. uerſic. ad propoſitum, cum infinitis propè concordan. Ideoq; ex multorum ſententia procurator datus ad recipiendum pecuniam mutuò, non obligat dominū ex ſola eius confeſſione de receptione huiuſmodi pecuniæ, niſi aliter conſtet eam fuiſſe re ipſa numeratam.

12 *An tutor, curator, executor, aut alius adminiſtrator.*

Sicuti nec tutor, curator, aut executor, aut alius adminiſtrator per ſimplicem ſuam confeſſionem faciūt fidem de recepto in pręiudicium pupilli, minoris, hęredum, & aliorum, niſi de numeratione aliter appareat. Id enim uoluerūt Bar. Bal. Fulg. Rom. Paul. Caſtren. Alexan. Socin. & Iaſ. (dij boni, qui autores, certè locupletiſſimi, præſertim cùm Bal. cum Bar. conueniat cui ex more, ex induſtria, ex omni occaſione, ex profeſſo, ex pręſcripto repugnare atque contradicere ſolet) hi igitur in ea ſunt ſententia in d. l. 2. §. ultim. ff. ſi cer. pet. Bart. Imol. in l. ſi debitorem, per illum textum. ff. de nouati. idem Bart. & Ange. in l. non abſtulit. C. eodem titu. idem Bar. in l. à Diuo Pio. §. ſi emptor. & ibi quoque ipſe Ange. diſtinguens, & latè Alexand. colum. 4. uerſic. ſucceſſiuè quærit. & multis ſequenti. & Petr. Beſut. ff. de rei iudicata. Bartol. in l. Lucius. ff. de adminiſt. tut. & in l. alio, col. ulti. uerſicul. quæro quid ſi in inſtrumento. ff. de alimen. legat. Feder. Senen. conſil. 54. Titius fecit procuratorem. Bald. in l. omnes. §. 1. C. de quadri. præſcript. & in l. falſus, colum. 2. uerſiculo, tertij dicunt. C. de furt. & in capit. ex inſinuatione, col. 2. extrà, de procurato. & conſ. 123. Reſpublica, libro 3. & conſ. 131. procurator, eodē libr. 3. & conſ. 287. dicta mulier colum. 1, libro 4. Ang. in l. 2. §. ultim. C. de quadri. præſcript. Ant. & Panor. in cap. ſi cautio, de fide inſtrumen. idem Panormita. in cap. cùm olim. colum. 2. uerſicu. ſed dubium eſt. extrà, de offic. deleg ubi tamen diſtinguit Petr. Anchar. in cap. generaliter, in princip. & ibi Domi. §. ultim. in fin. de procura. libr. 6. Idem Pet. Ancha. in cap. ſtatutum. ſ. ſi quidem, colum. 1. de reſcrip. lib. 6. & conſ. 57. quidam ex prædictis, in fin. Imol. Franciſ. Aretin. & Iaſ. in d. ſ. Chryſogonus. Rom. in d. l. prædia. de acquiren. poſſeſ. &c conſil. 352. quæritur primò, in 1. dubio. Pau. Caſtren. conſ. 186. in cauſa quæ vertitur Piſis, libr. 1. & conſil. 337. primò quæritur poſito, colum. 2. verſiculo, item pone per confeſſionem, eodem lib. 1. & conſ. 409. conſideranda ſunt, circa medium, eo. lib. 1. & conſ. 32. circa primum, paulò ante fi. lib. 2. Rapha. Fulg. conſ. 209. duobus, per totum. Ioan. Pla. in l. ult. C. de apo. publi. lib. 10. Maria. Socin. d. conſi. 3. colum. 2. verſ. 5. probatur. Alexand. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ſ. vltim. colum. 2. ff. de iureiur. & conſ. 132. in cauſa & lite, column. 2. verſ. denique iſta ſcriptura, lib. 4. Pet. Ferrar. titu. form. libel. quo agit. ad red. rat. tute. in verbo, ac executores, colum. 8. verſic. vltra quæritur. Franc. Aret. conſ. 4. ex facto proponitur. Barb. conſ. 8. ſapienter, colum. 16. lib. 2. & conſi. 18. difficile eſt, colum. 4. lib. 3. & conſi. 17. clementiſſimum, colum. 3. lib. 4. Felin. in cap. cùm olim, el 1. colum. 1. extrà, de offi. deleg. Guid. Pap. ſing. 650. verſicul. 2. de habente. Iaſ. etiam loquens de depoſitione & conſignatione pecuniarum, d. conſ. 172. libr. 2. Philip. Dec. conſ. 146. cuius ſuperſcriptio incipit, dubia, col. pen. verſ. tertiò non obſtat. & conſ. 393. viſo tenore inſtrumenti, col. 2. verſ. & ideò qui habet mandatum.

13 *De eodem.*

Et hæc quidem eſt communis opin. licet nonnulli refragentur, tum in eo quod diximus agentem ex mutuo vel depoſito non vincere, ſi probet tantùm de confeſſione. Nam contrarium voluit Bal. poſt Nicol. Matth. in l. generaliter, colum. vlt. in 9. quæſtio. & ibi quoque Saly. colum. pen. in 17. quæſt. C. de non nume. pecu. &c idem Salyc. in l. ſi ex cautione, col. item penultim. verſic. quæro econtrà, eodem titulo. Tum in eo quoque, quod dictum eſt de procuratore conſtituto ad recipiendum mutuum, vt videre licet apud Fede. Senen. conſ. 54. eodem modo, in fi. Bal. in l. nam & nocere; ad fi. ff. de pact. & Saly. in d. l. 2. §. vlt. ff. ſi cer. pet. Imol. ſibi contrarium, in c. ſi cautio, col. vlt. extrà, de fide inſtru. Pau. Caſt. conſ. 34. ego Pau. lib. 1. quod repetitur conſ. 293. eodem li. 1. & Rapha. Com. conſil. 31. teſtator, in 2. dubio, in fin. Nico. Mil. in ſuo reperto. verſ. procurator habens mandatum. Alexand. & alios Recentiores, eos nuncupatim citantes, qui contrarium voluerunt, in d. l. 2. §. vltim. ff. ſi certum petatur, & ipſum Alexan. conſ. 76. viſo libello, ante fin. lib. 6. Barba. etiam d. conſ. 18. colum. 3. verſ. circa ſecundum dubium, & ſequen. lib. 3. & Iaſ. in l. duobus reis, colum. 2. ff. de iureiu. & nouiſſimè Zaſium qui hanc ſententiam contrariam audentiſſimè conſtantiſſimeque defendit, in ſuis ſing. intellectibus. &c in l. Iulianus, colum. vltim. ff. de confeſ. Inter alia autem pro hac parte adducitur text. in l. 2. in fin. C. de quadri. præſcrip. vbi confeſſio officialis principis de recepta pecunia venditionis rei à ſe factæ, facit fidem, tametſi vendere non poſſit, niſi præſente pecunia. l. ſi procurator. ff. de iure fiſc. &c ita etiam not. Salyc. in d. l. 2. colum. 1. Alciat. autem in d. l. 2. §. vlt. non inſcienter tradit, id plurimum reſidere in arbitrio iudicantis, qui ſubtiliter perpendat, veriſimilène ſit numeratum, an innumeratum. ibi eum omninò vide.

14 *Depoſitum confeſſum, an habeat priuilegiū veri depoſiti. Dos cōfeſſa an habeat priuilegia veræ dotis.*

Sed ex illo tamen eodem fonte manat, vt depoſitum confeſſum tantùm, id eſt, (vt repetam) de cuius numeratione non aliàs conſtat, quàm per confeſſionem depoſitarij, non gaudet priuilegiis veri depoſiti, de cuius ſcilicet vera numeratione certiſſimis probationibus apparet. Ita enim ſingula voluit Bald. conſi. 384. duo ſunt videnda, in fine lib. 1. quem refert, non deſignato tamen loco, & ſequitur Socin. conſ. 143. diu profectò, col. vlt. verſ. confirmantur prædicta, li. 1. quod repetitur conſ. 171.



conſilio 171. libr. 2. Et mouetur uterque ex exemplo, quòd dos ſimiliter confeſſa non habet priuilegia ueræ dotis aduerſus tertium, ſecundum gloſſ. in l. aſſiduis. in uerbo, datæ, per illum textum, & ibi Cy. Ray. Forli. Bal. ante fin. qui eam gloſſ. dicit auream. C. qui potio. in pig. hab. & idem Bal. in l. diuerſis, eod. tit. & in l. cùm aliquis, col. 2. uerſic. ſecundo caſu. C. de iure delib. & in l. 1. col. penul. uerſiculo, item in quæſtione. &c ibi quoque Ang. col. ult. Imol. & Paul. Caſt. diſtinguētes, & latiſſimè Frā. Aret. &c Alexand. illum quidem, col. 5. uerſic. quærit hic Aug. hic colum. 8. & ſequen. ff. ſolu. matri. & idem Bald. in l. 1. colum. 3. uerſi. unde quæritur. C. de priuileg. dot. & in l. ſi quis poſt hac, in princip. & ibi quoque Albe. poſt princ. & Angel. col. 1. C. de bonis dam. & idem Bald. in l. 2. poſt medium. C. ne liceat poten. & in c. contingit, col. 3. verſ. item ſi bona. extrà, de dolo & contum. ubi eam glo. dicit ſing. & conſi. 397. caſus talis eſt, quæſtio ſperatur, ante fin. lib. 1. & conſ. 432. caſus talis eſt, campſor, circa medium, eo. lib. 1. & conſ. 456. Seia, poſt princip. eodem lib. 1. & conſ. eiuſdem numeri incipien. ſciendum eſt, poſt princip. lib. 2. & conſ. 189. dominus Lanfrancus, colum. 2. verſ. & ideò indubitanter, libro 3. vbi eam glo. dicit ſing. & conſ. 252. quæritur an confeſſio, circa medium, eodem libro 3. et conſ. 333. quia iſta dos. lib. 4. & conſ. 438. an poſſeſſio, colum. 2. lib. 5. & Signor. conſ. 49. in quæſtione vertente, colum. ult. uerſic. aut elapſo. Angel. in §. 1. per glo. ibi, in Authen. de reſtit. & ea quæ parit. & in §. his conſequenter, circa medium, in Authent. de æquali. dot. & in §. 1. in princ. per illum textum, in Authent. ut exact. inſtan. dotis. & conſ. 180. præmitto ad euidentiam, in fin. Cardi. Floren. Petr. Anchar. & Barb. in cap. ex literis. extrà, de pigno. Imol. in l. rei iudicatæ §. hæredi. ff. ſolut. matr. Panor. conſil. 73. in quæſtione, colum. 3. uerſic. prætereà & ſecundò, libro 2. Roma. conſ. 445. conſultatio, in ult. dubio. Bald. Nouel. in tract. do. in 8. parte, priuilegio 13. Corne. conſ. 183. licet diſcuſſa, col. 1. lib. 3. Ioan. Lup. in repet. Rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 15. Ioan. & Crot. in repet. l. filiusfamilias §. Diui, colum. antepen. verſ. nō obſtat tertium. ff. de legat. 1. De quo tamen (quia nonnulli tenent contrarium) vide Bal. in c. quia uerisimile, colum. 2. verſic. item dos præſumitur. extrà, de præſumpt. ubi diſtinguit inter præcedentes & ſequentes creditores. & conſ. 251. duo rei, col. 1. lib. 3. & pleniſſimè Rapha. Com. d. conſil. 31. in 2. dubio. Imol. in d. c. ex literis, de pignor. Alexan. conſi. 123. quoniam abundè, colum. 2. lib. 6. & Iaſ. in d. l. duobus reis, de iureiur. & in Authen. res quæ, col. pen. in 9. limitatione. C. com. de leg. Catel. in memor. incipien. dos habet, uerſ. ſecundò priuilegia. & Anton. Rub. conſ. 78. præſupponitur, colum. 3. uerſ. vltimò facit. ſed omnium copioſiſſimè Socin. in d. Rubr. ff. ſol. matr. col. 10. verſic. poſtremò Doctor. hìc cum multis ſeq. & Franciſ. Rip. in l. quæſitum. §. ſi ſponſa, col. ult. ff. de priuileg. credi. [An autem ſtatutum de certa parte dotis lucranda marito, habeat locum in dote conceſſa, uidebis apud Bald. conſ. 334. quia iſta dos, lib. 4.]

15 *Depoſitum re ſolùm contrahitur.*

At ea quæ diximus, non eſſe ſtandum ſimplici confeſſioni numeratæ pecuniæ, niſi aliter appareat de uera ac reali numeratione, omnium maximè debent obtinere in depoſito, etiamſi in mutuo non procederent, quia depoſitum non niſi uno modo contrahitur, ſcilicet re: mutuum autem & re, & alijs duobus modis cōtrahitur, ſcilicet uerbis, & chirographo, ut not. in d. l. 2. §. ult. ff. ſi cert. pet. unde in depoſito unus eſt contractus, una obligatio, quæ re tantum perficitur, ut uoluit Bal. conſ. 218. præſuppoſito ſtatuto. uerſ. quartus articulus, lib. 1. & plenius conſi. 256. actum fuit depoſiti, libro 1. & ſequitur, licet corruptè alleget, Socin. dicto conſi. 143. diu profectò, colum. 1. uerſic. prætereà aliud, libro primo, quod repetitur, ut diximus, conſi. 171. libro 2. Et facit etiam, quod tradit Bald. conſ. 455. quidam nomine A. colum. ult. uerſ. ex hoc ſequitur, libro 1. & Alber. latè in l. ſi depoſita, col. 1. & 2. C. depoſiti. Ergo niſi res ipſa hìc uerè interueniat, nō poteſt dici depoſitum, etiam ſi chirographum, aut confeſſio quæ uerbis fit, interuenerit. Et licet reperiatur, quòd ea confeſſio probet ueram numerationem, in d. l. Publia. ſ. ult. ff. depoſi. & in d. l. in contractibus, de non num. pec. id tamē intelligitur, prout etiam illa iura loquuntur, quantum ad ipſos confitentes, nec alicubi ſcriptum reperitur, id præiudicare tertio, cuius intereſt.

16 *Deciſio primæ quæſtionis.*

Propterea Cæpolla cauſarum ciuilium conſi. 44. in quæſtione de pręſentatione, in 1. dubio, loquens de retractu, qui competit conſanguineo ex ſtatuto, quod in id requirit precium deponi, ſi emptor recuſet accipere, vt hìc etiam requiritur in retractu conuentionali, ſuper hoc interrogatus, reſpondit non ſatis eſſe, ut de hac depoſitione appareat per confeſſionem depoſitarij, ſed opus eſſe, vt cōſtet de uera ac reali numeratione, & quāuis ſtatutum, ſuper quo conſuluit, expreſſim requireret, ut precium re uera deponeretur integrè & ſine exceptione (ea enim erant uerba ſtatuti) tamen idem dicit ſi ſimpliciter loqueretur de depoſitione, nam nihilominus (inquit) teneretur conſanguineus probare uerum & naturale depoſitum, nec ſufficeret ciuile, neque enim (vt ſubdit ſola confeſſio probat ueram numerationem. per text. in l. ſi precio, iuncta gl. in uerb. ſi uerò, & ibi Iac. But. & Bal. C. ſi cert. pet. & gl. in l ſi ex cautione. & ibi quoq; ipſe Iac. Butr. Bart. Bal. col. 3. uerſ. 4. quæritur, & alij. C. de non numer. pec. Et in hac ſententia conſtantiſſimè præſtitit in duobus conſ. ſeq. non obſtantibus quibuſdā allegatis in contrarium ab aduocatis aduerſariorū, quibus affatim reſpondet, ut ibi uidere poteris. Et in poſtremo dicit, nihil in contrarium facere, quòd depoſitarius ob ſuam confeſſionem ſit obligatus totum reddere, facilius enim ipſum reſtituturum pecuniam uerè depoſitam, quàm confeſſam tantùm.

17 *De eo, an cōfeſſio de recepto, alijs nō præiudicet.*

Sed an ſemper illud verum ſit, ut confeſſio de recepto non pręiudicet alijs, quàm confitenti, ne & illud omittam, uide ultrà eos, quos ſuprà citauimus, Bar. ſcienter diſputantem, an ſatis ſit fideiuſſori, aut ei qui promiſit alium ſeruare indemnem, probare ſolutionem à ſe factam per ſolam confeſſionem creditoris ſine probatione numerationis, ut poſſit agere contra debitorem, conſ. 160. Titius promiſit, & in d. l. duobus. §. 1. &c ibi quoque Salyc. Paul. Caſtr. & Alex. ff. de iureiur. Angel. in l. Vranius. §. 1. & ibi quoque Imol. ff. de fideiuſſ. & eundem Paul. conſ. 64. quæritur utrum fideiuſſor, lib. 1. ubi & in eodem caſu loquitur. & Alex. conſi. 25. uiſo inſtrumento contractus, col. 2. uerſi. 2. oportet. lib. 2. quod repetitur cōſ. 90. li. 3. de reb. eccle. nō alie. col. ult. & Cæpo. conſil. cauſarum ciuilium 12. dubitatur, per totum, & Matthę. Afflict. deciſ. Neap 91. iterum cauſa Alexandri, nu. 3. rurſumq; deciſ. 94. ſunt duo ſocij, per totum. & iterum deci. 150. rex Alphonſus, col. pen. uerſ. quinta concluſio, & alibi niſi fallor diximus, ſed locus nunc nō occurrit. Sed & an illud uerum ſit, ut per confeſſionem non probetur uerus numerationis actus, uide per Bald. conſ. 50. uidendum eſt primò, in fin. li. 2. et Maria. Socin. d. conſ. 3. circa præſentem, lib. 1.

18 *Quid, ſi vltra confeſſionē ſequeſtri conſtet depoſitum fuiſſe marſupium, ſine alia numeratione*

Quid autem in noſtro caſu, ſi cum confeſſione depoſitarij appareat teſtibus, aut inſtrumento publico depoſitum fuiſſe ſacculum ſiue marſupium, ſiue follem, in quo uenditor dicebat eſſe illud precium uenditionis, quod deponi debeat, paratumque ſe numerare, non tamen aliter conſtat de numeratione, an ſaltem id ſatis eit? Et id uidetur ſatis eſſe, per tex. in l. ſtatu liberos, quæ eſt 3. §. ſi pluſquam, ibi, uiginti numerauit, ſiue in ſacculo dederit. ff. de ſtatu lib. quam ad hoc dicit not. Franc. Are. in l. ſi mora, colum. 4. uerſic. item uide. ff. ſol. mal. &

alium tex.in l.vlt.ff.de lege com.ibi,& ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignauit. & per gloſſ. in §. illud quoq;, in verbo, conteſtatur.in Auth.vt exac.inſtan.dot. quam ſequitur Bar.ibi, & in l.acceptam,paulò ante fi.C. de vſu.dum ibi ſe refert ad eam. & ibi quod Ang. in fin. & Bald. & Imol. in l. ſi ſeruus. ff.de vulg.& pup. ſubſtit. & quod Bald. dicit de præſentia, pecuniæ, quæ(vt ait)habetur pro numeratione,in d.l.ſi ex precio. C. ſi cer. pe.& in Rub.C.de fid.inſtr.colum.4.verſ.iuxta hoc quæritur. vbi etiam allegat no.in d.l.ſi ex precio.& in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.& idem Bal.conſi.247.præmiſſo ſtatuto,paulò ante fin. libr.1, cùm dicit, quod pecunia poteſt ſolui in ſacculo, & dicitur numerata ſi partes confitentur, licet tabellio cautiùs faceret, ſi videret ipſam pecuniam numerari. Et Ro. conſ. 102. ſuper eo, col. 1. verſ. quo ad ſecundũ. Et facit etiã tex.in l. adhuc, in princ. ibi, ſi verò ſimul in ſacculo ſoluit. ff. de vſufr.

Sed certè hæc omninò vera ſunt in præiudicium eorum, qui ipſum actum ita conficiunt.Sed in hoc caſu, vbi agitur de præiudicio emptoris, non crederem id ſatis eſſe, niſi appareat de vera numeratione. Nam & hìc fraus ſubeſſe poſſet, ſicuti & in ſimplici confeſſione. Et ita etiam conſuluit Cæpol. loquens de conſignatione, quæ fit in retractu conſanguineorum, conſ.46.circa dubia noſtra, col. vlt. verſ. vlterius dicitis.Et ante eum voluit Bart. quem ipſe non allegat, in l. cùm ſeruus,in fin. per tex.optimum,ibi,in verſi.nam non vtiq; ff.de cond.& demonſt. vbi expreſsè intelligit gloſſ. in d. §. illud quoq;, in Authen. vt exact. inſtan.dot.ſuprà allegatam, ſi ita offeratur in marſupio, vt tamen teſtes & notarius cognoſcant, quanta eſt pecunia, quæ ibi eſt quia eam viderunt numerari. Si enim poſtea dicerent vidiſſe offerri marſupium cum pecunia, ſed ignorare quanta ea erat,non probarẽt,l.1.§.ſi ciſta.ff.depoſiti. Ideò(inquit) tutius credo offerre pecuniam numeratam coram teſtib.& ita ponere in marſupio, & ſubdit ſe putare ſic intelligi dictam l. acceptam. & ſequitur Pau. Caſt. ibi, colum. 2. verſic.item not.in verſ.nam non.& Bal.in d.l. ſi ſeruus, in principio per illum textum. ff. de vulga. & pupill.& in dict.l.acceptam,colum.1.verſic.ex his nota. & iterum columna 4. in 11. quæſtione, & ibi quoque Sal.& Paul. Caſtr. vterque colum.1.Rom.conſilio 352. quæritur primò, colum. 1. verſiculo, & licet dicatur, & Pet.Ferra.tit. For.libel. in cauſa vẽdit.in verbo, ſuprà ſcriptum precium, in fine, & tit. forma libel. quo agit. ad pœnam ex compromiſſo,in verbo, legitimè obtulit. & Ioan.Plat.in l.1. colum.2. verſiculo,nunquid autem. C.de ſuſcep. libro 10. Angel. Aret.in §.vlt.columna 2. Inſtitu.quibus modis tol. obliga.& Iaſon.in l.Titiæ textores, in principio columna 2. verſiculo, tertiò adde.ff. de legat.2.& latè conſilio 172.relatio,columna 1.libro. 2. & Franciſcus Ripa, in d.l.ſi inſulam,colum.15.num. 68. ff. de verborum obligationibus. Stephan. Bertran. conſil.97.voluiſſem, col.1. verſicul.tum & quia eſto,libro 2. vbi loquitur in materia retractus.Et facit quod ẽt ſcribit Bal.in d.Rub.C.de fid.inſtr.ubi ſuprà, & in d.l.ſi ex cautione,col.3.uerſ. ſeptimò quæritur. C. de non nume.pecu.& conſ.456.quidam nomine. A.col.2. uerſ. illud non etiam eſt omittendum,lib.1.vbi ſing. dicit conſuetudinem huius rei contrariam eſſe abuſiuam.& Pau. Caſt.conſ.120.viſo quodam proceſſu,col.ult.lib.1.

20
*De eadem re.*

Nec ſi verum dicere volumus,cõtrarium dicit glo. in d.§.illud quoq;.in Auth.vt exact.inſtan.dot.ſed illud tantùm dicit, pecuniam poſſe offerri,& deponi in ſacculo:quod nec nos negamus, ſed debet prius numerari, & id non negat ea gloſſ. Nam & aliàs ſi ea pecunia ita conſignetur in ſacculo ſine alia numeratione,ea non cõtinebitur appellatione pecuniæ, nec vt pecunia debebitur, ſed tanquam ſpecies, vt probatur in l.talis ſcriptura.& ibi not Barto. in 1.not. &alij ff.de leg.1.& l.planè vbi.§.1. eo.tit,& gloſſ.in l.hæc venditio.§.huiuſmodi,in verbo,quanti. ff de contrah.emp.& Bal.in c.1.§.ſimiliter,tit. de contro. inue.colum. 3. verſic.item not.quod ſpecies,tit.de contro.inueſt.vbi ex hoc dicit,huiuſmodi pecuniam non recipere uſuram, uti nec alias ſpecies, ſicut & ipſe ſe dixiſſe dicit, in l.1. C.de uſur. Nec id tamẽ ſemper procedit, ut talis pecunia pro ſpecie habeatur,ut per ipſum Bal.in l.ſed & ſi quis.§. quid tamẽ ff.de uſufr.

21
*De eadem re.*

Verum Imol.in d.l.ſi ſeruus ff.de vulg.& pup.tenet nõ eſſe neceſſe numerari pecuniã, ſed ſufficere ut in ſacculo conſignetur, offeratur & deponatur. Nam ſibi debet imputare creditor, qui pecuniam noluit acceptare, ſi non aperuit ſacculum,ut uideret,eſſetne tanta pecunia quanta ſibi deberetur. & in hac opin. uidetur fuiſſe Paul.Caſtr.in l. ſi mora, colum. 3. uerſ.& an ſufficit. ff. ſol.matrimo.cùm dicit, quòd non ſufficit offerre pecuniam in folle ſeu marſupio,ſi creditor eam petat numerari:ſecus ſi ſimpliciter recuſet recipere. Et idem in effectu uoluit Alex.in d.l.ſi ſeruus. ff.de vulg. & pup. col.2. dum ita diſtinguit, aut creditor recuſat accipere pecuniam, & ſufficit oblatio in ſacculo, quia ſola oblatio uerbalis ſufficit recuſante creditore,per text.ſingul.in l. qui Romę,in princ.ff.de verb.oblig & in c.eum qui, de dol.& contuma. & c.1. de eo qui mit.in poſſeſſ. glo.ult. in cap.paſtoralis,extrà de offic.ord.Bal.in l.1. colum.2. verſ.modò quæro vtrum.C.ne lice.ter prouo. Tu autem adde Bart.in l.qui ſolidum, in princ. ff. de lega.2.& Rapha.Cuma.& Paul. Caſtr. idem tenentes, in d.l.qui Romæ,in princ.& ipſum Alex.in d.l.ſi mora, col.3. uerſic. quintò fallit.ff.ſol.matr.& in l.ſi inſulam,colum.2. ff.de uerbo. oblig.& Iaſ. in l.2.col.63.uerſ.circa tamen illud. C.de iure emphyt.& Catel.in memor.incipien.oblatio, vbi etiam reperies quomodo id ſit intelligendum.Quãquam contrarium tenet Franc.Aret.in d.l.qui Romæ,in princip. Sed vt redeamus ad eundem Alex.in d.l.ſi ſeruus. Aut creditor(inquit)non recuſat, uel ſaltem nihil dicit,& tunc putat uerum,quod dictum eſt,non ſatis eſſe offerre in ſacculo, niſi numeretur, quia cùm creditor non cogatur partem pecuniæ recipere. l. quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cert.pet.& l.cùm hæres. §. item ſi decem. ff.de ſtatu.liber. & l.vlt.ff.quibus mod.pign. uel hypoth. ſoluit.certè numerari debet,ut certa ſit. Et idem propemodum dicit ipſe Alex.in d.l.ſi mora,col.4.verſic. iuxta prædicta.

*Oblatio uerbalis ſufficit recuſante creditore.*

22
*Deciſio quæſtionis.*

Ego verò in hoc caſu noſtro ſequendam eſſe omnibus modis eam ſententiam eſſe arbitror, quæ iubet pecuniam numerari,nec ſatis eſſe dicit, ut ponatur in ſacculo ſine alia numeratione. Nam hìc loquimur de conſignatione, quę debet fieri ob recuſationem emptoris, & integra quidem,nec aliter conſtare poteſt,an ſit integra, necne, quàm ſi fuerit numerata:nec ſumus in illis terminis, in quibus ſola oblatio ſufficit, cùm creditor non vult accipere pecuniam : & aliud eſt ſimplex oblatio, quę fit parti,& eſt fortè aliquid quod ei imputari poſſit, ſi non petat numerari pecuniam, ut in ſimili diximus, quòd cùm parti exhibetur inſtrumentum,non eſt neceſſe eius exemplum dimitti,niſi à parte, cui exhibitio fit, petatur,ut probatur in Clem.cauſam,de elect.cum ſim. & concord.à me adductis ſupra tit.præced.§.1.gl.10. in verbo, *dedans l'an*, num.106. quod autem diximus. At conſignatio non ei fit,ſed alteri : ergo nihil ei imputandum,ſed potius conſignanti,niſi eam,vt decet, fecerit.

23
*Quid ſi in conſignatione deſit vnus nũmus.*

Sed quid ſi integrum precium, præter modicum, fortè unum nummum,ſit cõſignatum, vtrum ſatis erit? Reſpondit Cæpolla loquens in retractu ſanguinis,d.cõſ. 46.col.2.uerſ.præterea etiam ſi appareret, nec tunc quidem ſatis eſſe,per id quod not.ſcribit Bal. in c. conquærente,colum.1.per illum text.extrà de reſtitut. ſpolia.id quod dicitur, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, nec aliter ſpoliatorẽ eſſe audiendum : procedere, etiam ſi deeſſet

*Spoliator non audi- tur etiam ſi unus nummus deſit.*



ſi deeſſet unus tantum nũmus, quod & ipſe dicit no. Et id quoque,ut hoc addas, ſequitur Iaſ. in Auth.qui rem, colum.5.C.de ſacroſ.eccle.& in l.ſancimus, col.3.uerſi. octauò extende.C.de iudic.& conſil.162.ſtatutum ciuitatis Laudæ,col.2.uerſ.ſecundo principaliter, li.4.Phil. Dec.conſil.34. cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando propter contumaciam,col.ult.& in l.edita,col. vlt.C.de eden.ubi & id trahit ad expenſas, quæ refundi debent ob emendationem libelli.

24
*Oblatio manca & inutilis, ſi unus tantùm nummus deſit.*

Sed & id quoque addi poteſt, quod huc propius accedit,quod tradit Angel.in l.acceptam,col.1.in 2.not. & ibi quoque Salic.col.2.uerſi.conſtant autem. & Paul. Caſtr.col.1.C.de vſur.quod ſi in oblatione totius precij & vſurarum deſit unus tãtùm numus,nullus effectus eorum, qui induci ſolent ex oblatione, inducitur. per l. quandiu.C.de diſtract.pigno.de quo & nos diximus ſuprà in eo.§. in uerbo, *& des arrerages*, pro quo eſt optimus text. in l. 2. ibi, nam ſi uel modicum de ſorte uel vſuris,&c.C.debit.uend.pig.imped.non poſſ.& in l.obſignatione. C. de ſol. cùm dicitur, obſignatione totius pecuniæ. Et quod ſcribit Bald.ipſe in l.ult.uerſic. ſed reuocatur.C.commoda. quòd uenditor poteſt totam rem uenditam retinere, etiam ſi unus tantum nũmus deſit ex precio.& ſequitur Iaſ.in d. Auth. qui rem, ubi ſuprà, & conſi.41.in duabus,colum.2.lib.3.& conſi.111.magnificus dominus,col.vlt.lib.4.Et quod ante Bal. uoluit gl. in l.res bona fide. ff. de contrah. empt. quod ſi res ita ſit uendita, ut niſi ſtatuta die fuerit ſolutum precium, res ſit inempta, ſi intra id tempus totum precium ſit ſolutum,præter unum nũmum,non ſecus erit inempta, ac ſi nihil fuiſſet ſolutum, per multa iura, quæ illic allegat, & ſequitur Bald.ibi,& in Rub.C. de contrahend. empt. in 10.quæſt.ubi illam dicit not.& in c.cùm adeò,col.2. uerſic.ſed alibi,extrà de reſcript. ubi etiam dicit not.& Albe.in l.leg.ff. de lege commiſ. Et dicit ipſe Bald. arg. eius gloſſ.in ea ipſa l.res bona fide,quod ſi ſtatutum caſſat contractum, niſi ſoluatur gabella, ſi in ſolutione deſit unus tantum nũmus,non valet contractus. Et id quoque uidetur voluiſſe [licet ſubobſcurè] idem Bald. in l. 2.in fin.& ibi etiam Ro.ff.de S. Sylla.& Ange.in d.l. acceptam.col.1.uerſic.rem concludo, & in l. in rebus. §. poſſunt.C.cõmod.& Barba.in prooemio Cle.in utraque lect. uidelicet colum. 5. in priore lect.& col. 10. in poſteriore.& conſi.88.ſapienter,ſcribitur,colum.antepen. li.4.licet ipſe Bal. uideatur uelle cõtrarium in l. quãuis. ff.de cond.& demon.[& apertiſſimè Rom.in d.l.2.col. 1.uerſ.ad ſecundum.ff.ad S.C.Sylla.]

*Venditor totam rem retinet ob unum nũmum non ſolutum.*

*Res inempta ob unũ nummum. Cõtractus caſſatũ ob unum nũmũ ex gabella non ſolutũ, uide nu.32.*

25
*Concordia nõ prodeſt ex defectu unius nũmi.*

Verum priorem ſententiam, & omnia ſupradicta confirmat, quod tradit Ang. in l. ſi ſeruus. §. plurium, colum.2.uerſic.& ideò ſi ex forma.ff.ſi quis cau. ꝙ ſi ex forma ſtatuti,habita concordia cùm offenſo non debeat offendens puniri,ſoluendo certam gabellam, ſi deficiat unum iota(ut ipſe loquitur)non proderit concordia. & ſequitur Alex.conſi.105. magnifice Prætor,colum.6. uerſic.pro hoc bene facit,lib.3.Sed & id tradit Ang.ut à multis citatur, licet non ſit in meo codice, ad quæſtionem de eo, cui ex ſtatuto remittitur pœna delicti, ſi intra menſem ſoluerit quartam partem condemnationis: ſi intra id tempus eam totam ſoluerit, præter unum nummum, non euitabit pœnam. Et quod etiam ab ipſo Ang.Imol.& Alex.ſcriptum eſt in l.in executione. §. item ſi ita. ff. de uerbo. obl. quod ſi ex ſtatuto, quiſquis certam ſummam ſoluerit,banno eximatur,non eſt ſatiſfactũ ſtatuto ſi unus nummus deſit. & ſequitur Rom. in d.l.2.ff.ad S.C. Sylla. & Barb. in d.prooemio Cle. conſ. 74.omnia quæ facitis colum.nona,lib.tertio. & conſ. 34.illud in medium referam,colum.5.lib.4.Sed & præterea uoluerunt Angel. & Alexand. in d. §. iterum ſi ita & iterum ipſe Alexand.in l.ſtipulationum aliæ,quæ eſt 5. §. ſi ſortem, per illum text. eodem titul. quòd ſi quis ſub pœna promiſerit dare certam ſummam intra aliquod tempus, certè ſi de ea ſumma reſtat unus tantum denarius, pœna committitur in ſolidum. quod & ante eos uoluit Specu. titul. de arbitro & arbitratore. §. ultimo, uerſ. ut autem circa materiam, & Bald. quem nemo allegat,cõſ.127. quidam nobilis, circa medium, lib. 1. ubi dicit, quod pœna committitur, ſi quid minimum reſtat ſoluendum, per l. hæredes. §. idem iuris.ff. famil. herciſcun. Sed & Alex. in d.§. item ſi ita, adducit & ſequitur id,quod uoluit Bal.in addit. Spec.in 2. parte ti.de appel.§.reſtat uidere uerſ.ſed pone dicit ſtatutum, qui eſt in col.7. quòd ſi ex forma ſtatuti debeat appellãs intra certum tempus ſoluere certam quantitatem denariorum pro libra, alioquin appellatio ſit deſerta, ſi appellans omiſerit ſoluere unum denarium, non minus erit appellatio deſerta, quam ſi totum omiſiſſet. & id quoque ſequitur & dicit ualde notabile, & bene notandum Iaſ.in d.Auth.qui rem.

*Pœna non euitatũ ob unũ nummum,uide 27.*

*Banno non eximitur, qui totum pręter vnum nummũ ſoluit. Iterum de pœna.*

*Appellatio deſerta ob vnum nummum nõ ſolutũ.*

26
*Emphyteuta cadit emphyteuſi ob unum nõ ſolutũ.*

Sed & ipſe Alex.& ante eum Paul. Caſt. eodem in loco,ex ijs dicunt, quòd ſi emphyteuta ſoluerit integrã penſionem,præter unum nummum, cadit emphyteuſi, ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet, & ſequitur Iaſ. in l.2. col.16. in 16.item quæſt.C.de iure emphyt.& in d.Auth.qui rem, vbi ſuprà. Et idem de inquilino ſiue conductore tenet Bald.conſi.290.vulgare eſt,lib.2.& Alex.d.conſ.105. magnifice Prætor,col.6.verſ. & poſt prædicta, cum ſeq. lib.3.& eſt bonus text.in l.æde, ibi, ſi penſionem domini in ſòlidum ſoluiſti.C.locati.licet Bal. ipſe tenuerit contrarium in eadem ipſa l.col 3.uerſ. ſed nunquid pro vno nũmo. C.loca. Et hæc quidem, cùm modicum ex integro precio reſtat. Nam ſi integrum ipſum precium ſiue penſio conſiſtat in modico,uerbi gratia,in nummo, haud dubiè cadit emphyteuſi, qui illud modicum non ſoluit,ut poſt Petr.uoluit ipſe Bal.in d.Authen.qui rem, col.2.uerſ.iuxta prædicta, & in l.cùm allegas,in 7.oppoſ.C.de vſur.& in c.1.§.aut ſi libellario,col.1.tit.quib. mod.feud.amit.cum alijs concord. adductis à Iaſ. in d. Authen.qui rem,ne hìc diutius immoremur. Cui adde Barb.conſ.36.ſapienter,in fi.lib.2.

27
*Iterum de pœna.*

Et huc quoque accedit,quod prodit Bal.in d.l.quãdiu, per illum text. C. de diſtrac. pig. quòd ſi ſtatuta eſt pœna non ſoluentibus præſtantias, (vt ipſe appellat) ſi vnum denarium quis omiſerit, incidit in pœnam, ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet. Et quod ſcribit idem Bald.in comment.lib.1.in 14.quęſt. C.de his quę pœ. nomi. quòd ſi teſtator hęredi mandauerit, ut certa die daret mihi decem nummos, alioqui daret mihi fundum, & hæres intra tempus pręfinitum nouem tantùm dederit, ęquè poſſum fundũ illum nouem reſtitutis petere, ac ſi nihil omnino hæres dediſſet. Sequitur Paul.Caſt.in d.§.ſi ſortem,col.ult.& Barba.in l.4.§.Cato.col.22. ff. de uerbor. oblig.& in prooemio Clemen.in utraque lect. ubi ſuprà citauimus, quibus locis id dicit ſing. & perpetuò notandum,& in Clem.literas, col.23. de reſcript. & conſ.40. pręclarè ſcribitur,colum.13.lib.1.& conſi.57. cuius eſt idem initium.col.4.eod.lib.1.& d.conſ.74. col.9. lib.3. & d.conſ.34.col.5.lib.4.& d.conſ.88.col. antepen. eod. lib.4.& Iaſ.qui & hoc dicit not. in l.ſi inſulam, col.18. verſ.ultimò ad illud. ff.de uerbor. oblig. Et quod etiam tradit idem Bal.in l.vlt.col.2. uerſ. quęro quid ſi cedens. C.qui bon. ced. poſſ. quòd ſi cedens bonis omnia bona ſua reliquit, pręter unum denarium, perdit beneficium ceſſionis.

*Hæres iuſſus ſoluere nõ ſatisfacit, ſi deſit unus nummus. Cedens perdit beneficiũ ob vnum nummum.*

28
*Luat in corpore, qui uel unum nummum ſoluere nõ poteſt.*

Et huc item adducitur,quod uoluit Bal.in l.cùm ſit. C.de ſepul.viol.quòd ea regula, quòd qui non habet vnde,luat in corpore, habet locum etiam ſi reus ſoluit integram ſummam,pręter vnum denarium, quem ita refert & ſequitur Alex.in d.l.ſtipulationum. §. ſi ſortem, columna 1.ff.de uerbor.obligat. & Iaſon,qui id dicit mirabile,& ſing.in d.l.2.in d.16. q. C. de iure emphyt.

licet Baldus de uno nummo mētione non faciat,ſed ſimpliciter dicat,quòd ſi minus ſoluat,tota pęna imponitur ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet,arg.l.5.§.ſi ſortem.Et hæc quidē omnia, ut his tandem finem faciam,confirmantur ex l. quamuis.ff. ut poſſeſ.lega. & melius,l.ſi is qui ducenta.§. ſi ita,& ibi not. ff. de reb. dub.cum alijs multis ſim.& concord. à me latiſſimè congeſtis ſuprà titu.harum omnium conſuetud.6.§.5.in glo.1.

29 *Quid ſi uēditor per errorē calculi omiſerit unum nummum ex precio ſoluere.* SED id tamen velim intelligas,ſi uenditor de induſtria,ſciensq; ac prudens omiſerit illum denarium, ſecùs ſi per errorem fortè calculi.Nam tunc is tam paruus defectus,ſiue error nocere non debet,per tex.in d.l.quāuis.ff.de condi.& demonſt.Ex quo Bal.Imol. & Raph. Cum.ibi limitant, quod ſuprà diximus de ſolutione gabellę,& quod item dictum eſt de conuerſione pęnæ pecuniariæ in corporalem.Sed & quæ diximus de emphyteuta,& inquilino, qui omiſerunt ſoluere nnmmum ex integra penſione, ita quoque limitarunt per illum tex. Alex.d.conſi.106.col.6.verſ. præterea illud quod dicit, li.3.& Barb.in d.proœmio Cle.in vtraq; lect. ubi ſuprà. & Soci.in d.l.quāuis,de cond.& demon.Iaſ.in d.Auth. qui rem,colum.pen. uerſi. intellige tamen.C.de ſacroſ. eccl.& in d.l.2.ubi ſuprà, uerſi.limita tamen.C.de iure emphy.& omnes quidem ſubnixi autoritate d.l.quāuis. quam & ipſam ad hęc,& ſimilia annotat Bald.in l.pro hæreditarijs.colum.2.uerſic.11.C.de hæred.act. ubi & eam poſt Oldr. dicit ſing. & in l.obſeruare. §.proficiſci, colum.vlt.verſ.33.ff.de offi.Proconſ.& in Auth.ijſdem pęnis, colum.2.verſic.ſed quid ſi propter errorem.C.de ſecun.nup.& in l.omnem,col.2.uerſ.caueat tamen.C.ad S.C.Tertul. & in l.1.C.ſi aduer.ſol. ubi dicit eam l.not. & menti tenendam:& alibi ſæpe.& Franc.Aret.in l.ſi ſeruum.§.Prætor,col.2.uerſi.quartò not.ff.de acq.hære. & Doct.ubique.

30 *De eodem.* ILLVD tamen tibi notandum eſt,ne hæc adeò leuiter tranſeas,ea procedere,cùm agitur de excuſatione pęnæ, ut ſcilicet error in re tam modica excuſet à pęna. Hic autem agitur de iure emptoris, qui non tenetur reuendere, niſi integrum omnino precium offeratur: nec ſi unus quidem nummus tantùm deſit,ut ex ſupradictis abundè apparet: nec ei error uenditoris, qualiſcunque is ſit,nocere debet,& poteſt. Præſertim cùm in his,quæ ſunt introducta ad conſeruandum rigorem iuris,aut ſtatuti,cuiuſmodi hæc eſt oblatio & conſignatio,non parcitur errori etiam ruſticorum,aut minorum,aut mulierum, militum, aut aliorum huiuſcemodi, quibus aliàs facillimè parcitur,ſecundum glo.Bart.Bal.& Pau.Caſt. in l.cùm quis.C.de iur.& fac.ign. cum alijs multis ſim. quæ tibi colligam infrà eod.§.in glo. ſequen.num. 16. & quia etiam in his.

31 *Formæ omiſſio in nummo,totū uitiat, uide.38.* ET quia etiam id datum eſt & conſtitutum pro forma in noſtra conſuetudine,ut totum precium offeratur, & ſi emptor recuſet accipere, conſignetur intra tempus præſtitutum reuenditioni, ut hic ſtatuitur. At omiſſio formæ etiam in minimo,totum uitiat,vt voluerunt Bal. & Imol.in l.1.ff.de liber.& poſthu. Ant.in cap. Piſanis, quod eſt vlt.col.2.in 7.not.per illum tex.extra de reſti. ſpolia.Fel.latè in c.cum dilecto,col.12.poſt medium 1. ampliationis, & iterum col.16. in 10.amplia. extrà de reſcrip.& in c.ul.§.1.col.3.de offic.deleg. Iaſ.conſ. 165. uiſo & conſiderato,paulò ante fin.lib.2.iterumq; conſi. 191.placet mihi,col.1.eo.lib.2.& conſi.213.in præmiſſa ſtatim,poſt princ.eod.lib.2.& conſil.97. ſtatutum Bononienſe,col.pen.in princ.lib.4. Bened. in repet. cap. Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,el 1.num.27.de teſta.Steph.Bertr.conſ.147.alienatio, poſt princ.lib.2.& conſ.154. quod eſt eiuſdem initij , etiam in princip.eod.lib.2.Phil.Dec.in d.Auth.qui rem,col.4. verſic.& pro modica.C.de ſacroſ.eccleſ.& in ca. prudentiam,in 4.not.de offic.deleg.& in c. de appellationibus,col.2.uerſ. tertius caſus, extra de app.ubi addidit alias concord.& conſi.352.pro vera, col.1. & alibi ſæpe. *Formæ nihil addi, aut adimi poſſe.* Nam formæ nihil adimi,aut detrahi poteſt,ut dicit Bal.in l.vlt.col.2. C.de ſuis & legit. Ea enim indiuidua eſt.idem Bal.in l.certi condictio.§.quoniam , col.3.ff.ſi cert.pet.& in l.Pedius,poſt princip.in addit.ff. de arbit. Nam,ut ibi dicit,quælibet mutatio in forma, totum vitiat,atque vt idem dicit in c.cùm adeò,col.2.uerſ.item ex paruo,extra de reſcript.ex paruo defectu quis incidit in magnam pœnam,quia non ſeruat formam, quę ex integritate conſiſtit,cum alijs multis concord.à me traditis,ſuprà tit.præced.§.1.glo.21.in verbo, *en telle quantité,qu'il vouldra*,nu.11.ita quidem, & ſeq. Et dicit idem Bald.in c.1.col.2.uerſ.ſed nunquid numerus, tit.de mil. vaſ.qui contu.eſt,quòd ex forma nihil mutari poteſt,ac ne vnius quidem horæ momentum. & facit l. cùm hi. §.ſed & ſi.ff.de tranſact.Nec in hoc quoque parcitur ruſticitati,ſexui,ætati,nec cuilibet alij qualitati,aut conditioni,l.ult.C.de teſta.iuncta glo.in l.ambiguitates, eod. tit.& dicemus latius in d. glo. ſeq. nume.15. ergo vt reſumamus.

32 *De eodem.* EX quibus & illud fit,quod ad hunc noſtrum caſum proximè pertinet, quod ab ipſo Bald. ſcriptum eſt in d. l.res bona fide.ff.de contrah.empt. quòd ſi ſtatutum annullat contractum,ſi non ſoluatur gabella: ſi deſit vnus nummus ex ſolutione integræ gabellæ,annullatur cōtractus,id quod iam ſuprà ex eodem diximus. Verùm illud addit, quod priuatim & peculiariter ad hunc locum pertinet, id ſcilicet, illud quoq; procedere, etiam ſi erranter id factū,ſiue omiſſum fuerit,quia nec tunc excuſabitur, quin contractus annulletur. Quod ob id dicere uoluimus,quia de errore loquit, ut hic quoq; facimus. Et id dictum ſequitur Firmia. in tract. gabellarum,in 3. parte 8.partis princip.in 36.q.Et facit, quod tradit idem Bald. etiam loquens de errante in calculo, in l. ult. in princ.colum. ult. C.de tempo.appel.Ideò caueat offeres & conſignans,ne erret,ne ſe exponat periculo eius facultatis redimendi amittendæ.

33 *Iterum de forma.* SED interea nō omiſerim,ei quod dictum eſt de forma,refragari poſſe uideri.d.l.quamuis.ff.de cond.& demon.quam tamen nullus(ni fallor)in id expendit.Nam ea loquitur in conditione,nempe in legato libertatis relicto ſub ea conditione, ſi ſeruus rationes reddiderit, & reliqua ſoluerit, quæ quidem conditio formam inducit, & ſolēnitatem non leuem, ex ſententia Bal.in Auth.matri & auiæ,col.1. C.quan.mul.tut.offi.cum concor.à me traditis ſuprà eo. tit.§.2.gloſſ.1.nu.3.& eo quidem magis.Et tamen dicitur in d.l.quamuis,ꝙ ſi per imprudentiam minus ſolutum eſſet, liberum nihilominus illum fore. Niſi dicas, id ibi procedere fauore libertatis, ob quam multa contra communes regulas iuris ſtatuta sūt l.generaliter. §. ſi quis ſeruo.ff.de fideicom.libe.& §.ult. Inſt.de dona.Sed id non mihi ſatis placet,quia nihil eſt in eo textu, ob quod poſſit uideri id ſtatutum fuiſſe fauore libertatis,ſed potius, ut perpetuum & generale, & ita eum intelligit Bartol. & omnes. Et alius quoq; text. huic ſuffragari uidetur,quem miror à cæteris (ſi non me fallit memoria) non fuiſſe in id animaduerſum, in l. 1. §.ult.iuncta l.ult.ff.de uent.inſpic.nam in priore loco dicitur, quòd ſi per ruſticitatem aliquid fuerit omiſſum ex ijs quæ Prætor ſeruari uoluit in caſu illius titul.non obſtat pactui, quale illud eſt, ſi quid ex ijs quæ leuiter obſeruanda Prætor edixit. In Poſteriori autem loco apertè declaratur, ea, quæ Prætor edixit in eo titul. formam inducere, cùm ijs uerbis dicitur, ſecūdum formam edicti, &c. Ex quibus illud conſequens fit, omiſſionem leuis ac modicæ cuiuſpiā formæ,non obeſſe. Ideò cogitata.Nam Bar.in illo,priori loco,& omnes ubique intelligunt eū textū de leui ſiue modica ſolēnitate. Forma aūt eſt pręciſior atq; ſtrictioris iuris & obſeruationis,quàm ſolen-



ſolennitas,vt not.à noſtris in d. l.1. ff. de lib.& poſth.& Alcia.lib. Paradoxorum 5.c. 16. Niſi dicas in dicta l.1. formam accipi pro modo vel tenore edicti, vt aliàs in eo ſignificatu apud probatiſſimos authores ponitur.

34 *Cui perit pecunia cō ſignata, emptori, an uenditori.* SED & hoc in loco quærimus, quid ſi pecunia,conſignata perijt, quia Princeps fortè eam accepit, vt ſæpe fit, aut ſequeſter ſiue depoſitarius ſolum vertit, aut aliter: vtrius erit periculum, venditoriſne,qui conſignauit, an emptoris, qui eam renuit accipere? In quo ita mihi dicendum videtur, quòd ſi ſine iuſta cauſa emptor recuſauit accipere, (quod ex exitu litis conſtabit) illi perijt, aliàs venditori per l. qui decem, in princ. & l.creditor oblatam,etiam in princ.& vtrobiq; Bart.& Doct. ff.de ſol.& l.1.C.de ſuſcep.& arca.libro 10.& gloſſ. in d.l.acceptam,in prin.& ibi Bart.col.2.Bal.col.1.verſ. in text.periculo.& rurſum col.6.verſ.ſed quid operetur, & Paul.Caſt.col.1. C.de vſur.& Bal.qui nuncupatim loquitur de pecunia conſignata, in l.1.ad fin. C. de nouat. Et facit tex.in l.vlt.ad fin.& ibi Bal.C.de com.ſer.ma.& not.per Bart. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſol.& in l. ſi oleū,in prin.ff.de dolo malo.Raph.& Pau.Caſt.in l.qui Romæ, in prin.ff.de verb. obli. vbi intelligunt ea quæ diximus, cū conſignatio fit debito loco & tēpore: aliàs enim ſemper perit conſignāti.& Pau. conſ.56.videtur primò,libr. 1. & Calca. conſil. 13. Manfredus, ante fin. & Iaſ. conſ. 74.puto, in fin. lib. 1.& Phil.Dec.conſ.543.in caſu propoſito, col.vlt.& iterum conſil.668.ſecundum ea.Et faciunt plenè tractata à Matth. Affl. deci. Neap. 150.Rex Alphonſus, de debitoribus Alphonſi Regis Neapolitani,exactis à Carolo octauo Francorum rege. Ex ea autē l.creditor, ſuprà allegata (vt id dicam in tranſcurſu) iam exploſa eſt Alicati ibi beneficio dicto, heroſa, vox inſolens,& nihil omnino,ſignificans: & eius loco, ἔρανος, ſubſtituta, quæ quid ſignificet, videbis apud eundem lib. *ἔρανος.* Diſpunct.2.ca.25.& Io. Maria. Cataneum doctiſſimū Plinij Iunioris interpretem , libr.10.epiſtola.ipſius Plinij,in epiſtola,cuius initium eſt, Amiſenorum ciuitas.& Cælium Rhodig.lib. Lectionum antiquarum 14.ca.57. Et vide etiam in hac quæſt. l. Lucius. ff. de euict.& l.vlt. §.1.ff.de pigno.actio. Et vide item ſuper illa illius l.emēdatione.Ioan.Corraſium.libr.Miſcel.1.c.9.vbi in ea cōtendit legendum,non heroſa, non eranos,ſed æroſa.

35 *An ſequeſter eſt liberatus, ſi Princeps pecuniam depoſitam acceperit.* AT illud dubium eſſe poteſt in illo caſu, cùm ſcilicet Princeps pecuniam conſignatam & depoſitam exegit à depoſitario ſiue ſequeſtro in vſum republicæ, (hic enim prætextus ſemper obtenditur) aut ſimpliciter & ſine alia ratione,aut ſpecie: (nihil enim hic refert,quantum ad id , de quo agimus) vtrum ipſe ſequeſter ſiue depoſitarius ita exactus , ſit plenè liberatus, vide pleniſſimè Cyn. & Bal. in l. 2. C.quod metus cau. Bar.Ang.& Imol.in d.l.creditor.ff.de ſolut.Pet.Anch.conſ.299.viſa ſupradicta eacti narratione. Barb.conſ.26. vbi Chriſtus libro 3.& latiſſimè Iaſ.conſi.etiam 26.in fauorem, libro quoque 3.

36 *Quo tempore debet fieri conſignatio.* DENIQVE & illud quærimus, quo tempore debeat fieri hæc conſignatio,ut huic conſuetudini ſatisfactum ſit. Et certè hæc noſtra conſuetudo apertè uidetur declarare , id fieri debere intra tempus præſtitutum facultati redemptionis . Aliàs videretur ſatis eſſe, ut fieret ante litis conteſtationem,ut etiam uoluit Ioan.Igne. loquens in noſtro caſu, in repet.l.dudum,col.17. uerſic. ſecundò induco.C.de contrahen.empt.allegans Bald.in l.acceptam.C.de vſur. vbi tamen nihil de hoc dicit, niſi quòd col.3.in 5. oppoſ. ſcribit conſignationem ſemper fieri debere intra tempus iuris offerendi:aliàs ius ipſum eſſet extinctum: ideo nihil ea conſignatio prodeſſet, per l.Thais.§.intra.ff.de fideicomm.liberta.& l.in bello. §.ſi quis ſeruum.ff.de capt.& poſtli.reuer. & not. per Innoc. c.cùm in tua, extrà, qui mat.accuſ. poſſ. Hæc ille. Aliàs autem ubi non eſſet tempus oblationis ſtatutum,crederem , ubi depoſitio & conſignatio requiritur ad acquirendam actionem,eam fieri debere ante litem conteſtatam,arg.l.non poteſt,& ibi not.ff.de iud.& c.Abbate ſanè,in fin.de re iud.lib.6. Et vide tex.in l.ſi reus paratus, & ibi Doct.ff.de procur.& in l.ſi rem alienam mihi. §. vlt.& ibi Bart.& alij.ff.de pignor.actio.& eundem Bart. in l.ſed & ſi alia.ff.de conſtit.pecu.& Corne.conſ.85.videtur prima facie,col.2.uerſ.& ſufficit,lib.4.

37 *An ſatis ſit cōſignatione fieri ante tēpus reuenditionis ſine citatione. Interpellatio extraiudicialis an interrumpat.* NEC tamen prætermiſerim, ex hac eadem conſuetudine uideri & citationem quoque in hoc retractu fieri debere etiam ante tempus reuenditionis finitum, quamquam de iure communi videretur ſatis eſſe oblationem & interpellationem fieri ante id tempus, nec requiri citationem etiam fieri ante idem tempus, quid quando à contrahentibus apponitur tempus cauſa finiendę ſiue limitandæ obligationis , interrumpitur eius temporis lapſus,ſiue præſcriptio , per ſolam interpellationem extraiudicialem,l.ſi mandato Titij.§.item illi,iuncta glo. ff.manda. quam ad hoc dicit ſing. Paul. Caſtr. in l.eum qui ita.§.qui ita.l.1.circa medium.ff.de verbor. obligat. Subdens aliud eſſe,quando id tempus apponitur à lege, per l.alienam.ff.pro empt.& monet id diligenter notari. Verùm an in noſtro caſu tempus cenſeatur appoſitum limitandæ obligationis cauſa , an verò differendæ ſolutionis,cognoſces ex not.à Bart.in d.l.eum qui ita. Cæterùm Franc.Balb.in tract.præſcriptionum, in 3. parte 6. & vlt.partis prin.num.42.tenet ſimpliciter, præſcriptionem conuentionalem interrumpi,ac perpetuari quoque per ſolam interpellationem extraiudicialem per dict. §. item illi.id quod etiam voluit Socin. in l.ult. in princip. col.3.verſ.quartò limita.ff.de eo per quem factum erit. vbi id dicit voluiſſe Paul. Caſt. ibi in recollectis antiquis. & in id dixiſſe ſing.text.in d.§.item illi,à Doct. tamen non ponderatum.

38 *De eadem re.* AT illud conſtat, denunciationem ſiue proteſtationem extraiudicialem, nō interrumpere præſcriptionem legalem ſiue ſtatutariam,d.l.alienam, & ibi Dyn. Bart. & Alb.ff.pro empt.& c.olim cauſam,extrà de cenſ.glo. in d.l.ult.in princ.in uerbo,acquirat,& ibi Bal. col. 1. & Alex.col.4.uerſ.per denunciationem.ff.de eo per quem factum erit. Nam, vt dicit ipſe Bald.ibi, ſpeciale eſt, ut in certis caſibus proteſtatio interrumpat,l.vt perfectius.C. de anna. except. Ergo incontrarium eſt ius commune. Et idem quoque uoluit Bart.in l.naturaliter,col.2.& ibi quoque alii.ff.de vſuc.& latè Card.Alex. qui & alios allegat,in c.ſolicitudinem,col.22.verſ.concatenatur, extrà de app.vbi id limitat in 6.caſibus, ut per eum videre poteris. Et idem præterea voluit Imol. in l. ſi ſeruum Stichum.§.ſequitur.& ibi quoq; Alex.col.2. ff. de verb. oblig. Neque enim,ut hi inquiunt, eſt de modis interrumpendi,de quibus not. in l. cùm notiſſimi. §. ſed & ſi quis.C.de præſcript.30.vel 40.anno.& in c.illud, de præſcript. Dictiq; Alex.de hoc uideri text.in d. l. alienam. & idem Imol in c.vlt.extrà de præſcript.& Iaſ. in §. pœnales,char. pen. num.119. Inſtit. de actio. & ſentit eam glo.in l.ult.in princ.in uerbo,acquiſierit.C.de præſcri. 30.vel 40.anno. Sunt autem qui contrà dicunt denunciationem extraiudicialem interrumpere præſcriptionem,uidelicet glo.ſubdubitans tamen, in l.2. in verbo, interdictus eſt,& ibi Alber.qui id dicit not. C. de ſerui. & ſubobſcurè glo.ut à nonnullis citatur, in l.arboribus. §.idem tractat,in fi.ff.de vſufr.

39 *An et quādo interpellatio extraiudicialis conſtituat in mora.* AN autem & quando ipſa interpellatio extraiudicialis conſtituat in mora, uide glo. magnam in princ.in l.vinum,& ibi Alex.col.2.Iaſ.& Phil.Dec.ff.ſi cert. pet. & glo.in l.qui Romæ.§.cohæredes,in uerbo, teſtato, & ibi Bart.Raph.Paul.Caſtr.& Alex.latè.ff.de uerb.oblig. & gl.in l.fideiuſſor obligari.§.ult.in uerbo,reus. ff.de fideiuſ.Pet.Iac.tit.de reſt.in integ.circa medium Bart.Bal. & Ang.in l.cùm poſtulaſſem, in princ.ff.de dam.infect.

& eundem Bart. in l. ſi ex legati, & ibi quoque Alex. ff. de uerbor. oblig. & in l. ſi decem cum petiero, eo. tit. Alber. in d. l. cùm poſtulaſſem, in princ. ubi facit diſcrimen inter ea, quæ debentur ex officio iudicis, & ea quæ ex obligatione, & in l. mora, col. 7. num. 26. ff. de vſur. & Sal. in l. ſed ſi alia. ff. de conſti. pec. & in l. ſi pacto. C. de pact. & Alex. in l. ſi inſulam, col. ult. ff. de uerb. oblig. & conſil. 88. uiſis & diligenter, col. ult. lib. 6. Corne. conſi. 196. licet in hac, col. 2. uerſic. uidendum eſt, lib. 4. & Iaſ. in l. 1. col. 5. verſ. alia differentia. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in l. quod te, col. 7. uerſ. & ſufficit etiam. ff. ſi cert. pet. & in §. ſupereſt, num. 64. & iterum in §. ſic itaque, num. 42. Inſtit. de actio.

## EN MAIN DE COVRT,

## APVD CVRIAM. GLO. VII.

1 *An conſignatio poſſit fieri apud ipſum iudicem.*

SCILICET apud iudicem, ex ſententia glo. in l. Senatuſconſulto. §. ult. in verbo, deponatur. ff. de offic. præſid. Bald. Rom. Alex. Soc. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cogan. licet Raph. Fulg. ibi dicat, quòd cùm antea fuiſſet conſultus ex oppido Feltrenſi, an conſignatio ſiue depoſitio poſſit fieri apud iudicem, tanquam apud ſequeſtrum, non auſus eſt conſulere. nam prima ſtatim facie videri poſſe, per text. cum glo. ibi in illis uerbis, apud officium deponi iubebit: ſed ex aduerſo vrgere, quia iudex, cui data eſt electio eius rei, non poteſt ſeipſum eligere, ut not. in l. planè. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. & l. ſi mandauero tibi, la 1. §. ſi tibi decem centum. ff. manda. ubi, ſi tibi dedi centū, vt dares cui velles, non potes tibi retinere. Subijcit tamen ipſe Fulg. quòd ſi vidiſſet glo. in d. l. Senatuſconſulto. §. ult. nihil omninò dubitaſſet, imò ſecūdum eam conſuluiſſet. Et eandem ſequitur Alex. in addi. Bart. in d. l. planè. Franc. Curt. ſenior in rep. l. 1. in 4. q. C. de prohib. ſeque. pecu. & Iaſ. in l. cum filiofam. col. 4. ver. tamen iudex poteſt. ff. de leg. 1. Quibus omnibus adde & aliū ſimilem text. d. l. ſi fideiuſſor. §. ult. ſcilicet in l. ſed & ſi. §. planè, ibi, apud officium fuerit depoſitus. ff. ad exhiben. quem tamen nullus horum citat. Sed & illud idem voluit Bal. à nullo illorum allegatus in ſua Marg. in verbo, depoſitarius, uerſ. 3. dum dicit depoſitū fieri poſſe apud iudicem & arbitrum pro obſeruatione ſententiæ. & allegat text. ut ipſe dicit, ſing. l. litigatores. §. quid ergo. ff. de arbit. & c. expoſita, extrà eod. tit.

2 *De eodem.*

QVOD & ſi uerum ſit, ego tamen honeſtius ſemper duxi, ut iudex eam prouinciam non aſſumat, ne quid inde ſuſpicionis inopiæ, uel quæſtus, uel etiam protelandæ litis ſuboriatur. Et cùm iam 30. annis, duos regios magiſtratus in hoc oppido noſtro geſſerim, ſcilicet primum Caſtellam, ſiue Præpoſiti, quem uocant, decē plus minus annis, deinde poſtea reliquis Suppræfecti, quem vulgus Locum tenentem appellat, nunquam mihi id oneris, neque alicui conſanguineorum demandaui. Nā & eſt interdictum ordinationibus regijs, quas vocant, ne iudex, qui de ſequeſtranda re in cauſa nouitatis, quam vocamus, cognouit, eiusve liberi aut conſanguinei in id deputentur. Ita enim cautum eſt in prioribus Regis Ludouici. XII. ordinationibus. publicatis ann. M. CCCCXCIX. art. 86. In idemq; eſt conſuetudo Aruerniæ, titu. *de retraict*, qui 23. eſt. §. 8. quæ etiam interdicit parentib. filijs ac fratribus iudicis. Et ſimiliter Borboniæ, cap. 444. Eſtq; in eam rem conſtitutio Parlamenti Dolenſis Comitatus Burgundię, facta die 15. menſis Maij, anno M. D. XXXV. & alia die 7. Septembris eiuſdē anni, quibus interdicitur iudicibus, ne apud ſe faciant conſignare pecuniā. De quo & aliquid per Chaſſe. conſ. 41. quia caſus, col. pen. uerſ. ut etiam promiſſo.

*Regia conſtitutio. Conſuetudines.*

*Cōſtitutio Parlamenti Dolenſis Comitatus Burgūdię.*

3 NON eſt autem dubium, quin & id fieri poſſit apud aliū ſequeſtrum, ut etiā dicit gl. in d. l. ſenatuſconſulto. §. ult. quem ſcilicet competens iudex ſuper hoc aditus nominarit, iuxta text. in d. l. acceptam, & ibi Doct. C. de vſur. Et optimè faciet ipſe iudex, ſi ab vtraq; parte eum eligi faciat, ex l. poſtquam, in princ. uerſ. ſed ſi nec ipſi. ff. ut leg. no. caue. quo caſu uidetur eum poſſe inuitum cogi mandato iudicis id onus ſuſcipere per d. l. ſi fideiuſſor. §. ult. iuncta interpretatione gloſſ. ubi ſequeſter vocatur officialis publicus. Is enim cogitur ſuſcipere munera publica, l. munerum. §. iudicandi. ff. de munerib. & hono. & hoc expreſſim in noſtro caſu uoluit Bal. in l. 1. ad fin. ff. ubi pupill. edu. deb. ubi tamen intelligit ex cauſa, & ita quidem, ut is ponat ſolam operam, & non impenſam ex ſuo, per l. ulti. ff. de requir. reis, & l. ult. §. ult. C. de bonis auto. iud. poſ. ubi eſt bonus text. quòd ſequeſter nullū debet pati damnum, aut diſpendium. & illum etiam ad id expendit idem Bal. in l. ſi oleum, in princ. col. 1. ff. de dol. malo. & id quoque ſequitur Franc. Curt. ſenior, in d. l. 1. in 2. q. C. de prohib. ſeq. pecu.

*Quis aliū ſequeſtrū deligere debet.*

*An alius cogi poſſit.*

4 *De eodem.*

VERVM ſunt qui contrà negant id munus eſſe neceſſitatis, uidelicet Bar. in l. litibus. §. ult. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & Bal. ſibi contrarius, conſ. 480. iſta quæſtio, li. 4. Ang. Paul. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor. §. ult. per d. l. ult. §. ult. circa medium. C. de bon. auto. iud. poſ. Stepha. Bertr. conſ. 77. uiſo proceſſu, num. 14. lib. 1. Quam ſententiam fulcit hæc ratio, quia ſequeſter, obligatur ex quaſi contractu, unde tenetur actione præſcriptis uerbis d. l. ſi oleum, in prin. ubi id Bar. & cæteri not. ff. de dolo mal. nemo autem inuitus contrahere uel quaſi cogitur. l. nec emere. C. de iu. delib. & bene facit text. in l. ſi hominem, in princ. ff. depo. Tamen priorem ſententiam Gallia noſtra ſequitur.

5 *An ſi ſponte id mun⁹ agnouerit, ſi poſtea poſſit ſe ſubducere.*

ILLVD autem uel de iure communi certum eſt, quod ſi quis ſponte volens, huic ſe muneri addixerit, non ſe poterit hinc poſtea propria autoritate eximere, ſed iudice interueniente, ſi adſit iuſta cauſa, l. ei apud quem. §. ult. & ibi Bart. ff. depoſ. & id quoq; per eum tex. uoluit Bal. in Rub. C. eod. tit. in fin. & Ang. in d. l. 1. & ibi etiam Franc. Curt. ſenior, in repet. in 3. q. princ. C. de prohib. ſeq. pecu. & Card. Flor. in Clem. 1. in 21. quæſt. de ſeq. poſſ. Et eius rei eſt optima ratio: nam cùm id onus aſſumendo, cenſeatur quaſi contrahere, ſicut ab initio ei liberum fuit id non facere, ita renunciare ſemel cōſtitutæ obligationi, aduerſario nō conſentiente, minimè poteſt l. ſicut. C. de act. & obli. cum ſi. Et facit etiam l. non tantùm. §. ſanè. uerſ. cæterùm. ff. de excu. tut. & l. tutores. C. ſi tutor. uel cura. ex fal. alleg. excu. & l. 3. §. 1. ff. de arbit. & l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio, eo ti. & l. inuitus, & ibi not. C. de procura.

6 *An hic ſequeſter poſſit petere aliquam mercedē.*

SED in dubium uocatur, an huiuſmodi ſequeſter poſſit petere aliquam mercedem ob cuſtodiam pecunię apud ſe depoſitæ. Bald. conſil. 183. factum proponitur, quòd quidam nomine Michael, col. 2. uerſi. ad id quod dixi, li. 1. expreſſim reſpondit, non poſſe, quia ſit nudus miniſter per l. medico. §. ult. ff. de au. & arg. leg. quæ nihil mihi huc facere uidetur: ſed pro hoc facit text. in l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 1. ex quo ipſe Bald. & Bar. not. nudū miniſtrum nullū commodum ſentire aut ſperare debere. Sed & idem quoque in ſequeſtro uoluerunt Ang. Imol. Rom. & Franc. Are. in Rub. in l. intereſſe. ff. de acqui. poſſ. per d. l. ult. ad fin. C. de bon. auto. iud. poſ. quæ nihil huc quoq; facit, ſed tantùm dicit ſequeſtrū in nullo debere uerſari incommodo, aut diſpendio, ut ſuprà diximus: de commodo autem aut ſalario nihil dicit, niſi ſi velis intelligere, vt ſtatim limitabimus.

7 *Quid ſi uoluntarius fuerit.*

NAM hi, quos poſtremo loco citauimus ex d. l. intereſſe, id duobus modis limitant, ut ſcilicet primò non procedat in ſequeſtro uoluntario, qui ſcilicet appoſitus eſt libenter, & ex uoluntate ipſius, & partium contendentium, ſine vllo iudicis miniſterio. Is enim poteſt (in-



(inquiunt) recipere mercedem, & cōueniri actione præſcriptis verbis, ex quodā tacito pacto, per d. l. ſi oleum, in princip. vbi tamen tex. nihil dicit de mercede, ſed nōnihil facit glo. ibi in verbo, præſcriptis. & ibi quoq; Bal. id ipſum expreſſè tenuit, ſimiliter diſtinguens inter depoſitarium à partibus, & eum qui à iudice publica autoritate deputatus eſt, vt ſcilicet ille poſſit mercedem accipere, hic non poſſit, & etiam Barb. conſi. 71. illud afferam, colum. 1. lib. 4.

8 *Quid ſi neceſſarius in damno uerſetur.*

SECVNDO modo intelliges, vt non procedat in ſequeſtro etiam à iudice appoſito, quem iudex ipſe videret ex hoc in damno aliquo verſari, ſibique aliquod incommodum afferri, quid enim ſi cogitur res ſuas relinquere, aut alios ad ſeruandum depoſitum ſubſtituere? tunc enim iudex poterit ei ſalarium conſtituere, vt illi ipſi voluerunt, argu. l. 1. C. de præben. ſala. lib. 10. & l. mulier in opus ſalinarum. ff. de capt. & poſtli. reuer. & l. à tutoribus. §. vlt. & quod ibi not. Bar. ff. de adminiſt. tut. & hoc quoque ſequitur Barb. dicto conſil. 71. lib. 4 & Franciſ. Curt. ſenior, in tract. ſequeſtrorum, quæſtio. 24. Apud nos autem ex regijs conſtitutionibus ij, apud quos fit conſignatio, nihil hinc mercedis aut ſalarij poſſunt accipere. Ita enim cautum eſt prioribus Regis Ludouici conſtitutionibus c. 67.

*Cōſtitutio regia.*

9 *Si is ſequeſter ſit clericus, an cogi poſſit à iudice ſeculari, ut reſtituat.*

ILLVD interim annotaueris, quòd ſi talis depoſitio ſiue conſignatio fiat apud perſonam eccleſiaſticam, ut nonnunquam fit, præſertim conſentientibus partibus, iudex ſecularis poterit illum cogere, ut reſtituat, per tex. in d. l. ulti. §. pen. ibi, per ſuam interlocutoriam præcipientis. C. de bon. aut. iud. poſ. & ita illius autoritate dicit Bald. in d. l. ſi fideiuſſor. §. vlti. in lect. antiqua, & ibi quoque Iaſ. colum. 1. & idem Bald. & Saly. in d. l. acceptam, uterque colum. 1. C. de uſur. ubi & huius reddunt rationem, quia tunc propriè non proceditur contra clericum per modum (ut ipſi dicunt) iudicij, ſed executiuè ex conſequentia ſuſcepti officij, ad quod dicunt facere textus ibi in uerbis, ſacratiſſimas ædes, & ſequitur D. Aufrer. in rep. Cle. 1. in 14 fal. 2. regulæ, & in deciſ. Tholoſanis quæſt. 167. item fuit quæſitum ſi pecunia, & D. Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelaſiam. nu. 419. de teſtam. & Matt. Afflict. deciſ. Neap. 24. quidam clericus, col. 1.

10 *De eodem. An clericus qui falſum depoſuit coram iudice ſeculari, poſſit ab eo puniri.*

ET ita quidem in Gallia utimur, quamuis de iure communi multum dubitarem, cùm clericus non poſſit expreſſè & directè prorogare iuriſdictionem iudicis ſecularis, c. ſi diligenti, de foro compet. cum ſim. Ergo nec tacitè & indirectè, ſcilicet acceptando, & agnoſcendo illud officium: quia quod expreſſè fieri non poteſt, nec tacitè quoque, ut not. in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. cum ſi. & quod idem directè fieri non poteſt, nec etiam indirectè, l. ult. C. ſi mancip. ita uene. ne proſtit. & c. cum quid una uia, de reg. iur. lib. 6. & ibi concord. Quibus rationibus moti multi receptiſſimæ autoritatis, tenuerunt nec clericum quidem, qui coram iudice ſeculari falſum depoſuit, ab eo puniri poſſe, quæ ſententia eſt Innoc. Hoſt. Anto. Panor. & Fely. in ca. uerum, extrà de fo. compet. & aliorum multorum, quos tibi congeſſimus in titu. noſtrarum conſuetudinum 1. §. ult. qui eſt omnium earum 361. in gl. 3. ubi etiam uidebis alios multos contrarium tenentes, ille autem ſ. malè fuit collocatus in eo ordine, & nu. ideoque eum reiecimus ſub tit. 1.

11 *An ſatis ſit cōſignare apud mercatorē idoneū, ſine iudicis autoritate.*

QVID autem ſi uenditor ſpontè & ſine iudicis autoritate, depoſuit apud idoneum quēpiam mercatorem, utrum hæc depoſitio ſiue conſignatio ſit legitima & ualida, quod uiſum eſt Bar. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolu. argu. l. eum qui. §. ult. ff. commo. & ſequitur Bal. in l. acceptā, in 9. q. C. de uſur. & Rom. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. & bene facit d. l. ſi ſoluturus. Verùm idem Barto. ueluti ſecum pugnans in d. l. accepta, paulò ante fin. ſcribit, quòd qui deponit, non tamen in loco publico, nihil agit, per l. 2. eo. titu. de uſur. ſecundum unam lect. gl. cui in hoc ſimilis eſt tex. in l. qui mutuam. §. 1. ibi, ac publicè depoſuit. ff. manda. & ſequitur Alex. in addit. Bart. in d. l. ſi ſoluturus, & id quidem credo ueriſſimum, per tex. in d. l. acceptam, cuius hæc uerba ſunt, Conſignatum in publico depone. & poſtea ſubiungitur, In hoc autem caſu publicū intelligi oportet, uel ſacratiſſimas ædes, uel ubi competens iudex ſuper ea re aditus deponi diſpoſuerit, quaſi ſcilicet depoſitio aliter fieri non poſſit, quàm in ſacris ædibus, uel alibi iuſſu iudicis. Et hoc quoque nuncupatim tenuit, & ex facto obtinuiſſe ſe dicit Alber. ibi, col. ult. per eum tex. Et id haud dubiè dicit uerum eſſe in iudiciali depoſito Bal. etiam ibi, col. 1. uerſic. & not. quod ubi. In extraiudiciali autem eligit deponens locum, quem uoluerit, quia de eo quod deponitur non eſt controuerſia, ut not. in l. ita autem, in princ. ff. de adminiſt. tut. & in l. debitor. ff. de nego geſt. Sed & quòd depoſitio debeat fieri autoritate iudicis, tenet Bal. in d. l. ſi reus paratus, paulò ante medium. ff. de procur. & ibi quoque Paulus Caſtren. colum. 1. in fin. per eum tex. quem dicit not. Et hic autem in noſtra conſuetudine apertè declaratur, id debere fieri autoritate iudicis, cùm dicitur, *en main de court* & id quoque de iure tutius eſſe tradunt nōnulli, ut Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 34. Aſt alij neceſſarium eſſe omnino ducunt, vt Alex. conſ. 75. in cauſa & lite, col. 2. uerſ. ſecundò concluſiones, lib. 7.

QVOD autem dictum eſt de ſacris ædibus, hinc manat, quòd antiqui illi pecunias, aliaſque res ſuas, aut de quibus controuerſia erat, & quas deponi neceſſe erat, in ædes ſacras deponere ſolebant, ut præter d. l. acceptam, patet ex d. l. ſi reus paratus. ff. de procur. & l. ait Prætor. in uerſ. ſed hodie. ff. de min. & l. cæteræ. §. ult. in duobus locis, & l. ſeq. ff. fam. hercıſ. & l. 1. §. ſi pecunia. & §. ſeq. ff. depoſi. & l. apud quem. §. vlt. eod. tit. & l. cùm hæres. in princ. ff. de ſtatulib. & l. Diui. ff. ad l. Iul. pec. & l. locum. ff. de tab. exhib. ubi fit mentio de æditui, id eſt, ſacrarum ædium cuſtode ac præfecto & ueluti tutore, qui & æditimus dicitur. & in l. 1. uerſ. ſin autem ſocius. C. de communi ſer. manu. & in l. litib. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & rurſum in l. ult. eod. tit. & in l. cùm pater. §. donationis. ff. de lega. 2. vbi & de æditituo fit mentio. & in d. l. ult. §. 1. C. de bon. auto. iud. poſſ. & in alijs compluribus locis. [Et id quoque antiquitus fieri ſolitum ſatis conſtat ex Cic. lib. 5. epiſtol. familiarium, epiſt. 20.] Et ea ut opinor ratione, quo tutius eo loco repoſitæ viderentur metu & reuerentia diuini numinis, in cuius veluti tutela deponerentur. Sic apud Plautum in Aulularia Euclio, In Fidei fano aulam auro refertam locat. Ita enim ibi loquitur: Nunc hoc mihi factu eſt optimum, ut te inferam aula in Fidei fanum, ibi abſcondam probè. Et apud eundem in Carbo. Neſcio quis ſecundum ipſam aram aurum abſcondit, ut videre eſt apud Priſcianum, lib. 10. nam ea fabula perijt. Et Feſtus Pompeius in uerbo, Aerarij Tribuni, & ante eum Varro ad fin. lib. 1. de lingua Latina, tradunt, populum Romanum ærarium ſuū in æde Saturni habuiſſe. Quod & videre licet ex Plutarcho, in vita Publicolæ, & iterum in Problematis Ro. c. 41. vbi & eius rei rationem addit. Macrobio, libro 1. Saturnalium c. 8. ubi eius quoque rei rationem reddit, & Plinio Iuniore lib. 10. epiſtolarum, epiſtola eius li. 3. dum loquitur de Præfectura ærarij Saturni. Suetonio in Claudio Cæſare cap. 24. Iulio Capitolino in vita Antonini Philoſophi, dum etiam loquitur de Præfectis ærarij Saturni. Solino in Polyhiſtore, c. 2. Tertulliano Apologetici c. 11. Et Lucano, lib. 3. Pharſaliæ:

*--Pugnaxq; Metellus*
*Vt videt ingenti Saturnia templa reuelli*
*Mole, rapit greſſus.--* Et quæ ſequuntur.

Et hodie quoque, ut dicitur, in eo loco Sacellū eſt, quod vulgò vocatur S. Saluatoris in ærario. Hincque illud Tullij

12 *Antiqui pecunias ſuas in ſacris ædib. ſolebant deponere.*

*Populus Rom. ærarium ſuū in æde Saturni habuit.*

Tulij ad Atticum, libro 5. poſtrema eius libri epiſtola: Græcis quærentibus, & ut in fano deponerent, poſtulantibus, &c Et illud eiuſdem lib. 2 de Legib. Sacrilego pęna eſt, neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, cui ſacrum commendatum. Quod & nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia depoſuiſſe apud Solem in delubro pecuniam dicitur. Athenienſis Chliſtenes Iunoni Samię, ciuis egregius, cùm rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit. Herodianus lib. 2. tradit templum Pacis Romæ ſub Commodo conflagraſſe, ſimulque uniuerſorum ferè diuitias illuc, quaſi in theſaurum congeſtas. Plutarchus in Annibale tradit, eum ueritum, ne Cretenſes ſibi manus inijcerent ſui theſauri gratia, ad periculum euitandum, amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iuſſiſſe, ſimulantem ſe earum, ueluti theſauri ſui, maximam curam ſolicitudinemque habere. Sed alio in loco ſtatuas æneas, quas pecunia compleuerat, ueluti abieciſſe. Quomodo autem in huiuſmodi ſacris ædibus fieri debet depoſitio, diſces ex Spec. titu. de emptio. & uendi. §. 3. uerſic. & nota quòd quandoque fit.

13 *Vtrū uenditori ruſtico, militi, aut mulieri non cōſignanti ſubueniatur.*

VTRVM autem uenditori ruſtico, aut mulieri, aut etiam militi, ſubueniatur nō conſignanti, aut etiam conſignanti non legitimè. Alb. poſt Vber. Bob. in l. 2. col. 3. C. de iur. emphy. tenet illis ſubueniendum, in caſu illius l. per l. ſi quis id quod, in princ. ff. de iuriſd. omn. iud. Sed Iaſ. in d. l. 2. col. 65. uerſic. nunquid autem in terminis, id non admittit. Nam ruſtico (inquit) & mulieri non ſubuenitur, niſi in caſibus expreſſis, l. penul. in prin. ibi, in quibuſdam cauſis. ff de iur. & fac. igno. & not. in l. ult. & ibi Alber. & alij ff. de con. ſine cau. & gl. in §. ult. 2. quęſt. 4. Ant. & Imo. in c. 2. ille colum. 3. hic ult. extrà de conſtit. Imo. in c. cùm contingat, col. 57. uerſi. iſte articulus non uidetur, extrà de iureiur. Fulgo. Ro. & Alexan. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & idem Rom. conſ. 125. mater & uxor, circa medium, & conſi. 506. in re præſenti, col. 2. Ioan. Ana. & Fel. in c. quoniam, uterque in ult. not. de ſimonia. Alexand. qui alios citat, in d. l. ſi quis id quod, col. 3. & in l. iuſtè, colum. 9. uerſ. ſed ſi eſt defectus. ff. de acq. poſſ. & conſi. 42. ſuper præmiſſo, col. antep. uerſ. pro hoc etiam allegat. lib. 1. & conſi. 14. uiſo & conſiderato, col. 1. lib. 2. & conſil. 65. quoniam omne datum, colum. antepen. uerſ. decimò quia dictum ſtatutum, lib. 6. quod duplicatur conſ. 119. eiuſdem libri, ubi & alios multos allegat. & iterum conſi. 165. dubitatur, col. 2. uerſi. præterea mulieribus, eo. lib. 6. & Nic. Mil. in ſuo repertorio, in uerbo, ignorantia iuris toleratur. & Card. Alexan. in cap. 1. colum. 2. titul. de contro. inter do. & empt. feud. & Socin. in l. iuſtè poſſidet, colum. 2. ff. de acquiren poſſ. & Philip Dec. in cap. paſtoralis, colum. 8. uerſi. in fi. glo. extrà de excep. & conſilio 274. uiſo puncto, colum. 2. de quo tamen, quoad ruſticos, uide eundem Dec. in l. 2. in 3. not. C. de eden.

14 *Verba aliàs & aliter, formā inducūt & ſolennitatē.*

ET ego id puto uerius in caſu noſtræ conſuetudinis, quæ conſignationem requirit pro forma & ſolennitate, ut ſatis conſtat ex illis uerbis, *autrement l'offre de retraict ne ſeroit deuement faicte*. Hæc enim uerba formā & ſolennitatem inducunt, Bar. in l. de his per illum tex. ff. de tranſact. & in l. ult. ibi, quæro an ciuitas, iuncto tex. C. de uend. reb. ciuita. lib. 11. & Roma. conſi. 66. uir eximie, uer. his tamen non obſtat. & conſi. 400. in propoſita conſultatione. Alex. conſi. 27. uiſo themate, colum. 1. lib. 6. Fel. in c. cùm dilecta, colum. 9. uer. ſextum ſignum, de reſcrip. Philip. Dec. qui multa allegat, conſi. 528. pro reſolutione, ante fin. Iaſ. in l. de pupillo, in prin. colum. 1. uerſ. tertiò pondera. ff. de ope. no. nuncia. & conſi. 167. Motiuis, colum. ult. poſt prin. lib. 2. & alibi ſæpe. Quod ſi quis dicat, hos loqui, cùm hæc dictio negatiuè ponitur, ita uidelicet, non aliàs, ſiue nō aliter, id certè fateor, ſed & is uiciſſim fateatur neceſſe eſt, hanc dictionem etiam affirmatiuè conceptā facere conditionem, perindeque hic ualere ac ſi dicas, *& s'il ne faict ce que deſſus, l'offre ne ſera, &c.* & habere vim reſolutiuam, ut diximus & probauimus ſuprà ti. præced. §. 8. in uerbo, *autrement*. Conditio autem formam & ſolēnitatem inducit, ut etiā diximus ſuprà hoc ti. §. 2. glo. 1. nu. 3. & eò quidē magis.

15 *Formæ omiſſio nō excuſat mulieres, ruſticos, milites, minores.*

ERGO ut reſumamus, hæc conſignatio requiritur pro forma. At formæ omiſſio etiam ruſticos, mulieres, minores, milites, & ſi qui tales ſint, non excuſat, ut probatur in l. ult. C. de teſta. iuncta gl. in l. ambiguitates. C. eo. tit. & uoluerunt Bald. Sal. & alij, in d. l. iuris ignorantia. C. qui admit. ipſe Sal. in d. l. quicunque, eo. titu. idem Bal. in l. ult. in princ. col. 3. C. de iur. delib. & in c. ult. col. 3. uer. item non patrocinatur, extrà de confeſ. Barb. conſ. 56. ſapienter, col. 8. uerſ. & ſi quiſpiam, lib. 2. & Alexan. conſi. 165. dubitatur, col. 2. uerſ. pro hoc etiam adduco, lib. 6. & conſ. 7. attentis & ponderatis, col. ult. lib. 7. cum alijs multis concor. adductis ab eodem Alex. in d. l. iuris ignorantia, ut tamen non omittam tex. de militibus loquentem in l. qui ſuſpectum. §. j. ibi, & ſolennia fecerint. ff. de appell. qui quidem admodum torquet Accurſ. nec tamen hinc ſe expedire potuit.

16 *Nec illis parcitur in ijs, quæ ſunt introducta ad rigorē iuris conſeruandum. Hi nō excuſantur, ſi inuentarium non fecerint.*

ET quia etiam in ijs, quæ introducta ſunt ad rigorem conſeruandum, iſtis non parcitur, glo. Bart. Bald. & Pau. Caſt. in l. cùm quis. C. de iu. & fac. igno. gl. in l. iuris, la 2. eo. tit. quæ ponit exemplum in eo, qui triennio ceſſauit ſoluere canonem. glo. in ſumma 38. di. & in §. notandum, in glo. 1. in fi. 1. q. 4. Gul. Cu. in l. ſi quis ex argentarijs. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de eden. Bart. & Sal. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. idem Barto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nuncia. & conſi. 154. maritus fecit hæredem uxorē. col. 2. verſ. ad ſecundum autem, ubi reſpōdit, mulierem non excuſari prætextu ignorantiæ, ſi non confecerit inuentarium. Bal. Raph. Fulg. qui id dicit ſeruari communiter in iudicijs, Pau. Caſt. Ro. Franc. Aret. Alex. Corn. & alij Recentiores in d. l. iuris ignorantia. C. qui admit. Bal. in l. ult. in prin. in 3. q. & ibi etiam Iaſ. col. 2. uerſicu. quid autem ſit. C. de iure delib. ubi etiam ex hoc dicūt, non excuſari ruſticum, aut mulierem, quæ non fecit inuentarium, ſed ſtandum eſſe rigori iuris. Sal. in d. l. quicunque. C. qui admit. Ang. in l. vbi, in prin. ff. de edend. Pet. Anch. in rep. c. j. in 12. q. prin. verſic. ſed hìc quæro, cauetur ſtatuto, qui eſt char. 47. in paruis, extrà de conſt. Rom. d. conſ. 115. col. 2. verſi. tertiò confirmatur. Maria. Soc. in cap. venerabilis, in 23. princ. art. in prin. extrà de iud. Alex. in addi. Bal. in l. 1. C. de interd. mat. & d. conſi. 14. col. 1. lib. 2. & conſil. 40. uiſo themate, & omnibus, lib. 6. & d. conſil. 165. col. 2. eodem lib. 6. Barb. in repe. c. Raynaldus, col. 49. uerſic. ſecundò limita, de teſta. ubi & illud dicit de omiſſione inuentarij. Franciſ. Curt. ſenior in l. ſi quis maior, colum. 3. num. 13. C. de tranſact. Fely. in c. quoniam, colum. 3. in 4. fal. de ſimonia. Iaſ. conſi. 28. quæritur an actio, col. 1. lib. 3. Phil. Dec. in l. edita, paulò ante fin. C. de eden.

17 *Nec ſi inueſtiturā non petierint.*

ET facit quòd ſcribit Bald. in c. 1. §. præterea ſi quis, in fi. titu. de prohibita feudi aliena. per Feder. quòd non parcitur mulieri, quæ intra annum & diem non petijt inueſtituram, quin feudum amittat. & ſequuntur Mart. Laud. Aluar. & Car. Alex. ibi, ex quibus ipſe Card. illud quoque dicit de his quæ pertinent ad rigorem iuris. Et quod dicit idem Bal. in d. c. 1. paulò ante finem, uerſ. quęrit gl. ti. de controuer. inueſti. inter dominum & emptorem feudi, ubi reprehendens glo. ibi, dicit, q non excuſatur mulier, vel ruſticus, alienans feudum, quin eo cadat, neque enim licet eis ignorare iura contractus. & ſequitur Card. Alex. ibi, col. 2. vbi & illas rationes, quas ſuprà adduximus, adijcit Iaſon, eaſdem quoq; rationes afferens, in l. vlt. char. pen. verſic. decimoſextò. C. de iur. emph. illudq; Bal. dictum ſingu. dicit, & trahit etiam ad mulierem emphyteutam alienantem.

*Nec ſi feudum alienauerint, aut emphyteuſim.*

CARD.



18 *Contra ſuperiora.*

CARD. tamen Alex. ubi ſuprà, quod licet iſti amittant feudum, poſſunt tamen in integrum reſtitui, ſi non potuerunt conſulere peritiores. & allegat Pet. Anch. cōſ. 393. uiſa diligenter gratia, colum. pen. ubi tamen ipſe Petr. non id conſtanter affirmat, ſed ſub dubio fortè loquitur, nec in caſu iuris communis feudorum loquitur, ſed priuilegij cuiuſpiam Apoſtolici, cuius ignorantia (ut ipſe dicit) eſt magis excuſabilis quàm iuris communis. Verùm Salic. & Franc. Rompo. in d. l. 1. C. de iur. & fact. igno. huius opi. etiam fuere. & Alex. in d. l. iuris, col. 2. C. qui admit. ubi dicit, id habere maximam æquitatē, ideò ſibi placere. Atqui ego huic ſententiæ uix accederem, quia nihil omnino intereſſet inter hos caſus, qui ad rigorem iuris pertinent, & cæteros quia & in cæteris caſibus, in quibus excuſantur mulier & ruſticus ab ignorantia iuris, id ſemper intelligitur, cùm non potuerunt conſulere peritiores, aliàs enim nunquam excuſantur. l. bonorum. ff. de bonor. poſſ. & l. 2. §. ult. ff. quis ord. in bonor. poſſ. ſer. & gloſſ. 1. in c. per tuas, el 3. & ibi Fel. poſt medium, extrà de ſimo. Ioan. Fab. Bald. & Sal. in d. l. iuris. C. qui admit. Bal. in c. quæ in eccleſiarum, col. 1. de conſti. & conſ. 295. Petrus Lombardi, col. ſecunda, uerſ. ſed actus teſtandi, lib. 3. niſi alius fuit inter conſil. illius, quod magis puto, cum in eo conſil. Bald. allegetur. Ang. & Corn. in l. quicunque. C. qui admit. & Ant. in d. c. 2. de conſt. Rom. in d. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. Alex. in d. l. iuſtè, col. 9. uerſi. idem dico in ruſtico. ff. de acquir. poſſ.

*Hi nūquā excuſantur, cū potuerūt cōſulere peritiores.*

19 NAM ut dicit Bald in cap. ult. col. 3. uerſic. item non patrocinatur, de confeſ. omnes homines natura ſcire deſiderant, ideoq; contra naturam eſt, non conſulere peritiores, quorum doctrina mens imperitorum & ruſticorum illuminatur. l. ſi auiam, in fin. C. de inge. manu. ubi dicitur, Si cum peritioribus tractatum habuiſſes, facilè cognoſceres, quem text. dicit ſingul. Angel. in ſua diſputatione incip. duo adinuicem litigantes. Ergo his non eſt parcendum, qui contra naturam peccauerunt. l. 2. & ibi gl. & Doct. C. de in ius uoc. gloſ. in l. reſpiciendum §. delinquunt, & ibi Bart. ff. de pœn. & gl. in ſumma 38. diſt. & in §. notandum, 1. q. 4 ubi eſt bonus tex. Dyn. in c. ignorantia, col. pen. de reg. iur. lib. 6. Cyn. & Bald. in d. l. 1. C. de interd. mat. Alb. in l. utili. C. de defenſ. ciui. Bal. in l. in actionibus. §. planè, col. pen. ff. de in lit. iur. Car. Flor. poſt Gul. Cu. in Cle. 1. in 5. q. de cōſang. & affi. Pan. in c. ſuper literis, col. 6. ſuper gloſ. in uerbo, ſimplicitate. extrà de reſcript. Et bene facit text. in l. ſi adulterim. §. ſtrupum, & ibi glo. in uerbo, iure gentium. ff. de adulter.

*Nec cum aduerſus naturam peccant.*

20 *De eodem. Et idem ſi ſint periti in vicinis ciuitatib.*

ET hæc quidem ita procedunt, ne hoc omittamus, ut etiam ſi non ſint periti in loco habitationis ruſticorū, ipſi tamen non excuſantur, ſi ſint in uicina quadam ciuitate, niſi & hos cōſulant, ut not. uoluerūt Bal. Sal. Ro. & Recentiores in d. l. iuris ignorantia. C. qui admi. per tex. in l. Diuus. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & in l. 1. §. ſi quādo. ff. de magiſtra. conue. Ideò enim (inquiunt) ſicut mulieres vadunt ad ciuitates pro indulgentijs, & ruſtici ad nemora pro lignis, ita etiam debent utrique ad ciuitates ire pro conſilijs. Et idem quoq; uoluit Ant. in d. c. 2 de conſtit, & Rom. in dicta. l. ſi duo. ff. de acquiren. hæred. In quo tamen nec illud omittendum ducimus, ei incumbere onus probandi, qui dicit hos potuiſſe conſulere peritiores, ſecundum, Salic. & Corne. qui id dicit menti tenendum, in d. l. iuris. C. qui admit.

## NE SEROIT PAS SVFFISAMMENT FAICTE,

## SVFFICIENTER FACTA NON videtur, Gloſſ. VIII.

1 *Si vēditor non conſignauit, &*

SED quid, ſi cùm emptor egiſſet ad reuenditionem ex hoc pacto in uenditione appoſito, nec tamen conſignauit, ut hìc dicitur, aut etiā omiſit alias ſolennitates hìc ſtatutas, atque ob id ſententia pro emptore lata uictus eſt, & ipſe emptor abſolutus: tamen cùm adhuc eſſet intra tempora præſtituta reuenditioni, vult iterum retrahere, & obſeruare has ſolennitates, an ſit admittendus. De qua re uide quæ diximus in retractu proximitatis, quem conſuetudinarium, ſiue municipalem uocant ſuprà tit. præcedenti. §. 8. in glo. 8. in gl. 7. in uerbo, *le retrayant en decherroit*, nu. 3. quid igitur, & mult. ſeq.

*ideò retractu cecidit an poſſit iterū offerre & conſignare.*

## REPRENOIT LES CHOSES CONSIGNEES,

## RECIPIAT ID QVOD CONSIGNAtum eſt, Gloſſ. IX.

1 *An hic vēditor, qui depoſuit, poſſit depoſitum repetere.*

ID quod facere poteſt, ſi uelit, ita ſcilicet, ut ei depoſitarius denegare non poſſit, antequam emptor declarauit uelle ſe recipere: ut nuncupatim ſcribit Bart. in l. acceptam, paulò ante fin. per illum text. & ibi Bal. & Sal. uterque col. 1. per illum tex. & etiam Ang. in 4. not. C. de vſur. & Bald. in l. ult. in fin. C. de commu. ſer manumiſ. ubi tamen intelligit procedere, antequam aduerſarius conſuerit. & Phil. Dec. cōſ. 543. in caſu propoſito col. ult. uerſ. in dubio. Nā & aliàs is qui depoſuit, poteſt ante tempus ſtatutum repetere depoſitum. l. 1. §. ſi ſic depoſuero, & ibi Bartol. ff. depoſi. & bene facit l. cùm Cornelius. ff. de ſolu. Sed id faciens incidit in id periculum, ut conſignatio pro non facta habeatur, ut ſcribitur in hac noſtra conſuetudine, ut dicemus in gl. ſeq.

2 *Quid, ſi nō ſponte ſua depoſuit, ſed iuſſu iudicis.*

SED quod diximus poſſe deponentem depoſitum ſpontè repetere, intellige primo loco, in eo depoſito, quod fit ab ipſo deponente, qui & ipſe volens ac ſpontè ſua depoſuit. Secus ſi iudex eā coegerit deponere apud ſequeſtrum, lite pendente, ut plerunque fit: nam tunc is repetere non poterit, niſi lite finita, & aduerſario victo, aut aliàs, ſecundum l. ſi oleum, in princ. & ibi glo. Bart. Bald. & alij. ff. de dol. mal. Nam & aliàs, cùm ſit depoſitum gratia alterius, non poteſt deponens depoſitum reſpoſcere, vt per multa reſpondit Paul. Caſt. conſi. 433. uiſis omnibus ſcripturis, col. ult. uerſic. tertio obſtare uidetur. lib. 1. Quin idem Paul. loquens de depoſitione & conſignatione, quæ fit propter recuſationem partis, in d. l. acceptam, colum. 1. dicit, quòd ſi ea facta fuerit autoritate iudicis, non poterit depoſitarius reſtituere deponenti ſine eiuſdem iudicis autoritate, arg. l. ſi proponis. C. de nupt. & Anch. contrà. ſi filij. C. de diuer. & ita dicit intelligi, quod dicitur in d. l. acceptam. Et idem quoque nuncupatim reſpondit Roma. conſil. 287. in propoſita conſultatione, ubi & ad hoc allegat. d. l. ſi oleum, in princ.

3 *Quid, ſi id factum ſit de cōſenſu vtriuſque partis.*

SECVNDÒ intellige, ut procedat, quando quis depoſuit ex ſolo ipſius deponentis conſenſu. Secus ſi ex cōſenſu utriuſque partis altera earum depoſuit: nec enim tunc quoque poterit depoſitum repetere, niſi finita cauſa, ob quam id ita factum eſt, uel niſi ſtet per alium, quo minus ſit finita aut iudex auditis partibus idipſum ſtatuerit. d. l. ſi oleum, in princ. & ibi omnes Doct. ff. de dol. mal. & uoluit quoque Bal. in l. ult, col. ult. uerſi. caueat tamen. C. de bonis aut. iud. poſ. & conſil. 104. ſex ſunt, col. 1. li. 1. Et eſt eius rei optima ratio, ne quod duorum conſenſu & uoluntate factum eſt, unius tantùm diſſenſu reſoluatur, contra l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

4 *Vſuarius, qui depoſuit pro reſtituendis vſuris, nā poteſt pœnitere.*

TERTIÒ intellige (ne & hoc omittam, quod à paucis tactum eſt) niſi vſurarias depoſuerit pecunias, aut etiam aliud quidpiam (nihil enim refert) pro reſtituendis vſuris apud alium: nam non poteſt is pœnitere, nec depoſitum repoſcere, ſed eo inuito poterit Epiſcopus id depoſitum in reſtitutionem vſurarum conuertere, ut

ex

ex facto reſpondit Bald. conſi. 83. in primis videndum eſt in primo dubio, lib. 1. & ſequitur Iaſ. qui id dicit no. conſ. 213. nobilis Melchior, colum. 4. verſ. alibi decidit, lib. 2 & neſcio an alibi idipſum comperies.

5 *Monach⁹ ſeruus, filiusfamiliàs, & cæteri huiuſmodi poſſunt repetere depoſitum, nullo autore.*

VNVM autem non prætermiſerim, quòd ſi monachus, ſeruus, filiusfamiliàs, aut alius huiuſmodi, aliquid apud alium depoſuerit, debet ac poteſt ei tutò reddi ſine autoritate Abbatis, Prælati, domini, patris vel alterius adminiſtratoris, per l. quod ſeruus, vbi id not. Bald, ff. depo. & l. Iulianus, eod. titu. & l. quod ſeruus. ff de ſol. & voluit etiam Bart. qui id dicit eſſe perpetuò menti tenendum, in l. filius, & ibi quoque Bald. Ang. & alij. C. de pact. idem Barto. in l. non ideò. ff. de noua. vbi dicit eſſe multum not. Bal. in Rub. C. depoſi. col. 1. in 2. q. Sal, in l. cùm hæreditas. C. depo. & Matth. Affl deci. Neap. 146. quidam gerebat, vbi idem dicit de eo, qui aliquid depoſuit tanquam tutor alterius, cùm tamen non eſſet. Quæ tamen intellige ſecundum ſuprà dictas leges, loquentes de ſeruis, & quod dicit Bal. in d. Rub. depoſ.

### *RENVNCER AV DICT RETRAICT,*

### RENVNCIASSE IVRI RETRActus, Glo. X.

1 *An ſi uenditor depoſitũ repetat, uideatᷣ renũciare iuris redimendi.*

ET id quidem eſt iuris commuuis, l. debitor, vt ibi eam intelligunt glo. & Floria. ff. de vſur. & l. 1. in fi. & ibi Bal. & Ang. C. qui pot. in pig. hab. & l. ſi prius quàm. C. de diſtract. pig. & voluit Hoſtien. in Summa. in Rub. de obla. §. 1. verſ. item neceſſe eſt. & Bald. in l. obſignatione. C. de ſol. & in l. acceptam, col, 1. ver. in tex. ibi, recepit. & ibi quoque Sal. col. item 1. Ang. ante fin. & Io. Fab. C. de vſur. quia ut ibi dicunt ipſi Bald. & Saly. actus recuperationis tollit intellectum depoſitionis. l. ſed reuocata. ff. de iur. fiſ. Nam (vt hoc illis addas) non cenſetur depoſitum fuiſſe, quod poſtea recuperatur, vt per Bar. in ſimili in l. per diuerſas, col 3. & ibi Bald. in vlt. q. C. mand. & in l. vlt. C. de vſur. & Henr. Boer. in c. conſtitutus, de in integ. reſtit. Alex. in l. ſingularia, col. pen. ff. ſi cer. peta. Iaſ. qui nuncupatim loquitur de conſignatione recuperata, conſi. 272. relatio magnificorum, in fi. lib. 2. Et Ferro. in conſuetu. Burdig. tit. *de retraict*. §. 14. & ante hos glo. in d. l. acceptam, in uerbo, eas receperit, dicit, ꝙ hoc caſu fingitur depoſitio non fuiſſe facta, cùm non durauerit, per l. ſi pro parte. §. uerſum autem. ff. de in rem verſo. & ſequitur Bar. [in d. l. acceptam.] col. 2. verſ. item contra hoc, vbi dicit, quòd fingitur retrò non fuiſſe facta. & ibi ante eos dixerat Azo, in Summa, col. pen. uerſ. ſed ſi hoc eſt. Et hoc quoq; diximus ſuprà tit. præced. in §. 7. in glo. 3. ubi etiam uidebis. quid ſi cùm ſola oblatio ſufficiat, facta tamen fuit cõſignatio, quam qui fecit poſtea recuperat, an etiam uideatur tunc renunciare oblationi. & uide etiam Chaſſen. conſi. 41. quia caſus, colum. ulti.

*Et quid, ſi depoſitio nõ erat neceſſaria.*

2 *Et ſi emptor cõtra recipiat, uidetur cõſentire reuẽditioni. Idq; etiã ſi partẽ tãtùm receperit.*

ET ſicut uenditor cenſetur renunciare huic facultati redimendi, ſi recuperat pecuniam à ſe conſignatam, ita è diuerſo emptor, ſi eam recipiat, cenſetur conſentire reuenditioni, & renunciare omnibus exceptionibus, quibus eã impedire potuiſſet. Ideoq; cogitur reuẽdere, etiam ſi oblatio & conſignatio factæ fuerint poſt tempus in id præſtitutum, ut ex facto reſpondit Bald. conſi. 108. iſte qui promittit reuendere, lib. 5. per l. poſt diem. ff. de l. com. arg. l. 2. C. de iur. domi. impet. idemque & ſi partem tantùm huius pecuniæ acceperit, ut probat tex. in l. de lege. §. ult. ff. de leg. commiſ. & Bald. ubi ſuprà. Et faciunt quæ ſcripſimus ſuprà titu. præced. §. 1. glo. 10. in uerbo, *dedans l'an*. num. 20. tu tamen id intellige. & in fi. eiuſdem tit. in 6. q. & ſuprà hoc eo. tit. §. 1. gl. 2. in verbo, *à tel temps*, nu. 60. illud tamen.

3 *Et quid ſi is minor ſit.*

SED hìc quæri poteſt, an ſi minor fortè hæres uenditoris intra tempus præſtitutum obtulit precium, idque conſignauit & depoſuit, & poſtea idipſum ſuſtulit, poſſit in integrum reſtitui, ne cadat retractu. Et hanc quoq; quæſtionem in retractu proximitatis, (in quo ex multis conſuetudinibus, atque etiam de iure communi ex multorum ſententia requiritur conſignatio & depoſitio, vt diximus ſuprà tit. præced. §. 7. glo. 3. in prin.) poſuit Ferro. in conſue. Burdig. tit. de retractu. §. 31. hinc occaſione ſumpta, quòd moribus illius gẽtis, in eo. §. vt & noſtris, ſuprà, d. tit. proximo. §. 35. retractus adeò ſtricti iuris eſt, vt currat contra minores. Tu ibi illũ vide, & iunge quæ diximus ſuprà, hoc eodem titu. §. 1. gloſ. 2. in uerbo, *à tel temps*. numerò 55. ſed an ſaltem, & multis ſequen. & iterum hoc eodem §. gloſ. 7. nume. 13. vtrum autem, & ſequen.

## §. QVINTVS.

EN tout retraict, ſoit couſtumier, *a* ou conuentionel, l'on doit payer les arrerages, qui ſont echeuz, *b* comme dict eſt. Mais ſi le retrayant fait ſon offre durant le terme, que l'arrerage eſchoit, *c* il doit payer pro rata temporis. *d* Et ſi c'eſt en retraict conuentionel, il doit conſigner. Et quand ce ſont fruictz, l'achepteur les doit auoir pro rata temporis, & les peut prendre & leuer par ſa main. *e* Et ſi aucun luy met empeſchement, il s'en peut complaindre ou appleger, ſuppoſè qu'il n'en ayt iouy par àn & iour.

*IN omni retractu ſiue conſuetudinario, a ſiue conuentionali debent ſolui reliquiæ ſiue uſuræ, quarum dies ceſſit b, uti dictum eſt. Sed ſi retrahens obtulerit retractum currente adhuc, nondumq; elapſa die uſuræ anni præſentis, c tenebitur pro rata temporis d eam ſoluere: & ſi retractus ſit conuentionalis, obſignare. Fructus autem, cùm in his res conſiſtit, debent pro rata temporis emptoris eſſe, poteritq; ipſe emptor per ſeipſum e eos percipere. Et ſi quis impediat, quominus eos percipiat, querelam intentare poterit, licet annum & diem non poſſederit.*

### *SOIT COVSTVMIER.*
### SIVE CONSVETVDINARIO, GLO. I.

1 *Conſuetudines.*

ALITER apud alios de huiuſcemodi fructibus pendentibus, de quibus ſtatim etiam loquitur hic §. ſtatuitur, quantum ad hunc retractum conſuetudinarium, ſiue municipalem, vti videre licet apud Meldunenſes, c. cõſuetudinum eius gentis 42. Cenomanenſes, c. 289. Andegauenſes, c. 380. Borbonienſes, c. 482. & ſeq.

### *QVI SONT ECHEVZ.*
### QVARVM DIES CESSIT, GLO. II.

1 *An emptor ſuos faciat fructus perceptos ante redemptionem.*

HÆC noſtra conſuetudo apertè oſtendit emptorem cum pacto reuenditionis, interim ante oblationem facere fructus ſuos, nec teneri eos reſtituere venditori redimenti. Id quod etiam non



non obſcurè declarat tex. in l. 2. & ibi Bal. & Paul. Caſt. C. de pact. inter empt. & voluit etiam glo. in c. illos vos, in verbo, percepti, & ibi quoque Hoſt. in verbo, computatis. Ioan. And. col. vlt. Imol. col. 3. verſ. & not. ex iſta. & Pan. col. 2. extrà de pig. & glo. in c. ad noſtram, in uerbo patet, & ibi etiam Hoſt. Pet. Anch. Imo. Pan. Ant. à Vina, Barb. & Ant. Burg. de empt. & ven. & gl. in c. conqueſtus, in gl. magna, poſt medium. & ibi Ioan. Ana. col. 3. ext. de vſur. Hoſt. in Summa, eo. tit. §. an aliquo caſu vltra ſortẽ, col. 4. verſ. 9. ſi vendo. Arch. in c. plerique, 14. q. 3. Bal, in l. his rebus, quæ eſt pen. §. mancipia, per illum tex. ff. ſol. mat. & in c. j. in fi. & ibi etiã Aluar. col. vlt. & Card. Alex. tit. de feu. dat. in vicẽ leg. commiſ. & ipſe Bald. conſ. 303. ad euidentiam, col. 2. lib. 1. Ang. conſ. 55. ex pacto de reuendendo, in fi. Raph. Fulg. conſ. 134. in quæſt. col. 2. Pet. Anch. conſ. 30. an valeat contractus, col. 2. Pau. Ca. in l. j. col. 1. C. de pact. inter empt. & conſil. 109. viſa petitione, paulò ante fi. lib. 2. & conſ. 306. quãquam longa, in fi. eo. lib. 2. Alex. & Recentiores, in l. qui Romæ, in princ. ff. de uer. oblig. Cæp. in tract. ſimulationis contractuum, in 3. principali caſu 12. præſumptionis. Bal. ac Bar. inter conſ. Corn. conſ, 23. viſis duobus, col. 2, lib. 3. Maria. Soc. cõſi. 15. viſis prædictis, col. 11. uerſic. & quamuis à principio, lib. 1. & Bar. eius filius cõſi. 170. in præſenti conſultatione, col. 5. verſ. ad tertium, lib. 2. & conſi. 248. nunquid ex duob. col. 2. eod. lib. 2. Fabia. in tractatu empt. & vend. in 5. memb. 6. q. prin. Iaſ. conſ. 92. facti præſentis, col. 4. lib. 1. Steph. Bert. conſ. 88. ponitur in facto, lib. 1. Phil. Dec. conſ. 167. in cauſa quæ coram reuerendo, propè per totum, & conſ. 170. viſo themate, col. pen. verſ. vlt. non obſtat, & conſ. 308. in caſu ad nos tranſmiſſo, col. 2. verſ. tertiò, quia hìc agitur. & è Theologis, Ang. Cla. in verbo, vſura, 1e 1. verſ. 66. & ſeq. & Ant. Flor. in tract. de vſuris, c. 3. §. 8. & Io. Gerſon, in tractatione contractuum, par. 1. conſideratione 10. ex quibus intelliges, & id procedere in foro conſcientiæ.

*Quid in foro conſcientiæ.*

2 *De eadem re.*

ET huius quidem ſententiæ eſt optima ratio, quam inter cæteros adducit Ange. d. conſi. 55. nam hi fructus ſunt percepti ab emptore, tũc domino rei, cùm eos percepit: vnde eum ſequuntur iure dominij. l. Herennius. ff. de uſur. Neq; enim hoc caſu fit reſolutio primæ venditionis ipſo iure, vt in pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, l. ſi res. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de in diem addi. ſed fit noua venditio, l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp. iuncta l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. vnde omnes fructus percepti ante litem conteſtatam ſuper reuenditione, ſunt emptoris, nec computantur in precio, l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. emptio. & l. Valerianus. ff. de iur. fiſci.

3 *Rõ differentiæ huius pacti & legis commiſſo. & addict. in diem.*

EX quibus planè intelligis, quare hic emptor lucratur fructus, non etiam in illis pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, in quibus reſtituuntur fructus. l. quod dictum eſt, & l. imperator. ff. de in diem addict. & l. cùm fundus, in prin. ff. de leg. commiſ. Quanquã aliam rationem affert Ioan. And. in d. c. illo vos, de pig. quia in hoc caſu, in quo reſoluitur contractus ex pacto reuenditionis, eſt in facultate venditoris, vt reſoluat, cùm voluerit, offerendo precium: ideo illi imputandũ eſt, quòd id non fecerit. In alijs verò pactis facultas reſoluendi eſt in arbitrio emptoris, vel tertij: ideò nihil eſt quod uenditori imputari poſſit aut debeat. Et id ſequitur Pan. ibi, & Ant. Burg. qui id ſing. dicit in d. c. ad noſtram, col. 10. verſi. primus eſt, quando venditio fit, vbi hoc latè diſputat, ibi eum uide, & quæ etiam ſcripſimus in rep. l. ſi unquam, in uerbo, reuertatur, num. 238. verùm quantum ad priores.

4 *Quid ſi emptor antè ſit in mora.*

SED vt ad caſum noſtrum redeamus, intellige quod diximus emptorem lucrari fructus, procedere, niſi à tempore moræ reuendendi: quia poſt moram emptor teneretur fructus reſtituere, per tex. in d. l. 2. in fi. & ibi Bald. C. de pac. inter emp. & voluerunt etiam Gul. Cu. in l. petentes, & ibi Bal. col. vlt. verſic. quæro de duobus. C. de pact. Bart. Raph. Alex. & Recentiores in d. l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. obl. Bal. in tract. de pac. col. 22. verſic. ego dixeram ſuprà, vbi tamen uidetur facere diſcrimen inter pactum de reuendendo, & pactum de reſtituendo. Soc. conſ. 80. in quæſtione quæ uertitur, col. 3. verſ. ſecunda pars concluſionis, lib. 3. Moram autem hìc debes accipere, oblata & conſignata pecunia, ſecundum multorum opin. aut certè tantùm oblata, ſecundum aliorum opi. vt latè diximus in præced. §. in glo. 6. quæ eſt in uerbo *conſigner*. in princ.

*Vtrũ autẽ idem ſit in hoc pacto, & in pacto reſtituendi.*

5 *An autem opꝰ ſit hoc caſu litiſc. vt fructus reſtitui debeant.*

VT hinc intelligas, non expectandam eſſe litis conteſtationem, vt ſentit Ang. d. conſi. 55. dum fortè ad id reſpicit, quòd in actionibus ſtricti iuris, cuiuſmodi hæc eſt, quæ competit pro reuenditione ex pacto appoſito in contractu, nempe præſcriptis verbis, vt diximus ſuprà eo. tit. §. 1. glo. 1. nu. 2. & 3. non ueniunt fructus ſtatim à tempore moræ, ſed tantùm à tempore litis conteſtationis, l. 2. & l. uideamus. §. ſi actionem. ff. de uſur. & l. cum fundus. ff. ſi cert. peta. & l. 3. §. in hac. ff. commoda. Sed id certè non procedit, quando actor petit, quod ſuum antè fuit: nam tunc etiam in actionibus ſtricti iuris ueniunt fructus ex mora, ut etiam declarat tex. in d. §. ſi actionẽ, & glo. ult. in l. quod te, in fi. ff. ſi cer. pet. Bal. poſt Gul. loquens in caſu noſtro, in d. l. 2. in princip. C. de pact. inter emp. & in d. l. petens, col. ult. uerſ. dico quòd iſta ratio. & ibi Philip. Dec. colum. pen. & iterum ipſe Bal. in l. iuriſgentium. §. quinimò, col. 3. uerſi. ex hac gl. & ibi quoque Raph. Fulgo. colum. 1. ff. de pact Sal. qui huius rationem reddit, in l. uinum, in 11. oppo. ff. ſi cert. peta. Paul. Caſt. qui aliam reddit, in d. l. cùm fundus, & ibi Iaſ. & Philip. Cec. uterque colum. 1. ff. eod. tit. Ang. Aret. qui etiam loquitur in noſtro caſu, in §. præterea debitor, colum. 17. uerſicu. quæro itaque, Inſti. de except. Iaſ. in l. pacta quæ contra, in fin. & ibi etiam Philipp. Dec. colum. 3. ſuper glo. ult. C. de pact. & diximus ſuprà titu. proximo. §. 15. glo. 2. in uerbo, *depuis la litis conteſtation*. nume. 15. ſed quia hæc noſtra, & ſeq.

6 *Quid in ijs ſtatutum eſt legibus Moſaicis.*

NEC interim tamen obliti ſumus ex legibus Moſaicis, quòd uenditor qui ex pacto redimebat, computatis fructibus ex tempore uenditionis, id quod reliquum erat duntaxat reddere tenebatur, ut ſcribitur Leuit. 25. cap. Sed ea lex iudicialis nos non obligat in foro, quod conſcientiæ uocant, ac ne iudiciali quidem, ſicuti nec cætera huiuſmodi legalia, niſi noſtris legibus fuerint comprobata, ſecundum Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obliga. cum multis alijs concord. & noſtrorum, & Theologorum, à me abundè congeſtis ſuprà titu. proximo, in præfat. nume. 8. & horum quidam, & duobus ſequen. ubi & id probauimus ſacræ ſcripturæ teſtimonio.

### *QVE L'ARRERAGE ESCHOIT.*

### NONDVM ELAPSA DIE VSVRAE anni præſentis, Glo. III.

7 *Venditor redimens annuũ reditum ex hoc pacto, an teneatᷣ ſoluere reliquias prꝑterita.*

HIC vide Guid. Pap. deciſ. Delph. 271. ſi debitor promiſit, ubi uidetur tenere contrarium eius, quod hic in noſtra conſuetudine ſtatuitur: nam uenditor (inquit) redimens ante tempus conſtitutum ſolutioni cenſus, debet ſoluere cenſum eius anni integrum, arg. l. qui Romæ, in princ. ff. de uerb. oblig. & eius quod uoluit glo. in l. qui pecuniam. ff. ſi cer. peta. Et facit etiam tex. in l. à uobis. ff. de ann. leg. cum concord. ibi adductis à glo. in fin. Subdit tamen Guid. conſuetudine obſeruari, ut redimens liberetur à ſolutione proximi termini. Sed huic noſtræ conſuetudini cõcinit, quod ſcribit Bald. in c. cùm Mart. Ferra. colum. 2. uerſicu. nota

quòd

quòd nomine fructuum, extrà de conſtit. quod penſiones, quæ non debentur fructibus locorum, diuiduntur inter emptorem & uenditorem pro rata temporis. Aliæ autem diuiduntur, ut fructus, habita ſcilicet ratione temporis, quo fructus colliguntur. De quo & nos in glo. ſeq. latiùs dicemus. Et nuncupatim Guid. carpit Hier. Cagn. in rep. l. 2. col. 7. uerſic. ex quibus patet. C. de pactis inter empt. dicens diuiſionem horum cenſuum fieri pro rata temporis.

## PRO RATA TEMPORIS, GLO. IIII.

1 *Fructus eius anni, quo res redimitur quomodo diuidendi inter emptorem & uenditorẽ. Et inter proprietariũ & hæredes uſufructuarij.*

DIVERSAE ſunt in hac parte fructuum diuiſiones. Nam fructarius ſi moriatur, fructus iam percepti ad hæredes pertinẽt, ſed nõdum percepti etiam maturi & proximi perceptioni, ad proprietarium, l. ſi vſusfructarius. ff. quib. mod. vſu. amit. & l. in ſingulos, in fin. ff. de ann. leg. Cuius ratio redditur à Bald. quem uidere poteris, in cap. ſicut, colum. 2. uerſic. quid de fructibus, extrà de coha. cler. & mulier. Sed quod diximus de fructibus perceptis, ita intellige, ut ſatis nõ ſit eos ſeparaſſe à fundo, niſi ſint in horreis reconditi, ſi credimus glo. in d. l. ſi vſufructuarius, in 2. lect. eiuſdem. et in l. ex diuerſo, in prin. in gloſ. magna, circa princ. ff. de rei uend. & in l. qui ſcit. §. ſi alieno, in uerbo, percipiantur. ff. de vſur. & in l. ſi fur, in princ. etiam in uerbo, percipiantur. ff. de vſufru. & in ca. ſi propter, in uerbo, primi anni, de reſcript. lib. 6. Sed communis opin. eſt, ſatis eſſe, eos eſſe ſeparatos, etiamſi nondum ſunt reconditi, ut pertineant ad vſufructarium, ſicuti & ad bonæ fidei poſſeſſorem, ut per. Bal. in ca. quæ in eccleſiarum, col. 4. uerſ. ſed ſtatim quęritur, extrà de cõſtit. Sal. in l. ſi pater. C. de vſufru. Floria. in d. §. ſi alieno. Imol. & Domi. in d. c. ſi propter.

2 *Quid in re fideicommiſſaria.*

ET idem quoque in fideicommiſſaria re, ut ſcilicet fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, ex fundo percipiuntur, ad fideicommiſſarium omnino pertineant, licet maior pars anni ante diem fideicommiſſi cedentem præterierit, ut ſcribitur in l. Herennius, la 1. ff. de vſur. Et ſimiliter in re uendita, l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. emp. & dicemus infrà in ea gl. nu. 9. ſed & hoc in dubium. Et idem in emphyteuſi, ut per Alb. in l. 2. C. de iur. emphy. & Alex. in l. diuortio, in princ. ff. ſol. mat. quod tamen quomodo intelligi debeat, uidebis ibi per Soc. col. 3. uerſic. ſecundò not. Et idem quoque de fructibus beneficiorum, cum quæritur ad quos pertinent, an ad hæredes defuncti, an uerò ad ſucceſſorem in beneficio, de quo per gl. & Doct. in d. c. ſi propter, & glo. in l. 1. in fi. C. de ann. ciuil. lib. 11. & gl. in c. præſenti, de offi. ord. li. 6. & Doct. in c. ult. extrà de pecu. cler. & Ang. conſ. 245. quia omne. col. 6. uerſic. ſextò eſt uidendum.

*Et in re uendita. Et in emphyteuſi.*

*Quid in fructibus beneficiorum.*

3 VASALLVS autẽ ſi moriatur ante Calendas Martias, omnes fructus illius anni ex fundo prouenientes ad dominum pertinent. Si uero poſt eas Calendas vſque ad Auguſtum decedat, omnes fructus ad hæredes ipſius uaſalli pertinent. Si poſt Auguſtum omnes quoque habebit dominus, ut ſcribitur in ca. 1. §. his conſequenter, tit. hic finit lex, quo in loco Bald. dicit eum text. nullam habere rationem, niſi meræ uoluntatis conſtituentis, quanquam ipſe continuò nititur aliquam reddere rationem, de quo & ibi per alios, & glo. in d. c. ſi propter, & Raph. Co. conſ. 99. quædam poſſeſſio, col. 2. uerſ. ad ultimum, & Pet. Ferra. tit. for. libel. quo agit ad reuo. feu. in uerb. nec ſuperſtitibus, col. 5. uerſ. ſed quid dicemus, & Alex. in d. l. diuortio, in prin. col. 1. & ibi quoque Soc. col. 3. ff. ſol. mat. ubi etiam uidebis, quomodo id ſit intelligendum. & per Zaſium in epitome feudorum, parte 10. in fin. & Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 8. nu. 11. Quod ſi feudũ alio modo amittatur, quam morte, tũc fructus pendentes ad eum pertinent, ad quem feudum deuoluitur, quia id iuris communis eſt, nec aliud hoc caſu ſtatuitur in feudis. Ita uoluit Bal. poſt Odo. in c. 1. col. ult. verſ. quærit Odo. & ibi quoque Mar. Lau. paulò ante fi. & Car. Alex. col. 2. uerſ. quærit Bal. tit. an agna. uel. fili.

AT inter maritum & uxorem, ſoluto matrimonio, uel etiam inter eorum hæredes fructus rei dotalis diuiduntur pro rata temporis, ut dicitur in d. l. diuortio, & in l. fructus. ff. ſol. mat. Cuius etiam rei rationem oneribus matrimonij attribuit Alb. ibi col. penul. & in 1. parte ſtatutorum, q. 146. in eccleſia, & Bal. in d. c. ſicut, circa medium, extrà de coh. cler. & mulie. Sed quibus addere potes, quòd licet fructus percipiantur aliquo tẽpore, tamẽ, totus annus attribuitur ei perceptioni. l. ſi fundus. §. 1. ff. ſol. mat. & ipſe Bald. in l. 1. §. cumq; ex ſtipulatu. C. de rei uxo. act. 4 *Inter maritum & uxorem, ſoluto matr.*

PORRÒ in ea ipſa l. diuortio. Raph. Co. col. 6. nuncupatim quærit quid iuris ſit in caſu noſtræ conſuetudinis, uidelicet cùm uenditor redimit ex pacto reuendendi, nec quæſtionem abſoluit, niſi quod abſurdum eſſe putat uenditorem uenire ad redimendum tempore fructuum. Verùm idem in l. qui Romæ, in prin. ff. de uerb. obli. dicit in hoc caſu fructus eſſe diuidendos pro rata temporis, ſecundum forma d. l. diuortio, & l. de diuiſione. ff. ſolu. mat. Et quamuis Alex. in d. l. qui Romæ, etiã in princ. col. ult. dicat non meminiſſe ſe, eam quæſtionem alibi eſſe tractatam, tamen idem Raph. in l. ult. ff. de iure fiſci, idem propè uoluit: nam primum dicit uideri uenditorem, qui ex pacto redimit tempore fructuum, eos ſibi ſuos facere, per l. 2. C. de pact. inter emp. quia emptio uidetur eſſe perfecta, cum ſtat per emptorem, poſtea ſubdit, ęquitatem bonę fidei dictare, pro rata temporis fructus eſſe diuidendos, arg. d. l. diuortio, quia ut hìc fit reuenditio ex neceſſitate, ſic & ibi fit reſtitutio dotis. Subditque ad hoc facere l. ſed etſi ideò, ibi, cùm enim doli. exceptio. ff. ſolut. matr. & l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de leg. 1. 5 *Redit ad caſũ princip.*

PORRÒ Alex. in d. l. qui Romę, ubi ſuprà citauimus, dicit quòd licet deciſ. Raph. ibi, uideatur ſapere quandam æquitatem, non tamen putat eam eſſe ueram, quia omnino deſtruitur per d. l. 2. de pact. inter emp. & clariùs per not. à glo. in c. illo uos, de pigno. & in c. conqueſtus, de uſur. ubi is, qui emit cum pacto de reuendendo, lucratur fructos perceptos ante reuenditionem, niſi fuiſſet in mora, quia poſt moram ſpectant ad uenditorem, ut & latiſſimè diximus ſuprà, in eod. §. in gloſſ. 2. Sed ſi ita eſſet, vt debet hoc caſu attendi diſpoſitio d. l. diuortio, & ſimilium, non eſſe uerum, quòd emptor lucraretur fructus ante reuenditionem, aut moram: imò diuiderentur pro rata temporis. Ex quo patet eſſe manifeſtum diſcrimen inter utrumque caſum, & ratio (inquit) diuerſitatis eſt, quia in caſu d. l. diuortio, fructus dotis debent eſſe mariti pro ſupportandis oneribus. C. de iur. dot. ideò non mirum, ſi ibi fiat diuiſio pro rata temporis & oneris. Et in ſimili, cum vſuræ debeantur in compenſationem ceſſationis ſolutionis ſortis, l. lecta, uerſ. ſed cum ſortis. ff. ſi cert. petat. certè idem debet eſſe in fructibus rei pignoratę, quando actũ eſt ut fructus loco vſurarum ſpectent ad creditorem, ut tractatur per Bartol. & alios in d. l. qui Romæ, in vlt. quæſt. ipſius Bartol. Sed in quæſtione noſtra fructus pertinent ad emptorem iure dominij, unde non debet attendi, pro quota parte temporis fuerit dominus. l. Herennius. ff. de vſur. & dict. l. 2. de pact. inter empt. 6 *De eodem.*

ET in hac quoque opin. ante Alex. fuit Bald. quem nec ille, nec alius ex ijs, qui de hac re loquuntur (quod ſciam) allegat, conſil. 389. quod dictus contractus, col. 4. lib. item 4. ubi de ea re ita loquitur, ut uideatur uelle, iam perceptos eſſe omnino emptoris, niſi ex mora, per d. l. 2. 7



d. l. 2. pendentes autem eſſe omnino venditoris, qui redimit, per l. vlt. §. pen. ff. quæ in frau. cred.

[SED & eam Alex opi. ſequutus eſt Matth. Afflict. in c. 1. §. his conſequenter, colum. penul. nu. 22. & iterum num. 29. tit. hìc finit lex. vbi dicit ſolum Alex. in d. l. qui Romæ, id tetigiſſe: ſed ita tamen ſequitur, vt in rebus feudalibus venditis, & poſtea ex hoc pacto recuperatis, debeat fieri diuiſio, de qua in d. §. his conſequenter. At idem in c. 10. colum. 10. verſi. ſed hìc nouiter quæro, tit. an agn. vel fil. tenet etiam in feudo fructus pendentes eſſe uenditoris recuperantis ui huius pacti, per d. l. 2. C. de pact. inter emp. nec illum §. his conſequenter, habere locum in contractibus, ſed in ſucceſſionibus, quod dicit menti tenendum, & neminem allegat.]

9 *De eodem.* VERVM Socin. & Iaſ. in d. l. qui Romæ, ſequuntur opin. Raph. pro qua Soc. ipſe multa allegat, quæ illic videre poteris, ſed illud potiſſimùm, quod à Barto. ſcriptum eſt in d. l. diuortio, colum. penul. aliud eſſe in dote, aliud in venditione, per l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt. quia venditio fit ex voluntate, at reſtitutio dotis ex neceſſitate. Et ſic clarè ſentit, quòd ſi venditio fit ex neceſſitate, vt hìc fit, idem ſeruandum eſt, quod in dote. Addit Iaſ. qui hanc partem non ſolùm æquiorem, ſed & tutiorem eſſe aſſerit, id quod voluit idem Bart. in l. ſi conſtante, in princ. in 5. quæſt. 3. partis princ. ff. ſolut. mat. quòd quando fit reſtitutio conſtante matrimonio, ob id quod maritus vergit ad inopiam, ſecundum l. vbi adhuc. C. de iure dot tunc non fit diuiſio ſecundum d. l. diuortio, ſed omnes fructus extantes debent reſtitui mulieri, conſumpti minimè. Et addit rationem, quia quando fit repetitio dotis in totum, vt ſit & maneat penes vxorem, & ea vtatur, tanquam domina re ſua, (id quod fit, quãdo matrimonium ſoluitur morte, vel aliter) tunc fit mulieri reſtitutio fructuum, qui ad eam ſpectant pro rata temporis, quibus poteſt vti vt re ſua, ſecundum diuiſionem d. l. diuortio. Sed quando reſtituitur dos, cùm maritus vergit ad inopiam, vt mulier fructus in cauſam matrimonij impendat, tunc omnes fructus extantes, qui in ipſam matrimonij cauſam impendi debent, ſunt reſtituendi mulieri. At in caſu noſtro ſumus in primo caſu Bar. cùm reuenditio fit, vt res ſit perpetuò apud venditorem, & ea vtatur vt dominus. Ergo debet fieri reſtitutio fructuum, ſecundum diuiſionem d. l. diuortio. Nec obſtat (inquit Iaſon) fundamentum Alexan. quia diuerſitas, quam ipſe facit inter d. l. diuortio, & hunc caſum, reſpicit fructus iam perceptos. Hìc autem tractamus de fructibus pendentibus, in quibus æquum eſt fieri diuiſionem pro rata temporis, ſecundum iura & rationes ſuprà dictas, cùm iſta reuenditio ita fiat ex neceſſitate, ſicut reſtitutio dotis, ſecundum Bar. in d. l. diuortio, col. penul. Et eandem quoque opi. ſecutus eſt Hierony. Cag. in repet. d. l. 2. colum. 7. verſic. induci etiam poteſt. C. de pact. inter emp. & ibi reſpondet ad tex. illius l. quia non dicit, omnes fructus eſſe reſtituendos poſt precij oblationem, ſed eorum habendam eſſe rationem, quæ quidem ratio habetur, cùm diuiduntur pro rata temporis. Hoc autem intelligit Raphael. & poſt eum Socyn. in d. l. qui Romæ, quando reuenditio fit certo precio: ſecus ſi incerto, per rationes adductas à Socy. quas uidere poteris.

0 *Quid, ſi ſtatim poſt vẽditionẽ venditor retrahat, aut cõſanguineus, cũ emptor multas impenſas feciſſet.* NVNC autem quæro, quid ſi non multò poſt uenditionem uenditor aut conſanguineus retrahit, ita ut emptor pro rata temporis nihil aut modicum habeat ex fructibus, ipſe tamen multas impenſas fecit percipiendorum fructuum gratia, repetètne eas? quod utique uerum eſt, ſi nihil ex fructibus percipiat: aut certè deducet pro rata non perceptorum, per l. quòd ſi ſumptus. ff. de pet. hære. ubi bonæ fidei poſſeſſor, ſi nihil percepit fructuum, poteſt repetere huiuſmodi impenſas. Ex quo potes intelligere in hoc caſu, in quo non tantùm emptor fuit bonæ fidei, ſed & dominus quoque, debere eum has impenſas repetere pro rata eius quod uenditor percepit ex fructibus. Et ad hoc faciunt not. in ſimili per And. Iſern. Aluar. & Cardi. Alex. in d. §. his conſequenter, titu. hìc finit lex. & quod etiam tradit Bal. in l. ſi pater, in fin. C. de uſufruc. quòd ſi uſufructuarius fecit impenſas gratia percipiendorum fructuum, & antequàm perciperet, uſusfructus finitus eſt, poteſt ipſe, aut hæres eius, repetere huiuſmodi impenſas, per multa iura, quæ ibi allegat. Quanquàm Saly. ibi, colum. 1. verſic. quæ ab extrà, tenet contrarium, per tex. in l. ſi quis domum. §. idem quærit. ff. loca. & alia quædam ab eo allegata, quæ tu uidere poteris. Et facit etiam, quod reſpondit Bart. conſ. 186. Cunarellus, quòd in diuidendis fructibus habenda eſt ratio ſementis, & aliarum expenſarum, ut ſcilicet qui eas fecit, primo loco eaſdem detrahat. Quod etiam uoluit Petr. Vbal. in tracta. ſocietatis, in 4 parte, colum. 15. & Stepha. Bertran. conſi. 8. etiamſi ſi ſententia, circa medium, lib. 1. Quod & hìc in omnibus obſeruandum eſt, ut etiam in ſimili dicitur in l. fructus. ff. ſolut. matrimo. An autem ex diuerſo uenditor deducet aliquas impenſas, uide l. fructus, & ibi omninò Bald. colum. 1. uerſic. in tex. ibi fuerit. & iterum uerſi. ſecundò not. & ibi quoque cæteros. ff. ſolu. matri.

*An habenda ſit ratio ſementis. Sed utrũ venditor deducet aliquas impenſas.*

SED quid, ſi emptor fundum locauerat pro certa penſione, ſoluenda certo aliquo tempore, uenditor autem aut cõſanguineus redemit ante tempus deſtinatum ſolutioni penſionis, ſed poſt fructus perceptos, aut econtrariò, nunquid inſpiciendum ſit id tempus deſtinatum ſolutioni, an uerò fructuum perceptorum. Et hoc uerius eſt l. defuncti, in princ. ff. de uſufruct. Sed an id ſit perpetuum, & quomodo ſit intelligendum, uide glo. & Doct. in d. l. diuortio. & Barto. in l. ult. §. ult. ff. de iure fiſ. Bal. in l. 1. colum. 2. uerſicu. quæro quid ſi legatarius, & iterum colum. ſequen. uerſic. quæro quid ſi teſtator, & ſeq. C. de uſur. & fruct. leg. & in l. fructus, in ulti. oppo. & ibi Saly. colum. 2. uerſic. unum tamen non omitto. C. de ac. emp. & eundem Bald. in l. ſi traditio. colum. ult. in ult. quæſt. C. eodem titu. & in d. §. his conſequenter, & ibi etiam Aluar. & Cardi. Alexan. tit. hìc finit lex. & in cap. 1. col. ult. & ibi Cardi. colum. 2. uerſicu. ſed quid in penſione, titu. an agna. uel fil. defun. & eundem Bal. in cap. 1. in fin. princip. uerſic. quid de penſionibus. & ibi quoque Mart. Lauden. & ipſos Aluar. & Cardi. titu. de pace tenen. & in c. cùm Mart. Ferra. colum. 2. uerſ. not. quòd nomine fructuum. extrà, de conſtitu. & in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 4. uerſic. idem in penſionibus, eodem titu. & in c. grauius, colum. ult. uerſicu. quæro quid de perceptis. extrà, de dolo & contu. Saly. in l. fructus. ff. de rei uendi. & in l. Iulianus. §. ſi fructibus, colum. 2. uerſic. nunc quæro de penſionibus. & ibi quoque Paul. Caſtren. ff. de actio. empti. Pet. Ancha. in repet. c. ſi propter, de reſcrip. lib. 6. & conſi. 192. ſubtiliter, per totum. Cardin. Floren. conſi. 100. tria ſunt uidenda. Pau. Caſtren. conſi. 214. ſuper primo & ſecundo, colum. 1. lib. 2. Alexan. conſi. 28. perſpectis his, colum. ult. uerſic. quartò uerò quæritur, lib. 2. & conſi. 82. perſpectis, colum. ult. uerſicu. quartò quęritur, eod. lib. 2. & conſi. 40. proſpectis, colum. ult. lib. 3. Fran. Aret. conſ. 160. longa eſt, col. 5. uerſi. circa quintum. Soc. qui & aliàs concord. & iura & Doct. adducit, conſ. 100. in cauſa Baptiſtæ, col. 2. uerſ. item ſi eſſemus, lib. 1. Iaſ. conſ. 230. iſtæ duæ mulieres, col. pen. uerſic. quintò dum quæritur, lib. 2. Steph. Bert. conſ. 97. uiſo conſultationis, in 2. dubio, lib. 3. Alber. Brun. conſil. 106. circa iſtam. Fab. à monte S. Sab. in tract. emp. & uend. in 5, membro, 6. q. poſt princip. Ex quibus noſces & alia multa ad hanc rem pertinentia. 11 *Quõ diuidetur penſio rerũ locatarum.*

SED & hoc dubium ſæpiſſimè uocatur. Tempore uenditionis fructus ſunt pendentes & maturi, ideoque breui poſt uenditionem tempore emptor eos perce- 12 *Pulchra & quotidiana quæſtio.*

percepit. Poſteà autem videlicet ſex menſibus poſt perceptionem eorum frnctuum, venditor fundum redemit ex noſtro pacto de reuendendo, utrum emptor ex fructibus quoque eius anni currentis percipiet pro rata temporis, ſcilicet pro illis ſex menſibus, & ita medietatem illorum, vltra illos primos fructus, quos integrè percepit continuò poſt venditionem. Et hoc dubium etiam locum habet in retractu ſanguinis, de quo in præceden. titu. diximus, & de quo etiam hic noſter §. loquitur. & de illis quidem primis fructibus dubium non eſt, quin ſint omninò emptoris, cùm eos iam perceperit, dum eſſet dominus, ut iam ſæpius diximus in 2. glo. huius §. & in hac quoque. Ideò non debent venire ad contributionem, vt loquitur tex. in ſimili caſu loquens in d. l. diuortio, in fi. princip. ff. ſolu. matrimo. & ut dicitur in d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. empti. ſi fructib. iam maturis ager diſtractus ſit, etiam fructus emptori cedere, niſi aliud conuenerit, exploratum eſt. & facit d. l. vlt. §. fructus. ff. quæ in fraudem cred. & l. fructus pendentes. ff. dc tei vend. quibus cauetur, fructus pendentes eſſe partem fundi, vt iam non mirum ſit, ſi cedant emptori ipſius fundi, nec diſtribuantur pro rata temporis, vt etiam dicit Bald. in l. fructus. col. 1. ver. vlterius oppo. C. de act. empt.

*De eadem re.*

13 Sed quod facit dubium in alijs fructibus iſtius anni nondum perceptis, illud eſt, quòd emptor iam percepit integros illos fructus unius anni, quamuis non fuerit dominus rei, niſi ſex aut ſeptem menſibus: ideò poſſet iniquum videri, vt preterea aliquid percipiat pro rata temporis huius anni currentis aliàs plus percipiet, quàm pro modo eius temporis, quo fuit dominus, nempè pro modo vnius anni & dimidij, cùm dimidio tantùm anno, aut paulò plus fuerit dominus. Et ſi quis dicat, quòd ratione illorum priorum fructuum pendentium, rem maiori precio emit, iuxta not. in d. l. vlt. §. fructus, & ibi glo. in verbo, fundum. & in l. lege Falcidia. ff. ad legem Falcid. & per Feder. Senen. loquentem in hoc caſu, conſ. 100. caſus talis eſt, Martinus. colum. vlt. Socy. in d. l. qui Romæ, in princ. colum. vlt. ff. de verbo. oblig. cum ſi. Ideòque nou ſunt computandi illi fructus in rata temporis, vt quos ipſe emerit, aucto propter eos precio rei. Huic illnd reſponderi poteſt, quòd in reuenditione ei reſtituitur integrum illud precium, nulla diminutione facta eius, quod pluris datum eſt pro fructibus, & ſic emptor habebit fructus ilios integros, & integrũ eorum precium, ideſt, vt dicimus vulgari Gallorum prouerbio, *l'argent & le drap*, quod admodum eſſet iniquũ, vt tradit glo. vlt. in l. 2. C. quan. lic. ab emp. diſced. cum ſimilib. à me latè traditis infrà in fi. huius titu. num. 82. denique nihil.

*L'argent & le drap.*

*De eadem re.*

14 Verum his non obſtantibus in ea ſum ſententia, vt quamuis emptor ſtatim poſt venditiouem perceperit fructus integros vnius anni, nihilominus habebit & fructus ſequentes pro rata temporis: tum quia hæc noſtra conſuetudo eſt in eam rem apertiſſima, cùm ſtatuit fructus diuidendos pro rata temporis. Quod non poteſt intelligi de iam perceptis, vt diximus: igitur de percipiendis debet intelligi, ne ſit ſuperuacanea & inutilis. l. ſi quando. ff. de lega. 1. & Barto. in l. 4. §. ait Prætor. ff. de dam. infect. cum concord. à me traditis ſuprà tit. præced. §. 9. in glo. 2. in verbo, *à ſon domicile.* nu. 56. contrarium tamen, & dicemus latiùs in noſtro tracta. nihil fruſtrà. Et quia etiam noſtra conſuetudo generalis eſt, nec diſtinguit emptòrne antè perceperit alios fructus, an non. Ideò generaliter eſt intelligenda l. 1. §. ait ergo. ff. quę in frau. cred. cum ſi. etiam ſi eſſet odioſa, ex ſententia Ang. in l. vlt. colum. vlt. uerſ. tertiò quæritur. ff. de conſti. prin. cum ſi. à me adductis in rep. l. ſi unquam, in præfa. num. 115. & hæc etiam. Imò verò ex verbis huius conſuetudinis apertè declaratur de fructibus percipiendis hìc intelligi, cùm ſubiungit, *& les peut prendre & leuer par ſa main*, quę verba referuntur ad tempus futurum, cùm fructus præteriti iam ſint percepti.

*De eadem re.*

15 Nec obſt. quod primo loco dictum eſt, quòd emptor non fuit dominus, niſi ſex menſibus ideò non eſſe æquum, ut percipiat fructus vnius anni & dimidij: quia ſi ea ratio haberet aliquid momenti uel ponderis, ſequeretur, quòd deberet reſtituere priores illos fructus, quos ſcilicet ſtatim poſt venditionem percepit pro dimidia parte, & alteram tantùm ſibi retinere, habita ſcilicet ratione vtriuſque temporis, id eſt, eius quo fuit dominus, & eius quo non fuit: quod omninò eſt contra d. l. 2. C. de pact. inter empt. qua cautum eſt, emptorem ſuos facere fructus, quos poſt uenditionem ante oblationem, & ſecundum aliquos, conſignationem percepit: nec in hoc diſtinguitur quantum id tempus ſit, quod eſt inter venditionem & oblationem, & an congruat portioni fructuum intereà perceptorum. Et ſi quis hìc obijciat d. l. diuortio. ff. ſolu. mat. ſciet eam nihil ad noſtrum caſum pertinere, cùm illius in dote ſit ſpecialis quædã ratio, vt diximus ſuprà nu. 4. tu tamen nou omiſeris ad hunc noſtrum caſum pertinere, quæ ſuprà diſputauimus de retractu conuentionali.

*De eadem re.*

16 Quod autem poſteà dictum eſt, emptorem recuperare integrum precium, & nihilominus habere integros illos fructus, ratione quorum precium ipſum auctum fuerat, eodem modo dilui poteſt. Nam ſi id ueniret conſiderandum, ſequeretur quòd emptor deberet reſtituere partem illorum fructuum. Sed & illud quoque dici poteſt, quòd quemadmodum emptor percepit illos fructus, ita & uenditor percepit, aut percipere potuit, vtilitatem ex precio, quod illi datum eſt interim dum illud non reddit, quæ vtilitas minimè contemnenda eſt, vt patet ex ijs, quę latè diximus ſuprà tit. præced. §. 1. gl. 18. in verbo, *le pris que la choſe aura couſtè*, nu. 34. ego tamen neque enim, & ſeq. quibus tamen adde tex. in l. nec enim, ibi, qvia habuit vſum pecuniæ precij. ff. de pig. ac. nam & ex hoc fit, vt qui fructus percipit, & precium non ſoluit, tenetur ad uſuras illius in compenſationem fructuum. l. 2. C. de vſur. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp. & l. curabit. C. eo. tit.

*De eadem re. Alia pulchra q̃ſtio ad præcedentẽ accedens.*

17 Et hanc noſtram ſententiam confirmat, quod tradit Ferronus in conſuetu. Burdig. titu. de retractu. §. 21. quòd ſi vendita vinea fructibus iam maturis, impenſiſque in vineam à venditore omninò factis, conſanguineus venit ſequenti anno & eadem tempeſtate ad retractum, fructibus etiam maturis, omnibuſque impenſis in vineam ab emptore factis, petitque vineam eodem ſtatu quo vendita fuit, emptor autem petit impenſas à ſe factas deduci. Dicit Ferro. ſe ex facto reſpondiſſe audiendum eſſe emptorem: nec ei obeſſe, quòd eo anno, quo emerat, ipſe nullas in fructus, quos integros percepit, fecerat. Veriſimile enim eſſe, cum uinea impenſas in eam factas & ipſas emptas fuiſſe, & quemadmodum fructus rei emptæ pertinet ad emptorem, per iura allegata, & ita impenſæ. Et alia quædam ibi allegat, quæ omnibus uidere in promptu eſt. Quæ etiam locum habent in hoc noſtro retractu conuentionali. Sed hoc intellige ſecundum ea quæ diximus ſuprà, nume. 10. nunc autem quęro. vt ſcilicet repetat has impenſas pro rata fructuum à venditore perceptorum eo anno, quo impenſæ factæ ſunt. Et uide interim Feder. Senen. conſilio 110. caſus talis eſt, Martinus. in ſecundo dubio. ubi loquitur de colono, qui conduxit fundum iam omninò cultum & ſeminatum, & eodem tempore finitur conductio, agris etiam ab eo cultis & ſatis: & tractat an repetet impenſas huius culturæ, an uero non repetet, tanquàm teneatur relinquere agrum in eo ſtatu culturæ, quo accepit.

18 Illud quoq; quæri poteſt, quid ſi emptor collegit

fructus



*Si emptor collegit fructus nõdũ maturos, quid agendum eſt.*

fructus nondum omninò maturos cùm fortè videret tempus reuenditionis aduentare. Dic, quòd inſpiciendum eſt tempus, quo futuri erant maturi, vt reſtitutio eorum fiat pro rata temporis, non tempus quo ſunt collecti, vt ad emptorem pertineant, ut in ſimili uoluit glo. loquens in colono, in l. in fructu, quę eſt penul. ff. de uſufruct. leg. per tex. in l. & hæc diſtinctio. §. qui fundum. ff. loca. qui loquuntur de fructibus corruptis. & ſequitur Bal. loquens in uſufructuario, in l. ſi pater, col. 1. uerſ. ſed hìc ponamus. C. de uſufruc. & idem uoluit Alberi. in d. l. qui fructu, poſt Iaco. Ray. in l. ſi abſente. §. 1. ff. de uſufruct. loquens de hæredibus Prælati, qui uidentes ipſum Prælatum moribundum, fructus nondum maturos colligunt. quo ſucceſſorem defraudent. De quo & idem Albe. in d. l. in fructu. Et facit quod uoluit gl. in l. ſi uſusfructus. & ibi Iacob. Ray. & Albe. ff. de uſufruc. & quæ diximus ſuprà, eo. ti. §. 3. in gl. 1. nu. 17. tamen ſi eam, & duobus ſeq. & iterum nu. 23. conſtat, & quæ item ſcripſimus tit. pręced. §. 1. in glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, nu. 121. ſed hæc fortè.

*Quid, ſi magis expediebat, eos immaturos colligere.*

19 Quod tamen intelligendum eſt primo loco, ſecundum tex. in d. l. in fructu, ut ſcilicet, ſi magis expedit domino eum fructum, ita uti eſt, immaturum tollere, id ſibi fraudi futurum non ſit, ſi eum ita tollat. Itaque cùm oliua immatura plus habeat reditus, quàm ſi matura legatur, non poteſt uideri, ſi immatura lecta eſt, in fructibus non eſſe. hæc enim ſunt uerba illius. Cui concordat d. l. ſi abſente. §. ſyluam, & ibi glo. & Albe. ff. de uſufruc. uide tamen l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam immaturam. ff. ad legem Aquil. quæ illis uidetur contradicere.

*Quid, ſi nõ id fecit fraudandi cauſa. Quid, ſi fecerit ut ſibi prodeſſet, & ut uenditori obeſſet. Quid, ſi fructus p̃ximi ſint maturitati.*

20 Intelligit & id quoq; Iac. Are. & Albe. poſt eum, in ea ipſa l. in fructu, ut ſi uſufructuarius, uel conductor, ante tempus colligit fructus, ut domino officiat, id quidem facere non poſſit. At ſi id faciat, ut ſibi proſit, aut quia neceſſitas eum cogit, & id certè impunè poſſit, arg. l. in fundo. ff. de rei uen. Et ſi utraque cauſa fecerit, ut ſcilicet ſibi prodeſſet, & domino obeſſet: ſi plus ſibi proſit, nõ teneatur, ſi plus domino obſit, teneatur. per l. Labeo. ff. de riuis, & l. 2. §. tractatum. ff. ad ſenatuſc. Treb. illud autem, quod diximus, in princip. huius uerſic. dicit ſatis æquum Bald. in d. l. ſi pater, ubi item illud dicit, quòd ſi fructus adeò ſunt proximi maturitati, ut per eorum ſeparationem non inferatur minor reditus, aut minor utilitas ſeparanti, poſſit ſeparare. & ita intelligit d. l. in fructu. Et quantum ad caſum neceſſitatis, ſequitur Saly. in d. l. ſi pater, ad fin. Nam quilibet (inquit) bonus uir idem faceret. Quantum autem ad illum qui id facit ſimpliciter, ut ſibi prodeſſet, non admittit; quia ſemper diceret id ea cauſa feciſſe. Tu illum ibi omninò uide. Ex conſuetudine autem Auxerrenſium, titu. *de retraict.* §. 3. qui eſt omnium 34. emptor, durante anno retractus proximitatis, non poteſt fructus rei uenditæ percipere, niſi tempore conſueto.

*Pulchra quæſtio in fructib. iuriſdictionis. Mulctę et bonorũ cõfiſcationes fructus ſunt iuriſdictionis.*

21 Quid ſi ſint fructus iuriſdictionis, & dum emptor poſſidet, durante facultate redimendi quis commiſit delictum, ex quo poſteà reuenditione facta condemnatus eſt ob id delictum ad certam mulctã pecuniariam: cuius ea erit? emptoriſne, cuius tempore commiſſum eſt delictum, an venditoris, vel conſaguinei, qui iam redemit ante condemnationem: an uerò inter ſe partientur? Nam id primo loco ſcire debes huiuſmodi mulctas, & bonorum publicationes, & cætera huiuſmodi eſſe fructus iuriſdictionis, ut uoluit Azo in Summa. C. de pęn. Barto. poſt antiquiores in l. ult. in 1. quæſt. & ibi quoque Bald. & Ang. ff. ſolu. matrim. idem Bald. in l. 1. colum. 3. uerſi. extrà not. quòd nomine fructuum. C. de fruc. & lit. expen. Nico. Neapol. in l. diuortio, in princ. ff. ſolu. matr. Ro. conſ. 70. uiſis themate, colum. ulti. Alexan. in d. l. diuortio. §. ſi uir. col. 3. uerſ. quod autem. Corn. conſi. 243. circa primum, colum. 2. uerſ. uenio ad ſecundum, lib. 3. Socin. conſ. 36. in cauſa Antonij, colum. 4. uerſic. nonò probatur, lib. 4. & Philip. Dec. qui alios citat, conſi. 4. cuius ſuperſcriptio incipit, an augmentum, colum. 2. uerſi. ad hoc facit. Iaco. à S. Georg. in tract. feud. in uerbo, marchio in Italia, col. 2.

*Vtrũ tempus delicti an cõdẽnationis inſpiciẽdum ſit. Qui tẽpus ſententiæ inſpici dicunt.*

22 Et ſanè hanc quęſtionem noſtram in ſpecie poſuit Hieron. Cagn. in repe. l. 2. in 23. q. C. de pact. inter empt. ubi primùm dicit uideri pertinere ad uenditorem, qui redemit ante ſententiam, ex not. per Bar. in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci. Et mox ſubdit hanc rem decidi ex ſcriptis Alex. in d. l. diuortio. §. ſi fundum, colum. ult. ff. ſol. mat. ubi contrarium uidetur decidere. nec aliud dicit Cagno. Tu igitur dic, hanc eſſe communem opin. ut inſpiciatur tempus delicti, non ſententiæ, ut ſcilicet mulcta ad eum pertineat, cuius erant fructus tempore delicti, licet poſt tempus ipſius condemnatio ſecuta ſit. Ita enim uoluerunt Pet. Cy. & Bald. in l. ult. ff. de iuriſd. om. iudi. Bal. & Ro. in d. l. diuortio, & ibi quoque Alexan. in §. ſi fundum, colum. ult. & Ang. in l. ſi poſſeſſor. §. 1. ff. de petit. hæred. Pet. Anch. & Ioan. Ana. in cap. 1. & 2. extrà, ne Præl. uic. ſuas. idem Pet. Anch. in cap. ſi propter, ad fi. de reſcrip. lib. 6. Ro. dum ad alium ſimilem caſum, Cyn. allegat, ubi ſuprà. in l. hæres quandoque, ff. de acquiren. hæred. Mart. Laud. in tract. de fiſco, uerſic. 92. commiſſa. Nico. Milis, in ſuo repertorio, in uerbo, fructus iuriſdictionis. Alexand. conſi. 7. uiſo themate, colum. 2. uerſic. quartò pro hoc facit, lib. 3. Barb. in l. Stichum aut Pamphilum. §. ſtipulatio, colum. 17. uerſic. quærit hìc Rom. ff. de uerbo. obliga. Soc. conſi. 100. in cauſa Baptiſtæ col. 2. uerſicu. confirmari uidetur, lib. 1. & conſi. 70. utrum primò licentiatus, ad fin. lib. 4. Iaſ. in l. more, colum. 5. uerſicu. ult. in quantum iſte tex. ff. de iuriſdict. omn. iudi. & in l. ſi ideò, colum. 1. ad fi. C. de his, quibus ut indig. & Carol. Ruin. 193. uiſa ceſſione, colum. 2. numero 2. lib. 1. Chaſſe. in titu. *des iuſtices.* §. 7. in uerbo, *l'amende*, uerſic. iuxta hanc.

*Illius operationes.*

23 Ratio horum eſt, quia commiſſo ſtatim maleficio, ius eſt quæſitum primo domino. l. quęcunq; actiones. ff. de act. & obl. & l. ſi is qui in puteum. §. ſi poſteà. ff. quod ui aut clàm. Et quoniam tẽpus criminis perpetrati ſpectandum eſt, ad idq; finis trahitur, ut proinde ſciamus, ad quem pertinet mulctę exactio, ſicuti in alijs quoque, in quibus finis habet neceſſariam conſequentiam à principio. l. 3. §. ſcio. ff. de minor. & l. quod ait lex. §. 1. ff. de adult. ubi Bar. not. quòd in delictis initium ſpectandum eſt, ut ſciamus ad quem pertinet punitio. & c. ulti. extrà, de ſenten. excom. ex quo Panormi. no. ad pęnam imponendam inſpiciendum eſſe tempus delicti, non ſententiæ. & allegat pro conc. optimum tex. in l. 1. ff. de pę. ubi & Alber. alios concord. adducit in multis locis ſeparatim. Et quia etiam prima cauſa magis influit in cauſatum, quàm ſecunda. l. ſi filiusfamiliàs. ff. de uerb. obliga. ubi quantum ad acquirendum patri, ſufficit ſtipulationem fuiſſe à filio conceptam durante patria poteſtate, licet ea finita conditio ſtipulationi appoſita euenerit. & eſt ſimilis text. in l. quæ legata, & l. ſequen. ff. de regulis iur. & in l. 2. §. id quoque. ff. de collat. bono. Et quia denique iam à tempore delicti orta eſt obligatio ad pęnam. l. C. de ſenten. paſ. ubi quis ex delicto efficitur ſeruus pęnæ. & l. Imperatores ff. de iure fiſc. ubi quis delinquendo pęnæ ſe ſubdit. & not. gloſſ. in l. 1. §. beſtias. in uerbo, onerari. & ibi Lud. Bol. ff. de poſtul. & eam dicit not. Cæpol. cauſarum crimin. conſil. 9. quidam ex delicto, colum. 1. in fin. Et optimè facit, quod ab Alber. poſt Ricard. traditum eſt in l. leges, colum. ult. uerſicu. ſecunda ſimilis. C. de legib. & facit l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc. per quem ipſe Albe. in l. poſt contractum, colum. ff. de donat. dicit, quòd continuò quàm quis delictum commiſit, incipit obligari fiſco. uide tamen quid poſteà de hoc ſcribit ipſe Alberic. Vide ſententia quæ

Ii poſteà

poſtea ſequitur, potius declarat, quam aliquid noui inducat: quia hoc ipſo quod iudex pronunciat maleficiũ commiſſum, ſtatim ſuccedit pœna iuris ipſo iure. l. 1. §. calumniatoribus, ibi, & quamuis nihil de pœna. ff. ad Turpil. ideoq; hæc ſententia retrotrahitur ad tempus delicti. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt, iuncta gl. loquente de iudice. ff. de teſtam. Et bene facit gl. in l. reſcriptũ, in prin. in uerbo, hypothecas. ff. de pact. quod ex delicto quis ſtatim eſt obligatus fiſco. Ita etiam nam refert & ſequitur Bar. in l. ulti. ff. de iniur. Et alias multas rationes, multaq; ſimilia affert Bar. in d. l. Stichum. §. ſtipulatio, quæ ibi uidere poteris.

24 *Qui contra dicũt, tempus delicti inſpiciendum.*

Svnt tamen qui contrarium tenuerunt, & in his Bald. ſibi contrarius, in d. l. 1. colum. 2. uerſi. modò quæro de quadam. C. de fruct. & lit. expen. Imol. in d. l. diuortio. §. ſi uir in fundo, & ibi quoque Franc. Are. in princ. eius l. col. ult. ea ratione ducti, quod pœna ante ſententiam non dicitur debita fiſco, nec habenti cauſam ab eo. l. ex iudiciorum. ff. de accuſa. & l. ſi qua. et iterum l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam. ff. de uerb. ſigni. & not. Bart. in d. l. aufertur. § fiſcus. Propterea pœna ipſa interim eſt tanquam fructus nondum perceptus, ſed tantùm, ut ita dixerim, ſeminatus. Et ideò ſicut fructus pendentes non pertinent ad fructuarium, ita nec ad primum emptorem fructuum, per l. defuncta. ff. de vſufru. Et hanc quoque ſentẽtiam ſequitur & dicit ſeruari in curijs Delph. Guid. Pap. deci. Delph. 5; 5. Baro quidam, per l. qui explicãdi, ibi, cuius finis in iudicis poteſtate ac motu ſitus eſt. & l. furti. §. ſi autem. ff. de his qui not. infa. & l. cum poſteriori. C. ad S. C. Trebellia. Sequitur item hanc partem Iac. Rebuff. in l. 3. C. de ſuſcep. & arca. lib. 10. & Steph. Bert. conſ. 214. uiſo caſu. li. 2. Niſi, ut dicunt duo poſteriores, pœna eſſet ipſo iure commiſſa.

25 *Qui diſtinguunt.*

Nec deſunt, quoque, qui hanc inter iſtos ſententiarum controuerſiam ita componere nituntur, ut prior opin. procedat in pœnis ordinarijs, certis, ac ſtatutis: poſterior autem in arbitrarijs obtineat, ut ſcilicet in illis inſpiciatur tempus commiſſi delicti, in his ſententiæ: ſecundnm Bart. Ang. Paul. Caſtr. & alios, in l. ſi ſeruum, per illum text. ff. ſi ex nox. cau. aga. & in l. 1. ff. de pœn. Bald. in l. 1. C. an ſer. ex ſuo fac. & Sal. in l. ſi quis Decurio. C. de fal. Sed tu tamen uide alios aliter diſtinguentes, uidelicet Ioan. Ana. in d. c. 1. in fi extrà, ne prel. uic. ſuas. & Alex. in d. l. diuortio, & Bened. in repet. cap. Raynutius. in uerbo, cætera bona, num. 38. de teſta. Et huc pertinet alia noſtrorum controuerſia, ſcilicet utrum bona delinquentis ſint obligata fiſco iam à tempore delicti, an litis conteſtationis, an denique ſententię, de quo uide gl. & omnes Doct. et maximè Alex. in l. reſcriptum. ff. de pact. & in d. l. aufertur. §. fiſcus. ff de iure fiſ. & in l. 1. C. de pœn. fiſca. lib. 10. Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. cum ſimilib.

26 *Quid, ſi cõdemnatio facta fuit ante tempus reuenditionis, ſed exactio poſt eam.*

Sed & illud in dubium reuocari poteſt. Quid enim, ſi condemnatio facta fuit temopre emptoris, ante redemptionem à uenditore factam, ſed executio facta fuit poſt redemptionem ipſam, an nihilominus pertinebit ad emptorem. Quod magis eſt. Nam & in illa ſpecie duorum conductorum, aut aliorum huiuſmodi, dici ſolet, quod ſi commodum iuriſdictionis ſpectabat ad priorem titulo oneroſo, & tempore illius fuit condemnatio, ad eum res ipſa pertinebit, tametſi tempore ſecundi executio facta fuerit, ut per Bald. in l. diuortio, col. ult. ff. de uerb. obl. Si uerò ex cauſa lucratiua, ad ſecundũ, ut dicit Bar. in l. ſi ſuſceptores noui, C. de ſuſcep. & arca. li. 10. Et eos ita refert. & ſequitur Alex. in d. l. diuortio. §. ſi fundum, ad fin. ff. ſolut. matri. ubi & alia quędam in hoc allegat, quę tu uidere poteris. Et idẽ dici poteſt de retractu municipali.

27 *Alia pulchra q̃ſtio.*

Qvid autem ſi quis interim dum emptor potitur re, pendente tempore facultatis redimendi quiſpiam condemnatur in mulctam, niſi quid fecerit intra duos annos: poſteà uerò ante id tempus uenditor aut conſanguineus redimit, utrum condemnato id non faciente intra illud tempus, ea emenda, (quam uocamus) ſpectabit ad emptorem, an uerò iudicabitur, ac ſi obuenerit poſt reuenditionem, quo ſcilicet tempore ob ceſſationem conditionis mulcta deberi cœpta eſt. Dic inſpici tempus ſententiæ, per id quod in ſimili tradit Bald. in l. 1. C. de nundi. quod in contractu conditionali, quo ad ſolutionem gabellæ, inſpicitur tempus contractus, non conditionis impletæ. quem ita allegat & ſequitur Fran. Aret. qui id dicit ſing. in l. hęres quandoq;, colum. ult. ff. de acqui. hær. & conſil. 11. procedendum eſt, colum. 1. licet Bald. non id mihi dixiſſe uideatur & de hoc alibi diximus, uidelicet ſuprà titu. præce. §. 1. gloſſ. 10. in uerbo, *dedans l'an*, in 8. q. Sed ex hoc tamen potes intelligere, quod ſi eo tempore, quo emptor fruitur re, aliquis ſub conditione emerit fundum, ex quo debentur laudimia domino rei emptæ ſub pacto reuenditionis, & poſt reuenditionem conditio impleta fuerit, debentur omninò ea laudimia emptori. At id ex hoc pendere uidetur, an & quomodo & quando conditio retrotrahitur ad tempus contractus, nec ne. de quo uide l. qui balneum, & l. qui potior. ff. qui po. in pig. hab. & utrobique not. per DD. *Cui autem dẽtur laudimia in illo caſu.*

28 *Quęſtio alibi deciſa*

Et quia hęc conſuetudo loquitur, cùm emptor ſpontè admittit uenditorem offerentem, quid ſi renuit eum admittere? ideoq; in ius uocatur à venditore, & tandem uictus eſt & condemnatus reuendere? à quo tempore fructus reſtituet, utrum à tempore moræ, an cõſignationis, an denique litis conteſtatæ? Ego de hac re nuncupatim ſcripſi ſuprà eod. §. gl. 2. in uerbo, *qui ſont eſcheuz*. nu. 4. ſed ut ad caſum, & ſeq. & ti. pręced. §. 15. gl. in uerbo, *depuis la litis conteſtation*, num. 15. ſed quia hęc noſtra, & ſequen.

29 *Quid, ſi emptor fundum non coluit eo anno, quo is redimitur.*

Nec interim illud omittam, quia hìc dicitur quod in utroque retractu fructus anni ipſius retractus diuiduntur inter uenditorem ſiue conſanguineum, & emptorem, quid igitur, ſi emptor eo anno fundum non coluit, eiuſq; rei faciendæ tempus omnino tranſijt, ita ut nullus fructus eo anno percipi poſſit. utrum emptor teneatur in id quod intereſt uenditoris uel cõſanguinei fundum fuiſſe cultum. Vide text. in l. uenditor ex hæreditate, uerſic. at cùm hereditas. ff. de hære. uel act. uend. l. uenditor. ff. de act. emp. & l. ſi quod poſſeſſor. §. ſicut. ff. de pet. hær. & l. ſi mora. ff. ſol. mat. & ubique no. per DD. præſertim Pau. Caſt. in poſtremo loco, tum poſt princ. tum colum. 2. in 2. oppo. & omnino Bart. in l. ſi ſeruum, in prin. ff. de uerb. obli. et Bal. in traditio, in 9. q. C. de act. emp. & Sal. in l. poſt perfectã. C. de act. emp. & Alex. cõſ. 30. viſis ſcriptutis, poſt prin. lib. 2.

30 *Quid, ſi intempeſtiuè coluit.*

Nec tantùm ſi non coluit, ſed & ſi ita intempeſtiuè coluit, ut fundus ex hoc redditus ſit deterior, is tenetur, ut de conductore dicitur in l. ſi merces §. conductor. ff. locati. & quod per eum text. ſcribit Feder. Senen. conſi. 110. caſus talis eſt, Martinus, in fi. colonum dedere fundum colere ſuo quoque tempore, etiam ſi eius anni fructus percipere non debeat ex lege locationis. Quod bene notandum eſt, ne emptor hìc cauſetur, non ſe teneri, quod fundum non coluit, aut non ſuo tempore coluit, quod ſciret uenditorem aut conſaguineum redempturum, & ita non percepturum fructus eius annni, ſaltem integros.

31 *Quid de fructibus ſyluæ cæduæ.*

Et ille quidem locus nobis offert aliam hanc dubitationem. Quid enim ſi in re uendita ſit ſylua cędua, quæ non niſi decimo quoquo anno cæditur ex more regionis, & is annus quo fit reuẽditio, qui fortè eſt primus uel ſecundus à uenditione, eſt decimus, à poſtrema exciſione huius ſyluæ, ideoq; & hoc anno excidi debet: an emptor habebit fructus eius exciſionis ꝑ rata huius anni, quo fit reuenditio & exciſio, an pro rata decem annorum tantùm? Et ſanè Feder. Senen. d. conſ. 110. in caſu non admodum abſimili, dicit inſpiciendum eſſe vniuerſum tempus decem illorum, vt ſcilicet pro vno anno habeantur per d. l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolu. mat. vbi eſt optimus tex. ibi, & in pluribus annis idem dici poteſt, vt in ſylua cædua. & eum ad hoc no. omnes DD. ibi, præſertim Alexan. & Iaſ. qui citant & commendant dictum Bal. in l. æde, (ita enim legendum eſt, nõ ædem, vt ſæpius, ni fallor, admonuimus) col. 2. verſic. & quæro quomodo. C. de loca. qui per d. §. quod in anno, intelligit l. 2. C. de iure emphy. quæ priuat emphyteutam ceſſantem triẽnio à ſolutione, vt ſi vnus fructus ſit in quolibet luſtro, neceſſe ſit ceſſare tribus luſtris, quaſi vnum luſtrum habeatur pro vno anno. Idq́ue reputat Iaſ. ſing. vti etiam facit in d. l. 2. colum. 2. in 4. no. de iure emphy. & in Auth. qui rem, colum. 3. verſ. ſecundò limita. C. de ſacroſan. eccl. & Catel. Cotta, memor. emphyteuta priuati, in 1. decla. Et vide glo. in l. 1. §. cumq; ex ſtipulatu. in verbo, temporis portione, in fin. & ibi Doct. C. de rei vxo. act. & tex. in l. ſi ſic. ff. quemad. ſer. amit. atque etiam Nicól. Boer. in conſuetu. Bitur. tit. de conſuetu. feud. §. 5. poſt medium.



32 *Pulchra quæſtio ſuper fructibus.*

Nec illud quoque omiſerim, quia hìc dicitur, fructus pendentes diuidendos inter emptorem & venditorem retrahentem pro rata temporis, alibi autem diximus emptorem reſtituere debere frnctus à ſe perceptos ab oblatione, aut (vt alij volunt) conſignatione & depoſitione, vt videre licet ſuprà eod. §. glo. 2. num. 4. & ſeq. vtrum igitur ſi emptor non admiſit venditorem volentem retrahere, & lis ſuper hoc orta eſt, an in condemnatione fructuum debeat haberi ratio temporis pręcedentis oblationem, ſiue litem ſuper ea re ortam: an verò integros debeat emptor cõdemnari reſtituere. Vide quod in ſimili tractauimus ſuprà titu. præcedenti. §. 15. glo. 2. in verbo, *depuis la litis conteſtation*, nu. 21. eodemq́ue vlt.

### *PAR SA MAIN.*

### PER SEIPSVM. GLO. V.

1 *An emptor poſt reuẽditionem poſſit retinere rem, donec perceperit fructus pro rata. Et quid ſi fructus ſunt maturi tempore reuenditionis.*

Ex hoc igitur vides, quòd emptor poſt reuenditionem maneat in poſſeſſione rei, donec fructus pro rata collegerit. Quãuis de iure potuiſſet videri contrarium, ut de fundo dotali, cuius fructus etiam pro rata temporis diuiduntur, ſcribitur in l. diuortio, in prin. & l. fructus. ff. ſol. ma. & iterum in d. l. diuortio. §. interdum, ubi nihil retinet ex eo fundo dotali, facto diuortio ob fructus pẽdentes, ſed mulier ei tantùm cauet de ipſis fructibus, pro rata ipſius portione. Niſi tamẽ fructus eſſent maturi tẽpore diuortij. Tunc enim maritus non tenetur fundum reſtituere, niſi prius collectis fructibus, ut dicit glo. no. ibi, in verb. reddat. uerſic. item quid facto. quam ſequuntur ibi Bart. Bald. qui eam dicit no. Ang. & Iaſ. Et ita hìc fieret, niſi conſuetudo aliter ſtatuiſſet.

### *SVPPOSE QV'IL N'EN AIT IOVY PAR AN ET IOVR.*

### LICET PER ANNVM ET DIEM non poſſederit, Glo. VI.

1 *Emptor poſt redemptionẽ poteſt intentare poſſeſſorium pro fructibus, licet per annum nõ poſſederit.*

Hoc ideò, quia utitur acceſſione uenditoris ad inducendam præſcriptionem temporis. l. dolia. §. eum qui. ff. de contrah. emp. & l. Pomponius. §. pręterea. ff. de acq. poſ. & l. 2. §. emptori. ff. pro empto. ubi ita ſcribitur. Emptori tempus uenditoris ad uſucapionem procedit. cum alijs concord. adductis à glo. in d. §. eum qui. Et uide quæ ſcripſi ſuprà titu. præcedenti. §. 2. in gl. 1. in prin. rurſumq́ue in fi. eiuſdem titu. in 7. quæſtio. & quæ dicam infrà, in fin. huius titu. in 22. quæſt.

## §. SEXTVS.

Qvand aucun à donnè grace de retraict par conuenance, & en icelle grace ou conuenance n'eſt faicte mention quelle choſe, ou ſomme, on doit payer ou bailler pour le dict retraict, c'eſt à intendre que lon doit payer & bailler pour iceluy retraict le ſort & pris contenu au contract a de la vendition, auecques les arrierages, qui en ſont eſcheuz & deuz, quand la dicte vendition eſt de rente, comme dict eſt. Et en cas de refuz du dict retraict doit lon cõſigner iceux arrierages auecques le ſort. Et auſsi celuy qui faict le dict retraict eſt tenu de payer les loyaux couſtemens. b Mais il n'eſt pas tenu de les conſigner.

*Cvm quis alteri rei redimendæ ex pacto facultatem fecerit, nec in pacto expreſſum ſit, quanti ea res debeat redimi, tenebitur retrahens ad ſolutionem ſortis ſiue precij in contractu uenditionis* a *expreſſi, vnà cum reliquijs, quarum ſolutionis dies ceſſit, ſi de penſionis uenditione agatur. Debentq́; emptore retractum recuſante huiuſmodi reliquiæ conſignari unà cum ſorte. Atque etiam tenetur retrahens legitimas impenſas refundere, non tamen eas conſignare.* b

### *LE SORT ET PRIS CONTENV AV CONTRACT.*

### SORTIS SIVE PRECII IN CONtractu uenditionis expreſſi, Glo. I.

1 *An uenditor, redimẽs, teneatur reddere preciũ primæ uenditionis, an aliud.*

Vtrvm id uerum ſit de iure, ut ſcilicet intelligatur de precio uenditionis, an de iuſto rei precio, an denique de eo, quod ab alio reperiri poteſt, uide Hierony. Cagno. in repet. l. 2. colum. 7. in 8. not. C. de pact. inter empt. & quæ ſcripſimus ſuprà titu. præceden. §. primo, in uerbo, *le pris que la choſe aurà couſtè*, quæ eſt gl. 18. in princi. & iterum hoc eo. ti. §. 1. in uerbo, *& pour tel pris que accordè eſt entre ceux*, quæ eſt glo. 3. nu. 2.

### *LES LOYAVX COVSTEMENS.*

### IMPENSAS LEGITIMAS, GLO. II.

1 *An uenditor redimens, teneatur reſtituere gabellã ab emptore ſolutam.*

Qvid igitur, ſi is ſoluit gabellam, quæ fortè ex ſtatuto debetur ratione cõtractus emptionis, & quam ipſe emptor debet ſoluere, non uenditor. l. debet, in fi. ff. de ædil. edict. & uoluit Bald. in l. ſi precium, colum. 2. uerſi. ſed nunquid redhibitione facta. C. de ædil. act. cum multis concordan. à me adductis ſuprà titu. omnium noſtrarum conſuetudinum. 2. §. 1. qui eſt omnium eiuſdem uolu. 14. in uerbo, *ſe prennent ſur l'achepteur*. Vtrum uenditor redimens tenebitur reddere emptori. Quod non uidetur, cùm id onus ad eum ſpectet, ut diximus. Ideò nec repetere

 poteſt,

poteſt, ſi ſoluerit: exemplo eius quod ſcribitur in l.neq;. ff.de impen.in reb. dotal.fac.vbi maritus ſoluto matrimonio, & dote, ad vxorem reuerſa, non poteſt ab eadem exigere ſtipendium aut tributum ob dotem ipſam præſtitum. Onus enim fructuum hæc impendia ſunt. Et id videtur tenere Cæp.in trac.de Simulatione cõtractuum, in 6.præſumptione, in fi.

2 *De eadem re.* Tv tamen dic contrarium, per d.l.debet, in fi.ff de ædil.edic.vbi ſi redhibeatur res vendita, id quod vectigalis nomine ab emptore datum eſt, ꝙ fortè eum res ſequeretur, dicitur eſſe reſtituendum. Indemnis enim emptor diſcedere debet. [Quod & ibi apertè declarat Cep. in d.trac.num.3.& 4.vide Barto.in l.vbi purè §. vlt.ff.ad Treb.] Et hoc ſatis patet ex ijs quæ latè diximus in titu. præced.§.29.in gl.2.quæ eſt in verb. *& autres ſemblables*, vbi etiam diſſeruimus, vtrum conſanguineus retrahens vi conſuetudinis teneatur reddere gabellam ab emptore ſolutam. Et quanquam Cæp.in d.tract.de Simul.con tra] vbi ſuprà, eam l.debet, ita dicit ſtatuiſſe, quoniam ibi contractus reſoluitur culpa venditoris, qui ſcilicet rem morboſam vendidit, ſecùs verò hic eſſe, ubi res (inquit) reſoluitur uoluntate utriuſque, tamen ſatis eſt, ſi emptor in nulla culpa ſit, ut indemnis diſcedere debeat, iuxta eam l. [Et facit quod ſcribit Bar.in l.quantitas, per eum tex.ff.ad l.Falci.]

3 *An & laudimia.* Sed quid de laudimijs? Et certè, ſi ea debentur domino ex huiuſmodi uenditione, facta cum pacto de reuendendo, interim ante tempus facultatis tranſactum, ea emptor recuperabit, quemadmodũ & gabellam quæ debetur ex contractu, ut diximus. Nam & ſi conſanguineus retrahit, debet etiam reſtituere eadem laudimia ſoluta ab emptore. Si autem ea non debentur, ſed emptor ſua ſponte domino ſoluerit, repetere non poterit, per d. l.debet.ff.de ædil.edic. [ubi Cep.expreſsè dicit per eum tex.quòd ubi res uẽdita redhibetur uel euincitur, debet emptori reſtitui non ſolùm precium, ſed etiam laudimium, quod debetur domino directo, & dicit fortè illum caſum non reperiri alibi.

4 *An laudimia debeãtur ex uẽditione facta cũ pacto legis cõmiſſ. vel addict. in diẽ, ſi vẽditio reſoluatur.* Sed dubium eſt, an debeantur in hoc caſu uenditionis factæ cum pacto de reuendendo, pendente tempore facultatis, & antequam res uendita fuerit irreuocabiliter facta ipſius emptoris. Et illud quidem planum eſt, ex uenditione facta cum pacto legis commiſſoriæ uel addictionis in diem, non deberi laudimia, donec uenditio pura aut irreſolubilis maneat, ut per Pet.Iac.in ti.de act. in rem pro re emphy.nec cecidit in commiſſum, col.8. uerſ.item ſi ex pacto.& iterum colum.15.uerſ.quartò in omni tranſlatione.& Gui.Pap.deci. Delph 48. eſt etiam aduertendum, cum alijs multis concor.à me obiter adductis inferius in hac eadem quæſtione.& nemo in hoc diſcordat, quia & huiuſmodi pacta in ipſo contractu appoſita uerbis directis ipſo iure contractum reſoluunt, faciuntq; haberi pro infecto.glo.& Doct.in l.ab emptione.ff.de pac.de quo nos latè diximus in §.1.huius tit.in uerbo, *feront preferés*.

5 *An autẽ ex uẽditione facta cum hoc pacto. Conſuetudines de ea re.* Sed hic quærimus de noſtro pacto reuenditionis. Quod tamen ut clarius Lectores intelligant, & nos de alijs quoque pactis reſoluentibus tranſeunter tractabimus. In quo primùm ſcire debes diuerſas eſſe Galliæ de hac re conſuetudines. Nam apud Turonenſes, titu. *de r'achaptz & ventes*, cap.16.ſi facultas redimendi durat ad nouem annos tantùm, non debentur laudimia tantiſper, dum id tempus durat. At ſi ad prolixius tempus, aut ſimpliciter ſine præfinitione temporis data fuerit hæc facultas, debentur. Et idem propè Cenomanenſes, cap.178.& iterum cap.372. Andegauenſes, c.362.atque Bleſenſes, cap.82.atque iterum cap.116.ubi id intelligitur, cùm ea facultas apponitur in ipſo inſtrumento uenditionis. At apud eoſdem Turonenſes eiuſdem titu.cap. 17.ſi contractus fuerit à partibus reſolutus ante poſſeſſionem rei datam aut acceptam, nõ debentur laudimia. Apud Melodunenſes, c.131. ſi facultas redimendi ſit ad tempus duorum annorum, aut aliud prolixius, debentur laudimia ex uenditione facta cum ea facultate. Et ſi res fuit redempta intra quinq; annos præſtitutos in ipſo inſtrumento, non debentur ex redemptione. At c.193.ſi contrahentes mutuo conſenſu diſcedunt à uenditione, antequàm uenditor ſeſe uendita re abdicarit in manibus patroni clientelarij, non debentur laudimia. Apud Senonenſes, capit.197.& cap.231.ſi ſtatim poſt uenditionem contrahentes diſcedunt ab ipſo contractu ante traditionem rei, & fidei erga dominum dimiſſionem in rebus feudalibus, aut antequàm ex loco retractus abeant in rebus cenſualibus, non debentur laudimia, niſi de uenditione confectum fuerit inſtrumentum. Poſteà autem cap. 233. cùm huiuſmodi res cenſuales uenduntur cum pacto de reuendendo, debentur laudimia ex ea uenditione, ſed cùm poſteà intra tempus facultatis redimuntur, nõ debentur ex redemptione, niſi in certo caſu, ut ibi uidere licet. Sed & poſteà c.243, idem ſtatuitur, niſi quòd expreſſim loquitur de huiuſmodi pacto reuendendi intra duos aut tres annos: quaſi ſentiat ſi ſit longioris temporis, deberi laudimia & ex redemptione quoque. Et ſic uidetur limitare præcedentẽ conſuetudinem. Apud Trecenſes, cap.34.ſi res fuerit uendita cum pacto redimendi intra tres annos, & intra id tempus redempta fuerit, nulla debentur domino laudimia. Et idem apud Vitriacenſes, cap.32. At redeundo ad Trecenſes, cap.77.ſi contrahentes poſt conſenſum contractui præſtitutum ſponte diſcedunt à contractu antequam ab eodem loco diſcedant, atque etiam antequam inſtrumentum uenditionis fuerit confectum, nulla debentur laudimia. Apud Carnutenſes in certis locis res uendita cum huiuſmodi pacto redimendi intra tres aut quinque annos, non eſt obnoxia laudimijs, donec tempus redimendi durat. In alijs autem locis debentur laudimia ex prima uenditione facta cum huiuſmodi pacto ſimpliciter, non etiam ex redemptione, ut ſcribitur cap. 17.& cap.21.& cap.47. Idemque quod in poſteriore loco, ſtatuitur apud Aurelianenſes, cap.76 & cap.110.quæ loca ita tráſilijt interpres alioquin eruditus, quaſi nihil habeant ſcrupuli. Sed & cap.113.ſi antequam precium rei cenſualis ſolutum fuerit, partes diſcedunt, debetur vnum tantum laudimium. Idemque in hoc poſtremo apud Dunenſes, cap.43. Sed & apud Auernienſes, tit.16. qui eſt, *des achaptz, lotz & ventes*. c.11. Si res redimatur ex pacto redimendi in contractu appoſito, debentur laudimia ex priore uenditione, non ex reuenditione. Ad ſi id pactum fuerit appoſitum ex interuallo, debentur ex utraque. Apud Borbonienſes, cap.397.ſi emptor ante apprehenſam poſſeſſionem rei uenditæ, diſcedit ab emptione, ex cauſa rationabili, puta quia imminet euictio, aut alia ſimili, non debentur laudimia. At ſi ſine cauſa rationabili, ſed ſponte, & ex mera uoluntate contrahentium diſcedunt, debentur. Et capitulo 406. ſi res redimatur ex pacto reuendendi in contractu appoſito, aut poſteà prorogato intra primum tempus, non debentur laudimia ex redemptione, ſed tantùm ex priori uenditione. Quòd ſi redemptio fiat poſt tempus appoſitum in contractu, aut ex pacto non in ipſo contractu appoſito, ſed ex interuallo, debetur laudimia ex utraque. Apud Sanctones Angeriacos, capitulo 29.ex uenditione facta cum reuendendi pacto debentur laudimia, nec aliquid dicitur de reuenditione. Apud Burdigalenſes, capitulo 96.ſi pactum redimendi durat tantùm quinquennium, re redempta intra id tempus, non debentur laudimia, & ex ea uenditione: non redempta, debentur. Si uerò excedat id tempus, ſtatim debentur laudimia ex uenditione, ex redemptione autem non debentur. At quod in initio dictum eſt, intelligitur cùm id pactum



pactum appoſitum eſt in eodem contractu, quòd ſi ſeorſum factum eſt, ſtatim debentur laudimia ex ea venditione. Apud Valeſienſes, tit.1.§.17.confeſtim quàm venditio facta fuerit, laudimia debentur domino, etiamſi contrahentes poſteaquàm ad alium locum diuerterint, ſua ſponte à contractu diſceſſerint.

6 *De eadem re.* Nvnc tempus eſt, vt & noſtrorum legum interpretum ſententias in hanc rem afferamus, & tandem quid de ea ſentiamus, proferamus. Primùm igitur, ſi contractus reſcinditur, aut ab eo diſceditur, quia ab initio nullus erat, aut retro & ab initio nullus fuiſſe fingitur: & tunc non debentur laudimia, nec gabella, quam vocant, ex eo contractu Bald.in l.ult.§.ſed quia noſtra, colum.1. verſ.quærit hic, & ibi quoque Alber.in verſ.item adducitur, vbi loquitur de retractu municipali. Ioan. Fab.in verbo, irritum. Pau.Caſtr.colum.2.verſic.ſed tunc quid addit.& Corne. colum. vlt.C.commu.de leg.idem Fab. in l.1.C.quan.lic.ab emp diſce.vbi dicit, quòd ſi contractus iudicetur nullus ex aliqua præcedenti cauſa, ex eo non debentur laudimia.cum alijs multis concord.à me adductis ſuprà titu.præceden.§.1.glo.2.in verbo, *à vendu*, nume.7.ſed alia tantùm.& vix comperies, quæ huic ſententiæ aduerſentur.

7 *De eadem re.* Avt verò ab initio valet contractus, qui poſteà diſſoluitur, vel reſcinditur, & hic eſt magnus noſtrorum conflictus, vtrum debeantur laudimia ex prima venditione, quæ diſſoluta eſt, & an ex diſſolutione quoque? Pet. Iacob. in titu. de actione in rem pro re emphyteutica, colum.15.verſ.ſecùs in pacto redẽptionis, dicit quòd licet ex retranslatione, quę fit ex pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, non debeantur laudimia, cùm ipſo iure fiat, vt eſt ſuprà ex eodem diximus: tamen ſecùs in ea quæ fit ex pacto reuenditionis, quia ea non fit ipſo iure. Sed fortè (inquit) tunc non poterit dominus rem retinere eodem precio, ſi cùm illud pactum ei denunciaretur non reclamauit, & nihil aliud dicit.

8 *De eadem re.* Alber. poſt Gul Cu.in l.ab emptione, col.3.ff.de pactis. Quid (ait) ſi emphyteuta vendidit rem, & poſteà fuit reſolutus contractus, nunquid dominus debet habere pro reuocatione, tanquam pro duabus vẽditionibus, an tanquam pro vna, quinquageſimam partem precij, ſecundum l.vlt.C.de iure emphy. Et uidetur, quòd pro duabus, quia quando emphyteuta uendit, ſtatim eſt domino ius quæſitum, & quando poſteà retraditur, uidetur alia alienatio.argu.l.ſi duobus.ff.de diuer.& tempo. præſc.& l.2.§.ſi ſub cõditione.& §.ſi in diem.ff.de emp. & l.ſerui nomine. ff.de uſucap. Ergo & pro illa ſecunda debet habere. In contrarium uidetur quòd pro nulla uenditio debeat haberi, quia contractus uidetur, ac ſi nunquam fuiſſet celebratus ut hac l.uerſ. nec quicquam intereſt.& l.1.& 2.C.quand.lic.ab emp diſce. Quòd debet habere ſemel tantùm, ſcilicet cùm reuertitur ad uenditorem, eſt arg.l.ſancimus.C.de Conſul.lib.12. Ipſe autem Gul.dicit, aut reſoluitur uenditio ex conuentione facta ab initio in ipſo contractu, & tunc nihil habet dominus, quia non uidetur mera alienatio, cùm ille nõ habeat irreuocabiliter.l.in diem.ff.de aqua plu.arcen. Imò niſi faciat, quod actum eſt in uenditione, poteſt cõueniri ex prima conuentione quæ præcedit ius domini.ergo ipſe dominus nihil debet habere, argum.l.lex uectigali. ff.de pign.& l.cùm poſt.§.patrona.ff.de iure dot.& l.qui res, circa prin.ff.de ſol. Imò ſi dominus recepiſſet, reddere teneretur: quia recepit ob cauſam, quę ceſſat.l.1.& l.3. §.ſi liber.ff.de condi.cau.dat.& argu. l.ex hoc edicto. §. penul.& ult.ff.de ali.iud.mu.cau.fac.& l.ſi unus §.quod in ſpecie.ff.de pact.& l.cùm pater.§.fidei.ff.de lega.2.& l.cùm quis.§.1.ff.de dot.præleg. Si autem conuentio reſoluendi fuit facta poſt contractum celebratum, tũc aut conuentio fit poſt rem traditam, & dominus debet habere duplicem, quia primus contractus fuit perfectus.l. 2.C.de don.quæ ſub mod.& d.l.cùm pater.§.rogo.& §. fidei.ff.de leg.2. Item de ſecunda reſolutione, quia fit ex noua cauſa, & agitur de noua alienatione, ergo duplices debet habere. argu.l.ſi à me.ff.ad l.Falci.& hoc probat expreſsè hæc l.in fi. Et ita poteſt intelligi d.l.duobus.ff. de diuer.& temp.præſcrip. Si autem conuentio facta fuit ante traditionem, tunc quia non agitur de noua alienatione facienda, ſed de prima diſſoluenda, dominus non habebit niſi ſemel, argu.l.ſi pro fundo. C.de tranſa. Hæc Alb.propè ad uerbum, poſt Gul. Cu.quem etiam ſequi uidetur, dum ſimpliciter ad illum remittit, Iaſ.in l.ult. col.13.uerſ.undecimò quæro.C.de iure emphy.

9 *De eadem re.* Bal. autem in ea ipſa l.ab emptione, col.ult.quærit (ait) hic Gul.ſi ratione contractus debet aliquid ſolui domino, utrum fient duę ſolutiones, quando primum celebratur contractus, & poſteà reſoluitur, uel conſenſu partium caſſatur? Reſpondet ipſe, ꝙ aut reſoluitur ipſo iure per pactum appoſitum ab initio, & tunc nihil debetur domino, quia fingitur non contractum. l.commiſſoriæ. C.de pact.inter emp.cum ſi. Ex hocq; not.Gul.quòd ſi emphyteuta uendit rem emphyteuticam, irrequiſito domino, appoſito pacto legis commiſſorię, vel addictionis in diem, & ex illis pactis contractus reſoluitur, non cadit emphyteuta iure ſuo, nec aliquod ius quæritur domino. Si verò iſtud pactum reſolutiuum non apponitur à principio, ſed poſteà: & tunc quidem aut re integra apponitur, & debetur domino una præſtatio, ratione contractus. ex quo erat ei ius quæſitum.arg.l.ult. ff.de pact. non autem debetur ratione diſtractus. Et ex hoc not. ꝙ debetur gabella fiſco, licet poſteà cõtractus cancelletur de partium uoluntate. Tertius caſus eſt, quando res non eſt integra, & tunc facienda eſt differentia in forma uerborum. Aut enim ſunt concepta per modum nouæ obligationis, & tunc ratione contractuum debentur duæ pręſtationes uel gabellæ, ut hac l.§.illud. Aut per modum reſolutiuum, & tunc non debetur niſi una, ut hac l.uerſ. Ariſtoni, & uer.nec quicquam, & præterea dicit facere d.l.ſi duobus.& d.l.ſi à me.& d.l.ſancimus. Et eadem propè repetit in addit.illius legis.

10 *De eadem re.* Sed & Ang.ibi, col.1.dicit in hac re inſpiciendam eſſe formam uerborũ, quia aut ſunt ordinata ad ueram reſolutionẽ, & tunc quia nunquàm oritur actio, nec per eam initur nouus contractus, ut ibi dicitur, non debet de huiuſmodi reſolutione ſolui gabella, aut laudimiũ, ex ſtatuto diſponẽte ex quolibet contractu ſolui debere. Si autem forma ſit ordinata ad obligandũ, aut retradendum, tunc dicitur quòd ex ea non agitur, niſi ſit talis, ꝙ per eam nouus contractus intelligatur celebratus, & tũc de iſto nouo contractu ſoluetur iterum gabella, ſiue laudimium. Hæc ille ſatis obſcurè. At Pau.Caſtr.ibi multò obſcurius: Pactũ (inquit) reſolutiuum, per quod agitur, ut cõtractus habeatur pro infecto, eſt maioris potentiæ, quàm pactum de non petendo, non tamen habet locum in contractibus, qui ſolo conſenſu cõtrahuntur, & quando omnia ſunt integra uel ſponte reintegratã. Item iſtud pactum reſolutiuum poteſt fieri, uel in continenti, antequàm partes diuertant ad alios actus: & tũc facit uideri contractum non fuiſſe celebratum, ex quo partes nõ habuerunt pro facto & abſoluto: l.contractus. C.de fi.inſt. & arg.l.ſi ita quis.ff de leg.1. Poteſt etiam fieri ex interuallo, & tunc aut ex pacto facto tempore contractus, puta legis commiſſoriæ, uel addictionis in diem, & idem. Aut non fuit actum tempore contractus, ſed fit ex nouo conſenſu, & tunc fingitur nunquàm fuiſſe factum, ſed perinde ac ſi factum non fuiſſet, reſoluitur, & ſic ut ex nunc: ſed in præcedentibus caſibus, ut ex tũc. Sicut quando ex poſtfacto legatum adimitur, quia non fingitur non relictum, ſed dicitur ademptum, ut d.l.ſi ita quis. & l.1.ff.de his quæ in teſt.del. Et iſta (inquit) ſunt magni effectus. Primò enim ſi quæritur, an debeat ſolui gabella,

bella, quæ ex forma ſtatuti ſoluitur pro contractibus. Nam in primis caſibus, quando fingitur non fuiſſe factus, nulla gabella ſoluetur, ſed in vltimo caſu ſoluetur de primo contractu, à quo partes non potuerunt recedere in præiudicium fiſci, cui ius erat quæſitum, d.l.vlt. eod.titu. De reſolutione verò non ſoluitur, quia non eſt contractus, ſed diſtractus: niſi fiat per modum noui contractus, quod poſſet procedere, ſi fuiſſet proceſſum ad traditionem rei venditæ, & poſteà agitur, ut retrahatur & reuendatur venditori pro eodem precio, quod adhuc ſolutum non erat. Nam tunc ſoluetur tam de primo, quàm ſecundo, ſecundum Gul. & Angel. vnde ſunt verba diligenter inſpicienda, an ſonent in nouum contractum, an uerò in reſolutionem primi. Et poſteà eadem dicit obſeruanda, cùm quærimus, an qui vendidit & poſteà reſoluit, cadat re. Et an etiam ſi id fecerit conſenſu domini, debeat ſoluere laudimium ſemel, an bis, an verò omninò non ſoluere. Hactenus ille, cuius, ni fallor, hic ſenſus eſt, Quòd ſi fiat reſolutio contractus (quam is appellat pactum reſolutiuum) antequam partes diuertant ad alios actus nulla laudimia debentur domino. Idem ſi ea fiat ex pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem appoſito tempore contractus. Quòd ſi factum ſit id pactum ex interuallo, & ex eo reſolutio facta ſit, perinde eſt, ac ſi id pactum factum non fuerit. Id eſt, erit tanquam, ſi reſolutio facta fuerit ex interuallo, ſine pacto præcedente. Ideò ex primò contractu debetur laudimium, ex reſolutione autem ipſius non debetur, cùm ſit diſtractus, in quo non habet locum ſtatutum loquens de contractu: niſi ſi huiuſmodi reſolutio fieret per modum noui contractus, id eſt, niſi fieret tanquam alia venditio, non tanquam reſolutio prioris, tunc enim de vtraque deberetur laudimium, ſi fuerit proceſſum ad traditionem ex priori, ideoque opus eſt retraditione. Ex quibus etiam potes intelligere, atque etiam ex ijs, quæ ſuprà ex alijs diximus, inſpiciendam eſſe verborum formam.

Ex ijs autem quæ dicta ſunt, vides, quòd ſi contra-
11 De eodem. ctu perfecto cõtrahentes poſteà eidem renunciant, non nocet fiſco ſiue gabellarijs, quin eis gabella debeatur, quæ ex contractu ſolui iubetur. & idem quoque uoluit Bald. in l. ſi conſtante, colum. 2. per illum tex. C. de don. ante nup. & Ang. in §. quia uerò l. 1. in fi. in Auth. de nup. per tex. ibi, iuncta l. ſi conſtante, in fi ff. ſolu. matrim. & idem Ang. in l. acta, paulò ante fi. & ibi quoque Imol. & Alexan. col. 2. ff. de re iudi. idem Alexan. in l. inſulam. §. ult. ff. ſolu. matrim. Barb. conſi. 43. ſempiterna, colum. 1. lib. 2. & Firmia. in tract. gabel. in 3. patte 8. partis princ. quæſt. 14. ubi id intelligit poſt Ang. & Alexan. in l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pac. niſi in cõtinenti receſſum ſit, id eſt, antequàm partes ad alium actum diuerterint, & Philip. Dec. in l. petens, colum. 2. C. de pact. & Iacobus à S. Georg. in d. §. adeò. in utraque lect. ubi id intelligit, ut diximus, & omnes ubique, uix enim reperies, qui ſint diuerſæ ſententiæ, præter Rom. conſi. 78. licet communi Iure, in fi. & Barb. ſibi contrarium conſ. 14. clementiſſimi, colum. 1. lib. 4. Allegat autem Roma. ad illam ſuam ſententiam Cy. & Bal. in l. ulti. §. ſed quia noſtra. C. commun. de leg. qui id non dicunt. Sed ut iſtos miſſos faciamus, idem de laudimijs, & alijs huiuſmodi iuribus, vt ſcilicet debeantur, etiamſi partes à contractu diſcedant, uoluit Iacob. à S. Georg. in tract. de oper. colum. 9. uerſi. habent etiam: ubi hoc intelligit, niſi incontinenti, id eſt, antequam ad extraneos actus diuertant, diſceſſerint, & Stephan. Bertrand. conſilio 199. uiſo caſu, libro 1. ubi id intelligit, etiamſi ante traditionem rei uenditæ partes diſceſſerint à contractu, & Ferro. in conſuetu. Burdig. titu. de feudis. §. 15. vbi etiam intelligit, niſi incontinenti diſceſſerint. De quo tamen, quantum ad id, vide quæ dicam verſ. ſeq.

Nam, vt ad alios veniamus. Ioan. Fab. in §. 1. Inſtit. 12
de emp. & vendi. de hac re cæterorum obſcuriſſimè lo- De eodem.
quutus eſt, ſed ni fallor, ea eſt ipſius ſententia, deberi domino laudimia ex venditione, etiam ſecuta redemptione, ſiue reuenditione ex pacto appoſito in contractu, niſi ex conſuetudine ipſa laudimia deberentur ob nouam inueſtituram. Nam tunc ſi nondum interuenit inueſtitura, & partes diſceſſerunt à contractu ante traditionem, non debentur laudimia. Et idem, quãtum ad vltimum, propemodum voluit ipſe Faber. in l. 1. C. quando lic. ab emp. diſce. cùm dicit, quòd ſi contrahentes diſceduut à contractu re integra, dominus non habet laudimia: ſecùs ſi rem ſemel tradiderit, per c. 1. tit. quid iuris ſi poſt ali. & l. 1. §. ſi rem. ff. depoſi. At Salyc. in d. l. 1. colum. 2. hæc infit: Quærit gl. quando res fuit tradita, quæ ex conuentione de diſcedẽdo retradi debet, an emptor debeat eodem precio reuendere: & dicit quidem quòd ſic, & malè, quia tunc eſſent duæ emptiones, & non una reſoluta. Quod not. quia primo caſu duæ gabellæ ſoluerentur, ſecundo non. Et eum refert ad verbum Angel. Aret. in §. vlti, colum. 2. verſicu. quid ſi fuit. Inſtitu. quibus modis tol. oblig. niſi quòd poſt ea verba, eodem precio reuendere, hęc addit, vel ſimpliciter, retrodare: & nihil aliud. & ita eum ſequitur. Ange. autem Peruſ. in ea ipſa l. 1. dicit per gl. penul. eius l. quòd ſi vendo rem, & trado tibi, & incontinenti rem mihi reuendis, ſunt duo contractus, & ſecundus reſoluit primum, & de vtroque debetur gabella, ex forma ſtatuti diſponentis de quolibet contractu ſolui gabellam. Poſteà ſubiungit formam practicandi reſolutionem contractus, quando res non eſt integra, ſcilicet quòd contrahentes agant, quòd contractus reſoluatur, & ille cui facta eſt traditio, rem retradat, quo facto contractus reſoluitur nudo conſenſu, & iſta reſolutio non eſt nouus contractus. & ita dicit tenere glo. ibi. Ideoque inquit de iſta reſolutione non ſoluitur gabella ex dicto ſtatuto. Sed an ſaltem ſoluatur pro contractu reſoluto? videtur quòd non, ex quo reſoluitur ipſo iure. & dicit gloſſ. contrarium eſſe uerius, quia negari non poteſt, contractum fuiſſe perfectum, & ſtatim publicano ius fuiſſe acquiſitum, quod abſque eius facto tolli non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regulis iuris.

Caeterum Paul. Caſtr. eodem in loco, primum 13
quidem, colum. 1. hæc dicit: Operatur conſenſus reſolu- De eodem.
tiuus, qui ſit re integra, vt omnis obligatio, tam naturalis, quàm ciuilis orta ex contractu, ipſo iure reſoluatur. Et id ſpeciale eſt in pacto reſolutiuo contractus, qui ſolo conſenſu fuit celebratus. Et hoc uerum eſt, etiamſi ex interuallo poſt primum contractum interuenit. Cùm enim fit ſuper ſubſtantialibus contractus, dicitur ineſſe, etiamſi ex interuallo fiat. l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pactis, non ſic in alijs, vt in eadem l. §. quinimò. Et nota, quòd non ſolùm reſoluto conſenſu reſoluitur contractus, re integra: ſed etiam reformatur, quando ſuper ſubſtantialibus fit, vnde ſi vendidi rem decem, & poſteà re integra agimus, quòd ſit uendita duodecim, cenſetur venditio reformata. & perinde habetur, ac ſi fuiſſet à principio facta pro duodecim, nec erit nouus contractus, ſed idem tamen reformatur: ideò non ſoluitur noua gabella ex ſtatuto diſponente, ut de quolibet contractu ſoluatur gabella, ut eſt Bononiæ, ſed una tantùm, etiamſi ex interuallo facta ſit, ut in dicto §. adeò. De quo dic, vt per Barto. ibi, cuius dicta & nos ſtatim recenſebimus. Sed vt antè redeamus ad Pau. is rurſus in eadem l. 1. colum. 2. nota (inquit) iſtam gloſſ. quòd hæc reſolutio non dicitur nouus contractus, ſed reſolutio primi contractus. Ergo ſi ſtatutum diſponit, ut de quolibet contractu ſoluatur gabella non ſoluetur de iſta reſolutione. Sed an ſoluetur de primo contractu reſoluto, uidetur quòd non: quoniam habetur

pro



pro non facto. Contrarium dic, quia re uera fuit factus, & ſic ſtatim fuit acquiſitum ius fiſco. Quod ergo poſteà partes agunt, non facit vt habeatur pro non facto in præiudicium ipſius, ſed quantum ad ipſos contrahentes. Et hoc ſi reſoluitur ex cauſa uoluntaria, quæ retro non trahitur. l. ult. ff. quæ res pig. oblig. non poſſ. & l. 1. ff. qui potior. in pign. habean. Secùs ſi ex cauſa, quæ retro fingit, ut ſi fuiſſet contractus celebratus ſub conditione, quæ poſteà non extitiſſet: nam haberetur pro non facto, etiam quantum ad fiſcum, ut ex eo non debeat ſolui gabella. argum. l. potior. & l. qui balneum, ff. qui pot. in pigno. hab. Hæc ibi.

14 De eadem re. Igitur vt veniam ad Bart. in d. l. iuriſgentium. §. adeò, hæc ſunt eius uerba: Quæro pro declaratione huius §. utrum ſit uerùm, quòd per pactum appoſitum circa ſubſtantialia contractus, primus contractus renouatus videtur. gloſſ. in l. pacta. ff. de contrahen. empt. dicit quòd ſic, ſi fiat ex interuallo: ſecùs ſi incontinenti. arg. l. nam ad ea. ff. de condi. & demonſtra. Gul. contradicit, quia diſtinctio l. nam ad ea, habet locum in teſtatore tantùm, ex cuius uoluntate tota diſpoſitio pendet: ſecus in contractibus. Hoc placet alia ratione, quia ſuper eodem non poſſunt concurrere duæ emptiones validæ. l. ſi id, quod. ff. de reſcind. vendit. Et ideò inquit) circa hunc articulum dicas, aut pactum ſecundò apponitur cum vno ex pluribus, aut cum eodem. Primo caſu pro parte tantùm receditur, nec contractus in totum renouatur, ut hìc in verſicul. ſed cum duo. Secundo caſu, aut verba non ſunt apta ad renouationem contractus: verbi gratia, rem quam tibi vendidi pro decem, uolo quòd emptam habeas prima emptione, & remitto vel do tibi decem, & non videtur renouatus contractus. Aut uerba ſunt apta ad renouationem contractus, uel ſunt ambigua, quia poſſunt trahi ad vtrumque, & uidetur renouatus contractus, ut hìc, & dict. l. pacta, verſicul. Paulus. ita uidetur tenere gloſſ. & text. innuit infra eodem in l. ſi unus. §. pactus. uerſic. quòd ſi non in totum. & iſta ſunt utilia, ut ſcias, ex quo contractu agatur, & ex quo debet ſolui gabella, utrùm fuerit vna venditio, an plures.

Angel. quoque in d. §. adeò, columna 1. ſcribit,
17 De eadem. quòd id quod dicitur contractus bonæ fidei, ut nudo cõſenſu contrahuntur, ita diſſoluuntur, verum eſt in præiudicium ipſorum contrahentium, non etiam tertij, cui eſſet ius quæſitum ex primo contractu. l. in inſulam, in fi. & l. ſi mulier. coniuncta glo. ff. ſol. matr. & l. ſtipulatio de dote reddenda ff. de iure dot. Et ideò ſi de contractu debet ſolui gabella, ut eſt in ciuitate Peruſij, licet re integra contrahentes diſcedant, nihilominus debet ſolui gabella. & facit optimè l. 1. §. ſi rem. ff. depoſi & id dicit ſatis eſſe de mente Gul. ibi. Sed & Paul. Caſtr. in eodem loco idem dicit, niſi quòd non loquitur de re integra, vt Angelus, intelligitque quando ex interuallo diſcedunt à contractu. Sed ſi, antequàm diuerterent ad alios actus, diſceſſerunt, ſecus: quia tunc contractus non videretur fuiſſe celebratus, cùm eum non habuerunt pro perfecto. argum. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 1. & l. 1. poſt med. ff. de his quæ in teſta. delen. & l. contractus. C. de fide inſtrum. Et hoc ibi omninò ſequitur Alex. niſi quòd loco eius, quod dicit Paul. antequàm partes diuerterent, ipſe Alex. dicit incontinenti, quod quidem, incontinenti, negat intelligi antequàm partes diuerterent, ſed prout not. Doctor. in l. in bonæ fidei. C. de pact. Verùm Iacob. à S. Georg. in tractatu de Roydis ſiue operis, num. 38. & duobus ſequentibus, ſimpliciter ſequitur Paul. Caſtren. ubi ſuprà.

Et vt ad cæteros pergamus, Bald. in l. ſi prædium,
16 colum. 2. uerſic. ſed nunquid redhibitione. C. de ædili.
De eodem. act. dicit, quòd ſi contractus fuerit redhibitus, non tenetur fiſcus reddere gabellam, quam pro eo accepit, ſed tenetur venditor eam reſtituere emptori, qui eam ſoluit, per l. debet. ff. de ædil. edict. At Angel. in dict. l. ſi prædium, è diametro tenet contrarium, nempe emptorem ipſum hoc caſu recuperare vectigal ſiue gabellam, quam ſoluit ex contractu poſteà redhibito & eum ſequitur Firmia. in tractat. gabell. in prima parte 8. partis princip. in 7. quæſtio. Niſi hos intelligas uti puto intelligendos, ſecundum deciſ. ipſius Bald. vt ſcilicet emptor poſſit recuperare vectigal ſiue gabellam à uenditore, non à fiſco ſiue domino. De quo etiam uidebis pleniſſimè per Stephan. Bertrand. conſilio 211. punctus quæſtionis, libro 4. Sed redeundo ad Bal. is in l. quid ergo. §. contrarium, in fi. ff. de contra. iudici. tutel. dicit quòd ſi de quolibet cõtractu debet ſolui gabella, ſoluitur etiam de refutationibus, quæ fiunt per pactum: ſecùs ſi per ſolutionem. & ſequitur Barbat. in l. ſi ita ſtipulatio, colum. prima, ff. de verborum obligat. & Iorda. Bri. in repet. cap. Romana. §. contrahentes, columna 2. in fin. de foro competen. libro 6. Firmia. in eodem tract. gabell. in quinta parte princip. in quinta quæſtio. verſiculo, de contractu uerò. Sed nos de hoc latius diximus in noſtris Legibus connubialibus, in uerbo, *contracter*, in prima quęſtione. Et vt redeamus ad Bal. is conſi. 415. illa ſolennitas, libro ſecundo dicit, quòd ſi tempore contractus fuit actum de eo reſoluendo, reſolutio, quæ fit poſteà, non eſt propriè reſolutio, ſed executio ipſius cõtractus, per l. 3. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſ. & l. 1. in fin. ff. de reb. eorum. Idem conſ. 164. maritus, lib. 5. in ea eſt ſententia, ut quandiu res uendita, aut data in ſolutum, lui poteſt ex pacto oppoſito in contractu, non debeatur gabella, quæ ex ſtatuto iubetur ſolui ob contractum, cùm non ſit pleno iure translata. l. cum manu ſata. §. nemo. ff. de contrah. empt.

Haec ex Bald. Angel. autem in l. ſi hominem. ff. de
vſucap. dicit quòd redhibitio non eſt noua venditio, ſi- 17
ue ea fiat ratione morbi, ſiue ratione pacti reſolutiui ap- De eadem re.
poſiti in contractu. Ideoque de hac redhibitione non ſoluitur noua gabella ex ſtatuto iubente ſolui gabellam ex qualibet venditione. Et idem, ſi fuerit appoſitum pactum legis commiſſoriæ, uel addictionis in diem, uel translationis dominij ipſo iure. Et eum nuncupatim ſequitur Ioan. Plat. in l. ſancimus. colum. 1. C. de conſul. libro 12. Sed ut vides, ij loquuntur de redhibitione, aut alia reſolutione, ut ſcilicet ex ea gabella non debeatur, nihil autem dicunt de priori venditione. Similiter Maſſuer. tit. de empt. §. item in caſu, dicit, quòd uenditor redimens ex pacto redimendi, non tenetur ſoluere ventas, quia non eſt propriè uenditio, ſed reſolutio uenditionis ex cauſa præcedentis contractus, ut dicit. not. à Cyn. in l. vlt. C. de lega. Secùs, quando fit reſolutio ex mera uoluntate emptoris, ut fit quando uir recipit dotem, æſtimatam loco precij, & habet electionem reſtituendi rem uel ęſtimationem, quia hoc caſu & alijs ſimilibus quibus non fit reſolutio de neceſſitate, ſed de voluntate emptoris, uentæ debentur pro utroque contractu. argumen. l. ſi res diſtracta. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. & lex vectigali. ff. de pignor. & quod not. Bart. in l. in concedendo. ff. de aqu. plu. arcen. uoluit allegare in l. in diem, eod. tit. At ut uides etiam Maſſuer. non aperit, an ex primo illo contractu, cùm ſcilicet aliquid uenditur cum huiuſmodi pacto, & poſteà retrahitur, debeantur ventæ. Sed idem apertius declarat in tit. de loca. §. 2. nempe uentas ipſas ſtatim deberi pro prima illa venditione: pro ſecunda autem, videlicet cùm res redimitur: ſecùs, quia ea eſt reſolutiua, & fingitur retro res non fuiſſe vendita. dict. l. ultim. §. ſed quia noſtra. C. commu. de leg & hoc (inquit) verum eſt, ſi pactum reſolutiuum fuerit appoſitum in eodem retractu, quia tunc cenſetur eſſe pars contractus, & non erat uenditor alias venditurus. Idem, ſi fiat incontinenti poſt

Et hoc quidem deciditur ex eo, quod in ſimili traditur contractum, licet in alio inſtrumento, vt ſolet fieri, quia quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cer. pet. & præſumitur præcogitatum. Hæc ille.

18 *De eadem re.* Extat reſponſum Panorm. conſi. 69. videtur primò dicendum, lib. 1. quòd ſi ex ſtatuto debeatur gabella ex ſecundo decreto, & is qui paſſus eſt ſecundum decretum, obtulerit debitum creditori intra annum, & ita bona ſua recuperauerit, ſecundum l. vlt. C. de iure dom. impet. & no. à Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. non debetur gabella ex huiuſmodi ſecundo decreto. Et idem etiam dicit, ſi ab ipſo ſecundo decreto fuerit appellatum, & partes ſuper appellatione compromiſerint in arbitros, qui id decretum infirmauerint. & adhuc multa allegat, quæ ibi videre poteris. & ſequitur Alcia. in l. cepiſſe. ff. de verborum obligationibus. Paul. autem Caſt. in l. 1. colum. 1. C. de pact. inter empt. dicit, quòd ſi contractus reſoluitur ex pacto legis commiſſoriæ, non debetur gabella, quæ à ſtatuto iubetur ſolui de quolibet contractu. Si uerò reſoluitur ex pacto de reuendendo, debetur gabella etiam ex reuenditione, quia eſt nouus contractus, ut dicit nota. à gl. in d. l. 1. C. quan. lic. ab empti. diſced. Idem Pau. in l. Pomponius. §. 1. per tex. ibi, in uerſiculo, præterea. ff. de acquiren. poſ. dicit, quòd reſolutio contractus non tribuit titulum, nec poteſt dici nouus contractus. Ideò ſi ex ſtatuto debet ſolui gabella ex contractu, non ſoluitur ex reſolutione contractus. Quo intelligitur, cùm ea reſolutio fit ex cauſa de præterito, vt ibi: ſecùs, ſi fieret ex noua cauſa, quia tunc ne fiat fraus legi, debet ſolui gabella. & Franc. Aret. ibi, col. 1. in 3. nota. dicit ſe credere id uerum eſſe, ſi eſſet aliqua coniectura fraudis, aliàs id non videtur dicendum, & contrarium (inquit) expreſsè tenet Barto. in d. l. ab emptione. ff. de pac. & in d. l. 1. C. quand. licet ab emp. diſce. Denique idem Pau. conſi. 74. in cauſa mota, col. 3. uerſ. ſed in noſtro caſu, lib. 2. in ea eſt ſententia, ut ſi res uendita fuerit etiam ex interuallo retranslata in uenditorē, non per uiam noui contractus, aut nouæ uenditionis, ſed per viam diſtractus, ſiue reſolutionis ueteris contractus, nō debetur de huiuſmodi reſolutione gabella, quæ debetur de uenditione ex forma ſtatuti, per tex. glo. Bal. in d. l. 1. C. quan. licet ab emp. diſ.

19 *De eadem re.* Nec tandem omittemus, quæ ſcripſit Ioan. Berberius, conſuetudinum Gallicarum periti ſſimus in uiatorio iuris, titu. de locat. colum. penul. uerſ. ultimò ad breuem. Cùm quæritur (inquit) ex quibus alienationibus debeatur laudimium, diſtinguendum eſt: quia aut alienatio fit conditionaliter aut purè. Si conditionaliter, & tunc aut conditio impedit dominij tranſlationem, aut retractat. Primo caſu non debetur laudimium, quia non eſt uera alienatio, per not. in l. ſi hominem. ff. de uſucap. & in l. ubi autem. ff. de in diem. addict. Secundo caſu, quando conditio retractat iam tranſlatum, debetur laudimium, per not. in l. quoties, quæ eſt 2. eod. tit. & per totum. ff. de leg. com. & l. 2. & 3. C. de pact. inter emp. Hæc ille: qui dum allegat d. l. quæ loquitur de hoc noſtro pacto, ut plerique omnes intelligunt, ſatis declarat intelligere ſe, deberi laudimia ex uenditione facta cum hoc pacto, etiā ſi uel illius uenditio retractetur, & etiā ſi conditionalis eſſet hæc uenditio. de quo ſatis diximus ſuprà eod. titu. §. 2. nu. 72. ad decimumſeptimum, & alijs ſeq. Poſtremò Moder. Pariſ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. glo. 5. in 2. q. hanc rem copioſiſſimè diſputat. & in ſumma, hæc eſt illius ſententia, ut ſi incontinenti nulla aliorum actuum interpoſitione contrahentes diſcedant, etiam re uerè tradita, nullus ſit locus laudimijs uel iuri retentionis. Sed nec ſi diſcedant ex interuallo, re nondum uerè tradita, etiamſi fictè tradita fuerit, niſi dominus præuenerit, aut inceperit ſuo iure uti, quod quando dicatur fieri declarat ibi, num. 19. & ſequen. Sed & idem eiuſmodi titu. §. 22. in 2. 3. & 4. quæſt. alia multa dicit, quæ tu uidere poteris. Multa quoque Do. Boer. deciſ. 184. & per ſuprà dicta, quem uidere poteris: uix enim intelligo eius ſententiam.

20 *Deciſ. quæſtionis principalis.* Hactenvs DD. ſententias ſigillatim recenſuimus: nunc tempus eſt, ut ſummatim dicamus, quid de his & nos ſentiamus. Et certè ſi ab emptione diſceditur, quia ab initio contractus nullus erat, non debentur laudimia, de quo ultra ſuprà dicta, uide quæ ſcripſimus ſuprà titu. præceden. §. 1. gloſſ. 2. in uerbo, *à uendu*, num. 7. ſed alia tantùm, & ſeq. Idem, ſi contractus reſoluitur ex pacto legis commiſſoriæ, uel addictionis in diem, uerbis directis in contractu, uel incontinenti poſt appoſito. Pro quo etiam uide quæ diximus ſuprà hoc eodem titu. §. 1. glo. 7. in uerbo, *ſeront preferés*, num 3. 4. 5. 16. & 17. Si autem ſoluitur ex pacto de reuendendo, etiam in ipſo contractu appoſito, vel confeſtim poſt, vt ineſſe videatur: & tunc debentur laudimia ex prima venditione, vt quæ pura fuerit, non obſtante eo pacto, ob eamque emptor lucratur fructus, poteſtque rem alteri cedere, & dominium transferre. Non enim ex reuenditione, vt etiam vltra prædictos reſpondit Stephanus Bertrand. conſilio 45. pridem de anno, in 2. dubio, lib. 1. vbi & id dicit voluiſſe Belugam in l. vbi autem. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem addictio. & idem quoque voluit Ferre. in conſuetudine Burdigal. titu. de feud. cap. 16. poſt princip. & Modern. Pariſ. in conſuetu. Pariſien. titu. 1. §. 23. nume. 26. Pro quo etiam vide vltra ſuperiora, quæ ſcripſimus ſuprà hoc titu. §. 2. in glo. 1. nume. 34. & hanc partem. & multis ſequentibus in tota ea quæſtione. Si tamen id pactum eſſet appoſitum in contractu verbis directis, nonnihil dubij eſſet, ex ijs quæ diximus ſuprà d. §. 1. gloſſ. 7. numero 14. 15. 16. Verùm ex reuenditione non debentur laudimia, vt quæ ſit ſequela prioris contractus. Si autem diſceditur à venditione ex eo pacto, tunc debentur duplicia laudimia, vna ſcilicet ex priori uenditione, altera ex reuenditione. Hîc enim ſunt duplices venditiones & contractus. Et hæc quidem, cùm ſtatutum diſponit laudimia deberi ex venditione, ſiue ex contractu. Si autem ſtatuat deberi ex alienatione, tunc ſi partes diſcedant à contractu ante rei traditionem, & ſic nondum translato dominio, tunc nulla debentur laudimia: ex ijs quæ vltrà ſuperiora diximus, ſuprà titu. præceden. §. 1. glo. 2. numero 32. quid autem ſi quis vendidit, & multis ſequen.

21 *An uenditor redimēs teneat reddere p̄teritas reliquias cenſuum.* Qvid ſi emptor ſoluit debita fiſcalia, antè contracta à debitore, aut cenſus ſiue vectigalis penſiones præteritas ſiue reliquias (nam & has cogi poteſt ſoluere. l. Imperatores. ff. de publica. & vectiga. vt alibi diximus) an & has venditor, aut conſanguineus redimens vi huius pacti de reuendendo, tenetur reſtituere? Et hoc certè verum eſt, ut in ſimili uoluit, ac reſpondit Bald. conſilio 303. ad euidentiam præmittendum eſt, quòd creditor, in princip. lib. 1. per multa illic allegata, quæ tu uidere poteris.

22 *An quod datum eſt proxenetis.* Sed quid ſi emptor aliquid ſoluerit proxenetis ſiue mediatoribus, an & id reſtitui debet à venditore redimente ex hoc pacto? quod videtur, per l. debet, & ibi gloſſ. nuncupatim de iſtis loquentem. ff. de ædil. edict. Verùm contrarium tenuit Cæpol. in d. l. debet, & in tractatu ſimulationis contractuum, in 6. præſumptione, in fin. Sed tu vide quæ tractauimus, an & hæc reſtitui debent à conſanguineo retrahente ſuprà titu. præcedente. §. 29. glo. 4. in uerbo, *& autres ſemblables*, nume. 8. ſed quæritur, & ſequen.

23 *An preciū ſeruitutis acquiſitarum.* Qvid item, ſi emptor ante hanc reuenditionem, & durante ipſius tempore, acquiſiuerit ſeruitutem prædio ita empto: an venditor aut conſanguineus redimens tenebitur precium illius venditionis ſeruitutis reddere?

in c. ſi



in ca. ſi uaſallus, & quæ ibi ſcribunt Docto. tit. hîc finit. lex, & quæ etiam ſcribuntur ab And. Iſer. Mart. Laud. & Cardin. Alex. in c. 1. §. econtrariò, in fin. tit. de inueſti. de re aliē. fact.

24 *An impenſas inſtrumenti.* Dvbivm autem non eſt, quin impenſæ inſtrumenti venditionis reſtitui debeant: per id quod in ſimili traditur à noſtris, debitorem teneri refundere creditori huiuſmodi impenſas, ut per Bal. & Sal. in l. ult. C. de condi. ex lege. & eundem Bald. in l. non ignorat, col. 2. uerſ. modò ego quæro. & ibi quoq; Sal. col. etiam 2. uerſ. quæro an impenſa. C. de fruct. & lit. expen. & ipſum Bal. in l. eos. §. 1. in 5. no. C. de vſur. ubi diſtinguit, vt ibi per eum. & Guid Pap. ſing. 295. uerſ. ſi factura. Phil. Dec. in Auth. cauſa, nu. 12. C. de ſacroſan. eccl. & in c. cùm dilecta, col. 4. ver. et notandum eſt. extrà, de confir. uti, uel inut. Et ita haud dubiè obſeruamus in utroq; noſtro retractu, atque etiam in retractu feudi, & de retractu municipali eſt cōſuetudo expreſſa ſuprà tit. præced. §. 29. ubi aliquid diximus in gl. 3. Et ex illis, quos ſuprà citauimus, poteris intelligere quod non ſolum refundi debeant ſumptus ipſorum inſtrumētorum, ſed & alij in hoc expenſi, vt emptor ea à notarijs recuperaret.

25 *An emptio ſit ob id ſuſpe.* Sed antequàm hinc digrediamur, illud te ſcire uolui, quòd aduerſus hanc noſtram conſuetudinem, quæ iubet reddi emptori huiuſmodi ſumptus emptionis. Panor. conſil. 76. in præſenti, col. 2. uerſ. quarta coniectura, lib. 1. reponit inter coniecturas, quibus contractus præſumendus eſt vſurarius, hanc ſcilicet, quòd dictum eſt in contractu uenditionis, quod ſi uenditor redimit rem venditam, teneatur emptori reſtituere gabellā, quæ ſoluetur ex huiuſmodi contractu, & reliquos ſumptus notariorum, qui cōtractum receperunt, quaſi (inquit) is emptor nollet ſuſtinere ac ſufferre quippiam ſumptuum, ſed liberè & ſine aliquo onere lucrari fructus. Et eum nuncupatim ſequitur Steph. Bert. loquēs de reſtitutione laudimiorum, & aliorum huiuſmodi ſumptuum, cōſ. 287. cùm præſupponatur, libr. 2. & idem quoque uoluit Cæpo. in tract. ſimulationis contractuum, in 6. præſumpt. Et tamen uidemus ex ſuprà dictis, uenditorem retrahentem ex pacto redimendi, ad hæc omnia teneri, etiā ſi id dictum non ſit. Atque uerendum eſt, ne Pan. Cæpol. & Bertr. nimio huiuſcemodi contractuum odio hæc incogitantes ſcripſerint. Ideoque & idem Bertr. expreſſim, & in hoc ipſo caſu contrarium conſuluit, conſi. 186. vidi proceſſum. num. 4. lib. 2. Negari tamen non poteſt, idipſum expreſſim, ac tam ſtudioſè appoſitum in contractu declarare oſtendereque animum emptoris cupidiorem ac attentiorem ad rem, atque nimis propè anxium ac ſolicitum, ne quid uel tantillum ſibi depereat. *Ita, q̄ ponitur in pacto reuenditionis, ut huiuſmodi impenſæ reſtituātur.*

## §. SEPTIMVS.

En retraict, ſoit conuentionel, ou couſtumier, dont la grace ne ſeroit que à vn an, celuy qui a faict le dict retraict, eſt tenu payer les reparations neceſſaires *a* ſeulement, ſi aucunes en y a eſtè faictes. Et n'eſt point tenu de payer les vtiles reparations, ou autres. Et les pert celuy, qui les aura faictes. Mais en retraict conuentionel & couſtumier, quand il dure plus d'un an, celuy qui vient au retraict, doit payer les reparations neceſſaires, auſſi les vtiles faictes par autoritè de iuſtice ſeulement. Et ſi aucunes autres en fait, il les pert, & demourent au retrayant.

*In quouis retractu aut conuentionali aut municipali, in quo redimendi facultas ultra annum non porrigitur, retrahens tenetur refundere impenſas neceſſarias* a *duntaxat, ſi quæ factæ fuerint: vtiles uerò, aut alias, minimè, ſed eas amittit, qui illas fecerit. Verùm in utroque retractu, cuius facultas ultra annum porrigitur, retrahens tenetur reſtituere impenſas neceſſarias, utiles autem tum demum tantùm, ſi factæ fuerint auctoritate iudicis. Quòd ſi quas alias fecerit, eas amittit, & fiunt retrahentis.*

### *REPARATIONS NECESSAIRES.*

### IMPENSAS NECESSARIAS, GL. I.

1 *Quas qualeſve impēſas reſtituere debeat uenditor redimens.* Qvæ qualeſve impenſæ & meliorationes debent reſtitui re condicta, auocata, redempta, aut aliter recuperata, à bonæ uel malæ fidei poſſeſſore, ſiue is, qui rem recuperat, ſit minor, qui reſtituitur, ſiue alius, uidere poteris in l. intra utile. §. 1. ff. de min. & in l. planè, & l. utiles. ff. de pet. hæred. & in l. in fundo, & ibi gloſ. Bar. latiſſimè, col. 2. & ſeq. & alios. ff. de rei uen. & l. domum. C. eo. tit. & per totum tit. ff. de impen. in re. dot. fac. & l. ſi fine. §. interpoſito. ff. de adminiſt. tut. & l. ſi ſeruos. ff. de pig. act. & l. Imperator. ff. de in diem addi. & l. pen. in princ. ff. locat. & vbique ferè gl. & Doct. & Bal. conſi. 167. Titius uendidit fundum, lib. 1. Paul. Caſt. conſil. 247. in cauſa quæ uertitur Saonę, col. pen. uerſ. uenio ad tertiam concluſionem & conſ. 270. uiſo puncto, col. 2. uerſ. tertio principaliter, lib. 2. Alex. & alios Recentiores, in l. domus. ff. de leg. 1. Docto. in c. ſi uaſallus, ti. hîc finit lex. Benedi. Capra cōſ. 90. fuit quidam, in 2. dubio. Fabia. in tract. de empt. & uend. in 8. q. princ. col. 2. uerſ. tertius effectus.

2 *Conſuetudines de ea re.* Sed quod ad hunc caſum noſtræ conſuetudinis pertinet, quantum ad retractum ſanguineis, uariè conſuetudines Galliæ diſpoſuerunt, ut uidere licet apud Meldenſes, cap. 111. Melodunenſes, c. 41. Senonenſes, ca. 31. Trecenſes, c. 151. Victriacenſes, c. 128. Aurelianenſes, capit. 293. Turonenſes, titulo, *des retraictz*, c. 14. Cenomanenſes, c. 388. Andegauēſes, c. 378. Borbonienſes, c. 430. & c. 481. Bleſenſes, c. 202. Engoliſmenſes, c. 79. Lorrienſes in præfectura Montargij, hoc tit. §. 14. Laudunenſes, & cæteros Veromandienſes, 3. partis tit. 8. §. 18. qui eſt totius illius partis 92. & ſequent. Quid autem ſit de Iure communi, ſtatim dicemus. Quantum autem ad retractum conuentionalem Bald. conſil. 167. in fin. lib. 1. reſpondit, uenditorem redimentem ui pacti de reuendendo, teneri ad melioramenta & impenſas in fundo factas, per d. l. intra utile. §. 1. ff. de minorib. & not. in d. l. domus, de legat. 1. & in l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de condict. indebi. & in l. emptor. ff. de uend. Et idem quoque voluit ipſe Bald. conſi. 303. ad euidentiam præmittendum eſt quod creditor, eod. lib. 1. ubi etiam expreſsè de impenſis utilib. loquitur. & Hier. Cagno. in repet. l. 2. in 34. quæſtio. C. de pact. inter empt. & uend. ubi allegat Bald. conſil. 154. & conſil. 255. quibus in locis nihil de hac re loquitur. Et ad hanc ſententiam bene facit text. in l. imperator. ff. de in diem addi. ubi priori emptori, qui emit cum pacto addictionis in diem, reſtituendum eſt, quod in rem impendit, ſi ea ex eo pacto ab ipſo reuocetur.

Sed & Alb. in d. l. intra utile. §. 1. poſt Iac. Aret. tenet, quòd conſanguineus, qui ex ſtatuto uel conſuetudine retrahit rem uenditam, tenetur refundere impenſas neceſ- 3 *De eadem re.*

ſarias

ſarias & utiles, ab emptore in re uendita factas, Quod & ipſum aſſerit idem Albe. in 1. parte ſtatutorum. queſ. 96. ſed quid ſi emptor. Verùm hæc noſtra conſuetudo hìc diſtinguit, quantum ad utiles, quam ſequi neceſſe eſt, ut interim omittam longiſſimam eius rei diſputationem Ignei, in rep. l. dubium, col. 9. uerſic. pro quo induco, & iterum col. 11. uerſ. ex hoc infero. C. de contrahen. empt. vbi pleniſſimè de ea re diſſerit, et tandem in hoc reſidet, ut emptor à conſanguineo, non niſi neceſſarias & utiles ſimul recuperet, nec ſatis eſſe, ut ſint neceſſariæ, niſi & utiles ſint: per quædam iura, quæ ibi uidere poteris. At Geral. Bago. in ſua diſputatione de retractu, illud cōſtanter tenet, retrahentem teneri ad impenſas neceſſarias, non etiam ad utiles: nec diſtinguit inter facultatem retrahendi annalem, & aliam prolixiorem, uti facit noſtra conſuetudo. Et mouetur quòd retrahens proſpicere debuit rem retrahi poſſe. l. ſi quis domum. ff. loca. Super qua ratione uide quæ latè diximus ſuprà ti. præc. §. 2. gl. 28. in uerb. *le pris que la choſe aura couſté*, num. 41. huic ita reſponderi. Subdit autem Geral. quòd conſuetudo uocans proximum, non imponit ei neceſſitatem, niſi reſtituendi precij: cuius appellatione impenſæ non continentur, nec econtrariò. l. quibus diebus. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Denique ſi emptor (inquit) conſequeretur impenſas utiles, tantas poſſet facere, ut nullus retraheret. Ideò ut fraudibus obuietur, debet ſolùm conſequi neceſſarias: & ita dicit de facto obſeruari. Sed & ijs adde quod ſcribitur in l. vtilium. ff. de impen. in reb. dota. fac. cuius hæc verba ſunt: Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi uoluntate mulieris factæ ſunt, iniquum enim eſſe, compelli mulierem rem uendere, ut impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere non poteſt, quod ſummam habet æquitatis rationem. Hæc ibi, quæ magnum præſtant huic noſtræ conſuetudini argumentum. Hic autem uide D. Boer. deci. 47. & quia ſuprà, ubi & id latè tractat.

4 *An emtor has impenſas recipiet ſine deductione fructuum.*

Tv autem eandem hanc noſtram conſuetudinem, quæ iubet impenſas reſtitui, duodecim modis declarabis. Primò ut emptor, ſiue conſanguineus redimens. has impenſas integras omnino recipiat, ſine deductione fructuum à ſe perceptorum, cùm eo tempore, quo ipſe eoſdem fructus percepit, eſſet dominus, non uenditor, qui retrahit, aut conſanguineus, ex doctrina gloſſ. no. in l. emptor, in uerbo, ſuperfluū, in fin. & ibi Bart. Bal. Ang & alij recentiores. ff. de rei uend. cum multis concord. à me collectis in repet. l. ſi unquam, in uerbo, reuertatur, num. 235. tu tamen in hoc caſu. Sed quibus addere potes Sal. in l. doce. C. de rei uend. Alex. conſil. 154. conſideratis his, poſt medium, libro ſexto, & conſil. 162. uiſis narratis, col. 2. uerſiculo, nec etiam poteſt dici, lib. 7. quibus locis eam gloſſ. dicit ſing. Card. Alex. in ca. 1. tit. de feu. dat. min. ual. Felyn in cap. cùm cauſam, colum. ult. extrà de re iudic. Iaſ. qui & eam dicit ſing. in l. 2. colum. 8. in 7. notab. verſiculo. item adde prædictis. C. de iure emphyteu. Sed hæc tamē intellige (antequam ulterius progrediar) de impenſis quæ ad perpetuam rei ſarturam & utilitatem pertinent. Nam quæ ad fructuum collectionē pertinent, cum fructibus compēſantur, ut dicit Bald. in utroque illo conſ. ſuprà numero 2. allegato, & probatur in l. fructus, & l. diuortio. §. impendia, qui eſt ul. ff. ſolut. mat. & ibi concord. in gloſſ.

*Sed quid de impenſis factis ad fructuū collectionem.*

5 *Quid ſi hę īpēſę ſint adeò magnæ, vt cogatur venditor eam rem relinquere.*

Secvndò declara, ut ita cogatur uenditor aut cōſanguineus impenſas iſtas reddere, ſi non adeò magnæ ſunt, ut cogatur rem relinquere propter earū magnitudinem, & ita carere ſepulchris laribusque auitis, ut dicit tex. not. in l. in fundo. ff. de rei uendic. Cui accedit optimus tex. in l. ſi ſeruos. ff. de pign. act. & facit tex. in dict. l. ſed an ultro §. j. ibi, quid enim ſi eam inſulam. ff. de neg. geſt. & in d. l. utilium. ff. de impē. in re. dot. fac. & in l. impenſæ. §. utiles. ff. de uerb. ſignifi. & in l. 3. §. proinde. ff. de in rem uerſo. & quod tradit Bald. d. conſi. 303. lib. 1. ubi id dicit pertinere ad abritrium boni uiri: nec enim dici impenſas utiles, quæ tanti ſunt, ut uenditor cogatur habere rem pro derelicta. & rurſum, conſi. 372. caſus, uir fundum dotalem. lib. 3. ubi & idem dicit, per d. l. ſi ſeruos, in fin. Et bene facit. quod ſcribit ipſe Bald. conſ. 119. Columbinus, colum. 2. uerſi. ex præmiſſis apparet, libro 1. quòd cùm colonus poſſit repetere expenſas cauſa refectionis & perpetuæ utilitatis factas, habeatque rei retentionem, donec ei de illis ſatisfactum ſit, l. colonus. ff. de ui & ui arma. id tamen intelligēdum eſt, dummodo non nimium oneret dominum: quia quod importabilem ſacrinam imponit, non uidetur utiliter geſtum, per d. l ſed an ultro, ubi ſuprà. Ideoque (inquit) arbitrio boni uiri committitur, inſpecta qualitate rei & perſonarum, per d. l. in fundo. Et quod diximus ſupra ex Geral. Bago. nu. 3. Sed in hoc capite non omittendum, quod in noſtro caſu retractus nuncupatim tradit Alb. in d. l. intra utile. §. 1. ad fi. ubi poſteaquam dixit, quod ſuprà ex eo diximus, ſcilicet retrahentem teneri refundere expenſas utiles & neceſſarias, ſubdit quod ſi emptor in fraudem uolentis retrahere, faceret nimium magnas & oneroſas impenſas, non eas recuperaret, per quaſdam ex ll. ſuprà allegatis. Putatq; cautius utiliusq; eſſe proximiori uolenti retrahere, denunciare emptori, ne quas impenſas faciat, quòd rem uelit retrahere, arg. l. ſi fundum, & ibi per eum no. C. de rei uend. Et idem quoq; dici poteſt in retractu conuentionali.

*Quid ſi uēditor denūciet emptori, ne has impenſas faciat.*

6 *Quid ſi emptor vult eas tollere.*

Tertiò declara, emptorem ex ijs impēſis vtilibus, quas ſine authoritate iudicis fecit & quas ideò repetere non poteſt, poſſe tamen tollere, quæ ſine detrimento rei tolli poſſunt, id eſt, ut non ſit res deterior, quam ſi ab initio factæ non fuiſſent, per text. in l. utiles, in fi. ff. de pet. hæred. & d. l. in fundo, & iterum l. Iulianus, in fin. ff. de rei uend. & d. l. domum. C. eo & d. l. ſi ſine. §. interpoſito, uerſ. idem reſpondit. ff. de admi. tuto. & l. ꝓ voluntarijs. ff. de impen. in re. dot. fac. Niſi tamen retrahens eſſet paratus tantum dare, quantum habiturus eſſet emptor his rebus ablatis, d. l. in fundo, & l. idemq;. §. idemq; ait ſi quid procurator. ff. mand. & per Bald. conſ. 134. quidam emit à Titio, in fin. lib. 5. cum ſim. Nam ut id clariùs intelligas, ſatis eſt, ut retrahens eas reddat in ea æſtimatione, quæ earum rerum foret, ipſis detractis, non quanti ualet ædificium ipſum integrum & incorruptum, ut ſatis declarat d. l. in fundo, in illis uerbis, his rebus ablatis. & ibi id no. Bal. in 3. not. uti etiā facit in c. 1. §. ſi quis de manſo. col. 4. uerſ. extrà quæro. tit. de contro. inueſt. & in ca. 1. §. ſi uaſallus, tit. hìc finit lex Corrad. & in Auth. excipitur, col. 1. uerſ. ego conſului. C. de bonis quæ libe. Iaſ. qui id dicit ſing. in l. 2. col. 8. in 7. not. uerſ. an autem eo caſu. C. de iure emph. Quod tamen quomodo intelligatur, cognoſces ex Corn. conſ. 86. circa primum, in fin. 1. dubij, lib. 4.

*An autem venditor poſſit dare quantum valent, ne tollantur.*

8 *Si emptorē reſtituerit ſine deductiōe impenſarum, an eas poterit repetere.*

Qvartò declara, vt ſi emptor reſtituerit rem integram venditori aut conſanguineo, non deductis aut ſolutis huiuſmodi impenſis neceſſarijs aut vtilibus, factis authoritate iudicis, poſſit tamen eas poſtea condicere, l. quod dicitur neceſſarias. ʃ. ſi dos, ff. de impen. in reb. dot. fac. & d. l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de condi. inde. & d. l. ſi quis rem, ibi Franc. Aret. ff. de. acquir. poſ. & d. l. colonus. ff. de vi & vi arma. iuncta l. in reb. §. poſſunt. ff. commod. & l. dominus horreorum. §. 1. ff. locat. & l. quòd ſi nulla. ff. de leg. 1. & l. neceſſarias in princ. ff. de pig. act. & l. hæres. ff. ad Treb. & Hoſt. in c. 1. in verbo, de ductis impenſis, uerſ. quid ſi creditor, extrà de vſur. & Bald. conſ. 273. A. maritus, col. 2. libr. 3. vbi reſpondit ad l. ſi in area, uerſ. ſed & ſi is. ff. de cond. inde. Super quo etiam vide Cor. conſ. 237. prima facie, col. pen. verſic. ſi autem, lib. 2. & conſil. 143. videtur, col. 3. verſ. eſt amodo eo. lib. 2. & conſ. 280. multitudo, col. 6. verſ. circa quintā

quæ-



quæſtionem lib. 4. Et vide etiam tex. in l. in hoc iudiciū, in princ. ff. com. diuid. & in l. Paulus. ff. de doli mali excep. & ibi concor. in gl. & Cy. Bal. & Sal. in l. ſi quis ſciēs. C. de rei uend. & Pau. Ca. in d. l. diuortio. §. ult. ff. ſol. ma.

8 *An uenditor debeat reſtituere impenſas tantū, an q. ob eas pluris ualet fundus*

Qvintò declara, ut ſi emptor impenderit centum, fundus autem melior ob id factus eſt centum quinquaginta, uenditor aut conſanguineus centum tantùm reddere cogitur, id eſt, tantum, quantum impenſum eſt, non quanti res melior effecta eſt. At ſi è diuerſo impēſæ ſunt centum, melioratio autem fundi quinquaginta, ea tantum quinquaginta reddet, id eſt, id ſolum, quo res locupletior facta eſt, non quod impenſum eſt, per text. not. in d. l. in fundo, in princ. iuncta gloſſ. in uerbo, plus precio, & ibi quoque Bartol. & alij. ff. de rei uend. & Paul. Caſtr. conſ. 270. uiſo puncto ſupraſcripto, col. 3. uerſic. item quod dixi, lib. 2.

9 *Quid ſi è diuerſo minoris ualet fundus Valor æſtimandus reſpectu fructuum magis, quàm rei ipſius.*

Et huc ſpectat, quod in ſimili dicitur, quod res æſtimanda eſt non tam habita ratione valoris ipſius, quàm fructuum ſiue reditus hinc prouenientis, ut in turri, quæ pluris conſtitit, quàm reddat fructuum, l. ſi quos, in illis uerbis, redituum quantitas æſtimetur. & ibi Bart. & Ang. C. de reſcin. uēd. & l. ſi fundus, quæ eſt pen. in prin. ibi, cùm utique pro fructuum modo precium inuenturus ſit. ff. de reb. eor. & l. 2. uerſic. domus uerò. & ibi Io. Plat. in 3. not. uerſ. & nota hìc text. C. de præd. naui. lib. 11. & facit etiā text. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ibi ſecundum reditum eius fundi mercatus ſit. & ibi gl. 1. & Iaſ. in 1. not. ff. de leg. 1. & in l. qui bonis. ff. de ceſ. bono. quem Bar. ibi in princ. dicit ſing. & mirabilem ad hoc ꝙ in exigendo quantum quis facere poſſit, debet haberi ratio fructuum & redituū rei potius quàm ualoris ipſius, & illum quoque textum not. Ang. ibi, & Imol. in l. apud Iulianum. § hęres. ff. de leg. 1. & in l. ſi maritus. ff. ſol. mat. & Iaſ. in l. ſi conſtante, in princ. nu. 150. eo. tit. Et idem quoque uoluit Io. And. in c. cùm cauſa, in glo. 2. de iureiu. & in cap. ſi pluribus. & ibi Pet. Anch. in 2. not. de præb. lib. 6. & Pet. Ferra. tit. forma libel. in cauſa uenditionis, in uerbo, pro precio, col. 2. Sed & huc pertinet quod ſcribit Bal. in l. ult. §. ſin autem legata, ꝑ illum tex. C. de bonis quæ lib. quod domus precioſæ ſūt quodammodo ſteriles, quia reditus earum non reſpondent precio. quem refert Cæpolla in tractatu ſimulationis contractuum, in tertia præſumptione. col. 3. Faciunt deniq;, quæ not. Bar. poſt. gl. in 2. ad fin. & ibi quoque alij. C. de reſcind. uend. & in l. precia rerum §. 1. ff. ad leg. Falc. dum tractant de probatione ęſtimationis rerum, & Alex. cōſ. 21. repetitus, col. 1. lib. 7. Et interim quoque uide tex. in l. perpetua, uerſic. quod ſi res. C. de ſacroſ. eccle. & quod à Plinio Iuniore ſcriptum eſt lib. 6. epiſtolarum, ad Verum. Erat (inquit) cum donarem centum millium nummum, poſtea, decreſcente reditu, etiā pecuniam minuit, quod nunc te curante reparauit.

*Plinius.*

10 *An impenſæ quæ periere ſine culpa emptoris, reſtituendæ ſint.*

Sextò declara, ut ſi emptor fecerit huiuſmodi expenſas utiles & neceſſarias, & hæ poſtea perierint ſine culpa ipſius, poterit tamen eas repetere, d. l. ſed an vltro, §. 1. ff. de negot. geſt. et d. l. ſi neceſſarias, in prin. ff. de pig. act. Paul. Caſt. conſ. 425. ſuper primo quęſito dicendum eſt, in 1. dubio, lib. 1. Et facit quod in ſimili tradit idem Paulus, conſil. 443. uiſo puncto, col. 1. uerſi. ſed huic uidentur obſtare, eo. lib. 1. & Barba. conſ. 71. illud afferam, col. 3. uerſic. idcircò poſito, lib. 1. & quod ſcribitur in l. quid ergo. ʃ. ſufficit. & ibi Nicol. Neapod. ff. de contra. iud. tutel & quod ſcribit gl. in c. cum Apoſtolica, in verbo, profuturum. & ibi etiam Ant. extra de his quæ fiunt à prælat. & quod etiam arg. d. l. ſed an vltro, uoluit gloſſ. ſing. in ſumma 83. diſt. medicum poſſe ægrotum inuitū medicari, & repetere impenſas, & mercedem, etiam ſi is mortuus ſit. Quam ſequitur & dicit ſing. Barb. in Rubr. extrà de ſolut. ante fi. & dicemus plenius in tractatu nobilitatis. Et quod item per eum tex. dicit glo. in l. ex parte, in princ. § obtinuit. ff. fam. herciſ. quam commendat Barb. conſ. 71. illud afferam, col. 3. li 4. Et quod per eundem quoque textum reſpondit Cald. conſil. 5. ſub tit. de rer. permut. ſatis eſſe, cōtractum ab eccleſia factum fuiſſe eo tempore, quod fuit utilis ipſi eccleſiæ, licet poſtea fiat inutilis. Quid autem ſi omnino perierit res, in qua huiuſmodi impenſę factæ ſunt. uide. in l. planè. ff. de petit. hær. & in l. & in totum. ff. de impen. in re dot. fac. & in l. ſiue hęreditaria. ff. de neg. geſt. & in d. l. ſi neceſſarias, & l. 3. §. ſed & ſi ſeruum. ff. de in rem uer. & Bar. in d. l. in fundo, col. 2. uerſ. quæro primò. ff. de rei vend. & quod in ſimili ſcribitur in l. ſi cùm mulier. ff. de do. inter uir. & vxo. & in l. ſi ſeruus. ff. famil. herciſ. & quod tradit Pau. Caſt. d. conſ. 443. col. 1. lib. 1.

*Quid ſi perit res ipſa, in qua factę ſunt.*

11 *Si plures res uēditæ fuerint, an vna in qua impenſæ factæ nō ſunt, retineri p̄t ob alias forte nō liquidas.*

Septimò declara, vt ſi plures res trahantur, & impenſæ & meliorationes in aliquibus tantùm factæ fuerint, in reliquis autem nullæ factæ ſint, & venditor qui redimit, ſoluat integrum precium, & petat eas res, in quibus factæ non ſunt, ſibi tantùm reſtitui, donec impenſæ in cæteris factæ fuerint liquidæ, id iuſtè petit, nec poteſt emptor alias, in quibus nullæ factæ ſunt, retinere: nam una res non poteſt nec debet retineri pro impenſis in alia re factis, per glo. not. in d. l. planè, in uerbo, deducat. & ibi Oldr. Alber. & Ang. ff. de pet. hæred. & Alb. in l. ſi in area, in fi ff. de cond. indeb. Et in id à quibuſdam expenditur l. ſi non ſortem. §. ſi centum, in fin. & ibi not. per Doct. ff. de cond. indeb. Ex quo reſpondit Paul. Caſtren. d. conſ. 270. col. 1. lib. 2. quòd ſententia iudicis, qui condemnauit bona reſtitui ſolutis melioramentis, poteſt mitti executioni in rebus non melioratis, non refuſis expenſis meliorationum in alijs rebus factarum.

12 *De eadem re.*

Ideò autem dixi integrum precium, quia ſi tantùm partem offerret, earum ſcilicet, in quibus impenſæ factę non ſunt, non audiretur, arg. eorum, quæ latè diximus ſuprà tit. præced. §. 23. & quia etiam emptor non tenetur diuidere precium, quod una manu tradidit, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & l. planè. ff. famil. herciſc. & ibi concord. Sed nec affirmo, emptorem teneri reſtituere eas, in quibus impenſę nullę factę ſunt, etiam reſtituto integro precio uenditionis, niſi etiam reſtituantur impenſę non melioratarum, cùm ſint res omnes annexę, atque vno contractu & precio uenditæ, ideoque nec ſeparari nec diſſolui debeant, uti etiam oſtendimus abundantiſſimè in d. §. 23. titul. pręced. pręſertim cùm poſſet contingere, res ipſasælioratas minimi eſſe ualoris & æſtimationis reſpectu aliarum, & ſic cogeretur emptor interim carere rebus optimis, non refuſis integris impenſis. Doctor. autem, quos ſuprà citauimus, pręſertim Paul. nuncupatim loquuntur de rebus prorſus ſeparatis, quaſi aliud ſentiant in connexis, nec huic ſentētiæ quicquam obeſt d. §. ſi centum. & hoc ſatis declarat text. in l. ſi fundus. ʃ. 1. & ibi Bart. & alij. ff. ſol. matr.

13 *An ſi impenſæ non ſint liquidæ, teneatur emptor rem reſtituere pręſtita cautione.*

Octavò declara, ut ſi etiam huiuſmodi impenſæ, quæ reſtitui aut deduci debent, non ſunt liquidæ, tamen non tenetur emptor rem reſtituere præſtita ſibi cautione de illis reſtituendis, cùm erunt liquidæ: ſed tum demum tantùm, cùm hæ ſolutæ fuerint poſt earum liquidationem, per text. in ſimili, in l. cùm ſeruus, in fi. ff. de cond. & demonſtr. & l. item liberatur. §. 1. ff. quibus mod. pig. uel hypo. ſol. l. promiſſor Stichi. ʃ. vlt. ff. de cōſti. pec. & quod in ſimili reſpondit Paul. Caſtr. d. conſil. 270. colum. 2. uerſ. 2. videndum eſt, lib. 2. ubi reſpondet ad d. l. cùm ſeruus, in princ. quę videbatur uelle contrarium. Nec etiam obſtant huic ſententiæ ea, quæ diximus ſuprà tit. præced. §. 1. glo. 19. in verbo, *luy deuement acertené du pris*, num. 2. & ſeq. quia eæ ita loquuntur, ut ſufficiat offerre fideiuſſores in non liquidis, ut quis non ſit in mora, hìc uerò ad hoc non agitur. Et generale eſt, ut res, in quas impenſas fecimus, quarum ratio habenda eſt, per retentionem ſeruare poſſumus, l. creditores. ʃ. 1.

& l.

& l.ſi is qui rem commodaſſet.ff.de fur.ubi & ob id datur actio furti, etiam aduerſus dominum, & utrobique contrarium,in gl. Et faciunt etiam ea, quæ diximus ſuprà tit.pced.§.3.gl.3.in uerbo,*à payer*,nu.14 poſtremò.

14 *An in executione ſẽtentiæ poterit opponi de reſtitutione harũ impenſarum non petitarum ante ſententiam.*

Nonò declara, vt ſi emptor in iudicio retractus nõ allegauerit huiuſmodi impenſas à ſe factas,ideoque iudex,qui illum condẽnauit cedere rem conſanguineo,aut venditori,nihil omnino in ſua ſententia dicit de ijs reparationibus,ſiue impenſis, aut fulturis,tamen emptor ipſe poterit in executione ſententiæ opponere, ne teneatur rei cedere,quin prius ipſi hæc reſtituatur,aut deducatur, quia huiuſmodi exceptio nõ impugnat ſententiam. Spe. tit.de excep. §. poſtremò, verſicu. ſed quid ſi bona fide. Bart.in d.l.in fundo, colum.vlt.ff.de rei vendicat.& in l. Paulus.ff. de doli mali excep. Franc.Rip.in l.vbi purè.§. qui in diſtrahendis, colum. 2. verſ.amplia tertiò.ff.ad S. C.Treb.Et bene facit,quod in ſimili legitur in l.ꝗ ſi poſſeſſor.& ibi Bar.& alij.ff.de petit.hæred.

15 *Sed an tertius emptor id poterit opponere.*

Decimò declara, vt ſi emptor alteri tertio vendiderit(vt poteſt facere,non obſtante iure retractus conſanguinei aut conuentionalis, vt diximus ſæpe ſuperius hicque tertius conuentus fuerit etiam condemnatus, poterit & ipſe in executione ſententiæ opponere de huiuſmodi impenſis à primo emptore factis, per l.in hoc iudicium. §.1. verſ.ſed is qui à me.ff.cõmu.diui.quem tex. ad hoc dicit vnicum Ro. ſing. 174. tu ſcis quòd faciens. & Franc.Rip. quo loco nuper citauimus & vide quod in ſimili diximus.ſuprà tit.præce.§. 12.glo. 1.nu.18.quid igitur,& multis ſeq.

16 *Quid ſi impenſæ factæ fuerint ad mutãdã formã rei.*

Vndecimò declara,vt emptor res impenſas imputet aut repetat,quibus rem meliorem fecit etiam formam agri mutando: verbi gratia, vt ſi in fundo empto vineas inſtituerit,vt in ſimili de cõductore tradit in text. not. & fortè ſing.à nemine tamen in id expenſo, in l.colonus, quæ eſt pen. in princ. ff. locat. Tu tamen hic vide leges,& Doct. à me citatos ſuprà eo.tit.§.3.gloſſ.1.num. 15. tertiò intellige, & ſeq. Sed ita tamen, vt memineris paria eſſe,rem quampiam deſinere in rerum natura eſſe, & eiuſdem formam mutare, l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff ad exhib. vti per eũ tex. voluit Alb. in l.4. §.Cato,col. 4.num.13.ff.de uerb.obl.Et ut idem dicit in l.ſi mihi & Titio,colum.4. num.9. ff.de uerb.obl.mutata forma rei mutatur ſubſtantia, per illum eundem tex.Sed & idem in l.ſed mihi.§. 1. num. 3. ff. cõmo.cùm res mutata forma redditur, etiam meliorata( ut ipſe loquitur)reddita non cenſetur, per multa iura, quæ ibi citat. Bald. autem in illa l. ex ea, not. & Doct vbiq;, formam eſſe, quæ dat eſſe rei.Nam uerba eius l.hæc ſunt,Mutata forma propè interimi ſubſtantiam rei.

17 *Quid ſi uẽditor minꝰ impẽdiſſet ſi impẽſas ipſas feciſſet.*

Dvodecimò & ultimũ declara, ut uenditor uel conſanguineus retrahens teneatur reddere huiuſmodi impendia, etiam ſi ipſe minus fuiſſet impenſurus,ſi is reparationes, ſiue meliorationes, quas uocant, feciſſet,per tex not. & fortè ſing. loquentem de bonæ fidei poſſeſſore,in l.ſi quis alicui,§.impendia.ff.mandati.Quod tamẽ intellige, ſi modo ille non exceſſerit moderatas & ſolitas impenſas,arg.l. properandum.§.& ſi quidem,ibi,expenſas quæ conſueto modo,&c. & iterum §.ſiue autem, ibi, pro ſolitis expẽſis. C. de iud.Et quod uoluit Iacob. Are.in tractatu de expenſis.col.pen.uerſ. ſed quid ſi in lite.& adde hic quæ diximus ſuprà in ſecũda declaratiõe.

*Quid ſi impenſæ ſint immoderatæ.*

18 Sed antequã hinc abeamus, quia hic dicitur, quòd emptor poteſt ſemper repetere impenſas neceſſarias à ſe factas, quid uerò ſi eas non fecerit, & ob id ædes corruerunt, an idem tenebitur, id eſt, an emptor, durante tempore retractus, uel municipalis, uel conuentionalis, teneatur res uenditas ſartas tectas præſtare,& niſi id fecerit, tenetur in id quod intereſt,uide Mod.Pariſ. cõſue. Pariſ.ti.1.gl.8.nu.57.& ſeq.Et uide etiam quæ diximus ſup.in fin.1.tit.in 15.q.

## AD FINEM TOTIVS TIT.

1 *An minor uel curator illius, huiuſmodi pactũ poſſint facere ex interuallo.*

Qvia multa alia nunc occurrunt ad hunc tractatum pertinentia,quibus dicendis aut locus tempeſtiuus non occurrit,aut tunc eorum nõ meminimus, ideò ea nos hìc collocanda per quæſtiones ducimus. Quæro igitur primo, an minor aut tutor uel curator illius poſſit huiuſmodi pactum de reuendendo rem immobilem ab illis emptam facere? Et certè ex interuallo facere non poteſt ſine decreto,ut eſt text. in l.ſi ad reſoluendam.C.de prẹd.minor. nam eum tex.intelligit gl.ibi,in uerbo,emiſiſti,cùm pactum ſit ex interuallo.& facit etiam tex.in l.1.C.quan.decre.op. non eſt.Et in ſimili reſpondit Alex.conſ. 106.ſuper alio dubio,lib. 7. filium familiàs non poſſe ſe ex interuallo obligare ſine conſenſu patris, ad reuendendum rem uenditori reſtituto precio.Quod tamen non admittit D.Boer.deciſ. 182.& per ſuprà d.colum.7.nu.30.& ſeq. Sed ratiò qua mouetur, uidetur procedere in pacto, in ipſo contractu appoſito, quod & ipſe poſtea declerat. Similiterque ſi Prælatus nomine eccleſiæ emerit fundum, non poterit ex interuallo facere pactum de reuendendo, ut tenuit Hier.Cagnol.in rep. l.2.in 10.q. C. de pact.inter empt. Et facit text. in l.apud Celſum. §.in hac. exceptione. ff. de doli except. & quod ſcribit Bar.in l.1.§.ult. ff. de ſtipu.ſeruo. & hoc omnino ſine dubio eſt.Nam cùm ſemel ius ſit quæſitum minori aut eccleſiæ in re immobili, nõ iam illius eſt ab ſe abdicandi id ius ſine decreto, & ita de ſimilibus.

2 *An in ipſo contractu. Tutores, curatores, & alij adminiſtratores poſſunt in ipſo contractu præiudicare ijs, quibus ex eo contractu quęritur.*

Sed quæritur,an ſaltem in ipſo contractu uenditionis poſſit id pactum apponere? Et multis fortaſſe id nõ eſſe dubium videbitur,ob text. in l.contrà. §. ſi filiusfamiliàs,cum l. ſin autem, quæ confeſtim ſequitur. ff. de pact. ubi filius & ſeruus poſſunt ex pacto appoſito in cõtractu nocere patri & domino,cùm eis ex ſua cauſa quęritur. Ex quo not.Bal.quòd is,cui ius quæritur ex contractu, debet illum acceptare cum omnibus ſuis pactis & clauſulis in eo appoſitis. Sed & eum text. Alber.ibi trahit ad hanc ſpeciem. Duo fratres prædicatores conuenerant cum Decano S.Quintini,vt poſſent habere locum ad eccleſiam in parochia illius, dando decimam quolibet anno:ibiq; locum fecerunt, nec tamen volebat magiſter ordinis,ut decima ſolueretur,cauſatus illos fratres non potuiſſe præiudicare ordini. Verùm id iniuſtè denegabat,ut dicit Alber.quia cùm eum contractum pro ſe agnouiſſent, & contra ſe quoque agnoſcere debuerunt. Quin & ex eodem text.not. Ang. quòd tutor, curator, Prẹlatus,& alij adminiſtratores,poſſunt in actu cõtrahendi præiudicare minoribus eccleſiæ,& ijs, quorum adminiſtrationem gerunt, apponendo pacta reſolutiua contractus,ut eſt etiam text.in d. l. apud Celſum. §.in hac exceptione.ff.de doli mali except.quamuis poſtea ex interuallo non poſſent, l.qui Romæ.§. Callimachus ff.de verb.oblig. Et ante eum idem uoluerat Iac. Butr.ibi, nam licet (ait)eccleſia non poſſit rem immobilem alienare ſine ſolennitate : ſi tamen acquiſiuit cum hoc pacto,vt niſi ſoluat integrum precium intra certum tempus,res ſit inempta, certè non ſoluto precio intra id tempus, reſoluitur venditio, & transfertur dominium ſine aliqua ſolennitate, per illum text. & ita illum nuncupatim ſequitur Paul.Caſtr. conſ.318.conſiderandum eſt,col.ult.lib.1.

3 *De eadem re.*

Sed & idem Paul. Caſtr. ſubdubius tamen, & ſibi malè conſtans, in d.§.ſi filiusfamiliàs, dicit ex eo text. quem aſſerit ſing.quòd licet tutor ſine decreto non poſſit alienare rem immobilem pupilli,poteſt tamen, dum pro eo emit, apponere pactum de reuẽdendo, & acquiritur res empta pupillo cum hoc onere & conditione. Et licet ipſe(vt diximus)nonnihil dubitauerit,hanc tamen ſententiam ſequitur Iaſ.ibi in 4.not.& Franc. Curt.iun. conſ.



conſ.146.præſupponitur,col.1.in fin.& conſ. ſeq.contra ea,col.1.& conſ.149.ſacratiſſimę,& c.circa pręmiſſam, col.3.uerſi.confirmantur.Et eam certè confirmat, quod à Bald.ſi is eſt,reſponſum eſt,conſi.414.factum tale eſt, quędam domina, lib,2.quod ſi ſtatutum requirit aliquã ſolennitatem in contractibus minorum, & minor emat cum pacto reſciſſionis contractus, poterit poſtea reſcindere eum contractum ui illius pacti, & ſine ſolennitate, Et idem tenuit Bal. ipſe ( nam haud dubiè ipſe eſt)conſ.ſeq.illa ſolennitas,quia iſta (inquit)reſciſſio eſt executio primi contractus,l.is qui ſine §.ſi ab ignoto.ff. de manumiſſ.& in l.1.in fin.ff.de rebus eor. Attende tamen,quia non declarat,an in primo contractu fuit adhibita ſolennitas.

4 *De eadem re.*

Hvc quoque ſpectat, quòd huiuſmodi pactum de reuendendo eſt pars contractus,ut ex multorum ſententia diximus ſuprà eo.tit.§.1.glo. item 1.num. quoque 1. adeoque pars precij eſt, ut etiam nuncupatim dicit Bal. conſ.485.quidam dominus Braſianus,col.2.uerſ. in contrarium uidetur,lib.1.& Panorm.in c.ad noſtram, col. ult.de empt.& uendit.& in c.in aliquibus,in 2. not. per illum text. de deci. Et generale eſt in omnibus pactis, vt diximus ſuprà in præfat. huius tit.num.21.& id quidem credo. Ideoque & res ita uendita,minoris ueroſimiliter fuit uendita,etiam cùm minoris ualeat,ut etiam latè inibi diximus, & numero præcedenti. Ex quibus ſequitur non licere unam partem ipſius contractus ratam habere aliam irritam:ſed aut totum agnoſcere, aut à toto recedere debere.l.cùm quæritur.ff.de admin.tut. & l.nam abſurdum.ff.de bonis libe.& l. ſi ita ſtipulatio, in fin.ff.de oper. liber. nec enim cenſetur venditor aliter voluiſſe rem vendere, niſi ei ex pacto licuiſſet redimere, vt & in ſimili dicitur in l.fiſtulas.§.1.& ibi Bar.ff.de contrahen.empt.& l.quòd ſi uno. ff. de in diem addict.& l. cùm eiuſdem. ff.de ædil. edict. & l. ſi quis aliam rem.ff. de ſolu. cum alijs multis concord. à me adductis ſuprà tit.proxi.§.23.in glo.1.ferè per totum.

*Aut totũ contractũ agnoſcendum, aut totũ repudiandum.*

5 *De eadem re.*

Facivnt & alia quoque iura, quibus & quod diximus probatur,ſcilicet non licere partem contractus approbare,& partem reprobare, ſed vel totum approbandum cum ſuis qualitatibus & cauſis, aut totum reprobandum, videlicet l. Caius. ff. de manumiſ. ubi ſi Caius ancillam emerit ea lege, ut intra annum manumitteretur,intra id tempus ipſe Caius ſeruus fuit pronunciatus, ea ancilla domino acquiritur, cum ea conditione, cum qua fuit uendita.& l. Iulianus. §.ſi quis colludente. ff.de actio. empt.ubi ſi quis colludẽte procuratore meo ab eo emerit, poteſt agere, vt aut ſtem emptioni, aut ab ea diſcedam,quem tex.dicit ſing.Bal. in l. dolum.C.de peri.& com.rei uẽditæ.Et per eum tex. etiam reſpondit Bal.ipſe cõſ.10.itẽ quod ſi aliquis, in fin.li.2.quod pupillus factus maior debet uel totum eum contractum approbare, qui factus eſt ab eo qui ſe dicebat ipſius tutorem,vel totum reprobare.& idem dicit conſil.30.omnis aſſeſſor,rurſumq; conſi.32.præſupponitur in facto, col. 1.uerſi.item libellus,eod.lib. 2.[Sed & idem per illum ipſum text.conſil.34.in cauſa iſta,paulò ante fin. eo. lib. 2.dicit, quòd contractus non poteſt ratificari, niſi cum ſuis capitulis. ] Sed & facit alius text.in l. cum dos, in prin.& in l.ob res.§.1.ff.de pact.dota.& l.ſi autem,& ibi gl.& Doct.ff.de pact.& l.cũ proponas inter uos. C.eo.ti. & l.cùm fundus.§.ſeruum tuum imprudens,& ibi Alex. & Recentiores.ff.ſi cert.pet.& l. etiam ſi pater.§.1.ff de minoribus.& l.in cauſæ. ff.de procura.& l. Publia.§.ult. ff.depoſi.& l.Iulianus.ff.de manumiſſ.& c.cum olim, & ibi Innoc.extrà de cenſibus.

6 *De eadem re.*

Facit item quod per d.l.ſi autem.ff.de pact. uoluit gloſ.in l.ſeruus,quæ eſt 3.in gloſ. ult.in fin.C. de pactis, ſeruum poſſe ipſo contractu à ſe facto præiudicare domino, licet non ex interuallo. Quam ſequuntur Bart. Bald.qui illam trahit ad monachum. Franc.Aret.& Iac. à S.Geor.ibi,& ipſe Bal.qui illam dicit ſing.in ſua marga.in uerbo,contractus,col.2.uerſic.contractus alterius, ubi etiam dicit ſing.tex.in d.l. Caius Et quod etiam per quædam ex dictis iuribus ſcribit ipſe Bald.in l.obſeruare.§.poſt hæc, col.3.in 5.q.ff.de offic. Proconſ. in prima lect.quòd quis nõ poteſt ratificare factum ſine eius qualitatibus.& idem Bal.in c.nihil.col.3.uerſ.quæro utrum ex contractib.ext.de elect.quod ſi eccleſia uelit agere ex contractibus factis ab intruſo,debet eos cum ſuis vitijs & cauſis acceptare,nec poteſt eos diuidere,& idem quoque Bald.conſ.379.ſequitur quod anno, poſt prtnc. lib. 1.& rurſus conſ.200.tria poſſunt,in primo dubio, lib.4. ubi dicit quod ſi Abbas innititur contractui inito à monacho, debet etiam ſtare confeſſioni factæ ab eodem in ipſo cõtractu.Et idem uoluit Alb.loquens in pacto huic noſtro ſimili, in l.is qui, §.ſi ab ignota.ff.de manumiſ.Si aliquis(inquit) rem quampiam uendidit monacho,cum eo pacto,ut res ſibi reſtituatur, monaſterium neceſſe habet ſeruare, id pactum, quia res ei acquiſita uidetur cũ ſuo onere,ſuiſq; conditionib.

Facit etiam,quod uoluit ipſe Bal.(ut ad eum redeamus)& præterea Sal.& Recentiores,in l.ſeruus, poſt gl. ibi,in fin.C. de pact. quod ſeruus in acquirẽdo domino, poteſt ei præiudicare,apponendo modum & conditionem,nec poteſt dominus acceptare,niſi cum ſua forma id quod etiam dicit Imol.in l.iudex poſteaquam,col.4. uerſic.item facit.ff. de re iud. Et idem quoque in negotiorum geſtore,ut ſcilicet dominus non poſſit pro parte approbare,& pro parte reprobare, uoluit Bartol. in l. ſi negotia, in 3. oppo. & iterum. in l. ſi quis negotia. ff.de negot geſt. & Paul. Caſt. conſil. omnium primo, ſi iſte Nerius, lib.1. Sed & idem in contractu facto à ſyndico, ut monaſterium teneatur eundem contractum omnino ſequi cum ſua forma,uoluit idem Pau.conſ.327. primò uidendum eſt utrum dominium,col.1.li.1.Idem quoq; in contractu facto à notario ſtipulante pro alio abſente, conſuluit Soc. conſ. 125. non inſiſtendo,col.2.uerſ. pro certo iſta eſt,lib.3.& Steph.Bert. conſ.156. ex themate, col.pen.nu.15.lib.4. 7 *De eadem re.*

Et nuncupatim in caſu pacti reuenditionis, idem Steph.Bert.conſil.15.uiſis inſtrumento,lib.2.reſpondit, quod ſi quis alterius nomine emit rem quampiam cum eo pacto,is, cuius nomine emptio facta eſt, non poteſt approbare, niſi cum eodem pacto, nec enim poſſet contractum approbans id pactum reijcere. & idem voluit ipſe Bart.conſ. 111. ponitur, in fi. libr.3.Faciunt & not.per Bald. in l. omni innouatione.C.de ſacroſ.eccle, dum loquitur de clerico qui agit ex ſtatuto laicorum, & tamẽ vult idem reijcere, [cum alijs concor.adductis ſuprà tit.præc.§.1.gloſſ.13.num.7. incip.vt interim] & eundem Bald. in d.l.contra. §. ſi filiusfamiliàs, in fin.ff. de pact. & conſil. 197. omnia pacta, libro 5.Ang.in d.l. apud Celſum.§.in hac exceptione. ff. de doli mali exceptio.Pet. Anch. conſil. 208. iudex,colum.pen.uerſic.ex pædictis.& conſil.207.in quæſt.colum.2.Soc.conſil.91. concludo dictum Philippum, colum.2.uerſi.ſecundum quod obſtat.libro 4.Iaſ.conſi. 147.præſens conſultatio, col.antepen.uerſ.aggredior, nunc tertiam,lib.1.& conſ. ſeq.nobilis,in fi.eod. libr.1. Phil.Dec.in l.ſi quis iniquũ. §.ſi filius.in 3. not.ff. quod quiſ.iur.& Steph.Bert.conſil. 151.uiſo inſtrumento,in fi.lib.3.& conſi.148.ex themate, numero 3,lib.4. 8 *De eadem re.*

Et quòd aliàs in omni propè materia debet totum approbari, aut totum reprobari, nec circa eundem actũ admitti diuiſio,probat l.neminem, ff.de leg.2.& l.Pomponius.§.1.& ibi Iaſ. colum. 2. uerſ.no.primò ff.de acq. poſ. & quæ traduntur à Bart.in l.Aurelius.§. idem quæſijt. ff.de libe.lega. dum tractat,an confeſſio diuidi poſſit, id eſt, pro parte approbari, & pro parte reprobari. 9 *De eadem re.*

Albe.

*An totum approbandum, aut totum reprobandū.*

Albe.&Bald. in l. ſi quidem. C.de tranſact.& D.à Rot. deciſ. 408. fuit dubitatum & quæſitum, in fin. in nouis. Paul.Caſt. conſil. 269. uiſo, in fin. lib.2. cum alijs concord.traditis ab Alexan. conſ. 80.in cauſa & lite, col.2. uerſ.poſſet etiam dici, lib.7.ubi & illud dicit tibi in primis notandum, quòd licet ſponſalia per concubitum tranſeant in matrimonium, c. ueniens,le 1.& c.is qui,de ſponſa.tamen ubi de ipſo concubitu non aliter apparet, quàm ex confeſſione uiri, qui ſub eadem uerborum cõceptione, ſiue una oratione, confitetur ſponſam compreſſiſſe, ſed non ea mente vt eam in vxorem acciperet, non poteſt talis confeſſio ſeparari, ſed aut tota acceptari, aut tota reijci, quod vix alibi reperies. Et quod à Soc.traditum eſt per quædam ex ſuprà dictis, conſ.125. non inſiſtendo,col.2.verſ.pro certo.lib.3.quòd ſi in eodem contractu factæ ſunt plures donationes, quarum altera habet onus annexum, altera libera eſt, non poteſt donatarius hanc acceptare, & illam repudiare.

*Contra ſuperiora.*

10 SED audi Lector, parumper, & interim ſuſpende tuum iudicium. Nam Fran.Accur.in ſua diſputatione incip.Titius vendidit, aliter in noſtro caſu tenuit,id ſcilicet, quòd ſi quis vendit adulto habenti curatorem,prędium ea lege, vt ipſe adultus teneatur rem venditam intra certum tempus reſtituto precio reſtituere, habeaturque uenditio pro non facta, cenſetur (inquit) hæc venditio pura, tenetque irreuocabiliter, nec ualet illud pactum in eo appoſitum, per d.l.ſi ad reſoluendam.C. de præd.minor.quam ſuprà in princ.huius gl. citauimus. Et ita illum refert & ſequitur Io.Andr.in addi.Spec. in Rub.de pact.col.1.& Alb.in d.l.ſi ad reſoluendam, per eum tex.&Pau.Caſt.conſ.112.viſo tenore, ad fin.lib.1. vbi idem dicit de eccleſia.& de hoc eſſe tex.in l.1. in fi. cum prin.ſeq.l.ff.de reb.eor.ubi ſi minor emit prædia ea lege, vt quoad precium ſolueretur, ea eſſent pignori obligata venditori, non valet huiuſmodi pignus.Nam vbi dominium quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari. Sequitur item & dicit ſing.Fabia. qui & illum tex.allegat in tractatu emptionis & venditionis,in 1.q. 7.q.prin. & Hier.Cag.in repet.d.l.2.col.9.uerſ. ſecundò quæro.C. de pact. inter empt.vbi nuncupatim dicit minorem ipſum non poſſe id pactum facere, at illius tutorem poſſe. Quod & uoluit Lud. Goza.in rep. eiuſdem l.in 27.q.& conſ.15.uidetur, & conſ.ſeq.in hac cauſa. Quæ res omnino futilis eſt. Nam ſi minor ipſe id non poteſt facere, quia decretum requiritur,ut dicunt Dyn. & Bal.in d.l.1.§.ult.ff.de reb.eor. nec tutor quoque, nec curator, ut quibus etiam ius non eſt alienandi immobilia ſine decreto, per totum illum tit.& C.de præd.mino.

*De eadem re. An eccleſia cadat re ob onus in traditione appoſitum, non agnitū, ui de nu. 14.*

11 ET hanc partem non leuiter cõfirmat, quod in ſimili tradidit Inno.ille Canoniſtarum Coryphæus, in cap. uerùm,circa medium,ext.de fo.comp. quòd ſi baronia donata ſit eccleſiæ in feudum, ea lege & conditione, ut ſi eccleſia ipſa non ſubeat onera ei in eadem donatione ſiue conceſſione appoſita, liceat concedenti eam baroniam propria autoritate occupare,non poterit tamen dominus, etiam ſi eccleſia ei legi non ſteterit, illud ipſum facere, quia cùm ſemel dominium eius rei ſit quæſitum eccleſiæ,factum eſt ſanctum ſanctorum Domino,ut ſcribitur Leuit.27.eodemq; ul.ideò per nullum capi poteſt niſi autoritate iudicis eccleſiaſtici,alioquin ſacrilegium in eo committitur, cap. nulli liceat, & cap.ſeq.12.q.2. Et id dictum ſequitur Raph.Fulg.in l.ſi quis curialis.C. de epiſc.& cler.& Panor.in c.uerùm,poſt prin.extrà, de cond.appo.

*De eadem re.*

12 SED aduerte:nam d.l.ſi ad reſoluendam.C.de pręd. mino.quam allegant Fran.Accur.& Io.And. eaq; omnino innituntur, non dicit pactum fuiſſe in ipſo contractu appoſitum, & glo.ibi. in uerb.emiſiſti (quod iam ſuprà in princ.huius glo.diximus) intelligit,cùm fuit pactum appoſitum ex interuallo: quaſi ſecus ſentiat, ſi in contractu ipſo eſſet appoſitum. Quam etiam differentiam in multis caſib.ſuprà allegatis faciũt gl.in d.l.ſeruus, in fi. & ibi omnes.C.de pact.& in l.ſin autem.ff.eod.Imol.in d.l.iudex poſteaquam.Pau.Caſt.ſibi contrarius, d.conſ. 318.col.ult.lib.1. ubi ex hoc nuncupatim reprobat illã ſententiam Fran.Accu.& Ioan.And. & rurſus idem Pau. conſ.245.in caſu præſenti parum eſt,paulò ante fi.lib.2.

*De eadem re.*

SED non uideo quid interim reſponderi poteſt ad d.l.1.§.ult.cum l.ſeq.ff. de reb.eor. quia ibi pactum fuit 13 appoſitum in ipſo contractu, ut patet ex illis uerbis d.l. 1.Et ab initio obligationis inhæſit. Niſi diceres, quòd etiã ibi pignus imperiali reſcripto confirmari debet, ut in fi. d.l.2.dicitur, quod propè eundem effectum habet, ac ſi mero iure ualeret,arg.l.nihil intereſt,& ibi gl.ff. de reg. iur.Sed id mihi non admodum ſatisfacit.Cur enim uenditor (qui aliàs, ut ſuprà diximus,non erat uenditurus, & fortè etiam minoris ob id pactum uendidit,ut ueroſimile eſt, & etiam diximus) onerandus eſt impetratione reſcripti, ut pactum ipſum confirmetur? præſertim cùm etiam ſine ea conuentione pignoris,ſed tacitè,& ex iuris diſpoſitione uenditor poſſit eam rem, quam uendidit, iure pignoris quaſi pignus retinere,donec integrum precium ſit ſolutum,ut eſt tex.expreſſus in l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.empt.& in l.hæreditatis.ff.de hær. uel act. uend.& l.quòd ſi nolit.§.idem Marcel.ff.de ædi. edi. & quod ſcribit Bald. in l.ſi traditio, col.2.in 3.q.C.de act. empt.In quo igitur læſus eſt minor, qui id adiecit in lege uenditionis,quod de iure communi intelligebatur? & certè læſus non poteſt uideri,l.inter eos.§. cùm inter. ff.de fideiuſſ.& ibi concord.in glo.Igitur (ut id concludam) non poſſum mihi perſuadere non eſſe mendum aliquod in textu d.l.1.in fin.& l. ſeq. quod ut facilius credam,facit Bald.qui conſ.415.illa ſolennitas,lib.2.in diuerſam ſententiam eum text.allegat,nullus tamen hũc ſcrupulum diſcuſſit, ac ne tractauit quidem, quod ipſe ſciam. Nec item mihi placet quod alij diſtinguunt inter tutorem & minorem,ut iam ſuprà diximus.

*De eadem re.*

ILLA autem ſententia Innoc.in d.c. uerùm, de for. 14 comp. reprobata eſt ab Hoſt.Ioan.And. Collect.Io. Ligna.Ant.Card.Flor.Imo. qui intelligit, dummodò non inijciatur manus in clericum,& Panor.ſibi contrario, & recentioribus in eo ipſo ca. verùm, per cap.cùm dilecti, extrà de donat.ubi eſt optim. text. à contrario ſenſu, & ibi id not.Panor.in 3.not.& Barba.col.3.uerſ. not. quòd laicus,& Bal.conſ.300.ſtatuto cauetur quòd liceat, in 2. dubio,libro 1.vbi dicit,quòd Inno.committit fallaciam accidentis, quia non ſic ſimpliciter (vt ait) factum eſt ſanctum ſanctorum, ſed cum onere ſuo, ſcilicet luitionis,per d.l.Caius.ff. de manumiſ. Et hanc quoque ſententiam contra Innoc.ſequitur idem Bald.in l.caueri. ff. com.præd.& in d.l.ſi quis curialis,& ibi quoque Bart.& Sal.per text.ibi.C.de epiſc.& cler.ipſe Bart. in l.ult. ff.ut in poſſeſſ.leg.& in l.3.col.3.uerſ.quid in rebus eccleſiæ, & ibi quoque Sal.in 10.q.C.de pignoribus, & idem Bar. conſ.96.dico partes iudicis,col.1.Pet.Ancha. conſ.217, dubium facit in prædicta quæſtione. Card.Flor. in cap. perpendimus,col.5.extrà de ſent.excom.Rom. in repet. Auth.ſimiliter,col.9.uerſ.19.quòd licet. C. ad leg.Falc. Barb.in repet.Rubr.de reb.eccleſ. non alie. in 2.dubio, col.eiuſdem 30.verſ.pro parte ergo affirmatiua, qui eſt ſub num.148.Franc.Aret.conſil.21. ſi diligenter,col.3. verſ.circa ſecundum.Carol.Ruin.conſ.27. circa id, col. 2.num.4.lib.2. Sed quomodo id ſit intelligendum,uidebis latiſſimè per Fely.in d.c.verùm, col.pen.& vlt.de foro comp.ubi inter cætera unum dicit, quod huc proximè ſpectat,ut ſcilicet hęc Hoſt.& ſequacium ſententia intelligatur, cùm pacta apponuntur in conceſſione rei: ſecùs ſi poſtea, per multa illic allegata. Cui adde quæ ſuprà diximus in 1.quæſt.

ET horum quidem ſententia hac quoq; ratione con- 15 firmatur,



*De eadem re.*

firmatur, quòd in donatione facta eccleſiæ ea lex apponi poteſt à donante, vt non liceat eccleſiæ alienare, & ſi contrà factum fuerit, poſſit eadem res à donante reuocari: & ita etiam, ut nec ob redemptionem quidem captiuorum, aut aliam neceſſariam cauſam, ea res poſſit alienari, per textum in §. ſanctiſſimas, in Auth. de non alie.& voluit glo.in l.ſancimus,la 1.in verbo, præfatarũ. C.de ſacroſan.eccle.& alia item,quæ & alia multa in id citat,in dict.cap.verùm, in verbo,debeat reuocari,& ibi Card.Flor.extrà de cond.appo. Bart.Brixi. qui id tamen intelligit, modò ſint aliæ res quæ alienari poſſint,quæſt. do 4.quidam laicus.Alb.in Auth hoc ius porrectum,colum.3.verſ.ſed adhuc quæro.C. de ſacroſ.eccl.& in l.filiusfamiliàs.§.diui.verſic. item conſueuit, & ibi quoque Imol.ff.de le.1.& ſatis voluiſſe videtur Io Fab.in Auth. ingreſſi,col.vlt.uerſ.quid ſi erat prohibitus.C.de ſacroſ. eccl. Sed tu de hoc uide omnino alios in d.c.verùm, & gl.in c.ſic quidem,10.q.1.& in §.hoc ius,in uerbo,ab imperiali,10.q.2.& Innoc.in c.in præſentia.in verbo, minor annis de proba.Fed.conſ.189.donatio.& Fran.Are conſ.21.diligenter,in 1.dubio.

*An ſemper totum uel approbãdum ſit uel reprobandum.*

16 NEC tamen illud, Lector amantiſſime, omiſerim, non me interim latere, id quod ſuprà tam latè diximus & probauimus, contractum uel totum approbandum, vel totum reprobãdum (id enim firmiſſimum eſt noſtrę illius ſententiæ fundamentum) non eſſe perpetuum,ſed nonnunquam ſecus habere,ut ſatis patet ex l.cùm interdictæ, & ibi Bald.in 2.not,C.arb.tutel.& l.Pomponius ſcribit.ff. de neg.geſt. atque ex ijs,quæ ſcribit ipſe Bald. in l.obſeruare.§.poſt hæc,col.3.verſ.quintò quæro.ff.de offi Proconſul.vbi ſuper hoc ſcienter diſtinguit. [Tullius quoq; in oratione pro domo ſua ad Pontifices.Quę ſententia, ait, Cecilię legis & Didiæ,niſi hæc,ne populo neceſſe ſit in coniunctis rebus compluribus,aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repudiare.] Id quod te obiter admonere volui, ut intelligas nihil tam generale eſſe,vt nõ recipiat aliquam exceptionem aut diſtinctionem,quæ Ariſtotelis alicubi ſententia eſt.

*An autem minor, aut tutor, aut alius adminiſtrator, poſſit prorogare tẽpus præſtitutum reuenditioni.*

17 SECVNDÒ quæro, retenta ea opin. quæ ius facit minori aut tutori ipſius, uel alteri adminiſtratori ementi apponenti in ipſo contractu, hoc pactum reuendendi intra aliquod tempus. An ipſe poterit id tempus prorogare ante ipſum finitum: nam ſi finitum ſit,nemo non dubitabit id fieri non poſſe, quandoquidem ſpecies eſſet alienationis rei iam quæſitæ irreuocabiliter.Sed nec crediderim ante ipſum quidem tempus finitum idipſum fieri poſſe, per multa quæ diximus ſuprà hoc eo. tit.§.1.in verbo, *ſeront preferes*, quæ eſt gl.illius §.ſeptima,nu.24. ſed dubium eſt in primo,& multis ſeq.

*De eodem.*

18 QVIBVS & illud addere potes, quod à noſtris diſputatur, utrum tutor & curator, aut alius adminiſtrator, poſſit prorogare debitori pupilli uel minoris,aut alterius, cuius adminiſtrationem gerit, tempus ſolutioni debiti præſtitutum. In quo alij dicunt non poſſe, per l. qui Romæ.§. Callimachus.ff. de verbor.oblig.in idque facere l.inſtar.C.de iur.fiſc.lib.10.& l.penult.C.de erog. mil.anno.libr.11. Alij contrà, per l.ult.§.ſi quis profeſſus.ff.de publi. & uectiga. ut intelligatur in publicano non pro ſe,ſed pro fiſco recipiẽte. Et ibi Bar.dicit,quòd publicanus ibi deputatus erat in vniuerſalem ſolutionẽ faciendam, & recipiendam exactionem. In dict. verò §.Callimachus, habebat ſpeciale mandatum ad unam ſolutionem, tanquam ſcilicet ea ſit ſententia Bart.ut habens mandatum ſpeciale ad unam ſolutionem recipiendam,non poſſit prorogare terminum,habens autem generalem poſſit. Et ita eum ſequitur Pet.Anch.in Clem. præſenti,de cenſib.Sed id reprehendunt Imol.Pau.Caſt. & Rom.in d.§.ſi quis profeſſus,& Alex.in d.§ Callimachus tanquam ſcilicet mandatum generale non ſufficiat niſi ſit cum libera.Soc.autem in poſtremo loco, & Iaſo. poſt eum ſuſtinent Bart. in tutoribus & alijs præpoſitis vniuerſali adminiſtrationi. At Bal.in l.pactum curatoris,in prin.& ibi Sal.in fi. negant quempiam adminiſtratorem id poſſe facere,per d.§. Callimachus. Nec obſtat (inquiunt) d.§.ſi quis profeſſus,quia ibi publicanus non prorogauit, ſed cùm ſibi offerretur, accipere noluit, & eius mora nocet fiſco,arg.l.ſi ex legati cauſa, cum l.ſeq ff.de verb.obl. Et idem propè voluit Alex.in d.l.pactũ vbi dicit hanc eſſe communem opi. Quòd ſi hæc adeò dubia ſunt in ſimplici prorogatione temporis ſoluendi, quod affert modicum præiudicij, quia quod differtur non aufertur.§.libertas,& ibi gl.Inſtit. de ſing.reb.per fideicommiſſ.relict. quid dicemus de hac prorogatione, per quam immobilia alienantur?

*An illi adminiſtratores, qui uẽdiderũt cũ hoc pacto, poſſint illi renunciare.*

TERTIÒ quæro,an è diuerſo tutor,aut Prælatus,aut 19 alius adminiſtrator, qui in caſu fortè licito & permiſſo vendidit rem minoris,eccleſiæ,aut alterius, cuius adminiſtrationem gerit, cum pacto de reuendendo,poſſit huiuſmodi pactum remittere emptori liberè,& ſine ſolennitate? Alex.interrogatus de executore teſtamenti, qui rem immobilem hæredis pupilli vendiderat cum hoc pacto,reſpondit,eum non poſſe poſtea ei pacto renunciare,conſilio 27.attentis narratis,col.ult.uerſ.plus uidetur lib.3.ea ratione, quia idem iudicamus de actione competente ad rem immobilem, quod & de ipſa re,eademque ſolennitas requiritur in alienatione eius actionis,ac ipſius rei, ut not.gloſſ.& Barto. & alij in l.1.C.ſi aduer. tranſact. cum multis ſimilibus & concord. à me latè congeſtis ſupra, titu.præced.§.1.glo.7.in uerbo, *ou autres choſes cenſèes pour immeubles*, in princ. & nos quoque de hoc caſu aliquid diximus in eadem gl. num.32. ex quo inſertur.

*An autem poſſint ſine re tempus labi intra præiudicium eorũ, quorũ adminiſtrationem gerunt.*

EX quo etiam poſſet uideri, quòd cùm hi admini- 20 ſtratores non poſſint huic facultati expreſsè renunciare, nec tacitè quoque eos poſſe, uidelicet ex lapſu temporè ei facultati appoſiti, quæ tacita renunciatio eſt, ut not.in l. ſi ego.ff. de neg.geſt. & latè diximus ſuprà, eodem titu.§.1.glo 2.num. 50.ad hæc cùm uenditor, & ſequen & iterum titu.præced.§.3.gloſ 4.num.2.Nec ſcilicet plus operetur tacitum, quàm expreſſum, contra pleniſsimè not.in l.cùm quid.ff.ſi certum peta. Veruntamen ego aliter cenſeo, uidelicet fieri pręiudicium minoribus, eccleſiæ,& cæteris huiuſmodi,ſi eorum adminiſtratores,ſinãt ocioſè id tempus labi ſine redemptione rei ita uenditæ. Nam licet Prælatus non poſſit expreſsè renunciare iuribus eccleſiæ, ut voluerunt Ioan. Andr.Cardin.Flor.& Imol. in cap.2. per illum text. de donat.& latè diximus in repet.l.ſi unquam,in uerbo,donatione largitus,num.143.tamen ego contrarium. tamẽ poteſt ei præiudicare ex lapſu temporum, cap. de quarta. & cap.veniens, extra de præſcript. De quo & per Felin. in cap.cum acceſſiſſent.col.13.verſ.tertiò limimita.extr. de conſtit. Idemque de Præſide ciuitatis, qui etiam licet non poſſit expreſsè ciuitati præiudicare,l. Præſes.C. de tranſact. Poteſt tamen tacitè ex lapſu temporis. l. aduerſus,cum glo.C.de vſur.cum alijs multis ſimilibus & concord. à me adductis in noſtris Legibus connubialibus,gl.5.quæ eſt in uerbo, *expres*, verſiculo, & iſtud quidem. An autem hoc caſu poſſit minor, & eccleſia, & alij horum ſimiles reſtitui, diximus ſuprà hoc eodem titul.§.1.glo.2.in uerbo, *à tel temps*, num.55. ſed an falſtem, & ſeq.

*Si in præfationibus facta fuerit mentio huius pacti, & non in contractu aut in ſtrumẽto, utrum ab eo ſit diſceſſum.*

21 QVARTÒ quęro,quid ſi contrahentes,in tractatu, ſiue præfationibus ipſius venditionis,locuti ſunt de apponendo huiuſmodi pacto reuenditionis,poſtea tamen vel in continenti vel ex interuallo, dum contractum ipſum abſoluunt,de eo nihil dicunt? aut etiam, quid ſi cõtractus ſit & abſoluitur cum eo pacto, ſed poſtea fortè ex interuallo fit inſtrumentum ipſius contractus à partibus ſine mentione huius pacti? an ijs caſibus videtur

eſſe

*Et quid, ſi in contractu fuerit conuentũ, ſed omiſſum in inſtrumẽto.*

eſſe receſſum ab huiuſmodi pacto? Alex. de hoc utroq; caſu loquens in d. conſil. 27. col. 2. verſ. & quòd non ſit, lib. 3. & conſ. 122. uiſo proceſſu, colum. 1. uerſ. ſed iſte teſtis, lib. 2. reſpondit in priori caſu primi caſus, uidelicet cùm incontinenti poſt tractatum & præfationes contractus abſoluitur, non uideri receſſum. In poſteriori autem caſu eiuſdem caſus, cùm ſcilicet ex interuallo contractus abſoluitur, uideri receſſum. At in ſecundo caſu princ. cùm videlicet abſolutus eſt cõtractus cum hoc pacto, ſed poſtea etiam ex interuallo inſtrumentum cõficitur, non videri receſſum. & ad hæc multa allegat, de quibus & nos diximus ſupr. huius tit. §. 1. in princ. Alex. autem ſimpliciter ſequitur Hier. Cagnol. in repet. l. 2. in 4. q. C. de pact. inter empt. & vend.

22
*De eadem re,*

Tv autem adde ad illum primum caſum text. in l. eum qui Calendis, in princip. ff. de uerbo. oblig. cùm ibi dicitur, ſi autem non addat, quibus Calendis Ianuarijs, facti quæſtionem inducit, quid fortè ſenſerit, hoc eſt, quid inter eos actum ſit. Nam hæc poſtrema verba eius l. non poſſunt intelligi, niſi de eo quod actum eſt in præfationibus ſtipulationis, non in ipſa ſtipulatione, cùm prius dixiſſet, ſi non addit, &c. Et text. quoque in l. Titia. §. 1. & ibi Bart. & alios. ff. eod. tit. & not. per eundem Bart. & alios in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. eo. quoque tit. & Angel. conſ. 94. cum lis & quæſtio, col. 4. verſ. ſeptimo & ultimo.

23
*De eadem re.*

A d ſecundum etiam caſum principalem adde Bal. in l. cum allegas, col. 2. uerſ. ſcias etiam quòd ad probandum. C. de vſur. & in l. multum intereſt, col. 2. uerſ. & ſi dicatur quod de iſto. C. ſi quis alteri. & in l. per retentionem, poſt Pet. ibi. C. de uſur. Bart. in l. ſi tibi liberum. ff. de act. empt. & in d. l. Titia. §. 1. ff. de uerb. oblig. Ang. in l. ſi quis cum aliter. & ibi Alex. col. pen. verſ. ſucceſſiuè, & pleniſſimè Iaſ. colum. 1. verſ. pond ero in primis. ff. de verb. oblig. eundem Ang. conſi. 273. cuius factum incipit, nunc præſupponitur, paulò ante fi. Pan. in c. dudum, in vlt. not. per illum text. de conuer. coniu. ipſum Alex. in l. ſed & ſi me putem. §. cum inter, in 2. not. & ibi etiam Iaſ. in 3. not. ff. de cond. indeb. & eundem Alex. conſ. 28. viſis & accuratè, col. 1. in fi. lib. 1. quod repetitur conſil. 31. lib. 2. & eundem conſi. 52. circa hanc dubitationem, lib. 4. ſi id conſ. eius ſit. & Barb. conſ. 8. illud afferam, colum. 3. uerſ. & multum eleganter, & ſeq. lib. 4. Fely. qui & alios allegat in c. ſi cautio, col. 2 1. uerſ. & modum cognoſcendi. extrà de fide inſtrumen. & Iaſ. conſ. 24. in cauſa feudali, col. 7. uerſ. reſtat & ulti. lib. 3. & Phil. Dec. loquentem etiam nuncupatim de hoc pacto conſ. 18. cuius ſuperſcriptio incipit, an ſtatutum in ueneditione, col. 3. uerſ. 2. ex prædictis.

24
*De eadem re.*
*Teſtes, qui interfuerũt tractatui, et non cõcluſioni, nõ probãt.*
*Sola cõcluſio eſt contractus.*
*Teſtes imperfectè narrantes conuẽtionem, non probant.*

Addes (inquam) ad hæc omnia gl. not. in l. eleganter, in princ in uerbo, idem puto. ff. de condi. indeb. per quam dicit Bald. in c. ult. col. ult. extrà de iure, cal. quod teſtes, qui interfuerunt tractatui & non concluſioni cõtractus, nihil probant. & ad hoc illam dicit valde not. & eam quoque no. ipſe Bal. in c. 1, in prin. circa medium, ti. de prohib. feud. ali. per Lotha. & idem quoque uoluit idem Bal. in d. l. multum intereſt, col. 2. C. ſi quis alter. & Alex. conſi. 13. ex his quæ in themate, col. pen. uerſ. alij uerò teſtes, lib. 1. & iterum conſil. 18. uiſo proceſſu, col. 2. uerſ. quinimò & fortius, eod, li. 1. Iaſ. in d. l. eleganter, in princ. col. 1. uerſ. nota ſecundò. Philip. Dec. conſ. 133. uiſo puncto, col. 4. uerſic. ſexta teſtis. & conſil. 159. caſus qui proponitur, col. 3. uerſiculo, & retenta concluſione. & conſ. 404. uiſo eleganti conſ. col. penul. uerſic. ſecundo reſpondetur. & conſil. 463. in cauſa quæ nomine cameræ, in prin. Fran. Ripa in l. 1, poſt prin. ff. ad S. C. Trebellian. nam & ſola concluſio dicitur eſſe contractus. l. ſi uoluntate. C. de reſcinden. uend. ibi Bald. not. negatq; eſſe meliorem text. de ea re. Et facit etiam gloſſ. in l. Lucius, in uerbo, debeant, poſt princ. ff. de his qui not. infa. quæ dicit teſtes imperfectè narrantes conuentionẽ partium, nihil probare, quam annotat, ſequitur, & declarat Bald. ibi, in priore lect. & etiam ſequitur Ro. conſ. 91. uiſis ac percunctatis, col. 2. uerſ. tertio uidendum eſt. & conſil. 305. quo ad ſeptimum, ante fin. & Iaſ. in dict. l. eleganter. Franc. Rip. in l. admonendi, num. 188. ff. de iureiur.

25
*An uiſa ſimplicis promiſſionis de dãdo facultatem redimẽdi, poſſit venditor rectè agere ad reuẽditionem.*
*Circuitus uitandus, 27 uide 41.*

Qvintò quæro, quid ſi in contractu non fuit conceſſa ſimpliciter facultas redimendi, ſed tantùm emptor promiſit dare uenditori eam facultatem redimendi intra certum tempus, vtrum uenditor poterit ut huius promiſſionis agere, ut emptor reuendat reſtituto precio: an uerò tantum poterit agere, ut ei detur ea facultas? Ego aliquando vidi eam controuerſiam inter duos ciues Rochelanos. Nam uenditor agebat contra emptorem ad reuenditionem oblato precio: emptor autem negabat pactum reuendendi à ſe factum, uenditor probauit non quidem id pactum interueniſſe, ſed tãtùm promiſſionem dandi facultatem redimendi intra aliquod tempus, ideo emptor dicebat ſe eſſe abſoluendum, cùm uenditor ui eius promiſſionis poſſet tantùm agere ad implementum promiſſionis, id eſt, ut ſibi daretur ea facultas promiſſa: uenditor autem contra dicebat, ſatis eſſe probaſſe promiſſionem, ut ageretur primo loco ad reuẽditionem, idq; ęquitati & rationi conſonum uidebatur, per tex. dicentes, uitandos eſſe circuitus, ob idq; competere actionem ſine ceſſione. l. cùm fundus. §. ſeruũ tuum imprudens. ff. ſi cer. pet. & l. dominus teſtamento. ff. de cond. indeb. & Cle. auditor, de reſc. cũ concor. alleg. per gl. in duobus locis poſterioribus.

26
*Qui promiſit ſe obligaturũ, poteſt rectà conueniri ad rem ipſam.*

Qvorvm authoritate ſubnixus Alb. Gal. & poſt eum Io. And. in addi. Spec. in Rub. de obliga. & ſolu. col. 1. tradunt, quod ſi quis promiſit intra certum diem ſe obligaturum ad dandum mihi decẽ, poteſt ſtatim cedẽte die ſine alia obligatione conueniri ad illa decem. Sequuntur Ro. qui id ſin. dicit, ſing. 183. obligo. Alex. qui dicit perpetuò, menti tenendum, quia prima facie multi contrarium reſponderent. Soc. Iaſ. & Franc. Purp. qui & omnes id dicunt ſing. in d. §. ſeruum tuum imprudẽs, tres quidem priores in 1. no. poſtremus, col. 4. & idem quoque Iaſ. in d. l. dominus teſtamento, in 4. no. ubi & id dicit ſing. rurſumq; in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe, col. 1. uerſic. tu adde quod in ſimili. ff. de lega. 1. ubi item id dicit ſing. Caro. Rui. in l. 4. §. Cato. in 8. not. & ibi quoq: Lancel. Gal. col. 9. uerſ. duodecima cadit. & Hormanoctius, nu. 179. & ſeq. ff. de uerb. oblig. idem Rui. conſ. 12. quamuis quæratur, col. 12. nu. 32. lib. 3. vbi id dicit not. & conſ. 19. uiſa petitione, col. 7. nu. 14. li. 4. & Matt. Affli. dum allegat Ioan. And. vbi ſup. deci. Neap. 61. fuit lata, in prin. & in conſti. Siciliæ, incipien. capitaneorum, col. vlt. & in conſt. licentiam col. 2. in 10. quęſt. & ipſe Lancel. Gal. in Rubri. d. tit. de uerb. oblig. col. 25. uerſ. ſciendum eſt tamen. & Ludo. Gozad. in repe. l. 2. in princ. iterumq; col. 5. C. de pactis inter emp. & uendi. & Gomes in §. in perſonam, nu. 41. Inſtit. de actio. & Chaſſ. conſ. 56. *veu le proces*, col. pen. uerſic. imò etiam ſi iam. & Anto. Rube. conſ. 29 uiſo contractu, col. 2. uerſi. & facit id quod. ubi id dicit ſing. & communiter approbatum. & Zaſ. conſil. 10. in cauſa, nu. 39. lib. 2. Ex hocque infert ipſe Purpur. in dict. §. ſeruum tuum imprudens, ad hunc caſum noſtrum, uidelicet quod ex promiſſione dandæ facultatis de redimendo rem uenditam reſtituto precio, agi poteſt ad reuendendum & ita dicit ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe. Quod & idem in hac noſtra ſpecie tenuiſſe poſt noſtram priorem editionem reperi D. Boer. deci. 183. alia inſuper.

27
*De eadem re.*
*Promittẽs ſe obligat.*
*habetur pro obligato, cùm ſtat per eum.*

Qvibvs proximè accedit, quòd Pau. Caſt. conſil. 2. tria ſunt, lib. 2. reſpondit, eum, qui promiſerit ſe per inſtrumentum obligare, & per eum ſteterit, quo minus ſe obligaret, haberi pro obligato, poſſeq; tanquam obligatum



conueniri. Et quod tradit. Steph. Bert. conſ. 184. vidi caſum in 1. dubio, libro 1. nihil referre, faciat quis pactum reuendendi in contractu venditionis, an promittat facere, ad ipſius contractus reprobationem, id eſt, æquè poſſe reprobari contractum ex huiuſmodi promiſſione faciendi pacti, ac ſi factum fuiſſet in ipſo contractu, & quæ ſcripſimus ſuprà, in præfat. huius titu. num. 9. & ut hæc poſtrema, & ſequent. & in titul. præcedẽ. glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, num. 39. ex ijs autẽ.

28
*De eadem re.*
*Promiſſio liberandi parit exceptionẽ ex præſenti.*

Et his adſtipulatur, quod ſcribitur in l. ſi intra. ff. de pact. quòd promiſſio liberandi. exceptionem. parit aduerſus agentem, ac ſi liberatio ipſa iam facta fuiſſet. Ex eoque ibi not. Bar. in fin. & Ang. quòd pactum de liberando in futurum ꝓducit exceptionem in præſenti. quod dicit ipſe Bar. perpetuò menti tenendum, & ipſe Ange. ſingu. uocat eum text. & item ex eo uoluit Pau. Caſtr. conſi. 342. in cauſa Frataleæ, in princ. libro 2. ubi & de hoc dicit eſſe optimum text. uti etiam eſt, in l. ſi creditoris. C. de fideicom. quam Bal. ita ſummat, ut noſtri loquũtur. Diſpoſitio liberationis de futuro, inducit exceptionem de præſenti. & Corn. ita, Ex fideicommiſſo relictæ liberationis competit debitori exceptio, etiam ante præſtitam liberationem. & in l. ſi non ſortem. §. adeò. ff. de condi. indeb. & ibi optima glo. in uerbo, condicere, quæ dicit, quòd ſi teſtator damnauerit hæredem liberare debitorem, quamuis antequam ab hęrede re ipſa liberetur, ſit adhuc naturaliter & ciuiliter debitor, cum nec teſtator eum liberauerit, nec hæres fuerit in mora, tamẽ debitor habet exceptionem: & ſi ſoluit, actionem ad repetendum. Et ibi ſequuntur Bart. Bal. & Paul. Caſtr. & eum quoque in contractibus procedere dicit Branc. Aret. in cap. veniens, extrà de teſtib. & Carol. Ruin. dict. conſ. 19. ubi ſup. lib 4.

29
*An & actionem.*

Qvòd ſi quis dicat, huiuſmodi promiſſionem liberandi in futurum, parere exceptionem tantùm, non etiã actionem, ut expreſſim dicit dict. l. ſi intra. ff. de pact. primo loco allegata, ſciat id ideo eſſe, ut dicunt glo. Bart. & alij ibi, quia id pactum eo in loco erat nudum, proindeque ſatis innuentes, quòd ſi ueſtitum fuiſſet adhærentia contractus (ut in caſu, de quo loquimur) aut traditione, aut alio id genus modo, actio quoq; ex huiuſmodi promiſſione fuiſſet producta. Et id quoque apertè voluit glo. & alij in d. §. adeò, cùm dicunt competere repetitionem ex ea promiſſione, ſi ſolutum fuerit, vti ſuprà diximus. Præterea nihil in illo caſu debitoris intererat habere actionẽ, cùm apud ſe haberet quod debebat, ideo ſatis eſſe, ut ſe exceptione tueri poſsit, cùm creditor contra eum agit. Et tamen ſi tam ſtolidus fuerit debitor, ut ſoluerit, competit ei actio ad repetendum, ut dictum eſt. Igitur tantùm ei in omnibus prodeſt ſimplex promiſsio liberandi, atque ipſa liberatio.

30
*De eadem re.*
*Preciũ datũ, et promiſſum parificãtur.*
*Paria ſũt, ſoluere & ꝓmittere, uid n. 56.*
*Prohibitus uẽdere, cẽſetur prohibitus ꝓmittere uẽdere, uide nu. 46. & 53.*

Et hæc quidem fulcit, quod uoluit gl. in l. iubemus nulli. §. 1. in uerbo, acquirantur. C. de ſacroſ. eccle. quòd is text. loquens de precio dato, habet locum & in promiſſo tantùm, quaſi nihil interſit, an des aliquid, an promittas dare. & eã ſequuntur Petr. Cyn. Bar. & alij ibi. Et quod alibi dicitur, paria eſſe, realiter ſoluere, & promittere de ſoluendo, in l. ult. C. ad l. Falc. & l. fuit quæſtionis. & ibi Alex. in l. ult. not. ff. de acquir. hær. & l. ſi patronus. §. de illo. ff. de donat. & l. ſi quis teſtibus, ibi, donatione uel promiſsione. C. de teſtib. & l. generaliter, quæ eſt 3. §. hoc edicto. ff. de calum. ubi id probatur etiam procedere in pęnalibus. Ex hocque Bal. in d. l. ult. not. prohibitum uendere, prohibitum quoque, ne promittat uendere, cenſeri. quem videtur ſequi, dum ſimpliciter allegat, Alex. conſ. 17. viſo inſtrumento, colum. 2. uerſ. confirmantur prædicta, lib. 4. & expreſsius conſ. 106. ſuper alio, col. 1. lib. 7. & Iaſ. in l. 2. col. vlt. verſ. ſecundo modo. ff. de iur. om. iu. & in l. vlt. char. vlt nu. 134. per prædicta plenè. C. de iur. emphyteu. Et hoc optimè probatur in l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. mino. ex quo no. Bar. & Sal. quod qui alienare non poteſt rem quampiam, nec eandem promittere poteſt. Vnde etiam Barb. conſil. 51. ſcripſit ſapientię fons, col. 12. uerſ. capio nunc alium, cum multis ſequent. li. 1. reſpondit ſtatutum prohibens ſub pœna eandem rem uendere duobus, habere locum ſi quis primùm promiſerit uni reuendere, & poſtea alteri uendiderit, refertque ſuperiori anno ſe conſuluiſſe, eum qui promiſit ſub pœna alteri non uendere, quod in pœnam inciderit, ſi promiſerit uendere.

31
*De iiſdem reb. multa.*
*L. ſi quis argẽtum, habet locũ in ſimplici promiſſione donãdi, uide n. 48.*

Et facit cap. 2. & 3. & c. ex tenore. extra de conceſ. præben. ubi æquè prohibetur, promitti beneficium ante uacationem, ac conferri. & c. ult. extrà de eo qui ducit in matr. ubi æquè prohibetur promittere ducturum ſe aliam uxore uiuente, ea mortua, ac ipſam aliam ducere. & quod ſcribitur in l. is cui bonis. ibi, vel promittendo obligari, & quod ibi not. Iaſ. col. 2. in 4. not. ff. de uerborum oblig. Et quod tradit Bal. in c. in cauſis, col. 1. uerſ. tractatus, extrà de elec. quòd tractatus dicitur eſſe principium rei, adeò, ut qui tractat de uendendo aliquam rem, eam dicatur uendere, ut dicit not. in l. debitor. ff. de ſepar. Et quod nonnulli uoluerũt. l. ſi quis argentũ. C. de dona. loquentem de donatione, ut etiam ea nudo pacto facta ualeat, habere locum & in ſimplici promiſſione donãdi. Hoc enim magna autoritate uoluit Bar. cui omnes primas partes Iuriſprudentię tribuunt, in l. iuriſgentium, in princ. poſt med. & ibi quoque Fortu. Garc. col. 31. uerſ. ſubſequenter quęrit, & multis ſeq. ff. de pact. iterumque ipſe Bar. in l. ult. col. 2. verſ. non obſtat quòd ex iſto. ff. de cond. ob cau. Ang. in dict. l. ſi quis argentum. §. vltim. in epit. eius §. Sed de hoc poſtea plenius dicemus infrà, nu. 48. nunc ſe offert.

32
*Dos data & promiſſa à pari procedũt.*

Sed & huc pertinet, quod idem ius ſtatuitur in dote conſtituta & tradita, atque in promiſſa tantùm & nõ tradita, in l. ult. ibi, dederit, uel promiſerit. C. de dot. promiſ. & in l. ex morte. uerſ. ſimiliq; modo. C. de pact. conuen. & l. ut liberis. C. de colla. in quibus eſt ſimil. tex. & in l. filiæ dotem. ibi, dotem à patre datam, uel conſtitutam, eo. titu. & in l. ult. ibi, dos quæ data dicitur, uel promiſſa. C. ſolu. matri. & l. ult. C. de interdict. mat. ubi idem propè tex. eſt & l. ſi quis inceſti. ibi, dos ſi qua fortè ſolemniter aut data, aut promiſſa fuerit. C. de inceſt. nupt. Nam & dos promiſſa tantum, dos eſt, ut probatur in Rub. C. de dot. promiſ. & in l. ſi ꝓ dote. & l. ad exactionem. eo. titu. & in Rub. C. de dot. cau. non num. & in l. ſi ſocer. §. Lucius ff. ſolu. matri. ubi Paul. Caſtr. not. Eaque data cenſetur Auth. dos data. C. de don. ante nup. quam in hoc expendit Bald. conſil. 230. actioni de dote, lib. 4. nec ſecus ea confertur, ac ſi tradita fuerit. l. 1. §. 1. ff. de colla. dot. & l. 2. C. de colla. Ex eaq; dicitur mulier dotata, ac ſi etiam tradita fuiſſet. l. cùm poſt mortem. § 1. uerſ. ſed is de quo iuncta gloſ. in uerbo, promiſerit. ff. de admi. tuto. & uoluit Bar. in l. cùm plures. §. ulti. in fi. per gl. ibi. ff. eo. tit. & Bal. in l. ſi pater per illum tex. in uerbo, deſtinatis. C. de ſponſ. & conſil. 224. uir fuit confeſſus, col. 2. uerſic. quarto hoc probatur, lib. 5. ubi & alia iura allegat. & Sal. in l. ſi conſtante, col. 2. C. de donat. ante nupt. & Raph. Fulg. conſil. 40. Dominicus, col. 3. uerſic. in aduerſum facit. & Calc. cõſ. 30. Antonius, col. 4. uerſ. nec obſtat quod dos. Quanquam in contrarium facit text. in l. Titio centum. §. Titio genero. uerſic. ſi poſt diuortium, ibi, ut incipat eſſe dotata. ff. de cond. & demonſtr. quem in id pauci expenderunt, & alius text. in l. ſi ſocius. ff. pro ſoc. ibi, uerum in propoſito largius intereſſe uidebatut, dos numerata eſſet, an uerò promiſſa.

33
*Statutum & pactum deferẽs lucrũ dotis, habet locũ in promiſſa.*

Sed priorem partem confirmat, quod ſtatutum & pactum deferens lucrum dotis marito, habet locum in huiuſmodi dote promiſſa tãtum. l. ſi donaturus. §. 1. iuncta glo. & ibi Paul. Caſt. & Alex. qui id dicit communiter teneri. & Iaſ. ff. de cõdict. ob cau. & l. mulier. in princ.

iuncta glo ff.de condit.inſtit. & l.ſi marito. §. 1. iuncta quoque glo.& ibi etiam Bart Raph. Com.& Paul.Caſt. ff.ſol.matr & §.dotes.& ibi Ang.in Authent. de nupt.& gloſſ.in l.ex diuerſo,in verbo, hoc iuſtum.& ibi Franc. Aret.qui eam legit cum §.ſocero. l.rei iudicatæ.ff.ſolut. matr.& Angel.in l.ſi prædiorum, in fi. C.ad legem Falcid.ubi ita dicit ſe conſuluiſſe,uti fecit conſ 76.ſtatutum loquitur. & iterum latè conſ. 180. præmitto ad euidentiam. Sali.in d,l.ſi conſtante, col.2. uerſic. noto ad quæſtionem.C.de donat. ante nupt.& in l.cùm in te. col.2. uerſi.& faciunt hæc.eod.tit.Raph.Com. in l.de diuiſione.& ibi Socin.qui id optimè & ſcientiſſimè declarat.& Iaſ.ff.ſol.matr.Paul.Caſtren.& Alex. poſt Dyn. in l. ſed hoc ita.quam legunt cum l. non tantum. ff de re iudica. Franc.Aret.in l.2.col.1.ff.ſolut.matr.Socin. qui id dicit communiter teneri,conſ.32. in præſenti conſultatione, col.pen.uerſ.quibus ſuppoſitis. lib.3. Matth Afflict. d. conſtit.licentiam,in 10.q.Franc.Curt. Iunior, qui hanc dicit eſſe communem concluſionem,conſilio 129.præſupponitur,paulò ante fin.

34 *Cõſtitutio loquens de dote data, habet locũ in ꝑmiſſa.*

QVIN etiam ſi conſtitutio expreſsè loquatur de dote data,aut de dante dotem,ea habet locum in dote promiſſa, aut in promittente dotem tantùm. Nam glo. in l.1.§.accedit.in uerbo,fecerit,in fi. C.de rei vxor. actio. trahit eum text. loquentem de eo qui dotem dedit, ad eum qui dotem promiſit,nec tradidit: nam ex promiſſione(inquit)fit dos,per d.l.ſi donaturus. & eam ſequuntur Cyn.in 1.q.Bart,Salyc.& alij, ibi. Similiter & glo. in l qui ſe debere.in uerbo, actionem. ff.de condic. ob cauſ.affirmat eum text.loquentem in eo qui dotem promiſit & dedit,habere locum & in eo quoque, qui tãtum promiſit,nec dedit,tanquam paria ſint promittere: & dare uel ſoluere, per d.l.ult. C. ad legem Falcid. quam ea glo.alleg.& eam ſequuntur Bart Bald.Ang.Raph. Fulg. Chriſto.Caſtel.Rom. Paul. Caſtr. Alex. & Recentiores ibi.& Bart.in d.l.ſi donaturus.§.1.

35 *Auth. ſed quamuis, procedit etiã in dote promiſſa, uide n. 60.*

SED & multi tradunt Auth. ſed quamuis. C. de rei vxor.actio, qua patri tollitur facultas diminuendi priorem dotem, cùm filia iterum nubit, procedere etiamſi pater dotem tantùm promiſerat,nec dederat. Ita enim voluit Salic.licet ſubobſcurè ibi, uerſ. quarto circa uerbum diminuere.& Soc.etiam clanculum, conſ.69. uiſo laudo,in 2.dubio.lib.3.& Franc. Curt. Senior. conſ.27. magnificus vir,in 4.dub.& apertiſſimè Iaſon in l. filia legatorum,paulò ante fi. C. de leg. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe.& Philip Dec.in l.ut liberis. col.1.in 5. not. C. de colla.& latè conſ.35.præſtantiſsime Doctor, col.2.uerſ. circa ſecundum.etiam per d.l.ult.C.ad l.Falc. & iterum in addit.eiuſdem conſ.colum.2.uer.ſecundò ius non eſt. rurſumque in 2.addit.colum.2. uerſic. ſecundò principaliter.

36 *Diſpoſitio deferẽs lucrum dotis datæ, obtinet & in promiſſa, uide 58. Vt pactũ.*

IMÒ uerò & id procedit in diſpoſitionibus exorbitantibus, atque etiam ſtatutis, in quibus uerba debent ſtrictè & propriè accipi: nam & pactum & ſtatutum, de quibus ſuprà locuti ſumus, ex quibus ſcilicet maritus lucratur dotem datam,aut partem illius,habet locum in dote promiſſa tantum. Et, ut intelligas interſit inter id quod nunc dicimus, & id quod ſupra diximus, uerſ.ab hinc 3.ibi locuti ſumus, cùm pactum et ſtatutũ loquitur de lucro dotis ſimpliciter,hic uerò dotis datæ,ut uideri potuiſſet non habere locum niſi in dote data propriè: & tamen,ut diximus,habet locum etiam in dote promiſſa, nec dum data.Nam de pacto eſt text.in dict.l.ex morte. in fin C. de pact. conuent. quem ad hoc dicit ſing.Franciſ.Aret in Rub.ff.ſolut.matri.col.penulti.uerſ. ſed pro Angelo.& illum ante eum in id citauit Bald. conſ. 290. quod uir non lucretur,lib.1.

37 *Et ſtatutum,*

ET de ſtatuto uoluit Bar.conſi.123.ſtatuto ciuitatis Eugubij. Ang.dict. conſil.180. & Salicet. in d.l. ſi conſtante,col.2.verſic.no.ad quæſtionem. C.de donat. ante nupt.ubi plus dicit id procedere,etiamſi ita ſtatutum loquatur,ut uxore mortua ſine liberis,maritus dimidiam partem dotis tantum reſtituat, & alteram ſibi retineat, cuiuſmodi eſt ſtatutum Brixiæ. Nam illud uerbum,reſtituat, nõ uidetur poſſe adaptari ad dotem promiſſam, nondum datam, quod ea reſtitui non poſsit; & tamen ibi tenet contrarium, & etiam in l.ulti. C, ſolut. mat.& Alex.conſ.63.ſtantibus his,col. vltim.uerſ. nec obſtat ſi diceretur,li.4.quod repetitum eſt conſ.39.li.6.& Corn. non obſcurè,conſ.127.licet in hac conſultatione, lib.4. & Carol.Ruin.conſ.133.uiſis ſtatutis.col.3.nu.4.& col. ſeq.nu.6.[& Mar.Soc.Iunior conſ.35.quatenus dubitatur,col.3.nu.10.lib.1.]

38 *Præſertim ſi is, qui ꝑmiſit, ſit in mora.*

PRAESERTIM uerò id obtinet,ſi is,qui ꝑmiſit,fuerit in mora tradendi, ut & illi ſatis apertè intelligunt. Nã tunc haud dubiè atque citra controuerſiam id obtinet,ut apertiſſimè tradit Bald. in d.l.ult.col.2.uerſ.ibi dederit C.de dot. promiſ. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe. & Raph.Co.in d.l. ſi marito. §.1.ff. ſol.matri.Pau. Caſt.in d.l.iubemus nulli.§.1.C.de ſacroſ.eccle.& in l. peculiũ eſt.in prin.ff.de pecu.Alex.in d.l.ſi donaturus.§.1. uerſ. ultimo item facit.& ibi quoq; Iaſ.col. pen uerſ.pulchrũ dubium eſt.ff.de condi. ob cau.& idem Alex. in d.l.ſed hoc ita.ff de re iudic.& d.conſ.63.li.4.Fran.Aret.in d.l. rei iudicatæ.§.ſocero.ff.ſol.matrim.& Soc.d.conſil.33. libro 3.

39 *Similiter ſtatutum aut pactũ repellens fœminas dotatas, habet locum, cùm dos eſt promiſſa.*

ET idem quoque eſt de ſtatuto aut pacto repellente fœminas dotatas à ſucceſsione, vt ſcilicet habeat locum etiamſi dos tantum promiſſa fuit. Nam de pacto affirmauit Bal.in l.ſi plures,col.7.uerſ. item iuxta hoc quæritur.C.de condi.inſer. De ſtatuto And. Iſer.ſi ad ſtrictũ ius,inquit, reſpiciamus,in ca.1.col.5.uerſ.uidetur quod promiſſio,tit.de nat.ſucceſſ.feu.Bal.in l.non ſine, col.1. uerſi.modò hìc quæritur.C.de bon. quæ libe.Iaſon, qui ſolum Bald.in dict.l.ſi plures,citat, tanquam de ſtatuto loquatur.& id dicit ſing.conſ.11.in dubio ſupra formato,poſt prin li.1.Mat.Afflict. deciſ. Neapo.61. fuit lata ſententia,& d.conſtitutione, licentiam, in 10.quæſt. & Ferro.in conſue Burdig.tit.de teſtamentis.§.15.in prin.

40 *Et idem, ſi dos tantũ ſit legata, aut conſtituta, vide 59.*

ET hanc opinionem adiuuat, quod à pleriſque traditur, quod in caſu huius ſtatuti repellentis fœminas dotatas, ſatis eſt dotem fuiſſe à patre in teſtamento legatam ſiue conſtitutam,ut filia excludatur.Ita enim uoluit Bar in d l.Titio centum. §. Titio genero,col.3.uerſ. quæro ſtatutũ eſt & ibi cæteri,præter paucos quos infra citabimus. ff.de condit.& demonſtr. & in l.qui pupillã, per illum text. ff. de adul.& in l. quod autem, ff.de iure dotium, & in l. non eſt matrimonium, etiam per illum text. ff.de rit.nup. [& in l. cùm plures.§.ulti.ff.de admi. tut.] & Bald.in d. l. non ſine, ubi ſuprà. C. de bon. quæ lib.ubi id ſciẽter tractat,& in c.ult.col.1.uerſ.item ſatisfactum, extrà de conſuet. & conſ.77. de iure communi, lib.4.[& conſ.357.Titius habens tres filios,li.5. ubi tamen videtur hæſitare.] & conſ.176.ſtatuto cauetur,poſt princ.eod.lib.5.Ang.conſilio 92.Petrus de urbe,col.1. & Raph.Fulgo.conſ.40.Dominicus, col.ulti.uerſ. in aduerſum.Pet.Anc.conſil. 168. pro veritate, col.1. uerſic. ſic igitur intellecta.Lau. Palat. in tracta. ſtatutorum excludentium fœminas, colum. 28. uerſic. dixi autem ſuprà. Paul.Caſtr.in l.1.in fin.C.vnde uir.dum alleg. Bar. in dict.§.Titio genero, Ang. Aret.qui id dicit ſeruari in practica,in §.fuerat,col.17.uerſ. unum tamen aduertas. Inſtit.de actio. Franc.Cre. ſing.3.ſtatuto cauetur, ubi id dicit ſingu.& Soci.cõſ.92.circa primum, col.4.uerſ.nec obſtat cauda,lib.2.& Iaſ.in Rub.ff.ſol.mat.col.3.uerſic. quarta concluſio.& ibi etiam Franc.Rip.col.15. nu.61. ex iſta concluſione.& idem Rip.in l.quæſitum. §.1.ff.de priuil.credit.& Anto.Rub.cõſ.74.circa dubium.col.21. Et benè etiã facit,quod ab ipſo Ang.reſpõſum eſt conſ. 249.conſultatio,circa medium.

NAM



41 *Statutum ſummouẽs ꝑſcriptiones in dotibus, habet locum in legato nomine dotis relicto.*

NAM & Bal.ille, quem ubique vides, vbique audis, vbique inſcriptum & allegatum conſpicis,vt qui de omnibus rebus alicubi locutus eſt, & vt dicit Iaſ. in l.3. nu. 35.ff.de leg.1.nihil intactum reliquit:Bal. inquam conſ. 286.cuius exordium eſt, ſuper primo puncto,verſic.ſuper ſexto, libr.3. ex facto interrogatus reſpondit, ſtatutum diſponens,vt in dotibus non currat præſcriptio,extendi etiam ad legatum relictum nomine dotis, tanquã habeatur, ac ſi iam traditum fuerit pro dote. & id refert & ſequitur,& dicit ſingul. Catel. Cotta,dictorum ſing. Bal.maximus ac ſolertiſſimus indagator ac collector, in memor.incip. dos habet multa, verſicul. hinc etiam. & iterum memori. incip. ſtatuta debent interpretari, verſ. ſecundò addo.

42 *Multa cõtra priorẽ ſententiam.*

SED quorſum hæc,Lector,niſi vt intelligas nihil referre,promiſerisne tantùm,an & promiſſa compleueris, vt ſcilicet ex ſola promiſſione aliquid faciendi agi poſſit, ac ſi id iam factum eſſet, quæ fuit Io.And. ſententia, quam ſuprà in princ. huius quæſtionis citauimus. Verũ Philip. Deci. in d.l.cùm fundus.§.ſeruum tuum imprudens.in 1.not. ff.ſi cer.pe.dicit illud dictum Ioan. Andr. ſemper viſum fuiſſe ſibi dubitabile multis rationibus. Prima, quia promiſit ſe obligaturum ad decem,non videtur ſe velle obligare de præſenti, ut ſonant verba: Igitur non videtur, ſtatim ad illa decem eum poſſe præter intentionem conueniri. argum.l.non omnis.ff.ſi cert. peta.Secunda, quia qui promittit ſe obligare,obligatur ad factum, quia contractus, ſunt facti. l. conſilio,in fi.ff. de cura. fur. & ad hoc eſt tex. in l. ſi pœnam, in fi. ff.de verb. oblig. vbi ſi quis hoc modo ſtipulatus ſit, pecuniã te mihi crediturũ ſpondes? incerta eſt ſtipulatio, quia id uenit in ſtipulationem,quod mea intereſt. Ex quo ſequitur, pecuniam ſtatim peti non poſſe,quia ad factum quis præciſè non tenetur.l.ſi quis ab alio.ff.de re iudi.Tertia, ex tex. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. ultim. ff. de uerbo. oblig.ubi ille, qui promiſit fideiubere, non dicitur fideiuſſor, ſed obligatur ad intereſſe. Quarta, quia aliud eſt pactum de uendendo,aliud venditio,ut not.Iacob. Ancha. Bald.& Angel. in l.1. C.de pact. pign.ubi ex hoc dicunt, quòd ſi de contractu uenditionis debet ſolui gabella, non ſoluitur de pacto de uendendo, quia ea promiſſio non eſt uenditio. l. in bonæ fidei.§.ſi tamẽ, ſecundum unum intellectum. ff.de eo quod cer. loc.ubi probatur,conductionem eſſe bonæ fidei, promiſſionem autem conducendi, ſtricti iuris. Et, ut id Decio addas, idem uoluit ipſe Ang. in l. ſi pupillus in fine & ibi quoque Alexand. etiam in fin. ff. ad legem Falcid. Et ideo, ut ſubdit ipſe Decius, obligatus ad uendendum, liberatur uendendo ſimpliciter, nec per talem promiſſionẽ obligatur ad tradendum, Bald.in l. ulti.C.de pact.inter empt.& uend.Franciſ.Aretin.conſil.28.diligenter animaduerſis.in 1. dubio,ubi ex hoc reprehendit quoſdam alios conſultores, qui præſupponebant pactum de uendendo poſitum in inſtrumẽto, eſſe uenditionem,de quo nos amplius dicemus infrà, numero 56. facit præterea. Et facit(inquit Decius)quod notat Roma. conſi.86.uiſo quæſtionis themate,colum.2. uerſicu.primò quia ex prima. ubi dicit, quòd promiſſio de cedendo, non inducit ceſſionem. Tandem ſubiungit Decius non obſtare iura, quę iubent uitandum circuitum,quia uidentur procedere in caſibus expreſſis à iure, aliàs ſecus.Vel etiam habẽt locum,ubi circuitus eſſet inutilis.ſecus,ſi aliqua inſit utilitas, ut not. Card. in dict.Clem.auditor.in 14.quæſt.de reſcrip. Cui in hoc adde alios multos concor.à nobis adductos ſuprà,eo.tit.§.2.glo.1.num.71.ad decimumſextum.In d.autem caſu Io.And.nõ uidetur circuitus inutilis,quia debitor habet dilationẽ ad ſoluendum, in quo (ut & illi hoc addas) maxima eſt utilitas, ut patet ex ijs, quæ latè ſcripſimus ſuprà,tit præced.§.1.gl.18.in uerbo *le pris que la choſe aura couſtè*,numero 34. ego tamen, & ſeq.& quia etiam uoluntas promittentis fuit limitata.d. l.non omnis,ff.ſi cert.pet. Hæc propè Dec. Cuius ſententia,& ſi illius non meminit, placuit Hipp. Marſ. ſingul. 469.dicit profectò. [Et de eo dubitat Hier Gratus conſ. 109.uiſis inſtrumentis,col.1.nu.11.lib.1.]

*Aliud fideiubere, aliud id ꝑmittere. Aliud uenditio, aliud promiſſio de uendendo. Gabella, quæ debet ſolui ex uẽditione,nõ ſoluitũ ex illa promiſſione. Aliud conducere, aliud id ꝑmittere. Aliud ceſſio, aliud promiſſio cedendi. Circuitus quando uitandus,*

43 *Aliud redhibere, aliud id promittere. Aliud latrones deprehendere, aliud id promittere.*

CVI poteris addere & alia pleraque ad poſtremam illam ſuam rationem pertinentia, uidelicet text. in l. quod ſi nolit.§.in factum,uerſic. illud planè. ff.de ædil. edic.ubi aliud eſt redhibere,aliud promittere de redhibendo.& in l. nõ omnes.§.ultim. ff.de re mili.ubi aliud eſt latrones deprehendere, & transfugas demonſtrare: & aliud hæc ipſa polliceri. & in c. qui poſt votum.& ibi gl.1.de regularib.lib.6.ubi aliud eſt uouere de intrando, ſiue profitendo religionem, aliud religionem profiteri: illud enim nõ impedit aliam profiteri etiam laxiorem, hoc impedit.& glo.in l.Titius.in fin.ff.de pign.act. quæ dicit aliud eſſe dare pignus in ſolutũ, aliud promittere: illud enim prohiberi, hoc minimè. per illum text. Sed de hoc tamen vide quæ dicam infrà, in eadem gloſ. nu. 142.quarto & ultimo,& ſeq.

44 *Promiſſio de contrahendo,non eſt contractus. Aliud cõmodare, deponere, mutuare, aliud hęc promittere.*

ET vt relinquamus text. & gloſſ. adde Bar. in l. ſingularia,colum.4.uerſic.aſſumamus primo,ibi,quandoque pręcedit ſtipulatio.ff ſi certum peta.vbi dicit,quod promiſſio de faciendo contractum, non eſt is cõtractus, qui in ea fieri promittitur. & eundem Bar. in dict. l.ſi pupillus,in fin.princ.& ibi quoque Nico.Neapo.Ange. Imo.Pau.Caſtr. & Alexand. ff.ad l. Falc. & ipſum Bart. in l. iuriſgentium, in princip. poſt medium. ff. de pact. ubi dicit, quod pactum de commodando, deponendo, uel mutuando, non eſt commodatum, depoſitum, aut mutuum.& in l.vlti.col.2.uerſ.non obſtat quod ex iſto. ff.de condic.ob cau.

45 *Iterum de uẽditione & promiſſione uendendi. Arbitria ſuper uenditionibus non pertinent ad ꝑmiſſiones. Promittẽs uẽdere,an poſſit pœnitere.*

ET, ut ad cæteros pergamus,adde Alb.Sal.& Paul. Caſtr.qui illud dicunt de promiſſione uendendi, in d.l. in bonæ fidei. & ibi quoque Fulg. qui dicit contractum non eſſe factum ex promiſſione faciendi. Ex hocque dicit, quod ſi ex ſtatuto datiarij habeant arbitrium ſuper uenditionibus factis,ſi quis tantum promiſerit uendere, id non pertinebit ad eorum arbitrium. Et dicit etiam Paul. Caſtren. ibi, quod ſi facta eſt tantum promiſſio de vendendo,& is, cui facta eſt, aliquid abſoluit pro uenditione futura, poterit pœnitere, antequam fiat uenditio, & id repetere, quod ſoluit de quo tu uide ibi Iaſ.amplè.Sed cui adde eundem Paulum, idem quoque uolentem conſil.93. in cauſa quæ ueritur, per totum, maximè uerò.col.5.uerſ.ſed in contrarium,lib.2.Sed & ipſe Paul.Caſt.in d.l.in bonæ fidei,ut à quibuſdam allegatur, dicit,quod ex ſola promiſſione uendendi ſine conſenſu domini, emphyteuta non cadit emphyteuſi. ita enim illum nuncupatim refert(licet id non dicat in meo Codice)& ſimul ſequitur ipſe Iaſon. in l. ultim. nume.134.per prædicta plane.C.de iure emphyteu.At id ipſum expreſsè uoluit Alex.quem neuter citat, conſi. 173.uiſo themate,colum.2.uerſic. ſecundo reſpondeo, lib.2.quod repetitur conſil.91. lib.3. Et idem de feudo ſtatim dicemus.

46 *Aliud pactum reſoluẽs, aliud de reſoluẽdo. Prohibit° alienare, poteſt in id ſe obligare. Promiſſio uendendi ſine certo precio valet.*

NVNC ad Bal.ueniamus. Is in l. ab emptione, col.2. uerſi.ex prædictis. ff. de pact. dicit aliud eſſe pactum reſoluens,aliud pactum de reſoluendo, ex hoc enim non oriri reſolutionem.Idem in l.ult. §.emptor, paulo ante fin. C. com. de leg. dicit, quod qui non poteſt alienare, poteſt tamen ſe obligare ad alienandum.Idem in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe,in 2. not. & ibi poſt eum Franciſ. Aretin.in 3.not.ff.de lega.2.dicunt ꝑ illum tex.quod licet uenditio ſine declaratione certi precij non ualeat. §. precium, Inſti. de emp. & uend. ualet tamen promiſſio vendendi.quod & uoluit ipſe Bal.in l.1.col.pen.C.com. de leg.Idẽ in c.1.§.aut ſi libellario,col. 2.uerſ. & idẽ dico,ti.quib.mod.feud.amit.ubi ex hoc dicit,quod vaſallus ob ſolã ꝑmiſſionẽ uẽdendi nõ cadit feudo,quia pro

mittere(inquit)non eſt alienare, & allegat quædam iura,quæ non admodum(ni fallor) faciunt. Et idem uoluit Card.Alex.qui Bald.non meminit,in cap.1.in prin. colum.2.uerſic.per hos reſtat illatio, titu. de prohi. feu. ali.per Fed.Idem conſil.9.factum tale eſt anno domini, colum. 3. uerſic. ſecunda ratio, libr. 1. quod repetitur conſil.188.lib.3.dicit aliud reuerſum eſſe, aliud reuerti debere,ſicut aliud liberum eſſe,aliud liberandum:aliud alicui eſſe prouiſum, aliud prouidendum, per l. qui ſe dicit.ff.de iudi.Idem conſil.455.quæritur an filiafamiliàs lib. 2. dicit quod licet donatio cauſa mortis facta ſtipulatione, aut etiam pacto, ſit obligatoria per not. in l.1.in magna gloſſ.ff.de act. & obl. & in Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendi. ſi tamen interuenit ſola promiſſio donandi, non eſt contractus obligatorius,per not. in l.2.ff.de dote præleg.& in l. legatis.ff.de legat.2.Et ipſe Bald.conſil.393 præmiſsis duabus, col. 1. libr. 4. ubi ex eo quod ſuprà diximus de differentia uenditionis & promiſſionis de uendendo, conſuluit in pulchro caſu.

*Vaſallus non cadit feudo ex ſola promiſſione uendendi.*

47 SEQVITVR Ange. illo fratre non indignus, qui in l Lucius,per illum tex.ſecundum vnam lect.ff.ſoluto matr. ex hoc dicit, quod ſi ij, qui inuicem præliantur, pollicentur ſe facturos pacem, non per hoc dicuntur inuicem plenè reconciliati. Id quod dicit vidiſſe in Curia Romana in perſona domini Barnabouis, & conſ. 184.ex forma & ſerie, colum. ultim. ubi dicit quod ex promiſſione facta in locatione de renouando finito tempore, non eſt quæſitum aliquod ius in re, nec competit actio,tanquam ſi res eſſet uerè renouata,ſed actio ad intereſſe,& ſequitur Barb.conſ.51. ſcripſit ſapientæ fons, colum.13.uerſi.ex iſto fundamento.lib.1.& Alex.conſ. 68.viſis duobus, còl. 2.uerſ. per ſuprà dicta, lib.1. quod repetitur conſ. 165,lib. 2.& Matthæ. Afflict. in conſtit. Siciliæ, incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, col. 12. uerſ.undecimo,quæro.

*Promiſsio pacis, non eſt plena reconciliatio.*
*Aliud promiſsio renouandi locationem, aliud eam renouare.*

48 NVNC ſe offert Sal.horum contemporaneus,in l.ſi quis argentum.§.ſed & ſi quidem. C.de don.ubi contra id,quod nos diximus ex Bar. & alijs ſuprà, nu.31. & facit, tenuit eam l. loquentem in donatione, non habere locum in promiſſione donandi, quia aliud ſit donare, aliud promittere de donando.& idem dicit ipſe Sali. in l.2.colum.ult.C.de con.ob cau. & Io.Fab.in §.aliæ,col. 2.uerſ.quid ergo ſi quis,Inſt.de don.& Imo. in l.in ædibus.§.ex rebus,colum.1.ff de don & in c. qualiter, extrà de pact.Io Ana.conſi.64 uiſa petitione, ubi idem dicit tenuiſſe Franc Ramp.in l.ult.ff.de cond.ob cau.& idem quoq; uoluit Bap.Sanſeueri.in ſuo tract.de pac.q 6.col. pen.& Alex.in d.l.iuriſgentium,in prin.col.3.uerſ.item adde. ff.eo. ubi dicit hanc partem eſſe uerioré, quamuis Bar,ibi tenuerit contrarium, & idem quoque uoluit idé Alex.conſ.119.ſuper 1.dubio, ad fi.lib.7 & Ang.Aret. in §. in perſonam, col.5.Inſti. de acti.& Phil. Dec. in l. pacto quo pœnam,col vlt & ibi quoq; Alcia.C.de pact. Rurſus idem Sal.in l. Papinianus. ff.de don. inter uir.& uxo. qđ appellatione donationis nõ continetur promiſſio donandi, intelligitq; eum tex.requirentem traditionem,procedere in ſimplici promiſſione,tanquam aliud ſit in donatione, vti etiam facit ante eum Bart. ibi & gl.& Cy.in l.2. C.de do.cau.non nume.& expreſſiſſimè Bald. hanc differentiam faciens, conſil. 397. caſus talis eſt,lib.1.& Paul.Caſt.conſil.138.dicta donatio,colum, vlti.lib.1.[licet omnes ubique eam l. Papinianus. intelligant in donatione. Qui locus in memoriam reuocat, quod Martialis ſcribit li.10. epigramma.16.in Caium:

*L. ſi quis argẽtum, non habet locum in pmiſſione donandi, vide 31.*
*Aliud donare, aliud promittere.*
*Traditio nõ requiritur in donatione uiri & uxoris, ut in promiſſione.*

*Si donare vocas promittere,nec dare,Cai:*
*Vincam te donis,muneribusq; meis.*
*Accipe Calliacis quicquid fodit Aſtur in aruis.*
*Aurea quicquid habet diuitis vnda Tagi,*
*Quicquid Erythræa niger inuenit Indus in alga,*
*Quicquid & in nidis vnica ſeruat auis,*
*Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit abeno:*
*Quicquid habent omnes,accipe,quo modo das.*]

SVCCEDIT Imo.qui in ca.cùm contingat,colum. 49
86. quæ eſt in ea char. quæ proxime præcedit, colum. antep. uerſic. tertio caſu, quando interponitur, extrà de iureiu.dicit, quod is, qui iurauit, id eſt interpoſito iureiurando promiſit uẽdere, non per hoc impeditur alteri uendere,& tradendo dominium transferre, iuxta l. quoties. C.de rei uend. nec ex ea promiſſione etiam iureiurando cõfirmata,agi poteſt,niſi ad intereſſe,per quædam ibi allegata ab eo. & nuncupatim refert & ſequitur Card.Alexan.in cap.ſi facta,colum, 2.titu. ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & Iaſon, qui id multum commendat in omnibus propè locis, ex quibus eum ſuprà citauimus. & præterea in d. l. quoties, column. 8. in uer.quartodecimò C.de rei uend.& Pet.Gerard.à Petra, ſing.98.nota quod ſing.ubi id dicit ſing.

*Iuramẽtũ interpoſitũ in promiſsione uendendi, nõ impedit alienationem.*

SED & Paul. Caſtren. ultra ex quæ ſuprà ex eo diximus incidenter, & alia quoque huc pertinentia ſcripſit. Nam conſil. 281. in cauſa iſta quinque principaliter,colum.pen.uerſic.preterea aliud,lib.1.dicit aliud eſſe ratificare, aliud promittere de ratificando, ideoque non ſufficere promittere ratum habere intra tempus, quo actus fieri potuit, niſi & intra ipſum tempus ratum habuerit. Et idem propemodum dicit Bertr.conſ. 245. uiſo conſultationis themate, lib. 2.ubi dicit, quòd ſi quis promiſerit alterum ratificaturum, non eſt ei rei ſatisfactum, ſi is alter tantum promiſerit ratificare, nec alter ratificauerit. Idem quoque Paul.conſil.93.in cauſa quæ uertitur coram notabili uiro, colum. 3. uerſic. ueniendo ad deciſionem, lib. 2. dicit quod ex ſola promiſſione de uendendo & emendo, non poteſt agi ad precium,cùm aliud ſit emere & uendere, aliud promittere de uendendo & emendo. Idem in l. ſi debitorem. ff. de nouat. dicit, quod ſi debitor, cui mandatum eſt à creditore ut ſolueret alij ſuo creditori, promiſit ſoluere illi alteri creditori, necdum tamen ſoluit, non liberatur à me per huiuſmodi promiſſionem, nec cenſetur facta fuiſſe delegatio, ſiue nouatio, per eum text. quem dicit ſingul. & idem dicit ipſe in l.delegare, eodem titu. Et quoque dicit ſingu. & ſequitur Hippo. Marſil.ſingu. 265.fines. Sed tu de hoc omnino uide Phili.Dec conſ. 107.in cauſa quæ nomine,colum.1.uerſi.ſecundò principaliter.& iterum colum.ſeq.uerſic.nec obſt.fundamentum.

*Aliud ratificare, aliud id promittere.*
*Ex ſola pmiſsione uendendi nõ agitur ad preciũ.*
*Simplex promiſsio ſoluẽdi nõ facit nouationem.*

QVO autem piaculo tacebimus Alexand.ſui temporis legum principem? Is in addi.Bar.in l.Iulianus.§.offerri. ff. de act. emp.tradit quod ex pacto de uendendo ob precium non ſolutum,non debentur vſuræ, uti ex uenditione, ſecundum l. curabit. C.de act. empt.ea ſcilicet ratione,quod aliud eſt uendere,aliud promittere. & ſequitur Philip. Dec. conſilio 183. in controuerſia, in fi. idem Alexand.conſil.74.viſo themate,colum.2. uerſic. nec etiam deberi,lib.2.ubi ex hoc dicit,quod ex huiuſmodi promiſſione,non debentur fructus poſt eam percepti, ut poſt uenditionem ipſam, quod conſil. iterum repetitum eſt conſilio 121.lib,4.& ſequitur Franc.Cor. Senior in addi.ipſius Alexand.in l.ſi pupillus, in fin.ff. ad l.Falc.Idem Alexan.conſi.13.circa primum,colum. 5.uerſic & iſtam diſtinctionem,lib.3. ubi dicit promiſſionem dotis nõ eſſe contractum dotis,ſed alium quempiam innominatum, & ſequitur Matt.Afflict.in conſtit.apud Iuſtitiarios, in 8. not. Sed & ipſe Alexand, conſilio 72.uidetur, colum. 3.uerſic.ad id, libr. 3. dicit aliud eſſe compromittere, aliud idipſum promittere, & conſilio 93.uiſis,colum.2.in princ.eo.lib. 3. & conſilio 119.ſine diſputatione,prope per totum,lib.4.& conſilio 76. viſis dubitationibus, colum. 4. in 3. dubio. uerſicu. non ergo ibi repetitur, libro 5. & conſilio 76.uiſo thematе, in fi.libro 6.ubi dicit aliud eſſe reuẽdere,aliud promittere de reuendendo, ex hocque vtrobique in pulchris caſibus conſuluit. & de vltimo dicemus alicubi in hac eadem gloſſ. Et idem conſil.68. ſtantibus ueris his, paulò ante fi.eod.libr. 6. ubi ex hoc negat,legatum extingui per promiſſionem de alienando,uti per alienationem extinguitur, de quo dicit eſſe text.not. in d. l. poſtquam.§.ultim. in fi. ff. ut lega. no. caue. & idem quoque uoluiſſe Bal.& Sal.in l.3.C.de leg.

51
*Ex pacto de uendendo non debẽtur vſuræ ob precium non ſolutum.*
*Nec ex ea promiſſione debentur fructus.*
*Aliud cõpmittere, aliud id pmittere.*
*Aliud reuẽdere, aliud id promittere.*



52 NEC omiſerim alia quędam ab ipſo Alex.congeſta in l. 1. §. ſi quis ita, colum. 2.ff.de uerbor.obliga.aliud pronunciare condemnandum.Io. And. in addi.Spec.tit. de excep.§.uiſo.uerſic.porrò,in addi.inci.dat intelligere Bart.in l.1. C.ſi aduer.libr. Imo. & Ro.in d.§.ſi quis ita. Anto. in c. cùm venerabilis, extrà de excep. Sicut aliud eſt pronunciare quem liberum,aliud quem eſſe liberandum.d.l.qui ſe dicit,ff.de iudi.& d.l.cum gloſſ.in verbo admittit,in fin. & ibi quoque; Bald.C.ſi aduer. liber.Et aliud quem reſtituere in integrum,aliud pronunciare reſtituendum,l. vlt. cum gloſſ.in verbo,compromiſſarios. C.vbi & apud quem in integrum, reſtit. Et aliud, aliquẽ mittere in poſſeſſionem, aliud pronunciare mittendum l.cognitio. §.1. in gloſſ.vlt.ff.de off.eius,cui man.eſt iuriſ. Aliud deponere, aliud pronunciare ponendum,glo. in c.ſuper eo, in verb. ordinet, de off. dele. Io. And.in c. tranſmiſſa,de elect.Bart. in l.ſolent,in prin.ff.de offi.pro cur. Aliud abſoluere, aliud pronunciare abſoluendum, Bart.in l.ſi quis filio exhæredato.§.eius,de iniuſt.teſta.& in l.ſolent. in prin.ff. de offic. Procon. Bald. in l.1. ff. de iur.om.iudi.Ang.in §.vlti.in fi.in Authen.de exhib.reis. Ex quibus bonam partem accepit ad Alberic.in d.l.1.C. ſi aduer.liber. Super eo tamen quod dictum eſt de condemnato,& pronunciato condemnandum, vide Bar. & Bald. in l. fundus. ff. de reſcind. vend.& Ang. conſil. 250. Philippus, colum. vlt. verſic. non autem moueor. Imo. Alexand.Franc.Are.& Lancel.Gal.in d.l.2.§.ſi quis ita.ff. de verb. obl. & eundem Aret.conſil.6.viſo inſtrumento diuiſionis, colum.4.in 2. dub.Fel.& Philip.Dec. in c.cùm venerabilis,vtrumque colum.pen.extrà de excep.& Barb. in d.§.ſi quis ita. col.9.verſ.itẽ dico, & multis ſeq.& Steph. Bertran.conſil.312.ex proceſſu,num.4. lib.2.

*Aliud condemnare, aliud pronunciare condemnãdum, vide paulò inf.*
*Aliud reſtituere in integrum, aliud pronũciare reſtituendũ.*
*Aliud deponere, aliud deponendũ pronunciare.*
*Aliud abſoluere, aliud abſoluendũ pronunciare.*

53 DIES me deficeret, ſi omnes ſigillatim recenſere uellem,ſed uide Raph. Co.conſ.184. M. CCCLIX.& c.Ioannes, ubi ex hoc in pulchro caſu conſuluit Io.Ana. conſi.64.ubi ex hoc dicit,ſtatutum prohibens probationem ſolutionis uel abſolutionis, niſi per inſtrumentum non habere locum in promiſſione abſoluendi. & Matthes. nota. 46. nota quòd aliud eſt. Franc. Aret.in d. l. ſi fideiuſſor.§.meminiſſe, colum.j.uerſic. quia in glo. ff.de leg.1.& in l.quod dicitur,colum. ult. ff.de uerb.obl.ubi dicit, aliud eſſe cõcedere in emphyteuſim,aliud promittere de concedendo.Ex hocque pulchrè infert, quòd licet in nullo ualeat conceſſio emphyteuſis eccleſiaſticæ, facta ultra generationem licitam, ualet tamen, ſi fiat uſque ad eam cum pacto de renouando:ſed uitiatur pactũ, per §.neque, in Auth. de non alie.Barb.in d.§.ſi quis ita, colum. 10. uerſic.nec obſtat aliud: ubi dicit, aliud eſſe agere, aliud pactum de agendo; & aliud renunciare, & aliud paciſci de renunciando, & latè conſil. 8. ſcribitur præclarè,colum. 10. uerſic. uenio nunc ad aliam.libr.1. ubi ex hoc dicit,quòd gloſſ.in l. quod uendidi.ff.de contrah. empt. loquens in uenditione, non habet locum in promiſſione, aut pacto uenditionis futuræ.& conſil.51. ſcripſit, colum. 13.uerſ. ex iſto, eo. li.1.Firmia.in tract. gabel.in 5.parte prin.in 4. q.Cæpo.conſilio cauſarum ciuilium 61.orta, colum.3. non ſemel:ubi dicit aliud eſſe legitimare, aliud idipſum promittere.Soc. conſ.252. in cauſa domini Ioannis,col. 3. uerſ. circa ſecundum, li.2. ubi dicit, quòd licet uenditio, ſiue reuenditio, fiat nudo conſenſu,& oriatur actio, l. conſenſu. ff. de act.& oblig. tamen promiſſio de uẽdendo uel reuendendo, nuda cõuentione facta,non producit actionem: cùm aliud ſit uẽdere,aliud pmittere uẽdere.& Iaſ.in l.ſi ante.ff.ſol.mat. & cõſ.117.in qõne,col.j.& 2.lib.j.de cuius dicto in illis locis dicemus latè inferius in 8.q.eundẽ Iaſ.cõſ.148.nobilis & generoſus,col.pen.uerſ.primũ fundamentũ.li.2. & conſ.24.in cauſa feudali, col.7.uerſ. præterea & fortius,lib.3. ubi dicit, aliud eſſe infeudare, aliud idipſum promittere.[Caro.Rui.conſ.172. non eſt dubium, col. 2.uerſ.ſed contrarium,lib.1.ubi dicit aliud eſſe pactum de diuidendo,aliud diuiſionem ipſam,& aliud promiſſionem de danda facultate alienandi, aliud facultatem ipſam,atque ex hoc in pulchro caſu conſuluit] Ant.Corſe.in uerbo.alienatio,uerſic.per alienationem,& iterum in uerbo, ſtatutum uerſic. ſtatutum loquens in uendente.Philip.Dec.conſil.340.pro reſolutione, col.2.uerſic. tertio dictum,& iterum in fin.& cõſ.627.in caſu in quo, colum.vlt.& Ferdi.Loaz.in repe.l.filiusfamiliàs.§.Diui. col.55.uerſ.& per iſta patet.ff.de lega.1. ubi ex hoc dicit,quod prohibitus alienare ſub pœna,nõ cadit in pœnam promittens vendere.& Chaſſe.conſ.63.quidam minor,in 7.dubio.& Matthę.Affli.in conſt. Sicilię,incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, colum.12.uerſic. nonò quæro:ubi ex hoc dicit,quod qui à domino conſenſum vendendi impetrauit, non ob id poterit promittere de uendendo, niſi & id impetrauit: cùm aliud ſit uendere, aliud id promittere.idem Matthę.Affli.in conſtit.ſponte uolentibus, col.1.in 4.not.& Stepha.Bertran. conſil. 134.ponitur in facto,quod cum nobilis,in 3.dubio, lib. 1. ubi ſing. dicit, quod pactum legis commiſſoriæ non cenſetur prohibitum, cum tantum ſit promiſſio de uendendo, aut dando in ſolutum, ſicuti cùm ſit venditio vel datio in ſolutum non reſtituto precio,quod eſt multum notandum, ſi verum ſit. de quo & nos aliquid diximus ſuprà in præfat.huius tit. num.10.& idem dicas. & dicemus infrà num. 142. quarto & ultimo. & idem Bertran.conſi. 291. uiſo caſu.nu.3.li.1.& conſ.316.uiſo caſu qui mihi exhibitus eſt, in 1. dubio, eodem lib. 1. ubi aliud dicit eſſe,reuendere,& aliud promittere de reuẽdendo.& cõſ.5.parũ refert,nu.39.li.2. ubi dicit,quod promiſſio uendendi.non eſt bonæ fidei,nec parit actionem bonæ fidei, ut uenditio, ſed ſtricti iuris. Et nouiſſimè D. Boerius deci.3.filia in contractu,ubi per nõnulla ex his quæ diximus, tenuit, promiſſionem factam à filia in contractu matrimonij de renunciando bonis paternis,non habere uim renunciationis.

*Aliud abſolutio, & promiſſio abſoluẽdi.*
*Cõceſſio in emphyteuſim, & id pmittere.*
*Agere, & pactum de agendo.*
*Renunciare, & pactum renũciandi.*
*Legitimare & id pmittere.*
*Promiſſio nuda reuẽdendi,non producit actionem.*
*Aliud infeudare, & id promittere.*
*Conſenſus uendendi non extenditur ad pmiſſionem uendendi.*
*Valet pactum legis commiſſ. in promiſſione uendendi.*
*Promiſſio uendendi, eſt ſtricti iuris.*

54 HAEC mirum in modum confirmat, quod aliud eſt accipere aliquam uxorem, aliud promittere eam accipere:nam per illud contrahitur matrimonium: per hoc uerò, etiam cum iuramento, ſponſalia tantum de futuro:ut eſt text.in cap.iurauit,& ibi Imol. in 2.not.& Pan. in 1.not.extrà de probatio.& in c. ex literis Siluani.& c. ſicut ex literis. & c. ſi inter, extra de ſponſ. quibus probatur,ex huiuſmodi promiſſionibus, etiam iuratis,non impediri matrimonium poſtea cum alia contractum. Quod & reſpondit Card.Flor.conſil.46.L. monialis. Sed & quod proximè accedit ad principalem noſtram quæſtionem. Vincen.Doctor antiquus in d.c. ſi inter,& ibi poſt eum Ioan.And.in uerbo,recipiam, de ſponſ.dicit,quod per hæc uerba, promitto quod te deſponſabo, id eſt(ut ipſe, nec malè, intelligit)in ſponſam te habeo, non contrahuntur ſponſalia etiam de futuro,ſed tantùm promiſſio ſponſaliorum contrahendorum. & ſequitur Nicol. Mil. in ſuo repertorio, uerſicu. ſponſalia non contrahuntur. Multum enim intereſt dicas, ſpondeo, an ſpondebo.Tullius lib.Epiſtolarum familiarium 13. epiſtola incipi.Marcus:Spondebo tibi,vel potius ſpondeo,in meque recipio Marci Curij mores,&c.

*Aliud accipere in uxorem, aliud id pmittere.*
*Tullius.*

ET quod tradit idem Ioan. And. & poſt illum Do- 55

*Aliud aliquid accipere, aliud ſi id tantū ſit promiſſum.*

mi, Petr. Ancha. & Phil. Franc. in c. 1. de teſtib. libro 6. quòd ille tex. loquens de proxeneta recipiente, nō habet locum in eo cui promiſſum eſt. & reſpondet ad tex. in c. ueniens. le 1. extrà eodem qui uidebatur velle contrariū & ſequitur Fel. in eo ipſo c. veniens, columna 1. verſicu. & per iſtum tex. & ibi quoque Philip. Dec. column. 3. numer. 9. in fin. gloſſ. 1. & idem Decius in l. ut liberis, col. 1. in 5. not. C. de colla. & conſilio 280. in propoſito, col. 2. uerſicul. non obſt. quòd paria. Et quod idem ſcribit Io. Andr. in c. quanquàm, de uſur. libro 6. quòd ille textus non habet locum in eo, cui promiſſum eſt aliquid ſolui pro uſura, niſi & id ſolutum ſit: per eum text. in illis uerbis, de uſuris quas receperant, & idem uoluit Bald. ibi, ut à multis citatur, tametſi non reperimus in eius lect. & Domi. columna 1. uerſic. quæro quid ſi aliquis, & Petr. Anch. etiam column. 1. in 2. not. & Philip. Franc. in 1. notab. & ipſe Petr. Ancha. conſ. 271. de titulis, column. 2. dum allegat Io. Andr. ubi ſuprà & Barba. in c. ad noſtrā, column. pen. de empt. & uenditio. & Laur. Rodul. in tractatu de uſur. q. 87. & Fel. in c. in præſentia, colum. 7. uer. & adduco optimè, extrà de proba. De quo tamen uide Ioan. Ana. in c. poſt miſerabilem, extrà de uſur. & Anto. Burg. in d. c. ad noſtram. column. 3. uerſicul. iſtam concluſionem, extrà de empt. & uend.

56 *Conſtitutio loquens de arrhis datis, non habet locum in promiſſis. Vendens præciſè cogitur tradere ſi poteſt. Non autē promittēs.*

Facit præterea, quod etiam tradit Bart. in l. Titia, in princ. & ibi Ang. & Imo. ff. de uerbo. oblig. quòd l. ult. C. de ſponſ. loquens de arrhis datis, non habet locum in promiſſis. quod & uoluit ipſe Bart. conſ. 45. Vannes, Bal. in d. l. ultim. column. 2. uerſ. in hac l. Anto. poſt antiquos in c. gemma. & ibi quoq; Pan. column. 2. uerſ. circa ſecundum. & Card. Alex. column. 4. uerſ. ſecunda eſt quæſtio, extrà de ſponſ. & idem Anto. conſ. 70. quantum ad primum. & latè Maria. Soc. conſ. 3. circa præſentem, per totum conſ. Et quòd licèt is qui uendidit, præciſè cogatur ad tradendum, ſi habet facultatem rei reſtituendæ, nec liberatur ſoluendo quod intereſt, uoluit gloſſ. Bar. & alij in l. 1. ff. de act. empt. & in l. exemplo, in prin. eo. tit. & glo. in §. precium. Inſtit. de cōtrah. empt. cum alijs multis concord. traditis ab Alex. qui hanc dicit eſſe cōmunem opi. in l. certi cōdictio. & ibi quoque Phil. Dec. ff. ſi cer. pet. & in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. pen. ff. de verb. oblig. Tamen is qui tantùm promiſit uēdere, haud dubiè non cogitur præciſè tradere, etiam ſi habeat facultatem rei reſtituendæ, vt per Franc. Areti. dicto conſil. 28. column. 1. verſic. plus dicit. & Iaſ. in l. quoties. column. 8 verſ. quarto decimò limita. C. de rei vendi. & Philip. Dec. qui alios allegat, conſ. 502. ex duobus, column. 2. verſic. ſed dato quòd valeret. & conſ. ſeq. ſuperioribus diebus, colum. 1. verſ. ſecundo reuocatur in dubium. & idem ante eos tenuit Ange. quem tamen non allegant, conſi. 238. dictum punctum, in 2. dubio. & nos aliquid quoque diximus ſuprà, nu. 42. ſed quorſum.

57 *An paria ſint ſoluere & promittere.*

Nec ſimpliciter verum eſt, quod ſuprà in contraria parte diximus [numer. 30. & hæc quidem] paria eſſe ſoluere, & promittere de ſoluendo: quia plerumq; ſunt diſparia: vt tradit & probat gloſſ. in d. l. vlt. & ibi quoque Philip. Corn. C. ad l. Falc. & alia quoque quæ idipſum probāt in l. ea quæ, & ibi etiam Ang. C. de donatio. ante nupt. & probat etiam text. in l. peculium. §. item deducetur, & ibi Sal. ff. de pecunia. & in l. nam & maritus, & ibi gloſſ. Alber. Barto. Bald. & alij, qui eam l. legunt cum l. quod nomine. ff. de cond. indeb. iuncta l. quòd ſi maritus, in princ. ff. de conſti. pec. nam & qui promittit, non propterea ſoluit. l. nepoti. ff. de fundo inſtruc vt per eam legem voluit Bal. in d. l. vltim. Notumque eſt illud Ouidianum ex lib. 1. de arte amandi:

*Promittas facito: quid enim promittere lædit?*
*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

58 Ideò ſunt qui non admittūt, quod ſuprà diximus, numer. 36. imò uerò, & ſeq. ſcilicet ſtatutum deferens lucrum dotis datæ, trahi ad dotē promiſſam: ſed è diametro contrarium tenent: & inter hos Bar. ſibi contrarius, in d. l. iubemus. §. 1. columna 1. verſic. ueniamus ad quæſtiones. C. de ſacroſ. eccl. Pau. in d. l. ſi marito. §. 1. ff. ſolu. mart. & in d. l. ſi donaturus. §. 1. ff. de condi. ob cauſam, dum utrobiq; remittit ſimpliciter ad Barto. in d. l. iubemus. & Fran. Are. in d. Rub. ff. ſol. matr. colum. pen. & Matheſ. not. 74. nota quod ſtatutum. Alex. in d. l. ſi do naturus. §. 1. columna ult. ff. de condic. ob cauſ. niſi, inquit, is qui promiſit, ſit in mora dandi. & Soc. in l. de diuiſione, col. 3. uerſ. circa tertium. ff. ſol. matr. Carol. Rui. ſibi contrarius in Rubr. eiuſdem tit. num. 98. & 102 & conſ. 197. caſus de quo, num. 5. & ſeq. lib. 1. quem tamen vide poſteà num. 8. & conſ. 225. viſis his col. 1. verſ. vnde ſequitur, eo. lib. 1. quem & tu uide, col. 2. uerſ. nec obſt. quòd loqui videatur, & conſ. 34. copioſè, col. 1. lib. 3. & conſ. 56. in cauſa, col. 1. lib. 5.

Sed & eius quod dictum eſt, [ſuprà nu. 40. & hanc opinionem, ſcilicet] ſtatutum repellens fœminas dotatas habere locum, cùm dos eſt tantùm promiſſa, aut legata, tenuerunt contrarium Iacob. Aret. Petr. Cyn. Ray. & Rapha. Fulgoſ. in d. l. non ſine. C. de bon. quæ liber. alter Rapha. Com. & Imol. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Andr. Iſer. ſi æquitati, ut dicit, innitamur. in d. c. 1. col. 6. uerſ. de æquitate. tit. de natur. ſucceſſ. feud. Alex. conſ. 13. circa primum dubiū, col. 4. uerſ. quinimò ſecundum, rurſumq; verſ. & iſtam diſtinctionem, & iterum verſ. bene facit lib. 3. & Socin. ſibi contrarius, [conſ. 92. circa primum. col. 4. uerſ. nec obſt. cauſa ſtatuti, li. 1. quem tamen omnino uide, & iterum] conſ. 207. in cauſa dominæ Annæ, col. 2. uerſ. ſecundò conantur, lib. 2. 59

Contrarium quoque eius, quod diximus, d. Auth. ſed quamuis. C. de rei uxo. act. habere locum in dote promiſſa, tenuit gloſ. ord. ibi, in uerbo, diminuere: quam ſequitur Cy. in 1. oppo. & Ang. Aret. in §. fuerat, colum. 14. uerſi. in ea gloſſ. ibi, quod patet. & ibi etiam Iaſ. ſibi contrarius, qui eam gloſſ. dicit not. colum. pen. nu. 134. Inſt. de act. uti. & in ſimili. l. quamuis. ff. ſol. mat. & ſimiles, quę faciunt poteſtatem reddendę dotis in certis caſibus conſtante matrimonio, non habent locum in dote promiſſa, necdum data. Ea enim remitti nō poteſt, etiam ex illis ipſis caſibus: ut uoluit gloſſ. not. quam ſequūtur Cy. & Bal. in l. ſi conſtante, in uerbo, firma. C. de donat. ante nupt. & illam quoque ſequitur & dicit ſing. Ro. ſing. 601. tu habuiſti. 60

*Facultas reddendæ dotis conſtante matrimonio, non trahitur ad dotem promiſſam.*

Ex quibus vides, rem, hanc eſſe admodum ambiguam, ſed quicquid ſit in illis alijs caſibus, neque enim nunc nobis uacat, nec etiam expedit aliter eos examinare: tamen id ſcio, in caſu noſtræ promiſſionis de danda facultate redimendi intra certum tempus, cùm primus iudex hanc poſteriorem ſententiam ſecutus abſoluiſſet emptorem, fuiſſetq; ab eius ſententia appellatum ad curiam parlamenti ampliſſimi Senatus Pariſienſis, fuit dictum, malè iudicatum & bene appellatum, & emptor condemnatur ad recipiendum uenditorem ad retractum reſtituto precio atque etiam ad reſtituendos fructus à tempore litis conteſtatę perceptos. Et certè Senatus ille æquiſſimus æquiorem ſentētiam ſequutus eſt, ut ſemper aliàs ſolet facere: uti etiam ſcribit Fran. Rip. in l. Centurio, col. 25. nu. 77. ff. de vulga. & pupilla. & è noſtris atteſtatur Budeus ſtatim poſt prin. priorum annotationum in Pandectas. & Steph. Bert. cōſi. 48. uiſo caſu, colum. 2. lib. 1. ubi nuncupatim loquitur de circuitu, quem ſolet (inquit) ſuprema Curia uitare, & omnibus modis ueritatem, reiectis huiuſmodi ſubtilitatibus, ſectari. Et nonnihil etiam Guido Pap. Dec. Delphi. 29. in ſuperiori. & iterum deci. 483. legatario. & ipſe Bertr. cōſ. 178. uiſo proceſſu, ad fi. li. 2. & Aymo Crauetta, conſ. 198. uidetur. colum. vlt. nume. 7. 61

*Dec prin. quæſtiōis.*

*Areſtum.*

*Senatus Pariſieſis æquitatem amplexari ſolet.*

Sextò



62 *An id pactum poſſit probari teſtibus. Etiā ſi ſit inſtrumentum. An ſufficiant duo teſtes.*

Sextò quæro, cùm non conſtat per inſtrumentum de huiuſmodi pacto, an admittatur venditor ad probandum per teſtes, id fuiſſe factum, ſaltem ſi ſe non inſcribat de falſo, iuxta l. vltim. cum ibi not. C. de fide inſtrum. & vtrum teſtes id probent contra inſtrumentum. Nam certum eſt duos teſtes non ſufficere ad reprobandum inſtrumentum: per no. in l. in exercendis. C. eodem tit. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. & in l. 1. §. ſi quis negat. ff. quemadmo. teſta. aper. & per Cano. in c. cùm Ioan. extrà de fide inſtrum. Dic breuiter, id non eſſe contra inſtrumentum, ſed præter: ideò neque opus eſſe inſcriptione, duoſque teſtes ſatis eſſe, vt expreſsè voluit Alexan. conſi. 122. viſo proceſſu utriuſque cauſæ, columna 3. verſic. nec obſtat etiam ſi dicatur, lib. 2. Sed & tu vide quæ in ſimili diximus in titul. præced. §. 1. glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à vente*, num. 57. nec tamen. & vide etiam quę ſuprà ſcripſimus in hac eadem glo. in 4. quæſt.

63 *An id pactum probetur ex fama. An ex coniecturis, et quibus. An teſtib. ſingularibus. An in eo ſit locus iuramento ſuppletiuo.*

Septimò quæro, quomodo probatur id pactum, vtrum ex fama, coniecturis, & quibus, teſtibus ſingularibus proxenetis, confeſſione extraiudiciali facta abſente parte, & an ſit in eo locus iuramento in ſupplementū probationis. Hæc omnia comperies, non quidem uno in loco, ſed per partes, apud Bald. conſi. 39. proponitur quòd celebratus, colum. 2. lib. 3. Petr. Anchar. conſ. 331. viſis diligenter, colum. 2. uerſ. quartò etiam. Imol. conſ. 92. uiſis & conſideratis. Paul. Caſtr. conſi. 143. viſo proceſſu & atteſtationibus, colum. 1. uerſ. ſecundò uidetur, & ſeq. vſque ad fi. conſ. lib. 2. & Rom. conſ. 30. viſo caſu, & Alexan. dicto conſ. 122. in 3. primis col. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 18. cuius ſuperſcriptio incipit, an ſtatutum in venditione, tum colum. 1. tum 3. ver. cùm ergo ſtatutum, cum multis uerſ. ſeq & col. vlt. uerſ. non obſt. quòd probationes, uſque ad fi. conſ. & Hippo. Marſ. in l. de minore. §. plurimum, col. 8. num. 77. adde etiam quòd fama. ff. de quæſt. & latiſſimè D. Boer. deciſ. 183. alia inſuper. Sed & de probatione ipſius reuenditionis aliquid uidebis apud Socin. conſi. 353. in cauſa domini Ioan. in 1. dub. libro 2.

64 *Si intra tēpus reuēditionis uenditor reſtituit preciū, & emptor rem uenditori tradat, an dominus ipſius rei & acquirat fructus.*

Octavò quæro, quid ſi intra tempus reuenditionis venditor reſtituit precium, & emptor ei tradit prædium, non tamen aliter reuendit: an transferatur dominium in uenditorem, ita vt fructus acquirat: an verò ipſi fructus extenuent precium. Qua in ſpecie, aut certè promiſſionis de vendendo, patrum noſtrorū memoria duo eius tempeſtatis primarij legum interpretes multis magniſq; utraque rationibus inuicem contenderunt. Hi ſunt Barth. Soci. & Iaſ. Ille enim aſſerebat eo in caſu dominium transferri, ac fructus ei acquiri, qui precium tradidit, & prędium ab eo qui promiſerat accepit, ęquè, ac ſi uenditio facta fuiſſet: hic contrà, ut uidere licet ex ſcriptis eorum, in l. ſi ante. ff. ſol. matr. ubi & ipſi aſſerunt, ita pro ſua vtrumque ſententia conſuluiſſe, ſicuti uerè conſuluerunt in eadem cauſa inter eaſdem partes: ſcilicet Soc. conſilio 170. in præſenti conſultatione, ferè per totum, lib. 2. Iaſ. conſil. 117. in quæſtione quæ vertitur, lib. 1.

65 *Iaſonis rationes. Ex promiſſione ſolū cōpetit actio perſonalis, nec dominium transfertur. Fructus dominium ſequuntur. Vſura eſt lucrari ex pecunia.*

Iaſonis rationes maxima ex parte in hoc ſunt, quod aliud eſt vendere, & aliud promittere de vendendo: ut latè diximus ſuprà in 5. q. nec ex promiſſione transfertur ius aut dominium, ſed ſolum actio perſonalis contra promiſſorem. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundus. ff. de acti. empt. & l. qui fundum. ff. de contrah. empt. quę iura in hoc alleg. Ang. conſil. 184. ex forma, col. vlt. quem & nos citauimus in d. 5. quæſt. Ex quo illico conſequitur, quod cùm is ex eo promiſſione non ſit dominus, nec fructus quoque ſuos facit: ſicut nec creditor qui non habet dominium. l. 2. & 2. C. de pig. act. & c. 1. & ca. conqueſtus, extrà de vſur. nam ſolùm eſt tradita naturalis poſſeſſio, non etiam dominium: at ea non ſufficit ad acquiſitionem fructuum. l. qui ſic. ff. in alieno. ff. de vſur. & l. in bonæ fidei, in princ. ff. de acquir. rer. domi. & declarat Bar. in l. ſi fur. ff. de vſufruct. & in l. 3. §. ex contrario ff. de acqui. poſſ. nam nec nuda traditio (ut hoc illi addas) ſine cauſa vel titu. operatur dominij tranſlationem. l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. domi. Vnde ſi is vellet lucrari fructus ob pecuniam quam dedit, eſſe vſura: ut not. in c. conqueſtus, & in c. plerique, 14. q. 3. & per Hoſti. qui huius rationem reddit in ſumma, tit. de vſur. §. 1. uerſ. & eſt ratio, cum uerſi. ſeq. & Bal. in Rub. C. eod. titu. ad fi. dum loquitur de fructibus, qui medio tempore percipiuntur.

Præterea cum dominium nondum tranſlatum in emptorem, nec ad eum quoque ſpectat periculū rei: quia res ei perit, cuius eſt. l. pignus. C. de pig. act. & l. neceſſario. ff. de peri. & com. rei uend. gloſſ. in l. non omnis. §. ſi pupillus, & ibi Paul. Caſtr. Ro. & latè ipſe Iaſ. ff. ſi cer. pet. Cy. & alij. in l. 1. C. de peri. & com. rei uend. Sed ad quem non ſpectat periculum rei, nec fructus quoque eius ad ipſum pertinent. l. 2. & ſeq. & ibi gl. quæ id declarat. ff. de in diem addic. Et ſi quis eos ita lucrari vellet, vſura eſſet: vt not. in d. c. conqueſtus, & per Inno. in c. 1. eod. tit. & hoc dicit Iaſ. in d. l. ſi ante, eſſe ineuitabile fundamentum. 66

*Periculū dominium ſequitur. Fructus ſi ne periculo vſura eſt.*

Poſtremò pro hac parte adducitur autoritas nō contemnenda Alex. quem & nos quoque ciuitamus in d. quæſt. 5. ſcilicet conſil. 73. uiſo themate ſuprāſcripto, colum. 2. uerſ. nec etiam deberi poſſunt, & ſeq. lib. 2. conſ. 120. in propoſita quæſtione, & ipſius eſt illud conſ. iterumq; in ſeq. conſ. quod eſt 121. uiſo themate ſuprà ſcripto, lib. 4. quod quidem poſtremum conſi, omnino idem eſt cùm d. conſ. 73. lib. 2. quibus quidem conſ. aſſeuerantet reſpondit Alex. in caſu promiſſionis uenditionis ſoluto etiam precio, & re mutuò tradita, fructus non cedere lucro eius, cui facta eſt promiſsio, illis iiſdem rationibus, quas ſuprà adduximus ex Iaſ. & idem quoque tenuit Carol. Ruin. conſ. 77. de duobus, col. vlt. num. 9. lib. 1. & conſ. 47. in cauſa. col. 2. & princ. lib. 4. & præterea faciunt, quæ ſcribit idem Alex. conſ. 119. ſine diſputatione. lib. 4. 67

Contrariæ ſententiæ rationes, ex quibus Socin. nonnulla affert, quibus multas addidimus, hæ ſunt: dominium transfertur ex traditione, non ſolùm cum cauſa de præſenti adeſt, ſed etiam cum ea ſperatur, ſcilicet propter ſpem futuræ obligationis committendæ: vt declarat Bar. in l. ſub conditione, col. vlt. uerſ. aduertatis contra prædicta. & iterum verſ. item contra prædicta. ff. de ſol. per text. ibi, & alia iura, ex quo facilè intelliges, nihil quantum ad id, intereſſe, vtrumne ſit cauſa legitima re, an ſpe. & idem quoque voluit ipſe Bart. Bal. Paul. Caſt. & ipſemet Iaſ. in l. triticum, in fin. ff. de uerbor. oblig. & Bal. in l. contractus, colum. vlt. uerſ. ſecundò quæritur, & ibi quoq; Paul. Caſtren. col. 4. uerſ. in glo. & ibi Bal. C. de fide inſtrum. ubi dicit ipſe Bal. hoc caſu conſenſum tradentis reſpectu futuræ cauſæ operari dominij tranſlationem: etiam per text. in d. l. ſub conditione, & alia iura per eum allegata, & Barb. conſ. 8. ſcribitur, col. 1. uerſ. & ſi opponitur, lib. 1. & Soc. in l. 1. §. ſi uir. ad fi. ff. de acq. poſſ. & Ludo. Gozad. conſil. 90. in cauſa Mantuana, col. 5. num. 14. Et licet ea iura ab illis citata, loquantur in cauſa & contractu conditionali, tamen ea trahunt & alias futuras cauſas. Et eſt maior ratio in hoc caſu, in quo ex promiſsione agi poteſt contra promittentem, ut cauſam ipſam impleat, & (vt noſtri loquunt) in eſſe deducat: & ſic quodāmodo is cui promiſsio facta eſt, cām iam habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iu. Maior (inquam) eſt ratio hoc in caſu, quàm quādo cauſa eſt conditionalis, quæ à caſu & fortuna pendet, nec interim agi poteſt. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. cū ſim. adductis ſupra tit. pce. §. 1. in gl. 2. in uerbo, *à uendu*, num. 21. 68

*Rationes contrariæ oppoſ. Traditio cum legitima cauſa etiam ſperata aut futuræ dominium transfert.*

num,21.ſed & illud, nam quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione, ſi quis omiſ cauſ teſtam. vnde maior eſt ſpes futuræ in hoc caſu, quàm in dictis iuribus. Ideoque Bal.in d. l.contractus,& ibi quoq; Sal,in 3.q. princ. loquentes in caſu & ſpecie illius l. aſſerunt per traditionẽ acquiri dominiũ, quamuis contractus uenditionis nõdum eſſet perfectus, nullumq; ius ex eo emptori acquiſitum eſſet, ut ibi dicit tex.& uoluit etiã Alex.in d.l.1.§.ſi uir vxori,col.pen. uerſ.iuxta proximè dicta.ff.de acquir.poſſeſſ.& ante eos Azo,quem nullus citat,in Summa.C.de contrah.empt. col.antepe.verſ.& hoc quando.Igitur ſi id fit,antequàm contractus eſſet perfectus, quo caſu non dicitur contractus, ſed tantùm præparatio, & præuia diſpoſitio ad contractum,arg,l.2.C,de ſent, ex breui.reci.& cap.vlt. de re iud.libr.6.tradit. Oldra.conſil.119. Titius condidit teſtamentum.Io.And.in addi.Spe.titu de inſtr. edit. §. compendioſè. uerſicu. quid prius fecit teſtamentum, colum. pen. eius verſic. Certè fortiori ratione fieri debet, cum adeſt promiſſio de perficiendo contractum, cùm etiam in primo illo caſu locus eſt pœnitentiæ, d. l. contractus, & not.in d,l.2.de ſent. ex breui. reci. Vnde ſequitur id, quod ſuprà diximus, ſcilicet maiorem firmioremq; ſpem eſſe in hoc noſtro caſu, quam in caſu d.l.contractus.Ideò dicit Bald. ibi, quod translatio dominij poteſt cauſam præcedere, quaſi ſcilicet habita fide de ipſa cauſa. Ex quo uides, quod ſicut cauſa de præſenti operatur translationem dominij ſecuta traditione,ita etiam,ſi habita ſit fides de cauſa.Quis autẽ dubitat,in hoc caſu habitam eſſe fidem de cauſa uẽditionis? cùm præceſſerit promiſſio de uendendo cum aliqua temporis dilatione,ſicut quando promittitur precium cum aliqua dilatione,cenſetur habita fides de precio, ſecundum not.in l.quod uendidit,de contrahen.empt.& quæ dicemus poſteà latiùs.

69 *Ex contractu conditionali re tradita transferẽ dominium*

E T hanc rationem adiuuat text. in l. dotis fructus. §.ulti.cum l.ſeq. quæ incipit,ſed niſi.ff.de iu.dot.ubi ex contractu conditionali transfertur dominium,ſi res fuerit tradita, etiam ante conditionem impletam. quem tex.ad hoc expendit gl.in l.ſeruitutes ipſo quidem iure, in uerbo,ſub conditione,in prin. ff.de ſerui. & ibi Ang. & Pau.Caſt.qui eam gl.dicunt ſing. ad id quòd patientia quæ in incorporalibus habetur pro traditione,per l. pen. eiuſdem titu. etiam hoc caſu transfert dominium. & ipſe Angel.eam trahit ad caſum huic noſtro ſimilem, ut ſcilicet ex ſimplici promiſſione de conſti tuendo ſeruitutem, ante eam aliter conſtitutam, per ſimplicem patientiam,quæ,vt diximus, habetur loco traditionis, inducatur conſtitutio & translatio iuris: & ideò (inquit) iſta gloſſ.eſt miranda. Eum autem tex ad id quod diximus,vltra Bart.in d.l.triticum,& Bal.in d.l.contractus,expendit etiam idem Bal. conſ.478. quidam Franciſcolus,circa medium, lib.1.Pau. Caſtr. conſil.267.in facto illorum,lib.1.ubi id declarat Corne. conſi.50. uidetur hac, colum. 4. libr. 1.& conſil. 214. licèt in hac, col.3.lib 4,& diximus ſuprà in præcedenti tit. §.1.gl.2. in uerbo,*à vendu*,nu.30. quod ſi prior, & ſeq. & ad hæc iunge quæ dicam infrà uerſ.ab hinc 4.

70 *Maritus et emptor æquiparantur.*

I T E M emptor reſpectu rei emptæ, & maritus reſpectu dotis æquiparantur, idemq; iuris eſt in utroque: nam mulier dans dotem,eſt tanquam uendens:& onera matrimonij, quæ ſubit maritus, ſunt loco precij ipſius dotis,quæ datur ob ea onera.l.ex promiſſione.ff.de act. & obligat. vbi dicitur, maritum quantum ad dotem pertinet,eſſe veluti emptorem,& ſimilis eſt text.in l.qui balneum. §.vlt, ff. qui poti. in pign. habe. & uoluit gloſſ.in l.de diuiſione,& ibi Barto.paulò poſt medium, & omnes poſt eum.ff.ſoluto matr.Doct.in l. inſulam.§, vſuras.ff.eod.titu.& in cap. ſalubriter, de vſur. & Socin, conſ.88.abundè,col.1.li.4.& conſ.103.præſens conſultatio,col.2.uerſ. ſecundo confirmo, eod.lib.4.& facit l. 1.in princ.ff,pro dot.& ibi Bart.qui ex eo not.maritum. & emptorem æquiparari, & l.ſicut. §. ſed ſi permiſerit, ff.quib. mod. pig. vel hypo. ſol. ubi qui in dotem dedit vendidiſſe uidetur,propter onera matrimonij. Ex quo forte antiqui dicebant matrimonium eſſe ſpeciem quandam emptionis & venditionis, ut plane diximus in noſtris Legibus connubialibus, l. 4. & dicemus pleniùs in alia editione, quam propediem emittemus. Illud tamen hìc adijciemus, ob id quod diximus, maritum cenſeri habere cauſam oneroſam in dote nullum quoq; in ea eſſe veluti creditorem, l.ult.§.ſi à ſocero, ad fi.ibi, non magis quàm in creditorem, & ibi Bar.qui id no. ff. quæ in frau.credit.Sponſalia autẽ nihil aliud ſunt,quàm promiſſio contrahendi matrimonium.l. 1.ff. de ſponſa. Sed illlud ita habet, quod ſi ſponſa de futuro, ante contractum matrimoniũ tradiderit dotem ſponſo iam ſubeunti quædam onera;is lucratur fructus etiam ante matrimonium perceptos;ut poſt Azo.voluit gl.quam communiter ſequuntur Doct.& quæ id dicit procedere ex æquitate,in d.l.ſi ante.ff.ſol.matr.Ergo idem,cum is qui promiſit vendere,ante uenditionem tradit rem,& accipit precium,cuius vicem (ut diximus) obtinẽt onera matrimonij: nã ſicut maritus lucratur fructus propter onera matrimonij, ita emptor ob compenſationem precij, l.curabit,C.de act.empt.

*Matrimonium ſpeciem eſſe emptionis.*

71 *Emptor ſoluta parte precij fructus habere debet pro rata.*

A D hæc text.eſt not.in l.ult.§.ſi per mulierem.ff.de fund. dota. quod ſi mulier dedit fundum in dotem marito, hoc pacto quod ſoluta æſtimatione illius, maritus fundum reſtitueret, & poſteà mulier partem æſtimationis ſoluerit; debet habere fructus. quem text. trahunt Doct.ad emptorem,ut ſcilicet quamuis ſit ſolutum precium uenditionis pro parte,non tamẽ acquiritur dominium pro ea parte,arg.l,ſi rem. ff.de ſol. tamen emptor debet habere fructus pro rata precij ſoluti,per illũ text. ita enim voluit Bart.in ea ipſa l.& in l.fiſtulas.§.qui fundum,& ibi quoque Sal.& Fulg,qui illum text.dicit ſing. ff. de contrahen. emp. & idem Bar. & Sal. qui & illum text.dicit not.in d.l. Iulianus.§,offerri. ff de act. emp.& Bal.qui illum tex.dicit ad hoc ualde not.in l. ſi traditio, col.ulti. in 11.q.C.eod.tit.de act.emp.ubi id dicit procedere ex quadam generali æquitate, ne uenditor locupletur cum iactura emptoris.& Sal.qui & illum tex. dicit not.in d.l.curabit,in fi.& ibi Hiero.Cagno.qui illum dicit ſing.in repe.eiuſdem l. col.5.uerſic.item not. quod ſi uenditor. C.eod.titu.Panor.conſil. 66. duo ad claram deciſionem,colum.2 uerſi.ſed his non obſt.lib.1.& iterum conſ.69. caſus in his terminis ponitur quidam Antonius,ante finem,lib.2.Alexan. qui illum quoque textum dicit ſingu. dicto conſil. 73.in princip. libr. 2. qui poſteà,colum.ſcilicet 3.uerſic.& per hoc patet, declarat quomodo intelligatur.& conſil.121.viſis & ponderatis,colum.2.lib.5.Corne.conſil.150. uiſo tenore, col. 2.uerſic. nam Bald.lib.4.Franc. Aret. conſil. 160. longa eſt colum. 6.in 5. dubio, & Fab. in tractatu de empt. & vendi. in 5. membro 6. quæſtionis princi. & iterum in 7. quæſtione princip. colum. vltim. Socin. conſil. 179. circa præſentem, in fi.lib,2.& conſil. 16. anno Domini, colum. antepen.uerſic. ad prædicta accedat, lib.4. & iterum conſil.130. circa præſentem,in fine eo.lib.4. ubi etiam dicit eſſe bonum textum, in l. cum uenderent. ff. locat. Ludoui.Bolo, conſil. 62.A Bononienſi, colum. 3. uerſic. & non eſt dubium. Caro. Rui. qui & illum text. dicit ſing.conſil.66.licet,colum. 3. numero 7. lib. 4. & Philip.Dec,conſil.169.cuius ſuperſcriptio incipit, licèt inſtrumentum colum.2.uerſic.vltimò non obſt.& conſ. 543.in caſu propoſito, colum. ultim. Steph. Bertrand. conſilio 318.quamuis certiſſimum,colum. 2.uerſic. ſed uereor,lib.1.& Matthæ.Afflic.deci.Neap.87. magnum eſt dubium,colum.1.

Vi-



72 *De eadem re.*

V I D E S igitur in caſu dictæ l.vlti. nihil aliud eſſe, quàm ſimplicem promiſſionem de reſtituendo,ſeu quodammodo de reuendendo, vt eſt etiam in caſu noſtro. vides (inquam) in cauſa venditionis emptorem ante ſolutum precium nondum eſſe dominum rei emptæ.dicta l.quod vendidi.ff.de contrahen.empt.& §.venditæ, Inſtitu.de rerum diuiſ. nec teneri venditorem ad traditionem rei, donec ſolutum ſit integrum precium: per d.§.offerri, & tamen vtrobique deberi fructus pro parte precij ſoluti. Ergo multò magis in noſtro caſu, in quo ſolutum eſt integrum precium,& præterea res ipſa tradita. Sed Iaſon dicto conſilio 117. lib. 1. cùm non videret, quid ſatis tutò reſponderet ad dictã l.vltimam, eò tandem confugit, tanquam ad ſacram anchoram, vt diceret fortè non inſubtiliter poſſe attentari dict.l.vltimam, & quæ in ea dicunt Docto. procedere de iure.ff. tantùm,quo vſuræ non erant prohibitæ: ſecus autem fit hodie ex Iure Canonico.

73 *Iterum de futura cauſa.*

H V C quoque pertinet text.in dict.l.1.§.& primum. ff.pro dote: vbi ſi ſponſa ante contractas nuptias in dotem viro dederit rem alienam, ea mente, vt res ipſius eſſet, is vſucapere poterit etiam ante nuptias: & ſi non aliud expreſſim actum ſit, credendum eſt id eo animo eſſe traditum, vt illius eſſet: vt etiam dicit tex.in dict.l. ſed niſi.ff.de iure doti. quaſi ſcilicet ſufficiat promiſſio futuræ cauſæ,ſcilicet matrimonij: nam licet contractus dotis perficiatur ipſa traditione dotis,vt declarat Bar.in l.iuriſgentium,in princip.ff.de pact.tamen ea cauſa dotis ſola & per ſe non ſufficit ad acquiſitionem dominij, ſed requiritur matrimonium, cùm dos non poſſit eſſe ſine matrimonio.l.vlt.C.de donatio.ante nupt. Ex quo apertè declaratur, ſatis eſſe, cauſam quæ oritur ex matrimonio, eſſe promiſſam, ſcilicet per ſponſalia, quæ, vt diximus, continent promiſſionem futuri matrimonij. Ergo & in caſu noſtro ſufficit promiſſio futuræ cauſæ, id eſt, venditionis, licèt nondum facta fuerit vnà cum traditione, præſertim cùm vt diximus, à pari procedunt dos & venditio.Et id iunge his,quæ diximus ſuprà uerſi. ab hinc 4.

74 *Ex promiſſione uẽdendi,oblato precio, fit perfecta uenditio.*

D E I N D E cùm quis teneturad uendendum certo precio, (qui eſt caſus noſter) ſi per eum, cui facta eſt promiſſio,offeratur precium,uenditio habetur pro perfecta, quantum ad iuris effectum, cùm ſtet per eum qui tenetur vendere; ut expreſſim voluit Bartol. in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe,in princip.ff.de lega.3.& iterum in l.uxorem.§.agri plagam,in princ.ff. de leg.3.& utrobique per l.Labeo ſcripſit,ſi mihi.ff.de contrahen.emp. qua l.probatur, id pro facto haberi, quod per alium ſtetit quò minùs factum ſit in ipſius præiudicium,cum multis concordan. à me collectis ſuprà titu. præceden. in §.15.in glo.in uerbo, *depuis la litis conteſtation*,num. 7.idque perpetuum eſt. Et in hoc illud aduertendum eſt dicta l.Labeo,loqui nuncupatim de uenditione.& alia multa iura allegata in d.§. 15. loquuntur etiam aut de uenditione, aut alijs contractibus: ne quis cauſetur Barto.in dictis locis loqui de teſtamentis, tanquam ſcilicèt in his plenior interpretatio ſumi debeat, quàm in contractibus,iuxta l.in teſtamentis ff.de regulis iuris,& cap.cùm dilecti, extrà de donatio. Et hanc Barto.ſententiam ſequuntur Bald.Saly.Flo.Pau.Caſtren. Rapha. Cu. Alexand. Iaſ.& omnes,præter Franciſ. Aret. in d.§. meminiſſe & Ange.in l.1.C.com.de lega.& in l.in æſtimationibus,ad fi.ff.de peti. hæred.Ray.& Floria.in d.§. agri plagam.& Fab.in tract.emptio.& uend. in 7.quæſt. 5.q.princip.& Franciſ.Aret.ſibi contrarius,conſi.6.uiſo inſtrumento diuiſionis, colum, 4. uerſicu. confirmatur iſta concluſio.

75 *Et an in eo caſu cõpetat rei uẽdicati.*

S V B D I T tamen Bartol. utrobique (nam id non omittendum eſt) poſt Dyn.in d.§.agri plagam,hoc caſu etiam competere rei uendicationem, per tex.in dicto §.agri,in uerbo,petere quod etiam uoluit Cyn. in dicta l.1.in 10.quæſt.& ibi quoque Ioan. Fab. C. commu.de lega & Saly.Rapha.Cu Pau.Caſtren.& Iaſon in dicto §. meminiſſe. & Angelus in locis ſuprà allegatis. Licet quantum ad hoc poſtremum, non aſſentiant cæteri ſuprà citati: ſicuti nec Bald.in dict.l. 1. colum.2. uerſicu. quæro ſi teſtator. C.commun. de legat.& Fab. in dicto tractatu, in 22.quæſtione 3. partis principa.niſi, ut ipſi dicunt, fuerit proceſſum ad traditionem. Sed hìc non ſolùm res fuit tradita, ſed & precium quoque traditum & acceptum,nedum oblatum. Ergo hi omnes ſtant ab hac parte.præſertim cùm in caſu promiſſionis reuenditionis ſola oblatio faciat cenſeri perfectam eſſe reuenditionem,& fructus deberi offerenti, per textum in l.2. C.de pact.inter emptorem & uendito. quem ſic intelligit Franciſcus Aretinus conſ.28.diligenter animaduerſis,colum.1.uerſic.præterea non continet.Nam & quod plus eſt,multi aſſerunt,in hoc caſu oblatione facta,dominium ipſo iure retransferri in uenditorem offerentem: ut latè diximus ſuprà eodem tit. §.1.glo. 7.in uerbo, *ſeront preferès*, numero 6.at in pacto. Vide tamen (ut id obiter dicam) quid de ea l.Labeo, ſcribit Paul. Caſtren. conſilio 93.in cauſa quæ uertitur coram nobili viro,colum.5.uerſicu.nec obſt.l.Labeo, iunctis præcedentibus,lib.2.

76 *De ijſdem rebus.*

S E D ut demus illud non eſſe uerum, ut ſcilicet retransferatur dominium ipſo iure, cùm interuenit ſola oblatio: de quo diximus ubi ſuprà & iterum.§.4.in uerbo, *conſigner*, numero 3.& adeò quidem. Certè cùm emptor oblatione ei facta accipit precium, & præterea rem ſibi uenditam retradit ipſi uenditori, non uideo, quin id agens cenſeatur tacitè reuendere, liberando fidem ſuam, id eſt, ut indoctiores intelligant, ſatisfaciendo ſuæ promiſſioni de reuendendo: nam uenditio fit conſenſu.l.conſenſu. ff.de actio. & obliga.& §.1.Inſtitu. de obliga. ex conſen. Contractus autem, & alij actus, qui conſenſu perficiuntur, uerba non exigunt, ſed uel nutibus uel alijs actibus conſenſum exprimentibus tacitè conſumantur. l. ſi pater naturalis. ff. de adopti. & l. item quia, in princip.ff.de pact.& l.in quibuſcunque.ff. de act.& obligat. quæ poſtrema l.loquitur nuncupatim de emptione & uenditione. & latiſſimè dicemus infrà titu. *de contraire compagnie*, qui eſt omnium huius uolum. conſuetudinum 24. §.ſecundo, in uerbo, *contractent traiſiblement compagnie*, in princip. Nam & factis conſenſus & uoluntas exprimitur, & declaratur. l.de quibus, & ibi glo. de legib. & l.recuſari.ff.de acquiren. hæredita.ubi gloſſ.dicit, nihil intereſſe, uerbis aliquid fiat,an rebus: & multa in id allegat. Imò ſi uerum fateri uolumus, facta plus habent ponderis ad declarandam uoluntatem, quàm uerba. l.ſi tamen.§.ei qui ſeruum.ff.de ædil. edict. ubi dicitur, quòd multò amplius eſt facere, quàm pronunciare, & not.gloſſ.in cap.dilecti, per illum tex.de appellat.& Pet.Ancha.conſil.302. materia de qua quæritur. & Roman. conſilio 291. cùm iſti fratres, qui ex hoc dicunt facta magis declarare uoluntatem & conſenſum contrahendi,quàm uerba,quod huc proximè accedit. Et ex externis ſcriptoribus Lucianus in Toxari aſſerit res ipſas magis loqui,quàm uerba: cum alijs ſimilibus, quæ etiam collegimus, ubi ſuprà numero 2. Igitur,vt reuertamur,ſi factis & tacitè poſſimus uendere & reuendere, per Deos oro,ex quibus factis euidentius dilucidiuſque poſſumus declarare uenditionem nos facere, quàm ſi poſt promiſſionem de ea facienda precium recipimus, & uiciſſim rem tradimus? Certè uel ſic declaramus, uel nunquàm: eſſentque ſuperuacua omnia iura, quæ dicunt emptionem ſolo conſenſu & tacitè, id eſt, ex factis celebrari, niſi ita fieret: quando etiam ex ſimplici traditione rei ante contractum perfectum dominium transferamus,

*Voluntas facto declaratur.*

*Facta magis declarãt uoluntatẽ, quã uerba.*

*Lucianus.*

ſecun-

*Traditio rei ante perfectum contractũ transfert dominiũ.*

ſecundum glo.in d.l.contractus,in verbo, id quod emptoris.& ibi Cyn.poſt Pet.col.2. uerſ.quartò quæritur, Bal.quo loco ſuprà citauimus. Sal.col.3.verſ.quæro tertiò principaliter.Ang.uerſ.in ea ibi,ſed non vſura.Paul. Caſt.ubi etiã citauimus.C.de fide inſt.& alia gl.in l.multum,in uerbo, tradita, dum ſe allegat ex d. l.contractus, & ibi quoque Docto.C.ſi quis alter. Barb. conſi. 8.ſcribitur præclarè,colum.antepenult.uerſic. & ſi opponitur de eo,libro 1.

77 *Confirmatio præcedentium.*

Et hæc quoque euidenti ratione probantur: nam, ut diximus ſuprà,nu.53.hæc mirum,aliud eſt promittere aliquam accipere in uxorem,aliud eam accipere:per illa enim uerba non eſt contractum matrimonium,ſed eſt tantùm promiſſio de contrahendo, quã nos ſpõſalia de futuro vocamus ſunt enim ſponſalia futurarum nuptiarum promiſſio,c.noſtrates,30.q5. per hæc autẽ contrahitur matrimonium. Quid igitur,ſi poſt huiuſmodi promiſſionẽ de contrahendo non aliter expreſſim contrahitur matrimonium, tamen ſponſus & ſponſa inuicem concumbunt: quod nihil aliud eſt, quàm ſeſe ſibi mutuò tradere:ut apertè ſentiunt gloſſ.Hoſt.Colle.Pan. uterque Cardin.Floren.& Alexan.in cap.ult. de ſponſa. duo. dum reſpondent ad l.quoties. C. de rei uendi.& idem Hoſtien.in ſumma eiuſdem titu.§.2.columna 1.& D.à Rota deciſ.879.utrum l.quoties,in antiq.quæ repetitur inter deciſ.Bernard.Biſguet ſub titu. de locat.cap. 1.eiuſdem initij. Profectò ita perficitur matrimonium, ac ſi uerbis expreſſis fuiſſet contractum. Sponſalia(inquam) tranſeunt in matrimonium,id eſt, ſimplex promiſſio in contractum.cap.is qui fidem,extrà de ſponſa. cum ſimilib. Idque etiam ſi ſponſalia fuerint ſub conditione contracta,cap.de illis,& capitu.ſuper eo, & cap. per tuas,extrà de conditio.apposi. & utrobique Docto. Imò ex ſimplici ductione uxoris in domum mariti, ipſo facto & ſine alia expreſſione uerborum,eadem ſponſalia tranſeunt in matrimonium.l.cùm in te,& ibi Bald. in 1.not.C.de donatio.ante nupt. Et facit, quod ſcribit idem Bald.in cap.iurauit, colum.ulti. uerſic. item nota hìc quòd ſponſus,extrà de probatio. Igitur & ſimili ratione hoc in caſu ſimplex promiſſio de uendendo tranſit in contractum uenditionis, per mutuam rei & precij traditionem, etiam ſi aliter id expreſſum non fuerit: nam ut diximus ſuprà,numero 70.item emptor, matrimonium eſt quædam ſpecies emptionis & uenditionis. Et huc quoque pertinet tex.in l.Papinianus. ff.de dona. inter uirum & uxorem, prout multi illam intelligunt, quos nos citauimus ſuprà numero 48. nunc ſe offert, ut ſcilicet loquatur in ſimplici promiſſione de donando: ſi tamen proceſſum fuerit ad traditionem rei promiſſæ,habet uim donationis,& morte confirmatur,ac ſi uerè donatum fuiſſet.

*Per concubitũ ſponſus & ſponſa ſe ſibi inuicẽ tradunt.*

78 *Traditio rei facit, ut cenſeatur habita fides de precio.*

Qvid, quòd ſimplex traditio rei non ſoluto precio, illud operatur, ut uenditor uideatur habere fidem de precio,niſi aliud proteſtetur, & ſic transferat dominium.gloſſ.in l.quod uendidi,& ibi Saly.ff.de contrah. emptio.& in l.procuratoris.§.planè,in uerbo, uendicare.ff.de tribu.act.& ſuboſcurè in l.3. ff.de pigno. act. & in dict.§.uenditæ,in uerbo,fidem emptoris. & ibi Ioan. Fab.Inſtitu.de rerum diuiſ.Iacob.Aret. Cyn.& Barto.in l.inciuile. C.de rei uend.Colle.in capitulo ulti.extrà de ſponſa. duo. Bald.& Angel.in l.ſi non donationis. C.de contrahen.emptio.Ioan. Fab.in §. ſed iſtæ, numero 18. Inſtitu.de act.Maſuer.titu. de emptio. & uendit. §. item eo ipſo quòd uenditor. Rom. ſing.308.l.quod uendidi. Alex.conſi.86.ponderatis narratis,colum.2.uerſicu.nec obſtat,ſi diceretur,libro 6.quod repetitur inter conſilia Franciſ.Cur.Senioris,conſilio 22.Corne. conſilio 201. uiſis nonnullis,colum.1.libro 4.& conſilio 150.uiſo tenore, colum.1.uerſicu. quod & conuenit. libro 4.Barb. conſilio 8.ſcribitur præclarè,colum. antepenul.uerſicu. & ſi dicatur,libro 1.& Alciat. in l.traditionibus, in uerbo, nudis pactis. C. de pact.& probat tex.in l.apud Iulianum.§.ſi Titius,ibi,ſed ſi nondum.ff.de lega.1.ſi credimus Franciſ.Areti.ibi. Si ergo id facit ſimplex traditio ſine numeratione precij, ut transferat dominium, tanquam habita fide de precio, quantò magis idem debet facere, cùm numeratum eſt. Præſertim cùm iam in noſtro caſu obligatus ſit emptor id perficere, quod promiſit, cùm è diuerſo in primo caſu uenditionis non teneatur habere fidem de precio: prætereaque plus incommodi percipiat habendo eam fidem, & expectando ſolutionem precij, quàm implendo, quod iam promiſit.

79 *Legatum traditum aſſumit naturam donationis cauſa mortis.*

Qvid uerò plura: cùm ſi quis primò rem quampiam ſuo teſtamento legauit, deinde, & eandem legatario tradidit, legatum ipſum ob eam traditionem, quæ poſteà interuenit, aſſumit naturam donationis cauſa mortis: ut pulchrè & not. uoluit Bald. in l.ulti. C.de uſu & fructibus legat. & in l.1.colum. 3.uerſicu. utrum ſcias.C.ſi omiſſa ſit cau.teſta.per l.Lucius Titius,la 1.& l.legatum,la ſecunda,ff.de lega. ſecundo, & dicemus in noſtro tractatu de utraque poſſ.in materia conſtituti.in ampliatione. Si igitur traditio eam uim habeat, & id operetur, ut mutet ipſius actus & nomen & ſubſtantiam, multò magis id efficere poteſt & debet,ut operetur complementum & perfectionem actus iam incœpti ex promiſſione.

80 *Promiſſio reuẽdendi fauorabilior,quàm uendendi.* *Prouerbium.*

Praesertim uerò hæc omnia debent procedere in promiſſione reuendendi, & magis quidem, quàm uendendi: tum quia facilius res eò redire debet, unde primùm uenerat, argum.l.ſi unus.§.pactus ne peteret, uerſicu.quod in ſpecie.ff.de pact.& cap.ab exordio, 35.diſtin.ut ſcilicet illud fiat, quod ſenario illo prouerbiali dicitur:

ἁλῶν δ' ἐφόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἐνθ' ἔβη. Id eſt:

*Salis onus, vnde venerat, illuc abijt.*

Et hoc argumento in hoc noſtro pacto de reuendendo nuncupatim utitur, licet aliò reſpiciens Philip. Deci. conſilio 88. cuius ſuperſcriptio incipit, ualet ſtatutum, colum.2.uerſicu. ad hoc breuiter: hincque dicit, huiuſmodi bona ita uendita cum pacto reuendendi, & poſteà reuendita, magis uideri reddita, quàm poſteà translata:ut in ſimili dicitur in l.filio quem pater. ff.de libe.& poſthumis.

81 *De eodem.*

Tvm quia æquius eſt & fauorabilius, ut id fiat in promiſſione reuendendi, quàm in ſimplici promiſſione uendendi, quæ omnino libera eſt: nec enim quis cogitur promittere vendere,ſicuti nec vendere.l.inuitum. C.de contrahen.emptio.cum ſimilib. Hìc autem prior uenditor ueriſimiliter non erat aliàs uenditurus, quàm cum eo pacto reuendendi.argum.l.ulti.C.de pact.inter emptorem & uenditorem. Igitur emptor emendo rem, quam fortè admodum cupiebat(neque enim aliter emiſſet,niſi cupidus eius rei)coactus eſt id pactum apponenere. neque enim poterat aliter emere uenditore renitente: fuitque id pactum appoſitum fauore contractus emptionis,& ex cauſa illius:cùm in ſimplici promiſſione uendendi non ſubſit alia cauſa, fauore cuius ea fiat, ſed ex ſimplici uoluntate promittentis.Ideoque non tanta eſt nec tam fauorabilis obligatio eius rei,arg.l.rem legatam.ff.de adi.lega.cum ſi.

82 *L'argent & le drap.*

Denique nihil iniquus eſt,quàm ut hic qui promiſit uendere aut reuendere,habeat penes ſe & precium & fructus eius rei,cuius uenditio aut reuenditio promiſſa eſt, id eſt, ut prouerbio Gallorum dicitur, *& l'argent,& le drap*,ex ſententia glo. Cyn. & aliorum in ulti. C.quand.lic.ab emp.diſced. Bal.in c.1. colum.2.titu.de cont.inter do. & emp. feud. & conſi. 131.caſus eſt talis, quidam nobilis,in fi.lib.1.& conſ.298.hæc materia,col. 1.lib.1.& eſt bonus tex.in dict.l.curabit,& ibi not.C.de

actio.



act.emp.& in l.ſi hæres,ibi,ne emptor & precium & libertum perdat.ff.de fideicom.liber.& l.j.C.ſi ſer.exter. & l. bona fides.ff. de act. emp. ubi dicitur, bona fides non patitur, ut emptor & precium & rem habeat.& l.2. §.1.ff. quar. rer. act. non datur, vbi ſcribitur, iniquiſſimum eſt ſeruo carere, & precio eius. Et licèt text. in d.l.curabit, & nonnulli ex alijs loquantur, cùm venditio perfectè facta eſt: tamen eadem eſt omnino iniquitatis ratio, cùm tantùm interuenit promiſſio uendendi: vt uidere eſt, & probatur in d.l.vltim.§.ſi per mulierem. ff.de fund. dot. ſecundum intellectum glo. ibi,quam ſuprà adſcripſimus, numer.71. ad hæc. text. eſt. Ergo & idem ius ſtatui debet, l. adigere.§. quamuis.ff.de iure patro.cum ſi.

83 *Qui poſteriorem sẽtentiã tenuerunt.*

Et ſecundum hanc poſteriorem ſententiam, Socin. qui eam tenuit in d.l.ſi ante.ff.ſol.mat.dicit fuiſſe iudicatum Cremonæ. Et hanc quoque nuncupatim ſecutus eſt Philip.Dec. ſi is eſt,conſ.614. in cauſa feudali,col.3. in princ. nam admodum dubito, an illud poſtremum volumen conſi. quod ſub nomine ipſius Decij impreſſum eſt, ſit omnino ipſius, & Fran.Cur.Iu. conſ. 82. ſacratiſsimæ,colum.2.verſ.confirmantur, & Carol. Rui. conſ,57.quo ad ea, col.pen.uerſ. non obſtat inſuper,lib. 1.& conſ.48.caſus iſte,col.3.numer.9.eo.lib.1. & conſ. 47.in cauſa,colum.3.num.5.lib.4.vbi oſtendit Alex. uoluiſſe contrarium in d.conſ.73.lib.2.ſuprà num.67. allegato: uti etiam facit idem Ruin.d.conſ.66. column.3. num.8.lib.4.Ante hos autem omnes,quos ſuprà citauimus,Bal.quem nullus allegat,conſ.451.dominus Nicolaus,lib.2. ex facto interrogatus, reſpondit promiſsionem uendendi,ſecuta traditione & numeratione precij, eſſe uenditionem conſummatam., & idem non obſcurè ſentit Raph.Co. à nullo quoque recentiorum memoratus, conſ.184. M. CCCLIX.&c. Ioannes,quod conſil. incultatum eſt inter conſi. Alexand. conſilio 119. ſine diſputatione, libro 4. quamuis illius nomen hic ſupprimatur.

84 *Deciſio princ.quæſtionis, cũ reſpõſionibus diuerſarum rationum.*

Et hanc quoque partem ueriorem eſſe arbitror. Cui non admodum obſtant rationes pro contraria parte à Iaſ. adductæ: nam quod primo loco dictum eſt, aliud eſſe uendere, aliud promittere de uendendo: ut illud concedamus,(quod tamen ſæpe non procedit, ut diximus ſuprà in quinta quæſt.huius gl.tamẽ id procederet, cùm mãſimus in ſimplici promiſsione: ſed cùm ultra eã proceſsimus ad traditionem rei & precij nihil dubitandum eſt, quin tacitè uendamus, & multò magis reuendamus, ut ſatis ſuprà oſtendimus. Sicq; tolluntur omnia alia contraria, quorum hic cardo eſt, quòd fructus dominum ſequuntur: nam in hoc caſu is,cui promiſsio facta eſt uendendi, ſecuta traditione rei & numeratione precij, fit dominus ex illa tacita uenditione:proptereaque ſequuntur eum fructus. Imò etſi nondum eſſet dominus, nihil tamen obeſſet, quin & fructus obtinere debeat: etiam ſi ſimpliciter obtuliſſet precium,nec promittens accepiſſet.ex mora enim fructus debentur oblatione facta.per d.l.2.C.de pactis inter empt.ſaltem depoſitione & conſignatione, ſecundum gl.ibi.de quo latiſsimè diximus ſuprà eod.tit.§.4.gl.6.in uerbo *conſigner*, in princip. Si ergo is, qui ſimpliciter obtulit, & recuſante parte depoſuit, poteſt petere fructus poſteà perceptos, multo magis ſi oblatione facta pars ipſa precium recepit, & rem ipſam tradidit,poteſt eoſdem à ſe perceptos aduerſus partem eos petentem retinere & tueri. per l.1. §.is autem.ff.de ſuperfi.& l.inuitus.§.1.ff.de reg.iur.cum ſi. Atque ita diluuntur, quæ de uſura in priori parte dicta ſunt: quia eodẽ modo uſura eſſet in caſu d.l.2.quod nemo unquam dixit, neque diceret ipſe Iaſ.Et quia etiã non ob aliud dicit Iaſ. uſuram eſſe in hoc caſu, quàm quia hìc dominus, ut ipſe dicit,non eſt: Ideò ſi propter precium fructus lucraretur, uſura eſſet.Verùm hic conſeſtim dominus fit precio à ſe numerato,req; ſibi tradita, tanquam ſic perfecta & conſummata uenditione, ut apertiſsimè ſuprà docuimus.

85 *Collecta nomen Laiinum.* *Si impoſita ſit collecta ante tempus reuenditionis, quis eam ſoluet.*

Nonò quæro, Si collecta, quam uocant non ineptè,(quia & Varro in libro de Lingua Latina,& Cic.li. 2.de Oratore, eam uocem in eo propè ſenſu uſurpant: alij collationem,& indictionẽ uocant)quid igitur, ſi ea fuit impoſita pendente tempore præſtituto ad reuendendum,& poſteà fuit res reuendita:uter eorum, emptòrne, an uẽditor,debeat ſoluere eam collectam.Et idem quęri poteſt de retractu municipali. Dic, id onus pertinere ad emptorem, qui interim, dum collecta fuit impoſita, res poſsidebat,& eius fructus percipiebat,iuxta l.quæro ff.de uſufr.leg.&l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarum.ff.de uſufru.& l.neque,& ibi Bar.ff.de impen.in reb.dot. fac. & l.2.et l.ultim.et ibi gl.Bar.et Io.Plat.C.de anno.et tribut.li.10.et l.hi penes quos,et ibi no.C.de agri. et cenſi. libr.11.et latè diximus tit. omnium 2.huius uoluminis conſuetudinum.§.1.qui eſt omnium eiuſdem uol.14.in uerbo,*ſe prenent ſur l'achepteur*.Et ita nuncupatim in hoc caſu reuenditionis uoluit Cagno.in rep.l.2.in 19.quæſt. C.de pact.inter emp.et uend.

86 *Alia pulchra quæſtio.*

Decimò quæro, Aliquis ſub hoc pacto uendidit molendinum,cuius mola cæteraq; inſtrumenta tempore uenditionis fortè erant recentia: tamen durante tempore reuenditionis vſu (vt fit) attrita fuerunt,ita ut propè ſint inutilia, cum redimuntur, nònne emptor qui reuendit, teneatur eadem reddere ſarta tecta, id eſt, eiuſdem bonitatis,& ſic alia noua eorum loco reponere?aut quod deeſt,id eſt, quod diminutum eſt ab æſtimatione temporis uenditionis, reſarcire? Hunc caſum aliquando ex facto uſu euenire uidimus, & id in controuerſiam actum; reſpondique,ſuper hoc conſultus, non ad ea teneri emptorem,cum non uſus ſit,niſi in quem uſum molendinum paratum eſt.arg.l.arborib.§.nauis,qui eſt 1.ff. de vſufr.& melior is tex.in l.ſi uſusfructus.§.ſi ueſtis. ff. uſufr. quemad. cau. ubi id intelligitur,ſi ſine dolo malo attritum fuerit. & §.in commune, Inſti.de rer.diui.cum ſi. Et facit etiam l.de his.C.de dona.inter uir.& uxo.ex qua not.Bald.maritum non teneri, ſoluto matrimonio, reddere bona paraphernalia attrita, niſi qualia nũc ſunt. quod ex eo repetit & dicit not. Franc.Cremo.ſingu. 141.ſi paraphernalia.ubi & id dicit probari in l.plerunque,in principio.ff.de iure dot.Et idem quoque intelligere potes in retractu municipali.

87 *An bona ab herede recuperata ex pacto reuẽdẽdi, debeãt reſtitui fideicommiſſario.*

Vndecimò quæro, vtrum bona recuperata ab hærede ex pacto de reuendendo in uenditione facta à teſtatore appoſito, debeant reſtitui fideicommiſſario, cui hæreditas reſtitui debet. De qua re nuncupatim conſultus Phil.Dec.conſ.238.proponitur quòd nobilis dominus, in 5.q.reſpondit, ea deberi fideicommiſſario: quoniam poſt earum recuperationem cenſentur eſſe eiuſdem naturæ, id eſt,hæreditaria,ac ſi ſemper manſiſſent in manibus teſtatoris: ut colligitur ex not.à Barto.in l.in diem. ff.de aqua plu.arc.De qua ratione nos plurima diximus ſuprà tit.præced.§.19.in gl.2.nu.4.uerum ſi huiuſmodi. & ſeq.vbi & concord.adduximus,ut ibi uidere poteris, ne hìc fruſtra repetam.

88 *Et ſi reſtituat an recuperet preciũ redẽptionis.*

Svbdit tamen Deci.quòd hæres debet recuperare precium redemptionis à fideicommiſſario; quia uidetur redemiſſe ex ſua pecunia:& præſumitur ex no.à Bar. in l.cum proponas,quę eſt 2.per illum tex.& ibi quoque Bal & Sal.C.pro ſoc.ubi in caſu fortiori dicunt,quòd ſi quis emit fundum pro ſe et fratre,et ſoluit precium,poteſt à fratre repetere partem precij: quia in dubio præſumitur emiſſe de ſua pecunia. Idque dicit Bar. multũ notandum,et idem Bar.in l.ſi patruus,colum.1.C.commu.vtriuſque iudi.Roma.conſ.?.viſo themate,circa medium,ver.item hoc dicendum:ubi et ad hoc allegat tex. in l.ſi venter. §.vlt. ff.de priuileg. credi. Cardin.Floren.

conſ.

conſ.140. factum tale eſt,col.vlt.verſi.ad aliud dicimus. Panorm.conſilio 46.tria,in 3.dubio, lib.1. Alexan.conſilio 78.diſcuſſis his,colum.2.verſicu. tamen in propoſito,lib.2.Barba.conſilio 22.ſcripſit Propheta,colum.1. Philip. Dec. conſilio 348.de duobus,colum.2.verſicu. præterea in caſu iſto.

89 *Alia pulchra & ſubtilis quæſtio.*
Dvodecimò quæro, Titius vendidit fundum Mæuio, cum hoc pacto reuenditionis, deinde Mæuius dat eũdem fundum in emphyteuſim ipſi ipſi Titio venditori: qui poſteà ceſſauit triennio à ſolutione penſionis, ob idque cecidit eo iure emphyteutico, atque ita redijt res ad Mæuium emptorem: vtrum Titius etiam cecidit à beneficio illius pacti reuendendi? In qua re conſuluerunt uterque Raph. Fulgoſ. & Cu. & Pau. Dotius inter conſi. ipſius Raph. Cu. conſilio 65. Titius locauit: concludunt〈q〉; emptorem hoc caſu ad nihil aliud teneri vi illius pacti, quàm vt ſe ipſi uenditori, qui emphyteuſi cecidit emphyteutam ſub antiqua penſionis præſtatione conſtituat: ſicque directum dominium vi illius pacti redeat ad uenditorem: vtile uerò, quod ipſe uenditor habuit ex conceſſione emphyteuſis, & ſuo uitio perdidit, & ad emptorem reuerſum eſt, apud ipſum emptorem remaneat, per multa, quæ illic allegant, quæ tu ipſe uidere poteris.

90 *De eadem re.*
Alexan. autem, in eadem propè ſpecie interrogatus, conſil.228.ponderatis his quæ ſeriosè, colum.3. verſicu.nec obſtat etiam, ſi diceretur, lib. 6. ſimpliciter reſpondit, venditorem, qui cecidit emphyteuſi, quia per triennium ceſſauit, ob id non repelli à iure redimendi ex pacto.per l.ſi domus. ff. de ſer.urba.præd. & §.ſi verò non habuerit, in Authen.de non eli.ſecun.nub.nullamque illorum mentionem facit. Idemque in eadem cauſa, interque eaſdem partes conſuluit Barb. conſ.51.ſcripſit ſapientiæ fons, col.7. verſ.capio nunc alium, lib.2. ſequitur Philip.Dec.qui ſolius Barba.meminit, in l.bonæ fidei, colum.3.uerſicu.ultimò not.C.de pact.Ludo. Gozad.in repet.l.2.in fin.C.de pact,inter emp. & vend. & conſi.86.uidetur,colum.penult.nume.26.& Alcia.in tract.præſumptionum, regula 3.præſumpt.45.nume.3. quem omnino uide: atque etiam Iaſ. in l.2. colum. 2. uerſicu.nunquid autem emphyteuta. C. de iure emphy. & ante eos Cæpol.in tracta. ſimulationis contractuum, in 3.præſumptione 3.caſus princip.in fine: ubi id intelligit, cùm pactum reuenditionis eſſet appoſitum ſeparatim ac ſeorſum à pacto ſiue conceſſione emphyteuſis: aliàs ſecus, per iura ibi alleg.

91 *Si creditor uendidit pignus ſub hoc pacto, an uenditor poterit ui illius retrahere.*
Decimotertiò quæro, Creditor uendidit pignus ſub hoc pacto redimendi: an poterit debitor ui huius pacti rem ipſam ita uenditam redimere, & ita ſibi aucupare ab emptore. Quod placet Bart.Ang. & Pau. Caſt. in l.epiſtola.§.1.in fi. ff.de pact. argumen.l.ſi pignori.ff. famil. erciſ. Sed de hoc dicit Barto. eſſe caſum expreſſum, uti etiam eſt, in l.ſi cùm uenderet, in princip.ff.de pigno.act.& ſequitur & dicit not.Fabia.à Monte S.Sab. in tract de emptione & uendi.in 5.quæſt.7.quæſt.princ. Et bene facit etiam tex.in l.uoluntate.§. creditor. ff.qui. mod. pig.uel hypo.ſol.

92 *Cuius commodo cedit alluuio, an emptoris, an venditoris, qui ex hoc pacto redimit.*
Decimoqvartò, Pendente tempore reuenditionis aliquid alluuione accreuit rei uenditæ, & poſteà ea res ex pacto de reuendendo redimitur; utrius commodo id cedat, emptoris, an uenditoris qui poſteà redimit. Et idem quæri poteſt in retractu municipali. Allegatur Paul. Caſtren. conſilio 388.uidetur dicendum, lib.1. conſuluiſſe iſtud augmentum redire ad uenditorem: ſed ante redemptionem, fructus ad emptorem pertinere: niſi ſi inſula iuxta fundum in flumine nata ſit: hanc enim proprietati accedere: ideoque ad emptorem fructus ipſius, etiam ante redemptionem non pertinere: ut de uſufructuario dicitur in l.item ſi fundi. §. huic uicinus.ff.de uſufruct.Et ita Pau. refert, & ſequitur Hieronym. Cagnol. in repet.l.2.in 17.quæſtione.C.de pact.inter emptorem & uendi. quamuis illud conſi. reperire non potui.

93 *De eadem re.*
Tv autem addere potes, quantum ad id quod de fructibus dictum eſt, quæ ſcripta ſunt à Ioan. Lupo.in repetit. Rubr. de donatio. inter uirum & uxorem.§.62. colum.6.uerſicu.ex quo infero, cum multis ſeq. Ad reliquum quoque addes tex.in l.cùm autem. §.1.ff.de ædil. edict. ubi reſoluta uenditione, reſtituitur, & quod uenditioni acceſſit, ut uterque reſoluta emptione nihil amplius conſequatur quàm quod haberet, ſi uenditio facta non eſſet. Et facit optimè tex.in l.hominem.ff.de uſucap. ubi ſi res redeat ad uenditorem ex pacto appoſito in uenditione, ei datur acceſſio eius temporis, quo fuit apud emptorem, ad complendam & perficiendam uſucapionem. Et in l.uoluntate, tum in princip tum in fi.ff. quib.mod.pign.uel hypo. ſol. ubi reſoluta uẽditione res credit in priſtinam cauſam. & ſubdit glo.ibi in c.ac ſi nulla uenditio fuiſſet facta: & in l.2.in fi.à contrario ſenſu.ff.de in diem addic.

94 *Alluuio an aliàs cedat commodo emptoris an vẽditoris. Hæredis an legatarij, an fideicommiſſarij. Vaſalli, an domini. Emphyteutæ, an domini.*
An autem aliàs augmentum alluuionis cedat commodo emptoris, an uenditoris, uide tex.in l.id quod, in princip.ff.de peri.& commod. rei uendit. & l.Iulianus. §.ſi Titius, & ibi gloſſ.& Docto.ff.de actio.empt.& in §. ſed ſi poſt emptionem, Inſti.de emptio.& uendi. Vtrum autem cedat commodo hæredis, an legatarij, uel fideicommiſſarij, uide tex.in l.ſępe.ff.de lega. 3. Et utrum quoque uaſalli, an domini: & certè domini, ut probat cap.1.§.ſi quis de manſo.titu.de contro.inue.ubi Iacob. Bel.& alij, multa de hoc dicunt. Inter quos Bald.idem dicit in emphyteuta, reprobata glo.quæ contrarium uoluit, in l.de quibus, in glo.1.poſt medium. ff.de legibus. Sed idem tamen cum ea uoluit & alia glo. in l.1.in glo. ult.C.de iure emphy. quæ allegat d.l.item ſi fundi.§.ſed ſi inſulam.ff.de uſufruct. De quo & tu uide Cy. in d.l.1. in 6.quæſt.& ibi Albe.colum.ulti.Bar.& Saly.colum.2. uerſ.ſed uideamus.& Iaſ.colum.17.uerſ.in fi. gloſ.dicit, & Spec.titu.de loca.§.nunc aliqua, uerſ.131.& ibi Bal. in addi.& iterum uerſ.136.& ibi Ioan.Andr.& Cano.in c.potuit.& ibi maximè Imo.colum.21.uerſ.iuxta prędicta poteſt, extrà de loca.Barto.in d.l.de quibus, in repet. colum.2.& ibi quoque latè Alber.colum.6.uerſ.expeditis contrarijs, & Angel. colum. 4 uerſ.per hæc determinatur.& Bald. in cap.cùm Mar. Ferra. colum.5.extrà *Præbẽdæ, an capitulo.* de conſtitu.ubi etiam tractat, an cedat præbendæ, an uerò capitulo, & Saly.in l.1.colum. 2.uerſ.nunc igitur.C. quæ ſit long.conſuetu.ubi loquitur de fructuario, emphyteuta & uaſallo, & Pet. Ferra. in titu. forma libelli, quo agitur ad reuoc. feud.in uerbo, cum omnibus ſuis iuribus, colum.1.

95 *De iiſdem rebus.*
Et uide quod in ſimili tradit gloſſ.in l.ſi merces. §. uis maior, in uerbo, cui.& ibi Barto.ff.loca.& Bald.in l. cauſam quam. C. de alluuio. apud quos multa uidere potes, quæ ad hanc noſtram quæſtionem pertinent, & ex quibus multò facilius intelliges, quid hìc dicendum ſit. In quam rem etiam uide text. in l.ſi conuenerit ut nomen.§.ſi nuda, qui eſt 1.ff.de pigno.actio.& l.ſi fundus, in princip.ff.de pigno.& gloſ. in l.qui fundum. §.1. in uerbo, conditionem: & ibi Ange.& alios.ff.pro empt. & omnino Corne. conſ.65.licet claram, per totum, lib. & Modern.Pariſ.in conſuetu.Pariſ. titu.1.§.1.gloſſ.5.in ult.quæſt. & quæ etiam diximus ſuprà titu. præceden.§. 10.glo.1.num.18.cæterum, & duobus ſeq. & in fi.illius quoque titu.in 25.quæſt.

96 *De alluuione multa.*
Sed & tu alia multa de alluuione uide in l.ſed ſi quid, & l.ex mille.§.quòd ſi modo, & ſeq.ff.de euict. & l.inſula.ff.de acquiren.rerum domi.& l.adeò.§.j.eodem titu & l.& puto.§ id quod.ff.famil.erciſ.& l.idem eſt.ff. de rei uendi. & l.ſi locus.ff.quemad.ſer.amit. & l.ſi Titio.ff.de uſufru.& l.indebiti.in princ.ff.de condi.indeb. & l.



& l.ſi conuenerit. §.1.de pigno.actio. & l.ſi fundus.ff.de pigno.& l.ſi proprietati.ff.de iure dot.& in l.Iulianus.§. ſi Titius.ff.de actio.emptio.& l.ſi ego.§.idem ait, uerſi. quod tamen per alluuionem.ff.de Publici.in rem actio. & per Bart, in tractatu de alluuione, in uerbo, acquiritur nobis.Bald.in Rubr.ff.de rerum diuiſ. colum.4.uerſicu. nunc de rebus, cum multis ſequen.Ioan.Fab.& Angel. Aret.in §.præterea, Inſtitu.eodem titu.Ange.in l.legem. C.loca.Iacob.Alua & Cardin. Alexand.in d.§.ſi quis de manſo. Alexand.conſ.25.conſideratis verbis inſtrumenti, in 1.dubio, lib.7.& conſ.57.in cauſa & lite, colum.4. verſicu.præterea conſuetudo, eodem lib.7.& Cæpol.in tract.ſerui.ruſti.prædi.titu.de flumine priuato. Pet.Ferrari.in titu. for. libel.in act. rea. in verbo, iure dominij, colum.3.verſicu.tertius eſt.Corn.conſilio 191.ſatis ſcrupuloſa, lib.3.& conſilio 287. dominus Ioachimus, eodem lib.3.& latiſſimè Franciſ.Curt.Senior, conſi.57. ſuper eo quod ab ordine. Bolo. conſilio 14. duo caſtra, & Iaſ.conſilio 246.punctus quæſtionis, lib.2.& conſilio 126.alluuionis, libro 4.Pental.in repetit.l.2.colum.20. verſicu.vigeſimoſecundò extendo. C.de reſcind. uendi. vbi quærit, an alluuio, quæ poſt venditionem acceſſit rei venditæ, impediat remedium d.l.2.

97 *Theſaurus an cedat emptori, an uẽditori redimẽti ex hoc pacto.*
Decimoqvintò quæro, quid de theſauro ab emptore inuento in re uendita, durante eodem tempore præſtituto ad reuenditionem, & antequàm res redimatur? vtrum pertineat ad ipſum emptorem, an ad uenditorem reuenditione facta, an verò ad utrũque. Et idem quæri poteſt in retractu municipali. Vide tex in l.diuortio.§.ſi fundum, & ibi Barto.Bald.& alios.ff.ſolu.matri. & in l.à tutore, & ibi Bart.ff de rei vendi.& in l.ſi is qui. ff.de acquiren.rerum domi.& in l.item Labeo. ff.famil. erciſcun.& in l.1.& ibi Ioan.à Plat.C.de theſaur.lib.10. & in §.theſauros, & ibi Ioan.Fab.Ang.Areti.& alios, Inſtitu.de rerum diuiſ. Iacob.Ra.& Alber.in l.item lapilli.ff eodem titu.Specu.& Ioan.And.in addit.ipſius, titu. de loca.§.nunc aliqua, verſicu.132. Bald. in Rubri.ff.de rerum diuiſ.colum.5. uerſicu. item quæritur de lapidibus.Iacob.Aluar. & Card.Alexand.in c.1.titu.quæ ſunt regal.& Ferra.titu.for.libel.in act.rea.in uerbo, iure dominij, eolum.3.verſ.ſecundus.& Guliel.Benedic.in rep. cap.Raynutius, in verbo, cætera bona, numero 30. & 34. & nouiſſimè Modern.Pariſ.in conſuetud.Pariſien. titulo primo, §.37.numero 48. Ex quibus cognoſces, quid hìc dicendum ſit: iunctis his, quæ ſuprà de alluuione diximus.

98 *Alia pulchra quæſtio.*
Decimosextò quæro, Titius agit contra Mæuium ad reuenditionem fundi, quem illi antea uendiderat cum pacto (ut ipſe dicit) de reuendendo: Mæuius negat ſimpliciter, id pactum interceſſiſſe, Titius tandem probat id pactum, non ita ſimpliciter, vt allegabat, ſed ita quidem, ut Mæuius poſt triennium teneretur reuendere: (quod pactum non eſt illicitum, niſi alia interueniant: ut multis placuit, quos uidere poteris, ſuprà eodem titu. §.1.in uerbo, *à tel temps*, paulò ante finem.) vtrum, cùm tempore, quo agit, eſſet tranſactum illud triennium, debeat obtinere? Et uidetur, quòd reus ſit abſoluendus: nam promiſſio pura, & ad diem, & poſt diem, differunt inter ſe formaliter, eſſentialiter, & effectualiter.l.obligationum ferè, in princip.ff.de actio. & obliga.& l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.& §.omnis, Inſti. de uerborum obliga.Igitur qui unam earum intendit & non probat, licet aliam probet, debet ſuccumbere, cùm *Qui intentionẽ ſuã ad certam cauſam, rẽ, uel tempus reſtringit, ſi non probat, ſuccumbit.* deductum non probauerit, & probatum non deduxerit. Nam qui in libello intentionem ſuam ad certam cauſam, uel rem, uel tempus, uel qualitatem reſtringit, ſi non probat, ſuccumbit.l.habebat, in princi.ff.de inſtito. actio.& l.Diuus, & ibi ampliſſimè not, per Docto. ff.de re iudicata, & l.ſi mater. §.ſi quis autem fundum, & l.& an eandem.§.actione.ff.de exceptio. rei iudic. & l.1.ff.ſi menſ.fal.mod.dixe. & cap. Abbate ſanè, de re iudica. lib.6.Innocen.in cap.ſuper literis.in prima gloſſ.magna uerſicu.& nota, de reſcrip. & in cap. 1.poſt medium, de lit.conteſta. & in cap.qualiter, de accuſatio.& in cap.ex parte Abbatiſſæ, de priuileg.Ioan. Andr.in addi. Specu. titu. de actio. ſeu petitio.§.ſequitur. Federic. Senen.loquens de eo qui petit medietatem pro indiuiſo, & probat de medietate diuiſa conſ.159. Sempronius. Signor. cõſ.10.in quæſtione, col.3.uerſ.modò his, & conſ.140. procurator.& conſ.195.in quæſtione, col.2.nu.2.Bar.in l.1.in prin.col.2.uerſ.ueniamus ad cauſam.ff.de eden.& conſ.88.in quæſtione inter Franciſcum, poſt princip. & conſ.117.accuſatio, colum.1.quod repetitur conſ.223. [Bald latè in l.2.colum.1. uerſicu. ſuper hac lege. ff. de prob.] Ang.in l.ult.C.de anna.excep.& conſ.405.in cauſa uertente, colum.1.Ant.in cap.examinata, colum.pen. uerſ.ex his patet, de iudi. Pau.Caſtren.in l.ſi is ad quem, colum.1.uerſ.item facit iſta lex. ff.de acquiren. hæredi. & conſ.228.pro declaratione, in fi.lib.1.& conſ.253.ad confirmationem, colum.2.uerſ.circa ſecundum, eodem lib.1.& conſi.57.in cauſa Exforcij.colum.ult.uerſ.tum etiam quia dicta, lib.2.Roma. conſ.110.quæſtio conſultationis propè per totum.& conſ.167. Antonius, etiam per totum. Alexand.conſ.121.uiſo proceſſu cauſæ, col. 3.uerſ.inſuper, lib.1.& conſ.198.quod eſt eiuſdem initij, colum.ultim. lib.6. cum ſimilibus. adductis ab ipſo Alexan.in d.l.Diuus.& Cępol. cauſarum criminalium, conſ.59.Paulus, colum.6.uerſ.& primò non obſtat.& conſ.62.magnifice, colum.3.uerſic.quia reſpondetur.& conſ.63.eſto quòd in actis, propè per totum. & Franciſ. Cur..Seniore, conſ.74.ſuper memorata, colum.3.uerſ. caruit ergo.& conſ.83.Deus pius, colum.penul. uerſ.accedo ad tertium.& Fely.in cap.2.colum.11.uerſ.reſtringitur, extra de reſcrip.& in cap.auditis, col.penult.uerſ. ſecunda concluſio, extrà de præſcrip.Caro. Ruin. conſ. 132.uiſa confeſſione, colum.7.nume.15.lib.4. & conſ. 173.eod.initio, colum.5.num.13.eod.lib. 4.& Stepha. Bertran.conſil.67.non puto, nume.2.lib.1.& conſ.272. uiſo, colum.penul.num.12.eod.lib.1.& conſ.41.multa ſunt, colum.1.lib.4.

99 *De eadem re.*
Vervm Angel.hac in ſpecie conſultus, reſpondit contrarium, conſ.123.uiſo libello: nam actor (inquit) deduxit promiſſionem, & eam probauit, ſed cum ea modificatione (ita enim loquitur) ut facultas redimendi non ſumat originem, niſi elapſo aliquo tempore; quę quidem modificatio aliam promiſſionem non inducit: ſicuti nec cùm petitur ſumma centum librarum ex promiſſione, & probatur promiſſio ducentarum, utroque enim caſu debet ſequi condemnatio: quia quod deductum eſt, probatum eſt, licet uno caſu habeat per modum (ut ipſe loquitur) pluris, alio minoris. Et hoc (inquit) expreſsè tenet Bart.in l.ſcire debemus, in princ.ad fi.uerſic.reuoco in dubium, & ibi quoque poſt eum (ut hoc ei addas) Bald.Imo.& Recentiores. ff.de uerborum obligatio.Cui item adde & tex.in l.1. & ibi glo.& Bart. C.ſi aduerſ.rem iudi. & in l.apud Celſum.§. item quæritur, l.1.cum ibi not.ff.de doli.excep.Cy.& Bald.in l. 1. C.de lit.conteſt Bart.in l.qui uas, in princip. ff.de fur.& in l.ſi conſtante, §.ult.ff.ſolu.matrimo.Anto, in cap.cùm inter uos, de re iud.Alexan.conſ.208. præſtantiſſime domine, colum.3.uerſicu.inquantum uerò, lib.7. Sic in caſu propoſito minus eſt probatum, quàm ſit deductum, quia adiectio temporis triennalis facit rem minorem re.§.plus, Inſtit.de actio.

100 *Arg. de re ad tẽpus.*
Nec obſtat (inquit ipſe Angel.) quod cùm agitur ex una cauſa, & illa non probatur, licet alia probetur, non ſequitur condemnatio. Nam hìc probatum eſt, quod deductum eſt cùm modificatione quadam temporis, qua non inducitur aliud promiſſum, ſed idem, alio tamen modo, ſeu forma, quæ ipſum quod promittitur,

facit

facit eſſe minus deductum in libello. Sed ſumendo argumentum de re ad tempus, quod licet facere, l.in fraudem.§.penul.ff.de mili.teſtam.l.miles ita hæredem.§.& quia diximus, qui eſt 1, & ibi Barto.& alij.ff.eodem titu. ſicut qui petit plus re, vincit in probato, ſuccumbit in non probato: vt dictum eſt ſuprà, & probatur in l.1.ſecundum vnam lecturam, glo.& Docto. C.ſi aduerſ. rem iudi.ſic qui petit plus tempore, qui dicit ſibi ſimpliciter promiſſum, & probat poſt diem promiſſum, ſi agit poſt ipſum diem lapſum, dicit ſibi plus promiſſum tempore, quàm fuerit, obtinet eadem ratione. Præſertim quia actor aſſerit vnicam promiſſionem, quam ſimpliciter negat reus: vnde dici non poteſt quòd alia fuerit promiſſio tum propter aſſertionem actoris, tum propter negationem rei, tum propter naturam facti: quia promiſſio facti eſt, & non præſumitur, niſi quatenus probatur.l.in bello.§.factæ.ff.de capt.

101 *Qui cõtendit pactũ redimendi quãdocũque, et pri at de triẽnio tantũ, obtinebit ſi ĩtra triẽnium uenerit.*

HAEC propè Ang. Ex quibus planè intelliges, quid dicendum ſit & in hoc caſu, in quo ego ex Rochela aliquando conſultus fui. Venditor quiſpiam vocauit in ius emptorem, dixitque emptionem ea lege fuiſſe factam, vt liceret ipſi uenditori quandocunque oblato precio fundum venditum redimere: reus negauit ſimpliciter: actor probauit eam legem in contractu emptionis fuiſſe appoſitam, vt ius eſſet uenditori intra triennium fundum redimere oblato precio: quidam contendebant reum eſſe abſoluendum: ego verò reſpondi, fultus authoritate & rationibus Angel. potius condemnandum, cùm tempore oblationis precij actor adhuc eſſet intra illud triennium: ideoque magis illum plus quàm aliud intendiſſe videri: vt in ſimili dicitur in l.ſi is cui, in prin. ff.quemadmo.ſeruit.amit.

102 *Si uẽditor prætendat id pactum purum, & probat de cõditionali, an obtinebit.*

VIDE tamen quę ſcripſimus ſuprà, hoc eodem titu. §.1.glo.3.in uerbo, *& pour tel pris, que accordè eſt entre eux*, num.2. cęterùm hoc in loco.& præterea Pet. Anch. in conſ.in eo loco allegato, ſed non in eadem re, neque eodem loco, id eſt, conſil.331.viſis diligenter actis, col. 2.uerſ præterea ſubtilius: vbi dicit, quòd ſi quis in ſuo libello intendat promiſſionem de reuendendo (nam & in hoc caſu loquitur) & eam quidem puram & ſimplicem, & teſtes ipſius deponant de conditionali, & quidem poteſtatiua: debet reus abſolui: quia ex diuerſitate pactorum poteſt denotari diuerſitas promiſſionum: & ſi probatio de una alteram non attingit.cap.cùm Ioannes, extrà de fi.inſtrumen. Et huic conſonat, quo in non longè diſſimili caſu tradit Bald. in repeti. Padua.l.edita, columm.ulti.C. de eden.quòd ſi ago ad decem, quę dico mihi fuiſſe promiſſa, & probo promiſſionem factam ſub conditione, quæ extiterit, vel ad diem quę præterijt: uel è contrario, ſi dico me mutuaſſe ſub conditione quæ extiterit, & probo de puro mutuo: in utroq; caſu debeo ſuccumbere.& ſequitur Lancelo.Gal.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter, per eum tex.ff.de uerb.oblig.huiuſque mentionem facit Iaſ.in l.vlt.§.1.colum.1.in fi.ff.de vulg. & pupil. multaque ſimilia adducit, atque etiam multa contraria: ut ibi uidere poteris.

103 *An id aũt procedat in cauſis, in quibus pceditur ſola facti ueritate inſpecta.*

SCIAS tamen, ea quæ diximus in hac & in præcedenti queſtione, non procedere in cauſis, in quibus procederetur ſola facti ueritate inſpecta. Nam tunc non refert, ex qua cauſa actum ſit, modò cauſa ſufficiens probetur. Alexand. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus; colum.6.uerſ.puto tamen, ff.de uerbor.obligat.& Corn. conſ.80.conſuluit, colum.2.lib 3 Socin. conſ.146.uiſo proceſſu, colum.7.uerſic.ſed quid plura, lib.1.ubi in eadem facti ſpecie conſuluit, qua & Corn. Decius in cap. dilecti filij colum. 3. uerſic.& ulterius, de iudic. Aymo. Crauetta, conſ.193.uidetur, colum. ult.nume.7.ubi ex hoc ait, ita debere obſeruari in iudicijs Senatus, q ſolet ex æquitate iudicare, uti etiam diximus ſuprà nume.61, ex quibus uides,

104 *Si emptor pmiſit reuẽdere, & uẽditor reſtituere p̃ciũ, an uẽditor inuitus tenẽ redimere. Promiſſionem reuẽdendi cẽſeri factã, ſi venditor voluerit redimere. Quid ſi ſolus emptor promiſit reuẽdere reſtituto precio.*

DECIMOSEPTIMÒ quæro, Quid ſi uenditione facta uenditor promittit reſtituere precium intra aliquod tempus, & emptor etiam reuendere, reſtituto illo precio: utrum emptor poterit cogere uenditorem inuitum, ut illud precium reſtituat, offerendo reuendere, Alexand.conſ.78.in cauſa & lite uertente inter Bartholomæum, per totum.lib.1. ita de hoc caſu loquitur: ut non dubium habeat, quin emptor agere poſſit: ſed tantùm illic diſputat, an ea promiſſio ſufficienter probata fuerit. Et de hoc quoque minimè dubito: nihil enim video, quòd actionem impediat: niſi quis diceret, eam promiſsionem factam fuiſſe videri fauore uenditoris: ideò contra eum, ſi nolit, non retorquendam l.quod fauore.C.de legib. & eandem promiſsionem intelligi factam ſub tacita conditione poteſtatiua, ſi uenditor uoluerit redimere: vt declarat Barto.in l. ſi decem cùm petiero.ff.de verb.obl.& conſ.145.Angelotus, in fin.Bal.in l.2.C.de pact.inter emp.& vend.Socin.conſil.241.circa primam difficultatem, col.17.uerſic.confirmatur, quia ex quo, lib.1.ſed certè id procederet, ſi ſolus emptor promiſiſſet reuendere reſtituto precio: ut etiam declarat Pau.Caſt.in l.in bonæ fidei, quam legit cum l.ſi hæres.§. ſi tamen.ff. de eo quod cer.loc.& conſi.93. in cauſa quæ uertitur, colum.5.uerſ.ſed in contrarium, lib.2.& Fabia. à Monte S.Sab.in tractatu empt.& uenditio.in 5.q.prin. col.4.uerſ.4.quæritur. & Lancel.Gal.in repetitio.Rub. ff.de uerb.oblig.colum.25.uerſi.circa primum.& Anto. Rub.conſ.29. uiſo contractu, col.2. uerſ. præmiſſis. Sed hìc uenditor quoque promiſit reſtituere precium, ideò fauore utriuſque id factum eſt, & uterque agere poteſt. & uide quæ dicam in ſeq.q.

105 *Si ex interuallo emptor promiſit reuẽdere, nec tamen uẽditor pmiſit redimere, an poterit emtor cogi reuendere.*

DECIMOOCTAVÒ igitur, quæro, quid ſi non ſtatim poſt uenditionem, ſed longo pòſt interuallo, emptor promiſit reuendere uenditori: ipſe autem uenditor non promiſit redimere; utrum poterit uenditor cogere emptorem ui illius promiſsionis reuendere? De qua ſpecie conſultus Corne.conſilio 300.placet mihi, lib.1.reſpondit, eum qui ita promiſit uendere alteri, qui non promiſit emere, non poſſe cogi ad uendendum: quoniam eſt ſimplex promiſsio non correſpectiua (ut ipſe loquitur) & ſic eſt ſimplex pactum, quod non poteſt producere aliquem ex quatuor contractibus innominatis, de quib. in l.naturalis ff.de præſcrip.uerb. Et pactum carens cauſa, eſt inefficax, aut certè ei obſtat exceptio doli.l.2.§. circa ff.de doli excep. & l.ſi cùm te.ff.de pact. & l.nuda, ff. de donatio cum alijs ſimi.

106 NEC poſſumus dicere, quòd hæc promiſsio habeat cauſam precij, quod uenditor debet reſtituere, cùm petit ſibi reuendi: quia licet uenditio præſupponat ex aduerſo obligationem ad precium, tamen promiſsio de uẽdendo, ſi alter, cui ea fit, non promittit inuicem emere, non habet cauſam, propter quam promittit uendere. Præterea aut cenſetur facta ea promiſsio ob eam cauſã, ut habeat precium: & tunc hinc oritur contractus innominatus, in quo locus eſt pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.ff.de cõdi.ob cau. Aut nõ cẽſet facta, quia refert ad cãm iõ uel eſſet facta & non factũ. ob cãm de futuro: & tũc quia nulla apparet cauſa de præſenti uel præterito, & paria ſunt nõ eſſe, uel non apparere.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt. tutel. & l.cùm res.§.itaq;.ff.de leg.1.cum ſi.conſequens eſt, eã promiſsionem manere inefficacem, per d.§.circa.

107 *De eadem re. An præſumatur donatio, cùm non appareat alia cauſa.*

QVÒD ſi quis dicat, quòd ubi non exprimitur alia cauſa, pręſumitur ſaltem cauſa donationis, ut uoluit Bar. in d.§.circa.& in l.à Titto.ff.de uerb.oblig. ſciat contrarium communiter teneri: vt per Ang.in d.§.circa.& Imo. in d.l.à Titio.& præterea Ioan. And.in addi.Spec. titul. de confeſſionib.§.nunc uidendum, uerſic. ſed quę eſt ratio.Cyn.& Bal.in l.generaliter.C. de non nu. pecu. Ant. Imo.& Pan.in c.ſi cautio, extrà de fide inſtru.Pau.Caſt. in l.hoc iure.ff.de donat. Id quod præſertim obtinet in pacto



pacto nudo: nam licet aliàs ex eo oriatur actio, ubi eſt cauſa donationis l.ſi quis argentum.C.de donat. tamen id tantum procedit, cùm cauſa donationis exprimitur: ſecus ſi tacitè tantùm intelligatur: ne duo ſpecialia in eadem re concurrant, vt voluerunt Ray.Bal.Angel.Pau. Caſt.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.ff. de pact.cum alijs multis concordant.à me adduct.in repe.l.ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, num.152. ſicut etiam videmus.

108 *Quid ſi in ipſo cõtractu fuerit facta ex pmiſſio reuendendi ſine pmiſſione reuẽdendi.*

ET hæc quidem propè Corn. vir profectò optimi & rectiſſimi iudicij et animi, quantum ex ſcriptis eius olfacere poſſumus: teſtaturq; alios in eandem ſententiam conſuluiſſe. Sed & hæc omnia, quantum ad noſtrum caſum pertinet, velim intelligas in ſimplici promiſſione de reuendendo facta ex interuallo, vt etiam expreſsè diximus in princip. huius quæſtionis. Nam ſi ea facta fuiſſet in primo contractu venditionis, aut confeſtim poſt, vt contractui ineſſe videatur, iuxta ea quæ latè diximus ſuprà eodem titu.§.1.in verbo, in limine contractus, quæ eſt gloſſ.eius. §.5.aliud haud dubiè dicendum eſſet: quia tunc promiſſio reuendendi eſſet pars illius primi contractus, & eius cohærentia veſtiretur: vt etiam abundè diximus in eo.§.1.in verbo, *par celuy meſme contract*. Quæ nota: quia multi fortè dicerent contrarium in illo primo caſu, cùm ſcilicet id pactum reuendendi factum eſt poſt contractum: neque enim vnquam uidi reuocari in dubium, quin id eſſet efficax: & ita ſemper uidi teneri & iudicari. Nam plerunque apud nos magis ex bona fide, quàm ex ſummo iure cauſas decidimus. Cæterùm Ange.conſ.55. ex pacto in princip.nominatim loquens de pacto reuendendi, dicit quòd ſi id etiam ex interuallo fuit appoſitum, tamen ſi fuit ſtipulatione munitum, ex eo agi poterit: aliàs non. Et idem de promiſſione venditionis munita ſtipulatione, tenuit Lancel.Gal.in dicta Rubri. de verborum obligatio.ubi ſuprà, in quæſtione præceden. Atqui illam Cornei ſententiam confirmat, quod tradit gloſſ.in l.perfecta. C.de donat.quæ ſub mo. & ibi expreſſius Saly. quòd ſi perfecta donatio fuerit, & res tradita, non poteſt ex interuallo conditio apponi à donante etiam uolente donatario: quia res eſt perfecta, nec aliquid eſt, cui pactum cohæreat. Et id perpetuum eſt, ut pacta non incontinenti appoſita actionem non pariant.l.in bonæ fidei. C. de pactis, & in l.iuriſgentium. §.quinimò, & §.idem reſponſum.ff.eodem titu.& l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emptione.

*Quid ſi interuenerit ſtipulatio in promiſſione facta ex interuallo.*

109 *An autem huiuſmodi pmiſſio ex interuallo pariat exceptionẽ. Pactũ ad agendum, an proſit ad excipiendum.*

SED dubium eſt, an ſaltem id pactum ita factum pariat exceptionem: uerbi gratia, ego uendidi annuum reditum ſimpliciter: poſteà autem ex interuallo emptor mihi dedit facultatem redimendi huius annui reditus: utrùm ſi poſteà emptor petit reliquias, id eſt, vt vocamus arreragia, poſſim excipere de huiuſmodi redemptione, ut ſcilicet non tenear ſoluere huiuſmodi reliquias, niſi reſtituto ei precio me eo reditu liberet. Et ſanè cum pactum ſit ad excipiendum, haud dubiè exceptionem parit, etiam ex interuallo factum, ut illis ijſdem iuribus ſcribitur. Sed id pactum, de quo tractamus, non ad excipiendum, ſed ad agendum interpoſitum eſt: quo caſu gloſſ.in dicta l.pacta conuenta, & in dicta l.in bonæ fidei, negat id prodeſſe ad excipiendum. & eſt ſimilis gloſſ.in l.ab emptione, in princ. ff.de pact. & in l.1.in uerbo, reſoluit, & iterum in l.2.in fi.C.quan. licet ab emptio.diſce.quæ quidem loquitur de pacto reſoluendi, tanquam ſcilicet id pactum non debeat egredi intentionem paciſcentium.l.non omnis, in princip.ff. ſi certum peta.& idem voluit Saly.in dicta l.1.colum.1. uerſicu.quęro iuxta proximam.C.quando licet ab emp. diſced.& Ang.conſilio 77 plures creditores, colum.ult. Sicuti nec è diuerſo pactum factum ad excipiendum, parit actionem.l.ſi unus. §.pactus. ff.de pactis. Verùm in

*Et ante diuerſo.*

priori contrarium tenuerunt Salycetus ſibi contrarius, Alexand.Socin.Iaſ.& Philipp.Dec.in dicta l.in bonæ fidei, Paul.Caſtren.in l.iuriſgentium. §.quinimò. ff. de pac.per dictam l.pacta, ibi, quo quidem caſu.& ibi Fulg. & l.legem, & ibi Salyc.C.eodem titu. & alias rationes, quas ibi uidere poteris, ne hìc diutiùs immorer. Sicuti & in ſecundo quoque contrarium uidetur probari, in l. ſed & ſi poſſeſſori, in princip.& ibi gloſ.ff. de iureiuran. & l.quid mihi, & ibi etiam gloſſ.ff.de liber. lega.& l.ſi cùm ante.C.de dona.ante nup. & quod uoluit gloſſ.in l. in traditionibus, in fi.& ibi Barto.ff.de pact. & Alber.in d.§ pactus, colum.ult.

110 *An minor poſſit hanc facultatẽ retrahẽdi uendere.*

DECIMONONÒ quæro, vtrum minor, qui fortè ſucceſſit patri, qui fundum uendiderat ſub hoc pacto reuendendi, cuius tempus adhuc durat, poſſit hanc facultatem redimendi uendere ſine decreto. Alexand. ſuper hoc interrogatus, nuncupatim reſpondit non poſſe, conſilio 27.attentis narratis, columna 2.verſicu.plus uidetur quòd etiam, libro 3.nam idem (inquit) iudicamus de actione competente ad rem immobilem, quod de re ipſa immobili: ideoque eadem illa ſolennitas in uenditione ipſius actionis requiritur, quæ & rei. & not. gloſſ. & Docto. in l.1.C.ſi aduerſ.tranſ. & in capitulo primo, in Authen. de non alienan.cum multis ſimilib. ibi per eum allegatis, & alijs multis à me collectis ſuprà titu.præceden.§.1.gloſſ.7.in uerbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, numero 1. cum multis ſequen. Ideoque nos & alibi diximus, uidelicet in eadem gloſ. numero 32.ex quo infertur, quòd ſi uenditor hanc facultatem alteri vendat, eſt locus retractui conſanguineorum, cùm ea res cenſeatur immobilis.

111 *An fundus uenditus ſub lege redimẽdi, cenſendus ſit mobilis, an immobilis.*

VIGESIMÒ quæro, utrum fundus emptus ſub hoc pacto redimendi intra certum tempus reſtituto precio, ſit cenſendus mobilis, an immobilis, pendente ipſo tempore redimendi. Quid enim, ſi ex ſtatuto aſcendentes ſuccedant in mobilibus, deſcendentes uerò aut collaterales in immobilibus. Nam & apud nos talis eſt conſuetudo titu. *de ſucceſſions*. §.7. qui eſt omnium huius volumi. 217. Qui ergo ſuccedent in hoc fundo ita empto, ut diximus, utrum aſcendentes tanquam in re mobili, an alij tanquam immobili? Dic breuiter, id ex euentu iudicari. Nam ſi redimatur, erit mobilis, cùm in pecuniam, rem mobilem, ex cauſa antecedenti conuertatur. Si uerò non redimatur, immobilis: quamuis in ea cauſa eſſet, ut redimi potuiſſet. Ideò primo caſu ij qui ſuccedunt in mobilibus, eam pecuniam, qua fundus redemptus eſt, obtinebunt. Secundo caſu, qui in immobilibus ſuccedunt, fundum ipſum habebunt: ut uidere poteris ex his quæ latiſſimè tractauimus ſuprà in fi. titu.pręcedentis, quęſt.3.

112 *An cẽſeatſ ſimulatũ id pactum appoſitum in ſimulato contractu.*

VIGESIMOPRIMÒ quæro, Factus eſt contractus uenditionis, ſimulatus quidem inter contrahentes, & in eo appoſitum eſt pactum de reuendendo: an & id pactum quoque cenſebitur eſſe ſimulatum, ſicuti principalis contractus? Vide Bald. qui ex facto reſpondit & hoc id pactum uideri ſimulatum, conſi. 54.caſus breuis & arduus, libro primo. Ex quo etiam cognoſces, cuius effectus & utilitatis hæc res eſt: nam ob id defendit à falſo quoſdam teſtes, qui depoſuerant in eo contractu nullum pactum de reuendendo interueniſſe: tametſi in inſtrumento appareret fuiſſe appoſitum: tanquam ſcilicet appoſitum non cenſeatur, quod ſimulanter appoſitum eſt: ut per totum titu. C. plus uale. quod agit.

113 *Si principalis contractus eſt ſimulatus, & omnes clauſulæ*

TV autem adde ad Bald. quòd ſemper aliàs, ſi contractus principalis eſt ſimulatus, quælibet clauſula in eo appoſita, ſimulata quoque eſſe cenſetur. Barto.in l.nemo, colum.2.uerſicu.quæro an renunciatio.ff.de lega.1. ipſe Bald.in l.1.colum.1.C.de ſuffra.& conſi. 268.ſuper primo puncto, circa medium, libro 5.& Salyce.in l.emptione,

*pius eiuſcemodi eſſe cenſent.*

ptione, colum.2.verſicul. ulterius quæro.C.plus valere quod agit. Roma. conſi.171. pro deciſi. & conſil. 246. clariſſime aſſeſſor,col.1. Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,col.antepen.verſ.ſextò quando contractus.ff.de verb.obliga.& conſil.170.quòd prædicti. Paulus, col.9. verſ.item ſi contractus,lib.2.& conſ.133.uideretur in præmiſſa,col.ult uerſicu.item quando contractus,lib.4. & Philip.Dec.conſ.587.coram magnificis,col.3.uerſ. ul. non obſtat. Nam & omnes clauſulæ in contractu appoſitæ, ſequuntur naturam ipſius contractus principalis, gl. in l.ſi patronus.§.patronum, in verbo,Fauiana.ff.ſi quid in fraud. patro. Bald. in l. Imperator, in.1. lect. colum. penul.uerſic.item caſſato principali.ff.de ſta.homi. cum multis concord. à me collectis in noſtro tract. de iure Conſtituti poſſeſſorij, parte 3. limita.7.num.128.ſed & huc referendum.

114 *Poſſeſſio emptoris ſ deſt uenditori qui redemit.*

VIGESIMOSECVNDÒ quæro, vtrum tempus, quo poſſedit emptor qui emit ſub hoc pacto ante reuenditionē, proſit venditori, qui poſteà redemit, ad præſcriptionem rei venditæ: id eſt, utrum uenditor, qui redemit, poſſit vti acceſſione emptoris; quod utique uerum eſt: ut in ſimili ſcribitur in l.Pomponius.§.prætereà.ff. de acquirenda poſſeſ. & in l.ſi hominem.ff.de vſucap.& l.ſi duobus, in princ.& §.1.ff. de diuer.præſcrip.& ubique concord.per gl.& Doct.& quæ diximus ſuprà eod.tit.§.5. in gloſ.vlt.atque etiam tit.præceden.§.12. in gl.1. in princ. iterumque in fin. eiuſdem titul. in 7. quæſtio. & quod ſcribit Bald.in l,1.C.de vſucap. transf. & Panormitan. in cap.illud,colum.2.verſicul.quo ad tertium, extrà de præſcrip.

115 *De eadem re.*

VERVM id poterat dubium uideri in noſtro caſu, quoniam multi, id eſt, maior atque potior pars noſtrorum, negant ex pacto de reuendendo reſolui contractum ipſo iure: ut latiſſimè dixi ſuprà, hoc eod.tit.§.1.glo.7. in uerbo, *ſeront preferès*, numer.12. ſunt igitur qui tenent, & multis ſequent. Nonnullis autem placuit id, quod diximus de acceſſione temporis tantùm procedere eo caſu, quo dominium in uenditorem ipſo iure retransfertur: quod fit, quando reſoluitur ex cauſa de præterito, quo caſu contractus non cenſetur fuiſſe celebratus.l.4.§.Marcellus.ff.de in diem addict. Franc. Aretin. in d.l. Pomponius.§.prætereà, quem legit cum §. 1. columna prima. Sed contrarium apertè tenuit Angel.in d.l.ſi hominem, ut ſeilicet omni caſu id procedat, ut ibi uidere poteris.

116 *Si procurator ad uendendū cū hoc pacto, uēdat ſimpliciter, an cenſeatur uendidiſſe cu eo pacto.*

VIGESIMOTERTIÒ quæro. Aliquis fuit conſtitutus procurator ad vendendum cum pacto de reuendendo. Is poſteà vendit ſimpliciter ſine mentione eius pacti: an cenſeatur tamen uendidiſſe cum eo pacto, tanquam mandatum ſecutus fuiſſe uideatur. Matth. Afflict. dec Neap.285.Balij & tutores,colum.ultim.uerſicu.accedant ad hoc, dicit ita cenſeri fuiſſe factum, allegans Alexand.conſil.27.attentis narratis,lib.3. ubi tamen de hoc nihil omninò dicit, ſed alia quædam ad hoc pactū pertinentia ſcribit, de quibus tractauimus ſuprà in 4. q. huius fin. Sed ad hoc facit, quod uoluerunt Petr.Cyn.& Bal.in l.per retentionem.C.de vſur. dicta in primo contractu pręparatorio ſecundi, cenſeri repetita in eo ſecundo contractu.

117 *Procurator conſtitutus ad emēdum, poſtea emens ſimpliciter cēſetur emere ut procurator, uide nu. ſeq.*

SED & huc propiùs accedit, quòd ſi quis mandatum habuit emendi domum, & eam poſteà ſimpliciter emat, cenſetur emiſſe ſecundum id mandatum, id eſt, procuratorio nomine mandantis, l.qui ſeruum, uerſicul. idem eſſe in eo.& ibi Bar.ff.de interro.act. & in l. ſeruus communis ſic omnium.§.vltim.& l.proinde, in princip. & §.1.ff de ſtipul.ſeruo.in l.qui in aliena.§.ſi is, qui putabat, in princip.cum gloſſ.& ibi Bartol. Angel. Franciſc. Aretin.& alij.ff.de acquiren.hæredi.& in l.poſt dotem, ſecundum lectu. Dyn.& ibi quoque not.Rapha.Co.& latè Alexand.colum.5.verſicul.ulterius ex eadem.ff. ſoluto matrimon.& in l.qui in negociationem, in princ.ff. de admi.tut.& l.pignoris.§.ultim. & ibi Ang.ff.de vſucap.& l.is qui, §.inde quæri.& ibi Bartol. ff.de manu.& l.vltim.uerſicu.quod enim.C.per quas perſonas nob.acqui.& uoluit Bartol. in l. Titium & Mæuium.§.altero, colum.1. uerſicul. item oppo. & iterum colum.ſequent. uerſic.tertiò caſu, eodem titul. Bald. in l. cùm oportet, in princip.C.de bo. quę liber. Ange.in l.ſi pupillus, §.1. paulò ante fin.ff. de negoc.geſt.Rom. conſil.91. uiſis ac percunctatis,colum.3. uerſicu. ſecundò idem probatur. & conſi.94.viſis his quę narrantur, colum.2.uerſi. cęterùm puto.& Alexand.conſilio 58. circa primum quęſitum, in princip libr.1.& conſil. 25. uiſo inſtrumento, colum.ultim.lib.2.quod repetitur conſil.90.libr.3.Fel. in cap.cùm M.Ferra.colum.2.extrà de conſtitut. Angel. Aretin.§ ſequen.colum.5.uerſic.& etiam aduertas. & ibi Iaſ.col.6.uerſ.ad unum tantùm,Inſtit.de actio. & latius idem Iaſ.in l.1.§.nunciatio,col.3.uer. prima concluſio.ff.de ope.no.nunc.Barb.conſ.46.illud adduco, col.6. verſ.facit etiam.lib.4.ubi id dicit ſing.

118 *Quid, ſi emptor ignorabat id mandatum.*

ET hęc ſine dubio, quantum ad noſtrum caſum pertinet, procedunt, ſi emptor certior factus fuit de ea forma mandati, nam contrahendo ſcienter cum tali procuratore ita conſtituto, uidetur ſatis agnoſcere eam formam. At ſi id ignoret, quia non uidit mandatum, ſed credens iſtum procuratorem fuiſſe ſimpliciter conſtitutum, ut aſſerebat, ſimpliciter etiam contrahit ſine eo pacto, non uidetur ei pacto, quod ignorabat in mandato appoſitum, conſenſiſſe.l.ſuper errorem. ff. de iuriſd. om.iud.Nec ſatis eſt, procuratorem id ſciuiſſe & intellexiſſe, niſi idipſum declarauerit.l.ſi repetēdi.& ibi Doct. C.de condi.ob cau.& l.3. §. ſi quis quaſi. & ibi quoque Docto.ff.de condi.indeb.cum ſi.Nam & quod ſuprà dictum eſt, eum qui mandatum habuit emendi, ſi id poſtea faciat, uideri feciſſe ſecundum id mandatum, procedit quo ad mandantem, & mandatarium, non quo ad tertium, cum quo contraxit, ut expreſsè dicit Bar.in d.§. ſi is qui putabat.Raph.Co.in d.l.poſt dotem.& ibi quoque Alexan.col.5.uerſ.puto tamen.& Iaſ.col.12.uer. circa ſecundum.& idem Alex. in d.l.1.§. nunciatio. col.3. verſ.item adde ſi dominus.ff.ſolu.mat.& Alcia.in tract. pręſumpti.regula 2.pręſump.24.nu.5.

*Declaratio precedētis uerſ.*

119 *Alia declaratio.*

VT interim omittam, quoſdam id intelligere, cùm is, qui actum gerit, facit mentionem mandati uel procurationis, ut quia ſe dicit procuratorem: tunc enim licet non aliter exprimat id ſe facere nomine procuratorio, tamen cenſetur eo nomine facere.l.cùm poſt mortem. §.1. ff.de adminiſt. tut. cum concord. adductis in tit. præce. §.10 gl.1.num.4.ſed id intelligas, alioquin nomine proprio, per l.3.§.ſed quod de tutore, uerſic. ſed & ſi quidem.ff.ſolu.matri.& l.Papinianus ff.mand.& l.magis ff.de ſol. Et ita uoluit expreſſim Bart. in d.l.poſt dotem. ff.ſol.matri.& in d.l.1.§.nunciatio,colum.2.uerſi. quæro quid ſi procurator.ff.de oper.no.nun.& in l. qui mihi donatum,col.ult.uerſ.ſed quęro quid in dubio.ff.de donat.&, ut à nonnullis citatur, conſil.incip. ſuper hoc puncto an ſufficit quod non eſt inter impreſſa. Bald.in Rub.C.de emp.& uend.in 15.q.in fin. Ego autem (ut ad caſum noſtrum redeam) arbitror id non obeſſe domino, qui mandatum limitatum dedit, quo minus poſſit rem ſuam repetere, ſed emptorem deceptū à procuratore aduerſus eum in id, quod eius intererit, actionem habiturum, ut non obſcurè uoluerunt, quos ſuprà citauimus.

120 *Alia pulcherrima quæſtio, et frequentiſſima.*

VIGESIMOQVARTÒ quęro, de ſpecie apud nos frequentiſſima, & quæ ob diuerſa Senatuum Arreſta admodum torquet & cauſidicos & litigatores. Titius emit à Męuio annuum reditum pecuniarium, aut alium ſuper omnibus bonis eius, datq; facultatem redimendi id vectigal intra duos annos, reſtituto precio uenditionis,

&ne



& ne interim arreragia, quæ vocamus, currant, venditor emptori dat percipiendos fructus certi cuiuſpiam fundi, & ſi venditor ipſe non redemerit intra illud tempus, relinquit emptori eum fundum in ſolutum, &, vt vulgò loquimur, *en aſſiete* dicti reditus, vtrum iſte contractus ſit licitus, an non? Plurimi contendunt eſſe illicitum, hac ratione moti, quòd iſte contractus eſt veluti pignoratitius, in quo pactum legis commiſſoriæ reprobatur. l.vlti.C.de pact.pig.& cap. ſignificante.extrà de pigno. atque etiam quoduis aliud ei ſimile. l.1.& ibi Barto. Bald. & Angel. C.de pact. pigno. vbi fit mentio huiuſmodi pacti, de quo nunc loquimur. & l.quamuis, in princip. ff.de ſol. quæ loquitur etiam de datione in ſolutum, de qua item loquitur Ioan. Andr. in d.cap. ſignificante. & Guid.Pap. conſ.81.ad decem dubia, in 1.dubio. Nec tantùm cùm pignus datur ex cauſa mutui, ſed ex quacunq; alia, reprobatur id pactum, vt multis probat ex facto conſultus Alex. conſ. 178. viſo proceſſu,col.1.& ſequen. lib.7.

*In pignore reprobatur pactum legis commiſ. Et aliud quoduis ei ſimile. Et quacunque cauſa pignus detur.*

121 *Nec iuramento confirmatur.*

ADEÒ autem hæc pacta in pignore reprobantur, vt nec iuramento quidem confirmentur, ſecundum Io. Andr.in addi.Spec.titu.de renun.& conclu.§.1.verſi. & quia hìc, in addit.incip.ex quo autor. Ioan.Fab.in l.vlti. C.de pact.pig. Alber.in Rubr.eodem titu. Card.Floren. Imol.& Panorm.in d.cap.ſignificante.Barto.in l.ſi quis pro eo, in prin.verſ.quartò dixi, quod prohibetur.& ibi Ang.colum.1.ff.de fideiuſſ. Imo.poſt Anto.in cap.cùm contingat, colum.65.verſ.nunc igitur reſtat deſcendere ad quartum membrum, extrà de iureiur.Guid.Pap.dec. Delphi.6.pactum legis.& conſi.29.viſo ad plenum.col. 1.& conſ.80.addendo, circa medium.& conſ.ſequen.& conſ.126.de anno domini, in 1.dubio.& in tract.de contractibus illicitis, colum.6.verſic.iuxta hanc materiam. Stepha. Bertran.conſ.356.nihil,col.1.lib.1.& conſi.50. cùm pro reſtituenda,col.1.lib.2.& conſ.98.puto, col.1. eod.lib.2.& conſ.153.exiſtimo,col.1.eod.lib.2.& conſ. 178,venditio, ante fi.lib.3.& conſ.97.quamuis,lib.4.

122 *De eadem re.*

LICET contrarium, ne id omittamus, voluerit glo. in d.cap.cùm contingat, in verbo, debent, in fi.Innocen. in d.cap.ſignificante.Bartho.Brix.quæſt.dominicali 12. quidam accepit.& Feder.Senen.conſ.140.punctus quæſtionis talis eſt, conſtante, verſicu.item pactum. Bar.ſibi contrarius in l.Seius.ff.ad legem Falcid.Alber.& Bald. in l.1.& ibi Alexand.in addi.ipſius Bald.C.de pact.pig. Anto.Petr.Anch. & Barb.in d.cap.ſignificante. Stepha. Bertran.ſibi contrarius, conſi.91.ex propoſitis, num. 12. in princip.lib.3.& ipſe Guid.Pap.etiam ſibi contrarius ſingul.477.licet pactum.& Lud.Gozad.conſ.61.prima, colum. 2.numero 7.& Franciſ.Rip.libro 3.reſpon.cap. 6.maiores, numero 6.Hoſtien. autem in ſumma titu.de pigno.§.quibus pactis.verſicu.quid ſi iurauerit, dicit valere iuramentum, ſed ita, vt iurans abſolui debeat, quod in ſententiam priorum recidit.

123 *Nec conſuetudine. Nec expreſſa renunciationes*

NEC conſuetudine quoque huiuſmodi pactum confirmari poteſt, ſecundum Bald.in l.2.colum.3.verſ.tertij dicūt.C.quæ ſit long.conſuetud. Nec denique expreſſa renunciatione partium. Odofr.in l.vlti.C.de pact.pign. per l.quos prohibet.ff.de poſtu.Alber.in l.1.in fin. eod. tit.Hoſt.in ſumma. de pign.d.§.quibus pactis, verſ quid ſi renunciauit.Ioan.And.An. & Imo.in d.c.ſignificante. Gui. Pap.d.conſ.81.ad decem, in 1.dubio.& Bertran.d. conſ.356.col.2.in princ.lib.1.& conſ.50.cùm pro reſtituenda,col.1.& iterum vlt.lib.2.

124 *In uenditione non reprobatū id pactum legis commiſſoriæ.*

ET ſanè ſi hic contractus pignoratitius eſt, nihil dubitandum eſt, quin vitietur ex huiuſmodi pacto. At ſi contractus eſt uenditionis, haud dubiè non uitiatur, quoniam in eiuſmodi contractu tale pactum admittitur.ff.de leg.commiſ.per totum. vbi gloſſ.in Rubri.hoc expreſſim dicit. & l.commiſſoriæ.C.de pact.inter emp. & vendito. & Doctor. vbique. Dummodò non fiat in fraudem, ut tradit Hoſtien.in d.cap.ſignificante, in uerbo, improbatum, de quo (inquit) dicendum eſt, ut not. in cap.ad noſtram, de empt.& vendi.quæ poſtrema uerba volui hìc adijcere, propter ea quæ inferiùs dicam. Et idem propè uoluit ipſe Hoſtien.in ſumma eodem ti. §.quibus pactis, colum.2.uerſicu.ſed ſi fiat pactum. Sed & gloſſ.in l.emptione. C. plus vale. quod agit. loquitur de venditione ſimulata, cùm eſſet cauſa pignoris, ne ob pactum pignoris vitiaretur. Quin & rationes huius diſcriminis inter pignus & venditionem, ſubnectendas cenſui, quia ad noſtram quæſtionem faciunt. Hæ autem ſunt ex Pet.à Bella Pertica, in l.vlt.C.de pactis pigno. & Ioan.Andr. & Panorm.poſt alios antiquiores, in d.cap. ſignificante.Prima, quia tanti res ſolet vendi, quanti valet. Ideo ſi uenditio diſſoluitur, non decipitur venditor. Nec mouet, quòd aliquando res minoris venditur, quia ad ea potius debet ius adaptari, quæ frequenter, quàm quæ rarò contingunt l.nam ad ea. ff.de legi. Contrà autem pignus ſolet fieri pro minori longè precio, quàm res ipſa valeat, ob ſpem futuræ luitionis. Vnde multum deciperetur debitor, qui cupiditate recuperandæ pecuniæ facilè in omne pactum conſentit. Vnde voluit lex in hoc proſpicere utilitati ſubditorum. Alia ratio eſt, quia ſi hoc pactum valeret in pignoribus, vix aut nunquam aliter creditores mutuarent, quàm cum hoc pacto, ſpe conſequendi lucri eius, quod pluris eſt, quod profectò contineret ſpeciem uſuræ, quæ omnia ceſſant in venditione.

*Ratio eius rei.*

125 *Pactū reuendendi, an faciat cēſeri contractū pignoris.*

HVIVS igitur quæſtionis cardo in hoc vertitur, vtrum iſte contractus ſit pignoris, an venditionis. Nam vt pignoris eſſe cenſeatur, facit illud pactum de reuendendo, vt videtur voluiſſe Bald. conſ.201.tria poſſunt, in 2.dubio, lib.4. per text.quem dicit not. in l.creditor, quæ eſt 3.§.poſt diuiſionem. ff. qui poti.in pigno.hab. quem & alibi dicit ſingul.ipſe Bald.ſcilicet in l.creditores, in fin.C.de pigno. Verùm Bald.ſi ſolerter inſpiciatur, non illud dicit, ſed id, quòd propter mandatum de reuendendo, videntur res, quæ reuendi debent, eſſe pignoratæ ab eo qui mandauit. Nam & ex eo §.quem allegat, aſſumitur, quòd ex eo, quòd do facultatem vendendi rem meam, ego videor eam obligare. & ita ex eo annotat Iacob. Aret.in l.ad curatoris. ff.de dam. infect. & reaſſumit ipſe Bald.in eo ipſo §.Nec ignoro Bartol.& Saly.in eodem §.ex eo.not. quòd ex pacto de vendendo præſumitur contractum pignus, nec id quidem nego, nam ſi ex mandato de vendendo cenſetur contractum, multò magis ex pacto ipſo de vendendo. Suntque qui Barto. eo in loco & Bald.in d.l.creditores, ad hoc citant, quòd ex pacto de reuendendo præſumitur etiam pignus contractum. Nam ita eos allegat Cæpolla in tracta. de ſimulatione contractuum, columna 1.& id quoque verum eſt, vt diximus ſuprà, eodem titu. §.3.numero 9. quanquam id fruſtrà: nihil enim (quantum ad id) intereſt inter mandatum de vendendo, & mandatum de reuendendo. Sed hæc non eſt ea hypotheca ſiue pignus, de quo hìc quærimus, cùm videlicet is, qui dicitur emere, non emit verè, ſed potiùs ſimulatè pignus accepit ſub ſpecie emptionis, ideoque pactum legis commiſſoriæ ibi appoſitum non valet. In eo autem caſu, quo quis emit & promittit reuendere, ex ea promiſſione res non obligatur ipſi emptori, nec obligari poſſet, cùm rei ſuæ pignus conſiſtere non poſſit.l.neque pignus. ff.de regulis iuris. Sed econtrariò ea res obligatur venditori, ex eo quòd emptor promitit ei reuendere, per dictum §.poſt diuiſionem. & id eſt, quod voluit Bal.dicto conſi.200.lib.4.

126 *De eadem re.*

VERVM idem Bald.conſil.164.maritus. lib.5. tradit dationem in ſolutum, quæ ex pacto lui poteſt, accedere pignori, quia non ſic datur, vt perpetuò maneat apud emptorem. Quod & uoluit Maria. Socin.



conſ.15.

conſil.15.uiſis prędictis,colum.11.uerſicul.unde dicendum. Et ſi id uerum ſit,nihil eſt quod dicere poſsimus ad ſuſtinendum huiuſmodi contractum. Sed id omninò falſum eſt, quia ſi pignus eſſet, emptor aut creditor, cui res datur in ſolutum, non lucraretur interim fructus. quod eſt contra l.2.C.de pact.inter empt. & uend. & diximus late ſuprà, eodem titu.§.5.in gloſſ.2.in prin. ubi etiam docuimus procedere de Iure Canonico, & in foro conſcientiæ. Nec enim id ſolum pactum de reuendendo facit cenſeri contractum pignoratitium uel uſurarium, niſi concurrat modicitas precii, & prætera ſecundum communiorem opinionem, quòd ita contrahens ſit ſolitus fœnerari, ut probatur, & ab omnibus pleniſsime not.in d.c.ad noſtram,de empt.& uendi. & in c.illo uos, de pig. & copioſiſsime diximus ſuprà, in Rubr.huius titu.Idque eſt, quod Hoſt.quem ſuprà citauimus,in d.c.ſignificante, cùm loquitur de huiuſmodi pacto legis commiſſoriæ appoſito in contractu, qui dicitur uenditionis, monuit de hoc dicendum eſſe, ut not.in d.cap.ad noſtram. [Sed & quòd ex huiuſmodi pacto reuendendi non præſumatur pignus, expreſſe uoluit ipſe Bal.conſ.39.proponitur quòd celebratus, col.2. uerſ.ex tali enim parte,lib.3.per tex.in d.l.2.C. de pact. inter emptor.& uendi.]

127 *De eadem re.* IGITVR, ut concludamus niſi hæres,quas diximus, & de quibus loquitur d.c.ad noſtram,ultra id pactum interuenerint,nihil eſt quod iudicare debeamus huiuſmodi contractus non eſſe uenditionis,ſed pignoris,pręſertim cùm in dubio non præſumatur ſimulatio, aut fraus.l. quoties.§. qui dolo.ff. de probatio. cum multis concord. à me adductis ſuprà, titu. præceden.§. 26. in glo.1.numer.35.ſed quod de caſu, & ſequen. Ideoque nec contractus præſumitur fraudulentus, l. ſed ſi maritus.§.ſed ſi conſtante.ff.qui & à quibus. & l.quamuis. & ibi gloſſ.& Bald.C.ſi quis alter.Bald.in l.illud, paulò ante fin. de præſumpti. & conſil.389.quòd dictus, circa medium,lib.9.Paul. Caſt.conſilio 388.plus quatuor,colum.2.lib.1.Io.Ana.inter conſ.eiuſdem Paul. conſ. 261. viſis,poſt prin.lib.2. Pet.Ferra.tit.forma libel. in contractu uend.in princip.colum.2.Barb.conſ.76.illud,col.1. libr.3.& conſil.22.clementiſſimum, poſt prin.lib.4. & conſi.72. ſapienter, colum.3. uerſ. præmittitur, eodem libr.4.Socin.conſilio 83. pro certo, columu.1.libr.3.& conſilio 127. quoniam, column.5.uerſicul. quòd autem voluerit, eodem lib.3.Iaſon conſilio 170. nomine, colum.4.ad fin.lib.2.cum alijs concord.adductis à Philip. Dec. conſ.491. in caſu, nu.4. Nam contractus talis eſſe præſumitur, qualem prima eius figura demonſtrat. Bal. loquens nuncupatim de contractu, facto cum pacto legis commiſſoriæ, in c.1.poſt prin.& ibi quoque Cardi. Alex.col.1. uerſ.ex quibus omnibus, tit.de feud.dat. in uicem leg.commiſſ.per l.cùm precibus.C. de fide inſtr. & alia, quæ ibi allegant,cum alijs quoque concor.& ſimil.adductis à Socin.conſ.90.in cauſa magnifici. col.3. verſ.ex quibus ſine hæſitatione, lib.3.

*Fraus et ſimulatio in dubio non præſumitur.*

*Cõtractus talis eſſe præſumitur, qualẽ prima illius figura oſtẽdit.*

128 *Actus in dubio non præſumitur uſurarius.* ET, ut dicit ipſe Cald.in l.rogaſti.§.ſi tibi, in fin. & ibi Phil. Dec.col.ultim.ff.ſi cert.petat.dubius actus non debet iudicari uſurarius, per l. ſi ea pactione, cum ibi not.C.de uſur.& idem Bal.in l.ſi tibi decem, in princ.ff. de pact.& conſi.487.apparet,lib.1.& Alex.conſ.222.ſuper titu.quæſtionis,col.2.verſ.accedit etiam,lib.item 2. & conſ.200.perſpectis narratis,col.2.uerſ.eiuſdem initij,lib.6.& Iaſon in l.1.col.5.uerſ.tertiò multum not.C. de ſer.fugi.& conſ.153. præſupponitur in facto, col.5. uerſ.octauò,lib.4. & Ludo. Gozad. conſil.55.quæritur, colum.3.nume.13.& Roch.Cur.in repetitione c.ultim. col.6.uerſ.ſed communiter, & de conſuet. Vnde idem Bald.in Rubri.extrà de offic.iud.colum.4. uerſ. ad officium, hæc propemodum ſcripſit. Ad officium iudicis pertinet interpretari contractum in æquiorem partem. l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſoci. quia hæc eſt nobilis pręſumptio.l. merito.ff. eodem. unde omnis contractus præſumitur celebrari bona mente, id eſt, bono ſtudio, & abſque fraude, præſertim uſurarum. Quod & repetit Iaſon.d.conſil.153. ubi ſuprà, libr.4. Sed & idem Bald.ut à quibuſdam citatur (ſed in meo Codice non reperi) in l.legitima.ff. de pactis, dicit. & poſt eum Lud. Bol. per gloſſ. quam Bald. dicit ualde not.ibi, in illis verbis, & ſecundum hoc iuuatur &c. quòd contractus in dubio iudicatur licitus. Quod & dicit idem Bald.in marg.in uerbo,contractus,uerſicul.7.ubi & eam glo.ad hoc dicit not.

129 *Cõtractus cenſetur licitus ex eo quòd palã ſolet fieri. Illius dicti declaratio.* ET quia etiam in Gallia uidemus huiuſmodi contractus paſsim & ubique, palàm ac publicè frequentari,ideo liciti cenſeri debent,l.quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem,ibi, qui id facit, quod publicè facere licere arbitratur.ff.de ædil.edict.ubi Bar. trahit ad actum, qui communiter exiſtimatur licitus, cùm uideatur ſapere vſurariam prauitatem, & ſequitur Cæpol. in tract. de ſimulatione contractuum,in princip.colum.3.& iterum in 5. caſu princ.col. ultim. & conſi. cauſarum criminalium 13. ſtante quodam decreto, colum.penul. uerſic. & intelligo. Sed caue,quia tex.& Bar.ubi ſuprà loquũtur, quantum ad id, ut qui eum actum fecit, excuſetur, non ut propterea actus ſit licitus, ut optimè probat tex. in cap.quia in omnibus, in princip. extrà de uſur.Ang. conſil.90.pro deciſione,colum.1. Ideoque Anto. Burg. in d.cap.ad noſtram,column.6. uerſicul.aduertas rogo, de emp.& uend.reprehendit Bar.ubi ſupra tanquam aliter ſenſiſſet. Nam et diuus Cyprianus lib.2.epiſt.2. ad Donatum, non propterea dicit quippiam eſſe licitum, quod ſit publicum. *Cyprianus*

130 *De eadem re.* VERVM pro hac ratione benè facit, quod tradit Bal.conſ.154.inſtrumentum, uerſ. item quòd huiuſmodi,libro 2.et quod ſcribitur in extrauag. Marti. Quinti. inci.hodie,ſub titu.de empt.et uend. quæ expreſsim loquitur de uenditione annuorum cenſuum ſiue redituum cum pacto reuendendi, ut illinc etiam intelligas, nihil hìc facere, quod agitur de uenditione huiuſmodi rerum. Quod et conſtanter aſſerit Gui.Pap.in tract.de illicitis contractibus, colum.6.uerſicu.quid ſi uendidi tibi.et iterum colum.13.uerſicu.ſed quid ſi incontinenti. Et facit etiam tex.in l.quid ergo.§.1.ibi,cum uſuris triẽtibus, uel ijs quæ in regione obſeruantur.ff. de contrar. & vti.acti.tut.& in l.1.in fi.ibi,vſurarum modus ex more regionis.ff. de vſur. & in l. & in contraria,ibi, eas tamen quæ in regione frequentantur.ff.eodem titu.& in l. idemque.§.1.ff.mandat. & in l.tutor qui repertorium.§. ſeu & ſi negauit,ibi, ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras.ff.de adminiſtr.tut. & in l.apud Iulianum. §.in vſurarum.ff.de legat.1.quibus etiam probatur, morem atque obſeruationem regionis, in rebus id genus ſequendam eſſe.

131 *Cõſuetudo poteſt probare uel reprobare cõtractũ.* ET quod præterea tradit ipſe Bal. in l.per diuerſas, columna primas, C.manda. & in ſua Marga. in uerbo, contractus,columna ſecunda, verſiculo conttactus aliqui, quòd conſuetudo poteſt contractum probare uel reprobare.argumen.l.certi condictio. §. ſi nummos,ibi, cùm quotidie, &c.ff. ſi certum petatur, & ſequitur Cæpol.in tractatu ſimulationis contractuum,ubi ſupra. Et quod ſpecialius ad hunc caſum pertinet, ſcribit Oldr. loquens in quodam contractu, de quo dubitatur, eſsètne uſurarius, an non, conſil. 207. uniuerſis, in fin. Corroborat (inquit) contractum ipſum & ab omni ſpecie illiciti reddit alienum ipſius regni conſuetudo, ſecundum quam talis contractus continuè celebratur, argumen.l.ſi in emptione.ff. de contrah. emptio. & l.uenditor.§.ſi conſtat.ff.com.prædi. Hæc ille, quem ſequitur Steph.Bertrand.conſil.1.uiſo,colum.2. in fin.libr.2. Et quod uoluit Iaſ.d.conſi.153.col.5.uerſic.ſeptimò facit,

lib.4.



libro quarto,per dicto §.apud Labeonem.& nouiſſimè Philipp.in Epitome moralis Philoſophiæ, ubi loquitur de ijs noſtris contractibus, in quibus emitur reditus cum pacto redimendi. Prudenter (inquit) monuerunt Gerſon & alij, non ſtatim contractus vſitatos iudicandos eſſe vſurarios. Cùm enim hæc uita habeat contractibus opus, & magna uarietas incidat,reprehenſio vſitatorum contractuum, & conſcientias perturbat, & magnos tumultus excitat. Illud autem Gerſoni (ni fallor) eſt in tractatu de contractibus, ubi & de huiuſcemodi contractibus copioſiſſimè diſputat, & de his contractibus vſitatis ſæpè loquitur, & inter cætera loca in parte 2.propo.9.Et facit etiam tex in l.athletas,ibi & generaliter ita omnes opinantur.ff.de his qui no.infa.ex quo Bald. in 1. lect.ibi, not. communem,& generalem opinionem facere cenſeri aliquid eſſe licitum.

132 *Contract⁹ qui ſolent fieri ab honeſtis perſonis, a ſuſpicione alieni.* ET id potiſſimùm procedit, cùm hi contractus non ſolùm fiant in Gallia, ſed & fieri ſoleant à uiris probis, & laudatiſſimæ opinionis, & qui nullo pacto hac horrenda deteſtandaq; labe vſurarum polluere ſe uellent, quæ res magis facit ceſſare ſuſpicionem, ut etiam tradit Oldra. dict. conſilio 207. ante fin. & ſatis probatur ex text.not. in cap. niſi eſſent, in princip. & ibi Panormitan. extrà de præben. & ex eo quod ſcribit Innocen. in cap.1.de cleri. peregr.cum ſimil. & quæ diximus ſuprà in Rub.huius titu.numero 35. idque ſatis. Et ex eo quoque quod ſcribit Bal. utramque rationem copulans, in l.1.colum.7.uerſ. & hoc facit. C. de his quæ pœnæ nomi. ubi loquens de uenditionibus horum annuorum redituum, dicit contractus aliàs ſuſpectos non debere cenſeri fœneratitios,ſi in regione communiter frequentantur, & inter bonos ſeruantur. Nam quia uериſimile eſt, etiam permiſſum eſt.l.3.§.vltim. cum gloſſ.ff.de eo quod cer.loc.& ſequitur Iaſ.d.conſ.153.lib.4.& è Theologis uoluit Gerſon in dict.tractatu de contractibus, parte ſecunda, poſt princ.

133 *De eadem re.* NEC his rationibus obſtat, quod ſuprà diximus, pactum legis commiſſoriæ in pignoribus non accipere robur ex conſuetudine, quia utique id uerum eſt, cùm conſtat id pactum ita eſſe appoſitum: in dubio uerò huiuſmodi eſſe non debet cenſeri, ſi in regione à bonis uiris frequentatur. Sicuti & è diuerſo ij contractus, quibus non ſolent uti boni uiri, præſumuntur uſurarii.Bal. d.conſi.487.apparet,lib.1.Et faciunt not.in d.c. ad noſtram,de empt.& uend.& in cap.illo uos, de pigno. ubi inter ea quæ faciunt præſumi contractum uſurarium, illud potiſſimum eſt, ſi perſona ſit ſuſpecta, quia ſcilicet ſoleat fœnerari. Ideoque cùm contrariorum contrarii ſint effectus, ſi perſona eſt probatæ fidei, in dubio non eſt præſumendum contra contractum,uti etiam dicit Ioann. And.in addi.Specu.in Rubric. de uſur. in fin. Et generale eſt, ut utrumque coniungam, ut ex qualitate perſonarum præſumamus bonam fidem, aut malam, ut dicit Bald.in l.cùm hi.§.eam tranſactionem.ff. de tranſa.per eum text. & in l.creditores.ff.de priuile. credito.

134 *Si huiuſmodi pactũ fuerit appoſitum in gratiã uenditorum.* ET quia denique tales contractus ſolent fieri in gratiam uenditorum, ut uidelicet poſsint rem ſuam recuperare reſtituto tantùm precio, & ſine ſolutione laudimiorum, nam quia fundus non uenditur aut datur in ſolutum,niſi ſub conditione, ſi precium non fuerit reſtitutum intra aliquod tempus, certè reſtituto precio,fundus non cenſetur fuiſſe uenditus, aut datus in ſolutum. Ideo nec ex eo contractu debentur laudimia, ut uoluit Guid.Pap.conſil.126.de anno Domini,in 2.dub. & latè diximus ſuprà,titu.præced.§.1.glo.2.in uerbo, *à vendu*, numer.23.ex quibus fit. & iterum in glo.10.in uerbo, *dedans l'an*, in 8.quæſt. Ideoque plerunque nolunt uenditores aliter uendere, niſi ſub ea pactorum forma,cùm libentius emptores ſimpliciter emerent. Et hoc quoque inſpiciendum eſt, ne ſcilicet contractus dicatur reprobatus ob id, quòd pactum appoſitum eſt rogatu, & in gratiam debitoris,non dulcedine uſurarum,ut loquitur text. in l. ait Prætor.§. ſi fraudator. ff. quæ in fraud. cred.ſiue uoragine creditoris, ut de eo pacto expreſsim loquitur Bald.in d.cap.1. colum.2.uerſic. quæro, pone quòd pactum legis,titu.de feud.dat.in uicem legis commiſſoriæ. ita intelligens.l.Titius.ff.de pign.acti.& Guid. Pap. ſing.477. licet pactum, uerſic. quære mutuaſti.& Ioan. Lup. in repe. cap. per ueſtras, chart. totius illius titul. 89. column.3. verſicul. ad idem facit, ubi id dicit mirabile, & è Theologis Ang. Cla. in ſua ſumma, in verbo, uſura, el 1. numer.66. Nam & è contrario, cùm pactum eſt factum in fauorem emptoris,& odium uenditoris, inducit præſumptionem vſurarum. Bal. qui ad hoc Hoſt. allegat conſil.311. in quæſtione Galuagini, colum.2. verſic. nonò arguitur,lib.5. Nonnulla autem admittenda ſunt propter vtilitatem contrahentium l.ſed an viæ.ff.de pigno.

135 *Incertus euẽtus tollit ſuſpicionem vſurarum.* NEC quicquam obeſt, quòd in noſtra ſpecie emptor percipit fructus ipſius rei in locum vicemque penſitationis: neque enim id illicitum eſt propter incertum fructuum euentum.l.ſi ea lege.& ibi gloſſ.Barto.Alber. Bald.& alij, ex quibus ipſi Alber.Barto. & Bald. dicunt id procedere in foro conſcientiæ.C.de vſur.& l.ſi ea pactione.& ibi etiam glo.vltim.Cyn.& alii, eodem titu. & Cano.in c.in ciuitate.& in c.nauiganti, extrà eodem titu. Hoſt.in ſumma,titu.de uſur.§.qualiter petatur, uerſi. illud ſciendum eſt,& §.an aliquo, uerſ. quæ tamen omnia.Oldra.d.conſi.207.colum.2.& Ioan. Andr. in addi. Spec.in d.Rub.de vſur.col.2.Pau.Caſt.in l.per diuerſas, col.penultim.verſ.item dicit.C. manda. cum aliis ſimilibus à me collectis in repet.l.ſi unquam,in uerbo,donatione largitus,nu.113.poſtremò huc quoque.C.de reuo. dona. & id quidem nihil aliud eſt, quàm aliud pro alio ſoluere,quod haud dubiè fieri poteſt,non reluctante aut inuito creditore.l.2.§.mutui, qui eſt 1.ff.ſi cert. pet. & l. eum à quo.C.de ſoluti.& l.1.§.an poteſt.ff.de conſti.pecu.& l.precii.C.de reſcind.vend.cum ſimilib.

136 *Quid, ſi id pactum legis cõmiſſ. apponatur ex interuallo.* EGO uerò nunquam tales contractus feci, neque cęteris faciendos conſului, non quòd ego reprobatos cenſerem, ſed quia,ut diximus, in dubium & ſuſpicionem uocabantur, maluique ſemper & in omnibus cauſis tutiorem uiam ſequi, quod ſæpè & in noſtris Legibus atque Canonibus præcipitur.l.4.§.toties.ff.de dam.infec. & c.ad audientiam, extrà de homicid. cum ſimil. Sed tamen non omiſerim, quòd ſi quis uelit omnem ſuſpicionem uitare, quæ ex huiuſmodi pacto legis commiſſoriæ aut affini eidem in huiuſmodi cõtractibus oritur, id poſſe facere multis modis. Primò, ſi in ipſo contractu aut incontinenti poſt contractum, non apponat hoc pactum, ſed ex interuallo, id enim non eſt prohibitum, per l.Titius. & ibi Guliel.Cu.Bart. Bald. & Sal.ff. de pig.act.cum aliis multis concor. à me collectis ſupra in præfat. huius titul.numer.7.nam & licet. Verùm id, ne fallaris,non eſt omninò tutum,propter ea quæ tradit Alberic.in l.2.uerſ.ſed quid ſi emptor.C.de pact.inter empto.& uendi.& Raph.Co.conſ.184. incip.M.369. &c. Ioannes,col.ult.& diximus ſuprà in eadem præfat.nu.8. ſed hic paululum, & ſeq.

137 *Quid, ſi pecunia fuit primum mutuata, et ex interuallo conuerſa in emptionẽ annuæ pẽſitationis.* ILLVD autem clarum uideri poteſt, quòd ſi pecunia primùm fuerit ſimpliciter mutuata, poſtea uerò ex interuallo ea conuerſa eſt in emptionem annui uectigalis, cum his pactis, de quibus diximus in princip. huius quæſtionis, non poſſet dici, hæc pacta eſſe illicita, ceſſante ſcilicet ratione, ob quam principaliter id pactum legis commiſſoriæ prohibetur in pignoribus, quæ ea eſt, quia nihil eſt, quod non faciat, aut conſentiat, pecuniam mutuam accepturus, quo eam accipiat, neceſſitate (ut fieri aſſolet) adactus, hanc enim omnes

ubiq; aſſignant. Id autẽ ceſſat, ſi ante hunc contractum præceſſerat mutuum, ideo nihil eſt, quod prohibitionem inducat, vt penè omnes de hac re loquentes ſentiunt, & ex facto nuncupatim reſpondit Steph. Bertran. conſ.91.ex propoſitis,nume.7.lib.3. Et hoc puto verum eſſe,niſi conſtaret id ita eſſe factum in fraudem, excogitata ex compoſito malitia, vt in ſimili diximus de eodem pacto legis commiſſoriæ facto ex internallo,ſupra in præfat.huius tit.eod.nu.8.

138 *Si dictum ſit, ut maneat fundus in ſolutum pro iuſto precio.*

SECVNDO modo euitatur hæc ſuſpicio, ſi ita fiat pactum, vt ſi precium non fuerit reſtitutum intra tempus præſtitutum reuenditioni vectigalis, fundus ipſe, qui datur pro reliquijs, ſiue arreragijs, manet emptus iuſto precio: nam nec id prohibitum eſt, vt probatur in l.ſi fundus.§.vlt.& ibi gloſſ. & Barto.qui eam l.dicit ſingu.& omnes.ff.de pign.& uoluerunt etiam omnes in d. l.1. & rurſus in l.ult.C.de pact. pig. Azo in ſumma eiuſdem titu.ſtatim poſt princip.Cano.in dicto cap. ſignificante, extrà de pigno. Hoſtien. in ſumma eiuſdem titu. §.quibus pactis,verſicu.1.Alber.in l.emptione,in fin.C. plus uale. quod agit.& in l.ultima, in princip.ff.de contrahen.empt.Bald.in repet.l.Aemilius,colum.antepen. uerſicu.in gloſſ.1.ff.de mino.& in cap.1.colum.1.uerſic. quæro utrum ualeat,titu.de feud.dat.in uic.leg.commi. ubi ad hoc dicit not.tex.in d.l.ſi fundus, & Saly.& Pau. Caſtren.qui & eum dicunt not.in d.l.Titius. ff.de pign. act.Cæpol.cautel.ſecundum ultimam computationem, 241.pactum pignoris.Alexand.conſ.188.uiſo proceſſu,colum.3.num.8.lib.7.Petr.Ferra.in titu.forma libel. in cauſa uenditionis, in fin.princip. & titu. forma libel. in act.hypoth.in uerbo,ſub eadem obligatione, colum. 9.uerſicu. quid ſi pactum. & Guid.Pap.dicto conſil. 79. columna 1. & dicto conſilio 80. columna 2. & conſilio ſequen.in dubio,& deciſ.Delphi.6.pactum legis, col, 1.& Doct. ubique.

139 *Sed quid, ſi ſimpliciter dicat, ut maneat in ſolutũ. Et quid, ſi dictum ſit, ut maneat in ſolutũ pro maiori precio.*

ET idem,ſi ſimpliciter dictum ſit,ut res maneat emptoris, ſi reſtitutum non fuerit precium intra aliquod tempus, quia tunc tacitè intelligitur, ut eius maneat iuſto precio,ut dicit Hoſtien.in d.cap.ſignificante, colum. 1.in uerbo, in pignoribus. & ibi quoque Ioan. Andr. columna 2.de pigno. ita intelligentes dicta l. ſi fundus. ff.de pigno.ubi etiam Bart.ita uoluit. & Alexand. dicto conſ.178.ubi ſuprà,libro 7.& Stephan.Bertran.conſilio 98.puto,columna ultim.libro 2.& Docto.ſæpè. Sed illud nolui te neſcire,quòd ſi dictum ſit, ut non redempta re intra aliquod tempus,ea maneat creditoris pro maiori precio, quàm quod nominatum fuit in principio, illud non tollit uitium, ut pulchrè & ſcienter reſpondit ipſe Bertran.conſilio 347.duabus,colum.1.lib.1.& iterum conſilio 356.nihil,colum.2.uerſicu.ſed fortè,eod, libro 1.& conſilio 50.cùm pro reſtituenda, columna 2. uerſicu.fortè uerò,libro 2.Sed requiritur ut expreſsè dicatur pro iuſto precio,uel ſimpliciter nulla precij mentione facta,ut diximus.

140 *Quid, ſi durãte tẽpore facultatis redimendi, is fundus interim non relictus eſt pro reliquijs.*

TERTIO modo id vitium vitatur, ſi interim ſcilicet pendente tempore præſtituto ad redimendum, is fundus non relinquitur creditori pro reliquijs ſiue arreragijs penſionis. Nam ob id,quod datur ut ex eo percipiantur fructus loco reliquiarum, is pignori cenſentur eſſe traditus ab ijs, quibus tales contractus illiciti eſſe videntur. Ideo ſi ita non relinquatur,ſed vel alius fundus,uel nullus, nihil erit, quod reprobandum uideatur ex huiuſmodi pacto,ut etiam placuit Bald. in dicto cap. 1.colum.2.uerſic. pone quod tu mutuaſti. & ibi quoque Aluar.colum.ulti.verſicu. quem mutuaſti, titu.de feud. dat.in vicem legis commiſſ. per text. quem dicit not.in d.l.ult.ff.de contrahen. empt. & Guid. Pap.ſingul. 477. vbi ſuprà, licet videatur velle contrarium, ſi modò is fundus pluris valeret.Idem Guid. in tract.contractuum vſurariorum,columna 6.verſicu.ſed iuxta hoc quæro.& dicta dec.6.ante finem.

NEC hoc caſu (vt id quoque obiter dicam, quod minimè contemnendum eſt) ſufficit generalis obligatio bonorum, vt id pactum cenſeatur eſſe reprobatum in pignoribus, ſed debet eſſe ſpecialis & expreſſa in re, de qua agitur, & quæ manet creditoris poſt aliquod tempus non reſtituto precio, vt expreſſim & in ſpecie reſpondit Stepha. Bertran. conſil. 254. vidi proceſſum, poſt princip. libro 1. Quamuis ipſe idem alibi contrarium è diametro reſponderit, videlicet conſilio 178. venditio, libro 3. de quo & tu vide illum conſilio 67. quamuis, lib.4. Et vide quæ in ſimilibus tractata ſunt à noſtris,quos citauimus ſuprà,hoc eodem titu. §.3.gloſſ. 1.numero 8. ſed dubium eſt. ex quibus & tu intelliges, quid hic dicendum ſit. 141 *Quid, ſi is fundus eſt tantùm generaliter obligatus.*

QVARTO & vltimo modo, ſi in ipſo contractu non fiat venditio aut datio in ſolutum, vt plerunque fit, & his ſæpiſſimè verbis: *deslors comme des à preſent & des à preſent comme deslors, à delaiſſé & tranſporté*, &c. Sed tantùm id promittit venditor facere tranſacto tempore redemptionis,ſi ea facta non fuerit, neque enim id prohibitum eſt, ſi credimus eidem Stephan. Bertran. idipſum conſtanter affirmanti, conſilio 134.ponitur in facto,quod cùm nobilis,in 3.dubio,libro primo, quia, vt ipſe dicit,aliud eſt vendere & in ſolutum dare, aliud promittere de vendendo,aut in ſolutum dando, de qua ratione nos latiſſimè diximus ſuprà in eadem gloſ.num. 53. dies me deficeret, vbi & nos huius dicti Bertrandi mentionem fecimus. 142 *Quid,ſi in ipſo primo contractu fundus nõ eſt datus in ſolutum aut venditus,ſed tantum promiſſus.*

SED vereor,ne non id verum ſit, quoniam in vtroque eadem uideatur eſſe ratio prohibitionis, de qua ſuprà diximus,hac eadem quæſtione,numero 124.& ſanè. Et quia etiam bona pars iurium de huiuſmodi prohibito pacto loquentium, utuntur uerbo promiſſionis & futuri temporis magis,quàm præſentis,venditionis, ut in l.prima.C.de pactis pigno. cùm dicitur ceſſurum ſe creditoribus.& in l.quamuis.in princip. ff.de ſolu.quæ his uerbis utitur, ſpoponderit in ſolutum dare. Et id nuncupatim uoluit gloſſ.in dicta l.prima,in gloſſ. 1.& ibi quoque Bartol.Bald.& Angel.C.de pact.pigno. ubi dicunt,nihil referre, quantum ad id,de quo tractamus,dicas cedo,uendo, in ſolutum do,an promitto cedere, uendere, in ſolutum dare. Atque etiam Ioannes Fab.in l.vltima,C.eodem titulo, & ipſemet Bertran. conſilio 356.columna ſecunda,uerſiculo, & ſi opponatur,libro primo. & iterum conſilio 50.cùm pro reſtituenda,columna ſecunda,uerſiculo, fortè uerò, libro 2. Et facit quod in ſimili tradit Innocent.in capitulo grauis,paulò ante fin.C.de ſacroſanctis eccleſijs, & Bald.in l.cùm fidem, in princip. C.de non numera. pecun.& de hoc quoque diximus ſuprà in præfat.huius titu. num.9. & ut hæc poſtrema. 143 *De eadem re.*

SED quia ſupra de modicitate precij locuti ſumus, vnum eſt notandum in hac ſpecie, de qua tractauimus in præcedenti quæſtione, qua ſcilicet conſtituitur annuum uectigal pro pecunia,& in ſolutum eius uectigalis datur fundus, niſi ea pecunia reſtituatur intra tempus uenditionis. Nam poteſt contingere, ut precium non ſit modum reſpectu illius uectigalis annui,ut quod fortè ſit de uno pro quindecim: quod quidem precium iam multis noſtri Senatus iudicijs iuſtũ ac legitimum declaratum eſt, de quo nos alibi copioſiſſimè tractauimus, titulo, *des notaires*, §.2.qui eſt omnium noſtrarum conſuetudinum 323. Sed fortè fundus, qui in eiuſdem uectigalis ſolutum datur, multò pluris ualet, quàm ipſum uectigal,& fortaſſis dimidio,quàm idem uectigal, aut precium,pro quo conſtitutum eſt,an tunc illa modicitas uitiabit totum contractum, an uerò ſolùm dationem illam in ſolutum, reſpectu cuius tantùm ea modicitas eſt, & ſic manebit uectigal ualidum. Et hæc quidem 144 *Quid,ſi ſit nõ modicũ preciũ reſpectu annuæ pẽſitionis, ſed tantũ reſpectu fundi,qui dat in ſolutũ.*





*Sententia, q̃ continet diuerſa capitula,pòt pro parte valere.*

dem erit Vigeſimaquinta Quæſtio. Et id certè video placuiſſe multis noſtræ Galliæ, adeoque eius Senatus primoribus aduocatis, vt tantùm vitietur datio in ſolutum, non etiam annuum vectigal, quaſi ſint diuerſa membra,nec vnum aliud vitiet, vt in ſimili videre licet in ſententia, quæ licet aliàs non poſſit pro parte valere, & pro parte non valere.l.in hoc iudicio.ff.famil. erciſc. tamen ſi contineat diuerſa capita, poteſt in vno valere, in alio minimè, quia tot ſunt ſententiæ,quot ſunt capita diuerſa. l.quędam mulier. ff.eodem titulo, quæ iiſdem verbis repetitur in l.Carmelia Pia.ff.de iure patronat.& l.etiam ſi à patre.§.2.& ibi Alber. ff.de mino. & cap. cum tempore & ibi gloſſ.in verbo, capitulis. Innocent. Hoſtien.& alij extrà de arbitr.& capitu.dilectus. le 1.& ibi quoque gloſſ.& alij extrà de præben.& voluere gloſ. Cyn.Bartol.& Bald.Salyce.Angel.& alij in l.2. C.de re iud.gloſſ.in cap.ſi quis in pluribus, in verbo, quædam. 2.quæſt.6.Alberi.in l.Labeo,poſt princip.ff.de arbitr.& in l.non eo minus,circa medium.C.de procurat.Cardi. Floren.conſilio 74. Dominus Abbas, columna ultima, cum concord. adductis à Roma.in l.1.§.ſi ſtipulanti. & ibi Barba.colum.14.verſiculo, nunc inducitur, & cæteris Recentioribus.ff.de uerborum obligationibus,& eodem Roman.conſilio 195.in caſu præmiſſo, ad fin.& Card.Alexand.in cap.dilecto,columna vlt.in 16.quæſt. extrà de appel.& Aufrer. deciſ.Tholoſ.quæſt.215.item fuit quæſitum ſi fuerunt ab aliquo.

145 *In contractibus utile per inutile non uitiari. Reductio annuarum pẽſitationum ad legitimum modum.*

ET id quidem maximè procedit in contractibus, etiamſi non in ſententijs deberet procedere. Nam haud dubiè in ipſis contractibus vtile per inutile non uitiatur, etiam in eodem capitulo, modò res ſit diuidua.l. ſancimus.§.ſi quis autem.C.de donatio.& l.pecuniæ. & l.placuit.ff.de uſuris. ubi id probatur procedere etiam in vſuris, vti etiam in l.cùm allegas. C. eodem titu. Ex eoque deprompta eſſe uidetur ea formula, qua Senatus noſter reducit venditiones horum annuorum vectigalium ad legitimum modum, ſi idipſum excedant, modò ſint ad unum pro decem. Nam ſi minoris uendita ſint, omninò reprobantur, nec reducuntur ad ullum modum,cùm ſint omninò illicita, iuxta gloſſ.in d.l.placuit,per Authen.ad hæc,C.eod.tit.Et hanc differentiam ſententiarum & contractuum in eo.c ponit Ange.in d.l. 2.C.de re iudi.& alij ubique. Quid autem ſit legatis,videbis in l.3.§.vlt.ff.de annu. leg.

146 *De eadem re. Emphyteuſis conceſſa ultra generationem permiſſã, an in totũ uitietur.*

SED quod ad contractus pertinet, ut ad eos redeamus,optimè etiam facit text in §. quod autem, uerſiculo,neque illud.& ibi Angel. in Authen. de non alie. vbi emphyteuſis conceſſa vltra generationem permiſſam, vitiatur tantùm in eo quod excedit, vt ex eo text. not. Baldus in Authenti.ſi quas ruinas, columna prima, verſiculo, iuxta hoc.C.de ſacroſanctis eccleſijs. Fulgoſ. & Paul.Caſtren.in Authen.qui rem.C.eodem titulo,& ibi quoque Philipp. Dec. columna vltima, qui hanc dicit eſſe communem opin. Imol. in capitulo 2. columna penulti.verſicu.ſed hic inſurgit, extrà de feud. & conſilio 69.viſis. Roman.in dicta l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerborum obligationibus,& conſilio 66.vir eximie, poſt medium,dum ſimpliciter allegat Bald. vbi ſuprà Alexand. conſilio 38.conſideratis his,columna ſecunda, uerſicu. quinimò.libro ſecundo,& Carol.Ruin.conſilio 57.quo ad ea,columna penult.numero 13.libro primo.Et idem in ſimili de feudo eccleſiæ conſueto infeudari in maſculos tantùm, quod tamen conceſſum fuit in maſculos & fœminas, ut non uitietur,quantum ad maſculos: aut ſi aliàs fuit conceſſum ultra limites conceſſos, tradit ipſe Bald.in l.ſi pupillorum.§.vltim.per illum text.ff.de reb. eorum,& in capitulo primo,in princip.columna ultim. uerſiculo, ſed pone conſuetudo. & ibi Mart. Lauden.in fin.titu.qui feud.dar.poſſ.& idem Bald.in cap. primo,§. ſimiliter,titu.de lege Corra. Imol.in l. quod dicitur, in fin.ff.de uerborum obligatio.& in dicto cap.2.de feud. Fulgoſ.conſilio 220.nobiles,columna 2.uerſicu. rurſus nec ex hoc. & Iacob. à S.Georg. in tracta. feudo. in uerbo,in feudo,colum.penult.uerſicu.quid autem ſi eccleſia.Franciſc.Curt.Iunior,in eodem tract.in 2.par.quæſt. 6.colum.2. uerſicu. ſecunda principalis, vbi hanc rem latè tractat, & dicit hanc eſſe communem opin. Iaſ. qui utrumque dicit de emphyteuſi & feudo, conſilio 54. in præſenti,colum.5.uerſicu uel aliter & ſecundò, lib.1.& conſilio ſequen.omiſſis,colum.2.uerſicu.ad idem facit. & Modern.Pariſ.in conſuetud. Pariſ. titu.1.§.14.nume. 42.ubi & alios citat. & hancquoque dicit eſſe communem.Sed tu de his uide plenè Alexand. in d.l.1.§.ſed & ſi mihi,col.2.uerſ.item facit,& ibi Socin.ff.de uerb.obl. & Card. Alexand.in d.cap.1.in princ.colum.penul.titu. qui feud. dar. poſſ.

AT in noſtro caſu, cùm ſcilicet ſimul uenditur annuum uectigal,ſimulque in ſolutum illius traditur fundus, uidendum eſt, ne non tam illud uectigal cenſeatur emptum & uenditum, quàm fundus ipſe. nec dubitari debet, quin ſaltem unum in alio ineſſe cenſeatur, cùm eodem ueſtigio utrunque factum fuerit. per l.lecta. ff.ſi certum peta.& l.iuriſgentium.§. quinimò. ff. de pactis, cum alijs concord.adductis ſuprà,eodem titu.§.primo, glo.5.in uerbo,in limine contractus,in princip.& multis ſequent & in repet.l.ſi unquam, in uerbo, donatione largitus, numero 101.ſed & hoc, & ſequen. ubi etiam oſtendimus, unum eundemque actum cenſeri, non diuerſum.per l.cùm antiquitas.C.de teſtam. & alia multa ibi allegata. Ideoque Paul. Caſtren. loquens de huiuſmodi donationibus in ſolutum, de quibus hæc noſtra tractatio eſt,conſ.165.uiſis & ponderatis.colum.2.uerſ. ſecundò uidetur, libro 2.dicit quòd finguntur bona data in ſolutum,iam ab initio, & (ut ipſe loquitur) per prius fuiſſe uendita ei,cui ita data ſunt,per quædam iura ab eo allegata.Ideo cogita. Vide tamen pro alia opinione quod tradit Corne.conſilio 37.nemini, colum.1. uerſ.dato enim,lib.2. 147 *Deciſio principalis dubij.*

VIGESIMOSEXTO quæro, Titius emit à Sempronio fundum aureis centum, atque in eodem inſtrumento, aut etiam alio, dat uenditori facultatem redimendi eum fundum, reſtituendo idem precium intra duos annos,& ſi id non fecerit, promittit idem emptor ei dare 30.aureos pro ſupplemento integri iuſtique precij eius fundi, utrum is contractus ſit ualidus & ſine ſuſpicione uſurarum? Et iam uidi multos contractus eius farinę,nunquam tamen eos vidi uocari in ſuſpicionem. Sed tu uide Bald. qui de hac ſpecie conſilium copioſè edidit, conſ.322.inſtrumento in forma uenditionis confecto,lib.3.ubi concludit, hunc contractum eſſe uſurarium.& idem quoque ſe aliàs reſpondiſſe. Vide tamen eundem Bald.in cap.1.colum.1.uerſ.ex his infero.& ibi Card.Alexan.colum.2.in eodem uerſ.titu qual.do.propri.priue. & Alexand.in addi. Bartol. in l.2.C. de pact. pign. Et Panormita.conſ.76.in præſenti, colum.2.uerſ. præterea colligitur,& ſequen.libro 1. ubi hanc rem ponit inter præſumptiones uſurarij contractus. Sed & Guid.Pap.conſilio 80.addendo,colum.2.dicit huiuſmodi clauſulam ſupplendi certum precium,non tollere uitium pacti legis commiſſoriæ. 148 *Si emptor promittat aliquid ultra precium,ſi fundus uẽditur ſub hoc pacto, non redimitur. An illa clauſula ſupplendi tollat uitium legis commiſſ.*

VIGESIMOSEPTIMO quæro,quid ſi in ea uenditione fundi facta cum hoc pacto de reuendendo, dictum ſit præterea,quòd ſi uenditor retrahat intra tempus præſtitutum uenditioni, emptor nihilominus percipiet medietatem futurorum fructuum eius anni, quo retractus fiet, an & is contractus ſit probus, an reprobus? Vide item eundem Bald. conſil.388. quòd dictus contractus, lib.4. & iunge factum eiuſdem conſ.quod ipſum præcedit.& illinc cognoſces,ipſum Bal. multum dubitare,ſed in eam partem reclinare, ut præſumatur uſurarius, niſi 149 *Quid ſi dictum ſit, quòd emptor percipiet certã portionem fructuum, ſi uẽditor retrahet. Arreſtũ.*

vnus ex venditoribus (illic enim erant plures venditores) fateatur contractum verum, quod in ſuo caſu euenerat. Et ita audio fuiſſe iudicatum à Senatu Pariſ. die 2. Maij, anno Domini 1513. Vide tamen quæ diximus ſuprà, eod. titu. §. 5. glo. 3.

150 *Quid facere debet emptor, ut ſe huiuſmodi contractibus ſuſpectis expricet.*

CONSEQVENTER & vigeſimooctauò quæro, in tribus caſibus præcedentibus, aut etiam in alijs contractibus vſurarijs, reprobis, aut aliàs ſuſpectis, quid facere poteſt emptor, vt ſe eo onere liberet, ac periculo computandorum fructuum in ſortem, atque ſuam pecuniam recuperet, poteritne agere aduerſus venditorem, vt eam ſibi reddat, ipſeque viciſſim rem emptam reſtituat venditori, & ſic à contractu diſcedatur? Collect. in dicto c. ſignificante, columna 1. verſiculo, quid ergo ſi mutuaui, extrà de pignor. loquens in pacto legis commiſ. appoſito in contractu pignoris, & ſic prohibito, vt diximus ſuprà in 24. quæſt. dicit poſt Petr. Bo. quòd creditor non auditur, volens recuperare pecuniam à ſe mutuatam, niſi ipſe debitor velit. per l. ſecundam, & tertiam, de lege commiſ. ſed d. ll. loquuntur in huiuſmodi pacto in venditione appoſito, & ita non prohibito: & ideò cùm tale ſit validum, & appoſitum in fauorem venditoris, non debet retorqueri in odium ſui: vt dicit gl. ibi, per l. quod fauore. C. de legibus, cum ſi.

151 *De eadem re.*

QVID igitur hìc dicendum eſt? Habemus text. in l. Iulianus. §. ſi quis colludente. ff. de actio. empti. cuius verba, huc admodum ſpectantia, non grauabor ſubijcere. Si quis, colludente procuratore meo, ab eo emerit, an poſſit agere ex empto? & puto hactenus agendum, vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur. Sed & ſi quis minorem vigintiquinque annis circumuenerit, & huic hactenus dabimus actionem ex empto, vt diximus in ſuperiori caſu. Quo in loco Bartol. ex hoc monet bene notandum, quòd ſi dubito, ne minor reſtituatur, aut ſi dubitatur ne quis dicat ſe dolo deceptum, poſſum agere, vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur. Sed & Bald, ibi poſt Rizard. dicit, quòd ſi ego litigaui cum minore, quem fortè putabam maiorem, & poſteà perpendo in proceſſu cauſæ, eum eſſe minorem, poſſum petere, vt quę facta ſunt vel ratificentur, vel irritentur. Et eadem propè ſcribit ipſe Bart. in l. ſi quos, per illum textum, ſecundum vnam lecturam. C. de Decur. libro 10. & Nicolaus Milius in ſuo repertorio, verſiculo, minor ſi contractu. Illum autem textum in dicto §. ſi quis colludente, dicit ſingul. Bald. in l. dolum, in fine. C. de pericu. & commo. rei vendit. & Alexand. in l. iuriſgentium. §. Prætor. poſt princip. ff. de pact. & illum not. dicit Petr. Ancha. in cap. quàm ſit, columna 1. de electio. libro ſexto: ad id, quod ubicunque eſt in facultate vnius, actum cum alio celebratum fieri validum, vel inualidum, poteſt cum eo agi, vt approbet, uel reprobet.

152 *Conſenſus partis, an de contractu illicito poſſit facere licitũ.*

SED hìc non uideo in noſtro caſu, cùm contractus eſt illicitus, quomodo debitor vel venditor poſſit eum approbare: neque enim poteſt facere, vt ſit licitus, & vt de eo conqueri non poſſit, etiam ſi approbauerit: vt colligitur ex not à Bald. in l. cùm allegas, colum. 2. verſicu. ſed quæritur hìc. C. de vſur. de cuius dicto in eo loco ſatis diximus ſuprà eodem titu. §. 1. in verbo, *à tel temps*, quæ eſt gloſſ. 2. num. 35. & hæc confirma. Atque etiam ex not. per Bartol. in l. 2. ad fi. ff. de his quæ pœnæ nomi. cum concord. adductis à Iaſ. in l. 1. in 1. lect. colum. antepenul. verſic. ſecundò quæro. & iterum in 2. lect. colum. 7. uerſicu. prima eſt, nunquid. C. de ſumma Trinitate, & fide Catholica, & quod tradunt Ioan. Andr. Ant. & Imo. in d. cap. ſignificante, de pigno. quòd debitor non poteſt renunciare beneficio iuris, ſtatuentis, pactum legis commiſſoriæ in pignoribus non valere. & pleniùs diximus ſuprà, numero 121. nec conſuetudine. Et ex eo denique quòd ſoluens, etiam ſcienter, vſuras indebitas, poteſt eas repetere: vt voluit Hoſtien. in ſumma tit. de vſur. §. quæ pœna, colum. 3. verſicu. ſed quomodo poteſt. Bal. in l. conſtitutionibus, in fi. & ibi quoque Saly. C. de vſur. per not. in cap. peccatum, de regulis iuris, libro 6. & rurſus idem Bald. in Authen. & qui iurat, colum. vlt. C. de bon. author. iudic. poſſid. Stepha. Bertran. conſilio 244. viſo, paulò ante finem, libro 3. Quod procedit, etiam ſi iurauerit ſe non repetiturum, glo. no. in cap. ad noſtram, le 2. in gloſſ. 2. de iureiuran. ipſe Hoſtien. in d. Summa, & titu. de uſur. eodem §. verſi. quid ſi debitor, & ſequen. & Card. Floren. qui eam gloſſ. dicit ſingul. conſilio 120. Titius obligauit, ante finem, & Alexand. conſilio 80. circa primum, colum. ulti. uerſicu. prætereà dicit, libro 3. Quibus malo accedere, quàm ipſi Bald. & Alexand. ſibi contrarijs, contrarium tenentibus in l. ſi non ſortem. §. 1. de condict. indebi. vt & facit idem Bald. in l. penul. ff. de condict. ob turp. cau. & ipſe Alexan. qui tamen nutat, conſilio 227. ſuper titulo, colum. 2. uerſic. confirmatur, lib. 2. Nam & ſi in noſtro caſu conſenſus debitoris, aliquid in hoc faceret, ſatis fuiſſet eum ab initio conſenſiſſe. Poteritne igitur creditor vel emptor ſimpliciter agere, vt à contractu diſcedatur, ſicq; pecunia ſibi reſtituatur deductis fructibus, ſi quos iam perceperit; aut vt aliter contractus in legitimum modum reformetur? ſecundum text. in dicto §. ſi quis colludente, Et id quidem magis placet; & ita nuncupatim reſpondit Stepha. Bertran. qui ita de ea re loquitur, vt nihil inſit ſcrupuli, conſilio 356. nihil oppoſitum, libro 1. Et hoc ſatis velle videntur, qui dicunt, eccleſiam, vel minorem, qui ſine ſolennitate iuris rem immobilem alienauerunt, poſſe tamen ei ſtare vel inuitis emptoribus, adhibendo legitimas ſolennitates. Horum nomenclaturam comperies apud Matheſ. nota. 156. nota ꝙ ſi minor: ſed latiùs apud Iaſ. in l. cùm hi. §. eam tranſactionem, uerſicu. limita tamen. ff. de tranſact. & latiſſimè in noſtris Legib. connubia. [in glo. 8.] in uerbo, *de ſon mary*, in 10 q. num. 92. & idem quoque.

*Soluẽs ſciẽ per uſuras indebitas, poteſt eas repetere.*

*Etiã ſi iurauerit ſe non repetiturum.*

*Deciſio prin. dubij*

153 *Vſurarum repetitio ſpontè remitti põt.*

Ex ſuprà dictis tamen non intelligas (ne erres) non poſſe vſurarum repetitionem ſpontè remitti: id enim fieri poſſe tradunt gloſſ. Dy. & Ioan. Andr. in dicto cap. peccatum, de regu. iur. libro 6. Hoſtienſ. in ſumma dicto titu. verſicu. ſed ſi fœnerator, & verſiculo, dicendum eſt igitur. Feder. Senen. conſilio 18. quæſtio talis eſt, an uſurario. & conſ. 22. an uſurario ſufficiat: vbi fermè eadem repetit. rurſumque conſil. 184. ſecundum, & ibi quoque Griffol. in reſpon. Albe. poſt alios in l. tranſigere, colum. 6. numero 19. C. de tranſact. Angel. conſ. 100 præmitto quòd de iure. Lap. Caſtel. in repetit cap. in ciuitate. extrà de uſur. Caſpar Cald. inter conſ Ioan. Calde. tit. de uſu. conſ. 10. examinato, in fine, Anton. & alij, in cap. cùm tn, eodem titu. & Anton. in capitulo 2. eodem quoque titu. Lauren. Roſel. in repet. cap. conſuluit, colum. 18. verſicu. quæro octauò, eodem item titu, Petr. Ancha. qui id optimè declarat, in cap. ſtatutum. §. ſiquidem, columna 2. de reſcrip. libro 6. & conſil. 98 iſtam quæſtionem, ad fin. & conſ. 306. efficax. colum. 2. uerſic. & circa hoc. & Alexan. conſ. 91. uiſis actis, in princ. lib. 2. Barba. in cap. illo uos. colum. ult. de pigno.

154 *An ſtatutũ loquẽs de redemptione dationis in ſolutũ neceſſariæ, habeat locũ in uoluntaria.* *Facta ĩ iudicio, plus habent in veris.*

VIGESIMONONÒ quæro, in quibuſdam locis ſtatutum eſt, vt in datione in ſolutum facta à iudice cogatur emptor reuendere debitori domino rei ita venditæ reſtituto precio in aliquod tempus: an huiuſmodi ſtatutum trahatur & ad dationem in ſolutum, quæ ſpontè fit ab ipſo debitore? Quod pleriſque uideretur, cùm hæc nón tantum habeat roboris & momenti, quantum ea, quæ fit à iudice: vt patet ex ijs, quæ diximus ſuprà titu. præcedenti. §. 1. glo. 14. in uerbo, *ou equipollent à uente*, num. 8. ſecundò intellige. & multis ſequentib. atque ex ijs, quæ à noſtris ubique tractantur, efficaciora eſſe quæ in iudicio facta ſunt, quàm quæ extra iudicium. Ex quibus multa collegit Barba, conſilio 47. præclarè, colum. ultı. lib. 2.



lib. 2. & cõſ. 53. eiuſdem initij, col. 5. verſ. & ſi quiſpiam, eo. lib. 2. & Iaſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & è recentioribus Ferro. in conſue. Burdig. tit. de retractu. §. 13. Vide tamen Corne. contrarium tenentem optimis rationibus, conſ. 166. quatuor, col. penult. uerſi. reſtat amodò, & ſequen. vſque ad fin. conſil. lib. 2. uti apud eum uidere poteris.

155 *An emphyteuta uel vaſallus alienãs et redimens excuſetur.*

TRIGESIMÒ quęro, an emphyteuta vel vaſallus, qui vendidit cum hoc pacto de reuendendo, & vi illius poſtea redimit, cadat feudo vel emphyteuſi? Et ſanè ſi ſine huiuſmodi pacto retraxerit, ſed quia ita partibus placuit, non excuſatur, vt eſt tex. expreſſus de feudo in c. 1. tit. quid iur. ſi poſt ali. & voluerunt gl. Bal. & alij, in c. 1. tit. de prohib. feud. ali. per. Fede. & propè omnes de utroque in l. 1. §. ſi rem depoſitam, per eum text. ff. depo. cum alijs multis cõcor. collectis ab Alex. in l. ſi inſulã, col. penul. uerſ. & facit ad quæſtionem. ff. de uerb. oblig. Philip. Dec. conſ. 160. in cauſa Monaſterij, colum. vlti. uerſ. quarto & ultimo. & Iaſon in l. vlti. col. 59. in 20. q. C. de iure emphy. & Steph. Bertran. conſ. 45. pridem, in 1. dubio, lib. 1. Sed dubium facit pactum reuendendi in contractu appoſitum, ob quod reuẽditio erat neceſſaria, propterea que non uidetur venditor per huiuſmodi uenditionem, ſi redimat, cecidiſſe. Quod tenet in emphyteuta Bald. poſt Guliel. loquens in pactis legis cõmiſſoriæ, & addictionis in diem, in l. ab emptione, in princ. colum. ult. uerſic. ex hoc no. ff. de pact. quem ſequitur Philip. Dec. loquens generaliter in omnibus pactis in contractu appoſitis, & ſpeciatim in pacto reuẽditionis, conſ. 88. cuius ſuperſcriptio incipit, ualet ſtatutum, col. 2. uerſic. ex quo datur intelligi. Et facit quod etiam de huiuſmodi pacto tradit Bald. [loquens expreſsè in hoc noſtro caſu.] conſil. 215. proponitur, quod inueſtituræ, col. 2. verſ. item pactum retrouendendi, iunctis præced. & ſeq. lib. 2.

165 ET id certe in huiuſmodi pactis legis commiſſoriæ & addictionis in diem, propemodum tranſijt in rem iudicatam, nam & id quoque uoluerunt Guliel. Cu. Bald. & Angel. in d. l. ab emptione. & ibi quoque Recentiores, & Paul. Caſtr. & Alexand. in l. ſtatuliber ff. ad leg. Falcid. Cardin. Alexand. in d. cap. 1. tit. quid iur. ſit. Franc. Cur. Senior, conſ. 8. uiſo inſtrumento, colum ultim. & Iaſon in d. l. ultim. colum. 60. uerſic. uigeſimoprimò quæro. C. de iur. emphy. & alij, quos citauimus ſuprà, eodem titu. §. 1. in gloſſ. 7. in uerbo, *ſeront preferes*, nume. 4. quod ita quoniam contractus ui huiuſmodi pactorum in ipſo contractu appoſitorum reſoluitur ipſo iure, & ſine alia noua translatione aut traditione, ut per gloſſ. ab omnibus approbatam in dic. l. ab emptione. & latiſſimè diximus in eadem gloſſ. 7. numero 3. aduerte Lector, & 2. ſequentib. Verùm in pacto de reuendendo id non procedit ex multorum ſententia, alijs tamen contradicentibus, ut latiſſimè etiam tractauimus in eadem gloſ. nu. 6. at in pacto, & multis ſequentib. & nume. 19. ideoque in ſimili. ex quibus facile intelliges, quid hìc dicendum ſit. Et tu quoque interim uide Stepha. Bertrand. conſil. 45. pridem de anno, in 1. dubio, lib. 1. & Franciſc. Rip. in l. in quartam, colum. 12. num. 57. ff. ad leg. Falcid. & quæ diximus ſuprà, tit. præced. §. 19. gloſ. 2. per totam eam gloſ.

157 *Quid, ſi ita ſit pactum, ut cõtinuo teneatur reuendere.*

AT illud minus dubium eſt, cùm ita ſit uenditio cum hoc pacto, ut ſcilicet emptor incontinenti teneatur reuendere. Id etiam expreſsè uoluit Cardin. Alexand. in d. cap. 1. colum. 2. titu. quid iur. ſit. & allegat Ang. in l. uoluntas, in fin. C. de fideicom. qui illud non dicit, ſed aliud ſimile, uidelicet quod prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen alienare cum eo pacto, ut incõtinenti debeat res reſtitui familię. Nam tunc (inquit) non dicitur fieri alienatio extra familiam, quę momento eſt penes emptorem duratura, argument. l. ultim. in fin. C. de bon. libe. ubi dicit eſſe text. not. ad hoc. Et illum, vt hoc ei addas, ſequitur Iaſon in dicta l. ultim. colum. antepenulti. uerſiculo, & ultra allegata. C. de iure emphyteu. ubi id dicit ſingul. & in l. filiusfamiliàs. §. Diui, in 2. lectu. colum. 10. uerſiculo, quartò limita. ff. de legatis primo, ubi & ad id allegat text. quem ipſe dicit not. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebell. Sequitur item Barba. in l. 4. §. Cato, colum. 21. uerſicu. & adduco, ff. de uerborum obligation. ubi & illud idem dicit de vaſallo ſic alienante feudum, ut ad ſe continuo reuertatur. Et de emphyteuta uoluerunt etiam Anto. in cap. potuit, colum. 1. extrà de locat. & Roman. in l. 4. §. item Labeo. ff. de vſucapio. Franc. Curt. Senior d. conſil. 8. uiſo inſtrumento, col. ulti. & Hippol. Marſil. conſil. 136. conſului, colum. 3. uerſ. confirmatur. & nos quoque diximus in repet. l. ſi unquam, in uerbo, ſuſcepit liberos, nu. 171. facit & quod. C. de reuoc. dona. ubi & alia multa ſimilia collegimus.

158 *Vtrum uẽditor, qui ex hoc pacto redemit, teneatur facere homagiũ.*

TRIGESIMOPRIMÒ quæro, vtrum uenditor, qui redemit ex huiuſmodi pacto, teneatur facere homagium (vt noſtri vocant) domino, quod debetur ex re uendita & redempta, licet aliàs fecerit ante eam venditionem, ob id ſcilicet, quòd fuerit mutatio dominij: ex qua quidem mutatione debemus homagium, ex noſtris conſuetudinibus. Et id certè dependet ex ijs, quæ latè ſuprà tractauimus hoc eodem tit. §. 1. gloſſ. 7. in verbo, *ſeront preferes*, in princ. & multis ſequentib. vbi copioſiſſimè diſſeruimus, an ex huiuſmodi pacto dominium retransferatur ipſo iure in venditorem, & ex ijs quoq;, quæ ſimiliter ſcripſimus ſuprà, tit. præced. §. 19. gloſſ. 2. nu. 4. verùm ſi huiuſmodi, & ſeq. ubi tractamus, an res ita redempta cenſeatur eodem iure apud venditorem, qui redemit, quo erat ante venditionem. Et ex eo quoque, quod latè diſputauimus ſuprà, eod. tit. §. 6. gloſſ. 2. num. 4. & ſequen. an ex huiuſmodi uenditione facta ſub hoc pacto, & poſtea vi illius redempta debeantur laudimia.

159 *Alia quæſtio.*

TRIGESIMOSECVNDÒ quęro: Tu mihi fundũ vendidiſti ea lege, ut ſi lis de eo moueretur, defenſioni te offerres, & litem in te ſuſciperes, quoties tibi denunciatum fuerit, ſub certa pœna: ego poſtea eundem fundum alteri uendo cũ pacto de reuendendo, & cùm huic alteri lis moueretur, tu ab eo requiſitus es, ut eam litem defenderes, & in te ſuſciperes: qui id facere negligis, & tandem res euicta eſt, an poſſim agere aduerſus te de euictione & ad eam pęnam, ita, ut dictũ eſt, promiſſam, etiam antequam ſim condemnatus de euictione illi alteri, cui vendideram ſub eo pacto? Vide omninò Alexandrum, conſil. 67. viſo themate & uerbis teſtamenti, per totum, lib. 2. Ex quo intelliges, intereſſe, an ego, qui priùs emeram, alteri ſimpliciter uendam, an cum pacto de reuendendo, & concludit hoc noſtro caſu agi poſſe etiam ante condemnationẽ, per multa, quæ ibi allegat.

160 *An uaſallus, qui cõſentiẽte domino, uendidit cum hoc pacto, id poterit ſine eo remittere.*

TRIGESIMÒTERTIÒ quæro, ſi uaſallus, cõſentiente domino, uendidit alteri fundum cum hoc pacto reuendẽdi, an ipſe vaſallus uẽditor, poterit poſtea huiuſmodi pactum remittere emptori ſine conſenſu domini. Matt. Afflict. in conſtit. Siciliæ, incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, colum. 9. uerſ. & pondera benè, tenet, quod poteſt, per multa, quæ ibi allegat, quæ tu uidere poteris. Quod mirũ pleriſq; uideri poſſet, cùm ille ipſe in eadẽ conſtitutione, col. 5. uerſ. ſi autem liberetur, teneat liberationem hypothecæ, qua feudum obſtringitur, fieri nõ poſſe inconſulto domino, contra quàm ipſe idem tenuerat Deciſ. Neapo. 232. feudatarius.

161 *Alia quæſtio.*

TRIGESIMOQVARTÒ, idem Matt. in d. conſtitutione, colum. 12. uerſicul. undecimo quæro, hanc quæſtionem tractauit. Vaſallus, conſentiente domino, uendidit feudum cum hoc eodem pacto reuendendi, utrum poterit poſtea promittere emptori ſine conſenſu domini

domini, quòd cùm res fuerit reuendita, nulli alij uendet, quàm ipſi emptori. & an ob id ipſe uenditor, aut eius hæres, obligetur eidem emptori, & concludit eos in id obligari actione perſonali, ut ſcilicet in id quod intereſt, teneantur, ſi contra faciant, per multa quæ in id allegat.

162 *Alia quæſtio.*

Trigesimoqvintò quæro: Petrus uendit Cornelio fundum ſub hac lege, ut Petrus ipſe uenditor poſſit redimere intra annum cōtinuum computandum à die, qua poſt triennium ipſe Cornelius emptor denunciarit Petro uenditori, ut redimat: poſtea autem moritur idem Cornelius, nulla huiuſmodi denunciatione facta, an uenditor poterit redimere ab hærede emptoris, & intra quod tempus. In qua facti ſpecie conſulti Alex. & Barba. conſ. ediderunt admodum erudita & ſubtilia. ille conſ. 118. ſtantibus terminis, libro 3. hic conſ. 50. pręclarè, lib. ſecundo, eos vide, ne abundè tractata retractem.

163 *Alia quæſtio.*

Trigesimosextò, Quid ſi uenditio ita facta fuerit, ut ſi emptor non ſoluerit precium intra certum aliquod tempus, poſſit uenditor quandocunque retrahere, poſtea autem emptor non ſoluit intra illud tempus, uerùm uenditor eum interpellat, ut ſoluat: nunquid agens ſibi præiudicet, ne poſſit poſthac ex lege venditionis redimere? Bal. in l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empto. & uend. poſt Dyn. & Cyn. ibi in ſimili quæſtione, negat amplius locum eſſe legi retrahendi, dummodò emptor non ſit in expreſſa contumacia. Et in id citat Cyn. ubi ſuprà, in ſpecie ab eo retractata, multa iura, quæ uidebis. & addit Bald. no. per gloſſ. in l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo. ff. de uerb. oblig. Quibus & tu adde quo traditur in gl. in l. 2. in uerbo, repellere, uer. itē ſi triennio elapſo. & ibi Bartol. in 4. quæſt. & omnes. C. de iure emphyt. utrum dominus poſt ceſſationem triennij, recipiens ſolutionem penſionis, ſibi præiudicet in iure repellendi.

164 *An domus à uiro cœlibe uendita cū hoc pacto, & ui illius durāte matrimonio redempta ſit communis uiri et uxoris.*

Trigesimoseptimò, Titius cœlebs uendit domum cum hoc pacto redimendi, poſtea matrimonium contrahit, & durante eo matrimonio, & intra tempus redimendi, eam domum ui eius pacti ex cōmuni pecunia redimit, an ea domus erit communis uiri & uxoris, ex noſtra cōſuetudine propè generali in Francia, qua uir & uxor ſunt communes in bonis mobilibus & acquæſtibus factis durante matrimonio? Io. Gallus, in ſuis Arreſtis hoc dubium poſuit, quæſt. 68. atque id ita decidit, ut ſi ea domus nondum fuerit tradita emptori ante redemptionem, uxor nihil habebit in re, ſed tantùm ei reſtituetur dimidium precij. Si autem fuerit tradita, tunc res erit communis per redemptionem, nec ſatis erit ei, vel ſuis hæredibus, reſtitui dimidium precij. Hæc res præſertim quantum ad ſecundum caſum, hinc maxima ex parte pendet, vtrum ea res ſic redempta priſtinam retineat naturam, & eodem iure redeat ad maritum, quo prius eſt, de quo nos latè diximus ſuprà, titul. præced. §. 19. glo. 2. in uerbo, *ne ſeroit pas commun*, vbi videre poteris. Nos autem in eo loco habemus conſuetudinem id dubium nuncupatim decidentem, ut ſcilicet ea res uendita ante matrimonium, & durante ipſo matrimonio redempta, ſit communis uiri & uxoris. ſed maritus uel eius hæredes poterunt intra annum à ſoluto matrimonio retrahere partem vxoris ab eadem, uel eius hæredibus, reſtituendo dimidiam partem precij.

165 *Quid contrà, ſi emit cū hoc pacto, & durante matrimonio eam quoq; facultatē emit.*

Trigesimooctavò, quid ſi è diuerſo Titius cœlebs emit fundum certo precio, cum hoc pacto, vt liceat uenditori redimere reſtituto precio, interim Titius uxorem ducit, & conſtante matrimonio intra tempora redimendi eam facultatem à uenditore emit certo aliquo precio, utrum hæc res empta erit communis Titij & uxoris, ex conſuetudine noſtra, quæ alibi facit cōmunes uirum & vxorem in rebus conſtante matrimonio acquiſitis, inſpecto ſcilicet tempore emptionis huius facultatis, an potius erit ſola Titij, inſpecto tempore prioris uenditionis? Chaſſ. in ultima editione ſuarum conſuetudinum, titul. *des droitz & appartenances à gens mariés*. §. 2. in fin. hanc nuncupatim quæſtionem ponit, dicitque ſe ex facto interrogatum reſpondiſſe, rem hanc eſſe communem, quia attenditur ſecunda emptio propter augmentationem precij. De quo dicit eſſe text. ad literam in l. pacta conuenta. §. Paulus notat. ff. de contrahen. emptio. Cuius uerba, quia multum videntur ſententiam ipſius adiuuare, ſubtexuimus: Si omnibus integris manentibus, de augendo uel diminuendo precio rurſus conuenit, receſſum à priori contractu, & noua emptio interceſſiſſe videtur. Hæc ibi. Cui & tu adde alium text. ſimilem in l. 2. C. de reſcindend. uendit. ubi ſic ſcribitur: Si quam rem à te emi, eandem rurſus à te pluris minorisve emero, diſceſſimus à priore uenditione. & alia multa ſimilia à me collecta ſuprà, tit. præced. §. 1. glo. 18. in uerbo, *le pris que la choſe aurà couſtè*, num. 54. contrà quoque uidetur, & ſequen. quibus plenè probaui, augmentum vel detractionem cuiuſpiam rei, eandem rem nouam efficere.

166 *De eadem re.*

Ego tamen in ea Chaſſ. ſpecie aliter cēſeo, tum quia prior illa venditio pura & perfecta erat, tametſi reſtituendo precium reſolui poterat, ut latè diximus & probauimus ſuprà eodem tit. & §. 2. glo. 1. num. 34. & hanc partem, & alijs multis ſeq. nec adiectum eſt aliquid precio illius, ſed tantùm datum eſt precium pro eo iure ſiue facultate redimendi, quæ ipſa tantùm empta eſt, non etiam res primùm empta, quæ iam erat ipſius emptoris, & quæ ideo amplius ab eo emi non poterat? eſtque diuerſa utriuſque emptio, ut not. in l. cùm res. ubi glo. Cy. Bald. & Angel. C. de contrah. empt. uti & in ſimili de legato rei ſuæ dicitur in l. ſi domus. §. ult. ff. de leg. 1. ubi ſi fundus meus uectigalis mihi legatus ſit ab eo, cui vectigal debetur, non cenſetur proprietas fundi mihi legata, ſed id ius uectigalis, quod ad teſtatorem pertinebat.

167 *De eadem re.*

Tvm etiam, quia ſi id poſtremum precium datum fuiſſet in ſupplementum prioris, non tamen ex hoc intelligitur derogatum priori venditioni, niſi reſpectu huius ſupplementi, per text in l. 2. C. de reſcin. vend. & cap. cùm cauſa. extrà de empt. & uend. Ea enim quæ facta ſunt cauſa augendi ius, non debent inducere ipſius diminutionem. l. ſi mancipia. ff. de fun. inſtructo, & l. ſi cui ſerui, in princ. ff. de leg. 1. & l. cum vinum. ff. de triti. vino, & oleo lega. & l. ſi ita fuerit. §. ult. ff. de manumiſ. teſta. ut è diuerſo quæ facta ſunt ad diminutionem, augmentum non operantur. l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. & l. cùm tale. §. ultim. ff. de condi. & demonſtrat. cum ſimilibus.

*Inducta ad augendum, non minuunt, nec è diuerſo.*

168 *Augmentum precij priorē uenditionē nō ſubuertit.*

Et ita quidem reſpondit Alex. nuncupatim loquēs de ſupplemento ſiue augmento precij, conſ. 79. circa primum, colum. 6. uerſiculo, circa ſeptimum dubium, lib. j. Et idem planè tenuit ante eum, licet non alleget, Ang. poſt Bart. in l. iuriſgentium. §. adeò, colum. 2. verſ. ſecundò quæras. ff. de pact. vbi reſpondit ad dict. l. pacta conuenta, quòd ea intelligitur, cū uerba eò tendunt, ut prior contractus renouetur. verbi gratia, ſi dictum ſit: Res, quam tibi centum vendidi, ſit empta decem. Sed ubi uerba tendunt ad informandum priorem contractum, vt ſi vendidi tibi centum, deinde conuenit, ut huic precio aliquid addatur vel minuatur: certè manet prior contractus, & ab eo incipit currere vſucapio rei venditæ, ex eoq; debetur gabella. Et idem quoque uoluerunt Pau. Caſt. Alex. & alij Recentiores, qui afferunt concord. in d. § adeò. Quibus adde Franc. Aret. conſilio 21. ſi diligenter, in 1. dubio, quanquam & aliter reſponderi poteſt, cum ſcilicet text. nuncupatim loqui, cùm id fit omnibus manentibus integris, uti etiam loquitur d. l. 2. de reſcin. uend.

Por-



169 *Adiectio an priorē formam et ſubſtantiā immutet.*

Porrò adiectio priorem formam & ſubſtātiam aliàs non immutat, l. penult. ff. de Senato. & l. ſi eum. §. 1. ibi, hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adijcitur. ff. de exerc. acti. & l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demonſt. nam & hęc iura in id citat Signor. conſ. 12. ſtatuto communis, poſt medium, & conſ. 95. quæſtio talis eſt, in portu, colum. 2. uerſ. præterea ad idem, ubi & alia iura allegat. Cui & adde text. in l. ſi proprietati. ff. de iure dotium. ubi dotis augmentum eadem dos dicitur, non noua, & ibi id not. Bald. cum alijs multis ſimilibus à me adductis in dicta glo. 18. §. 1. num. 51. nam & hæc acceſſio, & ſequen. Quibus item adde text. in l. 4. §. ex conuentione. ff. de re iudic. cum dicitur, cum aliquid acceſſerit rei iudicatæ, non eſt à re iudicata receſſum. & alia multa à Petr. Anch. recenſita, conſilio 54. apparet. Nec obſtant, quæ in contrarium allegata ſunt in dicto §. 1. gloſſ. 18. numero 54. contra quoque, quia ea procedunt, cum ſit vniuerſalis rei mutatio: ſecus, ſi particularis. l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitutibus vrbano. prædiorum, & l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & per ea iura uoluit Alber. in proœmio C. colum. vltim. Sed & procedunt, quantum ad id pertinet, quod additum eſt, vel detractum, ſi poſſit per ſe conſiſtere: non etiam quātum ad integrum corpus, ſed nec quantum ad additum, quando confunditur. l. eum qui ædes. & l. rerum miſtura. ff. de vſucap. & l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendi. & l. quicquid. §. cum partes. ff. de acquir. rer. dom. & Alber. ubi ſuprà poſt Iac Butr.

170 *Deciſio principalis quæſt.*

Qvid igitur, vxorne in nullam huius rei partem vocabitur? Et ego in ea ſum ſententia, ut in utroque caſu, id eſt, redemptionis illius facultatis, & etiam ſupplementi ſiue additamenti prioris precij, res pro rata prioris precij ſit tota mariti tunc cœlibis. Pro rata autem precij in vtroque caſu dati conſtante matrimonio, ſit communis viri & uxoris, vt ſic utrumq; ſuo iure cenſeatur, per id, quod in ſimili ſcribitur in l. qui fundum. §. 1. ff. pro empto. ubi fundus emptus, & quod ei poſtea adiectū eſt, cenſetur eſſe diuerſæ naturæ, nouaq; vſucapione, quantum ad id quod adiectum eſt, opus eſt nec tamen, quod in his noſtris caſibus opus ſit noua vſucapione pro rata poſterioris precij, cùm ſit una eademque res quæſita ex priori contractu, ut dictum eſt: nec tamen id obſtat, quò minus aliàs diuerſo iure cenſeatur diuerſis reſpectibus. l. miles. §. pro parte. ff. de legatis ſecundo. Bald. in l. filium quem columna tertia, in 4. oppoſi. C. familiæ herciſcundæ, cum multis alijs concordant. à me adductis ſuprà, titul. præceden. § 1. dictæ gloſ. 18. in in uerbo, *le pris*, &c. numero 23. nam & eadem. Et hæc eadem habent locum in retractu proximitatis.

171 *Alia quæſtio.*

Trigesimononò, Cardi. Floren. conſi. 78. amice, hanc ſpeciem, quæ ex facto contigerat, tractauit: inter A. uiduam, & B. hæredem defuncti mariti, id laudum ſiue arbitrium latum eſt ſuper quibuſdam bonis deſignatis ipſi A. uiduæ quouſque ſibi ſatisfieret de dote ſua, in hęc uerba, quod ea A. debeat tenere & vſufructuare ea bona vſque ad duos annos: & quod quandocunque B. intra eos duos annos reſtituet omnia iura dictæ A. ea tenebitur facere reuenditionem dictorum bonorum dicto B. Et ſi ipſe B. intra id tempus non diſpignorauerit dicta bona, tunc ex ante à eadem liberè & expeditè erunt dictæ A. dictus autem B. non ſatisfecit de dote intra illos duos annos; quærebatur, quis eſſet huiuſmodi actus, an datio in ſolutum, an uerò pignoratio. Et utrum B. poſſit ea bona petere, & fructus in ſortem computare. Et tandem concludit, A. factam fuiſſe dominam eorum bonorum, fructuſque eorundem ſuos feciſſe, per multa quæ illic allegat, quæ tu ipſe uidere poteris.

172 *Alia quæſtio.*

Qvadragesimò, Titius uendit Męuio fundum cum hoc pacto reuendendi intra quinquennium. Durante adhuc eo tempore, Mæuius decedit, & in ſuo teſtamento huius fundi vſumfructū relinquit Titio uenditori, & poſt eius mortem eundem relinquit Sempronio: poſtea autem, & durante eo quinquennio, Titius redimit fundum ab hęredibus Mæuij reſtituto eiuſdem precio: Sempronius petit ſibi à Titio tanquam vſufructuario caueri, iuxta l. 1. C. de vſufruct. Titius negat debere ſe cauere, cùm redemerit ab hęredibus uenditoris. Super hac ſpecie conſuluit Anto. Rube. cōſil. 58. ſeries facti, ubi multis hinc inde allegatis, concludit pro uenditore, ut ſcilicet cauere non teneatur, tanquam uſusfructus ſit extinctus, ſed Sempronium poſſe ab hæredibus repetere illud redemptionis precium poſt mortem uenditoris, ibi uide, ne hic repetam.

173 *An res efficiatur litigioſa ob litem motam ui huius pacti.*

Qvadragesimoprimò, ſi emptor noluit reuendere, ob idque in ius uocatus eſt, an res empta propterea efficietur litigioſa, ita ſcilicet, ut interim uendi non poſſit? Iaſon id latè tractat in actione mota ex pacto uel promiſſione de uendendo, conſil. 43. circa primum dubium, in 2. dubio, lib. 1. idque ex eo pendet, an actione perſonali res efficitur litigoſa. Sunt autem & qui id fatentur, & qui contra negant. Priorem ſententiā tenent Bar. Alb. & Raph. Co. in l. 2. §. 1. ff de litigio. Barr. Alb. Imol. & Ro. in l. quanquam. §. 1. ff. de aqua pluu. arcen. Ang. in Authen. de litig. colum. 2. Ant. in cap. ult. colum. ulti. extrà ut lite pend. Imol. in c cùm Mar. Ferra. col. ulti. de conſtit. Iaſon dict. conſil. 43. alteram tenent gloſſ. in d. l. quanquam. §. 1. Inno. Ioan. And. & Compo. in d. c. cùm M. Ferra. & ibi quoque Ant. ſibi contrarius in repetitio. eius c. Spec. tit. de appel. §. nouiſſimè, uerſi. uerum. Iaco. Butr. & Bar. ſibi item contrarius, in l. 2. C. de litigioſis. Bal. in Auth. litigioſa, eod. tit. & in l. 1. col. 2. & ibi quoque Sal. C. commu. diuid. Sed tu hic. uide quæ de retractu proximitatis diximus ſuprà in fi. tit. præceden. in 32. quæſt.

174 *An ſaluū maneat ius pignoris poſt rē uenditam conſentiente creditore, & vi huius pacti redēptam.*

Qvadragesimosecvndò, ſi quis rem alteri pignoratam vendiderit, conſentiente creditore, ea lege, ut eam poſſit redimere uel ſimpliciter, uel intra certum aliquod tempus: utrum ſi poſtea redimatur, erit ſaluum ius pignoris creditori. Quod non uidetur: quia ſemel conſentiendo ius pignoris remiſiſſe uidetur, l. Lucius. & l. Paulus. ff quib. mod. pigno. uel hypo. ſolui. cum alijs concord. à me adductis ſuprà titu. præced. §. 1. gloſ. 9. in uerbo, *ou lignagier*, num. 138. ſed vt faciunt. Verum ego aliter cenſeo: quandoquidem ſi etiam ſine pacto redimendi placuerit poſt contractum inter emptorem & uenditorem, ut à uenditione diſcedatur, ſicuti debitori, ita creditori priſtinum ius reſtituitur: neque creditor omnimodo pignus remiſiſſe uidetur, ſed ita demum ſi emptor rem retineat, nec reddat uenditori: ut eſt text. expreſſiſsimus in l. uoluntate. ff. eodem titu. quib. mod. pign. uel hypo. ſolu. Nam hìc reſoluitur contractus ex eadem cauſa. Secus autem eſſet, ſi non per reſolutionem uenditor eandem rem acquireret, ſed ex nouo quopiam contractu: per tex. nota, in lege ulti. C. de remiſ. pigno. & vtrobique Doct.

175 *An primogenitus in hoc iure redimendi habeat ius primogeniturę.*

Qvadragesimotertiò, ſtante ſtatuto, ut primogenitus filiorum ſuccedat, uel omnino in rebus feudalibus, uel in maiori parte earum; ſi res quæpiam feudalis uendita fuerit cum hoc pacto reuenditionis, an primogenitus ita ſuccedit in eo iure redimendi, uti in ea reſucceſſiſſet, ſi uendita non fuiſſet? Hanc quęſtionem poſuit Moder. Pariſ. in ſuis conſuetu. Pariſi. commentarijs ti. 1. §. 11. nu. 28. & multis ſeq. ubi tandem concludit ius primogenituræ in ea re locum habere, ſed cæteros hæredes nō teneri precium refundere ꝑ ſua cuiuſque portione. De quibus & nos fortè latiùs dicemus in noſtro tractatu primigeniorum.

176 Qvadragesimoqvartò, idem Moder.

in

*An è diuerſo primogenitus id ius habet in precio rei redempta.*

in eodem loco, nume. 31. quęrit, quid ſi è conuerſo quis emerit rem, in qua locus eſt iuri primogenituræ, cum eodem pacto reuendendi, vtrum ſicuti in ea re ſucceſſiſſet promogenitus, ita & in precio quod uenditor poſteà redimendo reſtituit? Et concludit, eum ita ſuccedere, ut eandem portionem in precio habeat, quam in re ipſa habuiſſet: per l. codicillis. §. inſulam. ff. de leg. 2. ubi ſi plures legatarij eiuſdem rei inæqualibus portionibus conſenſerint uenditioni ipſius rei, debent conſequi precium pro ſua quiſque portione, quam habuiſſent in re legata.

177 *De eadem re.*

Ego uerò in hac noſtra ſpecie aliter cenſeo, id eſt, precium, ut alia mobilia, inter omnes hæredes eſſe diuidendum, ac ſi precium ipſum ſemper manſiſſet inter bona emptoris, uti erat tempore ipſius contractus. per l. 2. §. id quoque. ff. de colla. bono. ubi reſolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipſius. Cuius text. autoritate Iacob. Ra. Cynus, Baldus, Alberi. Corne. & Philip. Dec. in l. ea demum. C. de colla. tenent hæredes mobilium in huiuſmodi precio ſuccedere, non uerò hæredes immobilium, de quo & nos latiùs diximus in fine, ſuprà tit. præceden. in 3. quæſtio. ubi uidebis. Nec obſtat d. §. inſulam, quia ibi res ipſa cùm legata fuit, non erat ſubiecta uenditioni, id eſt, legatarij non tenebantur eam uendere, ſed ſponte eius uenditioni conſenſerunt: ideò & precium pro ſua quiſq; portione, quod habituri erant in re, conſequi debent: hic uerò uenditio fit neceſſariò ex pacto prioris uenditionis: ideò precium cenſetur eius naturæ, uti erat tempore prioris contractus. Et de hoc habemus conſuetudinem expreſſam cap. 302. quod eſt tit. 25. §. 12.

178 *Alia quęſtio.*

Qvadrageſimoqvinto idẽ Mod. Pariſ. d. titu. 1. §. 13. in 8. quęſt. hanc quoque ſpeciem tractauit. Vaſallus uendidit feudum Titio, ex quo debetur domino ius prælationis uel laudimiorum: dominus autem ipſe uendidit feudum dominans eidem Titio cum hoc pacto redimẽdi & poſteà redemit ui huius pacti: utrum poterit etiam petere laudimia à Titio illius prioris uenditionis feudi ſeruientis, uel etiam illud ſibi cedi reſtituto precio illius uenditionis: an uerò id ius laudimiorum, ſiue prælationis, adeò fuerit confuſum in ipſo Titio, ut non redintegretur, reſoluta uenditione poſterioris venditionis feudi dominãtis? Et quod redintegretur, faciunt multa à me allegata ſuprà titu. 1. §. 1. gloſſ. 7. in uerbo, *ou autres choſes*, nume. 70. & quod in ſimili, & ſeq. & iterum ſuprà eod. titu. §. 2. numero 10. tertiò acquiſitio, et multis ſeq. ſcilicet pignora, ſeruitutes, actiones non ita confundi & extingui per acquiſitiones reuocabiles, quin illis reuocatis etiam redintegrentur, ac in priſtinam cauſam reuocentur. Concludit tamen Moder. Pariſ. contrarium, ut ibi per eum uidere poteris, ne hìc repetam.

Qvadrageſimosexto, *Mæuius* uendidit caſtrum Titio cum pacto reuẽdendi intra tempora huic rei præſtituta: quiſpiam uaſallus huius caſtri ab alio domino in ius uocatur prætendenti feudum huius uaſalli à ſe teneri: hic Titium illum laudat, qui id defendit aduerſus illum actorem ſciente Mæuio ſuo uenditore & patiente: tandem Titius ſuccumbit: nunquid ea ſententia pręiudicabit ipſi Mæuio, qui poſteà redimit illud caſtrum ui huius pacti? Quam ſpeciem etiam tractauit idem Mod. Pariſ. in eo. opere & ti. §. 31. nu. 30. eodemq; ulti. ubi concludit pręiudicare, p l. ſæpe. §. ſed ſcientib. ff. de re iudi. ibi eum uide 179 *Alia quęſtio.*

Qvadrageſimoseptimo, Titius nomine Sempronij emit feudum à Caio: poſtea uerò ex interuallo: (nam ſi in ipſo contractu, nullum in ea re, de qua agimus, relinqueretur dubium, ꝓpter ea quæ diximus ſuprà in 2. quæſt. huius gloſſ.) tamen antequam Sempronius ratam haberet eam emptionem, Titius Caio concedit facultatem redimendi intra aliquod tempus: ſi ex huiuſmodi promiſſione oriatur actio, de quo abundè diximus ſuprà in 18. quæſt. eiuſdem glo. utrum Sempronius, qui poſteà ratam habet emptionem, obligetur ex illa conceſsione ſiue promiſſione reuendendi? Id certè intelliges ex no. ab Alber. in l. cõuentio, in prin. ff. de pigno. dum tractat, an is qui emit nomine alterius, poſſit ante ratihabitionem rem ipſam alteri obligare in præiudiciũ illius, cuius nomine emit: & in utramq; partem multa allegat, quæ huic noſtræ quæſtioni conueniunt: quæ ibi, ſi libet, uidere poteris. 180 *Alia quęſtio.*

Qvadrageſimooctavo, an huic emptori, qui ſcilicet emit cum pacto reuendendi, competat interdictum, quod ui aut clam, & cætera huiuſmodi remedia. Breuiter dic competere; ut patet ex l. is qui in puteum. §. pen. & §. ult. & ibi Alber. ff. quod ui aut clàm. & ex multis, quæ diximus ſuprà in §. 2. præſertim, num. 34. & hanc partem, & ſequen. 181 *Alia quęſtio.*

Qvadrageſimonono, cum uenditor in ius uocaſſet emptorem, ut ei rem uenditam reuenderet ex lege uenditionis, emptor autem negaſſet id conuentum fuiſſe, uenditor teſtes affert, qui deponunt de promiſſione reuendendi, ſine declaratione certi precij ipſius reuenditionis: an ex hoc ſatis erit probatum de huiuſmodi promiſsione? Et reſpondit Roma. conſil. 30. viſo caſu, verſiculo, quidam autem alius, non ſatis eſſe: quia licet (inquit) teſtes deponant promiſsionem reuenditionis factam fuiſſe, non tamen deponunt de quantitate precij promiſsi: & ſic deficit in eo id, quod ſubſtantiale eſt contractus. Ego verò aliter cenſeo, per ea quæ diximus ſup. eodem tit. §. 1. in glo. 3. in uerbo, *& pour tel pris*, &c. nu. 2. & in fine tituli præcedentis, in 18. quæſtione, ubi omnino uide. 182 *Alia quęſtio.*

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Ll. qui ſunt Terniones.




VENETIIS,

Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum. 1587.